MAGNUM SPECULUM EXEMPLORUM EX PLUSQUAM SEPTUAGINTA...

Jean Major, Agostino Petretti

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
4 C
26

Digitized by Google

Ex Libris Congnis Missionis Domus Romanæ

MAGNVM

SPECVLVM EXEMPLORVM

EX PLVSQVAM SEPTVAGINTA AVCTORIBVS
Pietate, Doctrina, & antiquitate venerandis,

Variisque Historijs, tractatibus, & libellis olim excerptum, & primo editum,

A D. Henrico Gran Germano circa annum Domini 1480.

DEINDE VERO AB INNVMERIS MENDIS VINDICATVM, & varijs notis, Auctorum que citationibus illustratum; ac Nouorum Exemplorum appendice locupletatum

Per quendam Patrem è Societate IESV

Nunc demum in hac editione, alijs quæ irrepserant mendis purgatum; & noua miraculorum B. Virginis & S. Rosarij appendice auctum; per P. Fr. Augustinum Petretum de Regio Lectorem Theolog. Ord. Præd.

Recentibus adiectis notis, atque citationibus,

CVM INDICE LOCORVM COMMVNIVM VTILISSIMO.

VENETIIS, MDCVIII.

Apud Petrum Bertanum.

Ex Legato R. P. Pauli Arinati

Digitized by Google

10. 4. c. 26

Digitized by Google

B

REVERENDO ADMODVM

D. D. LVDOVICO BRIGENTIO

EXIMIO THEOLOGO.

BIBLIOTECA NAZIONALE VE ROMA

Typographus. S. P.

OBLATVM fuit nobis piorum quorundam ſacerdotum opera Speculum hoc præclarum Chriſtianarum virtutum, vt typis noſtris excuſum quamplurimis proponeretur ad intuendum proprijſq; actionibus exprimendum; optimum ſtatim conſilium ſimul obortum eſt, maximam vim habitura ueterum exempla, ſi viuentis alicuius præclari uiri nomen apponeretur, qui, quod communiter vulgo fieri non poſſe cenſetur, vt qua virtute antiqui illi Chriſtianæ religionis proceres pollebant, ea nunc morib. hiſce corruptis uel leuiter adũbretur, exemplo ſuo tanquam in ſpecula quadam cõſtituto hoc etiam tempore ſuis præclaris actionibus referat: Non fuit autem diutius laborandum in huiuſce viuentis ſpeculi inquiſitione, nam cum non deſint tum iſthic tum alibi quibus laus hæc præclara debeatur, tu tamen primus occurriſti in quem oculorum noſtrorum aciem dirigeremus, promerita enim tua erga nos eggregia quaſi vmbræ quædam in arte pingendi magnopere conferunt ad releuanda inſignia uirtutum tuarum delineamenta quibus maiore vi contuentium oculos allicias ad tuique immitationem excites ac prope compellas, nam, quod vix in quemquam vel inſignibus naturæ dotibus inſtructum cadere poſſe videatur, ita certant inter ſe ſuauiſſimo quodam concentu ingenij tui ornamenta & animi virtutes præſtantiſſimæ, vt non modo qui tua conſuetudine delectantur iocundiſſimum capiant fructum ſuauiſſimorum morum tuorum, ſed etiam qui te de facie non nouerunt virtutum tuarum fama commoti ad te amandum & obſeruandum alliciantur, vehementer, nam vt ea omittamus, quę certum eſt te non ma

Digitized by Google

gni facere, liberalium, ſcilicet diſciplinarum ſtudia quibus a pueritia vſque ſingulari quadam ingenij felicitate inſtructus es, cui accedente etiam corporis optima conſtitutione vtriuſque Muſicæ, vſque ad admirationem, artem calluiſti, eloquentiamque cum philoſophia atque Theologia ita coniunxiſti, vt mirari multos audiuerimus potuiſſe te tam breui temporis ſpacio tantos in vtriq. hiſce facultatibus progreſſus facere, præſertim cum diſpares admodum ac pene oppoſitas naturæ vires ac dotes requirant, quantos præſeferunt tum inſignes conciones tuæ quas ad populum habes, tum acutiſſimę diſputationes quibus doctrinæ tuæ præſtantiam in doctorum virorum conuentibus ſæpe declaraſti. Illud te maximè commendat mirificeque illuſtrat, quod tot tantiſque virtutum præſidijs inſtructus ita rerum humanarum tuique ipſius deſpicientia diuitiarum honorumque contemptu præſtas, vt in vno permanentium bonorum ſtudio defixus religione in Deum ſumma, pietate in patriam eximia, benignitate in omnes inuſitata, conſtantique ad omnes res voluntate, Deo & hominibus carus in dies magis, ac magis euadas. Itaque cum ex his iamdiu comperiſſemus te magnum eſſe virtutum præclariſſimarum exemplum ac nitidiſſimum ſpeculum, curauimus prælo ſubijciendum magnum hoc Speculum Exemplorum, vt inſcriptione, quantum eſſet appareret. Accipe igitur humaniſſime alterum te, accipe certiſſimum amoris in te noſtri, ac obſeruantiæ monumentum, vt in eo tu te ipſum ſpectes in te cæteri illud admirentur. In vtroque autem proſpiciant omnes Typographus tuæ magnæ ſapientiæ, ac humanitati maximè deditos propoſuiſſe mortalibus, quod perpetuo quærant, vtro è ſpeculo faciliorem atq. certiorem exemplorum ſeriem ad virtutem omnem excolendam auidiſſime depromant. Vale.

Venetijs Kal. Auguſt. M. DCV.

PRO-

Digitized by Google

C

PROLOGVS.

IN SPECVLVM EXEMPLORVM,

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Ex diuersis Libris in vnum laboriosè collectum.

IMPRESSORIA arte iamdudum longè lateq. per orbē diffusa, multiplicatisq. libris, quarumcunq. ferè materiarū frequenter admiratus sum qua ex re factum sit, vt nullus vnquam hac arte insignis librum aliquem in lucem protulerit, qui ex pluribus diuersorum auctorum opusculis in vnum cōgesta exempla concineret, præsertim cum ferè omne hominum amplissimū genus ad rerum gestarum cognitiones vehementius aspiret, nihilq. sit quod humanum animum abundantius efficaciusque ad imitationem prouocet, quam glorioſa facta maiorum. Quamobrem vt testatur Valerius Maximus consules Romani, & hi qui Romanæ Reipublicæ prodesse conati sunt, vt nedum ephœbam adolescentem ętatem, verùm etiā omnium studia ad meliora proueherent, lege sanxerunt, quatenus cantores in conuiuijs præclara præcedentium patrū facta ingenuis vetum carminibus comprehēsa cōcinerent. Et hoc apud Ethnicos, apud Iudæos autem pari voto, sed dissimili fide vir clarissimus Matathias cum moriturus lecto decumberet, congestis in vnum filijs, vt eorū audaces animos ad fortiter bellādum pro patrijs legibus concitaret, præcedentium patrum gesta cōmemorans, ait: Mementote operum patrū quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Sic Iosue, sic Gedeon, sic fortissimus Ducum Machabæus, cùm vellent singuli militū suorum spiritus, fiducia vacillāte per territos in prælium animare, in cōcionem citatis bellaturis fortissimè acta maiorum recitarunt. Quod fiebat, vt nec frangor armorū, nec citans ad bellum terribilis tuba, nec rubens in sanguine crudelior hasta, ita prouocatos socios deterreret: quin potius incitatis animis, non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati essent penetrare. Ne igitur Christiana gēs, & totius humani generis illustrior portio hac tam fructuosa re sola careret, horum insignium virorū tramites insequens, vtile duxi ex diuersis patrum historijs pariter, & exē-

Digitized by Google

plorum libris vnũm quendam librum colligere, per quem legentium animi non ſolum rerum geſtarum diuerſitate delectarentur, & ſummi opificis in ſuis ſanctis mirarentur effectus, ſed etiam præclaris & gloria dignis operibus incitarentur ad probitatem. Et hunc librum nõ absre vt arbitror, Speculũ Exẽplorum ſtatuo nominare, eo quod facile quicunque in eo legere contenderit tanquam in puriſſimo ſpeculo, aut decorem ſuum poterit, aut deformitatem conſpicere. Tunc certè cum ſe aut ſimilem viderit patribus, qui in hoc Speculo ob virtutũ inſignia dignis laudibus extolluntur, aut certè eorũ ſenſerit vitijs defędatum, quorum in eo ipſo malefacta carpuntur. Rogo igitur te nunc, prædicator ſuperbe, qui vt te ſciẽtulum monſtres, teque magis, quam Chriſtum prędices, per ſubtilium materiarum faſtigia volitans, in doctam & ſimplicem Chriſti plebeculam confundis, non informas: Rogo, inquam, te, flecte paululum elatum ſcientia verticem, & turgidum humanis fauoribus pectus inclina. Parce capiti tuo, parce laboribus tuis, et illas magis materias plebium auribus ingere, per quas non tam in tuas laudes, quam in diuinum amorem, & ſuæ vitæ correctionem aſſurgãt. At quia ad hæc nil efficacius, nilve fortius mortalium mentes, quam exempla promouent, ſis licet Doctor Theologus non vereare, quęſo, vnum, aut duo, vel ad maius tria ex hoc Speculo exempla collecta materię prędicandæ inſerere, eo quod nec ſummus ille Põtifex præclariſſimus Eccleſiæ Doctor Gregorius veritus ſit populo audituro exempla prædicare. Nec illud ſapiẽtiæ vaſtæ ſacrarium Chriſtus erubuerit Galilæorum repentinum interitũ, & imparem ſortem Epulonis & Lazari in medium ferre, Vade igitur, & tu fac ſimiliter, quia exemplamente efficacius mouent, memoriæ firmius hærent, intellectu facilè lucent, delectant auditum, fouent affectum, remouet tædium, vitam informant, mores inſtituunt, & dum ſua nouitate ſenſum permulcent, odioſam prædicatori ſomnolẽtiam fugant. Tempus me narrante deficiet, ſi voluero omnes exemplorum dicendorum vtilitates retexere. Verũ nè ſub graui iactura temporis tui, exempla tibi pro tempore, & materia profutura confuſius quærere cogeret is, ac per hoc tædio reddereris obnoxius, repertorium quoddam materiarum per ordinem alphabeti huic operi præpoſui. Quod ſi ſagacius perſpexeris, nedum facillimè id quod quæris inuenies, verum etiam copioſiſſimam dicendi occaſionem accipies; Prius tamen quàm in rem ipſam feramur, velim, lector, agnoſcas, quòd non omnia exempla in hoc Speculo Exemplorum poſita ſunt, quæ ſinguli in ſuis libris authores ſcribere voluerunt, quia ſi hoc facere tentaſſem, nedum nimis magnũ volumen efficerem, ſed etiam mea æſtimatione quamplurima ſuperflua, & parum ad rem pertinentia in lucem ferre compellerer. Verumq; igitur moderãs, nec digna ſcriptu tranſilij, nec quæ ea paruam mihi ædificationẽ habere vera ſunt, in voluminis mo-

lem

Digitized by Google

lem cõgeſſi:ne ſcilicet, aut parcum emptorem ab emptione pretium, aut ſtudioſum lectorem a lectione, indigna legi materia deterreret. Ea tamen quę ſcribere placuit eiſdem fermè ſtilo, forma, modo, quibus ab ipſis auctorib. conſcripta inueni ſine vlterio immutatione annotaui: ne me tam auctorem efficerem quam redderem collectorem, demptis dumtaxat quę in vltima diſtinctione locatu ſunt, quę quia non tam ex libris legi, quam veridica aliorum relatione didici, quia aliud mihi iter non patuit quomodo calamus ferebatur ipſe conſcripſi. Nunc autem quia impares noui ferè omnium hominum, & diuerſos affectus, nec eiſdem vijs voluntates ferri mortalium, eſſe quoque fermè tot ſenſus quot capita, pro rato teneo ſtruentem in calle multo habiturum magiſtros, & præſens opus non æquè omnibus placiturum, ſed iſte iſtud, & ille illud ſibi in eo diſplicere cauſabitur, atque ſic in miſerum collectorem, cui pro labore gratiam debuerant, graues fulminabunt querelas. Quas quia mihi ad ſuperbiam prono non minus profuturas, quam vanos noui fauores laudantium, quantum me adiuuat Dominus non patientiſſimè modo, quinetiam gratiſſimè feram, hoc vnum petens a lectore ſtipẽdium, vt pium Ieſum pro me deprecari dignetur, vt de cęte ro in omnibus quæ acturus ſum ſibi malim, quã hominibus complacere. Præſertim quia temerarium hominus genus tam ad iudicandum prochuum eſt, tamque feruidis velis ad aliena opera arguenda inuehitur, vt gubernantem omnia Deum auſit nonunquam arguere, ac contra ſuauiter vniuerſa moderantem blaſphemo ore garrire, quòd nõ ad ſuum libitem arentia fecerit arua virere nec fœcundandi glebis raras imbrium guttas è nubilo cœlo defuderit, Non igitur verebor ſub tali duce cõtra ſcyllæos caues bellum inire ſemper ſine ratione latrantes. Sed dicat, quiſque quod velit, agat quod libet, arguat, laceret, reprehẽdat, & rem aliter atque aliter faciendam ordinandamque fuiſſe dicacior e ſuggillet. Ego Chriſto magis, quam hominib. placere contendẽs, contemptis fauoribus tam cito fugacibus, ad laudem Dei animarumq; profectus hoc ordine opus incipiam.

Digitized by Google

CATALOGVS AVCTORVM, EX QVIBVS exempla voluminis huius excerpta sunt, vel qui citantur, vel qui meminerunt eius, quod in exemplo narratur, cum ætate eorundem.

Albertus Krantius vixit ann. 1520
Albertus Patauinus ordin. Eremit. D. Aug. 1310.
Ambrosius 380.
Angelus Tancredus, ord. Minorum discip. S. Francisci 1246.
Antoninus 1459.
Augustinus 432.
Bartholom. de Pisis ord. Minorum 1380.
Beda 710.
Bernardus 1140.
Bernardin. de Busto ord. Min. 1480.
Bonauentura 1250.
Cassiodorus 520.
Caesarius Heisterbachēsis ordinis Cisterciensis 1200.
Collector exemplorum huius voluminis, circiter annum D. 500.
Chrysostomus 380.
Dietmarus.*
Eusebius Caesariensis 330.
Fulgosus seu Fulgosius 1483.
Florentinus Harlemius Carthus.*
Gerardus de Fracheto ord. Præd. 1260.
Gervasius Libistinus.*
Gotschalcus Holen ord. Eremitarum D. Aug 1460.
Gregorius primus Papa 600.
Gregorius Nazianzenus 380.
Gregorius Turonensis Parisiensis 600.
Guilielmus Parisiensis Episc. 1236.
Giuliel mus de Lugduno ord. Prædicatorum 1276.
Hartmanus Scedel, Germanus Historiographus 1494.
Heliuandus monachus ord. D. Benedicti. 1020.
Heraclides Anachoreta.*
Hermanus Petri Carthusia. 1428.
Hikemarus Archiep. Rhemensis 840.
Hieronymus 1384.
Hugarius siue Vngarus Min 1497
Hugo de Sancto Victore 1130.
Humbertus 5. Generalis ord. Prædicatorum 1254.
Iacobus Gennensis Archiepiscopus ordi. Prædicat 1298.
Iacobus de Paradiso Carthus. 1466.
Iacobus Guytrodius Carthus. 1472.
Iacobus de Vitriaco 1220.
Ioannes Cassianus 435.
Ioannes Climachus 340.
Ioannes Aegidius, siue Iubior ord. Prædicatorum 1406.
Ioannes Dassignies Cistercien. ord.*
Ioannes Aedeus Minorita.*
Ioannes Algrini de Abbatis Villa ord. D. Bened Episc. Sabinensis Cardin. 1227.
Ioannes Herolt alias Discip. ord. Prædicatorum 1450.
Ioannes Nauclerus 1500.
Ioannes Nyder ord Prædic. 1438.
Ioannes Raulinus ord. D. Bened. 1480.
Ioannes Salesberiensis, Anglus Episcopus Carnotensis 1182.
Ioannes de Sconhouia Prior de Gronendalidest, viridis in Brabantia ord. Canonici S. Aug. 1420.
Ioannes Tritheminus abbas ord. D. Benedicti 1494.
Iordanus 2. General ord Prædic. 1266.
Iordanus Saxo, ord. S. Aug. 1410.
Laurentius Surius Carthus. 1575.
Leo ord Min. Discip. S. Francisci 1246.
Ludouicus Granatensis ord. Præd. 1582.
Martinus Polonus ord. Præd. 1320.
Marulus Spalatensis 1480.
Nicolaus Dinckelspule 1420.
Orosius 430.
Palladius 440.
Paulus Diaconus Aquilensis 740.
Pelbartus Themesuar ord. Min. 1496.
Petrus Alphonsus 1100.
Petrus Cantor Parisiensis 1200.
Petrus Damianus. 1050.
Petrus Dorlandus Carthus. 1597.
Petrus de Natalib. ord. Præd. 1490.
Petrus Sutor Carthusianus 1521.
Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis ordin D. Bened. 1140.
Robertus de Licio ord. Min. 1486.
Ruffinus ord. Min. disc S. Franc. 1246.
Sigibertus Genblacen. ord. S. Bened. 111

Sul

Digitized by Google

Sulpitius Seuerus. 420.
Thomas de Canti p. ord. Præd. 1078.
Thomas a kempis Canonicus regularis ord. D. Aug. 1471.
Victor Vticensis. 540.
Vinc. Bellouacensis ord. Prædic. 1259.
VVerneus de Laer. Rolanni K Carthusianus. 1494.
Vitæ Patrum.
Vitæ Sanctorum.

Indiculus operum ignotorum, vel quorum auctores ignorantur à nobis, è quibus Collector huius Speculi exempla sumpsit.

Liber de Ortu, sine origine Carthusiensis ordinis.
Liber qui dicitur Vita IESV.
Liber Exemplorum.
Liber exemplorum B. Virginis.
Liber alius exemplorum B. Virginis, qui dicitur Mariale.
Liber qui dicitur Speculum humanæ saluationis.
Historia Angelorum.
Chronica Priorum maioris domus Carthusiæ.
Chronica Cappucinorum idiomate Lusitanico scripta.
Gesta summorum Pontificum.
Chronica Imperatorum.
Chronica Episcoporum Leodiens.
Itinerarium Dietiniari.
Magna legenda S. Hugonis Linconiensis Episcopi ord. Carthusiani.

Nomina & ætas authorum, ex quibus huius appendicis exempla deprumpta sunt.

Albertus krantius vixit ann. 1517.
Alexander ab Alexandro 1493.
Antonius Senensis ord. Præd. 1575.
Baptista Fulgosius. 1483.
S. Bernardus. 1443.
Bredenbachus 1584.
Chronica Imperatorum.
Chronica Minorum.
Chronica Prædicatorum.
Concilium Nicænum. 2790.
Dorotheus Archimandrita 500.
Fortunatus Episcopus Pictauiensis 550.
Franciscus Turrianus è Societate IESV. 1584.
Gotschalcus Holen ordi. Eremit. D. Aug. 1460.
Guilielmus Lindanus 1588.
Hieronymus Platus.
Hugarus siue Vngarius ordinis Minorita-rum. 1497.
Iacobus Strada. *
Ioannes Albertus VVIdmanstadius 1555.
Ioannes Diestanus Blærus 1485.
Ioannes Euorarus Moschus 612.
Ioannes Gerson 1427.
Ioannes de Laugoeznou Abbas in Britannia Gallica 1350.
Ioannes Nyder 1438.
Ioannes Thaulerus 1350.
Ioannes Trithemus 1560.
Ioannes Vasæus 1560.
Julianus Pomerius Diac. Tolet. *
Laurentius Surius 1575.
Legenda magna S. Dominici.
Lucas Pinellus Societat. IESV. 1597.
Ludouicus Blosius 1568.
Michael ab Insulis ord. Præd. 1476.
S. Nilus Abbas 410.
Origenes Sueuicæ. *
Papyrius Massonus 1485.
Petrus Canisius Socier. IESV. 1598.
Petrus Cluniacensis Abbas 1140.
Petrus Matthæus 1591.
Robertus Bellarminus Cardin. Societat. IESV. 1603.
Rodericus Archiepiscop. Toletanus. *
Sraphius Razius ord Præd. 1594.
Sigebertus Gemblacensis 1110.
Speculum spiritualium 1430.
Theodoricus de Apoldia ord. Præd. 1288.
Theoieptus Philadelphiæ Episc. *
Thomas a kempis 1471.
VVolfangus Lazius Cuspinianus 1555.
Vincentius Bellouacensis 1256.
Vita Ioannes Damasceni.

INDEX
CELEBERRIMVS
MAGNI HVIVS SPECVLI
EXEMPLORVM.

IN QVO ILLVD EST ADVERTENDVM, QVOD prior numerus est Distinctionum, posterior singulorum Exemplorum, tertius vero Paginarum.

ABSTINENTIA.

ABSTINENTI Honorato pisis in mõtibus situla haustus offertur. Distinctione prima, Exemplo primo. pag. 1.

Abstinentem se fingens monachus draconi traditur deuorandus distinct. 1. exẽ pl. 68. 37

Abstinentia sua Macharius confudit ieiunium Thabenensiotarum monachorũ. 2. 76. 95

Abstinentia grauius se Niceta Episcopus factus macerauit. 2. 94 104

Abstinentes duo adolescentes mori magis elegerunt, quam commissos ficus violare. 2 30 166

Abstinens Serapion omnibus passionibus de victis voracitatem ventris se non posse superare causatur. 4. 22 255

abstinens in claustro formosus, & sanus efficitur, qui in seculo crapulæ deditus deformis & debilis extiterat. 4. 64 277

abstinens Palemon in die Pascha cum lachrymis Oleum comedere recusauit. 7. 88 469

abstinentes fratres infra duos menses coctum pueris murmurantibus non comederunt. 7. 96 474

abstinentiam sancti Præiecti & socio um eius deridentes cadente solario oppressi sunt. 8. 154 564

abstinentiæ viribus per ieiunium sputum pestifer draco occiditur. 9. 2 578

abstinentia curatur prælatus quidam, qui delitijs affluens mente & corpore aegrotauit 9. 3 579

abstinens quidam crudelis arguitur, quod carnibus pecorum parceret, sed hominũ carnibus vesceretur. 9 205 676

abstinentia appetitus luxuriæ in Marina mitigauit. 10. 14 693

abstinentia. quære in Cula.

accommodare, quære in Charitas.

ACEDIA.

acediam facilè superat, qui oculum ad futuram gloriã, vel pœnã inflectit. 10. 54 88

accidia, quæ in sõnolentia, & labor manuũ.

acquiescere nolle cõtilijs, quæ in Pertinax.

ADVERSITAS.

aduersis neque prosperis motus frater multis miraculis claruit. 6. 74 392

aduersitate tentari, quære in Tentatio.

ADVLTERIVM.

adulterium fraude committens quam horribili plaga percutitur. 1. 86 46

adulterans vxorem philosophi quali pœna sit correctus. 2. 209 153

adultera quædam post mortem ab equite quodam gladio transfoditur, & flammis vrenda injicitur. 4 62 276

adulterũ execrata nobilis Romana fœmina proprium pectus ense transfodit. 4. 71 282

adulterantem militem ob terrificam faciẽ homines, bestiæ, pecudes ceu dæmonem fugiunt maledictum. 5. 81 237

adulter peccãdo gladio cõspicitur perfori, sed cõfessionis remedio recuiat. 9. 4 579

adulteri grauissima pœna visi sunt apud inferos cruciari 9 5 580

ADVOCATVS.

aduocati lingua, quam frequenter in vita vendiderat, in mortui ore inueniri non poterat 6. 86 399

aduocatus immisericordissimus ad iudiciũ Dei ventre citatur. 9. 128 636

AFFECTVS.

affectum carnalium parentum triũphans Abbas Pastor, pro filio sororis a iudice comprehenso intercedere noluit. 2. 35. 78

aste-

Digitized by Google

Affectum carnalem vicit Pior, qui se clausis oculis sorori ostendit. 2.41 82
Affectum carnalium amicorum vicit Ioannes, qui post viginti quatuor annos tanquam peregrinum se sorori ostendit. 2.42 82
Affectum carnalium vincès amicorũ Theodorus, & matrem conuertit, & sororem. 2.43 83
Affectum matris Marcus vicit, qui vestitus sacco, fœdatus fumo, clausit oculis se matri visendum exhibuit. 2.154 128
Affectum filialem vicit Mucius, qui ad præceptum patris vnicum filium in flumen iactare disposuit. 2.224 164
Affectum carnalium amicorum vincere cupiens, literas sibi ab eis missas in ignem crenandas proiecit. 2.229 166
Affectus carnali Abbas moriturus consanguineum suum in Abbatem substituens graui defunctus pœna mulctatur. 3.43. 232
Affectum parentum & amicorum Albertus puer vicit. 5.62 315
Affectum parentum vincès Comitis filius spretis consanguineis, contemptaque secularium vestiũ pompa, in religione stabilis perduraui. 7.75 459
Affectum parẽtum vincens Theodosia virgo ornata diademate & cruce post mortem apparuit. 8.10 485
Affectum parentum paginorum visa gloria Christi Celsus puer quanta magnanimitate contempserit. 8.102 541
Affectum mariti & filiorum fœmina quædam in pœnis cõstituta virtute multa deuicit. 8 114 552
Affectum mundi atque filiorum pro Christo contemnere fœmina quædam maritum suum elegante edocuit. 8.122. 555
Ambire prælaturam, quære in prælatus, & superbia.

AMICVS.

Amici falsi sunt peccata, mundus, & diabolus, sed amici veri sunt virtutes, & opera virtuosa & honesta. 4.17 251
Amicus verus in necessitate probatur. 5.46 309

AMOR CHRISTI.

Amore Christi carnalem amorem vincere docetur virgo, audiens a Christo, Me diligas, qui sum formosus, &c. 5.130 348

AMOR ILLICITVS.

Amorem illicitum quædam fœmina in tantũ exhorruit, vt maluerit in caldaria bulliri, quam fornicari. 2.66 95
Amore illicito tentatus frater, vt fortius laboraret vxorem, & filios ex luto finxit, & sic tentationem superauit. 2.24 73
Amore illicito tentatus Græcus adolescens tribulatione sola potuit liberari. 2. 65. 91
Amore illicito tentatur ammonius vel vno die pano saturatus. 2 69 93
Amore illicito labitur quidam senex, quia fœminæ consortium non vitauit. 2.102. 107
Amore illicito lapsus inobediens senex cũ puero reuertitur. 2.105 109
Amor illicitus, quære etiam in Luxuria.

ANGELVS.

Angelorum multitudinem se contra dæmonis tentamenta iuuare paratam abbas Moyses vidit. 2. 31 76
Angeli sancti se fratribus bona loquentib. miscuerunt. 2.45 85
Angelus Domini Antonium docuit manibus laborare. 2.113 113
Angelus vestigia fatigati senis numerauit. 2.115 114
Angelus infirmo fratri septem dies deuotissime ministrauit. 2.118 115
Angeli animam patientis fratris, qui abbrioso sene non recessit, in cœlum deduxerunt. 2.121 116
Angelos de conuersione peccatorum lætantes vidit Paulus simplex 2.187 142
Angeli peregrinum fratrem moriturũ consolantur, non autem intraneum. 2.188. 143
Angelus iecur infirmi fratris euulsum mũdans, & reimponens sanat eundem. 2. 199 148
Angeli Michael & Gabriel animam peregrini cum canticis in cœlum attollunt. 2.201 150
Angeli sollicitè, sed diuersimodè videntes beato Bernardo orationes fratrum scripitabant. 3.17 190
Angeli excitabant fratres ad deotè canendum Te Deum, &c. 3.18 190
Angeli moriente quodam fratre oratoriũ rosis, & liliis constrauerunt. 3.22 193
Angelorum dulcissimos cantus frater quidam in consolationem suæ tribulationis audi-

iudiuit.5.9 392
Angelus tentatum Liffardum subulcum per superbiam ostensis mortuorum sepulchris reuocauit.6.27 370
Angelorum cantus dulcissimos Comes Iuliacensis audiuit.6.90 401
Angelus a Masseo ad portam pulsare didicit,& fratrem Bernardum flumen transuexit.7.14 416
Angelicæ nares fœtorem peccatorum super omne cadauer exhorrent.9.163. 652
Angelus visus est oblationem altaris diuino conspectui reuerenter offerre.9.188. 669
Angelus iuuenem cecidit in maxillam eo, quod malæ societati se coniunxerit.10.9. 691

ANIMA.

Animam propriam quidam ebriosus dæmoni vendidit, & ab eo vna cum corpore ad infernum deuehitur.5.126 346

Aanimarum cura, quære in Prælatus.

Aniuarum zelus, quære in Zelus.

APOSTATA.

Apostata iuuenis a beato Andrea, & beato Gregorio grauiter flagellatur.1.110. 58
Apostatare volens apparente passo Christo resipuit 5.131 348
Apostata monachus,& sacerdos latro efficitur, & purgatorium duorum millium a se ipso sibi imponitur.6.6 354
Apostata monachus & fornicarius rursus a beato Bernardo conuertitur.6.7 353
Apostatare volens quidam notabilem visionem de duabus vijs habuit.6.39. 374
Apostata conuersus dum festinat fieri Episcopus cum furto capitur & suspenditur 6.54 381
Apostatans conuersus ex cuculi vocibus longam sibi vitam promittens citius moritur.6.55 382
Apostata Dei iudici præsentatus aut peccata soluere, aut in infernum ire præcipitur.8.54 512
Apostatans eremita per obsessionem dæmonis ad eremum reuocatur.7.103 476
Apostatare volens Archidiaconus a sancto Dunstanno vsque ad mortem percutitur.8.3 481
Apostata Iulianus quam horrenda morte punitus est.8.81 528
Apostatare volens latratibus infernalis canis impedituR.8.87 533
Apostatare volens quidam a dæmonio possidetur.8.88 533
Apostasiæ causa fugientes de monasterio beati Greg. rij miraculose inuenti, atq; reducti sunt.8.89 533
Apostatans sororis amore cum eadem ab in visa bestia laceratur.9.6 580
Apostasiæ spiritu tentatus procuratione diaboli decem aureos in cella inuenit.9.7. 580
Apostatare volens ostensione pœnarum inferni, & cœlestis gaudij a matre defuncta reuocatur.9.87 609
Apostasiæ spiritu tentatus frater orationib. sodalis sui constans efficitur.9.147 645
Apostatare volens iuuenis per Christum sibi vulnus lateris ostendentem reuocatur.9.159 650
Simile quasi ibidem 160. ibid.
Apostatans patris amore cum eodem repentina morte defungitur.10.23 709

Apostata, quære in exire,& inconstans.

Arguere,quære in reprehendere.

ARRIANVS.

Arrianus quidam Episcopus violenter quandam ecclesiam ingrediens repentina cæcitate percutitur.1.42 23

arrogantia quære in superbia.

ASCENSIO CHRISTI.

Ascensionis die sanctus Dunstannus ad cœleste regnum inuitatus venire renuit propter zelum animarum.8.2 481
Ascensionis Dominicę loca visitans, ejusmodi crescente amoris desiderio, scisso corde cœlos ascendit.9.71 610

Assumptio Marię, quære in Maria.

ASTVTIA.

Astutus & versipellis infernalibus draconib. circumcinctus nullum inuenire potuit effugium.1.112 59

ATTRITIO.

Attritus quidam peccator iussu beati Bernardi communicatur.6.15 362

AVARITIA.

Auarus Constantius murmurans propter duodecim aureos egenis datos Episcopatu indignus efficitur.1.14 7
Auarus pecuniam colligens in lagena, quam pauperibus dare consueuerat, putrescente cruce corrigitur.2.112 113
Auari diuitis anima a nigris equitibus ad inferna deuehitur.2.202 113
Aurũ cõcussũ Præpos. Steinuldẽsis du-

rè correptum à miniſtratione ſua depoſuit.6.41. 375
Auarus vſurarius dum cum ſacello pleno pecunia ſepultus eſt, dæmones viſi ſunt cor eius pecunia adimplere 6.84 398
Auarus Iordanus Cardinalis miſera ſua effigie notario ſuo apparens ſe ad iudicem duci confeſſus eſt.6.95 403
Auarus mendicus argentum comedés ſuffocatur.9.8 580
Auarus moriturus anxiè plorabat,quod diuitias ſuas alijs erat relictus 9 9 581
Auarus face dos peccata monſtrat, propter equum in ſe recipiens, per teſtudinē eccleſiæ à dæmonibus portatur 9.55 653
Auarus,quære ēt in bona iniuſta, & vitia.
Audire verbum Dei, quære in verbum Dei.

AVGVRIVM.

Augurio cuculi vitā longam ſibi repromittens turpis apoſtata citius moritur.6.55 382
Auguriatrix quam horribili pœnæ per mortem ad dicta ſit.4.51 270

BAPTISMVS.

BAptizatus Iſaac Geneſius minus cōuertitur,& ſic ex theatro ad martyrū, de ioco ad ſerium peruenitur.4.13 248

BENEDICTIO.

Benedictam à beato Beruardo bibēter cer uiſiam milites ad Dominum ſubitò cōuerſi ſunt 8.26 496
benedicere cibum,quære in cibus.

BENEFICIVM ECCLESIASTICVM.

Beneficiorum pluralitas Philippo Cancellario Pariſienſi cauſam damnationis accerſit.5.17 296
Beneficiorum pluralitatem quidam poſt mortem apparens dixit eſſe cauſam æternæ damnationis.5.18 397
Beneficia plura habere dummodo vnum competens eſſet ad victum quidam Cardinalis moriturus dixit eſſe peccatum mortale 5.19 298
Et plures alij doctiſſimi viri, vt ibidem habetur,hoc ſenſiſſe videntur.
Beneficia eccleſiaſtica pinguia & plura habentes quidam canonici, & prælati mala morte moriuntur.5.20 298
Beneficiorum pluralitatem pulchra viſione Maria de Oignies didicit eſſe vitandam.8.62 511
Beneficium eccleſiaſticum prō Dominō relinquens quantum eſt a Domino remuneratus.9.10 581
beneficijs eccleſiaſticis promouens nepotes ſuos Epiſcopus in lecto aureo vilus inferoale carmen concinere.9.11 581
beneficia eccleſiaſtica inutiliter.9 12 582

BENEVOLENTIA.

Beneuolentia Macharij conuertitur qui duris verbis diſcipuli eius in furorem exarſe at.2.56 88
beneuolentior fuit Abbas Achilles ſanctis, qui malam de ſe ſuſpitionem habuit, quam cæterjs.2.126 122
beneuolentia ſenis Manicheus hæreticus orthodoxus efficitur.150 127
beneuolētia ſua abbas Paſtor inuidi fratris ſaucium pectus ſanauit.2.175 134
beneuolentia ſancti Odonis latro conuertitur.4.38 266
beneuolentia ſancti Franciſci tres latrones conuerſi ſunt.7 23 427
beneuolentia & oratione ſua Pachonius peruerſa fratrem ad ſanctam compunctionem conuertit.7.94 471
beneuolentia ſua Abraham eremitas ex lubrica vita reduxit neptē ſuam.8.20 492
beneuolentia confratris quidam poſt formi cationem ad pœnitentiam rediit.9.166 653
beneuolentia ſeniorum quidam, qui perſuaſu amicorum carnalium cremum deſeruerat,poſt multa peccata ad pœnitentiam reuocatur.9.196 672

BIGAMIA.

Bigamum Ioannes Eleemoſynarius nec producentis millibus modijs tritici, & centum octoginta libris auri voluit ordinare.8.34 500

BLASPHEMIA.

Blaſphemi in Deum & ſanctum Petrū,gallo iam aſſoreuiuente, lepra, & ſeruiture cū ſua poſteritate grauantur.1.85. 46
blaſphemus clericus ſententiam illā, Omnis qui ſe exaltat.&c. falſam dicens,fulgureo enſe tranſfigitur.1.97 52
blaſphemiæ ſpiritu ēratus frater a ſancto Poemene conſolatur.2.50 87

Digitized by Google

Blaſphemus iurans per mẽbra Chriſti, & Marię cęlesti gladio vulnerat.3.43. 212
Item ibidem aliud.44. 212
Blaſphemus Simon de Tornaco terribili morte percutitur.5.99 135
Blaſphemiam loquens in ſanctũ Hieronymum corpore & anima ad infernũ per dęmonem deuectus eſt.7.85 468
blaſphemus Iulianus apoſtata horribili morte punitur.8.81
blaſphemare, quare etiam in maledicere.

BONA INIVSTE ACQVISITA.
Bona iniuſtè acquiſita retinens Comes cũ omni poſteritate ſua ad inferna deſcendit.1.88 48
bona iniuſtè per mortem occiſi militis retinens Comes terribili equo impoſitus ad inferna portatur.4.63 277
bona iniuſtè retinens nunquam mortis ſẽtentiam euaſiſſet, niſi per Mariam virginem reuixiſſet.5.40 317
bonis iniuſtis per mercationes parentum acquiſitis enutrita mater Mariæ de Oignies æternaliter ſed dicit damnatam. 5.122 344
bona iniuſtè ablata retinẽs Ludouicus Lãt grauius grauiſſimas pœnas inferni ſuſtituit.6.5 353
bona iniuſtè retinens conuerſus requiẽ cęleſtem intrare prępeditur.6.82 398
bona iniuſta cuiuſdam naucleri omnia perierunt, quib. amiſſis de iuſtis bonis miraculose ditiſſimus eſt effectus. 8.32. 499
bona iniuſte acquiſita quia tãctiſſima quędam fęmina non teſtituit purgatorium acerrimum tulit.8.50 510
bona eccleſiaſtica violenter auferens eccleſię ſancti Andreę primò febrib. deinde morte mulctatus eſt.8.73 525
bona religioſorum ſecularib. data nõ ditãt eos, ſed magis de pauperant.2.151. 127
bonis monaſterij iniuſte ditatus repente pauper & miſer efficitur.5.15 295
bona monaſterij a germano ſuo abbate iniuſte accipiens depauperatur, qui cũ redderet cępit biteſcere.6.24 368
bona monaſterij iniuſte retinens diſpenſator horribili viſione dãnatus apparuit. 10.21 707
bona iniuſta, quęre etiam in debita, in teſtamentum, in vſura.

CALCEI ROSTRATI
Calceis roſtratis induta fęmina poſt mortem apparuit, quia in vita eius abuſa fuit.94 402
Calceos roſtratos ſolitus facere ſutor plagatur a dęmone.10.27 713
callidus, quære in aſſutus.

CANTVS.
Cantor laſciuè vocem inflectẽs in diuinis laudibus a dœmone irridetur.3.61 231
Item ibidem.62 232
canticis Angelorum anima deuoti fratris ad exitum procuratur.2.Lor.150.& 5.9 192
cantantibus & diſcantantibus canonicis ſolus raucus exauditus eſſe cęleſti voce proteſtatur.5.96 333
cantans cum elatione ad benedictionem cerei paſchalis à dæmonibus raptus eſſe putatur.6.30 371
cantantes clamorosè clerici dæmonis ſaccum impleuerunt.6.31 ibid.
cantus Angelorum quam dulces ſint. 6 90 401
cantus chorizantium cum auiditate audiẽs ſoror ſancti Damiani quindecim dierũ purgatoria affligitur.9.111 625

CAPITVLVM.
Capituli locum dæmon introire nõ audet. 8.14 487

CHARITAS.
Charitate plenus Paulinus Epiſcopus ſe pro filio viduæ in captiuitatem dedit. 1. 29 15
charitate accenſus Sanctulus ſeipſum pro diacono quodam dedit in mortem.1. 48 26
charitate motus Epiſcopus, cum non haberet quod alteri ad comedendum præponeret, vnam de volitãtibus ſuper ſe gruibus oratione deiecit.1.76 43
charitatiue miniſtrat denotes cæcus illi, qui ſe viſu priuauerat.1.95 51
charitatem exhibere nolens concedendo camelum Ammonii, mox mortuum camelum defluit.2.17 71
charitatiui fratres vnam intactam per totam eremum ſibi inuicem tranſmiſerũt. 2.48. 86
charitatiuus ſenex neglecta indigentia propria camelum ſuum alteri conceſſit.2. 60 89
charitatiuus frater anſas de ſuis ſporeis reſo luens

Digitized by Google

ſoluens alteri indigenti tranſmiſit. 2. 176 135
Charitatiui meſſores infirmum non valentem laborare ad mercedes capiendas in ridice compulerunt. 2. 178 135
Charitatiui fratres ſancti Franciſci pro alterutro ſe lapidum ictibus opponebant. 7. 2 408
Charitatis fraternæ obſeruatio docēte Ioānes Euangeliſta ſufficit ad ſalutem. 8. 76 526
Charitatiuus hoſpitalarius indifferenter cunctos recipiens canē ibus Angelis in cœlo recipitur. 10. 13 697
Charitatem perturbare, quam periculoſū ſit, quære in diſcordia.
Charitatem infirmis exhibere, quære in infirmus.

CARNIVM ABSTINENTIA.

Carnes contra ſtatutum ordinis ob infirmitatem comedere coactus orauit, & ſtatim aſſata perdix reuiuiſcens auolauit. 7. 62. quære etiam in Gula. 453

CARNIS TENTATIO.

carnis tentatione vexatus Equitius ab Angelis eunuchizatur. 1. 7 3
carnis tentationum fugiens Helias rector monialium ab Angelis eunuchizatur. 9. 19 684
carnis tentatio, quære in Luxuria.
carnem affligere quære in pœnitere.

CARTHVSIENSIS ORDO.

Carthuſienſis ordo inſtituitur occaſione horribilis mortis cuiuſdam anno Domini 1084 9 97 618

CASTITAS.

caſtus efficitur Equitius per miniſterium Angelorum eunuchizatus. 1. 7 9
Simile de Helia monacho 9 19 584
caſtitatis amatrix Galla ſe undum matrimonium reſpuit, & a ſancto Petro viſitata ad cęleſtem ſponſum ita perrexit. 1. 51 29
caſtitatis amore quędam bulliri in caldaria maluit, quam uirginitatis clauſtra violari. 2. 66 91
caſtitatis merito duo coniugati in meritis duobus ſanctis patribus præponuntur. 193 145
caſti viri in preſentiam dæmon magis, quā merita Ioannis abbatis expauit. 10 219. 160
caſtitatis merito Imperatrix per beatā virginem ex multis anguſtiis liberatur. 4. 3 237
caſtitatis amore nobili fęmina cum filiabus fluminibus ſe mergendam iniecit. 4. 70 281
caſtiſſima quædam Romana ne adulterio pollueretur nobile pectus enſe transfodit. 4. 71 282
caſtitatis merito iuuenis mirabiliter a uirgine Maria conuertitur, & a nuptiis ad cœleſtia regna uocatur. 5. 59 316
caſtitatis zelo fęmina pulchritudinem ſuā timens intuentibus futurum periculum deformari ſe a Domino impetrauit. 5. 77 325
caſtiſſimi Epiſcopi oculus etiam poſt quadringentos annos caligare non potuit. 5. 79 326
caſtra fœmina vetulam ſe decipere volentem nudam procurauit optimè flagellari. 5. 80 ibid.
caſtus Epiſcopus tentantem ſe fœminam cædens in faciem vi verberis deiecit in terram. 5. 82 327
caſtus prædicator tentantem ſe fœminam ſuper ignem decumbens inuitat ad concubitum. 5. 83 328
caſtus iuuenis ab ardente ferre non vritur, ſed corruptus grauiter conflagratur. 5. 91 332
caſtus presbyter quantam gratiam pro caſtitate videte Baſilio meruerit. 8. 82. 530
caſtitatem perpetuam Thomas de Aquino fortiter reſiſtendo promeruit. 8. 94. 535
caſtitas, quęre in uirginitas.

CASTRARE.

caſtrantes ſeipſos ab Epiſcopis excommunicantur. 2 72 133
celebrare, quære in communicare, Euchariſtia, miſſa.

COELESTIS GLORIA.

cæleſtem gloriam ad breuiſſimum tempus expertus puer omnium hominū linguis loqui didicerat. 1. 57 52
cæleſtem ciuitatem non niſi per pœnitentiam ſuas veſtes lauantes intrabunt. 4. 57 274
cæleſti gloria uiſa nobilis, quidam de gente Tartarorum conuertitur. 5. 125 346
cæleſtem gloriam quidam moriturus uidēs mira narrauit, multa prędixit, aliorum cordium occulta cognouit. 6. 78 395
cœleſtem gloriam expertus anxiè de ſuo re-

Digitized by Google

ditu cauſabatur.6.79 396
cęleſtis præceſſionis intuitu nouitius duritiam ordinis S.Franciſci exhorrens confortatus eſt 7.19 423
cęleſtem gloriam videns latro S. Franciſci omnium ſuorum dolorum oblitus eſt.7.23 427
cęleſtis regni intuitu quidã moriturus omnes labores ſuos nihil eſſe fatetur.12.52. 448
cęleſtem theſaurum nulli rei comparabilẽ tribulationibus ſui Franciſcus promeruit.7.29 435
cęleſtem domum Ioannes eleemoſynarius a Troilo Epiſcopo originis libris, quas pauperibus dedit, comparuit 8. 41 506
cęleſtis premij oſtenſione puer Celſus cõuertitur.8.102 541
cęleſtem coronam S. Fidi pro paſſionibus datam vidẽs Caprasius animatur ad pugnam.8.104 443
cęleſtis mercedis intuitu quanta auiditate martyres tribulationes huius temporis expetierunt.8. 107 546
cęleſtem gloriam, & amęnitatem cogitantes tres diſſoluti iuuenes ad Dominum conuertuntur.9 48 598
cęleſtis gloria conſiſtit in viſione faciei diuinæ, quæ omnem decorem creatum excellit.9.63 603
cęleſtis gloriæ conuiuium celebrans miles ducentos annos præ immenſitate lætitiæ vix horæ ſpatium arbitratur. 9.64. 604.
cęleſtis harmoniæ dulcedinem per auiculam audiens frater trecenijs annis in nemore perdurauit.9.65 605
cęleſtis gloriæ, & inferni pœnarum intuitu roboratus nouitius in ordine perdurauit.9.81 610
cęleſtem ianuam Chriſti paſſione apertã luxurioſi, & vani homines rurſus claudunt.9.150 646
cellam exire, quære in exire.

CIBVS.

cibos benedicere, quære in crux.
cibos nimis curioſe diſcernens frater niſi emendatus pitantiam Mariæ impetra e non potuit.3.28 199

CINERES SACRI.

Cineres ſacros deridens carnifex denſitate cinerum ſuffocatus eſt.6.77 394

CIRCVNSTANTIAE Peccatorum.

Circumſtantias peccatorum ſcrupuloſe confitens frater aurea meruit corona fulciri.7.45
Clementia, quære in beneuolentia, & charitas.

COMMVNIO.

Communicantium nomina Angelus Domini Pyamone videre diuerſimode ſcripſit.2.22 73
cõmunicationem corporis Chriſti nimiũ protrahens mulier incantationibus magnorum in equum eſt conuerſa.2.75.95
communicans indigne ſacerdos horribili vulnere a Domino verberatur. 2.77. 96
communicantium diuerſos eſſe vultus quidam ſanctus Epiſcopus Domino reuelãte conſpexit.2.190 143
communicans deuote frater mirabili modo a capitis dolore ſanatur.3.27 199
communicans frater aſperè correpto fratre inconſolato amaritudinem pro dulcedine in ore ſenſit.3.35 206
communicans irreconciliato fratre ſacerdos porcellum interimens, oſculum dulciſſimi Ieſu conſuetum amiſit.3.55.225
communicãs in diſcordia monialium præpoſitus iuſte a poſſeſſa increpatur. 4.56. 226
communicantis indigne hoſtiam niuea columba in nocte Natiuitatis abſumens auolauit, & poſt confeſſionem reportauit.6 8 356
communicans quidam magnus peccator ex attrito contritus, & veterus pœnitens efficitur.6.15 362
communicaturus ſodomita rigefactus nõ valet procedere. 6.22 367
communicare quidam in inuidia præſumens a dæmone arripitur.8.199 566
communicare, quære etiam in Euchariſtia & miſſa.
compunctio, quære in contritio.
concedere alteri, quære in charitas.
concordia, quære in diſcordia, & pax.

CONFESSIO.

Confeſſione quidam ab ipſis fere inferni clauſtris liberatur.1.87 47
confeſſores indiſcrete confitentes frequenter ad deſperationem inducunt. 2. 100. 106

Con-

Digitized by Google

Confessionem coram ducentis fratribus apertam faciens videntę patre peccatorum suorum deletionem lauro promeruit.2.136 168
confessionem protrahens miles a dæmone percutitur, & desperans defungitur. 3. 8 182
confessionem imperfectam faciens fœmina, nisi Maria subueniſſet, in æternum perijſſet.3.46 213
confiteri volentem protrahens abbas in desperationem duxit.3.54 223
confessionem infirmarij mirabili studio dęmones impedire conantur. ibid.
confessione nobilis quædam fęmina etiã ab infamia liberatur.4.4 239
confessionis remedio adulterans miles perditam faciei effigiem recuperauit. 5.81. 327
confessione infirmus in corpore sanatur. 6.108 338
confessor indiscretus latronem, & apostatam verè pœnitentem non vult absoluere.6.6 334
confessione sacerdos in stabulo ab infamia fornicationis eripitur.6.17 368
confessione mundatus peccator a dæmone in obsessa laudatur,qui eum ante confuderat.6.18 363
confessionem Alheydis fornicariæ dæmon clamoribus impedire conatur. 6. 19. 364
confessione cuiusdam tempestas maris excitata citò sedata est.6.21 366
confessionem sibi mutuo facientes qui simul peccauerant,damnandi fuissent nisi alteri confessi fuissent.6.22 367
confessione videns diabolus homines candidari, voluit & ipse confiteri. 6. 23. 368
confitens quædam bona,quæ fecerat a cõfessore quid cõfiteri debeat informatur. 6.26 369
confessione dæmon ipse fatetur vires suas super omnia eneruari.6.83 398
confiteri nolens nisi per signa tantum turpis apostata efficitur.7.12 414
confitens scrupulose singulas circunstãtias aurea meruit corona fulciri 7. 45
confessione nouitius quidem peccata sua ex charta diabolica omnino deleuit. 7. 59 452
confessiones pauperum libenter audiens lachrymis eorum ex purgatorio liberatur.7.68 456
confessione Astionis dæmon vires suas subuersas esse conqueritur.8.21 494
confessione, & precibus Malachiæ iracunda fœmina mansuetissima efficitur. 8. 47 509
confessione mortalis peccati in se absconditi infirmus pater sancti Sampsonis cõualuit.8.150 567
confessione sanatur miles a vulnere, quod per adulterium contraxerat.9.4 579
confessionem imperfectam faciens scienter fęmina subito moritur, & draconem equitans in horribili specie post mortẽ videbatur.9.31 590
confessione neglecta nulla opera pietatis a damnatione possunt saluare 9.32. 591
confessionis remedio qui triginta annis dæmoni seruiuit sub homagio misericordiam Dei consequitur.9.35 592
Item simile quasi ibidem.34 ibid.
confiteri nolens timore pœnitentiæ iniungendæ ad inferna defertur.9.88 615
confessio sine proposito emendæ,sed ex cõsuetudine parum prodest.9.148 645
confitens iuuenis a Spiritu sancto ad gratiam recipitur, qui impenitens a Patre, & Filio condemnabatur. 10.1 683
confiteri nolens fœmina,sed indulgentiam lachrymis solis sperans impetrare,a dæmone irridetur.10.24 710
confiteri tentationem, quære in reuelare.
confidentiam habere in Domino, quære in Sollicitudo.

CONFIRMATIO.

Confirmatus cęcus non potuit, vt antea, de coloribus iudicare.5.133 349

CONSECRATIO.

Consecrationis verba proferens Ioannes de Aluerna totus in se amore liquescens extasim passus defecit.7.36 439

CONSILIVM.

Consiliis fratrum non adquiescens,cõsilio

dęmonis illuſus in puteum ſeipſum proiecit. 2. 212 157
conſilij prauis quidam negligens frater ſeruentioribus fratribus, vt monaſterių exirent perſuaſit. 2. 233 167
conſilijs ſanis nolens adquieſcere in puteū ſe vidit proiectum. 3. 25 196
conſilio carnali conſanguineum ſuum in abbatem abbas ſubſtituens tanquam malus conſiliator grauiſſima defunctus pœna mulctatur. 3. 63 232
conſilio praui germani ſeductus Titus vxorem duxit quam vna cum gerulo enſe tranſuerberans lato ſęuus efficitur. 6. 84 fol. 467
conſilijs nolens adquieſcere iuuenis ſubitanea, & horribili morte moritur. 10. 26. 711
conſilijs non adquieſcere, quære in Pertinax.
conſortium, quære in Societas.

CONSTANTIA.

Conſtantia pro Domino ſancti martyres omnes tribulationes pertulerunt. 8. 112. & in ſeq. 546
conſtās proconſul Carthaginis nec minus, nec precibus, nec muneribus oblatis per Dominum ſuum ad Arrianam hæreſim potuit inflecti. 8. 115 552
conſtantia quanta Imperatorum decreta contra chriſtianos in conſpectu omniū quidam diruperit. 8. 121 558
conſtantia, quære in perſeuerantia.

CONSVETVDO.

conſuetus in luxuria ſenex Nicolaus quanta difficultate emendatus ſit. 8. 70. 522
conſuetudo mala quantum noceant. 9. 68. 605. & 68 606
conſuetudines bonas ſeruare, quære in Statuta.
conſuetudo in peccato ſodomitico quā difficile vincitur, quære in Sodomia.

CONTEMPLATIO.

contemplatio Franciſci qualis fuit. 7. 10. 413 & 16 118
contemptus mundi, quære in mundus.

CONTRITIO.

contritionis vehementia meretrix conuerſa moritur, & ſine purgatorio euolauit. 2. 63 90
contritus pro peccatis deuotus frater repetitis vicibus mirabiliter a Domino conſolatur. 3. 34 205
contritus in vltima expiratione, miles ſceleratus quale purgatorium pertulit.. 5. 113 340
contriti iuuenis peccata delentur de ſchedula. 6. 11 359
contritionis magnitudo peccatrix quędam ante confeſſionem moritur ſub ſermone, & poſt apparens ſaluatam ſe eſſe ſignificauit. 5. 88 330
& 7. 57 451
contritione vehementi mulier inceſtum cū filio commiſſum confeſſa Papæ veniam peccatorum accepit. 6. 12 360
contritionem ab extra morituras oſtendens, ſed in corde propoſitum emendæ non habens, damnatur. 6. 14 362
contritionem veram per communionem corporis Chriſti peccator accepit. 6. 15. ibidem
contritionem quantum Siluanus ex benignitate Pachomij concepit. 7. 94 471
contritionis remedio iam per dæmones in aera ſubiectus grauiſſimorum peccatorum veniam recepit. 9. 38 593
contritionis lachrymis peccatorum catena dirupta eſt. 9. 39 594
contritionis remedio miles quidam iam moriens veniam peccatorum accepit. 9. 41 595
contritus ſub ipſo puncto ſubmerſionis infeliciſſimus iuuenis ad cœleſtia regna meauit. 10. 15 709

CONVERSIO.

Conuertitur peruerſus Theodorus draconi datur ad deuorandum. 1. 61 36
conuerſionem protrahens vſque ad mortem ſtatim vt pœnitentiam nominari andiſſet obdormiuit 2. 94 51
conuerſa meretrix ſtatim moritur, & ad regna cęleſtia commeruit. 2. 63 90
cōuerſionem Euagrius ſemel, & iterum diſtulit, ſed Domini flagellis commonitus perfecte compleuit. 2. 85 99

con-

Digitized by Google

Conuertitur Iarro Pafnucio contra mortem ſuum vicini calicem potante. 2. 175. fol. 135
Conuertitur virgo ex viſione gloriæ tentati patris ſui, & ſuppliciorum matris pro ſperatæ in mundo. 2. 183 138
Conuertitur peccator ex verbo Dei, & quem dæmones ad eccleſiam pertraxerunt, angeli lætantes educunt. 2. 87. 142
Conuerſionem differens vſque ad mortem & tunc Deum inuocans a dæmonibus irridetur. 2. 201 151
Conuertitur tribunus humilitate duorum Machariorum 2. 203 151
Conuerſionem protrahens miles in deſperationem lapſus animam inter manus diabolorum exhalat. 3. 8 182
Conuerſionem differens faber ferrarius infernum vidit apertum 3. 9 183
Conuertitur Alexander per piſcem a beato Bernardo benedictum. 3. 14 187
Conuerſionis propoſitum relinquens Ioannes Valentiæ Epiſcopus pene fuiſſet de libro vitæ deletus. 3. 15 188
Conuertit Bernardus ſtudentes Pariſiis in magno numero deuota prece, quos prius non potuit prædicatione. 3. 19 190
Conuertit Bernardus latronem ductum ad ſuſpendium 3. 20 191
Conuertitur inuitus adoleſcens, qui ſæpe Dominum ne conuerteretur rogauerat, audiens in nocte, Si a Clareualle diſceſſeris ante Pentecoſten morieris. 3. 25. fol. 196
Conuerſione ſua perfecta Arnulphus magnam conſolationem in mortem promeruit. 3. 26 197
Conuertitur latro beneuolentia ſancti Odonis 4. 38 266
Conuertitur India ad fidem per captiuos Edifium, & Frumentium. 4. 74. fol. 284
Conuertitur Hiberorum gens per mulierem captiuam. 4. 75 ibid.
Conuertitur gens Burgondionum, eo quod Deum Chriſtianorum ſuorum fidelem adiutorem eſſe audierit. 4. 82. fol. 288
Conuertitur puer Albertus verbis Iordani, & pulcher Theutonicus ab ipſo Alberto. 5. 57 315
Conuertitur quidam de gente Tartarorum viſa gloria Chriſti, & ſanctorum eius. 5. 125 346
Conuertitur per beatum Bernardum oratione Henricus Germanus regis Franciæ. 6 2 351
Conuertitur clericus viſa pœna infernali Lãg auij Ludouici. 6. 5 353
Conuertitur dominus Bernardus humili cõuerſatione beati Franciſci. 7. 13 414
Conuertitur tres latrones benignitate ſancti Franciſci. 7. 33 427
Conuerſi authoribus conuerſioni ſuæ in futura vita magnas grates refundunt. 7. 35 438
Conuertitur Magiſter Rolandus omnes delitias citius tranſire conſpiciens 7. 46 435
Conuertitur quidam ſolemnis magiſter humili admonitione paſtoris ſui. 7. 48 446
Conuerſione ſodalium ſuorum prouocatus ſtudens quidam, proiectis libris quaſi in ſanus ad prædicatorum ordinem feſtinauit. 7. 49 447
Conuertitur quidam præ delitijs omnem pœnitentiam abhorrens, cum audiſſet, Subter teſternetur timea, &c. 7. 50 448
Conuertitur quidam quia vidit teterrimam ſuam inferni pœnas tolerare non poſſe. 7. 51 448
Conuertuntur duo de vaga vita, vnus voluntarie, alter induſtria ſodalis in ſpelunca incluſis coacte. 7. 79 460
Conuertitur Theodoſius diuinorum beneficiorum conſideratione compunctus. 7. 91 470
Conuertitur magiſter Silo viſa pœna diſcipuli ſui. 8. 65 520
Conuertitur Ioſeph Iudæus medicus, eo quod beatus Baſilius vltra curſum naturæ vitam ſuam per diem prolongauerit. 8. 84 531
Conuertitur benignitate, & oratione Pachonij peruerſus Siluanus, & ex importabili omnibus ſpeculum virtutum efficitur. 7. 43 471
Conuertitur Dunſtannus graui infirmitate compulſus. 8. 1 480
Conuertuntur milites ceruiſiam a beato Bernardo benedictam bibentes. 8. 26 496
Cõuertitur ſoror Bernardi orationib. & admoni-

Digitized by Google

monitionibus eius 8.25 495
conuersi in iuuentute ad Dominum quanta præ alijs gloria resplendebunt. 9.44 596
conuertitur latro exemplo pœnitentię innocentis fratris prouocatus 9.46 597
conuertuntur tres milites cęli gaudia cogitantes 9.47 598
conuersionem protrahens,& in multis studijs stare proponens repentina morte perimitur.9.49 598
conuertitur Guerricus timore mortis,quia audiuit omnes antiquos patres veteris testamenti mortuos.7.49 447

CHOREA.

Choream ducentes in nocte Natiuitatis maledicti a sacerdote integro anno chorizarunt.4.46 269
chorizatrix a dæmone possidetur, sed ab innocente puero mirabiliter liberatur. 5.90 331
chorizare solita in festis baculo quo pilape cutitur occidituir, & eius corpus ab infernali tanto dissipatur.5.105 337
chorizantibus cibicinans a fulmine percutitur,brachium a corpore diuellitur, corpus ex sepulchro ad inferna rapitur. 5.128 347
choream ducens proterua fęmina repentina morte percussa est.6.32 371
choreas pro Christo spernens virgo cęlesti choro interesse promeruit.9.50 598
choreis libenter iuncta fęmina a dęmone rapitur ,& pro cantilenis titio ardens oris eius impingitur.9.51 599
choreis festa femina ad inferna raperetur, nisi Mariæ virginis auxilium inclamasset 9.117 623
Item aliud.111 625

CORPORALIA.

Corporalia lauãs deuota fęmina vidit Mariam puerum Iesum super ea reponentem.9.77 609

CORRECTIO.

Correctionẽ disciplinæ subterfugiens Hugo de sancto Victore a dęmonibus grauissime verberatur.5.41 307
correctionem recipere nolentes duo insolentes iuuenes terrentur a dæmone, & in insaniam versi sunt.5.43 308
correctionem capitularem dæmon exhorrens capituli locum intrare non audet. 8.13 487
corrigere pueros,vide in puer.

CORRIPERE.

corripit patrem Imperatorem Mogontinus Episcopus de illicito matrimonio, & incarceratur ab eodem.1.100 53

CRINES.

crines vane & inordinate pectinando fęmina pectine igneo se post mortem vita est pectinare.9.152 647

CRVCIS SIGNVM.

Cruce non signans comedendo lactucam monialis obsidetur.1.8 4
cruce signatus Iudæus dæmones clamãtes audiuit:Væ,væ,vas vacuum, sed signatum 1.31 16
crucis signum frequenter in pectore pingens operosissimam crucem in pectore habere post mortem conspicitur. 5.29 301
cruce innocens puer mirabiliter ab obsessas diabolum effugauit.5.90 307
crucis signo sanctus Fraciscus lupi rapacissimi sæuitiam mitigauit.7.20 424
crucis signo conuersus vinum bibendum non benedicens a dæmone possidetur. 7.60 452
cruce ne Edmundus se signaret diabolus vtrasque manus eius cohibendo cõstrinxit.8.9 484
cruce se signans asinus sancti Reguli a dæmonis impetitione defenditur.8.96 536
cruce cibum non benedicens fęmina a dęmone possidetur.9.53 600
crucis signaculum formante notario dæmonum æthiopica turba disparuit.9.54 600

Crucis ſignaculo quidam dæmonum phantaſticum caſtrum ſubuertit. 9. 140 642
crucis, & crucifixi memoria, quęre in paſſione Domini.

CVLPA.

Culpam humiliter confeſſus innocens Eulalius meruit, quod matta ſua igne cremari non potuit. 2. 40 82
culpam ex corde cognoſcens ab offenſo fratre ſuſcipitur, qui ante repulſam patiebatur ab eodem 2. 172 133
culpam agnoſcentes fratres, qui ſeipſos caſtrauerunt ab excommunicatione ſoluũtur. 2. 172 133
culpam ſuam ſuperbus dæmon fateri non poteſt, nec Deum Dominũ ſuum agnoſcere. 5. 135 350

DAMNATVS.

DAmnati tanquam niues niſi ſunt ad inferna deſcendere. 9. 80 610
Simile quaſi habetur. ibidem 82. 613

DARE.

Date & dabitur vobis, &c. 6. 44 377

DEBITA.

Debita viduæ tardius ſoluens a Sancto Andrea, & Gregorio grauiter flagellatur. 1. 110 18
Debita non ſoluens fabro ferrario graui purgatorio poſt mortem affligitur. 5. 123 345

DEDICATIO.

Dedicationem oratorij Sancti Sebaſtiani frequentans mulier vitio carnis polluta nocte prętcrita a dæmone poſſidetur. 1. 16 8
dedicatam eccleſiam Arrianorum dæmon in ſpecie porci exire compellitur. 1. 44. 23
dedicatur eccleſia ſancti Dionyſij ab ipſo Domino Ieſu 4. 28 261
dedicationem eccleſię celebrantes tibicina prouocans ad ludor laſciuos fulmine percutitur. 5. 128 347
dedicationes propter bona vina frequentatus, pice, & ſulphure in inferno potatur 6. 107 404

DEFVNCTI.

Defunctę matri ſolitos ſeptem pſalmos nõ ſoluens B. Bernardus a Domino proclamatur. 3. 11 185
defuncti anima orationibus fratrum ſe populat adiuuari. 4. 67 213
defunctorum animas Domino quoties per cæmeterium iret recommendans quanta iocunditate poſt mortem ab ipſis animabus ſuſceptus ſit. 4. 64. fol. 233
defunctorum animæ militem pro ſe orare conſuetum ab inimicorum manibus liberarunt. 3. 65 234
defunctorum animæ ſacerdoti oranti pro eis Amen reſponderunt. 3. 66 235
defunctorum animæ a ſancto Odilone, & eius fratribus a dæmonum manibus liberantur. 4. 63 267
defuncti Benedicti Papæ anima meritis Sancti Odilonis a purgatorio liberatur. 4. 64 268
defunctorum animæ in equis infernalibus viſæ ſunt equitare 4. 61 276
defunctus miles miſſis & orationibus ſe petijt adiuuare. 4. 62 ibid.
defunctorum miſſas in dies legens infinitas animarum manus pro ſe coram Epiſcopo fideiubente aſpexit. 5. 118. fol. 343
defuncti filij mortem nimium deflens mater, vt in miſſis pro eo lachrymas fundat admonetur. 5. 119 ibid.
defunctus Otto Imperator orationes deuotorum pro ſe fieri poſtulauit. 5. 120. ibidem
defunctus contra militem, qui equum pauperibus dandum ſibi retinuerat, durius inuehitur. 5. 121 344
defuncti anima pretio laboris, quod nondum ſoluerat reddito a purgatorij pœna laxatur. 5. 123 345
defuncti poſtatæ anima duo millia annorum purgatorij precibus deuotorum adiuta in duos annos commutauit. 6. 6. 354
defuncto pro ſchlauinia præſtita orationi-

bus non ſuccurrens ſacerdos a dęmone verberatur. 6. 98 405
Defuncti anima poſt tantum Pater noſter fratris Conradi liberatur a pęnis. 7. 35. 438
Defunctorum infinitas animas Ioannes de Aluerna celebrans a purgatorio in cęlum vidit euolare. 8. 39 442
Defuncti anima a quindecim annorũ purgatorio per vnam miſſam liberatur. 7. 53 449
defunctorum animæ ab hæredibus ſuis poſtulant adiuuari. 7. 55 450
defunctorum triginti tres animæ meritis ſancti Vuichmanni morientis a purgatorio liberantur. 7 57 451
defuncti anima, qui libenter confeſſiones pauperum audierat, lachrymis eorum a purgatorio educitur. 7. 58 456
defunctorum animæ officium defunctorũ a fratre quodam pro ſe poſtulant celebrari. 7. 71 457
defunctorum abiector ſepultura requiem, celebrior vero pœnam nõnunquam ſolet inducere. 7 95 473
defunctorum commemoratio, quare inſtituta ſit. 4. 64. 267. & 8. 63 519
defunctis non eſt detrahendum, ſed eis potius ſubueniendum, & plus valent eis orationes iuſtorum, quam impiorum. 8. 67 521
defunctam ſororem Malachias miſſis deuotis a purgatorio liberauit. 8. 46. fol. 509
defuncti fratres cauſantur ſe in pœnis detineri, eo quod viui fratres vigilias, & cęteras orationes deuotè non perſoluerũt. 5. 142 643
defunctæ matris animam puer aureo hamo extrahere videtur ex purgatorio 9. 143 645
defunctis patris animam in peccato mortali exiſtens filius iuuare non potuit. 9. 148 645
defunctorum animabus Euſebius dux miſſis, & eleemoſynis ſubueniens, earum adiu orio, & ab inimico eripitur, & ad perſeueran iam exhortatur. 9 184. fol. 672
defunctorum officium ſæpe legentem ſuſpendens Epiſcopus iturus per cæmeterium aer comminatu one a defunctis terretur. 9. 185 674
defunctis quomodo ſubuenitur, quęre in Oratorio, Miſſa, & purgatorium.

DELITIAE.

Delitioſa vxor ducis Venetiæ iuſto Dei iudicio corpore toto computruit. 1. 84. 45
delicatæ Sophiæ corpus poſt mortem grauius fętet. 1. 83 45
delicati & nobiles ruſticanis operibus non ſunt prægrauandi. 2. 143 124
delitijs carnis nimis indulgens fœmina in inferna demergitur. 2. 183 138
delitijs huius ſeculi intendentes illi ſimilãtur, qui vnicornem fugiens in barathrũ prolabitur. 4. 16 251
delitias cagnis & mundi magiſter Rolandus videns eſſe fugaces, ordinem Prædicatorum intrauit. 7. 46 445
delitię carnales quendam diuitem ad grauiſſimas inferni pœnas deducunt. 9. 85. 614
delitiæ, quęre etiam Gula.

DAEMON.

Dęmonis nomine vocans mancipium ſuũ Stephanus presbyter, vt ſe diſcalciaret, ſtatim ſenſit diabolica factione calceos diſligari. Non ergo leuiter diaboli nomen eſt exprimendum. 1. 38 21
dęmon ab obſeſſo eiectus porcum ingreditur. 1. 39 ibid.
dæmones de tentatis fratribus Pachomius audiuit colloquentes. 2. 44 84
dæmones orantes fratres vidente Macharione multipliciter illuſerunt. 2. 49 86
dęmon animas in cęlum volare volentes in ſpecie gigantea prohibuit. 2. 88. 102
dæmone maluit, quam ſpiritu fornicationis Innocentius ſuum filium poſſideri. 2 89 103
dæmon gloriatur, quia ſanctum eremitam ad lapſum carnis poſt quadrageſimum annum perduxerit. 2. 108 110
dæmon pertinacem ad patrum cõſilia iuuenem ſeduxit in ſpecie aquilæ. 2. 124. 117
dæmon in diuerſis formis, nunc Gabrielis, nunc Chriſti ſenes humiles, & deuotos decipere non potuit. 170 & 171 138
dæmon cum pluribus ampullis fratres ie-

Digitized by Google

Fatuus pertexit.2.184 140
Dæmones peccatorem capistro ligatũ videnre Paulo simplici traxernnt ad ecclesiam.2.187 142
dæmon in specie Angeli patri apparés prõprium discipulum exemplo Abrahæ immolare persuasit.2.215 158
dæmon Rathbodum regem pulchra sibi mansione promissa decepit.4.33 264
dæmon Maticonense,Comitem,qui quedam iniuste occiderat, infernali equo iniectum videntibus cunctis per aera transportauit.4.63 277
dæmon emptam in conuiuio animam cũ corpore ad inferna deuexit.5.126 346
dæmon in specie monialis nitus est militẽ longioris vitæ promissione decipere. 5.133 349
dæmon mendacem se esse faretur. 5. 135 350
dæmõ pastorem bonum primò prophetia mortis,deinde alijs pluribus tentationibus decipere laborauit.6.20 365
dæmones castaldi Domini verberauerunt sanctum Franciscum.7.8 412
dæmon in singulis officinis monasterij se sui aliquid inueniẽ lætatur.8.13 487
dæmoni homagium faciens pœnitentia & orationibus sancti Basilij liberatur. 8.80 527
dæmones impediunt contritionem,cõfessionem,& restitutionem.9.38 594
dæmon dat alapum fratri non inclinanti secum caneretur.Et homo factus est. 9.75 608
dæmones multi cellam vnius eremitæ inquietant, sed integram ciuitatem vnus regere conspicitur.9.203 675
dæmon post septennij tentationem Papã in fornicationem prostratum, scandalio eius pro signo victorię accepto,suo principi nunciauit.9.204 676
dæmon,quære etiam in Tentatio.

DERIDERE.

Deridens pauperes mendecantes iuuenis sancto Andrea & Gregorio flagellatur. 1.110 58
deridens Ludoui cum regem Franciæ contorto collo plagatur.5.134 350
deridentes pueri sanctum Magnobodum a Deo plagati sunt.153 368
deridentes abstinentiam Præsecti,& socium eius solario cadente oppressi sunt. 8.154 569

DESPICI.

Despectum mundo se reddens Equitius in altum profecit apud Dominũ.1.10 4
despici se videns præ Matteo sanctus Franciscus valde lætatur.7.28 434
despectus mundi amor, q̃ e in Humilitas.

DESPERATIO.

Desperare noleas pœnitens in sepulchro dæmones vociferantes audiuit, vicistinos.2.1 60
desperare nullus debet dum Mucius latro conuertitur.2.10 67
desperationes tentatus in fornicationem lapsus dixit:Non peccaui.2.93 104
desperare faciens fratrem tentatum grauissimè fornicatione tentatur.2.100 706
desperationem vicit senex lapsus & pœnitentia sua miraculosum lumen in nocte Paschæ promeruit.2.109 111
desperatione tentatus frater promissione abbatis Potiti de salute sua certus efficitur.3.23 193
desperans infirmarius seipsum iugulat,sed misericordię Spiritus sancti ad pœnitentiam reseruatur.3.54 223
desperans Hildebrandus latro propter solam desperationem se dicit esse damnatum.6.9 357
desperans vsurarius ab infernali equo ad loca pœnarum deuehitur.6.10 358
desperatam neptem suam Abraham eremita conuertit.8.20 492
desperatus non est caupo etiam a dæmonibus in aera raptus, & ideo veniam meruit.9.37 593
desperatus peccator moriturus charitate, & astutia sancti eremitæ ad spem vitæ reductus est.9.40 594
desperatus non est miles criminosus moriturus,sed se virginis filio recommendãs veniam impetrauit.9.41. 595
desperare nemo debet etiam in mortis articulo constitutus 10.15 700
desperatus iuuenis Lubicensis, seipsum cecidit.10.18 703

DETRACTIO.

Detractor, & ſuam audientis animam interficit. 2. 49 89
detrahens alteri duriſſimo carceri pœnitentiali mancipatur. 2. 243 123
detractionum libello, quos contra ſe chriſtiani Epiſcopi offerebant, Conſtantinus Imperator exuſſit. 4. 72 282
detrahentes S. Attalo mala morte interierunt. 8. 152 568
detractor in iudicio ſanctos omnes vindictam contra ſe poſtulantes audiuit. 9. 55 601
detrahentem clericum Epiſcopus non corrigens cũ eo grauiter in purgatorio cruciatur. 9. 56 601
detractor moriturus linguam ſuam percutiens, dixit: iſta lingua peſſima me damnauit. 9. 57 ibid.
detractor poſt mortem apparens linguam igneam vſque ad terram dependentem dentibus corroſit, & expuit. 9. 58 602
detrahere, quære etiam in diffamare.

DEVS.

Deus omnia videns in ſpecie peregrini apparuit oculum habens in occipitio. 1. 111 58
deus gentilis ſacerdotis infirmę potentiæ, nec licentiatus a S. Gregorio, loqui non potuit. 4. 68 280

DIFFAMARE.

Diffamans iniuſte lectorem fœmina parere non potuit, ſed horribiliter clamans mendacij ſui pœnas perſoluit. 2. 90. 103
diffamationem de fornicatione Macharius abbas patientiſſimè tulit. 2. 163 131
diffamans Marinam virginem a dæmone poſſidetur, & ipſa Marina eandem diffamationem patienter ſuſtinens miraculis efficitur gloriosa. 2. 211 155
diffamans de furato pſalterio Pafnucium adoleſcentem a dęmone poſſidetur. 2. 221 161
diffamantes S. Narciſſum iuſtas mendacij ſui pœnas perceperunt. 4. 67 280
diffamans alios mendoſe furibundus linguam propriam dentibus. 5. 92 332
diffamare diabolus S. Siluanum ſtuduit, vt ędificati exemplo ſcandalum paterętur. 7. 78 461
diffamare volens S. Vincentium fœmina a dæmone cœpit fatigari. 8. 16 488

DILECTIO DEI.

Diligendum ſe a virgine dicębat Chriſtus, quia formoſus erat, bonus, dulcis, & generoſus. 5. 130 348
diliges Dominus Deum tuum audiens in ſcholis conuertitur. 9. 45 597
diligentiæ Deum fœminæ cor ſciſſum eſt, & inuentum eſt in eo ſcriptum, Diligote, &c. quia creaſti, redemiſti, dotaſti me. 9. 74 608

DIMITTERE.

Dimittęti parricidium occiſori crucifixus Dominus tribus vicibus caput inclinat. 1. 105 56
dimiſit Epiphanius offenſam prius quam membra ſopori dediſſet. 2. 98 106
dimittens ruſtico fratri nam mortem amotas inclinationes crucifixi promeruit. 5. 45 309
dimittere nolens offenſam mortuus audiuit, nec pepercit, nec parcam. 9. 94. 618
dimittere nolentes viri iunt ſe mutuo in inferno in partes concidere. 9. 95 ibid.
dimittere noles fœmina acceptura corpus Domini vultum auerit. 9. 96 618
diſcretio quære in Indiſcretio.

DISCIPLINA.

Diſciplina zeloſum Sanctum Attalum per ſequentes mala morte plagantur. 8. 152. 568
diſciplina, quære in Correctio.

DISCORDIA.

Diſcordiæ ſtudens peruerſus monachus dęmoni ſe dedit, & ad inferna deſcendit. 1. 94 51
diſcordiæ rumore inflatus presbyter dæmoni ſe famulum tribuit. 1. 104 55
diſcordias graues humilis abbas non manſuetudine vicit. 1. 107 56
diſcordiæ renuncians, & pacem reformãs latro veniam peccatorũ Apollonio monente accepit. 2. 5 65

Di-

Digitized by Google

Diſcordia auctor repentina morte percuritur,& a beſtijs eſtotus laceratur. 2.6. 66
diſcordantis cum fratribus litigioſi fratris ſuriſculam dæmon ſubuerti.2.116. 114
diſcordiæ uitium ſuperantes fœminæ pacificeq. viuentes Machario meritis præponuntur 2.205. 152
diſcordiæ cuiuſdam magnæ dans occaſionem quidam Epiſcopus ſanctus acerbas purgatorii pœnas exolut.3.21. 201
diſcordiæ diſſenſionis auctor cõuerſus quidam propter nouas botas terribiſi morte interij.3 50. 219
diſcordiæ & diſſenſionis auctor præpoſitus quidam monachi ũ durius a quadã obſeſſa quod celebrare auſus fuerit increpatur.3.56. 216
diſcordia toluenda cauſa Gregorius quidã fluuium in aridam orationc conuertit 4. 69. 281
diſcordias nolens deponere orante Iacobo de Vitriaco morbo caduco corripitur. 5. 44. 308
diſcordias ſeminans inter virum & fœminã a dæmonibus rapta ad infernum deportatu .9.93. 617
diſſenſio,quære in Diſcordia.

DIVES.

diues cattis apparentibus ad ſinferna deducitur, ſed paupercula vidua moritura a beatu virgine conſolatur.4.5. 241
diuites frequẽter ſollicitudinib. laniantur, cũ pauperes liberis animis dulce melos ad ſidera fundunt.9 60. 602
diues quidam ſecundum qualitatem delectationum qualitates vitus eſt recepiſſe pœnarum.19.85. 614
diues quære etiam in Auarus.
diuitiarum contemptus, quære in Paupertatis amator.

DOCERE.

docẽs alios quidam ſanctus pater ſeipſum ab errore correxit, nam ad ſeculum tentatus ire diſpoſuit.2.3. 61
docere alios quidam viam vitæ etiam ſub vitæ ſuæ perditione non potuit. 4.81. 288
docens aliud ſodomiticè vinere a morituro maledicitur.5.70. 323
docet mala fœmina innocentem puerũ proficere.5.91. 332
doceri ſanctus Pachomius a puero ſenex non erubuit.7.97. 474

DOCTRINA.

doctrina ſimplici ſancti Epiſcopi philoſophus conuertitur,qui nullis docto.umvirorum argumentis potuit ad fidem inflecti.4.73. 263

EBRIETAS.

EBrius curialis cum iuuencula quã ex baptiſmate ſuſcepit fornicatus gehenalibus flammis exuſitur.1.61. 34
Ebrioſus ſenex diſcipuli patientia emendatur.2.121. 116
ebrioſus faber ferrarius iuſernum apertum vidit.3.9. 183
ebrioſi ſacerdotis corpus ſacrorum locorũ ſepultura indignum iudicatur.7.86. 486

ECCLESIA.

Eccleſiam violare volentes Longobardi a dæmonè poſſidentur.1.11. 6
Eccleſiam intrans fœmina poſt nocturnum mariti concubitum a dæmone poſſidetur.1.16. 8
eccleſiam tempore orationis exiens monachus a dæmonè trahit,ſed virga percuſſus a beato Benedicto emandatur. 1.21. 10
eccleſiam vi intrare volens quidam Arrianus Epiſcopus ſubitanea cæcitate percutitur.1.42. 23
eccleſia Arriana dedicat a ſãcto Gregorio, quapropter dæmõ in ſpecie porci eã exire compellitur, & alia multa in eadem eccleſia oſtenduntur.1.43. 23
eccleſiam dormiendo cauſa ſub horis exiès a dæmone eqnitatur, & turpis apoſtata efficitur.3.59. 230
eccleſiam viſitans & audiens cantari. Heu mihi Domine,quia peccauj, compungitur,& ad præſentium ordinem ingreditur.7.47 446
eccleſiam tardè adire,& citò exire diabolica factione docemur.8.13. 487
eccleſiam exeuntem populum ante finem di-

diuinorum Ioannes Eleemosynarius exiens, & ipse inter eos sedens correxit. 8.44 507
ecclesiam frequenter frequentans diues efficitur, laboriosо vicino eiusdem officij ad indigentiam perueniente, 8.57 508
ecclesiæ locum fabulationibus prophanantium a dæmone sacerdos peccata scribi vidit. 9.104 622
Elatio, quære in Superbia.

ELEEMOSYNA.

Eleemosynam aliorum retinere noluit frater, qui dominis suis inuitis annuam pēsionem soluit. 2.33 77
eleemosynam datam a sancta Melania abbas Pambo noluit numerare, vt eā multo melius dominus numeraret. 2.71 93
eleemosynam solitam infideli sollicitudine reseruans cruris sui grauissima infirmitate corrigitur. 10.112 113
eleemosynam dādam pauperibus potius, quam amicis & ecclesijs abbas Pastor asseruit. 2.141 123
eleemosynam tribuens pauperib. senex panibus abundauit, quādo tenax frater ad indigentiam duram peruenit. 2.152 128
elemosynam simoniaci sacerdotis Stephanus abbas nullatenus adquieuit suscipere. 4.36 265
eleemosynam ab Epiphanio per illusionē ficta morte recipere volens vera morte defungitur. 4.79 287
eleemosynam Comes Carnotensium dās seipsum vsque ad camisiam spoliauit. 5.53 312
eleemosynam tribuēs quoddam monasterium ditescebat, sed cum cæpisset manū contrahere, & eleemosynas non dare, fugatis fratribus, Date, & dabitur vobis, depauperatum est 6.43 377
eleemosynam ob vanam gloriam miles faciens perenni pęna inferni damnatur. 6.93 402
eleemosynam accipiens sacerdos, & prodanti anima non orans grauissimi a dæmonib. verberatur. 6.98 405
eleemosynam faciens sanctus Ioānes eleemosynarius centum numismatum ligaturam recepit, & ipsam misericordiam in specie virginis vidit. 8.30 498
eleemosynam vbi pauperi Ioannes eleemosynarius pluries dedit dicens: Ne forte Dominus meus sit. 8.31 498
Et plura notabilia exempla habentur ibidē infra per totam vitam Ioannis eleemosynarij.
eleemosynam daturus Seraphion, vestimenta, Euangelium, & seipsum vendidit. 8.38 504
Item ibidem habetur de Petro Telonario, qui etiam seipsum vendidit. 38 ibid.
eleemosynæ triginta librarū Ioannes eleemosynarius a Troylo Episcopo cælestē domini comparauit. 8.41 506
eleemosynam tribuēs quidam eo amplius ditescebat quo plus tribuebat. 8.42 507
eleemosyna scutellæ argenteæ quam Gregorius naufragio dedit, promouenti in Papam prometuit. 8.90 534
eleemosyna de iniuste adquisitis facta nec veniam, nec gratiam promeretur. 8.141 563
eleemosynario Arnulpho porci in mandato taciturnitatis obediunt. 8.155 569
eleemosynam dans diaconus sancti Germani drachmorum denariorum ducentos solidos repente recepit. 9.125 635
eleemosynam tribuens in propria persona pauperibus Ludouicus Rex Franciæ dixit. Hi sunt stipendiarij, qui pro nobis pugnant. 9.126 636
eleemosynas largissimus tribuēs Tyberius Imperator bina vice thesauros absconditos meruit inuenire. 9.123 ibid.
eleemosynam largissimam quatuor millib. pauperib. tribuens. Et dicius vocem audiuit cœlestem. 9.130 637
eleemosynis impetrans diues, vt pauper pro se oraret, & subitanea morte, & ab æterna damnatione tutatur. 9.146 644
eleemosynam facere nolens vsurarius potatus liquefacta pecunia, audit dęmones dicentes aurum stulti, aurum bibe. 9.216 681
eleemosyna, quęre etiam in Misericordia.

EPISCOPVS.

Episcopus ne fieret Ammonius abbas aurem sibi præcidit. 2.68 92
episcopus factus abbas Niceta grauiori se pœnitentia macerauit. 2.94 104
episcopus, qre infra in Prælatus & Pastor.

EQVITIVS.

Equitius qualis fuerit. 1.7. & infra. 1

ERVBESCERE.

Erubeſcit peccare fęmina cum Effrem in conſpectu hominum, quæ in conſpectu Dei peccare non erubuit. 2.138 122

ESKILIVS.

Eskillus poſtea Dacerum Epiſcopus conuertitur. 3.32 202

EVCHARISTIA.

Euchariſtiam in formam pueri mutatam, & ab Angelo in partes ſectam quidam dubitans ſenex aſpexit. 2.184 140
euchariſtiam in formam pueri mutatã deuotiſſimus Plegus abbas aſpexit, & amplexus puerum dulcia oſcula Chriſti labiis fixit. 2.86 141
euchariſtiam apes facta pyxide cerea canoris concentibus laudauerunt. 5.93. 332
euchariſtię præſentiam dæmonum phantaſma ſuſtinere non potuit. 5.129. 348
euchariſtię ſacramentum venerantes apes eccleſiam miri oporis conſtruxerunt. 6. 68 390
euchariſtiæ virtute miracula hæreticorum Albigenſium ſuper aquas ambulantium ceſſauerunt, & ipſi in aquis ſuffocati ſũt 6.69 390
euchariſtiam a Deo iudex iuſtus recepit, quam ſibi Epiſcopus negauerat. 6. 70. ibidem
euchariſtiam veram ab hoſtia non conſecrata deuotus Epiſcopus nouit diſcernere. 6.71 391
euchariſtiam uenerans miles veſtimẽta in lutum procidens non maculauit. 6.72. ibidem
euchariſtię oblatio captiui catenas, vinculaque dirupit. 8.40 505
Aliud ſimile vide. 3.5 178
euchariſtiam propter incredulam mulierẽ Gregorius oratione ſua conuertit in digitum. 8.91 534
euchariſtiam ſumptam fœmina iracunda in extremis vultum cum deſperatione auertit. 9.96 618
euchariſtiam acceptam in die Paſchæ ſtatim poſt Paſcha chorizationum vanitatibus de honeſtantes horribili plaga cæduntur. 9.164 652
euchariſtiam quidam deuotus miraculoſe ſuſcepit, ſed tactu experimentum capere vius id quod ſenſit a modo non ſenſit. 9.186 674
euchariſtiam frangens in miſſa presbyter viſus eſt a puero quodam infantẽ in fruſtra concidere. 9.87 675
euchariſtię ſacramentum ob peruerſi ſacerdotis perfidiam in carnem commutatur. 9.189 ibid.
euchariſtia a Iudæis in Vratislauia atrociter vulneratur, & ſanguis Chriſti de nouo effunditur. 10.2 685
euchariſtiam dæmones ipſi venerantur. 10 3. 687
euchariſtia ſacramentum oniculam a lupo raptam cuſtodis illæſum. 16.5 689
euchariſtiam ſumere, quęre etiam in communicare.

EXCOMMVNICATIO.

Excommunicatus pro furto coruus miſera cœpit infirmitate pedetentium deficere 3.51 222
excommunicatæ muſcæ a beato Bernardo repentina morte per pauimenta ſternũtur. 3.52 228
excommunicati milites panem etiam canes edere recuſarunt. 3.53 223
excommunicati ſilua, & ſtagnum celerius aruerunt. 9.61 603
excommunicati domum execrantes ciconiæ ſuos nidos ad alias domos tranſtulerunt. 9.62. ibid.
executor teſtamenti, quære in teſtamentũ.

EXEMPLVM.

Exemplis ſanctis ſubditos prouocans ad meliorem vitam moriturus magna luce deducitur. 5.12 294
exemplo bonorum ſodalium ſuorum claustra petentium quidam ſtudens Pariſiẽſis proiectis libris, & ſerico pallio, quaſi in lanus ad Prædicatorum ordinem feſtinauit. 7.49 447
exemplis homines efficacius ad bonũ, vel ad malum promouentur. 8.11 486

Exemplo constantiæ sanctæ Fidis Caprasius animatur ad pugnam. 8.104 533
Exemplo Serapionis meretrix luxuriola conuertitur. 9 44 596
Exemplo pœnitentis, & innocentis fratris latro sæuus pœnitentiam prouocatur. 9 46 ibidem.
Excitantur quidam patientissimi fratres, vt aliis exemplum patientiæ exhiberent. 2. 236. & in sequentibus. 168

EXIRE.

Exire monasterium ad sororem visitandã Ioannes vix post 24. annos adquieuit. 2. 42 83
exire cellam S. Nathanael nullius suasu præsumpsit postquam se de vna diabolica factione electum cognouit. 2. 74 94
exire cellam nolens Machanus in limine cellæ se proiecit, dicens. Trahite dæmone, trahite. 2. 77. 97
exire lentatus frater ad consilium senis reuersus dæmones vociferantes audiuit Vicisti nos, monache, vicisti. 2. 146 126
exire frequenter solitus frater a dæmone increpatur. 8. 61 453

EXTERIORA.

Exterioribus semel deditus abbas, qui vix ab ambitu monasterij euelli potuit, totus externus efficitur. 5. 11 294

FACIES DIVINA.

FAcies diuina quomodo omnem creatum decorem excedat. 9. 73. 603

FACIES DÆMONVM.

Facies dæmonum horribilissimæ sunt. 9. 84 614

FAMILIARITAS.

Familiaritatem secularium habens longiori purgatorio cruciatur. 7. 58 451
Familiaritates secularium fugere, quære in fugere.
Felicitas mundana, quære in prosperitas.

FOEMINA.

Fœminarum regimen Equitius antea non assumpsit, quam eunuchizatus fere sexum non mutauit. 1. 7 8
fœminæ cohabitans Andreas fundanæ ciuitatis Episcopus proximus lapsui efficitur. 1. 31 16
fœminarum consortium repediens presbyter quidam sanctorum Petri, & Pauli meruit visitatione morituras ad cœlestia regna vocari. 1. 59 28
fœminæ præsentia senex quidam tam vehementer fornicatione tentatur, vt omnes digitos suos flamma comburens ardorem non senserit. 2. 109 109
fœminæ familiaritatem vltra debitum admittens vir nudus incedens, fornicationem incurrit, sed post factum pœnituit. 2. 119 148
fœminæ familiaritatem non vt decuit fugiens annalis & pudicus sacerdos fornicatur. 5. 84 328
fœminei tactu illecebra monachus incitatus propriam sororem tentauit constuprare. 7. 81 464
fœmina viriles deuitans inuitus etiam sancto Martino se visendam negauit. 8. 101 477
fœminam se ad fornicationem prouocãtem Edmundus virga percussit, & omnẽ tentationi impetum ab ea fugauit. 8. 5 483
fœminæ familiaritate deceptus Genebandus, post acceptatam continentiam, cũ propria vxore iam in sororem mutata peccauit. 8. 52 412
fœminæ formam diabolus induit, & Episcopum beato Andreæ deuotum ad lapsum præcipitare conatur. 8. 72. 523
fœminarum familiaritas etiam sanctis quã periculosa sit 8. 72. ibi.
fœminarum aspectus sanctus Karilelphus quanta sollicitudine vitauerit. 8. 14 562

FESTVM.

festiuis diebus choreas ducens femina baculo quo pila percutitur necatur, cuius corpus infernalis taurus est dissipare. 5. 105 337
festiuis diebus venationibus vacans monstrosam prolem ex vxore suscepit. 5. 106 337

Digitized by Google

Festiuos dies dignè celebrans messor deuotus diuini operis drachmam in segete pẽdentem inuenit.5.117 342
festiuitates sanctorũ deuotissime celebrans in festiuitate omnium sanctorum fœlix ad cęlestia regna meauit.7.72 458
festiuis diebus laborans pauper efficitur,digne celebrans temporalibus rebus multum ditatur.8.45 508
festiuitatem Natiuitatis Christi cum quanta deuotione sanctus Franciscus in silua Græci celebrauerit.9.73 607
festiuitate Natiuitatis Christi instante virgo deuota Christum supra cor suum diligens,diruptocorde cum Angelis cęlos conscendit.9.74 608
Ibidem quomodo diabolus dedit alapam fratri,qui audiens cantari, Et homo factus est,non inclinauit.9.75 608
Item ibidem 76. de superiori dicente Papa mi puer,Papa. ibid.
festiuis diebus farinam conspergens,& fermentans cruentatos panes inuenit.9.193 671
festiuis diebus summa missa carnes vendẽs prodigioso modo a Domino plagatus est.9.194 ibid.
festa sua deuote celebrantibus sancti grates magnas referre visi sunt.8.63 519
festum Conceptionis suæ Maria deuotum clericum celebrare docuit.8.68 521
festo Natiuitatis die meritis Incarnationis Christi dæmonis malitia coercetur.3.72 606
festum Ascensionis,quære in Ascensio.
festum Epiphaniæ,quære in Rex.
festum Purificationis, quære in Purificati.

FOETOR.

Fœtore grauissimo animæ damnatorom puniuntur.5.4 290
Fœtore horribili damnati fœtebunt.7.80 464
Fœtor,quære etiam in Odor.

FICTIO.

Fictus abstinens monachus draconi deuorandus traditur.1.68 37
Fictus frater, qui humilitates verbis prȩferebat,correptus superbus innotuit. 2.139 120
fictus monachus, ad cuius mortem quasi sancti hominis tota ciuitas conuenit, a dæmone tridente vulneratur,& ad infernа vt meruit deportatur.2.201 150
ficta morte volẽs ab Epiphanio sancto Episcopo eleemosynam capere vera morte defungitur.4.79 287
fictus & superstitiosus silentij obseruator relicto habitu religioso ad seculum reuertitur.7.12 414
fictione quadam & sancta hypocrisi beatus Dominicus docuit homines ad sanctam vitam prouocari.8.11 486

FIDES.

fide hæsitans prophanus mercator animã suam dæmoni vendidit,qui eam vna cũ corpore ad inferna deuexit.5.126 346
fide & oratione sutor monoculus grauissimi montis molem transtulit, & regem Tartarorum conuertit.9.145 644

FILII.

filij aliquando propter peccata parentum plagantur.2.16 71
filios suos in fornicatione adquisitos perimens, quia confiteri erubuit, damnata est.9.32 591

FLETVS.

Fletum cõpunctionis studiosus Antonius in scripturis sacris quęsiuit,& ante mortem meruit certificari de remissione peccatorum suorum.1.70 38
flere peccata solitus sanctus Arsenius pannum semper in sinu baiulauit.2.46 85
flere semper contigit cocus,qui gehennę flammam semper mente excoluit.2.237 169
flere solitus peccata sua ab Angelo commẽdatur.3.6 179
flere solitus peccata sua frater repetitis vicibus mirabiliter a Domino consolatur.3.34 205
flere in missis pro anima filij fœmina admonetur,quę superfluas & sensuales lachrymas pro morte filij noluit conibere,5.119 343
fletus nimio præpeditus iuuenis peccata sua

Digitized by Google

ſua confiteri non prævalens, in ſchedula miraculosè delenda conſcripſit 6.11. 3.8

Flens inceſtum cum proprio filio perpetratum fœmina facilè veniam conſequitur.6.12. 360

Flere ſolitus peccata ſua auem dulciter cõcinentem,& ſe ad cœleſtia gaudia inuitantem audiuit.7 66 454

Flens pro peccatis catenam peccatorum vna lachryma vitus eſt dirupiſſe. 9. 39 594

Flent cognati frequenter non tam propter morientes, quam propter propria commoda,quibus priuantur.9.157. 650

FORNICATIO.

Fornicarius ſacerdos ſacramentum altaris columba auferente amiſit 6.8. 356

fornicari volentem Chriſtus in ſpecie monachi reuocauit.9 34 592

Fornicatio,quære intentatio,& Luxuria.

FRAVS.

Fraudulenter petentes veſtimenta ab Iſaac cogniti cum multa cõfuſione abierunt.1.36 20

fraudulentus vſurarius ab infernali equo ad inferna deuehitur.6.10 358

fraudulentia quadam pia quidam ſodalẽ ſuum inſolentem in ſpelunca incluſit.& monachum ac eremitam effecit.7. 76 460

FVGERE.

fugiens hominum frequentias monachus, cum a Theodoſio Imperatore fuiſſet occultè viſitatus,latenter nocte aufugit.2. 34 78

fugiens hominum gloriam & frequẽtiam abbas Paſtor in ſicem Prouinciæ recipere recuſauit.2 35. 78

Fugere homines docuit quidam ſenex, qui ſemper nudus inceſſit.2. 198 148

FVRTVM.

furatum caballum patienter ſuſtinens Libertinus,flagellum quo minaretur raptoribus dedit.1.2 1

furans olera a ſerpente terretur.1.6 8

furari venientes in hortum Iſaac omnes, inuenti ſunt laborare.1.35 19

furatus arietem nec diſcedere potuit, nec abijce e prædam prius quam precibus clericorum iuuaretur.1.40 22

furari volentes dracones deterrent.2. 9 67

furantibus bouem parentibus filius eorum rabi ſanus morſu in furiam vertitur, 2 16 78

furto captam pel'em Macharius a lœna recipere noluit, niſi promitteret ſe de cætero pauperum quadrupedia non læſuram.2.79 97

furatus pocellum ronſor ab omnia videnteDeo in ſpecie pauperis ad eum veniẽte vt reddat admonetur.1 111 58

furatus codicem veteris,& noui teſtamenti patientia ſenis cui furabatur compungitur.2.119 115

furantibus res ſuas ſenex etiam oblitum ſaccellum reuelauit,2.120 116

furantis manus ſenex moriens exoſculatur dicens; gratias ago manibus illis quia propter eas vado ad regnum 2.122. 116

furari ſolitus panem Serapion tamdiu hoc morbo laborabat; quoadſque humili reuelatione furtum detegeret.2.215 158

furto diffamatus Paſuntius patientiſſimè tulit.2 221 161

furari ſolitus nouitius deprehenditur, à dæmone poſſidetur,furit,& moritur.3. 29 200

furatus annulum eorum excommunicatur,& incipit miſera infirmitate pedetẽtim deficere.3.51 222

furatus dolum iuuenis non niſi velatam Domini faciem intueri ſinitur.6. 103 406

furtum perpetrans lupa ſolito more ad eremitam,a quo paſcebatur,ingredi erubeſcit.7.99 475

furtum faciens monachus de ſibi commiſſis a dæmonio vexatur.8.86 433

furtum,quære etiam in Bona iniuſta.

GLORIA COELESTIS.

GLoriam cœleſtem expertus Marcellus,cum a ſancto Fortunato a mortuis eſſet ſuſcitatus,ingemuit dicens:O quid feciſti.1.18 9

Glo-

Digitized by Google

ctum amisit.1.17 9
Hospitalis Cerbonius Episcopus mirificè ab vrso occidendus veneratur.1.23 18
Hospitalis Episcopus non habens quod hospiti apponeret,volitantem gruem precibus in terram deiecit.1.76 43
Hospitalitas ciuitatis Oxirinthi multipliciter commendatur.2.13 69
Hospitalitatem exhibens cuidam S.Gregorio Episcopo sacerdotu idolorum conuerti promeruit.4.68 280
Hospitalitatem exhibens ciuis quidam Romanus, inuẽto balsamo & lapide pretioso de paupere die efficitur.5.47 310
Hospita pauperum militissa quædam lectũ in quo leprosum posuerat, rosis inuenit respersum.5.52 312
Hospes peccata in domo sua contingentia non corrigens à dæmonibus raptus in aera leuatur, sed compungit, & liberatur.9.37 593
Hospitalarius omnes indifferẽter recipiẽs concentibus Angelorum ad cælos deducitur.10.13 697

HVMILITAS.

Humilis Equitius quantum ab hominibus veneratur.1.10 4
humillimus Constantinus mansionarius despicientm se rusticum dulcissime amplexatur.1.12 6
humili responso Apollonius iniuriatus gẽtilem conuertit 2.13 69
humiliter ferens omnem iniuriam Aghatom Abbas, hęreticum se dici vehementer exhorret.2.36 75
humilis Eulalij matta cremam igne nõ potuit.2.40 82
humilitas,& pallor, & macies decent monachum.2.51 86
humilitas sola diaboli laqueos potest euadere.2.57 88
humile sentire de seipso habens coriarius Antonio magno præponitur.2.78 88
humiliauit suo ieiunio Macharius Tabennesiotas monachos de sua abstinẽtia forte inanius gloriantes.2.75 95
humilis monachus alteram maxillam præbens ob sessæ percutienti,dæmonem effugauit.2.160 130
humilitatem Macharij dæmon imitari non potuit, licet, ieiunia, vigilias, & cætera potuisset imitari.2.168 132
humilis senex ad præceptum archimandritæ porcos pascit, flagello ducit, & reducit.2.167 ibid.
humilitate senis se inter hædos à sinistris ponendos computantis dæmon de obsesse fugatur.2.167 133
humilitate sua senex, qua interrogare aliũ voluit dubij sui, solutionem ab Angelo percipere meruit.2.169 ibi.
humilis frater à deceptione diaboli in specie Gabrielis apparentis liberatur, cui a dixit,vide ne ad aliũ missus sis.2.170.ibi.
humilitas destituit virtutem inimici.2.173 134
humilitate sua abbas Pastor inuidi fratris saucium pectus sanauit.2.74 134
humilis domina Pierij fatuam se fingens a Domino commendatur.2.182 137
humilis adolescens Comitis filius non veritus est in ciuitate patria sportellas vendere.2.235 164
humillimus Pinusinus relicto cœnobio, vbi pater præerat, in alio monasterio sub iunioris fratris imperio prompussimè militauit.2.226 165
humilis frater ante portam monasterij manens omnibus ingredientibus, & egredientibus litaniam fecit septem cõtinuis annis, & sic semper permanere petijt.2.237 169
humilis & annosus senex quomodo abbate Isidoro exercitatur.2.239 170
humilis Archidiaconus ab officio depositus nouitius efficitur, & humilitate mirabilem gratiam à Domino cõsequitur.2.251 171
humilis Vualerici clero vermes lædere nõ potuerunt.4.26 260
humilis Edburga filia regis Angliæ furtim acceptos monalium soccos lauit,&lotos secretè restituit.4.52 271
humilis Lanfrancus abiectus monasterũ, quod inuenire potuit intrauit,vbi etiam malè correctus,dum bene legeret ad mẽsam,malè pronunciauit.3.53 272
humilis Bernardus abbas calceos linteus a dæmone irridetur.6.26 371
humilis puer Iesus salutationem angelicam perfectissimè adicens, cum ad suas laudens peruentum est,obticuit.6.66 589

Digitized by Google

Humilitatis gratiam oculorum amissione mercari cupiens frater Masseus, & oculos retinuit, & humilitatis gratiam accepit, ex qua in diuina contemplatione mirabiliter creuit. 7.25 432
Humillimus Augustinis de Iterano doctor vtriusque iuris conuersus rusticum, & illiteratum se fingens cum summa alacritate officia despectiora compleuit 7.67 455
Humilius Pachomius a puero non erubuit discere quomodo mattas texere oporteret 7.97 474
Humilis Petrus Telonarius cum ignotus erat hominibus inter homines mansit, cum vero cognosci cepit, aufugit. 8.38. 502
Humilis Thomas de Aquino fratrem multo minorem se sequi tanquam seruus nõ despexit. 8.95 536
Humilis rex Daciæ regium diadema Christo tribuit, postquam propriam potentiam friuolam intellexit. 9.71 606
Humilis Episcopus Parisiensis se de pauperecula matre natum non erubuit, quã pretio se vestitam non recognouit. 9.155 649
Humilis magister Henricus de Louanio subulcus efficitur, & sicut in scholis (nã rector fuerat) loca distincta inter iuuenes habuit, sic post modum statuit inter porcos. 10.10 693
Humilitas vestium, quære in Vestimentũ, & Vestis.
Hypocrita, quære in Fictus.

IACTANTIA.

IActantia sua sanctus Eleutherius puerum, quem a dæmone liberauerat, rursum obsideri promeruit. 1.46 25
Idolum, quære in Ydolum per Y.
Ieiunium quære in Abstinentia.
Ielus, quære in Nomen, & Puer.

IMAGO

Imaginem S. Hieronymi in cella habens quædam pudica virgo a dæmonis accessu tutatur. 7.73 466
Impatientia, quære in iracundia.

IMAGINATIO.

Incantationibus vexatione dæmonis curãda fœmina ab integra legione dæmonũ inuaditur. 1.16 8
Incantationibus mulier rarò communicãs in equam mutatur. 2.75 95
Incantationibus dedita fœmina ab Ecclesia, in qua defuncta iacebat, à dæmonibus extracta, & equo infernali imposita, cum clamore ad inferna trahitur. 4.51. 271
Incantationibs necromãticis deditus scholaris e circulo per annulum raptus ad loca pœnalia ducitur, sed pauens & mœrens reducitur. 6.48 379
Incantator suis artibus virginem B. Hieronymo deuotam ad alterius libidinem decipere volens grauiter à dæmone flagellatur. 7.83 466
Incantatricem fœminam dolorem capitis passus sanctus puer Bernardus exhortuit. 8.22 495
Incantationum perfidia decipitur fœmina, vt per prophana verba amissum pene lumen reciperet. 10.16 701
Incantationum perfidia quidam iuuenis per prophanam chartam quascunque feras referauit. 10.17 702
Incantator cum dæmonum tuba ad inferna dilabitur. 9.140 642

INCONSTANTIA.

Inconstans monachus, & in monasterio perdurare non valens, statim vt monasterium exijt draconem terribilem in via inuenit. 1.26 13
inconstans iuuenis à religione ad seculum rediens grauiter a sancto Andrea, & Gregorio verberatur. 1.110 58
inconstantia tentatus Andreas Archidiaconus orationibus fratrum mirabili modo liberatur. 3.1 198
inconstans nouitius à dæmonibus gallinã aslam offerẽtibus Clareualle extrahitur, & statim vexatus a dæmone, & furcis interijt. 3.29 200
inconstans frater pœnitens graui infirmitate purgatur. 3.38 208
inconstans frater à beato Bernardo, & Malachia corrigitur. 3.41 211
inconstantia tentatus quidam in ordine sancti Francisci visa cœlesti atque pulcher-

Digitized by Google

ctherrima fratrum ordinis illius proceſſione ſtabilitur. 3 19 423
inconſtantia in loco, quære etiam in Apoſtata, & in Exire.

INDIA.

India per captiuum Frumẽtium ad fidem conuertitur. 4. 74 284

INDISCRETIO.

Indiſcretus ſenex grauiter a ſpiritu fornicationis tribulatur, eo quod tentatum huiuſmodi tentatione fratrem fecerit deſperare. 2. 100 106
indiſcreti patres nimio labore & abſtinentia tentatum luxuria fratrem debilitauerunt 2. 110 112
indiſcretus ſenex dæmoniaca ſuaſione deceptus in puteum ſeſe proiecit. 2. 212. 157
indiſcretus frater ſpretis panibus a pagana & fera gente oblatis dura morte defungitur. 2. 213 157
indiſcretus pater diabolica ſuaſione ſeductus diſcipulum interimere tentauit, & 102. 214 158

INDVLGENTIA.

Indulgentijs licet plenarijs abſolui, ſe feciſſet Papa nihilominus damnatus eſt, eo quod ſummus pontifex huiuſmodi indulgentias non confirmaſſet. 9. 30. 590
indulgere, quære in Dimittere.

INFERNVS.

Inferni pœnas uidẽs Petrus monachus grauiſſimam pœnitentiam in mundo peregit. 1. 62 34
infernales pœnas uidens quidam ad vitam redijt, ſed uitioſam conuerſationem ſuã non correxit. 1. 63 35
infernales pœnas nimis acerbas fœmina deliitijs frustra ſuſtinuit. 2. 182 137
infernales pœnas diuerſi diuerſimodè pro meritorum qualitate patiuntur. 2. 204. 152
infernalem flammam ſemper cogitans coquus lachrymis madet cõtinue. 2. 237. 169
infernalibus pœnis Drichelmus perterritus mirabilem pœnitentiam egit. 3. 7 180
infernum apertum ebrioſus ſiber ferrarius vidit. 3 9 183
infernali igne calefacta aqua æneum candelabrum cuiquidam ceram liquefecit 3. 63 230
infernales pœnas ſentiens clericus mundo relicto monaſterium intrauit. 4. 56. 278
infernalibus flammis punitur miles tornea mentis, & carnis delitij implicatus. 5. 101 338
infernales pœnas expertus quidam in ordine Ciſtercienſi grauiſſimam pœnitentiam exegit. 6. 4 352
inferni pœnas grauiſſimas Ludouicus Lantgrauius uiſus eſt pertuliſſe 6. 5 353
item de eodem. 6. 88 399
infernalis ignis quam ſit acerbus. 6. 89. 400
infernales cibi bufones ſunt atque ſerpentes. 6. 92 406
infernales pœnas nullæ poſſunt quantumlibet numeroſæ linguæ explicare. 6. 93. ibidem
infernales pœnas expertus Euervvach mirabilem reluſcitatus pœnitentiam egit. 6. 96 403
infernales pœnas latro per beatum Franciſcum conuerſus breuiſſimo tempore expertus cẽtum quinquaginta annis ſe exiſtimat cruciatum. 7. 23 428
infernalium uermium memor iuuenis quidam ab intolerantiſſimo vita ad Prædicatorum ordinem inuitatur 7. 50 448
inferni pœnas quia tenet iuuenis uidit ſe ſuſtinere nõ poſſe ad Prædicatorum ornem conuertitur. 7. 51 448
infernalem cappam ſolphiſmatib. depictã diſcipulus magiſtri Silonis pro ſyllogiſmorum uanitate promeruit. 8. 65 520
infernalem in domum & barathrum quidam eremita tanquam niues denſiſſimas vidit animas damnatorum decidere. 9. 80 610
inferni pœnas horribiliſſimas quidam è corpore raptus vidit. 9 81 ibid.
infernales, & horrendiſſimas pœnas quidam dies ſuſtinuit, & pro qualitate delectationum qualitates pœnarum recepit. 9 85 614
Similis habetur. 9. 207 677
inferni pœna acerba ſit. 9 86 615
item plura ibidem capitulis ſeq.
inferni pœna quo ad uiſionem larualiũ fa-

cierum grauissima est. 9 84 614
Infernalis pœna quo ad auditum vocũ terribilium est nimis acerba. 9. 87 614
infernalem pœnam a sacerdotibus fallaciter prædicari asserens illuc deportatur. 9. 88 615
inferni pœnas monialis intuita fornicatione abstinuit. 9. 108 625
infernales pœnas diuersas quidam miles pro diuersitate criminum patiebatur. 9. 119 ibid.
ibidem exemplis præcedentibus, & sequẽtibus plura de luxuria inueniuntur.
inferni pœnas triginta diebus expertus Cãcellarius Parisiensis diem iudicij propter tædium temporis, & multitudinem ad inferna ruentium suspicatur adesse. 9 198 675

INFIRMITAS.

infirmis quidam Apollonius vsque ad mortem deuotissimè ministrauit. 2. 73 74
infirmo leproso Eulagius solicitè ministrauit. 2 87 101
infirmo leni Angelus Domini officiosissimè obsequitur. 2. 118 115
infirmis ministrare ieiunium & omnẽ pœnitentiam quidam senex dixit præcellere. 2 137 135
infirmi & vlcerosi senis saniem frater plenus victoria & charitate potauit. 2. 180. 136
infirmis deuotè ministrans frater de salute æterna ante mortem certus efficitur 3 23 193
infirmitatem capitis patienter ferens frater miraculose a Domino liberatur. 3. 27 199
infirmus remanet frater, quamdiu medicinis cõfidit, sed sanatur postquam in Dominum curam sui proiecisset 3. 28. 199
infirmus Alquirinus infirmis deuote ministrauit, & a Domino mirabiliter visitatur. 3. 33 204
infirmitatem suam patienter tolerans, suauiter modulando, & inaudita carmina decantando spiritum Domino commendauit. 3. 38 208
infirmarius gulosus cibos infirmorum mãducat, & desperatus seipsum iugulat. 3. 54 223
infirmis quanto studio uxor Theodosij Imperatoris ministrauit. 4. 20 254
infirmatur quiddam in corpore, postquam in anima per peccata cœpit infirmari. 5. 112 338
infirmitatem corporis maluit quidam sustinere vsque ad diem iudicij postquã purgatorii pœnas fuerat expertus. 5. 125. 341
infirmus uouo religionis emisso sanatur. 6. 3 352
infirmitatem claudicando simulans, a dæmone claudicante deridetur. 6. 49. 380
infirmo leproso ministrans sanctus Francisscus, corpus eius, & animam miraculosè sanauit. 7. 22 426
infirmitate grauissima sanctus Franciscus Domino attestante inuestiebatur ad vitam sempiternam 7. 29 435
infirmitate qua flatus Augustinus de Iterano doctor vniuersque iuris conuertitur, & scientiæ suę titulos reticens humillima officia monasterii cum summa alacritate compleuit. 12. 67 455
infirmus Palemon abstinẽtia suę rigorem paululum laxatum reumit. 7. 90 470
infirmus quidam frater & regio morbo percussus digna laude a sancto Pachomio collaudatur. 7. 44 445
infirmitatem corporis patienter tolerans secundum Pachomium ieiunante fratre plus meretur. 7. 98 474
infirmitate pressus Dunstannus conuertitur. 8. 1 480
infirma obsidione dæmonis fœmina dũ sentit se tali modo a multis malis cohiberi patientissimè tolerauit 8. 12 486
infirmitatem pluribus sanitate salubriorẽ esse Beatus Thomas Cantuariensis miraculo monstrauit. 8. 79 526
infirmo leproso ministrans presbyter spiritu prophetiæ, & magnam gratiam uidẽte B. Basilio promeruit. 8. 82 530
infirmo leproso compatientes Ethbinus & Abbas eius glorioso miraculo illustrari meruerunt, & leprosum ipsum Christũ esse cognouerunt. 8. 159 571
infirmitatem lepræ grauiter ferens miles in desperationem & impatientiam ductus formosam animam turpiori lepra fœdauit 9. 90 616
infirmitate lepræ percussus præpositus pulcherrimus animæ peccatricis vulnera infirmitatis occasione curauit. 9. 91 616

Infirmitate lepra percuſſa deuotiſſima atque pulcherrima fœmina omnibus plangentibus ipſa lætabatur. 9. 92. 610
infirmitatem corporis patienter ferens anima exitura omnibus membris deuotas grates refudit. 9. 136. 640
infirmos ſupra modum abhorrentes frequenter infirmitates eaſdem conſueuerunt incidere. 9. 132. 631
infirmus leproſus dulciter canit, quia parietē inter ſe & Dominum diuidentem in dies videbat die fluere. 9. 118. 641
infirmitas corporalis. quære in Tentatio.

INGENIOSVS.

ingenioſi ad prælaturam magis ſunt apti. 5. 1 289

INIMICVS.

inimicus quidam frater oratione ad pœnitentiam conuertit. 3. 40. 210

INIVRIAS FERRE PATIENTER.

iniurias patienter ferens Apollonius gētilem virum conuertit. 2 14. 69
iniurias & opprobria Agathonabbas patientiſſime tulit, ſed hæretici nomen tetrum vehementer exhorruit. 2. 26. 79
iniuriantibus ſe frater dixit: Iſti ſunt qui occaſionem nobis præbent profectus. 2. 52. 87.
iniuriam paſſus quidam iuuenis riſit, quapropter meruit ad philoſophicam diſciplinam admitti. 2. 209. 153
iniurias patienter ferre docuit Ioannes Eleemoſynarius nepotem ſuum, reddens gratiam pro uindicta illi, qui nepoti ſuo iniuriam fecerat. 8. 35. 501
iniuriam inferre bonis, quære in perſequi bonos.

INNOCENTIA.

innocenti puero leæna obedit. 2. 37. 80
innocentia pueri Achaz multis indicijs declaratur. 5. 56. 313
innocens puer obſeſſum a dæmone chorizatricem liberauit. 5. 90. 337
innocens puer ignito ferre non utitur, ſtupra tus autem grauiter igne laniatur. 5. 92. 332
innocentiam infancto Machute mare uenerat. 8. 142 564 & 143. 536
innocentiam & ſanctitatem Macutis ignis, cetus, & lupus reuerentur. 8. 144 145. ibidem. & 147. 565

INOBEDIENTIA.

inobediens ſenex, qui infirmus & ſine licentia monaſterium exijt, poſt commiſſam formicationem cum puero reddit. 2. 105. 109
inobediens adoleſcens ducente aquilam eremum petens poſtea à dęmone decipitur. 2 124. 117
inobediens frater cucullæ petiam ſine licentia aſſuit, & ob id morituras dœmones lætantes vidit 3. 45. 213
inobediens conuerſus, & ſuperiori ſuo rebellis a dœmonibus rapitus. 4. 48. 216
inobediens prior cum Maria ad cœleſtem patriam pergere prohibetur. 3. 49. 217
inobediens, & rebellis conuerſus pro botis nouis ſeditionem mouens terribili morte interijt. 3 50. 219
inobediēs frater ſine licentia phlebotomiam ſuſcipiens, uſque ad ſpiritus emiſſionem ſanguinis fluxum non potuit cohibere. 4. 41. 267
inobediens Fulco graui infirmitate uſque ad mortem fatigatur. 5. 24. 199
inobedientiam Adæ pertinaciter fugillans ſertus inobediens effcitur, & perdita gratia Domini ſui effugatur. 6. 44. 337. 337
Simile habetur. 45. & etiam 46 Ex quibus exēplis apparet quomodo natura laborat ſemper in vetitum.
inobediens frater dœmoni per obedientiam præcipiens ut ab obſeſſo exiret, ab eodē dęmone irridetur. 7. 61. 453
inobediens laicus & nullius volens parere imperijs in æternum damnatur. 7. 69. 456
inobediens Aſtion grauiter immunda ſatis tentatione uexatur. 8. 21. 494

INTENTIO.

intentione ſiniſtra dœmonem in ſpecie peregrini hoſpitio reſpiciens, filium in ignem proiectum perdidit. 1. 17. 9

gitos manus exuſſit, & fæminam tantæ tentationis cauſam mortuã ſuſcitauit. 2. 105. ibidem.
Luixuria lapſus ſenex quidam pœnitentiã miraculoſum lumẽ in die Paſchæ promeruit. 2.109. 111
Luxurioſus Benedictus Papa horribili ghennæ pœna damnatur. 1. 109. 57
Luxurioſi iuuenes virginem violare volentes Angelica viſione terrentur. 4. 11. 247
Luxurioſi ſacerdotes hic & in futuro plagantur. 5 76. 324
Luxurioſum concubitum non niſi igneus lectus decere iudicatur. 6. 83. 328
& 6. 76. 394
Luxurioſus Simon de Tornaco limpidiſſimo ſcientiæ lumine ſpoliatur. 5. 99 336
Luxurieſa puella diuinitus admonetur, ſed quia non correxit errorem, citius moritur. 6 87. 399
Luxuria quidam frater propter præſumptionem ſuam tentatur, & uincitur, & tandem dæmone agitante flammis arſurus injicitur. 7. 89. 469
Luxuria tentata fæmina dum beatum Vincẽtium nõ valet a d laſciuiam inclinare, à dæmone poſſidetur. 8. 16. 488
Luxuriæ inueteratam conſuetudinem ſenex Nicolaus quanta difficultate deuicerit. 8. 79. 522
Luxuria inſtigata mater proprium filium ſibi conſentire nolentem in mortem præcipitare conatur, 8 71. 523
Luxuria inſtigatus quidam dæmoni homagium fecit, vt puellam nobilem ſuo matrimonio copularet. 8. 80. 527
Luxuria tentantem ſe fæminam Thomas de Aquino fortiter repellens perpetuæ caſtitatis virtutem promeruit. 8. 94. 535
Luxuria quãtam nigredinem operetur in anima patet in iudice Dulcicio, qui virgines opprimere volens, cacabos & ollas proeis amplectẽs, ſicut ab intra, ita extrinſecus totus niger officitur. 8 100. 539
Luxuria tentatus Phæro Epiſcopus vxorem ſuam quam olim in ſororem mutauerat, videre voluit, ſed mirabili conſilio mulieris à tentatione liberatur. 8. 158. 570
Luxriæ complendæ intentione intrans ſiluã, niſi Chriſtus ſuccurriſſet, à dæmone fuiſſet ſuffocatus. 9. 34. 592
Luxurioſus vir etiam ſub periculo perdendi vſus fornicatur, dicens, vale amicum lumẽ 9 106. 623
Luxurioſus miles quam horribili ſpecie ſe videndum exhibuit 9. 109. 624
Luxuria pollutus & euangelium legere preſumens ab aranea interficitur. 9. 110. ibid.
Luxuria tentatus quidam Papa victus eſt, cuius ſandalia dæmõ ſuo principi in ſignum victoriæ demonſtrauit. 9. 204. 676
Luxuriæ tentatio in Marina per abſtinentia motigatur. 10. 14. 698
Luxurioſus iuuenis Lubiceſiſis ſeipſum miſerabili morte occidit. 10. 16. 703
Luxuria, quære etiam in Adulterium.

MACIES.

MAcies, pallor, & humilitas decent monachum, 2. 51. 87

MAGISTER.

Magiſter quidam diſcipulis ſuis omni anno lilium dedit, ut illius floris exemplo ad honeſtatem prouocaret. 9. 27. 589

MALEDICERE.

Maledicta imprecatum ſe fuiſſe in interfectores vrſi ſui Florentius fleuit, & per omnes dies vitæ ſuæ vehementer expauit. 1. 37. 20
Maledictis aſſuetus puer quinquennis à Mauris de ſinu patris rapitur, & ad inferni flammas perenniter arſurus deducitur. 1. 55. 31
Maledicens lapidi quo pedem læſerat homo miſerabili infirmitate percutitur. 4. 7. 243
Maledicens ſibijpſi, & dæmonibus commendans ſubitò ſubmergitur, & graui pœna purgatorij mulctatur. 4. 60. 275
Maledicens ſancto Vuillibrordo grauiſſima eſt ſiti percuſſus 8. 60. 513
Maledicta parentum in filios lata frequenter ſortiuntur flebilem effectum. 9. 156. 649
Maledictus ſutor à dæmone ad terram proijcitur, & corona ſibi ſanguinea à duro barbitonſore tondetur. 10. 27. 712

MALEFICIVM.

Maleficijs à poſſeſſione dæmonis curanda fœmina ab integra legione inuaditur. 2. 16. 8

Quæ-

Iudicium Dei uehementèr expauit frater qui ad iudicium tractus à propria matre confunditur. 2.191. 105
Iudicio Dei examinatus & accusatus Stephanus in hora mortis miserandis quibusdam vocibus fratres perterruit sibi astantes. 2.247. 173
Iudicij tubam germanum fratrem timere docuit rex eundem germanum suum innocentem mortifera quadam tubacitari faciens. 4.5. 250
iudici præsentatus quidam insolens & indisciplinatus prælatus nudus ad infernales pœnas protrahitur 5 2. 289
iudici præsentandus quidam Cardinalis cum multis aliis miserabili quadam effigie ducitur. 6.95. 403
iudicante Domino qui per rubeam scalam iustitiæ ascendere voluerunt ceciderunt, qui verò ad albam scalam misericordiæ confugerunt Maria semper virgine misericordissima suscipiente saluati sunt. 7.41 443
iudici Christo præsentatus aut peccata soluere, aut ad infernales pœnas ire præcipitur. 7.54. 149
iudici Deo præsentatur anima condēnanda, eo quod pompis mundi conuiuijsq; nimiū dedita fuisset. 7.82. 465
iudicio Dei famosus doctor Parisiensis accusatur, iudicatur, condemnatur, & Bruno cum reliquis, qui Carthusiensem ordinem inchoauerunt, conuertitur. 9.97. 618
Iudicatus quidam religiosus fratri suo post mortem apparens dixit. Nemo credit, nemo credit, nemo credit, quam districtè iudicat Deus, & quam seuerè ipse punit. 9.98. 620
iudici præsentatus Vdo accusatur, iudicatur, & condemnatur. 9.175. 659
Simile habes ibidem. 176. 668
Item. 176. ibidem.
Item. 177. ibidem.

IVDICIVM TEMERARIVM.

Iudicium temerarium in alios iactare, non debemus. 2.91. 104
Iudicans temerariè culpabilē fratrem abbas Isaac ab Angelo prohibetur ecclesiam intrare. 2.132. 121
dicantes temerariè culpabilem fratrem abbas Piot congruo exemplo edocuit. 2.133. 121
Iudicās sacerdotem celebraturum solitarius vocem celestem audiuit: Tulerunt sibi homines iudicium meum. 2.134. ibidem.
iudicans in sexta feria manducantem mane fratrem, solitam deuotionis gratiam amisit. 2 135 ibidem.
iudicans temerariè pauperē socius sancti Frācisci pœnitentiam corā paupere facere cōpellitur 7.6. 410
iudicans temerariè Ioannes Elemosynarius monachum sororem mulierem circumducentem, a Domino pro errore reprehenditur. 7.39. 504
iudicia temeraria vetanda Ioannes Eleemosynarus pulchro exemplo demonstrauit. 8.44. 500
iudicio suo deceptus est Effrem sanctus, qui uidens gloriā exteriorem beati Basilij ossēsam sibi cœlitus illius sanctitatem non credidit 8.83. 530
iudicio temerario præuentus est eremita, quì beatum Gregorium in Papatus gloria contemptorem esse non censuit. 8 92. 525
iudicantes temerariè sanctum Goarem, quod mane ex charitate cum pauperibus manducaret, graui fame & siti puniuntur. 8.106. 572
iudicans temerariè sanctum Goarem Episcopus iustè cōfusionis suę verbere corrigitur. 8.161. ibidem.

IVRARE.

iurare & maledicere solitus puer quinque annorum damnatur. 1.51. 31
iurans per membra Christi, & beatæ virginis cælesti gladio vulneratur. 3.43. 212
item ibidem, 44. 113
iurantes & periurantes tres iustas periurij sui pœnas soluerunt. 4.67. 280
iurantes & blasphemantes, & ad tesseras ludentes in nocte parasceues Christum Dominum vulnerauerunt. 5.103. 336
iurare in mercantijs nolentes primundepauperati sint sed postea multum ditati. 6.25. 369
iuramentam falsum faciens Iudæo Christianus à currus opprimitur sed per beatū Nicolaum resuscitatur 8.64. 525
Iuramentum falsum exigens ab alieto tractus

ctus ad iudicium grauiter verberatur. 9.99. 621

IVRISTA.

Iuriſtæ linguam frequenter in vita vendita, in mortui ore non eſt inuenta. 9.86. 399

IVSTITIA.

Iuſtus abbas Paſtor pro filio ſororis ſuæ a iudice comprehenſo inter cedere recuſauit 2.35.78

Iuſtus abbas monaſterium ſua iuſtitia plus dotauit, quam cellarius potuiſſet ſua auara aſtutio vi 40. 374

Iuſtitia amator proprium nepotem occidit, & corpus Chriſti, quod Epiſcopus ſibi negauerat, a Deo recepit 6.70. 390

Iuſtus iudex & legatus cum munus a quodã accepiſſet, & percepiſſet quod cauſam haberet reſignauit. 9. 39. 643

KAROLVS MAGNVS.

KArolus Magnus per beatum Iacobum dæmonum poteſtate eripitur. 4.35. 265

KARILELPHVS.

Karilelphus vir ſanctus pro nullis muneribus oblatis ſe reginæ contuendum præbere voluit, 8.111. 562

LABORARE.

LAbore manuum quidam pater luxuriæ uitium ſuperabat. 2 14. 73

Labore manuum abbas Antonius docetur tædium mentis ſuperare 2 113. 113

Labore muneris fatigati ſenis veſtigia Angelus Domini numerauit. 2. 115. 114

Laborantis Macharij manus Antonius exoſculans dixit. Multa virtus de manib. iſtis egreditur. 2. 125. 118

Laborare manib. docetur frater qui præ nimia tribulatione monachalem regulam amiſit. 2. 126. 119

Laborare nolens Ioannes breuis, ſed angelicam vitam ducere inchoans, a fratre proprio exercitatur. 2. 139. 122

Laborem manuum diſſuadentem fratrem abbas Siluanus longo ieiunio informauit. 2. 152.

Labore manuum quidam ſecularis diteſcit, qui de religioſis bonis accipiens ad duram inopiam miſer peruenit 2 151. 127

Laborans impetuoſius quidam frater dæmonem adiutorem viſus eſt habere 2. 117. 159

Laborem fugiens quidam negligens frater ſi quẽ uidebat ex inuenibus in labore ſtrenuum, vt monaſterium exiret perſuaſit. 2. 132. 167

Laborem totius anni abbas Paulus ſuppoſito igne concremauit. 4. 234. 167

Laborantes in meſſe fratres Maria virgo Heliſabet, & Magdalena ſuaui viſitatione conſolatæ ſunt. 3. 24. 195

Labore ſcripturiæ expendentis tempus fratris manus poſt viginti annorum ſepulturam incorrupta duraui 6 100. 405

Laborare nolens frater Muſca a ſancto Franciſco expellitur 7. 5. 410

Labore minimo grande cœlorum regnum promeremur. 7. 52. 448

Laborantem fideliter fratrem nullum aliud purgatorium habiturum beatus Bernardus promiſit. 8. 19. 497

Laborantium fratrum ſudorem virgo Maria dignanter collegit. 3. 24. 195

LACHRYMÆ.

Lachrymas compunctiones habentes Theodorus & Siluanus cõuertuntur. 7 91. & 93. 470. 471

Lachrymæ pro peccatis ſine conceſſione non proſunt. 10. 24. 70

Lachrymare quare etiam in Contritio, & Flete.

LASCIVIA.

Laſciua pro formoſis oculis deprecans cæca efficitur. 8. 78. 526

LATRO.

Latrones tres benignitate ſancti Franciſci cõuerſi ſunt. 7 23. 427

LAVS DIVINA.

Laudi diuinæ continuè intentus Merulus al-

Digitized by Google

albis floribus coronatus aulam cœleſtem greditur.1.71. 39
Laus diuina,quære in Horas.

LÆTITIA PERFECTA.

Lætitia perfecta in ſuſtinendo iniurias verborum & verberum ſecundum ſancti Franciſci ſententiam conſiſtit.7.26. 433

LIBERTAS.

Libertas inueni data reuocauit a bono propoſito,& ad fornicationem detorſit.10.25. 510.

LINGVA.

Linguam non refremantes tres moniales fœminæ a beato Bernardo excommunicatæ, poſt mortem eccleſiam viſæ ſunt exire.1.24.12.
Linguis abſciſſis ſancti Epiſcopi prædicabāt. 1.45. 25
Linguis varijs loqui didicit puer,qui breuiſſimo tempore ſe dicebat in cœlum fuiſſe translatum.1.57. 26
linguam Euagrius a ſancto Ammonio arguitur præciduſſe,eo quod ſe ab informatione aliorum abſtinebat.2.7. 93
linguam cohibere neſcientes fratres coram Antonio iuſte confunduntur.2.97. 105
linguam & os refrenans Agathon,quamuis iuuenis,inter abbates computari meruit. 2.166. 132
linguam non bene ſciens refrænare Abakyrus multipliciter a fratribus exercitatur. 2.240. 170
lingua malilcquæ alios diffamans proprijs dētibus laceratur 5.92. 332
lingua iuriſtæ frequenter in vita vendita in mortui ore non inuenitus.9.86. fol. 399
linguis varijs ſanctus Antonius de Padua more Apoſtolorum præſente Papa loquebatur.7.33. 437
nguæ beneficium mutæ fœminæ nociturū beatus Vincentius noluit impetrare, quāuis ad horam loqui conceſſit.8.18. 491.
lingua Græca loqui beatus Baſilius ſancto Effrem oratione impetrauit,8.83. fol. 550
lingua ignea beatus Baſilius a beato Effrem verbum Dei docere conſpicitur.8. 83.ibidem.
linguis ſanctorum abſciſſis Spiritu ſancto afflante loquendi officium non perdiderunt. 8.117. 553
litigare,quare in Diſcordia.

LITTERÆ.

litteras carnalium amicorum quidam ſanctus frater in ignem proiecit, ne ex eos inutilium cogitationum materiam acciperet. 2.219. 166
locum mutare.quære in Apoſtata,Exire,& Inconſtantia.

LOQVI.

loquentes de ſacra ſcriptura ſancti ſenes pulmentum edere neglexerunt.2.29. 75
loquentibus bona ſancti angeli ſe miſcuerūt, ſed diuerſis ad vaniloquia dæmones in ſpecie porcorum affuerunt.2.45. 85
loqui de paſſionibus,& rarius de ſcripturis abbas Paſtor conſueuit.2.149. 85
loquentes,ſcurrilia a Deo,vt meruere,plagantur.3.27. 261
loqui ſolitus verba iocoſa riſum mouentia grauc purgatorium poſt mortem ſuſtinuit. 4.58. 274
loquentibus Franciſco & fratrib eius de Chriſto,Chriſtus in medio eorum apparuit. 7.17. 412
locutionis locum totum ſuū eſſe diabolus beato Dominico affirmabat 8.13. 487
loqui in eccleſia qua ratione Ioannes eleemoſynarius populum cohibebat 8.43. 507
loquentium in eccleſia uerba dæmon ſcribere a ſacerdote uidebatur 9.104. 613
loqui prudenter cupiens filius regis Angliæ collum gruis petut, & ob id regnum accepit.9.105. ibidem.
loqui.quære etiam in lingua,& Silentium.

LVPVS.

lupum ferociſſimum beatus Franciſcus in domeſticum & manſuetiſſimum animal commutauit.7.20. 424

LVSVS.

luſibus uacans inuenis crebis ictibus pœna uſ-

vſque ad mortem inuiſibili manu percuti. tur.3.36. 206
Luſibus vacãs & iurans cæleſti gladio vulneratur.3.43. 121
luſibus torneamentorum vacantes horribili plaga percuſſi ſunt.5.100. 335
De hoc vide plura in Torneamentum.
luſibus teſſerarũ, & iurationibus dediti Chriſtum Dominium vulnerauerunt. 5.103. 336
luſibus teſſerarum ſpoliatus ſaggittam in cœlum mittit, & ſanguine tinctam recipit 5. 104. 337
luſibus ſuis alios ad ludum concitans tibicen fulmine percuſſus interijt.5. 128 347
luſor ſacerdos moriturus plures circa ſe demones prẽſentes conſpexit,quam erant in horreo calami 6.51. 380
ludens ad teſſeras infauſtus miles, uiſceribus tegulis domus hærẽtibus,à dæmone deportatur.6.56. 582
ludi circa funera prohibentur.7.55. 450
luſibus nimium deditus Ruſus nepos Cirilli ẽterna morte ſe dixit eſſe mulctatum. 7 80. 464
luſibus inſiſtente patre cum filio,filius in ſanctum Hyeronimum blaſphemiam dicẽs à demone ad inferos corpore ſimul & anima eſt deuectus. 7.85. 468
ludentium ſodalium laſciuiam deuitans Edmundus officioſiſſimè à pueto Ieſu ſalutatur.8.104. 482
luſſibus auium deditus graui purgatorio punitur.9.83. 673
ludo malo quidam iuuenis ferè promiſſæ virginitatis naufragium pertuliſſet.10.9 691

LVXVRIA.

luxuria inquinans ſe quidam Epiſcopus, qui abſciſſa pro fide lingua loqui poterat ſtatim poſt lapſum gratiam illam perdidit. 1.45. 25
luxurioſus Tiburtius presbyter infernali rogo cremandus imponitur.1.60. 33
luxuriam exercens cum iuuencula, quam prẽcedente die è baptiſmate leuauit, quidam curialis gehennalibus flammis exuritur. 1.61. 34
luxurioſa caro Valeriani patricij ex eccleſia Fauſtini,ubi ſepulta iacuit,projci cito præcipitur.1.72. 39
Luxurioſus presbyter grati anquam in miſſa habere conſueuerat amittit.1.80. 44
luxuriam ex gula naſci probauit frater, qui poſt eium concupitæ frixuræ in peccatum ſodomiticum cecidit. 1.82. 45
luxurios iuuenis cum amaſia ſua igne crematus interijt 1.93. 50
luxurioſus presbyter animam ſimul & ſemen offudit.1.96. 51
luxuriæ barathrum ineidens ſuperbus monacus dæmones clamantes audiuit.O monache,&c.2.1. 59
luxuria grauiter tentatur de virtutibus ſuperbiens pater.& ad ſeculum ire diſpoſuit.2.3 61
luxuriæ tentationum vincere cupiẽs deuotus frater,pallio ſuo fœtentẽ carnem defunctæ mulieris extergens naribus horrẽtibus applicauit.2 23. 73
luxuria tentatus frater, vt fortis laboraret uxorem & filos ex luto finxit, & ſic tentationem ſuperauit.2.24 ibid.
luxuria tentatus Græcus adoleſcens tribulatione ſola potuit liberari.2. 65. 91
luxuriam quædam fa mina intantum exhorruit,vt maluerit in caldaria bulliri, quam fornicari.2.66. ibid.
luxuria tentatur Ammonius vel vna die pane ſaturatus.2.69. 93
luxurioſus ſacerdos vlcere peſſimo percutitur à Domino,& dato iuramento quod de cetero non celebreret,à ſancto Machario curatur.2.77. 96
luxuriantem filium ſuum innocentius abbas à dęmonio poſtulauit poſſideri. 2.89. 103.
luxurioſa fœmina lectorẽ de ſua impregnatione iniuſtè diffamans parere non prẽualuit. 2.90. ibid.
luxuria lapſus frater contradiſperationem ſeipſum animans,dixit.Non peccaui. 2.93. 104
luxuria grauiſſimè tentatur indiſceretur ſenex qui fratrem fornicatione tentatum fecit deſperare.2.100. 166
luxuriæ tentationẽ iuuenis frater obedientia. ieiunio,& labore deuicit. 2.101. 107
luxuria labitur quidam ſenex, quia fœminæ conſortium non vitauit.2.102. ibid.
luxuria lapſus inobediens ſenex cum puero reuertitur.2.105 109
luxuria tentatus fortiſſimè ſenex omnes digitos

Intentione furandi calicẽ intrans monaſterium in Clareualle mutato propoſito prior efficitur 6. 1. 351

INTERROGARE.

Interrogare volens alium de dubio ſua Angelo informatur. 2. 169. 133

INVIDIA.

Inuidus ſacerdos Florentius beato Benedicto uenenum dedit & ſeptem nudas puellas in conſpectu diſcipulorum eius ducere choream orinauit, & repentina morte interijt. 1. 22. 11
inuidi fratres vrſum Florentij occidẽtes morbo elephantino percuſſi interierunt. 1. 37. 20
inuidia actus quidam ſenex alium fratrem bacuo è cella ſibi conceſſa expellere diſpoſuit, eo quod plures ad illum fratrem viſitandi gratia confluerent. 2. 39 81
inuidum fratrem abbas Motues quanta charitate ſuſcepit. 2. 53. 87
inuidia aliqua agitati monachi Tabenneſiotæ Macharium de monaſterio eijci poſtularunt 3. 76. 95
inuidum fratrem quomodo abbas Paſtor mirabili beneuolẽtia, humilitate, & induſtria pacauit 2. 174. 134
inuidia inflammatus frater de furato pſalterio Paſnucium diffamauit, & dæmonis obſeſſione plagatur. 2. 221. 161
inuidus frater attactus odore, qui de preſentia beatæ virginis aduenerat, protinus emendatur. 3. 57. 227
inuidi fratris venenũ quidam victoriola obſequioſitate deuicit 6 36. 373
inuidus dæmõ perdere animam maluit, quã cęleſtem gloriam obtinere 6. 52. f. 381
inuidus propinans ſancto Samſoni venenum à Deo plagatur. 8. 149. 566
inuidi detractores, & perſecutores ſancti Attali horrenda morte puniti ſunt. 8. 152. 568
inuidentes & diffamantis ſanctum Goarem quomodo plagantur. 8 161. 572
inuidioſè perſequens ſanctum Deiecolam terribili plagã percutitur. 8. 160. fol. 571
inuidus innocenti mortem procurans incidit in foueam quam fecit 9. 133. 638

inuidia, quære etiam in Odium, Diffamare, Diſcordia, & Dimittere.

IOANNES BAPTISTA.

Ioannes Baptiſta deuotum ſibi Sanctulum ne gladio percueretur præſeruauit. 1. 48. 16
Ioannes Baptiſta deuotum ſuum ut ſub rigoroſi prioris ſui regimine maneat adhortatur. 7. 65. 454

IRA.

Iracundi fratris furiſculam dæmon tribus uicibus ſubuertit. 2. 116. 114
iram reſponſio mollis lenit. 2. 14. 69
iratus frater dæmoni ingreſſum ad monaſterium ſancti Franciſci prębuit. 7. 21. fol. 426
iracundo, & impatienti leproſo ſeruiens Frãciſcus ipſum a lepra corporis & animę curauit. 7 22 426
iratum briccium dęmnes viſi ſunt ad maledicendum beato Martino conciture. 7. 105. 477
iracunda fæmina, & propter iram alijs importubilis confeſſione, & prięcibus ſancti Malachię manſuetiſſima eſt effecta. 8. 45. 509
iracunda fęmina corpus Chriſti ſumptura in extremis vultum auertit. 9. 86. 618

irridere, quare in Deridere.

IVDICIVM DEI.

iudicio Dei occulto vir bonus tribulationibus & mulier iniqua deliciis fruitur. 2. 185. 138
iudicio Dei occulta cuidam fratri oſtenduntur ab Angelo, qui boniſenis filiũ occidit. & peruerſum ſenem muneribus cumulauit. 2. 210. 154
iudicia Dei occulta oſtenduntur cuidam fratri, q animã peregrini ab Angelis Michaele & Gabriele deduci vidit in cęlum, animũ uerò eremita mali a demonib. rapi in infernum. 2. 201. 110
iudicio Dei occulto quidam diues dãnandus honorificè ſepelitur, recipiẽs mercedem in preſenti & deuotus eremita a belluis comeditur, vt ſic purgatus ad regnum euolaret cæleſte. 2. 189. 143

Quære etiam in Incantatio.
Manducare non debere otioſos, quære in Labore.
Manſuetudo, quære in Beneuolentia.

MARGARETA.

Margaretæ virginis victoriam contra dæmonem iuuenis quidam audiens fœminam, quam dæmonē eſſe putabat, ferè peremit. 8.17. 490

B. V. MARIA.

Maria virgo virginem Muſam ſpernere vanitatem ſeculi monuit & ad ſanctarum virginum conſortium inuitauit. 50. 54. 31
Maria virgo meſſores fratre Reinaldo vidente cum Heliſabet, & Magdalena viſitauit. 3.24. 195
Maria fratrem nimis in medicina confidentē corripuit. 3.28. 199
Maria virgo iuuenem Es Killum, quod nō legiſſet. Aue Maria, durius increpauit. 3. 32. 202
Maria Aſſumptionis ſuæ die fratrē ex obediē tia in grandijs manentem mira deuotione donauit. 3.37. 207
Mariæ membra peierantes grauiter in hoc mundo a Domino plagati ſunt. 3. 43 & 44. 212 213
Maria virgo fœminam imperfectè confeſſam à dæmonum captiuitate eripuit. 3. 45. 213
Maria præpoſitum monialium ob inobedientiam ſuam noluit ſecum in cælum deuehere. 3. 49. 217
Maria diſcordes fratres grandi miraculo pacificauit. 3. 57. 227
Maria furia repentina fatigatum clericum ſanat. & os illud quod ſæpe in eius laudibus aperuit reddidit ſanitati. 4. 1. 236
Maria clericum ſe per annulum deſponſantē ad eremiticam vitam conuertit. 4. 2. 236
Maria Imperatricem caſtiſſimam à multis tribulationibus mirabiliter liberauit. 4. 3. 337
Maria nobilem fœminam ab infamia liberauit. 4. 4. 239
Maria pauperculam viduam morituram viſitauit. 4. 5. 241
Maria amico ſuo ſancto Bonito Epiſcopo pulcherrimam veſtem in amoris ſignum tribuit. 4. 6 242
maria virum propter maledicta ſua infirmitate percuſſum reſtaurat. 4. 7. 243
maria militem, qui virginem Mariæ nomine inſignitam in ſabbato ſtuprare renuit, ad æternam vitam perduxit. 4. 8. fol. 244
mariæ imaginem pulchram, & dæmonis tetram pingens pictor, ne a dæmone caſu lædoretur, ab imagine Mariæ retentus eſt. 4. 9 245
maria deuoto ſuo Ioanni Damaſcenò grandi miraculo manum abſciſſam reſtituit. 4. 23. 256
maria Theophilum, qui dato chirographo dęmonius Dominum abnegauit, & gratiæ reſtituit & vitæ. 4. 24. 257
maria procurauit pauperculæ virgini pſalterium 5. 26. 300
maria ingenioſum fratrem, & in fide dubitātem informat. 5. 37. 306
mariæ ſalutationem ſępe repetens, & relegens miles moritur, & ex eius ore lilium hanc ſalutationem continens excreuiſſe cernitur. 5. 58. 316
mariæ ſertum ad inſtantiam auunculi perſoluēs vagiſſimus iuuenis mirabiliter conuertitur, ſed mirabilius multo per Mariam ad cæleſtia regna vocatur. 5. 59. ibid.
mariæ virgini tria ſerta indies legens à mortis ſententia liberatur, & vitę ut cōfiteatur defunctus reſtituitur. 5 60. 317
maria virgo inceſtam Agnetem cōtra dęmonis fallaciam iuuit, & per eam Iudæam quandam mirabiliter ad fidem conuertit. 5. 61. 318
mariæ nomen libenter audiens Rachel Iudęa ad chriſtianiſmum conuertitur, & mirabiliter à beata virgine adiuuatur. 5. 62. 319
maria virgo cuidam latroni ſibi deuoto poſt amputatum caput cōfiteri poſſe conceſſit. 5. 63. 320
maria virgo cuidam Ciſterciēſi pro graui crimine tribulato veniam à puero Ieſu mirabiliter impetrauit. 5 64. 321
mariæ virginis Aſſumptionis diem prior quidam regularium cum quibuſdam alijs occultè celebrans, Angelos reſponſorium, Felix namque, concinentes audiuit. 5. 95. 333

Digitized by Google

Maria uirgo moriturum nimis prçſumptuose exultãtẽ pie redarguit. 5. 168. 338
maria virgo iuueni, qui negato Chriſto ſe negare noluit, veniam peccatorum impetrauit. 6. 13 360
mariæ ſalutatione dęmonis virtus minuta eſt. 6. 19 364
mariæ Purificationis die virgo quędã pulcram proceſſionem uidit. 6. 60 384
maria emputatam linguam deuoto ſuo reſtituit. 6. 61 385
maria deuoti ſibi pueri Adam ſcabioſum caput curauit. 6. 62 386
maria tentatum fornicatione iuuenem militem eam frequenter ſalutationem liberauit, & ad cęleſtes nuptias inuitauit. 6. 63 386
maria virgo Beatricis monialis apoſtatę loco cuſtodis officio fungebatur. 6. 64 387
mariæ latronem diem ſabbati ieiunantem ad meliora conuertit, morituro contritionem tribuit, honorificam ſepulturam miro modo procurauit. 6. 65 388
mariæ ſcholaris cuiuſdam animam in ſpecie columbæ ad cęlos deuexi. 6. 120. 405
marię ſalutationem ambulando legens, uiſus eſt poſt mortem pulcherrimis cal gis ſalutatione Angeli inſcriptis ornatus incedere. 6. 101 406
maria virgo ante partum, in partu, & poſt partum fuiſſe per fratrem Egidium prædicatori dubitanti triplici ſilio manifeſtatur. 8 52 436
maria virgo cum ingenti, lumine appares, Fratri Conrado de Offida filium quem geſtabat in vulnas dedit. 7. 37 440
mariam ad albam ſcalam miſericordiæ cõfugientes recipit. 7. 41 443
maria virgo prædicatoribus cantantibus, Salue Regina, multa ſigna dilectionis oſtendit. 7. 42 444
Simile ibidem 43. ibidem, & 44 445
mariæ capellanus, qui ſemper in omni ſermone exemplum de ea dulceos faciendum dixit, continens, & mirabiliter conſolatus obiuit. 7. 56 450
maria quendam deuotum ſibi à latronum truculenta manu abſcondit 7. 73 458
maria virgo a ſancto Edmundo per annulum, & votum caſtitatis deſponſata, ei in omni tribulatione ſuccurrit. 8. 5. 484
maria morituræ fęminæ calores afflatu flabelli mitigauit, & vna cum omnibus ſanctis eius exequias celebrauit. 8. 50 510
maria die Purificationis deuotum cæcum dictatorum reſponſorij, Gaude Maria, illuminauit. 8. 58 515
Item aliud circa idem reſponſorium. 8. 59 516
maria militem quotidie dicẽtem, Aue Maria, a ſeruo dæmone quatuordecim annis cuſtodiuit. 8. 60 517
maria ſibi deuotã fœminam, militis depauperati, ſed per diabolum ditati, uxorem a malitia diaboli prçſeruauit. 8. 61. 518
maria filium viduæ, quæ ſibi puerum Ieſũ pia ſimplicitate ex ulnis abſtulerat, & obſidis loco ciſtę incluſerat, à vinculis abſoluit, & matri reſtituit. 8. 62 519
maria clericum horas ſuas dicere ſolitum dignanter viſitauit, & à carnalibus nuptijs reuocans, in caſtitate ſeruauit 8. 68 521
maria marito deuoto clerico ſcriptori pulchritudinem ſuam oſtendit. 8. 69 522
maria capellanum officium ſuum ſępe dicentem, a Thoma Cantuarienſi ſuſpenſum, officio priori reſtitui iubet. 8. 77. 526
maria beatum Baſilium cum populo ſuo ab impiiſſimi Iuliani comminatione defendit. 8 81 528
maria cuidam uirgini naſum, & labia quandoque ob amorem caſtitatis abſciſſa miraculo grandi reſtituit. 9. 22 586
maria uirgo impudicum iuuenem ſalutationem Angelicam frequentatem per delicatum cibum in fœdis uaſculis oblatũ emendauit. 9. 27 589
maria virgo religioſo morituro, & clamanti, maledicta hora, in qua religioſus factus ſũ miſericorditer ſubuenit. 9. 84. 614
maria laſſum de communi labore fratrum quieſcere, & ſomnum capere prçcepit. 4. 102 622
maria laborantium fratrum ſudorem collegit. 9. 103 ibid.
maria diſſolutam fęminam ne ad dæmone ad inferna raperetur audiuit. 9. 108. 623
maria uirgo monialem ne in fornicationem, proroueret terribili uiſione prohibuit. 9 108 624
maria quendam Carthuſienſem a dęmonibus liberans, docet ut ſtudeat uilibus eſcis,

escis &c. 9. 91 676
Maria Carthusiēsem diabolica factione pe ne desperantem adiuuit. 9. 114 ibid.
maria ex ore deuoti prioris sertum legentis cernitur collectas rosas in sertum suo capiti imposuisse. 9. 115 ibid.
maria fatus accepit paucas sibi salutationes angelicas cum deuotione quam sine hac multas exolui. 9. 116 628
maria duas virgines sibi in filias datas a paupertate simul & infamia liberauit. 9 117 ibid.
maria deuotissimam sibi filiā pastoris morituram visitauit, & caput serto ornans ad cęlestia regna perduxit. 9. 118 ibid.
maria grandi miraculo rosas de corpore defuncti cuiusdam fratris fecit excrescere, qui psalmos quosdam in eius honore legebat. 9. 119 630
maria custodem factione diaboli in furto deprehensum & incarceratum mirifice liberauit. 9. 120 631
maria in die Purificationis multis comitata virginibus se deuoto & infirmo Episcopo amplexandam dedit. 9. 121 633
maria virgo Thomæ Cantuariensi pulcherrimam casulam dedit. 9. 122 634
maria militi perditū lumen restituit, quod Iudæo se blaspemanti alapam dederat. 9. 123 ibid.
maria misericordi senatori in iudicio succurrit, & in meliorem mutauit. 9. 131. 637
maria virgo deuotum sibi a fornacis incendio præseruauit. 9 133 638
maria deuotum monachum a duplici grauissima tentatione liberauit. 9. 142. 643
maria quendam monachum ad preces iodalis sui apostasiæ impugnatione liberauit. 9. 147 645
maria fratrem tentatione carnali liberauit qui se eius coronam sanctæ Gertrudi imponere minabatur. 10 6 689
maria uirgō amplexum negauit inueni, qui solita suffragia persoluere neglexit. 10. 7 690
mariæ salutatione frater Thomas dæmonē se terrentem fugauit. 10. 8 691

MARIA MAGDALENA.

Mariæ Magdalenæ lachrymas quanta dignatione Christus Dominus reseruauit. 3. 34 205

MARINA.

Marina uirgo iniuste diffamata a Domino glorificatur. 2. 211 155

MARTYR.

martyr effectus Herminigildus quantis miraculis coruscauit. 1. 44 24
martyres Macharij ad quantum in breui tēpore sanctitatis fastigium conscenderūt 2. 194 146
martyres facti Moyses & sui coronas cœlestes meruerunt. 2 207 153
martyres quadraginta pulchro, & glorioso martyrio cęlestes coronas meruerūt. 4. 14
martyres coram Deo scholares bonę volūtatis reputantur 6. 99 405

MATRIMONIVM.

matrimonio illicito implicatus Otto Imperator a proprio filio, maguntino scilicet Episcopo corripitur, & non emendatus repētina morte defungitur. 1. 100. 53
matrimonio iuncta iracundo viro sancta Monica mater Augustini ita se circa virum egit, ut nunquam vel per diem dissenserint. 9. 153 647

MAXENTIVS.

maxentij pęna. 6. 89 400

MECHTILDIS.

mechtildis regis Scotiæ filia quam miserabilem atque pauperem uitam duxerit 6. 35 305

MEDICINA.

medicinis nimis confidens frater, vix tandem potuit a beata uirgine pitantiam impetrare. 3 28 199
medicinam corporalem Alquirinus licet alijs deuotē impenderit, nunquā sibijpsi impertitus est. 3. 33 204
medicinam corporalem quidam infirmus frater admittens a Pachomio sancto corripitur. 5. 94 472

Gloriam Christi, & sanctorum videns qui dam Tartarorum ad fidem conuertitur. 5.125 346
Gloriam cœlestem expertus dæmon vsque ad diem iudicij paratus esset pœnitere, si rursum præberetur sibi accessus. 5.135. 355. & 653 381
Gloriam cœlestem, quære etiam in cœlestis.

GLORIA.

Gloriam hominum fugiens monachus a Theodosio Imperatore salutatus aufugit. 2.34 78
Gloriam, & frequentiam hominum exhorrescens abbas Pastor iudicem prouinciæ recipere noluit. 2.35 78
Gloriam hominum fugiens senex denudatus, & se lauans in paludæ dæmonium habere putari voluit. 2.55 88
Gloriam hominum fugiens abbas Moyses iudici se visitare volenti occurrit, dicens, quid Moysen quæris: fatuus est, & hæreticus. 2.127 119
Gloriam humanam deuitans Simeon Abbas, cum iudicem se visitaturum cognouisset, caseum & panem sedens in lumine manducauit. 2.129 120
Gloriæ vanæ obuiando non debemus opera bona omittere 2.199 127
Gloriam hominum fugiens nomina Pitecij, fatuam & dæmoniacam se simulauit & honorata a cõsororibus nunquam inuenienda aufugit. 2.182 137
Gloriam hominum fugiens Pinufius relicto monasterio vbi pater præerat, in alio monasterio sub iunioris fratris imperio humillimè miluauit. 2.226 165
Gloria vana tentatus quidam frater qualiter restiterit. 2.249 174
Gloriam hominum de suis virtuosis operibus quærens fœmina damnatur. 9 200. 674
Gloria inanis in cantando, quære in Cantare.
Gloria vana, quære in Superbia.

GRATIAS AGERE.

Gratias agens de modicis beneficiis Dei fœmina nobilem iuuenem in maritum accepit. 4 19 253

GVLA.

Gulosa fœmina lactucam comedens obsidetur. 1.8 4
Gulosus monachus draconi deuorãdus traditur. 1 68 87
Gulosus monachus repentina morte in die Natiuitatis Christi percutitur. 1.81. fol. 44
Gulosus frater in peccatum sodomiticum corruit, quia de fixura comedit. 1.82. fol. 45
Gulosus educata caro Sophiæ nobilis fœminæ grauius fœtet. 1.83 ibid.
Gulosus Episcopus insanabile gutturis vulnus incurrit. 1.92 50
Gula tentatus quidam frater horam prandij vsque ad debitum, & regulare tẽpus protraxit. 2.28 75
Gulæ suæ victores sancti senes cibo verbi Dei se reficientes pulmentum comedere neglexerunt. 2.29 ibid.
Gulam suam vicit prior abbas, qui amarissimam semper aquam potauit. 2.41. 82
Gulosi distinguentes inter cibum, & cibum stercus vsi sunt manducare. 2.193 144
Gula victus Serapion paximacem furarum clandestinè manducauit 2 215 158
Gula tentatus Andreas Archidiaconus monasteriũ reliquisset, nisi misericors Deus legumina mirabili quadam suauitate cõdidisset. 3.21 192
Gulosus nouitius a dæmonibus gallinam assam offerentibus a Clareuallie extractus, a dæmone possessus furens interiit. 3.29 200
Gulosus infirmarius seipsum per guttur vulnerauit, sed mirabili misericordia Spiritussancti pœnitentię reseruatus diu superuixit 3 44 223
Gulæ impetum domare volens conuersus latro funibus ventrem strictissimè colligauit. 4 38 266
Gulosi fratres miserabili morte puniti sũt. 4 39. 67 & 40 ibi.
Gulosus quidam Elphegi discipulus æterna inferni pœna damnatur 4 45 268
Gulosi monachi repentina morte percussi interierunt 5.4 290
Item aliud 5 38 306
Gulosus presbyter sepultus se damnatum clamat. 5.75 323
Gulæ deditus prophanus mercator animam suam vendidit vni dæmoniorum. 5.126 346
Gulam viso passo Christo monachus Cisterciensis deuicit. 5.132 348

Gula

Gula acerbissimi pomi tentatus pœnitens miles animam expirauit. 6. 46 378
Gulosi Episcopi stomachum scindendum quidam conuersus dixit, &c. 6. 48. 378
Gulosus infirmitatem claudicando simulauit, & a dæmone claudicante irrisus, apostatauit. 6. 49 380
Gulosorum cibi in inferno sunt bufones, & serpentes. 6. 92 402
Gulosus, & ebriosus miles ex crusolino picem, & sulphur cogitur perenniter bibere. 6. 97 404
Gulam sanctus Franciscus cum sancta Clara cæteris que fratribus auditu diuini verbi superantes parum, aut nihil comederunt. 7. 18 422
Gulosus conuersus vinum sine licentia bibens a dæmone possidetur. 7. 60 452
Gulæ suæ victor carnes contra ordinem comedere expauescens, cito ab infirmitate sanatur. 7 62 453
Gulæ, & conuiuijs dedita anima iudici condemnanda perpetuò præsentatur. 7. 82 465
Gulæ suæ victores Carthusienses carnes in piscis conuerti meruerunt. 9. 2 578
Gulam prudens matrona filias monasticè triens cohibere in puellis studuit, quas extra horam prandij etiam aquam bibere vetuit. 9. 66 605
Gulæ suæ impetum sequens mater Augustini a famula meribula nominatur 6. 66 ibidem
Item plura habentur exemplis sequentibus de gula.
Gula, quære etiam in Ebrietas.
Item in Abstinentia.

HABITVS MONACHALIS.

Habitum monachalem exuens repentina morte percussus ad inferna deducitur. 5 4 290
Habitus monachalis Ludouico Lãgratio post mortem indutus parum profuit ad salutem 6. 88 399
Hasta ludere, quære in Torneamentum.

HENRICVS.

Henrici Imperatoris vita qualis fuerit. 4. 48. & infra. 269
Hereditas iniustè adquisita, quære in Bona iniusta, & vsurarius.

HÆRETICVS.

Hæretici nomen super omnia mala abbas Agathon exhorter. 2. 36 79
Hæresi Antropomorphitana Serapion anachoreta pater grauiter laborat. 2. 218. 159
Hæreticus quidam cum peruerteret puratem conuertitur, dum per prædicatorem præstigiæ dæmonum denudantur. 5. 139 & 348
Hæreticus ab obsesso flamma crematur, & ob id obsessus a dæmone liberatur. 5. 136 & 350
Hæretici Albigenses miracula diabolica fictione operantur. 6. 69 390
Hæretici adhærentes fœminæ quam turpi dæmoni adhæserint beati Dominici oratione apparuit 8. 14 487
Hieronymus sanctus suis deuotis in necessitatibus eorum fideliter succurrit. 7. 77. & 461
Et exemplis ibidem sequentibus.

HORAE CANONICAE.

Horas canonicas intempestiue persoluens sanctus Seuerinus purgabilibus flãmis aduritur. 1. 98 58
Horas in lecto persoluens debilis frater a dæmone accusatur. 1. 99 53
Horas B. Mariæ quædam virgo didicit, vnde a Maria multum dilecta militem se violare volentem conuertit. 4. 8 244
Horas B. Mariæ dicere solitus Ioannes Damascenus abscissam manum grandi miraculo recepit. 4. 23 256
Horas canonicas negligenter soluens purgatorium sustinet, sed fratris Conradi precibus liberatur. 7. 35 438
Horas canonicas Edmundus etiam studes Parisiensis persoluit. 8. 6 484
Horas canonicas cum reuerentia lege e S. Ludgerus, & verbo docuit, & exemplo monstrauit. 8. 56 514. & 57 514
Horas canonicas, quia quidam fratres cum debita reuerentia non persoluerunt, a quodam defuncto grauiter sunt reprehensi 9 142 643

HOSPITALITAS.

Hospitio recipiens dæmonẽ in specie peregrini filium repente in ignem proiectũ ami-

MONACHVS.

Monachi decus sunt pallor,& macies cum humilitate,2.51.
Monachus non sum,sed monachs vidi, ait Macharius narrans de duobus qui nudi venerunt eum animalibus adaquare. 2. 195 147
Monachi sine tribulationibus esse non possunt.2.206 152

MONIALIS.

Monialem matrimonio accipientis Carcerij munera beatus Mennas,& miraculose nouit,& strenue respuit.1.41 22

MORES.

Mores leues deponere Musa puella in cęlum itura a Virgine Maria prænonetur. 1.54 31

MORS MORI.

Mori cum Anastasio monachus petijt, & citissime optata impetrauit.1.13 7
Morituri fratres ab albatis viris inscribuntur.1.56 32
Morituras Theodorus draconi datur deuorandus.1.56 36
Moriturus Grisorius dæmones vidit,inducias petijt,& nihil impetrauit.1.67. 37
Moriturus quidam Christi nomen blasphemans orationibus fratrum ferè ab inferni claustris reuocatur.1.87 47
Mortuus ad vitam redire recusat.2.11 68
Mori timentem Mucius abbas grauiter obiurgauit.2.12 ibid.
Mortem patris nunciati sanctus Euagrius dixit. Cessa blasphemare meus pater immortalis est.2.86 100
Mortuum mundo se existimans sanctus senex bouem fratris sui de palude extrahere recusauit.2.91 104
Moriturus abbas Sisoys Christum, & sanctos ad se deducendum venire cõspexit. 2.196 147
Mortem prę oculis habens fornicam frater grauissima se pœnitentia condemnauit. 2.109 148
Mortis memoria instigatas grauissimam pœnitentiam quidam fecit.2.246 173
Moriturus Stephanus rationem de operibus suis reddere cogitur, & horribilibus clamoribus fratres conturbauit. 2.247. ibidem.
Moriturus Egbertus multa promisit, vt sibi vita foueretur Domino seruituro. 3.2 175
Morituram quendam sanctum Episcopum hymnis cęlestibus canora turba prosequitur.3.3 176
Morituro quodam deuoto monacho Angeli sancti lilijs rosisque ecclesiæ pauimenta strauerunt.3.23 193
Moriturus Arnulphus maximam consolationem de perfecta conuersione accepit 3.26 197
Moriturus Alquirinus mirabiliter a Domino consolatur.3.33 204
Moriturus quidam frater inaudita carmina concinẽs animam Domino commendauit.3.38 208
Moritur confidenter frater, qui omnibus fratribus se obedientissimus exhibuerat 3.39 209
Moriturus diues ab infernalibus catis deterretur, dum paupercula vidua à beata virgine consolatur.4.5 241
Moriturus dux Damasci linteamen,quo inuoluendus erat per vexillij ferum suum in Damasco circunferri fecit. 4.59. 275
Moritura sanctissima abbatissa à Domino consolatur.5.8 292
Moriturus iuuenis contra defunctum patrem petit anima parari.5.40 307
Moriturus præsumptuosè soluens fræna lætitiæ à virgine maria corripit. 5.108. 338
Moriturus frater Christum vidit & dicẽs,in Galilæa Christum videbimus, &c sancta animam exhalauit.5.109 338
Moriturus criminosus Comes in ipsa vltima infirmitate tantam pœnitentiam egit vt propherare inciperet, & sine purgatorio euolaret 5.110 339
Mortem longè arbitrans miles, spe seductus inani,pene sine sacramẽtis obijsset. 5.133 349
Mortuorum fœtidis visis sepulchris Iffardus nobilis subulcus à superbia tumore sanatur.6.27 370
Moriturus criminosus sacerdos plures dœmones,quam erant in horreo calami,prę sentes circa se conspexit.6.51 380

Morituro Cunoni quindecim millia dæmonum affuerunt, de quorum faucibus fratrem precibus ereptus ad cœlestia regna migrauit 6.80 396
Item simile habes ibidem.89 400
morituro Eusebius grauissimè à dæmonibus tentatur.7.77 461
morituro se cogitans Guerricus conuertitur.7.49 447
morituro fœminam sanctus Petrus a dæmonum grauissima infestatione liberauit.8.50 510
morituro religiosus quidam clamauit. Maledicta hora in qua religiosus factus sū. 9 84 614
morituro insolens puella optimis vestibus ornari se faciens, dæmonem vt animam suam colleret inordinatis clamoribus ad uocauit.9.112 625
morituro Cartusiēsis.nisi virgo Maria subueniisset, à dæmone fuisset in disperationem deductus.9.114 626
mortui Comitis, & patris sui putentem faniem horribiles vermes videns filius duram,& incognitem hominibus vitam in Roma duxit.9.134 639
morituro miles dolu t multum,quod fidelius temporali Domino , quam æterno Deo in hoc mundo seruiuit 9.135. ibidem
morituri cuiusdam patientissimi infirmi anima omnibus membris grates resudit. 9 136 640
mortis iura, & consuetudine nisi pater a iuuenibus remouere filium de religione in patriam non potest recipere . 9.137. ibidem.
morituro leprosus audiente milite dulcissime Domino decantauit.9.137 641
morituro quidam diues pecunia, & aliis possessionibus , cum vxorem suam,& filios suos non propter se , sed propter res suas plangere videret, medietatem omnium bonorum suorum pauperibus erogauit.9.157 650
morituro malus sacerdos leones vidit ingens sensit, ad inferna peruenit 9.174. 657
morituro deuotus iuuenis, qui parentes pro Christo reliquerat , Deum affatur, pater, meus, & mater mea dereliquerūt me,&c.10.11 695
morituro hospitalario cantus Angelorum audiuit.10.13 697
morituro Drossarto dæmones confluunt, castrum concutitur,anima ad inferna defertur.10.19 701

MVNDVS.

Mundum cum regno rex Scotorum relinquens morituro dixit, Domine feci qđ iussisti,imple quod promisisti, 1.103 55
mundum cum sua pompa Arsenius Abbas contempsit.2.46 85
mundo mortuus Apollo bouem fratris de fossa abstrahere negauit.2.91 104
mundum relinquens Arnulphus propter Deum cētuplum, quod Dominus repromisit,in hac vita recepit.3.26 197
mundi amicitia & breuis est, & fallax.4.16 & 17 251
mundus sibi seruientes , nisi prouidētia sua sibijpsis prouiderint, ad æternum exilium , & graues miserias destinabit. 4. 118 252
mundum relicturus Lantfrancus pauperrimum atque abiectissimum conuentum expetiit.4.83 278
mundus Comitissimam Campaniæ sibi solicite seruientem malè præmiault. 5. 6. 291
mundanam pompam in quodam Abbate vox quadam cęlestis increpauit. 5.5. ibi.
mundam contemnere Mechtildis filia Regis Scotiæ fratrem docuit, & ipsa in maxima paupertate vitam duxit.5.35. 305
mundanas delitias magister Rolandus videns esse fugaces , ordinem Prædicatorum pœnitentiam acturus intrauit. 8.46 445
mundum cum parentibus Theodorus reliquit diuina, & interna inspiratione compunctus 6.91 470
mundum,& beneficia sua relinquens quanta gloria est a Domino muneratur.9.10. 581
mundū relinquentes in iuuentute per aliis gloriosius videntur in cælum conscendere.9.43 596

MVNERA.

Munera sacrilegi Carcerij Beatus Mennas & miraculosè nouit, & strenuè respuit. 1.41 22

Digitized by Google

Munera non facile accipienda ſunt, præſertim iudicibus. 4. 139 641

MVRMVRARE.

Murmurantes viſi ſunt ſterçus manducare. 2. 191 144

MVSA.

Muſa puella a virgine Maria in cælum vocatur. 1. 54 31

NATIVITAS CHRISTI.

NAtiuitatis Chriſti die indigne celebrans tribus vicibus miſſas, ſacramẽtum columba deferente amiſit. 6. 8. 356
Natiuitas Chriſti, quære etiam in Feſtiuitas.

NECROMANTIA.

Necromanticus cum dæmonum turba ad inferna diliabitur. 9. 140 642
Necromantia, quære in Incantatio.

NEGARE DEVM.

Negans Deum, Spiritum Sanctum in ſpecie columbæ perdidit, ſed pœnitentiam agens rurſum recepit. 2. 107 109
Negans Chriſtum a dæmone poſſidetur, & repentina morte percutitur. 4. 11 247
Negans Chriſtum Theophylus pœnitens per Mariam & gratia reſtituitur, & vitæ. 4. 14 257
Negans Chriſtum quidam iuuenis a patre repellitur, nec ad Iuliani Imperatoris preces in gratiam recipitur. 4. 77 278
Negare Chriſtum nolens quidam nobilis nudus exercitum camelorum duceretur cogitur. 4. 80 ibid.
Negare Chriſtum nolens notarius pijſſimo Chriſti crucifixi intuitu reſpicitur. 9. 54 600

NEGLIGEENS.

Negligens minima paulatim ad maiora dilabitur. 2. 3 61
Negligens repugnator tentationum ſuarum oratione ſancti ſenis iuuari non potuit, quia ipſe ſeipſum iuuare neglexit. 2. 32 76
Negligens frater qui dicere ſolebat, volo ſaluare animam meam, in iudicio vehementer a propria matre confuditur. 2. 96 105
Negligens in conuerſatione frater, feruentibus vt de monaſterio exirent conſuluit. 2. 233 167

NOMEN IESVS.

Nomen Ieſus Edmundus fronti ſuæ inſcribere a puero Ieſu edocetur. 8. 4 482
Nomen Ieſu cordi Ignatij inſcriptum inuenitur. 8. 94 535
Nomine Ieſus frater Thomas fugauit diabolum ſe in nocte terrentem. 10 8. 691
Nonna Piterij. 2. 182 137

OBEDIENTIA.

OBediuit aqua præcepto Sabini Epiſcopi, qui ſcripta ſchedula manu notarij aquam miraculoſe competcuit, ne terram eccleſiæ læderet. 1. 32 17
Obedientia ſua quantum profecit Paulus ſimplex vide. 2. 18 71
Et exemplis ſeq.
Item quomodo tacebat nulli loquens propter præceptum Antonij 2. 19 72
Item quomodo quædam irrationabilia ad præceptum Antonij infatigabiliter faciebat. 2. 20 ibid.
Obedientiſſimus Paulus ſimplex potẽtior in miraculis faciendis magno Antonio efficitur. 2. 20 72
Obediens Ioannes ad Imperium abbatis ſui terribilem viſu leænam ducit. 2. 37. 80
Obediẽs filius mirabiliter a tentatione fornicationis eripitur. 2. 101 107
Obediens frater reſiſtens ſomnolentiæ ſuę ſub vna nocte ſeptem coronas in cœlo promeruit. 2. 117 114
Obedientiſſimus Marcus vocatus a ſene in choatam literam, o incompletam dereliquit, vnde & a Deo, & hominibus plurimum eſt dilectus. 2. 153 128
Obediens frater a crocodylis veneratur, fundens preces mortuũ ſuſcitauit, quod abſtinens frater non valuit. 2. 156 129
Obediens frater dilectum filium ſuum ad præceptum ſuperioris ſui in furnum flã

scattomum proiecit,ſed puerum illęſum recepit.2.157 129
Obedientem fratrem abbas Pampo ſuper omnes alios frater magnifica commendauit 2.157 130
Obediens Ioannes breuis aridum lignum aquam longius afferens per tres continuos annos irrigauit,donec grandi miraculo viueret,& obedientiæ fructum produceret.2.159 130
Obedientiſſimus Ioannes etiam impoſſibilia patris iuſſa implere conatur.2.223. 163
Obedientiſſimus Mucius dilectum,& vnicum filium in flumen iactare iuſſu abbatis diſpoſuit.2 224 164
Obediens Comitis filius non veritus eſt in patria ciuitate ſportas vendere.2.225 164
Obedientiſſimi adoleſcentes vitam maluerunt perdere, quam commiſſas ficus violare.2.230 166
Obediens Iſidorus ſeptem annis ante portam monaſterij ſedit omnibus litaniam faciens 2.238 169
Obediens Laurentius vocatus a patre monaſterij per integram refectionis horam coram eo ante menſam ſedit in genibus 2.239 170
Et ſequitur ibi de Abakyro.
Obedientiæ filius Innocentius mori non potuit.2.254 172
Obedientia fratris ſtatuta ordinis ſcrupoloſe ſeruantis micæ in margaritas commutantur.3 10 184
Obediens frater in nocte Aſſumptionis in grangijs extra monaſterium manens mirabili deuotione a Deo muneratur.3.37. 207
Obediens frater confidenter moritur, nec reprehenſione B Bernardi puſillanimis efficitur.3 39 209
Obediens Bercharius vocatus a magiſter ſuo retento in manu duciculo venit, & grandi miraculo id quod ducillabatur in altum ex creſcens nullateuus fundebatur.4 32 264
Item ſimile 8.148 566
Obediens conuerſus latro poſt grauem pęnitentiam ad cœlos conſcendit. 4.38. 266
Obedientiſſimus Ioannes moritur, & ſanctus Ioannes a Franciſco nominatur. 7. 7 481
Obedienti Deo Franciſco ſæuiſſima lupi rabies in omnibus obedire compellitur. 7.20 424
Obedientiſſimus Maſſeus humillima, & abiectiſſima officia ad præceptum Franciſci ſolus impleuit. 7.27 434
Obediens frater carnes ex obedientia comedens ab infirmitate curatur.7.62 453
Obediens frater ranis imperat ne de cætero ſua garrulitate fratres inquietent.8.64 ibidem
Obediens frater dæmones de oſeſſo fugat, & ne vane glorietur etiam ipſe fugit.7. 64 454
Obedientem fratrem edaces incendij flamma nullatenus tetigerunt.7.101 476
Obediunt porci Arnulpho ne grunnirent præcipienti.8.155 569
Obedientiam dormiendi in Arnulpho dæmon non ferens arguit 8.156 ibid.
Obedierunt ſimpliciſſimo ſubulco porci, nec auſi ſunt contra eius præceptū ęr coacti ſtaturos terminos tranſmeare.10.12.
Obedientia quære inobedientia. (696
Oblatio ſacra quantū profit defunctis, quæ in defunctus, & miſſa.

OCCASIO.

Occaſionem peccati vitauit presbyter, qui moriturus cum fœminam ſibi appropinquaſſe ſenſſet, clamauit, Tolle paleam,ignículus adhuc viuit.1.50 28
occaſiones peccatorum veri pœnitentes fugere debent.2 208 153
occaſionis fornicationis, quia nobilis matrona non fugit, cum proprio filio inceſtum commiſit.4.4 239
occaſiones fornicationis, oſcula,& contractationes ſummopere vitans puella ſacerdotum percuſit.5.85 329
occaſiones peccatorum fugere, quære in fęmina & oculus.

OTIVM.

Otioſa verba ſeu detractoria audiens Machutes abbas dormitabat, ſed in diuinis ſemper vigilantiſſimus extitit. 2 227 166
otioſa verba audientes fratres euigilāt, qui ſub diuinis verbis lethea ſomnolentia grauabantur.2 228 ibid.
otioſi fratres,& in ſpiritualibus ſe non exercentes tædio victi ad ſæculum reuerti ſtatuerunt.9.47 598

Digitized by Google

Otiosum esse, quære in Laborare.

OCVLI.

Oculus malè custodiens in iuuentute Benedictus fœminam in sæculo vidit, vnde in eremo postmodum grauius tentabatur. 1.20. 10

oculorum mala custodia grauissimam Pachõ abbas tentationem incurrit. 2.67. 91

oculos suos senex cautissimè custodiuit, qui reuersus de Alexandria nullius nisi Episcopi faciem dixit se vidisse. 2.99. 106

oculorum suorum sollicitus custos abbas Siluanus faciem suam cucullæ tegebat. 2.145. 125

oculorum, inspicientium se lasciuiam verita quædam casta, & pulcherrima mulier petijt a domino deformari. 5.70.7. 325

oculos suos malè custodiens Guido, per tres annos continuos grauissimæ fornicationis spiritu tentatur. 5.78. 326

oculos custoditi, & casti Episcopi etiam post quadragentos annos caligare non potuit. 5.79. ibidem

oculos male custodiens iuuenis monachus, qui considerauit fœminam non esse monoculam, graui disciplina percutitur. 6.42. 376

oculos pudicos habendos esse sanctus Franciscus pulcherrima similitudine fratres edocebat. 7.10. 413

oculos uirorum exosos habens virgo etiã sancto Martino suos negauit aspectus. 7.104. 477

oculos incautius Bernardus adhuc iuuenis in fœminam figens, grauissimam tẽtationem patitur. 8.23. 495

oculos Rogerius tam solicitè custodiuit, ut in tres annos in medio populi uersans fœmineam faciem non uideret. 8.53. 512

oculorum suorum in custodia ne caperetur Pharao Episcopus, uxor eius olim in sororem mutata, tonso crine, & cilicio induta se deformem eidem visendam obtulit, omnemq; tentationem ab eo fugauit. 7.158. 570

oculi quantum laruales dæmonum facies abhorrebant. 9.84. 614

oculos duos in occipite Christus habuit, quibus hominem suum fugiendum uidit. 1.161. 59

ODIVM.

odio habens Anselmum, ab Anselmo ab infernalibus lupis liberatur. 4.54. 272

odium nolens deponere orante Iacobo de Vitriaco morbo caduco corripitur. 5.44. 308

odium quære in Inuidia.

ODOR.

odium suauitatibus nimis indulgens uxor ducis Venetiæ diuino iudicio percussa horrendius fœtet. 1.84. 45

odore aquæ fœtentis olfactus illicebrosos Arsenius correxit. 2.17. 55

olfactus quære in Odor.

OFFICIVM.

officia humillima, & abiecta obediens frater Maffeus libenter impleuit. 7.27. 414

officia humillima, & abiecta Augustinus de Iterano, scientiæ suæ titulos reticens (erat enim doctor vtriusque iuris) cum summa alacritate impleuit. 7.67. 455

officium humillimum coquinæ quondam diuissimus Petrus telenarius libenter pro Domino amplexatur. 8.37. 502

officium humillimum subulci magister Henricus de Louanio elegit, qua propter Deus etiam dæmonis uoce eum glorificauit. 10.10. 693

OMNIVM SANCTORVM Festum.

omnium sanctorum festum deuotè celebrans in festo omnium sanctorum fœlix ad cœlestia regna meruit. 7.72. 458

operari manibus, quære in Labore.

oppressor, quære in Pauperum oppressor.

opprobria sustinere, quære in iniurias sustinere, & Patientia.

Digitized by Google

ORATIO.

Oratione Libertini Franci volentes ſpoliare monaſterium ſuum repentina percutiuntur acriſia. 1. 3. 2

oratione Libertinus cum Caligulæ Honorati mortuum puerum ſuſcitauit. 1. 4. ibidem.

orationẽ Bonifacius puer euacuatum tritico horreum rurſum impleuit, rapientem galli. nam matris vulpeculam occidit, & gallinã liberauit. 1. 15. 8

orationis tempore dæmon monachum trahebat ex eccleſia. 1. 21. 10

orationibus inſtans ſanctus Iſaac alapam dignanter percutitur, ſed percuſſor a dæmonio arripitur. 1. 35. 19

orationi frequentiſſimo uſu Tarſilla virgo callos in genibus, & cubitis adquiſiuit. 1. 65. fol. 36

orario fratrum peruerſum Theodotum a draconе liberauit. 1. 66. 36

oratio bonorum quandam morituram ab ipſis pœnæ inferni clauſtris reuocauit. 1. 87. fol. 47

orationibus fratrum quidam, qui pœnitẽtiam pro alio aſſumptam nondum compleuerat, a purgatorio liberatur. 1. 89. fol. 48

orationibus Apollonius fratribus miraculoſa alimenta impetrauit. 2. 7. 66

orationibus ſancti ſenis fornicatione liberari non potuit negligens frater, quia ipſe ſeipſum non iuuit. 2. 32. 76

oratione quidam frater aquam putei fecit in ſublime contendere. 2. 38. 80

orantes fratres videntes ſancto Machario dæmoniaca machinatio multipliciter impediuit. 2. 49. 86

orare ſe ſemper docuit Lucius abbas, cum manibus operans eleemoſynas pauperibus dedit. 2. 148. 126

oratione quidam frater cum ad luxuriam per fœminam inuitaretur, ſubitò rapi meruit, & ad fulmen collocari 2. 155. 129

oratione publij monachi dæmon à Iuliano apoſtata miſſus per decem dies detentus eſt. 2. 192. 145

orationibus inſiſtentibus martyribus Machurij vidit idem Macharius tanquam flammam ignis ex ore unius ſupra ad Deum in cælum uſque aſcendere. 2. 194. fol. 146

orationem ſolam neceſſariam dixit Antonius fratribus, qui nihil ſuſtinere voluerunt. 2. 197. 148

orationes ſolitas pro defuncta matre non exoluens Beatus Bernardus à Domino proclamatur. 3. 11. 185

orationes fratrum videntẽ Beato Bernardo Angeli ſancti diligentiſſimè ſcriptitarunt. 3. 17. 190

Simile 3. 18. 190

oratione prędicationi pręmiſſa multitudinem ſtudentium Pariſijs Bernardus conuertit. 3. 19. ibidem.

orans pro admonentibus ſe, & pro ſe ſpoliantibus ſicarijs lætus in cælum recipitur 3. 40. 210

oratione captiua mulier reginam, puerũq; gẽtilem ſanauit, & totam gentem Hiberiorum ad fidem conuertit. 4. 75. 284

oratione Iacobus Epiſcopus ciuitatem ſuam à grauiſſima obſidione Saporis regis tuauit. 4. 76. 286

oratione pauperis Comitẽ defraudantes duo diſpenſatoris eius, præcipiuntur à papa ſoluere eidem Comiti numum aureum mundo quantitate æqualem 5. 10. 293

orationibus Bernardi, & fratrum eius Henricus frater regis Franciæ conuertitur. 6. 2. fol 351

orationis locum tardius petendum dæmon voluit, qui pluribus omnis pro nola ſuper capellam ponenda ſeruiuit. 6. 57. 382

orationibus fratrum Cuno moriturus a quindecim millium dæmon faucibus liberatur. 6. 80 399

orans ſanctus Franciſcus nihil aliud loquebatur niſi Deus meus, & omnia. 7. 13. 414

orantibus in lecto matutinas cum ſummo fœtore apparens dæmon dicebat Ad talẽ orationem tale debetur incenſum. 7. 70. 418

oratione ſua Beatus Bernardus quendam triſtiſſimum fratrem ſubita, & perſeueranti exultatione perfudit. 8. 28. 497

orationes ſanctorum efficacius interpellans pro

pro defunctis apud Deum, quam iniquorum. 8. 67.
Orans quędā proformoſi oculis ſanctū Thomam penitus excæcatur. 8. 78. 526
orans quidam per beatum Thomam ſanatus, vtſi ſanitas contraria eſſet ſaluti ſuæ rediret infirmitas, iterum infirmatur. 8. 79. ibidem
oratione Beatus Baſilius cum ſuis ad imminenti furore Iuliani liberatur. 81. 518
oratione, & meritis parentum filij quādoque ſaluabuntur 9. 91. 616
orationes paucas cum deuotione plus quā ſine deuotione multas virgo Maria, & Chriſtus expoſcunt. 9. 116. 618
oratione Heliſabet iuuenis ſudabat, æſtuabat, & ſe ad ſanctam vitam dirigebat. 9. 141. fol. 642
oratè deuotè debemus, & ad Gloria Patri reuerentur inclinare. 9. 141. 643
oratio Dominica ſcilicet Pater noſter, quam efficax ſit pro viuis, & defunctis. 9. 143. & 144. 644
oratione monoculi mons tranſfertur, & rex Tartarorum ad fidem Chriſti conuertitur. 9. 141. ibid.
oratione pauperis operarij niſi quidam diues adiutus fuiſſet, ſubitanea morte percuſſus in æternum perijſſet. 9. 146. ibidem.
oratione ſodalis ſui quidā monachus ab apoſtaſiæ liberatur tentatione. 9. 147. 649
orans prædicator, quia nimiū ſolicitauit pro aſino ſuo ipſum aſinum omnino reiecit. 9. 170. 656
orationes ſolitas negligere, quæ in Suffragia.
orare pro defunctis, quære in Defunctus.

ORDO.

Ordinem ſacrum aſſumens clericus per beatum Benedictum a dęmone liberatus rurſum a diabolo vſque ad finem vitę ſuę obſidetur. 1 23. 12
ordinem ſacerdotij fugiens Iſaac a ſello indicante oroditur 2. 25. 74.
ordinē ſacerdotii quamuis abbas Motues cū diſcipulo ſuo ſuſcepiſſet, nullus tamen eorum præſumpſit celebrare. 2. 62. 89
Ordinem epiſcopalē ne cogeretur aſſumere Ammonius abbas aurem ſibi ipſi abſcidit. 2. 68. 92
ordinem diaconatus Theodorus exercere nō audet, quia ſe diſſimilem ſenſit columnæ igneæ ſibi cælitus oſtenſe. 2. 162. 131
ordinem ſacerdotij prępropere deſideraſſe videtur, qui catechumenis celebrauit. 2. 234. 168
ordines ſacros ambiēs graui purgatorij pęnę ſubiacuit 3. 47. 215
ordines ſacros appetere ſanctus pater Pachomius monachis multum obeſſe aſſerebat 7. 92. 471
ordinem clericatus Ioannes Eleemoſynarius bigamo nec pro centum octoginta libris auri & producentis millibus modijs tritici pauperibus erogandis dare præſumpſit. 8. 34. 500
ordinis diaconatus luxurioſus quidam exercens officium ab aranea interficitur. 9. 110. 625

ORNATVS.

Ornatu vano amicire audens Euſtochiū virginem fœmina quædam, ab Angelo corripitur, & a Domino grauiter cum ſuis plagatur. 9. 17. 584
ornatus, quære in veſtis.
os cuſtodire, quære in Lingua.

OSCVLVM.

Oſcula quam ſint vitanda virginibus. 5. 95. & 66 329.

OSTENTATIO.

Oſtentatiuus iuuenis miraculum faciens celerius in luxuriam lapſurus ab Antonio deflетur 2. 128.
oſtētationem fugiens abbas Paſtor libentius de paſſionibus, quam de ſcripturi, loqui cō ſueuit. 2. 140. 123
oſtentationem fugere, quęre in gloriam humanam fugere.

O XIRINTHI CIVITAS

Oxiri nthi ciuitas multiplicit er commẽdatur. 2.18. 69

PATIENTIA.

PAtientiſſimus Libertinus ſcabello ſupedaneo percutitur humiliter ſuſtinet, & ſæuitiam ſui abbatis ad manſue tudinem perduxit. 1.5. 2
patientia ſua Iſaac obſeſſum a dæmone liberauit & omnem populum in ſui veneratione excitauit. 1.35. 19
patientia Appollonij Philemon ex gentili cõuertitur. 2.14 69
patientes monachi patrem ſua ola confringentem benigniſſimè traſtauerunt. 2. 26. 74
patientiſſimi ad iniurias Eulalij matta igne cremari non potuit. 2.40. 82
patienter ferens furtum codicis ſui fratrem furantem conuertit. 2. 119. 115
patienter ſuſtinens ebrioſum ſenem, ab Angelis in cœlum defertur. 2. 121. 116
patientiſſimus monachus præbens alterã maxillam percutiẽti obſeſſæ, dæmonẽ effugauit clamantem O violentia mandatorum Chriſti. 2. 160. 120
patienter abbas Moyſes de eccleſia pelli ſe ſuſtinuit. 2. 173. 132
patiẽtia ſua quidam percuſſus a germano ſuo inſtigato a diabolo dęmonis virtutem triũphauit. 2. 173. 134
patiens ad iniurias nonna Piterij ſancto Piterio meritis antefetur. 2. 182. 137
patiens iuuenis riſit iniuriã a philoſopho paſſus, quapropter ad philoſophiam admiſſus eſt. 2. 209. 153
patientiſſima virgo Marina quanta humilitate diffamationis opprobrium pertulerit. 2. 209. 155
patientiam diſcere cupiens quadam matrona religioſa peruerſam feminam, cui obſequeretur a ſancto Athanaſio petijt, & facile inuentam impetrauit. 2. 220. 161
patientiſſimus iuuenis in conuentu multorũ ab abbate Paulo in maxillam palma percuſſus, non ſolum nõ murmurauit, ſed nec rubore quidem, vt aſſolet, vultum perfudit. 202. 22. 162
Patiens Abbahyrus quomodo a mensa expelitur, & alias multipliciter exercitatur. 2. 240. 170
Item ibidem ſimile 241.
patientiſſimus Innocẽtius per nouem annos ab indiſcreto patre verberatur, & ſuſtinet. 2. 244. 172
patientiſſimi fratres ſancti Franciſci deſpecti, luto defædati irriſi & contempti lætabantur. 7. 1. 407
patiẽtiſſimus Bernardus Franciſci diſcipulus Bononiæ multa lætiſſimè fortiſſimeque ſuſtinuit 7. 15. 418
patientiam inter iniurias continere eſt perfecta lætitia. 7. 26. 433
patientiſſimus Martinus blaſphemias a Briccio factione diaboli contra ſe fulminatas manſuetiſſimè tulit. 7. 105. 477
patientiſſimus Martinus Briccio de riſori ſuo Pontificatus honorẽ precibus impetrauit. 7. 106. 478
patientiam quantum ſancti martyris in maximis tribulationibus, & paſſionibus exhibuerunt. 8. 107. 546
Et poſt per multa capitula.
patientiſſima Monica Mater Auguſtini licet iracundum virum haberet nũquam tamẽ cum eo per diem diſſenſit. 9. 153. 647
patienter tolerare iniurias, quęre etiam in iniurias ſuſtinere.
patientia in amiſſione rerum, quære etiam in Furtum.
patientia in diffamia, quære in diffamia.
patientia in paupertate, quære in Pauper.

PACEM PERTVRBARE.

pacis perturbandę occaſionem dedit ſanctus Balduinus, quapropter purgatorij acerba pœna mulctatus apparuit. 3. 31. 201
pacem fraternam occiſo porcello pauperis lædens ſacerdos oſculum dulciſſimi Ieſu conſuetum amiſit. 3. 55. 225
pacem perturbare, quære in Diſcordia.

PACIFICVS.

pacifice inter ſe viuentes fœminę Machario meritis præponuntur. 2. 205. 152
pacificus frater ſua probitate inuidi fratris impro-

improbitatem Maria adiuuante deuicit. 8.5

PAFVNCIVS.

pafuncius adoleſcens de furto diffamatus patientiſſimè tulit. 2.221. 161

PAPA BENEDICTVS.

papa Benedictus grauiter purgatorij pœna laceratur. 1.108. 57
papa quidam Benedictus luxurioſam vitam ducens horribili, & æterna pœna damnatur. 1.109. 57

PARTIALITAS.

partiales ciues Aquilani horribili ſunt à Domino plaga percuſſi. 9.108. 670
partialitas, quære in Diſcordia.

PARENTES.

parentes viſitant ſine benedictione, & licẽtia ſancti Benedictio mortuus a terra reijcitur. 1.25. 13
parentes viſitare, quęre in Affectus.
parentes filiis ſuis non adhibentes debitum diſciplinæ rigorem occaſionem eis prębent æternę damnationis. 1.55. 31
Item 7.85. 468
parentes maledicuntur aut etiam benedicuntur a filiis in regno vel ſuppliciis, quod ab eis bene malcue inſtruti ſunt. 9.213. 1680
parentum peccatis exigentibus filii frequenter plagantur. 2.16. 73
parentibus non reddens condignam vicem iuuenis, monſtroſi bufonis prodigio emendatur. 5.30.4. 304
parentes contriſtans iuuenis moriturus, defunctum patrem habebat infeſtum. 5.40. 307
parentes non ita ſe debent ſpoliare reb. propter filios, vt cum Ioanne de Conaxa ipſi penuriam patiantur. 9.154. 648
parentes maledicẽtes filijs ſuis imprecationis ſuæ miſerabilem viderunt effectum 9. 156. 649
parentes ſcilicet matrem, gladio terrens propriam anu occiditur. 10.18. 703
parentibus poſt mortem precibus ſubuenire, quære in Defunctus.
parentibus inuiti, ſpiritualem militiã aggreſſa virgo exhæredatur. 1.39. 21
parentibus ſe a ſeruitute diuina retrahere volentibus. Theodoſia virgo poſt mortem apparuit dicens. Ecce quali gloria me priuare voluiſtis. 8.10. 485
parentes relinquens pro Chriſti nomine iuuenis moriturus clamauit, pater meus, & mater mea dereliquerunt me. 10.11. 699
parentes relinquere, quære in Affectus.

PASCHA.

paſchæ diæ ſenex quidam miraculoſum lumẽ recepit, qui olim in luxuriam lapſus digne pœnitebat. 2.108. 111
paſchæ die comeſturus oleum palemon fleuit, quia Dominum crucifixum recogitauit. 7.87. 469

PASSIONIS ANIMI.

paſſionato fratri abbas Achilles ſe benevolentiorem exhibuit. 2.136. 122
paſſiones viuere in ſene, licet ipſe non ſenſit, Abraam abbas ratione monſtrauit. 2. 137. 122

PASSIO CHRISTI.

paſsionis Chriſti memoria cor deuoti viri diruptum eſt, & anima ad cœlum tranſmiſſa. 5.28. 307
paſſionem Chriſti Ieſu frequenter in corde deferens prior, operoſiſſimam crucem poſt mortẽ in pectore habere decernitur. 5. 29. 301
paſſionem Chriſti habens ſemper in memoria quidam captiuus nunquam lætabatur, a tyranno inciditur, & crucifiſci imago in corde eius pulcherrima inuenitur. 5.30. 302
paſſus Chriſtus generoſam virginem a tentatione carnali, & monachum Ciſterciẽſem ab horrore ordinis liberauit. 5.130.348. & 131. 348
paſsionis Chriſti meritis quidam frater ſine purgatorio ad cœlum migrauit. 7.102. 406
paſsionem Domini ſanctus Franciſcus per viam

viam eundo fortiter deplorabat. 7.11. 413

Paſſionis Chriſti deuotus imitator Franciſcus paſsionis ſtigmata miraculosè ſatis in ſuo corpore ſuſcepit. 7.16. 418

Paſſum Dominum recogitans, in die Paſcha oleum edere recuſauit. 7 88. 469

Paſsionis, & effuſi ſanguinis Chriſti memoria quam maxime diabolicæ uires infringuntur. 8 9. 454

Paſsionem Chriſti quomodo debemus, recolere & quod nullum ſit Deo acceptius exercitium quam ut paſsionis eius non obliuiſcamur. 9.158. 650

Paſsionis Chriſti frequenti memoria quidam iuuenis apoſtatare volens, docetur mitigari ordinis ſui rigorem. 9.159. ibid.

Simile ibidem. 106. ibid.

Paſſo Chriſto compatiuntur aues a cuncentu abſtinentes, & uelut mortuæ deficientes. 9.16. ibid.

PASTOR.

Paſtor bonus Paulinus Epiſcopus primo omnia ſua, deinde ſeipſum pro ſubditis dedit. 1.29. 15

Paſtor bonus Babylas Numerianum Imperatorem quaſi lupum a ſub ouili repulij. 8. 98. 537

Paſtoris debitum officium paulo negligẽtius executum ſe fuiſſe exiſtimans Maurilius, graui pœnitentia ſemetipſum ſubegit. 8. 106. 544

Paſtor animarum, quære in Prælatus.

PATER.

patrem illicito matrimonio irretitum filius Moguntinus Epiſcopus corripit, & incarcetur. 1.100. 53

PATRONIS.

patronum ſuum Equitium inuocantes monachi mirabiliter ab hoſtium inuaſione liberantur. 1.11. 6

patronus electus Petrus Apoſtolus iuuenem quendam a dæmonum cruciatibus liberauit, 1.101. 54

patroni ſui reliquias quidam Epiſcopus venerans a fornicationis crime præſeruatur. 7. 74. 458

patroni ſui Hieronymi adiutorio moriturus Euſebius a dæmonum impugnatione liberatur. 7.77. 461

Et plura exempla ibidem ſequuntur docẽtia; & demonſtratiua ſanctum Hieronymum ſuis deuotis extitiſſe fidelem.

patroni ſui, ſcilicet ſancti Andreæ, auxilio quidam Epiſcopus a lapſu carnis eripitur. 8. 72. 593

patroni ſingulorum ui ſi ſunt pro ſuis uenera toribus iudicem exorare. 9.13. 582

PAVLINVS.

paulinus Epiſcopus ſeipſum pro filio uiduę in captiuitatem dedit. 1.29. 15

PAVLVS SIMPLEX.

paulus ſimplex uidit dæmones peccatorum capiſtro pertrahentes. 2.187. 141

PAVPERTAS.

paupertatis amator Iſaac quantis miraculis claruit. 1.35. 59

pauper Seruulus eleemoſynam acceptam cæteris pauperibus libenter condiuidebat. 1. 52.30

pauper quidam mattam habens cum ſuſtineret frigora ſeipſum conſolatur. 2.113. 117

pauperes primitius fratres ſancti Franciſcus multas iniurias, & incommoda gaudenter ſuſtinuerunt. 7.1. 407

paupertatis amator Franciſcus curioſius menſas fratrum præparatas uidens ipſos redarguit. 7.4. 409

paupertatis amator Franciſcus cum ſe minora fragmenta, quam Maſſeom recepiſſe uidiſſet, uehementer exultauit. 7.28. 434.

pauperes flumen rapidiſsiſimum cum fiducia tranſire vidit frater Leo, in quo temporalibus curis onerari perierunt. 7.39. 442

pauper lætus cum gaudio cantat, dum diues ſollicitudinib. variis laceratur. 9.60. 602

pauperum oppreſſores mala morte defuncti ſunt. 9.206. 676

Item ibidem. 207. 677

Item 29. 705
Pauperibus ſubuenite, quære in Miſericordia.

PECCATOR.

Peccator pœnitẽs in ſupelchro audiuit dęmones vociferantes, Viciſtis nos viciſti. 2. 2. 60
peccare fœmina corã hominibus cum Effrem erubuit, ſed coram Deo peccare non expauit. 2. 138. 122
peccatores diuerſimodè impediuntur à ſua ſalute. 2 181. 136
peccatum adulterij militem quendam humana effigie ſpoliauit. 5. 81. 327
peccatis animam vulnerans corpore cępit infirmari 5. 107. 338
peccata plorantis iuuenis miraculosè delentur. 6. 11. 359
Item ſimile 12. 360
peccatis exigentibus tempeſtas valida in mari concitatur 6. 2. 366
peccatum immortalem hominis veſtem fædat. 6. 78. 395
peccata ſoluere quidam iudici præſentatus præcipitur, aut in infernum ire. 7. 54. 449
peccati turpitudinem exhorreſcens fœmina dæmone maluit, quam peccatis vexari. 8. 12. 486
peccatum mortale pulchrè deſcribitur atque à Varrone depingitur. 9. 162. 651
peccatum ſuper omne cadauer coram Deo, & Angelis fœtet. 9. 163. 652
peccata alterius ſupra ſe inconſultè accipiens propter equum, celebraturus à dæmonibus per teſtudinem raptus amplius non comparauit. 9. 165. 653
peccans in ſpe eremita à dæmonibus ad infernam portatur. 9 168. 655
peccata deflere, quære in Flere.

PÆNITENTIA.

Pœnitentiam alterius aſſumens, & non complens graui purgatorij pœna affligitur. 1. 89. 48
pœnitentiam nominare audiens quidam perueſus monachus moriturus obdormit. 194. 511
Pœnitens in ſepulchro à dæmonibus percutitur, cæditur, laceratur, & tandem victor clamantes audiuit: Viciſti nos, viciſti. 2. 2. 60
pœniter volentem fratrem in hora mortis abbas Mucius increpauit 2. 12. 68
pœnitens diaconus fornicationem lapſus quam Nili precibus aſcendere impetrauit, & quos peccando ſcandalizauit, pœnitentia, & miraculo ædificauit. 2. 103. 108
pœnitentiam agentes incluſi fratres pro incõtinentia ſua, vnus macer alter piguis ex diuerſa conſideratione effectus eſt. 2. 104. 108
pœnitentia ſua quidam luxuria lapſus miraculoſum lumen in die Paſchæ promeruit. 2. 109.
pœnitẽtiã agere deſiderabat abbas Siſoys moritutus, cum tamen talis eſſet, quod Chriſtus, & ſancti eius ad deducendum eum cõuenerunt. 2 196. 147
pœnitẽtiam grauiſſimam quidam frater poſt fornicationem nudus incedẽdo peregit. 2 199. 148
pœnitentia grauiſſima eo quod idola adoraſſet quidam Epiſcopus cõdemnauit ſeipſũ, & ante mortem certificare meruit, quod pœnitentia ſua accepta eſſet Deo. 2. 200. 149
pœnitentiã mirabilem viſis pœnis inferni Drechelmus peregit. 3 7. 180
pœnitentiam duriſſimam quidam eremita circa Treuerim nudus incedens egit. 3. 30. 200
pœnitẽs frater moriturus ex fiducia ſpei inaudita carmina decantauit. 3. 38. 208
pœnitentia ſuas veſtes lauantes inclytam eluitatem cæleſtem Hieruſalem intrabunt. 4. 57. 174
pœnitens canonicus correctionem humiliter accepit, & occiſus occiſori veniam impetrauit. 5. 14. 295
pœnitentiam grauiſſimam in lecto ęgritudinis prophetare meruit, & ſine purgatorio euolauit. 5. 110. 339
pœnitentiam acerbiſſimam egit quidam ſceleratiſſimus vir ad decollandum adiudicatus 5. 111. ibidem
pœnitentiam minimam diſcretus confeſſor ſceleratiſſimo impoſuit peccatori. 5. 112. 332

Pœnitens in morte præpoſitus ad cœlum venit, ſic tamen quaſi per ignem. 5. 114. 341

Pœnitentiam atque infirmitatem quamcunque huius mundi paruipendit anima purgatorij pœnam experta. 5. 115. ibidem.

pœnitet in morte Otto Imperator, & omni die ſacerdotibus Chriſti corpus ſuum tradidit flagellandum. 5. 120. 343

pœnitentes duo Apoſtatæ virabiliter ad viã ſalutis reducun ur. 6 6. 350 & 5. 2. 351

pœnitens in religione breuiſſimo tempore Cuno ad cœleſtia regna migrauit 6. 80. 396

pœnitentiam inuiſam Euervvach poſt viſas inferni pœnas in hoc mundo peregit. 6. 96. 403

pœnitentiam agere exhorrens iuuenis in ordine ſancti Franciſci cœleſtem proceſſionem intuens animatur. 7. 19. 423

pœnitens latro per Franciſcum cõuerſus gratiam in præſenti, & in futuro gloriam promeruit 7. 23. 427

pœnitens Genebandus quãtas moleſtias a dæmonibus pertulerit. 8. 54. 512

pœnitentia qui diabolo homagium fecerat, & orationibus Baſilij miſericordiam, & veniam eſt conſecutus. 8. 80. 527

pœnitentiam Arnulphi dæmon impedire uolens, proſtratus ab Arnulpho pugnis percutitur. 8. 157. 570

pœnitentia quædam fœmina a grauiſſimis adulteroruin pœnis eſt præſeruata. 9. 5. 580

pœnitentiam agens quidam pro enormi delicto diuino lumine meruit irradiari, & vocem audire cœlitus de remiſſione eum certificantem. 9. 36. 593

pœnitentiam agere meretrix, & latro exemplo innocentium didicerunt. 9. 44. & 46. 596

pœnitentiam a confeſſore iniungendam abhorrens confiteri noluit qua ex re a dæmonibus ad inferna meruit deferri 9. 88. 615

pœnitens quidam frater etiam poſt fornicationem miraculoſam pluuiam impetrauit. 9. 166. 653

pœnitentem militem quantis ſint inſidiarum factionibus dæmones perſecuti. 9. 167. 654

Pœnitens peccator ab Angelis in cœlum defertur, ſed peruerſus eremita a dæmonibus ad inferna portatur. 9. 167. 655

penitentiam cum poſſet agere protrahens vſurarius diſperatus de hac vita recedit. 9. 215. 681

pœnitentia, quære in Confeſſio, & Conuerſio.

PENTECOSTE.

Pentecoſtes diem litibus ſuperborum violãtum Henricus Imperator operibus piis ſãctificat. 4. 49. 270

pentecoſtes, quære in Spiritus ſanctus.

PEREGRINVS.

Peregrinus frater moriturus ab Angelis conſolatur. 2. 188. 143

peregrini fratris animã Michael, & Gabriel cum canticis in cœlum duxerunt. 2. 201. 150.

peregrinus extra patriam mori deſiderat quidam nobilis à Saracenis captus, ut eo citius ad patriam cœleſtem perueniat. 5. 33. 303

peregrinam uitã Hiſuardus elegit, quia Dominum in Bethlehem pauperrimam vitam duxiſſe conſpexit. 9. 42. 595

PERIVRIVM.

Periurus quidam crepãtibus primum oculis poſt triduum perfidum ſpiritum exhalauit 4. 31. 263

Aliud ſimile. 34. 265

periuri tres iuſtas periurij ſui pœnas ſoluerũt. 4. 67. 280

periuri præter alias pœnas, quas incurrere meruerunt, etiam in lapides vſque ad quatuor millia ſunt congelati, 9. 169. 659

PERSEQVI.

Perſecutor bonorum Theodoricus Imperator inter Ioãnem Papam, & Symmachum patricium ad Vulcani ollam deducitur. 1. 59 33

perſequentes abbatem Milidionem cum ſuis diſci-

Digitized by Google

discipulis mutuis vulneribus in crastinum corruere.2.2. 114 113
persecutiones immanissimas Christianorum,& constantiam eorum vide. 8. 107 546
Et post per multa capitula.
persequens invidiose sanctum Deicolam, & eum castrare iubens,in eodem membro percussus interijt.8. 160 571
persequens bonos iniuste,& pauperes opprimens horribili pœna visus est post mortem laniari. 9 196 676
Item de eodem ibidem. 207 677

PERTINACIA.

Pertinax, & partialis in sentimento suo Pascasius etiam miracula facies purgatorium habuit.1. 69 38
pertinax ad consilia seniorum iuuenis ab aquila ducitur,sed postmodum a dęmone miser seducitur.2. 124 117
pertinax in sententia sua defendenda contra Macharium Moyses a dęmonio obsidetur.2. 216 169
pertinax ad consilia iuuenis subitanea, & horribili morte defungitur.10. 26 711
pietatis,quære in Beneuolentia.

PINVSIVS.

Pinusius qualis fuerit.2. 226 165
pluralitas Beneficiorum quam damnabilis sit,quære in Beneficium.

POETA VIRGILIVS.

Poetæ Virgilij liber serpentium,& ferarum multitudini venenatæ similatur. 4.42 267

POLLVTIO.

Pollutio nocturna olluſus diaconus a Sancto malachia reprehenditur, quod ausus fuerit sacris altaribus ita indispositus ministrare. 8. 48 509

PRAEDICARE.

Prædicare iussus ab Angelo sanctus Equitius mirabili zelo accensus tacere non potuit, nec valuit a prædicatione cessare.1. 9 4
prædicationis officium præpopere desiderasse videtur qui solus existens sermonem exhortatorium.2. 234 168
prędicatione non potuit beatus Bernardus studentis Parisiis conuertere, quos conuertit deuota oratione. 2. 29 190
prædicatorum ordo magnificè per Conradum Cardinalem commendatur. 5. 7 297
prædicationem propter Innalidi curis medicinam noluit Ioannes de Niuella dimittere 87 330
prædicator ornatus vestitus a fatuo irridetur.9 171 656
prædicator post sermonem lauitantibus vacans a vetula deridetur.9.172 ibidem.
prædicator hominum laudem magis, quã Dei gloriam quærens æterna morte damnatur. 9.149 673
prędicare, quęre in Docere.

PRAELATVS.

Prælaturam appetens Constantius, & per duodecim aureos emere disponens,indignus efficitur. 1.8 7
prælatis deponendis studens peruersus monachus diabolo se dedit, & impœnitens ad inferna descendit. 1. 94 51
prælationis statum abhorrens Ammonius aurem sibiipsi prœcidit.2 67 91
prælationis suæ dignè exercens officium Moguntinus Episcopus etiam patri Imperatori peccati non parcit 1. 100 13
prælationis statum Fastradus abbas fugiens a Maria Virgine informatur. 3. 14. 186
prælati nonnunquam nimio rigore subditos peruersos efficiunt. 4. 55 273
prælatus ecclesiæ dęmone de multi monda animarum petitione grates refundunt. 4.56 ibidem.
prælatus effectus quidam vagissimus iuuenis mores mutauit. 5.1 289
prælatus malus iudici præsentatus est, accusatus est, denudatus est, & ad inferos detractus est. 5.2 289
prælatus malus accepto primum infernali peculo ad inferna detrahitur. 5.3 290
prælatus quidam reprehendit, quia prælumeret solus prò nouem millibus animabus Domino respondere. 5.7 591
prælatum bonũ exemplum,subditos prouocans

cans ad meliora, moriturus maxima luce perfundit. 5. 12 194
Prælatus, negligens, quia curam animarum alteri commisit, purgatorium graue sustinuit. 5. 16 296
prælationis statum recusans quidam regularis, postea cum lumine apparens, dixit se de numero damnandorum fuisse si fuisset de numero prælatorum. 5. 22. 299
prælatus quidam a beato Petro coactus legere, quando reduces animas, &c. cõuertitur, & deserto seculo Cisterciensis efficitur. 5. 31 298
prælatos ecclesiæ principes tenebrarum læti salutant, & de perditione animarum eis grates refundunt. 5. 24 299
prælatus remissus deponitur, & peruersus efficitur. 5. 43 308
prælatus fidelis præpositus Stienueldensis potius rerum, quam animæ conuersi sui voluit sustinere dispendia. 6. 41 375
Et simile. 42 376
prælatus malus moriens plures circa se dæmones, quam erãt in horreo calami, præsentes conspexit. 6. 51 380
prælaturam ambiens cõuersus patibulo ob furtum suspenditur. 6. 54 381
prælaturam ambientes monachi regi Franciæ munera pro abbatia sancti Dionysij obtulerunt, sed frustra. 6. 58 383
prælatum malum post mortem subditorũ animæ visæ sunt cum graui verborũ obiurgatione lapidare. 6. 91 402
prælatus alijs sanctus Franciscus exemplo magis quam verbo docebat. 7. 8 412
prelatorum perfectionem, & periculũ considerans Petrus Alexãdrinus Episcopus nunquam in sede Episcopali sedere præsumpsit. 8. 105 544
prælaturam fugiens sanctus Goar, oratione vt infirmaretur impetrauit. 8. 158. 575
prælatum habentem Ecclesiam cum curã annexa saluari posse mirandum est sicut cuiusdam defuncti, & damnati anima asserebat. 9. 12 581
prelationis statum periculosum esse didicit inuenis in Episcopum electus, quem patrus per eleuatum discum voluit præcepisse. 9. 173 617
prælatus a malè, sanctus Vdo Episcopus terribili iudicio in corpore, & anima est punitus 9. 175 939
prælatus malus ad iudicium Dei citatur, accusatur, moritur, & condemnatur. 9. 176 668
prælati mali cathedra per iudicem Christum euertitur. 9. 177 ibi.
prælationis gradum ambiens, & procurata morte Episcopi suscipiens, repentina morte percussus interijt. 9. 178. ibidem
prælaturam multa summa emens iuste illuditur. 9. 179 670
prælatum suum Aquilani ciues dehonestantes horribili plaga percussi sunt. 9. 180 ibidem.
prælatus suis commodis magis, quam subditorum inuigilans in furiam versus defunctus est. 9. 81 ibid.
prælatus insolens, & nimis pomposè equitant a rustico iustissimè conuenitur. 10. 29 713

PRÆSVMPTIO.

Præsumptuosus monachus super carbones incedens a dæmone seducitur, obsidetur, & flammis injicitur 7. 89 469

præsumptio, quære in Superbia.

PROMISSIO.

Promissam pecuniam non soluens ab ingressu quietis æternæ præpeditur. 6. 82. 398

promissio, quære in Votum.

PROPOSITVM.

Propositum bonum negligens effectui mãcipare ferè fuisset ex libro vitæ deletus. 5. 15 168
propositum firmum æmende non habens moriturus, licet anxiè pœnitere videretur, damnatur. 6. 14 362
propositum bonum habens apostata in religioso habitu post mortem inuenitur, cum tamen in clericali traditus esse sepultura. 6. 72 355
propositum bonum frequenter deserens pene fuisset ex libro vita deletus. 9. 48. 598

PROPRIETARIVS.

Propietarius monachus moriturus a fratribus

Digitized by Google

tribus non visitatur, & clamantibus omnibus pecunia tua tecum sit in perditionē, sepelitur, sed post triginta dies a purgatorio liberatur. 1.74 40
Item similem quasi. 2. 64 90
Proprietario monacho Sinclerio Basilius dixit: Et senatorem perdidisti, & monachum non effecisti. 2. 131 167
proprietarij monachi quantum merito cōtra votum pecuniam habere debeant acas puer edocuit. 5. 56 313
proprietarius Ianuarius quidam sicut male vixit sic, & malè obijt. 9. 182 671
proprietarius iuuenis eremo relicta ad seculum redijt, sed tandem post multa peccata pœnituit. 9. 196 672

PROSPERITAS.

Prosperitate mundana quædam fœmina inferni pœnas promeruit 3. 183 138
prosperitate mundana sæpe mali fruuntur, dum boni aduersa fortuna laborant. 2. 210 154
prosperitas temporalis frequenter plus iniquis, quàm bonis arridet vt patet de vsurario, cuius uineam dæmones lædere noluerunt. 5 127 147
prosperitatem mundanam, & delitias carnales magister Rolandus videns fugaces esse ordinem Prædicatorum intrauit. 7. 46 445
prosperitas temporalis diuitem quendam cum omnibus suis dimersit in inferos vidente Ambrosio. 8. 85 582
prosperitas seculi nisi fuerit temperata ad infernum nos ducit. 9. 85 614

PRVDENTIA.

Prudens rex mittendus in exilium expensas sufficientissimas cautè præmisit. 4. 18 252

PVER IESVS.

Puer Iesus flens & eiulans a deuoto monacho in niue reperitur. 5. 31 302
puerum Iesum virgo deuota quasi triennem Angelicam salutationem docuit. 6. 66 389
puer Iesus puerum Edmundum segregatum ab alijs ambulantem officiosissime salutauit. 8. 4 482
puer Iesus deuotum superiorem ad cœleste conuiuium inuitabat, dicens. Ego non papabo te, cum, &c. 9. 76 608
puerum Iesum beata virgo super corporalia munda per deuotam fœminam lota reposuit. 9. 77 ibid.
puer Iesus deuotum monachum cum suo abbate ad cœlestem conuiuium inuitauit. 9. 78 ibid.

PVER.

Puer Bonifacius in pauperes misericors horrea frumento vacuata oratione replenit. 1. 15 8
puer quinque annorum maledicere solens, ad inferos damnandus deducitur. 1. 55. 31
pueri nonnunquam nimio rigore peruersi reddumtur. 4 55 273
puer nobilis Ordinis S. Benedicti priori post mortem gratias retulit, quòd eum ab insolentijs correxisset. 5. 13 194
puer Achas septennis minor efficitur. 5. 56 313
puer Albertus prædicator efficitur, per quē Pulcher Teutonicus miro modo conuertitur. 5. 57 315
puer quidam innocens obsessam a dæmone mirabiliter liberauit. 5. 90 331
puer innocens ignito ferro non læditur, sturpratus autem igne grauiter adiuritur. 5. 91 332
puer Augustinum docet trinitatis mysterium nullatenus humana ratione posse cōprehendi 5 98 334
per Adam sæpe legens orationem dominicam à beata virgine scabiosi capitis medelam accepit. 6. 12 386
pueri Mammetis in persecutione constantia 8. 97 537
pueri tres mira animositate & fide in tormentis perstiterunt immobiles. 8. 98. ibidem

PVLCHRITVDO.

pulchritudo corporalis quā multis est causa periculi 4 3 237
pulchritudinem suam tanquam prodi[tē]
pudoris

pudoris sui virgo Angadrisma, petit in turpitudinem commutari. 4. 30 263

PVRGATORIVM.

Purgatorium in angularibus termis Pascasij accepit. 1. 69 38
purgatorium suum quidam in balucis habuit, qui a sacerdote, cui ibidé apparuit permissarum solemnia liberatur. 1. 73. 39
purgatorium triginta dierum proprietarius monachus sustinere compellitur. 1. 74 40
purgatorij pœnas quidam sustinere compellitur, quia pœnitentiam quam pro alio assumpserat non compleuit. 1. 89. 48
purgatorij pœna laceratus Benedictus Papa eleemosynarum largitionibus se postulat adiuuari. 1. 108 57
purgatorij pœna diuersos diuersimodè cruciatos quidam presbyter vidit. 3. 31 201
purgatorium graue negligentes monachi sustinentes ceu anseres assari videntur. 3 60 231
purgatorij pœna multas animas eripuit Ioannes de Niuella cum ad cœlum migraret. 5. 88 330
purgatorium grauissimum miles quidam pro sceleratissima vita, contritus tamen in hora mortis, accepit. 5. 113 340
purgatorium sustinere oportuit præpositū in morte pœnitentem. 5. 114 341
purgatorium vna die sustinens anima præ magnitudine pœnarum multis annis ibi dem se fuisse putabat. 5. 115 341
purgatorium duorum millium annorum apostata quidam & latro elegit. 6. 6. 354
purgatorij pœnas quidam merito passionis Christi felix euasit. 6. 102 406
purgatorij pœnas triginta tres animæ meritis Sancti VVichmanni euadunt. 7. 57. 451
purgatorium longius senex monachus, quam nouitius habuit, propter familiaritatis sæcularium quas contraxit. 7. 58. 451
purgatorium suum anima cuiusdam in glacie sustinuit, quæ a beato Theobaldo 30. missis continuis liberata est. 8. 60. 3. 320
purgatorium nullum habiturum fideliter laboranti fratri beatus Bernardus repromisit. 8. 29 497
purgatorium graue sustinuit frater qui vt nouos soccos reciperet, veteres occuluit. 9. 43 598
purgatorium vsque ad sepulturam pro pœnitentia recipiens frater, clamauit. O sine misericordia pœnitentia. 9. 183. 671

PVRIFICATIO.

Purificationis Mariæ festo quædam deuota virgo pulchrum processionem vidit. 6. 60 384
purificationis die beata virgo quendam cæcum illuminauit, qui composuit responsorium Gaude Maria, &c. 8. 58 515
Item ibidem aliud miraculum circa idem responsorium. 8. 59 516
purificationis die beata virgo cuidam deuoto Episcopo se præbuit amplexãdam. 9. 121 638

QVAERERE CHRISTVM.

QVAERENS Christum cum lachrymis Ioannes de Aluerna in silua eum inuenit. 8. 38 449

QVIES.

Quietem, & solitudinem sectantes vultus animarum suarum clarius intuentur. 2. 95 105

RATIONEM REDDERE.

RATIONEM reddere pro debitis exactus Antiochus fatuum se esse simulauit. 2. 245 172

RATHBPDVS.

Rathbodus rex ostensa pulchra mansione a dæmone in perfidia sua permanensis, repentina morte percussus est. 53. 34. 264

Digitized by Google

RAPTOR.

Raptores caballi Libertini equos ſuos ad flumen nullis verberibus potuerunt adaquare. 1.2 1

Rebellis, quære in Inobediens.

RECIDIVARE.

Recidiuantes poſt Paſcha horribili plaga percutiuntur. 9.164 652

Reconciliari fratri, quære inuenium poſtulare.

RECREATIO.

Recreationem moderatam etiam religioſis admittere licet. 2.131 129

Item ſimile. 8.25 525

REGES TRES.

Reges tres deuotum ſibi regem Daciæ magnifice mirificis muneribus ditauerunt. 9.192 670

Regimen animarum, quære in Paſtor, Prælatus.

Regulam, & ſtatuta ſeruare, quære in Statuta.

RELIGIO.

Religionem tria confundunt, ſcilicet multiplicatio agrorum ſuperfluitas ædificiorum, & laſciuia vocum. 3.62 232

Religionis ingreſſum prohibentes quali pœna puniendi ſunt, quære in Scandalizare.

Religionis notum, quære in votum.

Relinquere mundum, quære in Mundus.

Relinquere parentes, quære in Parentes, & in affectus.

RELIQVIAE.

Reliquias ſanctorum venerandas eſſe docuit Dominus, qui frumenta ſuper corpus Equitij poſita excitato turbine protecit. 1.11 6

Reliquias patroni ſui veneratus Epiſcopus a fornicatione eripitur. 7.74. 458

REPREHENDERE.

Reprehendens durius fratrem, & non placans pro conſueta ſuauitate in communione amaritudinem oris perſenſit. 3.35 206

Reprehenſus ab aliquo quidam deuotus frater deuotiſſimè pro admonente orare conſueuit. 3.40 210

Reſiſtere tentationibus, quære in tentatio.

RESTITVTIO.

Reſtituere nolentes male ablata nec contritione, nec confeſſione iuuantur. 9.38. 594

Reſtituere inuenta bona uir quidam iuſtus quanta ſollicitudine conatus ſit 9.100 621

Reſtituere conceſſa oblitus puer graui purgatorio laceratur. 9.101 ibi.

Reſtituere bona iniuſta, quære in Bona iniuſta.

RESVRRECTIO.

Reſurrectionem futuram credibilem facit martyrium ſancti Arriani. 8. 99.

REVELARE.

Reuelatis tentationem ſuam Serapion victor diabolum effugauit. 2.215 158

Reuelare tentationem erubeſcens Rufinus grauiſſimam triſtitiam incurrit. 7.24. 430

RIDERE.

Riſum prouocatia uerba quidam magnus ſanctus crebrius proloquens purgatoriũ graue ſuſtinuit. 4.58 274

Ridere inſolitus ex timore Dei prohibitus quendam ſe arguentem congruenti exemplo informauit 9.209 678

Ridens præſumptuoſe in hora mortis a virgine Maria corripitur. 5.108 338.

RIGOR.

Rigore nimio nonnunquam nouitij in monasterijs peruersi redduntur. 4. 55 173
Rigorosi prioris regimen perpessus frater, dum procurasset se ad alium destinari locum a sancto Ioãne Baptista, ut maneat adhortatur. 7 65. 454
Rigore ordinis perterritus apostatare proposuit sed a matre defuncta adiectione pœnarum inferni, & cœlestis gaudij prohibetur. 9. 87 615

ROMVLA.

Romula diu paralysi, tribulata canentibus Angelis in cœlum deuehitur. 1. 53 30

SACERDOS.

Sacerdos indignè celebrans horribili vlcere a Domino uerberatur. 2. 77 96
Sacerdotum uitia quomodo pallianda, docuit Constantinus 4 72 282
Sacerdos nocte Natiuitatis ter indignè celebrans columba deferente sacramẽtum amisit. 6. 8 356
Sacerdotis indignè celebrantis manus plagatur, nec curatur. 6. 9 357
Sacerdos malus horribili morte ad inferna deducitur. 9 174 657
Sacerdotes quantumlibet mali finteffica-ciam sacramenti non possunt minuere, & est eis ob res grandes quas tractant reuerentia exhibenda. 9. 191 670
Sacerdotium, quære etiam in Missa, Ordo, & Eucharistia.
Sacramentum corporis Dominici, quære in Communicare Eucharistia.
Sacramentum confirmationis, quęre in cõfirmatio.

SALVARI.

Saluantur pauci, sed damnati uisi sunt tanquam niues ad inferna, decidere. 9 80. 650

SALVE REGINA.

Salue Regina deuote ad prædicatoribus decantatum Mariæ summopere uisum est placuisse. 7. 42 444
Simile ibidem. 43 ibid.
Salue Regina cantantibus sororibus sata, terræque sibi pertinentia cœteris tempestate quassis illæsa manserunt. 12. 44. 445

SAPIENTIA.

Sapientiam emens a Philosopho Rex periculum proditoria mortis euasit. 5. 97. 334

SCANDALVM.

Scandalizati per peccatum nostrum frequenter per nostram pœnitentiam ædificantur. 2. 103 108
Scandalum ponens seni ad luxuriam fœmina repentina morte percutitur 2. 106. 109
Scandalizatus, secularis in lætitia Antonij congruo exempla ædificatur. 2. 131. 120
Scandalizatum in se Aegyptium fratrem senex Romanus ratione studet ædificare. 2. 143 124
Scandalizati fratres in repausatione eremitarum iusta abstinentia corriguntur. 2. 144 125
Scandalum ponens saluti animæ præpositus Leodiensis citatus ad iudicem Deũ uenire compellitur. 5. 89 331
Scandalizare alios, quære in docere.

SCIENTIA.

Scientia litterarum sanctulus caruit, simplex erat, uix perfectè legere sciuit, nihilominus mira charitate ac sanctitate refulsit. 1. 48 26
Scientiam omnium linguarum puer armẽtarius in cœtum subtractus citissimè didicit 1. 57 32
Scientiam cuiusdam dubij quidam senex humilitate meruit, quam septuaginta hebdomadarum ieiunio non potuit impetrare. 2. 149 133
Sciẽtiam philosophicam audire nemo nisi

ad

Digitized by Google

ad iniurias patiens Athenis finiebatur. 2.209 153
Sciẽtiam perdens ſuperbus ſimonide Torrato horribili modo percuſſus eſt. 5. 99 335
Scientiam quidam Pariſienſis ſtudens per quendam lapidem a dæmone præſtitum adquiſiuit. 6. 4 352
Scientæ ſupra quam vocationem ſuam decebat deditus conuerſus, dum feſtinat ad epiſcopatum, ſuſpenſus eſt in patibulum 6. 54 381
Scientię ſtudium inchoans miniſter Minorum a Franciſco maledicitur. 7. 30 436
Scientiæ ſuæ titulos reticẽs Auguſtinus de Iterano, cum eſſe doctor utriuſque iuris, cum ſumma alacritate conuerſus, humiliora officia monaſterij adimpleuit. 8. 67 455
Scientiæ ſubtilium ſcripturarum curioſius inſiſtens, & ob id ſeipſum ſeducens admonetur uanitas ſanctorum Patrum, & martyrum triumphos frequentaret. 9. 195 672
Scientiæ ſuæ titulos execratus humilis magiſter Henricus de Louanio porcorũ rector efficitur. 10 10 693

SCHOLARIS.

Scholares bonæ uoluntatis martyres a beata uirgine reputantur. 6 99 405

SCRIPTOR.

Scriptoris digitis poſt uiginti annorum ſepultura incorrupti perſeuerant. 6. 100. 405
Sentimentum ſuum pertinaciter defendere, quære in Pertinax.

SEPELIRE.

Sepeliendus facinoroſus præpoſitus a buſonibus quam celerrimè deuoratur. 9. 208 678
Sepulchrum humilis Equitij debita uoluit Dominus uenerationi honorari 1. 11. 6
Sepultus in eccleſia Fauſtini martyris Valerius Patricius eijci rurſum præcipitur. 1. 72. 39
Sepulturam in ſterquilinio proprietarius Gregorio inbente ſuſcepit. 1. 74 40
Sepultura ſacrorum locorum ebrioſi ſacerdotis corpus indignum iudicatur. 7. 86. 468
Sepultura celebrior non prodeſt, ſed ſæpe nocet, iuuat autem abiectior, 7 95 473

SERAPION.

Serapion furtum ſuum humiliter confitetur & a tentatione diaboli citiſſimè liberatur 2. 215 158

SERVIRE DEO.

Seruum Domini beatus Franciſcus ſe eſſe audiuit, quando ſancta cogitaret, loqueretur, & faceret. 7. 10 413
Seruire Deo multo ſalubrius qui in neceſſitate ſuccurrit, quam homini, qui in articulo mortis non adiuuat 9. 135 639

SILENTIVM.

Silentium regulare refringere nolentes capti a barbaris duo monachi, grandi miraculo ab hoſtium manibus liberantur. 4. 37 266
Silentium ſeruans iuratus monachus Echelredi ducis pietate præmiatur, 4. 47 269
Silentio quidam ſanctus Epiſcopus a purgatorio liberantur. 4 58. 274
Silentium continuum ſernans monachus flagrans igne monaſterium oratione ſaluauit. 5. 39 307
Silẽtij ſuperſtitioſus obſeruator ad ſeculum ſecundum Franciſci prophetiam reuertitur. 7. 12 414

SIMEON.

Simeonis deuotionem experiri cupiens frater Conradus do Oſſida a virgine Maria puerum Ieſum in vlnas accepit. 7. 37 440

SIMONIA.

Simoniacè Epiſcopatum tribuens Henricus Imperator a dæmonibus grauiter tribulatur. 4. 50 270
Simoniaci ſacerdotis eleemoſinam abbas

Stephanus nullatenus adquieuit accipere. 4. 36 765

Simonia leprauarum monasterium sanctimonialium beato Hieronymo reuelante horribili ruina corruit. 7. 79 463

Simoniacè Ioannes Eleemosynarius, nec producentis millibus modis frumenti, & centum octoginta libris auri pauperibus erogandis, bigamum voluit ordinare 8. 34 508

SIMPLICITAS.

Simplicitas sancta Episcopi philosopho omnibus concludenti conclusit. 4. 73. 283

SINGVLARITAS.

Singularitate sua pertinacissimus quidam senex post quinquaginta annos, quibus in eremo habitauit, miserabiliter a dæmone in puteum præcipitatus est. 2. 212 157

Singularitatis superstitiosus amator nunquam loquitur, & postmodum ad mundum reuertitur. 7. 12 414

Sobrietas, quæro in abstinentia.

SOCIETAS.

Societas bonorum Theodorum peruersum a draconе, cui deuorandus datus erat, citissimè liberauit 1. 66 36

Societate laicarum puellarum Gordiana seculariis effecta seducitur. 1. 61 36

Scelerum bonorum precibus quidam ab inferni fere claustris liberatur. 1. 87. 47

Societate pudicæ virginis fretus rex barbarorum conuertitur, & martyrij palma decoratur. 3. 72 427

Societas sancti Serapionis pagani, & hæretici ad veram fidem conuertuntur. 4. 22. 255

Societate mulieris iuuenis a beato Ioanne Apostolo conuersus pessimus latro effectus est. 4. 65 278

Societate sanctorum virorum quidam apostata, sed genere nobilis iuuenis ad eremum reuocatur. 1. 96 67

Socius malorum cum malis licet innocens esset morti adiudicatur. 9. 197 673

Societatem prauam secutus iuuenis Zavvolensis ab Angelo ad maxillam percutitur. 10. 9 691

Societatem secularium fugere, quære in Fugere.

Societas mala quanta mala docet, quære in Docere.

Sodomia quære in Zodomia.

SOL.

Solem stare iussit abbas Mutius ex latrone conuersus. 2. 11 168

SOLLICITVDO.

Sollicitudinem suam proijciens in dominum sanctus sanctulus vno pane multos operarios per continuos decem dies satiauit. 1. 47 26

Sollicitudinem filiorum suorum Deo committens, omnia ecclesiæ tribuit, & filios miro modo ditauit. 1. 102 54

Sollicitudinem suam proijciens in Dominum oratione cibos fratribus impetrauit. 2. 7 66

Item simile. 8 ibid.

Sollicitudinem suam proiicientes in Dominum fratres in eremo pecunias recipere recusarunt. 2. 111 112

Sollicitus nimis de futuro senex eleemosynas dare neglexit, sed cruris grauissima infirmitate corrigitur. 2. 112 313

Sollicitudinem suam proiciens in Dominum Abbas Stephanus de necessarijs cõuentui sufficientissime meruit prouideri. 3. 12 185

Sollicitudinem suo corporis nimiam impẽdens a beata Virgine tandem vix potuit pitantiam impetrare, quia curam suam in Dominum non iactauerit. 3. 28. 199

Sollicitudinem suam iactans in Dominum sanctus Fronto cum fratribus suis miraculosas escas recepit. 4. 10. 246

Solliciti quidam fratres Prædicatores, quis eos hospitio reciperet, ab Angelo admonentur,

centur, ut sollicitudinem suam in Dominum proijciant. 5. 124 341

Sollicitus pro famulis suis pijssimus Dominus lupam in solatium, alteri loicem in ciborum discretionem prouidit. 7. 99. &c.

Sollicitudinem suam iactans in Dominum Hisuardus a coruo doctus est quas debeat in eremo radices manducare. 9. 42 595

Soluere debita, quære in Debita.

SOMNIVM.

Somnijs immundis uexatus à Moyses noluit a nimio labore quiescere, donec somnia illa cessarent. 2. 84 99

SOMNOLENTIA.

Somnolentiæ suæ resistens frater obediens vna nocte septem coronas promeruit in cælo 2. 17 141

Somnolentia grauati fratres cum bona dicerentur, ad vana facti sunt vigilantissimi 2 147 147

Simile 227 166

Somnolentia nunquam Machetes Abbas sub uerbo Dei, sed ad verbum detractionis, uel otiosum grauabatur. 2. 227. ibidem

Somnolentia grauatus miles sub maturinis audiuit. Talia posse pati, &c. 3. 58. 229

Somnolentiæ sub horis nimis indulgens a dæmone equitatur, & turpis apostata efficitur. 3 49 230

Somnolentia sæpe factione diaboli sub diuina laude procuratur. 6. 37. & 38. 374

Somno pressum sanctum Pachomium Palemon de loco ad locum arenam portare præcepit. 7. 87 469

SPECTACVLA.

Spectaculis nimium deditus iuuenis crebris ictibus inuisibili quadam manu percutitur. 3. 36 206

SPIRITVS SANCTVS.

Spiritum sanctum, quem abnegatione Dei frater fugauerit, pœnitentia mediante recepit. 2 107 109

Spiritus sancti misericordia in die Pentecostes gulosus infirmarius seipsum ingulâs ad pœnitentiam reseruatur. 4. 54 213

Spiritus sanctus super prædicatores celebraturos capitulum, & veni sancte Spiritus continentes in specie flammę descendit. 7. 43 444

Spiritus sanctus iuuenem ad gratiam recepit quem Pater, & Filius de æterna morte terruerunt. 10. 1 683

STATVS.

Status non saluat, sed virtus, vt patet in Paphucio eremita, qui symphoniaco, primario, vici, & negociatori similis ab Angelo iudicatur. 2. 4 63

Status altitudo nõdum beatum Antonium ad mensuram coriarij potuit subleuare. 2. 58 88

Statu matrimoniali colligati Eucharistus, & Maria duobus senibus patribus a Domino meritis præponuntur. 2. 192. 145

Statu secularem virum dæmon magis, quam Abbatem Ioannem expauit. 2. 219 160

STATVTVM.

Statuta ordinis scrupulosè custodiens meruit, vt micæ panis in margaritas mutarentur. 3 10 184

Statuta ordinis in infirmitate seruans regularem disciplinam non minuit. 5. 36. 306

Statuta assumpti ordinis sui Achas puer ignoranter infringens pene vsque ad mortem anxiatur. 5. 56 313

Statuta ordini filia Viennensis Comitis etiam in seculo violenter detenta seruauit. 5 66 322

Statutorum regularium negligens obseruator, quia eum non habuit abbas fieri nõ potuit. 11 59 384

Statuta ordinis ne infringeret infirmus frater orauit, & assata perdix reuiuiscès auolauit. 2 62 458

STEPHANVS.

Stephanus quidam moriturus grauiſſimè anxiatur 2.247 173
Stephani feſto quidam ſolennis magiſter conuertitur audiens, quia vidit cęlos apertos.7.47 446

STIGMATA.

Stigmata vulnerum Chriſti in ſuo corpore ſanctus Franciſcus recipit.7.16 418

STVDIVM.

Studium vniuerſale ſanctus Benedictus propter conſtudentium inſolentias dereliquit.1.19 10
Studioſus Antonius, qui fletum compunctionis, non ornatum verborum in lectione quæſiuit, audiuit dimiſſa ſibi eſſe peccata.1.70 38
Studium ſcientiæ Bononiæ inchoans miniſter de ordine ſancti Franciſci a Francisco maledicitur, & ignea atque ſulphurea gutta cum lecto perferatur,& ad inferos diportatur.7.30 436
Studio vano,& ſyllogiſtico nimis intentus infernali cappa eſt grauatus. 8. 65. 520

SVFFRAGIVM.

Suffragia ſolita omittens Edimundus per ſanctum Ioannem ferulam in manu tenem terretur.8.7 484
Suffragia ſolita negligens Thomas ab amplexu Mariæ repellitur.10.7 690
Suffragijs defunctis ſubuenire,quære in defunctus.

SVPERBIA.

Superbus, & blaſphemus clericus fulgureo enſe percutitur, eo quod dixit falſam eſſe ſententiam, Omnis qui ſe humiliat,exaltabitur,&c.1.97 52
Superbum monachum dæmon ad luxuriæ barathrum proiecit clamans:O monache,monache,&c.2.1.. 59
Superbiens de virtutibus ſuis monachus annonam cæleſtem amiſit.2.3 61
Superbus iuuenis increpanti ſe ſeniori ſuperbe reſpondit.2.135 168
Superbus frater quomodo dæmonum factione,& illuſione in Angelorum ſe formam transformantium decipitur 4.21. 254
Superbus,& ſciẽtia inflatus Simon de Tornaco horribili plaga percutitur, & omni ſcientia ſpoliatur.5.99 333
Superbus dæmõ nec Deum Dominum ſuum recognoſcere,nec ſe peccatorem valet aſſerere.5.135 350
Superbus dæmõ omnia ſe in remiſſionem peccatorum facere velle confitetur, ſed humiliare dicit ſe non poſſe.6.23 368
Superbia tentatus nobilis ſubulcus Liffardus viſis mortuorum fœtidis ſepulchris liberatur.6.27 370
Superbum caſtum diabolus ſe dicit non timere.6.28 370
Superb. Helias vicarius ordinis ſancti Franciſci Angelum fugauit, & tandem apoſtataut.7.14 416
Superbia ſpiritu miles conuerſus etiam in ipſa abiectione tentatur.7.31 436
Superbus laicus, qui presbyteros,& clericos ceu coquinarios deſpiciebat,in æternum damnatur,9.69 456
Superbus monachus ſuper ardentes carbones ambulans a dæmone decipitur, obſidetur flammis iniicitur.7.89 469
Superbus iuueris in aurea ſella, & phaleris equitans ſuper omne cadaueris in naribus Angelis fœtet. 9. 163 652
Superbus eremita damnatur, & humilis laicus ad regna cæleſtia prouehitur. 9. 199. 674
Superbia inueſtitu,quære in Veſtis.

SVSPICIO.

Suſpicionem malam quidam infirmus ſenex grandi miraculo expiauit. 2. 27. 74
Suſpicio mala, quære in Judicium temerarium.

TACTVS.

Tactus fœminei illicebra quidam monachus,in etinis propriam ſororem conſtuprare tentauit.7.81 464
Tactus illicitus,quære in Sodomia.

Google

TARSILIA.

Tarsilla amita Gregorij quam fęlici itinere Domino deducente ad cęlestia regna meauit. 1.65 36
Taxillis ludere, quære in Ludere.

TE DEVM.

Te Deum, deuotius decantari Angeli sancti mirabiliter procurarunt. 3.18. 190

TAEDIVM.

Tædium mentis Angelus Domini docuit Antonium labore manuum superare, 1. 113 113
Timerè iudicare, quęre in Iudicare.

TEMPVS.

Temporis perditionem damnatæ animæ maximè deplorabunt. 9. 89 616
Tempus inutiliter expendere diuersis lusibus quære in Ludere.

TENTATIO.

Tentatus carnis dilectationib. sanctus Benedictus veprium laceratione sanatur. 1.20 10
Tentatus tribulationib. sanctus quidam nomine Spes quantum à Domino dilectus erat miracula circa mortem eius exhibita prodiderunt 1 49 28
Tentatus, & tribulatus paralypsi Seruulus cõtinentib. Angelis ad cęlum recipitur. 1.52. 30
Tentata & tribulata paralypsi quædam nomine Romula, gloriosa lætaque morte canentib sanctorum choris ad cœlum est deducta. 1.53 30
Tentatus infirmitate Comes aeris serenitatem necnon & totius corporis sui sanitatem post mortem recepit. 1.58 33
Tentatus infirmitate senex suspicionẽ malam de se habitam grandi miraculo post mortem expiauit. 2.27. 74
Tentatione luxuriæ videns se proficere quidam sanctus frater noluit ab ea liberari. 2.30 76
Tentatus luxuria Moyses abbas beato Isidoro abbate orante multitudinem Angelorum ad se iuuandum paratam conspexit. 2.31 ibid.
Tentatus luxuria negligens frater non potuit oratione senis iuuari, quia ipse seipsum iuuare neglexit. 2.32 76
Tentatis à dęmonibus fratribus quosdam rigidè tentatorem repulisse, quosdam vero adquieuisse Pachomius pater audiuit 2.44 84
Tentationes varias dæmonum orantes fratres incurrerunt. 2.49 86
Tentatus luxuria annosus Pachon leęnese deuorandum exposuit. 2.67 91
Tentatus infirmitate Beniamin abbas semper gratias egit & ipse infirmior alios ab infirmitate curauit 2.72 93
Tentatus luxuria Moyses Aethiops quam viriliter restituit. 2.82 99
Tentatio luxuriæ non nisi tertio anno ante mortem suam abstinentissimum Euagriũ dereliquit. 4.86 100
Tentatus luxuria senex omnes adigitos manus exurens ardorem sensit. 2. 106 109
Tentationibus monachum ad lapsum impellens dęmon a principe suo multo honore, & laude pię cęteris afficitur, & magnificè coronatur, 2.108 110
Tentato luxuriæ plus diuino auxilio, quam nostro labore deuincitur. 2.110 112
Tentatus luxuria à fęmina frater quidam, oratione fusa subitò rapitur, & ad flumẽ liber à tentatione locatur. 2. 155 129
Tentationibus, & tribulationibus nisi conculcatus fuerit homo non poterit esse monachus 2.161. 131
Tentatum fratrem sancti patres ad ecclesiam ductum aqua perfuderunt, & pro eo orauerunt. 2.179 136
Tentatus diuersis tribulationibus quidam sanctus vir ad cęli palatia commeauit. 2.183. 13
Tentaturum fratres dęmonem Machārius vidit indutum veste linea ampullis plurib⁹ plena. 2.185
Tentatione, & tribulatione monachi carere non possunt. 2.206 152
Tentationibus, & tribulationibus cælestẽ portam intrare merebimur. 2.209. 163
Tentatur aduersis boni, & mali frequen-

ter iniqua fœlicitate fruuntur. 2. 210. 154

Tentatus, & tribulatus a fratribus Abbahyrus ab aliis tentationibus liber efficitur. 2.240 170

Tentatus, & tribulatus infirmitate capitis per communionem corporis Christi miro modo liberatur. 3.27 199

Tentatur multipliciter sanctus Thomas de Aquino ordinem exire. 5.27 300

Tẽ atus spiritu fornicationis Guido, sepulturæ fęminę fœtidissima carne faciem, & nares confricauit 5.73 326

Tentati virgo, & monachus Cistercienſis ordinis per passum Christum liberantur 5.130 348

& 131 348

Tentatus superbia nobilis subulcus Liffardus visis mortuorum sepulchris liberaturus 6 27 370

Tentatus infirmitate conuersus miles spẽ salutis accepit. 6.31 397

Tentatus spiritu mœroris, & blasphemiæ Rusticus consilio Francisci liberatur, & a Domino mirabiliter consolatur. 7. 24. 430

Tentantem se dæmonem carnalibus verbis Dunstanus ignita tenella per nares apprehendit. 8 1 480

Tentare se diuersimode fratres secundum locorum exigentiam diabolus profitetur 8.13 487

Tentatus mirabiliter a dæmonibus pęnitẽs sic vna nocte quatuor coronas promeruit. 9.167 654

Tentatus fortiter monachus quadam nocte coronam gloriæ meruit. 9.201. 675

Tentationibus ciuitatis integræ vnus dæmon sufficit, sed ad eremitam multi dęmones vix sufficiunt. 9.203 ibid.

Tentatus septem continuis annis quidam Papa tandem in fornicationem labitur, sed mirabiliter ad pœnitentiam reuocatur. 9.204 676

Tẽtatio blasphemiæ, quære in Blasphemia.

Tentationes reuelare, quære in Reuelare.

TESTIS FALSVS.

Testis falsus amisso naso corrigitur. 4. 29. 162

Testes falsis iusto Dei iudicio in mũdo plagantur. 4.67 380

TESTAMENTVM.

Testamentum retinens, nec vt debuit exequens, horrenda satis morte percutitur 5.131 344

Testamenti executores multas occasiones retinẽdi bona iniusta accipiunt, propter quod, & faciliter a dæmonibus capiuntur. 10.22 708

TIMOR DEI.

Timoratus Episcopus tempore quarscunque tempestatum ad ecclesiam fugit, & oratiõnibus misericordiam postulauit. 3.3 176

Timens Deum diaconus in luxuriam lapsus, euangelium non audet legere, quapropter ad episcopatum meruit promoueri 4.48 269

B. THOMAS DE AQVINO.

Thomas de Aquino conuersus a fratribus suis multis persecutionibus fatigatur. 5. 27 300

TORNEAMENTVM.

Torneamentis dediti mirabiliter, & horribiliter a Deo plagantur. 5 10 335

Torneamentis deditus miles mirabiliter post mortem a dæmonibus armatur. 5. 101 355

Torneamentis deditus miles vulneratur, moritur, infernali equo post mortem insidere videtur. 5. 102 336

Torneamẽtis deditus miles obsessam a dæmonio liberauit, & per eundem dæmonem multis clarus victoriis effectus, tandẽ seculum ex integro reliquit, & Christo militauit. 6. 71 393

TRADITOR.

Traditor post mortem sepultus ab infernalibus canibus laceratur. 5. 25 300

TRIBVLATIO.

Tribulatione tantum, & nullo alio remedio Gręcus adolescens a tentatione fornicationis liberari potuit. 2. 65 93

Tribu-

Tribulatione perdens regulam suam manibus laborare docetur. 2.126 119
Tribulari in præsenti vita Mauritius Imperator maluit, quam in futura vita puniri. 4.25 259
Tribulatus a prælatis suis quidam frater deuotus canentibus Angelis, Gaudent in cœlis mirificè consolatur. 5.9 292
Tribulationes maximas primitiui fratres sancti Francisci in varijs locis pertulerunt. 7.1 407
Tribulationes cum gaudio perferens secundum Franciscum perfectam lætitiam habet. 7.6 433
Tribulationibus, & infirmitatibus sanctus Franciscus ad vitam inuestiebatur æternam. 7.29 435
Tribulatus vehementer Ioannes de Aluerna de subtractione diuinę consolationis à Domino visitatur. 7.38 440
Tribulationes christianis expedire exẽplo suo docuerunt septem fratres, qui maluerunt passionibus sanctorum communicare, quam in pace de licentia Imperatoris Christo seruire, 8.103 542
Tribulationes quantas, & pressuras sancti martyres in persecutionibus pertulerũt. 8.107. & in sequentibus. 546
Tribulationis amore mulier quædam mitiorem eremum cum maiori consolatione oblatam respuit. 8.118 553
Tribulationibus, & tentationibus fœmina in spirituali vita perfecta lacessitur, minus perfectis de sua quiete gaudentib. 9.202 675
Tribulatio, quære in tentatio.

TRINITAS.

Trinitatis mysterium humana ratione nõ posse comprehendi puer Augustinum docet, qui priuo cochleari in paruã fossam totum mare nitebatur infundere. 5.98 334

TRISTITIA.

Tristissimum fratrẽ beatus Bernardus oratione sua subita, & perseueranti lætitia perfudit. 8.28 497
Vanagloria, quære in Gloria, & Superbia.

VENATIO.

Venationibus expendens tempus mõstrosum filium accepit. 5.106 337

VENDERE.

Vendidit prophanus mercator dœmoni animam suam a quo raptus est in infernum. 5.126 346
Vendere, quære in Mercator.

VENIAM POSTELARE.

Veniam ab inuido fratre abbas Motues primus postulauit. 2.53 87
Veniam non postulans de errore sanctus monialium confessor a Maria deseritur. 3.49 217
Veniam non postulans, neque satisfaciens de interempto procello sacerdos, osculum dulcissimi Iesu perdidit. 3.55 225
Veniam postulare, quære etiam in culpam agnoscere.

VENIALIA PECCATA.

Venialia peccata nimium curans monachus errore seducitur. 8.51 511

VERBERARE.

Verberare clericum licet si nos lasciuè oscularí voluerit. 5.85 329

VERBVM DEI.

Verbum Dei audire renuens Theodorus draconе infernali morituru[illegible]retur. 1.66 36
Verbo Dei deuotius refecti sancti senes pulmentum edere neglexerunt. 2.29 75
Verbum Dei inuicem loquentibus fratrib. Angelus se immiscuit. 2.45 85
Verbum Dei etiam obliuioni traditum animam per quam transit puriorem reddit. 2.61 89
Verbum Dei audiens Moyses Aethiops mirabiliter conuertitur, & de sæuo latrone seruus Christi mansuetus efficitur. 2.81 98

Verbum Dei audienter fratres dormitarunt, qui ad vana audienda vigilantissimi erant. 2 147 126
Simile 228 166
Verbum Dei audiens peccator a dęmonib. ad ecclesiam ductus ab Angelis rursum educitur 2.187 142
Verbum Dei audiens Machetes abbas nunquam dormitabat, sed ad verbum detractionis somnolentia grauabatur. 2. 227. 166
Verbo Dei puer Albertus conuertitur. 5. 57. 315
Verba Dei Franciscus, & sui colloquentes, viderunt Christum in specie pulchri iuuenis, & in extasim rapti sunt. 7. 17 422
Verbum Dei loquente Francisco ad mensam sedente cum Sancta Clara, in extasim rapitur cum omnibus assidentibus. 7.18 ibid.
Verbum Dei ab Antonio prædicatum hæretici contemnunt sed pisces aquarum cum desiderio recipiunt. 7.34 437
Verbum Dei audiens doctor Monetа insolentissimus atque peruersissimus conuertitur, plures suo exemplo ad conuersionem incitauit. 7.47 446
Verbo Dei quidam solennis magister conuertitur, & ordinem Prædicatorum ingreditur. 7 48 446
Verbo Dei, illo scilicet, subter tę̃sternętur tinea, quidam insolens iuuenis ad Prędicatorum ordinem intrandum conuertitur 7.50 448
Verbum Dei audiens meritis VVichmanni meretrix conuertitur, & a pęna purgatorij liberatur. 7.57 451
Verbum Dei prædicaturus Dunstanus in die Ascensionis ab Angelis ad cęlestę palatium inuitatus, venire recusant 8. 2 481
Verbum Dei Edmundus legens in scholis Parisiensibus, audientes ad sletum commouit, & plures ad ingressum religionis incitauit. 8 8 484
Verbum Dei a Beato Vincentio audire volentes, ab infernalibus equis perterriti sunt. 8. 19 491
Verbum hoc diuinæ scripturæ, quod Adam non genitorum triginta annorum vixit audiens Guerricus conuertitur. 7. 49 447
Verbum Dei audiens peccator lachrimis manet, quarum vna super catenam peccatorum eius decidens ipsam visa est dirupisse 9 39 594
Verbum illud audiēs in scholis, Diliges Dominum &c. conuertitur. 9. 45 597
Verbum Dei libenter audiens virgo quædam militem se stuprare volentem precibus submersit, & precibus reuiuere impetrauit 9. 210 679
Verbum Dei audire renuens peruersus homo, vt crucifixi imago aures clauderet ad voces pro eo orantium post mortem promeruit. 9 211 ibid.
Verbum Dei audiens vsurarius repente cōuertitur. 10 22 708

VERBVM DVRVM.

verbis duris exigentibus discipulus Macharij percutitur a sacerdote gentili, quem ducibus verbis, Macharius conuertit. 2. 56 88

VERBVM IOCOSVM.

verba iocosè proferre solitus grauiter post mortem punitur. 4. 58 274
verbum detractionis quęre in Detractio.
verbum otiosum, quęre in Otiosus.

VERECVNDIA.

verecundus Ammon cum crura nudare flumen transiturus erubescceret, ab Angelo transportatur. 2 17 71
verecundia malas peccata in confessione celare quære in Confessio.

VESTIMENTVM.

vestimenta humilia deferens sanctus Equitius quam altam sedem honoris apud Dominum retinuerit. 1. 10 4
vestium ornatu superbus, & luxuriosus, cū anima sua igne crematus interijt. 1 93 50
vestimenta humilia Arsenius quondā Romanus senator deferebat. 4. 46 85

Vestiti humiliter duo Macharij diuissimum tribunum per humilem habitum ad contemptum mundi perduxerunt. 2.203. 152

Vestem humilem Fastradus abbas quantũ dilexit.3.18 186

Vestes pretiosa cuiusdam abbatis post mortem eius ignee uisæ sũt horribiliter scintillare.9.42 212

Vestibus humilibus induti frequenter pretiosis uirtutibus intus ornantur. 4.15. 278

Vestibus pretiosis superflnè freta Comitissa Campaniã defuncta miserrimè spoliatur.5 6 291

Vestium curiositatem facere ludibrio rex in monachos strictos calceos portãtes irrisit 6.33 371

Simile 6.34 372

Vestimẽtorum lasciuiam quidam nobilis Saracenus in christianis non immeritò reprehendit. 6 35 ibid.

Vestimentorum lasciuiam deridentes dæmones super defluentem põpaticè fimbriam tanquam quadrigam consedetunt 6.50 380

Vestium ornatum fœmina delectata moritura calceos rostratos fieri præcepit, & defuncta terribiliter apparuit. 6.94. 402

Vestem asperam & duram exhorrens quidam nouitius in ordine S. Francisci splẽdidis uestibus uidit indutos fratres, & consolatus est 7.19 423

Vestibus pompaticis, & conuiuijs nimiũ deditus, post mortem iudici condemnandus perpetuò præsentatur. 7. 82. 465

Vestium asperitatem mater Edmundi filios docuit, quibus studentibus ciliciola transmittebat.8.4 482

Vestibus pompaticis induta soror Beati Bernardi ab Andrea fratre suo stercus inuolutum nominatur.8.25 495

Vestimento pretioso tectus Ioannes eleemosynarius, lachrymosis lamentationibus totam noctem insomnem duxit.8. 36 501

Vestium ornatu alios ad peccandum inducens fœmina, nisi beatam virginem ad mocasset uisa ad dæmonibus ad infernum reperetur 9.107 623

Vestium ornatu nimium delectata puella moritura optimis uestibus se induit, dicens. Veni, ò diabole, suscipere tu animam meam.9 112 625

Vestium ornatum Deus maximè in fœminis odit, punis grauiter, damnat æternaliter.9. 149 646

Vestitus curiosus, & vanus ornatus plures damnat quam sint dæmonès in inferno damnati 9.150 ibid.

Vestium ornatui nimium dedita fœmina, quam horribiliter filio apparuit, quãque iustè damnata sit 9 151. ibidem, & 152 647

Vestibus pretiosis indutam pauperculam matrem suam quidam Episcopus Parisiensis noluit recognoscere, sed in humili veste cognouit.9 155 649

VINDICTA.

Vindictam cogitans iratus frater, ingressum diabolo ad monasteriũ sancti Francisci præbuit.7.16 426

Vindictam petens fieri in eum, qui sibi fecit iniuriam, nepos Ioannis Eleemosynarij, hoc impetrauit, vt gratiam matorem acciperet.8 35 501

Vindictam dimittere, quære in dimittere.

VIRGA.

Virga percussus monachus, qui in oratione stare non ualuit, emendatur. 3. 21. 10

Virga percussa fœmina a beato Edmundo ab omni fornicationis tentatione liberatur.8.5 483

VIRGO.

Virginis domum spoliare non valens Mucius latro conuertitur. 2.10 67

Virginitatis amator Aminon spõsam suã conuertit. 2. 13 70

Virginem corpus Edilfridæ Reginæ quatus priuilegijs post mortem præuentum est. 3.4 17

Virgo quædam, quæ post vsi virginitatis võtum fornicari noluit, militi salutem animæ impetrauit 4.8 244

Virgo quædam a duobus lasciuis iuuenibus, stupraretur ab Angelis custoditur.

4.11 247
Virgo Lucia immolata sua castitatem Acien regem barbarorum ad fidem conuertit, & vna cum eo Romæ martyrium consecrauit. 4.12 247
Virgo pudicissima Angidisia pulchrum suæ formæ in deformitatem peruertit, & mutauit. 4.30 263
Virginem nec verbis, & iniurijs vinderetur defendens Basilides subito ad fidem conuertitur. 4.66 279
Virgo sanctissima Iakelina in virili habitu patriam fugit, siccis pedibus mare transijt, & mirabilem vitam duxit. 5.65.311
Virginitatem suam filium meretricis Comitis inuitis omnibus cognatis suis inuiolatam seruauit. 5.66 312
Virginea caro sancti Theodulphi Imperatoris consanguinei incorrupta post multos annos in Treueri repetitur. 5.116. 342
Virgo quædam generosa dum vi tentationis victa ad peccandum surgeret, audit a Christo, Me diligas, qui sum formosus, &c. 5.130 348
Virgo quædam mirabiles persecutiones dæmonis ob amorem virginitatis sustinuit. 6.18 363
Virginitatem habentem, sed superbum diabolus non timuit. 6.28 370
Virginitas Mariæ triplici lilio declaratur, 7.32 436
Virgo quædam pudicissima vsque adeo virorum aspectus vitabat, vt etiam a sancto Martino videri noluerit. 7.104 407
Virginitatis uotum faciens sanctus Edmundus, virgine Mariam annulo aureo subarrauit 8.5. 483
Virginitatem sollicitè seruaturus Beatus Vincentius, iuuante Maria insidias diaboli declinauit. 8.15 487
Virgo Vincentius a fœmina adamatus in medio flammæ non est æstuatus. 8. 16. 448
Virginitatis suæ insidias sustinens Bernardus, clamauit: latrones, latrones. 8. 28 495
Virginitatis tuendæ gratia fœminæ quædam Leodiēsis diœcesis in rapacissimos fluuios seipsas præcipitarunt. 8. 49. 510
Virginitatem sanctarum uirginum Agapis Chionæ, & Hirenæ mira dignatione Dominus defendit. 8. 100 539
Virginum inæstimabilis gloria sanctis Eusebio, & Basilissa ostenditur 8. 91 540
Virginitatem suam Domino consecrare volens sancta Phara, multas persecutiones a patre sustinuit. 8. 151 567
Virgo quædam ne perderet pudorem, ad altare confugit. 9 14 583
Virginitatis, & lapsus ira in specie virginum Gregorio Nazianzeno apparuerunt secum habitare potentes. 9.15 583
Virgo captiuæ precibus dominos suos sanans cum honore ad propria remittitur. 9.16 ibid.
Virginis Fulrochij propositum castitatis infringere cupiens quædam matrona Romana per varium cultum terribiliter plagatur. 9.17 584
Virginitatem suam ne perderet iuuenis quidam dentibus abscissam linguam in faciem meretricis expuit. 9. 18. ibidem
Virginitatis suæ periculum expauescens Helias fœminarum regimen fugiens declinauit, sed ab Angelis eunuchizatus redire præcipitur. 9 19 584
Virgines duo scilicet iuuenis & adolescentula matrimonio iuncti, & in uirginitate manserunt stabiles, & post mortem licet se iuncti essent, ac sepulti, in vno monumento inueniuntur. 9. 20. 585
Virgo quædam uirtute nobilior, quam genere a Sigismundo in sponsam electa ad altare fugit, & regio diademate contempto pro monasterium intrauit. 9 21 586
Virginitatis pericula metuens quædam fœmina nasum, & labia amputauit, & amputata a maria miraculose recepit. 9 22. 586
Virgo quædam percipiens, quod rex pulchritudine oculorum suorum uulneratus eam concupisceret, euulsos pia crudelitate oculos redigi destinauit. 9 23. 587
Virgines plurimè cum se a Soldano audissent stuprandas, omne nasum proprijs manibus detruncarunt. 9 24 587
Virgo quædam primò uiolas, deinde annulum in signum dispensationis accepit. 9. 25 588
Virgo præsumptuosa dicens se nolle esse in statu Magdalenæ, a lenone turpissimo construpatus 9.28 589
Virgines qualibus finibus seruis coronandæ, & uiduis

viduis p'ęponendæ. 9 29 ibid.
Virginitas, quære in Cœlibes.

VITA ÆTERNA.

Vitam æternam Guardino per Angelum Domini edocetur. 9 124. 635

VOCARI.

Vocati multi pauci vero electi. Nam vidit Fremita animas hominum sicut niues ad inferna decidere, & earum aues ad cęlestia regna commeare. 9. 80 610
Vocantur diuersi diuersimode ad diuinam seruitutem, quęre in Conuersio.

VOLVNTAS PROPRIA.

Voluntati propriæ deditus frater laicus in æternum damnatur. 7. 59 456

VOTVM.

Votum non implens quidam Arduinus nõ imiuitè damnatur. 1 99 49
Votum suum non implens manum, quam forte in sponsione non tetenderat, gladio leriente amisit. 1 91 ibid.
Votum religionis infringens adolescens, a dæmonibus multipliciter torquetur. 2. 101 54
Votum religionis non soluens vitam miserabiliter amisit. 1. 106 56
Votum solitariæ vitæ protrahens Fragius grauissima infirmitate præguatur. 2. 86 110
Votum religionis non [illegible] ex libro vitæ deletus 2. 15 188
Votum suum ne infringeret quidam clericus a beata virgine minis deterretur. 4 2 236
Votum religionis miles quidam emittens, repente sanus de infirmitate efficitur. 6. 3 212
Vota tria religiosorum sub specie aurei denarij sibi Deus a sancto Francisco voluit offerri. 7. 16 418
Votum virginitatis emittens Edmundus, anislo, aureo imaginem Mariæ Virginis subarrauit. 8. 5 483

VRSVS

Vrsus miraculose Florentium [illegible] restituitur. 1 37

VSVRARIVS.

Vsurarij caput per imaginem [illegible] pœnarum more mulctatum
Vsurarij animam suo tormentum [illegible] riturum expectant. 5. 9
Vsurarij pecuniam ut quodam mobili [illegible] posse in dæmonum cultu lucrari
Vsurarij pecuniam effluens citius in breui dies efficiatur. 5. 5
Vsurarij vineam [illegible] ne ad [illegible] seruiam. 5. 127
Vsurarius defunctus ad infernale [illegible] locum pœnarum deducitur. 6. 10
Vsurarij, cor dæmones post mortem pecuniæ impleuerunt. 7. 84
Vsuraria moritura corpus vidit, cuius corpus dæmones e feretro proijciuntes [illegible] fuisse dixerunt. 6. 85 ibid.
Vsurarius vitus est in inferno, de cuius ventre [illegible] ad quos omnes hæredes eorum esse suspensi. 9. 212. 679
Vsurarius & filius eius visi sunt in inferno mutuis se maledictis lacessentes. 9. 212. 680
Item de eodem ibidem. 214 ibi.
Vsurarius pœnitentiam cum posset agere protrahens, tandem desperatus, ad inferna decessit. 9. 215 681
Vsurarius præcipiens sibi bursam cum pecunia post mortem ad collum suspendi, an dæmonibus visus est liquefacta pecunia potari, dicentibus, Aurum sit isti, aurum bibe. 9 216 681

VVILHELMVS.

VVilhelmi Comitis Iuliacensis vita, mors, & pœna describuntur. 6. 89. 400. & 10. 401

VXOR.

Digitized by Google

VXOR.

Vxorem ſapientem, & non diuitem iuuenis eligens magnos, & inſpiratos theſaurus pro meruit. 4. 19. 253

YDOLVM.

YDola adorans quidam Epiſcopus, giâ di ſe pœnitentia damnauit. 2. 200 149
Ydolorum ſuorum impotentiam conſiderans quidam ſacerdos gentilium, conuertitur. 4. 68 280
Ydolorum ſuperſtitio quanta inter gentiles fuerit 9. vltimo. 682

ZELVS.

ZElum quantum Equitius habuit ad animas conuertendas, 1 7. Et infra. 3
Zelum magnum ad conuertenda animas habuit magiſter Ioannes de Niuella, vt nec infirmus, nec moriturus a cura animarum deſiſteret. 5. 88 330
zelum feruentem habuit ſanctus Dunſtanus pro grege ſibi commiſſo. 8 2 481
zelum magnum habens Ioannes Eleemoſynarius, qua ratione prohibuerit populum exire eccleſiam. 8. 43 507
zelo conuertendi Iudæi medici beatus Baſilius mortem ſuam, contra curſum naturę, vſq; in diem craſtinum differri oratione impetrauit. 8. 84 531

ZODOMIA.

Zodomię peccatum monachus commiſit, poſtquam de ſtixu.a guloſè comedit. 1. 82 45
Zodomię labe ſe polluens fœmina, dęmonem cum indignatione phi, phi, phi, clamantem audiuit. 5 67 320
Zodomitica fœmina audiuit vocem dœmonis dicentem ſibi, Age miſera, age quod agis, &c. 5 68 323
Zodomiticus iuuenis pro membro virili in tercruca colubrum apprehendit. 5. 69 323
Zodomiticus quidam nobilis canonicus repentina morte præuentus, clamauit, Væ illi, qui me docuit 5. 70 ibidem.
Zodomiticus quidam cum id malum peragere t, clamans, vindicta Dei ſuper me, ſpiritum nefarium exhalauit. 5. 71 ibid.
zodomiticę fœminę corpus ſepultum infernales porci diſtrahebant. 5. 72. 324
zodomitici viri veſtigia viridia gramina areſcere fecerunt. 5. 7 ibid.
zodomitica prauitate loca infeſtaros cęteris locis mandentibus aufugit. 5. 74 ibidem.
zodomitico peccato grauatus monachus, ri factus non valebat procedere. 6. 22 367
zodomita quidam vxorem ſuam laſciuè cõtrectans, defluentibus viſcerib. in feceſſum, vita decedit. 5 87 329
zodomita iuuenis inueteratam in eo peccati conſuetudinem ſe vincere, non poſſe fatetur. 10. 30 317

Finis Tabulæ magni Speculi Exemplorum.

Digitized by Google



Digitized by Google

INCIPIT
MAGNVM SPECVLVM
EXEMPLORVM,

BIBLIOTECA NAZIONALE VE ROMA

EX DIVERSIS IN VNVM LABORIOSE COLLECTVM.

Ex 1. lib. Dialog. D. Gregorij.

EXEMPLVM I.

Abſtinenti Honorato piſcis in montibus ſitula hauſtus offertur.

VEnantij quondam patricij in Sannij partibus villa fuit, in qua colonus eius filiũ Honoratũ nomine habuit, qui ab annis pueribus ad amorem cęleſtis patriæ per abſtinentiam exarſit. Cumque tam magna conuerſatione polleret, ſeque iam ab ęciõſo quoque ſermone reſtringeret, multumque, vt præfatus ſum, per abſtinentiam carnem domaret, die quadam parentes eius uicinis ſuis conuiuium fecerunt, in quo ad veſcendum carnes paratæ ſunt, quas dum ille ad eſum contingere præ abſtinentię amore recuſaret, cęperunt eum parentes eius irridere, ac dicere: comede, nunquid tibi in his montib. piſcem allaturi ſumus? Illo uerò in loco audiri piſces conſueuerant, non uideri. Sed cum his ſermonibus Honoratus irrideretur, repentè in cõuiuio aqua defuit ad miniſterium, & cum ſitula lignea, ſicuti mos illic erat mancipium ad fontem perrexit. Dumq; hauriret aquã, piſcis ſitulã intrauit. Reuerſumq; mancipiũ ante ora diſcumbentium piſcem cum aqua fudit, qui ad totius diei uictum potuiſſet Honorato ſufficere. Mirati ſunt oẽs, totaq. illa parentum irriſio ceſſauit. Cępere namque in Honorato uenerari abſtinentiam, quam antè deridebant ſicque à Dei homine irriſionis detersit opprobria piſcis de monte. Qui cum magnis uirtutib. creſceret, à prędicto Domino ſuo libertate donatus eſt, atque in loco, qui Fundis dicitur, monaſterium conſtruxit, in quo ducentorũ ferè monachorum pater extitit. Ibique uita illius circumquaq; exẽpla dedit eximiæ conuerſationis. Nam quadam die ex eo monte, qui eius monaſterio in excelſo prominet, ingentis ſaxi moles erupta eſt, quæ per deuexum montis latus ueniens totius ruinã cellæ, omniumq; fratrum interitum minabatur. Quam cum ueniẽtem deſuper uir ſanctus uidiſſet, frequenti uoce Chriſti nomen inuocans, extenſa mox dextera ſignum ei crucis oppoſuit, eamque in ipſo deuexi montis latere cadentem fixit, ſicut religioſus uir Laurentius perhibet. Et quia locus nõ fuerat, in quo inhærere potuiſſet, aſpicitur ita ut nunc uſq; cernentib. montem caſura pendere uideatur. (Cap. 1. lib. 1.

EXEMPLVM II.

Furatum caballum patienter ſuſtinens Libertinus flagellum qno diceretur dedit, ſed raptores equos ad flumen nullis verberibus adaquare potuerunt.

VIr reuerendiſſimus Libertinus qui regis Totile tempore Fundenſis monaſterij præpoſitus fuit, in diſcipulatu Honorati conuerſatus atque eruditus eſt. De quo quamuis virtutis multas plurimorum narratio certa vulgauerit, tamen Laurentius religioſus uir qui nunc ſupereſt, & ei in ipſo tempore familiariſſimus fuit, mul-

ta mihi dicere de illo consueuit, ex quibus ea, quæ recolo, pauca narrabo. In eadem prouincia Samnij, quam supra memoraui, idem vir pro vtilitate monasterij carpebat iter. Dumque Darida Gothorum dux cum exercitu in loco eodem veniret, Dei seruus ex caballo in quo sedebat ab hominibus eiusdem proiectus est. Qui iumenti perditi damnum libenter ferens, etiam flagellum quod tenebat diripientibus obtulit, dicens. Tollite vt habeatis qualiter hoc iumentum minare possitis. Quibus dictis protinus in orationem se dedit. Cursu autem rapido prædicti ducis exercitus peruenit ad fluuium nomine Vulturnum, ibique equos suos cęperunt singulis hastis tundere, verberibus cœdere, calcaribusq; cruentare. Sed tamen equi verberibus cęsi, calcaribus cruentati, fatigari potuerunt, moueri non potuerunt, sicque aquam fluminis tangere quasi mortale præcipitium pertimescebant. Cumque diu cędendo lesso res singuli fatigarentur, vnus eorum intulit, quia ex culpa quam seruo Dei in via fecerant, illa sui itineris dispendia tolerabãt. Qui statim reuersi post se Libertinum reppererunt in oratione prostratum. Cui cum dicerent. Surge tolle caballum tuum ille respondit. Ite cum bono, ego opus caballo non habeo Descendentes vero inuitum eum in caballum, de quo depoluerãt, leuauerunt, & protinus abscesserunt. Quorum equi tanto cursu illum, quem prius transire non poterãt, fluuium tranierunt, ac si fluuius ille aquam minimè habuisset. Sicque factum est, vt dum seruo Dei vnus suus caballus redditur, omnes à singulis reciperentur. Cap. 2. lib. 1.

EXEMPLVM III.

Oratione Libertini Franci volentes spoliare monasterium suum repentina percutiuntur acrisia.

DE monasterio autem prefati Dei serui Libertini rumor exierat, quod multas pecunias haberet. Ingressi oratorium Franci, qui Campaniæ partes intrauerant, cęperunt sęuientes Libertinum quęrere. Libertinum clamare, vbi ille in oratione prostratus iacebat. Mira valderes, quærentes, sæuientesq; Franci, in oratorium ingredientes impingebant, & ipsum videre non poterant, sicq; sua cęcitate frustrati, è monasterio vacui sunt reuersi. Ibidem.

EXEMPLVM IIII.

Oratione Libertinus cum caligula Honorati mortuum puerum suscitauit.

ALio quoque tempore abbatis iussu, qui abbas Honorato eius magistro successerat, Libertinus Rauennam pergebat. Pro amore autem eiusdem venerabilis Honorati quocunque Libertinus ibat eius semper caligulam in sinu portare consueuerat. Itaque dum pergeret accidit vt quædam mulier extincti filij corpusculum ferret. Quæ dum seruum Dei esse in uita, amore filij succensa iumentum eius fræno tenuit, atque cum iuramento dixit. Nullatenus recedam, nisi filium meum suscitaueris. At ille inusitatum habens tale miraculum, expauit petitionis eius iramentum, declinare voluit mulierẽ, sed nequaquã prævalens hæsit animo. Considerare libet quale quantumq; in eius pectore certamẽ fuerit. Ibi itaq; inter se pugnabat humilitas conuersationis, & pietas maris, timor ne inusitata præsumeret, dolor ne orbatę mulieri non subueniret. Sed ad maiorem Dei gloriam vicit pietas illud pectus virtutis, quòd ideò fuit validum, quia depictum, virtutis enim pectus non esset, si hoc pietas non vicisset. Itaque descendit, genu flexit, ad cęlum tetendit manus, caligulam de sinu protulit, super extincti pueri pectus imposuit. Quo orante anima pueri ad corpus redijt, quem mater comprehendit, & flenti matri viuentem reddidit, atque iter quòd cęperat, peregit. ibidem.

EXEMPLVM V.

Patientissimus Libertinus scabello suppedaneo percutitur, humiliter sustinet, & sęuitiam sui Abbatis ad mansuetudinem perduxit.

QVadam dieis, qui post uenerabilis Honorati exitum, monasterij regimen tenebat, contra eundem uenerabilem Libertinum in graui iracundia exarsit ita vt eum manibus cęderet. Et quia uirgã qua eum ferire posset non inuenit, comprehen-

prehenſo ſcabello ſuppedaneo ei caput & faciem tutudit, totumque illius vultum tumẽtem & liuidum reddidit. Qui ve hemẽter cœcus ad ſtratum proprium tacitus receſſit. Die verò altera erat pro vtilitate monaſterij, & cauta conſtitutus euiturus. Expletis ergo hymnis matutinalib. Libertinus ad lectum abbatis venit, orationem ſibi humiliter petijt. Sciens uerò ille quantum a cũctis ueneraretur quantunque diligeretur, pro iniuria quam ei ingreſſerat, putabat eũ ex monaſterio velle recedere, atque requiſiuit, dicens. Quo uis ire? Cui ille reſpondit, Monaſterij cauſa conſtituta eſt, pater, quã declinare nequeo, quia heſterna die ire hodie iterum promiſi, & illuc ire diſpoſui. Tunc ille a fundo cordis conſiderans aſperitatem & duritiam ſuam, humilitatem ac manſuetudine Libertini, ex lecto profiliuit, pedes Libertini tenuit, ſe peccaſſe, ſe reum eſſe teſtatus eſt, qui tanto talique viro tam crudelem facere contumeliam præſumpſiſſet. At Libertinus ſeſe in terram ,p ſternens, eiuſque pedibus prouolutus, ſuæ culpæ, non illius ſæuitæ fuiſſe referebat quod pertulerat. Sicque actum eſt vt ad magnam mãſuetudinem perduceretur pater, & humilitas diſcipuli magiſtra fieret magiſtri. Cũque pro vtilitate monaſterij ad conſtitutionem cauſæ eg eſſus fuiſſet, multi uiri ac noti nobiles, qui eum uaide ſemper honorabant, uehementer admiratur ſollicite ab eo inquirebant, quidnam hoc eſſet, quod tam tumẽtem ac liuidam faciem haberet. Quib. ille dicebat, Heſterno die ſero peccatis meis facientib. in ſcabello ſuppedaneo impegi, atque hoc pertuli. Sicq. uir ſanctus ſeruans in pectore honorem ueritatis, & magiſtri, nec patris prodebat vitium, nec falſitatis incurrebat peccatum. ibidem.

EXEMPLVM VI.

Furans olera a ſerpente territus.

IN eodem monaſterio quidam magnæ vitæ monachus erat hortolanus. Fur vero venire conſueuerat, per ſepem aſcendere, & occulte olera auferre. Cum uerò ille multa plantaret, & ſemper minus inueniret, & alia pedibus conculcata, alia direpta conſpiceret, totum hortũ circumiens inuenit iter vnde fur uenire conſueuerat. Qui in eundem hortum deambulans, reperit etiam ſerpentem, cui præcipiens dixit. Sequere me. Sicque uſq; ad aditum furis perueniens, imperauit ſerpenti, dicens: In nomine Ieſu præcipio tibi ut aditum cuſtodias, ac furem huc ingredi non permittas. Protinus ſerpens totum ſe in itinere in tranſuerſum tetẽdit, & ad cellam monachus redijt. Cumque meridiano tempore cuncti fratres quieſcerent, more ſolito fur aduenit, aſcendit ſepem, et dum in hortum pedem poneret, vidit ſubitò, quia tenſus ſerpens clauſit viam, & treme factus poſt ſemetipſum concidit, eiuſque pes per calciamentum in ſude ſepis inhæſit, ſicque vſque dum Hortulanus rediret, deorſum capite pepẽdit. Conſueta hora venit Hortulanus, & pendentem in ſepe furem repperit. Serpenti autẽ dixit. Gratias ago Deo, impleſti quod iuſſi, recede modò. Qui illicò abſceſſit. Ad furẽ verò ueniens, ait: Quid eſt frater? tradidit te mihi Deus, quare in labore monachorum furtum totiens facere præſumpſiſti? Qui hæc dicens pedem illius a ſæpe, qua inhæſerat, ſoluit, eumque ſine læſione depoſuit. Cui dixit. Sequere me, quem ſequentem duxit ad horti aditum, & olera quę furto appetebat auferre, et cum magna dulcedine præbuit, dicens: Vade, & poſt hoc furtum nõ facias, ſed cũ neceſſe habes, huc ad me ingredere, & quę tu cum peccato laboraſti tollere, ergo ubi deuotus dabo. cap. 3. lib. 1.

EXEMPLVM VII.

Carnis ſẽratione uexatus Equicius ab Angelis eunuchizatur & fœminarum regimen antea non aſſumpſit, quam eunuchizatus fere ſexum non ſenſit.

FOrtunati viri venerabilis abbatis monaſterij, quòd appellabatur balnèum Ciceronis, aliorumque etiam virorum venerabilium didici relatione quæ narro. Vir ſanctiſſimus Equicius nomine in Valeriæ prouinciæ partib. pro uitæ ſuæ merito apud omnes illic magnæ admirationis habebatur. Qui nimirum Equicius pro ſuæ magnitudine ſanctitatis multorum eadem prouincia monaſteriorum pater extitit. Hunc cum tempore iuuentutis ſuæ acri-

quam citius fuerit repulſa, ſuadentibus clericis conſenſum pontifex præbuit, ut ad Romanam urbem deduci debuiſſet, & quænã ſua eſſet menſura cognoſceret. Iulianum verò tunc defenſorem mittens, qui Sabinenſi Eccleſiæ poſtmodum in Epiſcopatu præfuit, hoc præcepit, ut cum magno honore eum perduceret, ita ut nihil Dei famulus ex commeatione eadem iniuriæ ſentiret. Qui pater de eo clericorum uotis concitus uolens feſtinè ad eius monaſterium cucurrit, ibique abſente illo antiquarios ſcribentes reppe it, & ubi abbas eſſet inquiſiuit, qui dixerunt. In valle hac quæ monaſterio ſubiacet fænum ſecat. Idem verò Iulianus ſuperbum ualdè, atque contumacem puerum habuit, cui vix poterat, vel ipſe dominari. Hunc ergo miſit, ut eum ad ſe ſub celeritate perducere. Perrexit puer, & proteruo ſpiritu pratum velociter ingreſſus, omneſque illic intuens fænum ſecantes inquiſiuit quiſnam eſſet Equicius. Moxque ut audiuit quis eſſet, cum adhuc longè poſitus aſpexit, & immenſo timore correptus eſt, cępitque tremore laſſeſcere ſeque ipſum nutanti greſſu vix poſſe portare. Qui tremens ad Dei hominem peruenit, atque vlnis ſuis eius genua deoſculans humiliter ſtrinxit, ſuumque Dominum ei occurriſſe nunciauit cui reſalutato Dei famulus præcepit, dicens. Leua fœnum uiride, porta pabulum iumentis in quibus uenistis. Ecce ego quia parum ſupereſt, opere completo te ſubſequor. Is autem qui miſſus fuerat Iulianus defenſor mirabatur valde, quidnam eſſet quòd redire moraretur puer. Tum ecce reuerentem puerum, conſpicit, atque in collo eius fœnum, ex prato ferentem, qui vehementer iratus cœpit clamare, dicens. Quid eſt hoc? ego te miſi hominem deducere, & non fœnum portare, cui reſpondit puer. Quem quæris? ecce ſubſequitur. Tum ecce Dei famulus clauatis caligis calciatus falcem fœnarium in collo deferens ueniebat. Quem adhuc longè poſitum puer Domino ſuo, quia ipſe eſſet quem quæreret nunciauit. Idem verò Iulianus repentè vt vidit Dei famulum ex ipſo habitu deſpexit, eumque qualiter deberet alioqui proterua mente præparabat. Mox vero ut ſeruus Dei comminus affuit, eiuſdem Iuliani animum intolerabilis pauor inualit, ita ut tremeret, atque ad inſinuandum hoc ipſum propter quòd venerat uix ſufficere lingua potuiſſet. Qui humiliato mox ſpiritu ad eius genua cucurrit, orationem petijt pro ſe fieri. Et quia pater eius Apoſtolicus Pontifex cum uidere uellet indicauit. Vir autem venerandus Equicius cæpit immenſas gratias agere omnipotenti Deo aſſerẽs quòd ſe per ſummum Pontificem gratia ſuperna uiſitaſſet. Illicò vocauit fratres, præcepit hora eadem iumenta præparari, a que executorem ſuum cępit vehementiſſime vrgere ut ſtatim exire debuiſſent, cui Iulianus ait. Hoc fieri nullatenus poteſt, quia laſſatus ex itinere hodie non ualeo exire.

Tunc ille reſpondit. Contriſtas me fili, quia ſi hodierno die non egredimur in craſtino die non exibimus. Dei itaque famulus executoris ſui laſſitudine coactus in monaſterio ſuo eadem nocte demoratus eſt. Tum ecce ſequenti die ſub ipſo lucis crepuſculo vehementer equo in curſu fatigato ad Iulianum cum epiſtola puer peruenit, in qua ei præceptum eſt, ne ſeruum Dei contingere aut mouere de monaſterio auderet quem cum ille requireret cur ſententia eſſet mutata cognouit, quia in nocte eadem quã ipſe illuc executor miſſus eſt, per viſum Pontifex fuit uehementer perterritus, cur ad exhibendum hominem Dei mittere præſumpſiſſet. Qui protinus ſurrexit, ſeque venerandi viri orationibus commendans ait. Rogat pater noſter, ne fatigati debeatis. Cumque hoc Dei famulus audiſſet contriſtatus ait. Nunquid non die heſterno dixi, quia ſi non ſtatim pergeremus iam pergere minimè liceret. Tunc pro charitatis exhibitione aliquantulum executorem ſuum in cella retinuit, eique laboris ſui commodum coacto renitentique dedit. Cognoſce ergo Patre, in quanta ſunt Dei cuſtodia, qui in hac uita ſeipſos deſpicere nouerunt, cum quibus intus ciuibus in honore numerantur, qui deſpecti foris hominibus eſſe non erubeſcunt, quia econtra in Dei oculis iacent, qui apud ſuos & proximorum oculos per inanis gloriæ appetitum tument, unde & quibuſdam veritas ait. Vos eſtis qui iuſtificatis uoſipſos coram hominibus, Deus autem nouit corda ueſtra, quia quòd hominibus altum eſt, abominabile ab ante Deũ. ibidem.

Digitized by Google

EXEMPLVM XI.

Eccleſiam violare volentes Longobardi a dæmone poſſidentur.

CORpus huius ſancti viri dum in beati Laurentij martyris oratorio eſſet humanatum ſuper ſepulcrum eius ruſticus quidam arcam cum fumento poſuit, nec quatenus qualiſque vir illic iaceret perpendere, aut venerari curabat. Tum repetentè turbo cœlitus factus, rebus illic omnibus in ſtabilitate ſua manentibus, arcam quæ ſuper poſita ſepulcro eius fuerat, extulit, longeque proiecit, vt palam cuncti cognoſcerent quanti eſſet meritis cuius illic corpus iaceret. Eandem Valeriæ prouinciam Longobardis intrantibus, ex monaſterio reuerendiſſimi viri Equicij in prædictum oratorium ad ſepulcrum eius monachi fugerunt. Cumque Longobardi ſequentes oratorium intraſſent, cœperunt eoſdem monachos foras trahere, vt eos, aut per tormenta diſcuterent, aut gladijs necarent. Quorum vnus ingemuit, atque acri dolore commotus clamauit. Heu ſancti Equici, placet tibi, vt trahamur foras', & non nos defendas? Ad cuius vocem protinus ſæuientes Longobardos immundus ſpiritus inuaſit. Qui corruentes in terram tandiu vexati ſunt, quouſque hoc cuncti etiam qui foris erant Longobardi cognoſcerent, quatenus locum ſanctum temerare vlterius non auderent. Sicque vir ſanctus cum diſcipulos defendit, etiam multis poſtmodum remedium illic fugientibus præſtitit. ibidem.

EXEMPLVM XII.

Humillimus Conſtantius manſionarius deſpicientem ſe ruſticum dulciſſimè amplexatur.

IVxta Anconitanam ciuitatem Eccleſia beati martyris Stephani ſita eſt, in qua vir venerabilis Conſtantius nomine manſionarij functus officio deſeruiebat, cuius ſanctitatis opinio ſeſe ad notitiam hominum longè lateque tetenderat, quia ipſdem vir funditus terrena deſpiciens toto anni ſumentis ad ſola cæleſtia flagrabat. Quadam verò die, dum in eadem Eccleſia deeſſet oleum, & prædictus Dei famulus, unde lampades accenderet, omnino non haberet, omnino lampades Eccleſiæ impleuit aqua, atque ex more in medio papyrum poſuit, quas allato igne ſuccendit, neque aqua exarſit in lampadibus, ac ſi oleum fuiſſet. Et quia valde ſanctitatis eius opinio excreuerat, multi hunc ex diuerſis prouincijs anxie uidere ſitiebant. Quadam uerò die, ex longinquo loco quidam ruſticus uenit ad uidendum eum. Eadem uerò hora caſu contigerat, ut ſanctus uir Conſtantius ſtans in ligneis gradibus reficiendis lampadibus deſeruiret. Erat autem puſillus ualdè. & exili forma atque deſpecta. Cumque is qui uenerat ad uidendum eum quis nam eſſet inquireret, atque obnixè peteret, ut ſibi debuiſſet oſtendi, hi qui illum nouerant monſtrauerunt quis eſſet. Sed ſicut ſtultæ mentis homines meritum ex qualitate corporis metiuntur, eum paruulum, atque deſpectũ uidens ipſum nunc omnino non eſſe cæpit credere. In mente enim ruſtica inter hoc quod audierat & uiderat, quaſi facta fuerat quædam rixa, & æſtimabat tam breuẽ per uiſionem eſſe non poſſe, quem tam ingentem audierat per opinionem. Cui ipſum eſſe dum à pluribus fuiſſe aſtructum deſpexit, & deriſit dicens: Ego uero grandem hominem credidi. Iſte autem de homine nihil habet. Quod ut uir Dei Conſtantius audiuit, lãpades, quas reficiebat, protinus lætus relinquens concitus deſcendit atque in eiuſdem ruſtici amplexum ruit, eumque ex amore nimio, conſtringere cæpti brachijs & oſculari, magnaſque gratias agere, quod de ſe talia iudicaſſet, dicens. Et tu ſolus es qui habuiſti oculos apertos in me. Ex qua repenſandum eſt cuius apud ſe humilitatis fuit, qui deſpicientem ſe ruſticum amplius amauit. Qualis.n. quiſque apud ſe lateat cõtumelia illata probat. Nam ſicut ſuperbi honoribus, ita plerumque humiles in ſua deſpectione gratulantur. Cumque ſe & in alienis oculis uiles aſpiciunt, idcirco gaudent, quia hoc iudicium confirmari intelligunt, quòd de ſeipſis, & apud ſemetipſos habuerunt. Cap. 5. lib. 1.

EXEM-

EXEMPLVM XIII.

Monachi octo paulò ante mortem cęlesti uoce ò rupe facta vocantur, & mori cum Anastasio monachus vnus petijt, & citiſſime optata impetrauit.

VEnerandus vir Anastasius ſanctę Romanæ Eccleſiæ, cui Deo auctore deſeruio, notarius fuit. Qui ſoli Deo vacare deſiderans triuium deſeruit, monaſterium elegit, atque in loco iuxta Nepeſſinam ciuitatem quæ Subpentonia uocatur, per annos multos in ſanctis actibus uitam duxit, eique monaſterio ſolerti cuſtodia præfuit. Quo videlicet in loco ingens de ſuper rupes eminet, & profundū ſubter præcipium patet. Quadam uerò nocte cū iam omnipotens Deus eiuſdem venerabilis uiri Anaſtaſij labores remunerare decreuiſſet, ab alta rupe vox facta, eſt quæ producto ſonitu clamaret dicens. Anaſtaſi veni. Quo vocati alij quoque ſeptem fratres ex nomine ſuo ſunt uocati Paruo autem momento ea quæ fuerat emiſſa vox ſiluit, & octauum fratrem vocauit. Quas dum aperte uoces congregatio audiſſet, dubium nō fuit, quia eorum qui vocati fuerant obitus propinquaſſet. Intra paucos ergo dies, primus venerandus vir Anaſtaſius eductus eſt. Cæteri autem eodem ordine extra carnem educti ſunt, quò de rupis uertice fuerant vocati. Frater verò ille ad quem vocā dum vox parum ſiluit, atque eum ita nominauit, morientibus alijs paucis diebus vixit & tunc vitam finiuit, ut apertè monſtraretur, quia inter iectum vocis ſilētium paruum ſpacium viuendi deſignauerat. Sed mira res contigit, quia dum uenerabilis uir Anaſtaſius de corpore exiret, erat quidam frater in monaſterio qui ſuper eū viuere nolebat. Hic prouolutus eius pedibus cœpit ab eo cum lachrymis poſtulare dicens. Peto te per illum ad quē tu uadis, ne ſeptē dies ſuper te in hoc mundo faciā. Ante cuius ſeptimum diem etiam ipſe defunctus eſt, qui, tamen in illa nocte inter cæteros non fuerat vocatus, vt apertè clareſceret, quia eius obitum ſola venerabilis Anaſtaſij interceſſio potuiſſet obtinere.

Cap. 8. lib. 1.

EXEMPLVM XIIII.

Auarus Conſtantius murmurans propter duodecim aureos egenis datos Epiſcopatu indignus efficitur, quem per illos aureos emere diſpoſuerat.

CONſtantius presbyter nepos Bonifacij in ciuitate quę Ferentis dicitur, Epiſcopi præcipuè ſanctitas uiri equum ſuum duodecim aureos vendidit, quos in propriam ponens arcam ad exercendum aliud opus diſceſſit. Tum ſubitò ad Epiſcopum pauperes uenerunt qui importune præcabantur ut eis ſanctus uir Bonifacius Epiſcopus ad conſolationem ſuæ inopiæ aliquid largiri debuiſſet. Sed uir Dei quia quod tribueret non habebat, æſtuare cœpit in cogitatione, ne abeo pauperes uacui exirent. Cui repente ad memoriam redijt, qui Conſtantius presbyter nepos eius equum quem ſedere conſueuerat uendidiſſet, atque hoc ipſum pretium in arca ſua haberet. Abſente ergo eodem nepote ſuo acceſſit ad arcam, & piè uiolētus clauſtra arcæ comminuit, duodecim aureos tulis, eoſque indigentibus ut placuit diuiſit. Itaque Conſtantius presbyter reuerſus ex opere arcam fractam repperit, & caballi ſui precium quod illic poſuerat non inuenit. Cæpit magna voce perſtrepere & cū furore nimio clamare. Omnes hic uiuunt, ſolus ergo in hac domo uiuere non poſsū. Ad cuius nimirū uoces uenit Epiſcopus, oēſque qui in eoſdem Epiſcopatu aderant. Cumque eum uir Dei locutione blanda tē perare uoluiſſet, cœpit ille cum iurgio reſpondere, dicens. Oēs tecum viuunt, ego ſolus hic ante te uiuere non poſſum, redde mihi ſolidos meos. Quib. uocib. commotus Epiſcopus Beatæ Marię uirginis Eccleſiam ingreſſus eſt & eleuatis manib. extēſo ueſtimento, ſtando cœpit orare Dominum, ut ei redderet unde presbyteri furentis mitigare inſaniam potuiſſet. Cumque ſubitò ad ueſtimentum ſuum oculos inter extenſa brachia reduxiſſet, repente in ſinu ſuo duodecim aureos inuenit. Qui mox de eccleſia egreſſus eos ad ſinū furentis presbyteri proiecit, dicens. Ecce habes ſolidos tuos quos quæſiſti, ſed hoc tibi notum ſit, quia poſt mortem meam tu huic Eccleſiæ Epiſcopus non eris, propter auaritiam

tuam. Ex qua ſententiæ ueritate colligitur quia eoldem ſolidos presbyter pro adipiſcendo Epiſcopatu præparabat, ſed uiri Dei ſermo prævaluit. Nam idem Constantius in presbyteratus officio uitam finiuit. Cap. 9. lib. 1.

EXEMPLVM XV.

Puer Bonifacius in pauperes miſericors horrea frumento vacuata oratione repleuit, rapientem gallinam matris vulpeculam occidit, & gallinam liberauit.

PRæfatus Bonifacius Epiſcopus eo tempore, quo cum matre ſua puer habitabat, egreſſus hoſpitium, nonnunquam ſine linea, creb o etiam ſine lanea tunica reuertebatur, quia mox vt nudum quempiam reperiſſet veſtiebat hunc ſe expolians, vt ſe ante Dei oculos obtentu mercedis ueſtiret. Quem mater ſua increpare frequenter conſueuerat dicens; Quod iuſtum non eſſet vt ipſe inops pauperibus ueſtimenta largiretur. Quæ quadam die horreum ingreſſa pænè omne triticum, quod ſibi in ſtipendium totius anni parauerat, inuenit a filio ſuo pauperibus expenſum. Cumque ſemetipſam alapis pugniſque tunderet, quòd quaſi anni ſubſidia perdidiſſet ſuperuenit Bonifacius puer Dei, eamque quibus uerbis conſolari valuit cæpit. Quæ cum nihil conſolationis admitteret hanc rogauit, vt abhorreo exire debuiſſet, in quo ex omni eorum tritico paruum, quid inuentum eſt remanſiſſe. Puer autem Dei ſeſe illic protinus in orationem dedit. Qui poſt paululum egreſſus ad hor eũ matrem reduxit, quod iam tritico plenum inuẽtum eſt, ſicut plenum ante non fuerat cum mater illius totius anni ſumptus ſe congregaſſe gaudebat. Quo viſo miraculo compuncta mater ipſa ia cępit vrgeret, ut daret qui ſic celeriter poſſet quę perijſſet accipere. Hæc itaq. in hoſpitij ſui veſtibulo gallinas nutrire conſueuerat, ſed eas ex uicino rure vulpes veniẽs aufereba. Quadam uerò die, dũ in eodem ueſtibulo puer Bonifacius ſtaret vulpes ex more venit, & gallinam abſtulit. Ipſe autem concitus Eccleſiam intrauit, & ſe in orationem proſternens apertis vocibus, dixit. Placet tibi Domine, ut de nutrimento matris meæ manducare non poſſim, ecce enim gallinas quas nutrit vulpes comedit. Qui ab oratione ſurgens Eccleſiam egreſſus eſt. Mox autem vulpes rediens gallinam, quam in ore tenebat dimiſit, atque ipſa moriens ante oculos eius in terram cecidit. ibidem.

EXEMPLVM XVI.

Incantationibus à vexatione dæmones curanda fœmina ab integra legione dæmonum inuadetur.

MAtrona quædam nobilis in uicinis Tuſciæ partibus habebat nurum, quæ intra breue tempus, quo filium eius acceperat, cum eadem ſocru ſua, ad dedicationem oratorij beati Sebaſtiani martyris fuerat inuitata. Nocte uero eadem qua ſequenti die ad dedicationem prædicti oratorij fuerat proceſſura uoluptate carnis deuicta à uiro ſuo ſeſe abſtinere non potuit. Cumque mane facto conſcientiam deterreret perpetrata carnis delectatio, proceſſionem uero impetraret uerecundia plus erubeſcens, vultum hominumque Dei iudiciũ metuens cum ſocru ſua ad dedicandũ oratorium proceſſit. Mox uerò ut reliquiæ beati Sebaſtiani martyris oratorium ſunt ingreſſæ, eandem prędictæ matronę nurum ſpiritus malignus inuaſit, & coram omni populo uexare cæpit. Eiuſdem uero oratorij presbyter dum hanc uehementiſſime uexari conſpiceret, ex altari protinus ſyndonem tulit: eamque cooperuit. Sed hunc repente diabolus inuaſit. Et quia ultra uires uoluit quicquam præſumere, compulſus eſt in ſua uexatione cognoſcere quid eſſet. Hi ergo qui aderant puellam in manibus oratorio ſublatam ad domum propriam deportauerunt. Cumque hanc antiquus hoſtis uexatione continua uehementer attereret, propinqui ſui eam carnaliter amantes, atque amando perſequentes ad obtinendum ſalutis remedium maleficis tradiderunt, ut eius animam funditus extinguerent: cuius carni magicis artibus ad tempus prodeſſe conarentur. Ducta itaque eſt ad fluuium, atque in aqua merſa, ibique diutius incantationibus agere malefici moliebantur, ut is qui eam inuaſerat exiret. Sed miro omnipotentis Dei iudicio, dum peruerſa arte unus ab ea repellitur, in eam ſubitò legio intrauit. Cępitque ex illa hora

tot noctibus agitari, tot vocibus clamoribuſque perſonare quot ſpiritibus tenebatur. Tunc inito conſilio parentes eius ſuæ perfidiæ culpam fatentes, hanc ad virum venerabilem Fortunatum Epiſcopum duxerunt, eique reliquerunt, qua ille accepta multis ſe diebus ac noctib. in orationibus dedit, tanteque anniſu precibus incubuit, quanto, & in uno corpore contra ſe aſſiſtere legionis aciem inuenit. Tum non poſt multos dies, ita ſanam atque incolumen reddidit, ac ſi in eam proprium ius diabolus nunquam habuiſſet. Cap. 10. lib. 1.

EXEMPLVM XVII.

Intentione ſiniſtra dæmonem in ſpecie peregrini hoſpitio recipiens, filium in ignem proiectum perdidit.

ALio quoque tempore idem uir omnipotentis Dei famulus ex obſeſſo quodam hominem immundum ſpiritum excuſſit. Qui malignus ſpiritus cum veſperacente iam die ſecretam ab hominibus horam cerneret, peregrinum quempiam ſe eſſe ſimulans circumire cœpit ciuitatis plateas, & clamare. O uirum ſanctum Fortunatum Epiſcopum. Ecce quid fecit peregrinum hominem de hoſpitio ſuo expulit, quæro vbi requieſcere debeam, & in ciuitate eius non inuenio. Tunc quidam in hoſpitio cũ vxore ſua, & paruulo filio ad prunas ſedebat, qui vocem eius audiés, & quid Epiſcopus ei fecerit requirens hunc inuitauit hoſpitio, & ſedere ſecum iuxta prunas fecit. Cũque uiciſſim ãliqua confabularentur paruulum eius filium ídem malignus ſpiritus inuaſit, atq. in eaſdẽ prunas proiecit, ibique mox eius animam excuſſit. Qui orbatus miſer vel quem ipſe ſuſceperit, uel quẽ Epiſcopus expuliſſet agnouit. ibidem.

Petrus.

Quidnam hoc eſſe dicimus vt occidendi auſum in hoſpitio eius antiquus hoſtis acciperet, qui hunc peregrinum æſtimans ad ſe hoſpitalitatis gratia uocaſſet.

Gregorius.

Multa Petre videntur bona, ſed nõ ſunt, quoniam bono animo non fiunt. Vnde in Euangelio ueritas dicit. Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Quia cum peruerſa eſt intentio quæ præcedit, prauum eſt omne opus quod ſequitur, quamuis rectum eſſe videatur. Ego namque hunc virum, qui dum quaſi hoſpitalitatem exhiberet orbatus eſt, non pietatis opere delectatum æſtimo, ſed Epiſcopi derogatione. Nam pœna ſubſequens innotuit, quia præcedens illa ſuſceptio ſine culpa non fuit. Sunt namque nonnulli, qui idcirco bona facere ſtudent, ut gratiam alienæ operationis obnubilent, nec paſcuntur bono quod faciunt, ſed laude boni quæ cæteros præmunt. Qua de re exiſtimo hunc virum qui malignum ſpiritum in hoſpitalitate ſuſcepit, oſtentationi potius intendiſſe, quam operi, vt meliora feciſſe, quã Epiſcopus videretur, quatenus ipſe ſuſceperit eum, quem vir Dei Fortunatus expuliſſet. ibidem.

EXEMPLVM XVIII.

Gloriam cęleſtem expertus Marcellus cum a ſancto Fortunato a mortuis eſſet ſuſcitatus, ingemuit dicens. O quid feciſti.

IN eadem Tudertina vrbe, in qua Fortunatus vir Dei erat Epiſcopus, Marcellus quidam bonæ actionis uir cum duabus ſororibus ſuis habitauit. Qui euenientę moleſtia corporis ipſo ſacratiſſimo veſperacente iam ſabbatho Paſchali defunctus eſt. Cuius corpus cum longius eſſet eſferendum die eodem ſepeliri non potuit. Cumque mora eſſet temporis ad explendum debitum ſepulturæ, ſorores eius morte illius afflictæ, cucurrerunt fleates ad Fortunatum venerabilem, eiq. magnis uocibus clamare cœperunt. Scimus quòd Apoſtolorum vitam tenes, leproſos mundas, cęcos illuminas, veni & reſuſcita mortuum noſtrum. Qui mox vt cognouit fratrem earum defunctum, flere etiam cæpit ipſe de morte ipſius, eiſque reſpondit, dicens. Recedite, & hoc dicere nolite, quia iuſſio omnipotentis Dei eſt, cui contraire nullus hominũ poteſt. Illis itaque diſcedentibus, triſtis ex morte illius manſit Epiſcopus. Subſequenti autẽ die Dominico, ante exurgentis lucis crepuſculum uocatis duobus diaconibus ſuis perrexit ad domum defuncti, acceſſit ad locum vbi iacebat corpus examine, ibique ſe in orationem dedit. Expleta autẽ prece ſurrexit, & iuxta corpus defuncti ſedit. Non autem grandi uoce

defun-

desunctum per nomen uocauit dicens. Frater Marcelle ueni. Ille autem ac si leniter dormiēs ad uicinam uocem quamuis modicam fuisset excitatus statim aperuit oculos, atque ad Episcopum respiciens dixit. O quid fecisti, ò quid fecisti? Cui Episcopus respondit, dicens: Quid feci fili? At ille ait: Duo hesterna die uenerunt, qui me eijcientes ex corpore, in bonum locum duxerunt. Hodie autē unus missus est nuncius, qui dixit. Reducite eum, quia Fortunatus Episcopus in domum illius uenit. Quibus uerbis expletis, mox ex infirmitate conualuit, & in hac uita diutius mansit. Nec tamen credendum est, quia locum quem acceperat perdidit, quia dubiū non est quod intercessoris sui precibus potuit post mortem melius uiuere, qui ante mortem studuit omnipotenti Deo placere. Cap. 11. lib. 1.

Ex secundo libro Dialogorum D. Gregorij.

EXEMPLVM XIX.

Beatus Benedictus mundum fugit.

FVit uir uitæ uenerabilis Dei gratia Benedictus & nomine, ab ipso pueritiæ suæ tempore congerens senile, ætatem quid de moribus transiens, nulli animū uoluptati dedit. Sed dum in hac terra adhuc esset, quo temporalibus liberè uti potuisset, despexit iam quasi aridum mundum cū floreret. Quę liberalioli genere ex prouincia Mirsiæ ortus, Romæ liberalibus literarum studijs traditus fuerat. Sed cum ex eis multos ire per abrupta uitiorum cerneret cum quem quasi in ingressu mundi posuerat retraxit pedem, ne si quid de scientia eius attingeret, ipse quoque postmodum in immane præcipitium totus iret. Despectis itaque literarum studijs relicta domo, rebusque patrijs, soli Deo placere desiderans, sanctæ conuersationis habitum quæ fuit. Necessitque scienter nescius, & sapienter indoctus in præfatione lib. 2.

EXEMPLVM XX.

Oculos male custodiens in iuuentute Benedictus fœminam in sæculo uidit unde in eremo postea grauius tentabatur, sed nudū se super uepres uoluendo tentationem superauit.

QVadam die dum solus esset beatus Benedictus, tentator affuit. Nam nigra, paruaque auis quæ uulgò merula uocatur, circa eius faciem uolitare cœpit, eiusque uultui importune insistere, ita ut manu capi posset, si hanc uir sanctus tenere uoluisset, sed signo crucis edito recessit auis. Tanta autem carnis tentatio aut eadem recedente secuta est, ut quantam uir sanctus nunquam fuerit expertus. Quandam namque fœminam aliquando uiderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit, tantoque igne serui Dei animum in speciem illius accendit, ut se in eius pectore amoris flamma uix caperet, & pœnè deserere eremum uoluptate victus deliberaret. Tum superna gratia subito respectus ad semetipsum, reuersus est, atque vrticarum, & ueprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens, exutus indumento nudum se in illis spinarum aculeis & vrticarum incendijs proiecit. Ibique diu volutatus toto ex eis corpore vulneratas exijt. & per cutis vulnera, eduxit a corpore vulnus mentis, quoniam uoluptatem traxit in dolorem. Cumque bene pœnaliter arderet foris, extinxit, quod illicite ardebat intus. Vicit itaque peccatum, quia mutauit incendium. Cap. 2. lib. 2.

EXEMPLVM XXI.

Ecclesiam tempore orationis exiens monachus a dæmone trahitur, sed uirga percussus a beato Benedicto emendatur.

IN vno autem ex Benedicti monasterijs quæ circumquaque construxerat, quidam monachus fuit, qui ad orationem stare non poterat, sed mox ut se fratres ad studium orationis inclinassent, ipse egrediebatur foras, & mente uaga terrena aliqua, & transitoria agebat. Cumque ab Abbate suo sæpius fuisset admonitus, tandem ad virum Dei ductus est, qui ipse quoque eius stultitiam uehementer increpauit, & ad monasterium reuersus, vix duobus die-

diebus uiri Dei admonitionem tenuit. Nã tertio die ad uſum proprium reuerſus vagari tempore orationis cæpit. Quod cum ſeruo Dei ab eodem monaſterij patre quê conſtituerat, nunciatum eſſet, dixit: Ego veniam, eumque per me emendabo. Cumque uir Dei uenisſet in idem monaſtarium & conſtituta hora expleta pſalmodia ſeſe fratres in orationê dediſſent, aſpexit quòd eundem monachum qui manere in oratione non poterat, quidam niger puerulus per veſtimenti fimbriam foras trahebat. Tunc eidem patri monaſterij Pompeiano nomine, & Mauro Dei famulo ſecretò, dixit. Nunquid non aſpicitis, qui eſt qui iſtum monachum foras trahit? Qui reſpondentes dixerunt: Non. Quibus ait: Oremus vt vos etiam videatis, quem iſte monachus ſequitur. Cumque per biduum eſſet oratum. Maurus monachus vidit, Pompeianus autem eiuſdem monaſterij, pater uidere non potuit. Die ergo alia expleta oratione, vir Dei oratorium egreſſus, ſtantem foris monachum repperit, quem pro cæcitate cordis ſui virga percuſſit. Qui ex illo die nihil perſuaſionis vlterius à nigro iam puerulo pertulit, ſed ad orationis ſtudium immobilis permanſit. Sicque antiquus noſtis dominari non auſus eſt in eius cogitatione, ac ſi ipſe percuſſus fuiſſet ex verbere. Cap. 3. lib. 2.

EXEMPLVM XXII.

Inuidus ſacerdos Florentius beato Benedicto venenum dedit, & ſeptê nudas puellas in conſpectu diſcipulorum eius ducere choream ordinauit, & repentina morte interijt.

CVm iam monaſteria ſancti Benedicti in amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti longè lateque ferueſcerent, & ſecularem uitam multi relinquerent, & ſub leui redemptionis iugo ceruicem cordis edomarent, ſicut mos prauorum eſt inuidere alijs virtutis bonum, quod ipſi habere non appetunt, vicinæ Eccleſiæ presbyter Florentius nomine antiqui hoſtis malitia percuſſus ſancti uiri ſtudijs cæpit æmulari, eiuſque cõuerſationi derogare, quoſque etiam poſſet ab illius viſitatione compeſcere. Cumque iam ſe conſpiceret eius profectibus obuiare non poſſe, & conuerſationis illius opinionem creſcere, atque multos ad ſtatum vitæ melioris ipſo quoque opinionis eius præconio indeficienter uocari, inuidiq; facibus magis magiſque ſuccenſus deterior fiebat, quia conuerſationis illius habere appetebat laudem, ſed habere laudabilem uitam nolebat. Qui eiuſdem inuidiæ tenebris cæcatus ad hoc uſque perductus eſt, vt ſeruo omnipotentis Dei infectum veneno panem, quaſi pro benedictione tranſmitteret. Quem vir Dei cum gratiarum actione ſuſcepit, ſed eum quæ peſtis lateret in pane non latuit. Ad horam verò refectionis illius ex uicina ſilua coruus venire conſueuerat, & panem de manu eius accipere. Qui cum more ſolito ueniſſet panem quem presbyter tranſmiſerat vir Dei ante coruum proiecit, atque ei præcepit, dicens. In nomine Ieſu Chriſti tolle hunc panem, & tali eum in loco proijce, vbi a nullo homine poſſit inueniri. Tunc coruus aperto ore expanſis alis circa eundem cæpit panem diſcurrere, atque crocitare, ac ſi apertè diceret, & obedire ſe uelle, & tamen iuſſa implere non poſſe. Cui vir Dei iterum atque iterum præcipiebat, dicens. Leua, leua ſecurus, atque ibi proijce, vbi inueniri non poſſit. Quem diu demoratus quando coruus momordit, properè, leuauit & receſſit. Poſt trium verò horarum ſpacium abiecto pane, redijt, & de manu hominis Dei annonam quam cõſueuerat accepit. Venerabilis autem pater contra uitam ſuam inardeſcere ſacerdotis animum uidens, illi magis quã ſibi doluit. Sed prædictus Florentius, quia magiſtri corpus necare non potuit, ſe ad extinguendas diſcipulorum animas accendit, ita ut in horto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas ſeptem puellas mitteret, quæ coram eis ſibi inuicem manus tenentes, & diutius ludentes, illorum mentes ad peruerſitatem libidinis inflammarent. Quòd uir Dei de cella conſpiciens, lapſumque adhuc in tenerioribus diſcipulis pertimeſcens, idque pro ſua ſolius fieri perſecutione pertractans, inuidiæ locum dedit, atque oratoria cuncta, quæ conſtruxerat, ſub ſtatutis præpoſitis adiunctis fratribus ordinauit, & paucis ſecum monachis ablatis habitationem mutauit loci. Moxque vt vix Dei eius odia humiliter declinauit, hunc omni-

Digitized by Google

omnipotens Deus terribiliter percussit. Nam cum presbyter prædictus stans in solario Benedictum discessisse, cognosceret, & exultaret perdurante immobiliter tota domus fabrica, hoc ipsum in quo stabat solarium cecidit, & Benedicti hostem conterens extinxit. Quod uir Dei discipulus Maurus nomine statim uenerabili patri Benedicto, qui adhuc a loco eodem uix decé millibus aberat æstimauit esse nunciádum, dicens. Reuertere quia presbyter qui te persequebatur extinctus est. Quod vir Dei Benedictus audiens, lese in grauibus lamentis dedit, uel quia Dei inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipulus exultauit, qua de re factum est, vt eidem quoque discipulo pœnitentiam indiceret, quòd mandás talia gauderet de inimici interitu præsumpsisset. Cap. 8. lib. 2.

EXEMPLVM XXIII.

Ordinem sacrum assumés clericus per beatum Benedictum à dæmone liberatus, rursum à diabolo vsque ad finem uitæ suæ obsidetur.

EOdem quoque tempore Aquinensis Ecclesiæ clericus a dæmonio uexabatur, qui à uenerabili viro Constantio Ecclesiæ eiusdem antistite per multa fuerat martyrum loca transmissus, vt sanari potuisset. Sed sancti Dei martyres noluerunt ei donum sanitatis tribuere, vt quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Iunctus est itaque ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo Domino preces fundens, antiquum hostem de obsesso homine protinus expulit, cui sanato præcepit dicens. Vade, & post hoc carnem nõ comedas, ad sacrum verò ordinem accedere nunquam præsumas. Quicunque autem die ad sacrum ordinem accedere temerarie præsumpseris, statim iuri diaboli iterum mancipaberis. Decessit ergò clericus sanus, & sicut terrere solet animam pœna recens, ea quæ uir Dei præceperat, interim custodiuit. Cum verò post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibimet superponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri Dei quasi ex longo tempore oblius post posuit, atque ad sacrum ordinem accessit, quem mox is qui reliquerat diabolus tenuit eumque vexare quousque animam eius excuteret non cessauit lib. 2. c. 16.

EXEMPLVM XXIIII.

Linguam non refrœnantes tres moniales fœminæ à beato Benedicto excommunicatæ post mortem ecclesiam vitæ iunt exire.

NOn longè ab eius monasterio duæ quædam sanctimoniales fœminæ nobiliori genere exortæ in loco proprio conuersabantur. Quibus quidam religiosus uir ad exteriora uitæ usum præbebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciãt, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt. Necdum prædictæ sanctimonialis fœminæ per sectè linguam sub habitus sui frœno restringerat, & eundem religiosum uirum, qui ad exteriora necessaria eis obsequium præbebat, incautis sæpè sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui dum diu ista toleraret perrexit ad Dei hominem, quantasque pateretur uerborum contumelias enarrauit. Vir autem Dei hęc de illis audiens, eis protinus mandauit dicens. Corrigite linguam uestram, quia si non emendaueritis excommunico uos. Quam uidelicet excommunicationis sententiam non proferendo intulit, sed minando. Ille autem à pristinis moribus nihil mutatę intra paucos dies defunctę sunt, atque in Ecclesia sepultę. Cumque in eadem Ecclesia missarum solennia celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret, siquis non communicaret locum, nutrix earum, quæ pro eis oblationem Domino deferre consueuerat, eas de sepulchris suis progredi, & exire Ecclesiam uideba Quòd dum sæpius cerneret, quia ad uocem diaconi clamantis exibant foras, atque intra Ecclesiam permanere non poterant ad memoriam redijt, quæ uir Dei illis adhuc uiuentibus mandauit. Eas quippe se communione priuare dixerat, nisi mores suos, & uerba corrigerent. Tunc seruo Dei cum graui mærore indicatum est. Qui manu sua protinus oblationem dedit, dicens: Ite, & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & ulterius excom-

excommunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro eis fuisset oblata, & a diacono iuxta morem clamatum esset, vt non communicantes ab Ecclesia exirent, illæ exire ab Ecclesia vlterius vitæ non sunt. Qua re indubitanter patuit, quia dum inter eos qui communione priuati sunt minimè recederent, communionem a Domino per seruum Dei recepissent. Cap. 23. lib. 2.

EXEMPLVM XXV.

Parentes visitans sine benedictione & licentia sancti Benedicti mortuus a terra reijcitur.

QVadam quoq; die dum quidam eius paruulus monachus parentes suos vltra quam debebat diligens, atque ad eorum habitaculum tendens, sine benedictione de monasterio exisset, eodem die mox ut ad eos peruenit defunctus est. Cumque esset sepultus die altero proiectũ foras corpus inuentum est, quod rursum tradere sepulturæ curauerunt. Sequenti autem die iterum proiectum exterius atque inhumatum, sicut prius inuenerunt. Tunc concitè ad Benedicti patris vestigia currentes cum grandi fletu petierunt, vt ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu sua protinus communionem Dominici corporis dedit dicens. Ite, atque hoc Dominicum corpus super pectus eius cum magna reuerentia ponite, eumque sic sepulturæ traditæ. Quod cum factum fuisset susceptum corpus eius tenuit terra, nec vltra proiecit. Lib. 2. c. 24.

EXEMPLVM XXVI.

A monasterio beati Benedicti recedẽs monachus, territus apparitione draconis eum in viam deuorare volentis, ad monasterium reducitur.

QVidam autem eius monachus mobilitati mentem dederat, & remanere in monasterio nolebat. Cumque eum vir Domini assiduè corriperet, frequenter admoneret, ipse uerò nullo modo consentiret in congregatione persistere, atque importunis precibus, ut relaxaretur innueret, quadam die idem uenerabilis pater animie tatis tædio affectus, iratus iussit ut discederet. Qui mox ut monasterium exijt, contra se assistere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cumque eum idem draco, qui apparuerat deuorare uellet, cepit ipse tremẽs & palpitans magnisq; uocibus clamare, dicens: Currite, currite, quia draco ille deuorare me vult. Currentes autem fratres, draconem minimè uiderunt, sed trementem atque palpitantem monachum ad monasteriũ reduxerunt, qui statim promisit nunquam se esse iam a monasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione permansit, quippe qui sancti uiri orationibus contra se assistere draconem uiderat, quem prius non uidendo sequebatur. Cap. 25. lib. 2.

EXEMPLVM XXVII.

Oratione sua beata Scholastica sancti Benedicti soror impetrata pluuia uehemẽti fratrem recedere uolentem detinuit, ut noctem pijs collocutionibus transigeret.

SOror beati Benedicti Scholastica nomine omnipotenti Domino ab ipso infantiæ suæ tempore dedicata, ad eum semel per annum uenire consueuerat, ad quam uir Dei non longè extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam uerò die ex more uenit, atque ad eam cum discipulis uenerabilis eius frater descendit, qui totum diem in Dei laudibus sacrisque colloquijs ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent, & intra sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis fœmina soror eius eum rogauit dicens. Quæso te ne in illa nocte me deseras, ut usque ad mane de cœlestis uitæ gaudijs loquamur. Cui ille respondit. Quid est quòd loqueris soror? Manere extra cellam nullatenus possum, tanta uerò erat cœli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem fœminà cum uerba fratris negantis audisset, insertis digitis manus super mẽsam posuit caput in manibus omnipotentem Dominum rogatura declinauit. Cumque leuaret de mensa caput, tanta coruscationis, & tonitrui uirtus, tantaque inundatio pluuiæ erupit,

erupit, & neque venerabiles Benedictus, neque fratres qui cum eo aderant extra loci limen quo confederant pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe fœmina caput in manibus declinans lachrymarum fluuios in mensam fuderat, per quos serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta conuenientia fuit orationis, & inundationis, de mensa caput iam cum tonitruo leuaret, quatenus vnum idéque esset momentum, & leuaret caput, & pluuiam deponere. Tunc vir Dei inter coruscos & tonitruo, atque ingentis pluuiæ inundationem videns se ad monasterium remeare non posse, cœpit conquæri contristatus, dicens Parcat tibi Deus omnipotens soror, qui fest quod fecisti? Cui illa respondit. Ecce te rogaui, & audire me noluisti, rogaui Dominum meum, & exaudiuit me. Modo ergo si potes egredere, & me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem extra tectum exire non valens, quia remanere sponte noluit, in loco mansit inuitus. Sicque factum est vt totam noctem peruigilem duceret, atque per sacra spiritualis vitæ colloquia sese vicaria relatione satiarent. Cap. 33. lib. 2.

EXEMPLVM XXVIII.

Beatus Benedictus totum mundum sub uno solis radio collectum uidit, & Germani Capuani Episcopi animam in sphæra ignea ab Angelis in cœlum deferri.

ALio quoque tempore seruandus diaconus, atque Abbas eius monasterij, quod in Campaniæ partibus a Iberio quondam patritio fuerat constructum, ad sanctum Benedictum ire gratia uisitationis ex more consueuerat, eius quippe monasterium frequentabat, ut quia idem uir quoque doctrina gratiæ cœlestis influebat, dulcia sibi inuicem uitæ uerba transfunderent, & suauem cibum cœlestis patriæ, quia adhuc perfecte gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cumque hora iam quietis existeret, in cuius turris superioribus se uenerabilis Benedictus, in huius quoque inferioribus, se Seruandus diaconus collocauit, quo videlicet in loco inferiora superioribus continuabat ascensus. Ante eandem uerò turrim largius erat habitaculum, in quo utriusque discipuli quiescebant. Cumque uir Dei Benedictus adhuc quiescentibus fratribus instans uigilijs, nocturnæ orationis tempora præueniisset, ad fenestram stans, & omnipotentem Dominum deprecans, subitò intempesta noctis hora respiciens, uidit fusam lucé desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore claréscere, ut diem uinceret lux illa quæ inter tenebras radiasset. Mira autem ualde res in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narrauit, omnis etiam mundus ueluti sub uno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Qui uenerabilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, uidit Germani Capuani Episcopi animam in sphæra ignea ab Angelis in cœlum deferri. Tunc tanti sibi testem uolens adhibere miraculi, Seruandum diaconum iterato bis, terque eius nomine cum clamoris magnitudine uocauit. Cum illi fuisset insolito tanti uiri clamore turbatus, ascendit, respexit, lucisque iam exiguam partem uidit. Cui tamen hoc obstupescenti miraculum uir Dei per ordinem, quæ fuerant gesta narrauit, statimque in Cassinum castrum religioso uiro Theopropo mandauit, ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte trãsmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur agnosceret, & indicaret. Factumq; est ut Reuerendissimum uirum Germanum is qui missus fuerat iam defunctum reperiret, & requirens subtiliter agnouit eodem momento fuisse obitum illius, quo uir Dei eius agnouit ascensum. Cap. 35. lib. 2.

EX

Ex tertio libro Diaiogorum D. Gregorij.

EXEMPLVM XXIX.

iſtor bonus Paulinus Epiſcopus primò omnia ſua, deinde ſeipſum pro ſubditis dedit.

DVm ſæuientium VVandalorum tempore fuiſſet Italia in Campaniæ partibus depopulata, multique eſſent de hac ra in Africanam regionem traducti, uir dominus Paulinus cuncta quæ ad Epiſcotus vſum habere poterat captiuis in dibus largius eſt. Cumque iam nihil iminò ſupereſſet quod petentibus dari uiſſet, quadam die quædam uidua adue ; quę à regis VVandalorum genero fi m ſuum in captiuitatem fuiſſe ductum hibuit, atque à viro Dei huius precium tulauit, ſi forté illius Dominus hoc diaretur accipere, & hunc concederet ad pria remeare. Sed vir Dei magnopere d petenti fœminæ dare potuiſſet inrens, nihil apud ſe aliud niſi ſe inue , peteatique fœminæ reſpondit dis: Mulier, quod poſſim tibi dare non eo, ſed memetipſum tolle, me ſeruum s tui eſſe profitere, atque ut filium tuũ pias, me vice illius in ſeruitium trade, od illa ex ore tanti uiri audiens irriſion potius credidit, quam compaſſionem lle vt erat vir eloquentiſſimus, & ualn exterioribus quoque ſtudijs erudidubitanti fœminæ citius perſuaſit, vt ita crederet, & pro recepſione filij in itium tradere non dubitaret Epiſcon. Perrexerũt ergo vterque in Africam. cedente autem regis genero, qui eius m habebat, vidua togatura ſe obtulit, rius petiuit, vt ei filius donari debuiſ. Quod cum vir barbarus, typo ſuperu gidus, gaudio tranſitoriæ proſperiinflatus non ſolum facere, ſed & audeſpiceret, vidua ſubiunxit dicens. Ecominem hunc pro eo vicarium præ. & ſolummodo pietatem in me exhi, mihi filium meum vnicum redde. que ille venuſti vultus hominem conſſet, quam autem noſſet inquiſiuit. Cui vir Dei Paulinus reſpondit, dicens. Artem quidem aliquam neſcio, ſed hortum bene excolere ſcio.

Quid vir gentilis ualde libenter accepit, cum in nutriendis oleribus quia peritus eſſet, audiuit. Suſcepit itaque ſeruum, & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto uidua ex Africana regione diſceſſit. Paulinus verò excolendi horti ſuſcepit curam. Cumque idem regis gener crebro ingrederetur hortum, ſuumque hortulanum quædam requireret, & ſapientem valde eſſe hominem videret, amicos cœpit familiares deferere, & ſæpius cum ſuo hortulano colloqui, atque ſermonibus eius delectari. Cui Paulinus quotidie ad menſam olera, virenteſque herbas deferre conſueuerat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius ageretur, quadam die Domino ſuo ſecum ſecretius loquenti ait. Vide quid agas, & VVandalorum regnum qualiter diſponi debeat, prouide; quia rex citius & cum omni celeritate moriturus eſt. Quod ille audiens, quia ab eodem rege præ cæteris diligebatur, ei minimè tacuit, ſed quid à ſuo hortulano, ſapienti ſcilicet viro, agnouiſſet, indicauit. Quod dum rex audiſſet, illico reſpondit: Ego vellem hunc de quo loqueris hominẽ videre. Cui gener eius venerabilis Paulini temporalis Dominus reſpondit, dicens; Virentes herbas mihi ad prandium deferre conſueuit. Has itaque hunc ad menſam meam deportare facio, vt quis ſit qui mihi hæc locutus ſit agnoſcas. Factumque eſt. Et dum rex ad prandendum diſcubuit; Paulinus ex ſuo opere olera quæque & virentia delaturus aduenit. Cumque hunc rex ſubitò conſpexiſſet, intremuit, atque accerſito eius Domino ſibi per filiam propinquo ei ſecretum quod prius abſconderat indicauit dicens. Verum eſt quod audiſti. Nam nocte hac in ſomnio, ſedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos iſte etiam ſimul ſedebat, & flagellum quod aliquando acceperam eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percontare quiſnam ſit, nam ego hunc tanti meriti virum, popularem, vt conſpicitur, eſſe non ſuſpi-

erupit, & neque venerabiles Benedictus, neque fratres qui cum eo aderant extra loci limen quo confederant pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe fœmina caput in manibus declinans lachrymarum fluuios in mensam fuderat, per quos serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta conuenientia fuit orationis, & inundationis, de mensa caput iam cum tonitruo leuaret, quatenus vnum idéque esset momentum, & leuaret caput, & pluuiam deponere. Tunc vir Dei inter coruscos & tonitruo, atque ingentis pluuiæ inundationem videns se ad monasterium remeare non posse, cœpit conquæri contristatus, dicens Parcat tibi Deus omnipotens soror, quid est quod fecisti? Cui illa respondit. Ecce te rogaui, & audire me nolui sti, rogaui Dominum meum, & exaudiuit me. Modo ergo si potes egredere. & me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem extra tectum exire non valens, quia remanere sponte noluit, in loco mansit inuitus. Sicque factum est vt totam noctem perui gilem duceret, atque per sacra spiritualis vitæ colloquia sese vicaria relatione satiarent. Cap. 33. lib. 2.

EXEMPLVM XXVIII.

Beatus Benedictus totum mundum sub uno solis radio collectum uidit, & Germani Capuani Episcopi animæ in sphæra ignea ab Angelis in cœlum deferri.

ALio quoque tempore seruandus diaconus, atque Abbas eius monasterij, quod in Campaniæ partibus a Liberio quondam patritio fuerat constructum, ad sanctum Benedictum ire gratia uisitationis ex more consueuerat, eius quippe monasterium frequentabat, ut quia idem uir quoque doctrina gratiæ cœlestis influebat, dulcia sibi inuicem uitæ uerba transfunderent, & suauem cibum cœlestis patriæ, **quia adhuc perfecte gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cumque hora iam quietis existeret, in cuius turris superioribus se uenerabilis Benedictus, in huius quoque inferioribus, se Seruandus diaconus collocauit, quo videlicet in loco inferiora superioribus continuabat ascensus. Ante eandem uerò turrim largius erat habitaculum, in quo utriusque discipuli quiescebant. Cumque uir Dei Benedictus adhuc quiescentibus fratribus instans uigilijs, nocturnæ orationis tempora præueniisset, ad fenestram stans, & omnipotentem Dominum deprecans, subitò intempesta noctis hora respiciens, uidit fusam lucé desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, ut diem uinceret lux illa quæ inter tenebras radiasset. Mira autem ualde res in hac speculatione secuta est, quia sicut post ipse narrauit, omnis etiam mundus ueluti sub uno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. Qui uenerabilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, uidit Germani Capuani Episcopi animam in sphæra ignea ab Angelis in cœlum deferri. Tunc tanti sibi testem uolens adhibere miraculi, Seruandum diaconum iterato bis, terque eius nomine cum clamoris magnitudine uocauit. Cum illi fuisset insolito tanti uiri clamore turbatus, ascendit, respexit, lucisque iam exiguam partem uidit. Cui tamen hoc obstupescenti miraculum uir Dei per ordinem, quæ fuerant gesta narrauit, statimque in Cassinum castrum religioso uiro Theopropo mandauit, ut ad Capuanam urbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur agnosceret, & indicaret. Factumq; est ut Reuerendissimum uirum Germanum is qui missus fuerat iam defunctum reperiret, & requirens subtiliter agnouit eodem momento fuisse obitum illius, quo uir Dei eius agnouit ascensum. Cap. 35. lib. 2.**

Ex tertio libro Dialogorum D. Gregorij.

EXEMPLVM XXIX.

Paſtor bonus Paulinus Epiſcopus primò omnia ſua, deinde ſeipſum pro ſubditis dedit.

DVm ſæuientium VVandalorum tempore fuiſſet Italia in Campaniæ partibus depopulata, multique eſſent de hac terra in Africanam regionem traducti, uir Dominus Paulinus cuncta quæ ad Epiſcopatus uſum habere poterat captiuis indigentibus largius eſt. Cumque iam nihil omnino ſupereſſet quod petentibus dari poſſet, quadam die quædam uidua aduenit, quę à regis VVandalorum genero filium ſuum in captiuitatem fuiſſe ductum perhibuit, atque à viro Dei huius precium poſtulauit, ſi forte illius Dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir Dei magnopere quid petenti fœminæ dare potuiſſet inquirens, nihil apud ſe aliud niſi ſe inuenit, petentique fœminæ reſpondit dicens: Mulier, quod poſſim tibi dare non habeo, ſed memetipſum tolle, me ſeruum iuris tui eſſe profitere, atque ut filium tuũ recipias, me vice illius in ſeruitium trade. Quod illa ex ore tanti uiri audiens irriſionem potius credidit, quam compaſſionem at ille vt erat vir eloquentiſſimus, & valde in exterioribus quoque ſtudijs eruditus dubitanti fœminæ citius perſuaſit, vt audita crederet, & pro receptione filij in ſeruitium tradere non dubitaret Epiſcopum. Perrexerũt ergo vterque in Africam. Procedente autem regis genero, qui eius filium habebat, vidua rogatura ſe obtulit, & prius petiuit, vt ei filius donari debuiſſet. Quod cum vir barbarus, typo ſuperæ tumidus, gaudio tranſitoriæ proſperitatis inflatus non ſolum facere, ſed & audire deſpiceret, vidua ſubiunxit dicens Ecce hominem hunc pro eo vicarium præbo, & ſolummodo pietatem in me exhibeas, mihi filium meum vnicum redde. Atque ille venuſti vultus hominem contuiſſet, quam autem noſſet inquiſiuit. Cui vir Dei Paulinus reſpondit, dicens: Artem quidem aliquam neſcio, ſed hortum bene excolere ſcio.

Quid vir gentilis ualde libenter accepit, cum in nutriendis oleribus quia peritus eſſet, audiuit. Suſcepit itaque ſeruum, & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto uidua ex Africana regione diſceſſit. Paulinus verò excolendi horti ſuſcepit curam. Cumque idem regis gener crebro ingrederetur hortum, ſuumque hortulanum quædam requireret, & ſapientem valde eſſe hominem videret, amicos cœpit familiares deferere, & ſæpius cum ſuo hortulano colloqui, atque ſermonibus eius delectari. Cui Paulinus quotidie ad menſam olera, virenteſque herbas deferre conſueuerat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius ageretur, quadam die Domino ſuo ſecum ſecretius loquenti ait. Vide quid agas, & VVandalorum regnum qualiter diſponi debeat, prouide; quia rex citius & cum omni celeritate moriturus eſt. Quod ille audiens, quia ab eodem rege præ cæteris diligebatur, ei minimè tacuit, ſed quid à ſuo hortulano, ſapienti ſcilicet viro, agnouiſſet, indicauit. Quod dum rex audiſſet, illico reſpondit: Ego vellem hunc de quo loqueris hominẽ videre. Cui gener eius venerabilis Paulini temporalis Dominus reſpondit, dicens; Virentes herbas mihi ad prandium deferre conſueuit. Has itaque hunc ad menſam meam deportare facio, vt quis ſit qui mihi hæc locutus ſit agnoſcas. Factumque eſt. Et dum rex ad prandendum diſcubuit, Paulinus ex ſuo opere olera quæque & virentia delaturus aduenit. Cumque hunc rex ſubitò conſpexiſſet, intremuit, atque accerſito eius Domino ſibi per filiam propinquo ei ſecretum quod prius abſconderat indicauit dicens. Verum eſt quod audiſti. Nam nocte hac in ſomnio, ſedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos iſte etiam ſimul ſedebat, & flagellum quod aliquando acceperam eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percontare quiſnam ſit, nam ego hunc tanti meriti virum, populatem, vt conſpicitur, eſſe non ſuſpi-

ſuſpicor. Tunc regis gener ſecreto Paulinum tulit, & quisnam eſſet, inquisiuit. Cui vir Dei respondit Seruus tuus sum, quem pro filio viduæ vicarium suscepisti. Cumque ille instanter requireret vt non quid eſſet, ſed quid in ſua patria fuiſſet indicaret atque hoc ab eo facta iteratione frequentis inquisitionis requireret, vir Dei coëtrictus magnisque coniurationibus, iam non valens negare quid eſſet, Epiſcopum ſe fuiſſe teſtatus eſt. Quod poſſeſſor eius audiens valde pertimuit, atque humiliter obtulit, dicens. Pete quod vis, quatenus ad terram tuam a me cum magno munere reuertaris. Cui vir Domini Paulinus ait Vnum eſt beneficium quod impendere mihi potes, vt omnes ciuitatis meæ captiuos relaxes. Qui cuncti protinus in Africana regione requiſiti, cum onuſtis frumento nauibus pro uenerabilis viri Paulini ſatisfactione in eius comitatu laxati ſunt. Poſt non multos verò dies Vuandalorum rex occubuit, & flagellum quod ad ſuam pernicem diſpenſante Deo pro fidelium diſciplina tenuerat, miſit. Sicque factum eſt, vt omnipotentis Dei famulus Paulinus vera prædiceret & qui ſe in ſeruitium ſolum tradiderat, cũ multis a ſeruitio ad libertatem rediret, illum videlicet imitatus qui formam ſerui aſſumpſit, ne nos eſſemus ſerui peccati. Cuius ſequens veſtigia Paulinus ad tempus voluntariè ſeruus factus eſt ſolus, vt eſſet poſtmodum liber cum multis. Cap. 1. lib. 3.

EXEMPLVM XXX.

Dacius Epiſcopus propter fidem exulans dæmonem è domo quædã deſerta eijcit.

IVſtiniani principis tempore cum Dacius Mediolanẽſis vrbis Epiſcopus cauſa fidei exactus ad Conſtantinopolitanam vrbem pergeret, Corinthi deuenit. Qui dum largam domum ad hoſpitandum, quæreret quæ comitatum illius totum ferre potuiſſet, & vix inueniret, aſpexit eminus domum congruentis magnitudinis, eamque ſibi præparari ad hoſpitandum iuſſit. Cumque eiuſdem loci incolæ dicerent in ea hunc manere non poſſe, quia multis iam annis hanc diabolus inhabitaret, atque ideò vacua remanſiſſet vir venerabilis Dacius reſpondit, dicens. Immò ideo hoſpitari in domo eadem debemus, ſi hanc ſpiritus malignus inuaſit, & ab ea hominum inhabitationem repulit. In ea ſibi igitur præparari lectum præcepit, ſecuruſque illam, antiqui hoſtis certamine toleraturus, intrauit. Itaque intempeſtæ noctis ſilentio cum vir Dei quieſceret, antiquus hoſtis immenſus vocibus, magniſque clamoribus cœpit imitari. Rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus aſinorum, ſibilos ſerpentum, porcorum grunitus, ſtridoreſque foricum. Tunc repente Dacius tot beſtiarum uocibus excitatus ſurrexit, vehementer iratus contra antiquum hoſtem magnis cœpit vocibus clamare, dicens. Bene tibi contigit miſer, tu ille es qui dixiſti. Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo. Ecce per ſuperbiam tuam, porcis, & foricibus ſimilis factus es, & qui imitari Deum indignè voluiſti, ecce, vt dignus es beſtias imitari. Ad quam eius vocem, vt ita dicam, deiectionem ſuam ſpiritus malignus erubuit. An non erubuit, qui eandem domum ad exhibenda monſtra quę conſueuerat, ulterius non intrauit? Sicque poſtmodum fidelium habitaculum facta eſt, quia dum eam unus veraciter fidelis ingreſſus eſt, ab ea protinus mendax ſpiritus, atque infidelis abſceſſit. Cap. 4. lib. 3.

EXEMPLVM XXXI.

Fœminæ cohabitans Andreas Fundanæ ciuitatis Epiſcopus proximus laplui efficitur.

SEd ecce dum facta fortium uirorum narro repentè ad memoriam venit quid erga Andream Fundanę ciuitatis Epiſcopum diuina miſericordia fecerit.

Quod tamen ad hoc legẽtibus ut ualeat exempto proficere, quatenus qui corpus ſuum continentiæ dedicant, habitare cum fœminis non præſumant, ne ruina mentem tantò repentina ſurripiat, quanto ad hoc quod male concupiſcitur, etiam præſentia concupitæ formæ ſamulatur. Nec res eſt dubia quam narro, quia pene tanti in ea teſtes ſunt, quanti & eiuſdem loci habitatores exiſtunt. Hic namque venerabilis vir cum vitam multis plenam uirtutibus duceret, ſeque ſub ſacerdotali cuſto-

dia

dia in continentiæ arcæ cuſtodiret, quandam ſanctimonialem fœminam quam ſecum habuerat, noluit ab Epiſcopatus ſui cura repellere, ſed certus de ſua eiuſq; continentia ſecum hanc permiſit habitare. Ex qua re actum eſt vt antiquus hoſtis apud eius animum aditum tentationis exquireret. Nam cœpit ſpeciem illius oculis mentis eius imprimere, vt illectus nefanda cogitaret. Quadam verò die Iudæus quidam ex Campaniæ partibus Romam veniens Appiæ carpiebat iter, qui ad Fundanum diuum perueniens, cum iam diem veſperaſcere cerneret, & quo declinare poſſet, minimè reperiret, iuxta Apollinis templum fuit, ibique ſe ad manendum contulit. Qui illius loci ſacrilegium timens, quamuis fidem crucis non haberet, ſigno tamen crucis munire ſe curabat. Nocte autem media ipſo ſolitudinis pauore turbatus peruigil iacebat, & repente conſpiciens vidit malignorum ſpirituum turbam, quaſi in obſequium cuiuſdam poteſtatis præire, eum verò qui cæteris præerat in eiuſdem gremio loci conſediſſe, qui cœpit ſingulorum ſpirituum obſequentium ſibi cauſas, actuſq; diſcutere, quatenus vnuſquiſque quantum nequitiæ egiſſet inueniret. Cumque ſingu i ſpiritus ad inquiſitionem eius exponeret quid operati contra bonos fuiſſent, vnus n medium proſilijt, qui in Andreæ animũ per ſpeciem ſanctimonialis fœminæ, quæ n Epiſcopatu eius habitabat, quandã tentationem carnis cõmouiſſet aperuit. Cum verò malignus ſpiritus qui præerat hoc inianter audiret, & tanto ſibi factum lucrũ grande crederet, quanto ſanctioris viri animũ ad lapſum perditionis inclinaret tunc le ſpiritus qui hæc fatebatur adiunxit, uia aduſque hoc quoque die præterito ve pertina hora eius mentem traxi, vt in ter a eiuſdem ſanctimonialis fœminæ blãniens alapam daret. Tunc malignus ſpiritus, atque humani generis antiquus inimicus exhortatus hunc blande eſt, vt perfceret quod cœpiſſet, quatenus ruinæ illius ngulariem inter cæteros palmam teneret. Cumque Iudæus qui aduenerat hoc vigilans cerneret, & magna fœmidinis anxietate palpitaret, ab eodem ſpiritu qui cunctis illic obſequẽtibus præerat iuſſum eſt, requirerent quiſnam eſſet ille qui iacebat in templo eodem præſumpſiſſet, quem maligni ſpiritus pergentes, & ſubtilius intuentes crucis myſterio ſignatum vidêre mirantes dixerunt: Væ, væ, vas vacuum, ſed ſignatum. Quibus hoc renuncianibus cuncta illa malignorum ſpirituum turba diſparuit. Iudæus verò qui hæc uiderat ilicò ſurrexit, atque ab Epiſcopũ cum feſtinatione peruenit. Quem in eccleſia ſua reperiens, ſeorſum tulit, qua tentatione vigeretur inquiſiuit. Cui confitens Epiſcopus tentationem ſuam verecundus celauit. Cum verò ille diceret quod in illa tali Dei famula prauiamoris oculos iniecíſſet, atque adhuc Epiſcopus negaret, adiunxit dicens: Quare negas quod inquireris, qui ad hoc veſpere heſterno perductus es, vt in poſteriora eius alapam ferires? Ad quæ nimirum verba deprehenſum ſe Epiſcopus intuens, humiliter confeſſus eſt quod prius pertinaciter negauit. Cuius ruinæ & verecundiæ idem Iudæus conſulens, qualiter hoc cognouiſſet, uel quæ in contentu malignorum ſpirituum de eo audiuiſſet indicauit. Quod ille cognoſcens ſeſe protinus in terram in orationem dedit, moxque de ſuo habitaculo non ſolum eandem Dei famulam, ſed & omnem quoque fœminam quæ in eius illic obſequio habitabat expulit. In eodem verò templo Apollinis beati Andreæ Apoſtoli repente oratorium fecit atque omni illa tentatione carnis funditus caruit: Iudæum vero, cuius viſione atque increpatione ſaluatus eſt, ad æternam ſalutem traxit. Nam ſacramentis fidei imbutum, atque aqua baptiſmatis emundatum, ad ſanctæ Eccleſiæ gremium perduxit. Sicque factum eſt vt Hebræus idem de malienæ ſaluti conſuluit, peruenirent ad ſuam. & omnipotens Deus inde alterum ad bonam vitam perduceret, vnde in bona vita alterum cuſtodiſſet. Cap. 7. lib. 3.

EXEMPLVM XXXII.

Obediuit aqua præcepto Sabini Epiſcopi, qui ſcripta ſcedula manu notarij quam miraculosè compeſcuit ne terram Eccleſiæ læderet.

IN Placentina ciuitate Sabinum nomine fuiſſe aſſerunt mirę virtutis Epiſcopum.

Cui cũ de die quadam suus diaconus nunciasset, quod cursus sui Padus alueum egressus Ecclesiæ agros occupasset, totaque illic loca nutricendis seminibus profutura aqua eiusdem fluminis teneret, venerabilis vitæ Sabinus Episcopus respondit, dicens. Vade, & dic ei, mandauit tibi Episcopus vt te compescas, & ad proprium alueum redeas. Quod ille conus eius audiens despexit, & dentur. Tunc vir Domini accersito notario dictauit, dicens; Sabinus Domini nostri Iesu Christi seruus commonitorium Pado. Præcipio tibi in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt de alueo tuo in locis istis vltra eius non exeas, nec terras Ecclesiæ lædere præsumas. Atque eidem notario subiunxit, dicens. Vade, hoc scribe, & in aquam eiusdem fluminis proijce. Quo facto sancti viri præceptum suscipiens statim se a terris Ecclesiæ fluminis aqua compescuit, atque ad proprium alueum reuersa extra vltra eius in loca eadem non præsumpsit. Qua in re Deus quid aliud quàm inobedientium hominum duritia confunditur, quando in virtute Iesu elementum irrationale sancti viri præceptis obediunt. Cap. 10. lib. 3.

EXEMPLVM XXXIII.

Hospitalis Cerbonius Episcopus mirificè ab vrso occidendus honoratur.

VIr quoque vitæ venerabilis Populonij ciuitatis Episcopus Cerbonius, magnam diebus nostris sanctitatis suæ probationem dedit. Nam cum hospitalitatis studio valde esset intentus, die quadã transeuntes milites hospitio suscepit, quos susceptos Gothis superuenientibus abscondit, eorumque vitam ab eorum nequitia abscondendo seruauit. Quod cum Gothorum regi perfido Totilæ nunciatum fuisset, crudelitatis immanissimæ vesania succensus, hunc ad locum qui Octauo Huiusmodi militario Metallis dicitur, vbi tunc ipse cum suo exercitu sedebat, iussit deduci, eumque in spectaculo populi vrsis ad deuorandum proijci. Cum quo idem rex perfidus in ipso quoque spectaculo consedisset, ad aspiciendam mortem Episcopi turba magna cõfluxit populi. Tunc Episcopus in medium deductus est, atque ad eius mortem immanissimus vrsus exquisitus, qui dum humana membra crudeliter carperet, sæui regis animum saturare. Dimissus itaque vrsus ex cauea est, qui accensus & concitus Episcopum petijt, sed subito suæ feritatis oblitus, deflexa ceruice summissoque humiliter capite, lambere pedes Episcopi cœpit, vt patenter omnibus dare tur intelligi, quæ erga illum virum Dei, & ferina corda essent hominum, & quasi humana bestiarum. Tunc populus qui ad spectaculum venerat mortis, magno clamore uersus est in admonitionem uenerationis. Tunc ad eius reuerentiam colendam rex ipse per motus est, quippe cum quo superno iudicio actum fuerat, vt qui Deum sequi prius in custodienda vita Episcopi noluit, saltem ad mansuetudinem bestiam sequæretur. Cui ei qui tunc præsentes fuerunt adhuc nonnulli superstant, eam que cũ communi populo illic se uidisse testantur. Cap. 11. lib. 3.

EXEMPLVM XXXIIII.

Corpus Herculani Episcopi iussu Totilæ regis occisi post quadragesimum diem integrum, sanumque repertum est.

TOtile autem perfidi regis temporibus Perusinam urbem annis septem continuis Gothorum exercitus obsedit. Ex qua multi ciuium fugerunt, qui famis periculum ferre non poterunt. Anno uero septimo necdum finito obsessam urbem Gothorum exercitus intrauit. Tunc comes qui eidem exercitui præerat, ad regem Totilam nuncios misit, exquirens quid de Episcopo, uel populo fieri iuberet. Cui præcepit ille, dicens: episcopo prius a uertice usque ad calcaneum corrigiam tolle, & tunc caput illius amputa.

Omnem autem populum qui illic inuentus est gladio extingue. Tunc idem comes uenerabilem uirum Herculanum episcopum superuibis murum deductum capite truncauit, cuius uero eius iam mortui a uertice usque ad calcaneum incidit, vt ex eius corpore corrigia sublata uideretur. Moxque corpus illius extra murum proiecit. Tunc quidam humanitatis pietate compulsi, abscisum caput ceruice apponentes cum paruulo uno infante, qui illic

exta-

extinctus inuentus eſt, iuxta marum corpus Epiſcopi ſepulturæ tradiderunt. Cumque poſt eandem cædem die xl. rex Totila iuſſiſſet, vt ciues vrbis illius, qui quolibet diſperſi eſſent, ad eam ſine trepidatione aliqua remearent, hi qui prius famem fuerant uiuendi licentia accepta reuerſi ſunt. Sed cuius uitæ eorum Epiſcopus fuerat memores, vbi ſepultum eſſet corpus illius quæſierunt, vt hoc iuxta debitum honorem in Eccleſia ſancti Petri humarêt. Cumque itum eſſet ad ſepulchrum effoſſa terra inuene ût corpus pueri pariter humati, vtpote iam die quadrageſimo, tabe corruptum, & vermibus plenum. Corpus vero Epiſcopi ac ſi die eodem eſſet ſepultum, & quod eſſet adhuc magna duratione venerandum, quia ita caput eius vnitum fuerat corpori, ac ſi nequaquam fuiſſet abſciſſum, ſic videlicet vt nulla veſtigia ſectionis apparerent. Cumque & hoc interga uerterent exquirentes, ſi quod ſignum vel de aliqua monſtrati inciſione potuiſſet, ita ſanum atque intemeratum omne corpus inuentum eſt, ac ſi nulla hoc inciſio ferri tetigiſſet. Cap. 13. lib. 3.

EXEMPLVM XXXV.

Furari uenientes in hortum Iſaac omnes inuenti ſunt laborare.

PRioribus quoque temporibus Gothorum fuit iuxta Spoletanam urbem uir uitæ venerabilis Iſaac nomine, qui vſque ad extrema Gothorum tempora pene peruenit, quem noſtrorum multi nouerût. Hic itaque venerabilis Iſaac ortus ex Italia non fuit, ſed cum primum de Syriæ partibus ad Spoletanam vrbem veniſſet, ingreſſus Eccleſiam à cuſtodibus petiuit, vt ſibi quantum vellet licentiæ ſpacium concederetur orandi, enmque horis ſecretioribus egredi non vrgerent. Qui mox ad orandum ſtetit, diemque totum peregit in oratione, cui ſequentem continuauit, & noctem. Secundo autem die cum nocte ſequenti indefeſſus in precibus perſtitit, diem quoque tertium orationi coniunxit. Cumque hoc vnus ex cuſtodibus ſuperbiæ ſpiritus inflatus cerneret, vnde proficere debuit, inde ad defectus ſui damna peruenit. Nam hunc ſimulatorem dicere verbo ruſtico cæpit, in paſtorem clamare, qui ſe tribus diebus, & tribus noctibus orare ante oculos hominum demonſtraret. qui protinus currens virum Dei alapa percuſſit, vt quaſi religioſæ vitæ ſimulator de Eccleſia cum contumelijs ex iret, ſed hunc repente vltor ſpiritus inuaſit, atque ad uiri Dei veſtigia ſtrauit, ac per os eius clamare cœpit. Iſaac me eijcit, Iſaac me eijcit. Vir quippe peregrinus, quo cenſeretur homine neſciebatur, ſed eius nomen ille Spiritus prodidit, qui ſe ab illo eijci poſſe clamauit, mox autem ſuper vexati corpus vi Dei incubuit, & malignus ſpiritus qui eum inuaſit abceſſit. In tota vrbe tunc ſtatim quid in Eccleſia factum fuiſſet innotuit. Currere uiri & fœminæ nobiles, atque ignobiles pariter cæperunt, certatimque eum rapere in ſuis domibus conabantur. Alij ad conſtruendum monaſterium prædia, alij pecunias, alij ſubſidia quæ poterant offerre viro Dei ſuppliciter volebant. Sed ſeruus omnipotenti Domini horum nihil accipiens, egreſſus vrbem non longè deſertum locum reperit, ibique ſibi habitaculum humile conſtruxit.

Ad quem dum multi pergunt, exemplo illius ad æternæ vitæ deſiderium accendi cæperunt, atque ſub eius magiſterio in omnipotentis Domini ſeruitium dederunt. Cumq. ei crebrò diſcipuli humiliter innuerêt, vt pro vſu monaſterij poſſeſſiones, quæ offerebatur acciperent, ille ſolicitus ſuæ paupertatis cuſtos ſortem ſententiam renebat, dicens: Monachus qui in terra poſſeſſionem quærit monachus non eſt. Sic quippe metuebat paupertatis ſuæ ſecuritatê amittere, ſicut auari diuites ſolent perituras diuitias cuſtodire.

Ibi itaque prophetiæ ſpiritu, magniſque miraculis longè lateque habitantibus vitam eius inclaruit. Nam die quadam ad veſperum in hortum monaſterij fecit iactari ferramenta, quæ vſitato nos nomine Vângas vocamus. Dixit itaque diſcipulis ſuis: Tot vangas in hortum proijcite, & citius redite. Nocte verò eadem dum ex more cum fratribus ad exhibendas laudes Deo ſurrexiſſet, præcepit dicens: Ite operarijs noſtris pulmentum coquite, vt mane primo paratum ſit. Facto autem manè fecit deferri pulmentum quod parari iuſſerat,

Digitized by

atque horum cum fratrib. ingreſſus, quot Vangas iactari præceperat, totum eodem loco laborantes operarios inuenit. Ingreſſi quippe fuerat, ſed mutata mente per ſpiritum apprehenderunt Vangas quas inuenerunt, & ab ea hora qua ingreſſi fuerãt quouſque ad eos vir Dei veniret cuncta horti illius ſpacia quæ inculta fuerant coluerunt. Quibus vir Domini mox ut ingreſſus eſt, ait. Vultis fratres multum laboraſtis, iam quieſcite. Quibus illicò alimenta quæ deferebant præbuit: eosque poſt tanti laboris fatigationem refecit, ſufficienter autem refectis ait. Nolite malum facere, quoties de horto aliquid vultis, ad horta ſitum venite, tranquille petite, cum benedictione percipite, & a furti prauitate ceſſate. Quos ſtatim collectis oleribus ouantes fecit, facta quoque re, vt qui ad horum nocturni venerant, eum laboris ſui præmio, & repleti ab eo, & innocui rediret.

Cap. 14. lib. 3.

EXEMPLVM XXXVI.

Fraudulenter petẽtes veſtimenta ab Iſaac, cogniti cum multa confuſione abierunt.

ALio quoque tempore acceſſerunt ad Iſaac quidam peregrini miſericordium poſtulantes, ſciſſis veſtibus, pannis obſiti, ita vt penè nudi viderentur. Cumque ab hoc veſtimenta peterent, eorum verba vir Dei tacitus audiuit. Qui vnum ex diſcipulis ſuis protinus ſilenter vocauit, eique præcepit, dicens. Vade, atque in illa ſilua in loco tali cauam arborem require, & veſtimenta quę in ea inuenies defer. Cumque diſcipulus abijſſet, arborem ſicut fuerat iuſſus quęſiuit, veſtimenta reperit, & latenter detulit magiſtro. Quæ vir Dei ſuſcipiens, peregrinis nudis & petentibus reſpondit, & præbuit dicens: Venite quoniam nudi eſtis, ecce tollite & veſtite vos. Hęc illi intuentes recognouerunt quę poſuerunt magnoque pudore conſternati ſunt: Et qui fraudulenter veſtimenta quęrebant aliena, confuſi receperunt ſua. ibidem.

EXEMPLVM XXXVII.

Vrſus miraculosè a Florentio quodam inſtituitur, & maledicti impiecatum ſe fuiſſe illius interfectoribus fleuit, & tota vita uehementer expauit.

EOdem quoque tempore in Nurſinę partibus prouinciæ duo viri in vita atque habitu ſanctę conuerſationis habitabant, quorum vnus Euthicius, alter verò Florentius dicebatur. Sed idem Euthicius in ſpiritali zelo atque in feruore virtutum excreuerat multorumque animas ad Deum perducere exhortando ſatagebat. Florentius verò ſimplicitati atque orationi deditam ducebat vitam. Non longè autem erat monaſterium, quod rectoris ſui morte fuerat deſtitutum, ex quo ſibi monachi eundẽ Euthicium præeſſe voluerunt. Qui eorum precibus adquieſcens multis annis monaſterium rexit, diſcipulorumque animas in ſtudio ſanctę conuerſationis exercuit. Ac ne oratorium, in quo prius habitauerat ſolum remanere potuiſſet, illic uenerabilem uirum Florentium reliquit. In quo dum ſolus habitaret, die quadam in oratione ſeſe proſtrauit, atque ab omnipotenti Deo petiuit, ut ei illic ad habitandum aliquod ſolatium donare dignaretur. Qui mox ut cõpleuit orationem oratorium egreſſus, ante fores urſum reperit, ſtantem, qui dum caput ad terram reprimeret, & nihil feritatis in ſuis motibus demonſtraret, aperte dabat intelligi, quod ad uiri Dei obſequium uenijſſet. Quod uir quoque Dei protinus agnouit. Et quia in eadẽ cella pecudes quatuor uel quinque remanſerant, quibus omnino deerat qui paſceret & cuſtoditet, eidem urſo præcepit, dicens: Vade, atque has oues ad paſtum eijce, ad ſextam uero horam reuertere. Cępit hoc itaque indeſinenter agere. Iniungebatur urſo cura paſtoralis, & quas manducare cõſueuerat, paſcebat oues beſtiaſ ieiunans. Cum uir Domini ieiunare noluiſſet ad nonam, præcipiebat hora eadem urſo cum ouibus reuerti, cum uerò noluiſſet ad ſextam. Atque ita in omnibus mandato uiri Dei obtemperabat urſus, ut neque ad ſextam horam iuſſus, rediret ad nonam, neque ad nonam iuſſus, rediret ad ſextam. Cumque diu hoc ageretur,

cœpit

cępit in eodem loco tantę virtutis longè lateque fama creſcere. Sed quia antiquus hoſtis vnde bonos cernit eniteſcere ad gloriam, inde peruerſos per inuidiam rapit ad pęnam quatuor viri ex diſcipulis beati Euthicij vehementer inuidentes quod eorum magiſter ſigna nō faceret, & is qui ſolus ab eo relictus fuerat, tanto hoc miraculo clarus apparebat, eundem vrſum inſidiantes occiderunt. Cumque hora qua iuſſus fuerat non rediret, uir Dei Florentius ſuſpicatus eſt rediturum, quem uſque ad veſpe am expectans affligi cępit, quod is quem ex ſimplicitate multa fratrem vocare cōſueuerat, vrſus minimè reuerteretur. Dic verò altera perrexit ad agram, vrſum pariterque oues quæſiturus, quem occiſum reperit. Sed ſollicitè inquirens citius à quibus fuerat occiſus inuenit. Tunc ſeſe in lamentis dedit, fratrum magis malitiam quā vaſi mortem deplorans. Quem vir venerandus Euthicius ad ſe deductum conſolari ſtuduit. Sed idem vir Domini coram eo magni doloris ſtimulis accenſus, imprecatus eſt dicens Spero in Deo, quia in hac vita ante oculos hominū ex malitia ſua vindictam recipient, qui nil ſe lędentem vrſum meum occiderunt. Cuius uocem protinus ultio diuina ſecuta eſt. Nam quatuor monachi qui eundem vrſum occiderunt, ſtatim elephantino morbo percuſſi ſunt, vt membris putreſcentibus interirent. Quod factum uir Dei Florentius uehemēter expauit, ſeque ita fratribus maledixiſſe pertimuit. Omni enim tępore uitæ ſuæ flebat, quia exauditus fuerat, ſe crudelem in eorum morte clamabat homicidam. Quod idcirco omnipotentem Deum feciſſe credimus, ne uir miræ ſimplicitatis quāto libet dolore commotus, intorquere ultra præſumeret iaculum maledictionis. Euthicius uerò qui prędicti Florentij in uia Dei ſocius fuerat, magis poſt mortem claruit in uirtute ſignorum. Nam cum multa ciues urbis illius de eo ſolent narrare mi a cula, illud tamen eſt præcipuum quod uſque ad hæc Longobardorum tempora omnipotens Deus per ueſtimentum illius aſſiduè dignatur operari. Nam quoties pluuia deerat, & æſtu nimio terram longa ſiccitas exurebat, collecti in unum ciues urbis illius eius tunicā leuare, atque in conſpectu Domini cum precibus offerre conſueuerant. Cum qua dum per agros exorarent, pergerent repente pluuia tribuebatur, quæ plenè terram ſatiare potuiſſet. Ex qua repatuit, eius anima quid uirtutis intus, quid meriti haberet, cuius foris oſtenſa ueſtis ab eis iram conditoris auerteret, Capit. 15. lib. 3.

EXEMPLVM XXXVIII.

Dæmonis nomine uocans mancipiū ſuum Stephanus presbyter, ut ſe diſcalciaret ſtatim ſenſit diabolica factione calceos disligari.

QVidam qui nunc nobiſcum ſunt, rem quam narro teſtantur, quod uir uitæ uenerabilis Stephanus nomine, Valeriæ prouinciæ presbyter fuit, huius noſtri Bonifacij diaconi atque diſpenſatoris Eccleſiæ agnatione proximus. Qui quadam die de itinere domum regreſſus, mancipio ſuo negligenter loquens præcepit, dicens: Veni diabole diſcalcia me. Ad cuius uocem mox cæperunt ſe caligarū corrigiæ in ſumma uelocitate diſſoluere, ut aperte conſtaret quod ei ipſe qui uocatus fuerat ad extrahendas caligas diabolus obediſſet. Qđ mox ut presbyter uidit, uehementer expauit, magniſque uocibus cœpit clamare dicens. Recede miſer, recede, non enim tibi, ſed mancipio meo locutus ſum. Ad cuius vocem protinus receſſit, ita vt (ſicut inuentæ ſunt) magna iam ex parte diſſolutæ remanſerint. Quam in re colligi poteſt quia antiquus hoſtis, qui tam præſto eſt factis corporalibus, quam nimijs inſidijs noſtris cogitationibus inſiſtat. Cap. 20. lib. 3.

EXEMPLVM XXXIX.

Parentibus inuitis ſpiritualem militiam aggreſſa uirgo exhęredatur, poſtea dæmonem ex obſeſſo eijcit.

IN Spoletana urbe puella quædam iam nubilis cuiuſdam primarij filia cœleſtis uitæ deſiderio exarſit, eique pater reſiſtere ad uiam uirę conatus eſt. Sed contempto patre ſanctæ conuerſationis habitū quæſiuit, ac ſuſcepit. Qua ex re factum eſt, ut eam pater ſuæ ſubſtantiæ exheredem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

tæ,uir Dei tacitus sedit, singulatim omnes considerare studuit, & omnes alias eligés, atque seorsum ponens, oblationes quas idem Carce ius transmiserat per spiritum cognouit,spreuit,& abiecit,dicens. Ite,& dicite ei, oblationem suam omnipotenti Deo abstulisti, & mihi tuas oblationes transmisi? ego tuam oblationem non accipio, quia suam oblationem abstulisti Deo. Qua ex re actum est, ut præsentes quosque magnus timor inuaderet, cum uir Dei de absentibus tam scienter iudicaret. Cap.26.lib.3.

EXEMPLVM XLII.

Ecclesiam ui intrare uolens quidam Arrianus Episcopus subitanea cæcitate percutitur.

CVm ad Spoletanum urbem Longobardorum Episcopus, scilicet Arrianus uenisset, & locum illic ubi solemnia sua ageret non haberet, cœpit ab eius ciuitatis Episcopo Ecclesiam petere,quam suo errori dederet. Quod dum ualde Episcopus negaret idem qui uenerat Arrianus beati Pauli Apostoli illic Ecclesiam cominus sitam se die altero uiolenter intraturum esse professus est. Quod eiusdem Ecclesiæ custos audiens festinus cucurrit: Ecclesiam clausit,seris munuit. Facto autem uespere omnes lampades extinxit,seque in interioribus abscondit. In ipso autem subsequentis lucis crepusculo Arrianus Episcopus collecta multitudine aduenit, clausas Ecclesiæ ianuas affringere paratus, sed repente cunctæ simul portæ diuinitus concussæ, abiectisque longius seris apertæ sunt, atque cum magno sonitu omnia Ecclesiæ claustra patuerunt, & effuso desuper lumine, omnes quæ extinctæ fuerunt lampades accensæ sunt. Arrianus uero Episcopus qui uim facturus aduenerat subita cæcitate percussus est, atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem ragione positi omnes agnoscerent, nequaquam ulterius præsumpserunt catholica loca temerare. Miro etenim modo res gesta est, ut qui ia eiusdem Arriani causa lampades in ecclesiam beati Pauli fuerat extincturus, uno eodemque tempore, & ipse lumen perderet, & in Ecclesia lumen lampades ipse reciperent. Cap.29.lib.3.

EXEMPLVM XLIII.

Ecclesia Arriana dedicatur a sancto Gregorio, quapropter dæmon in specie porci eam exire compellitur, & alia multa in eadem Ecclesia ostenduntur.

SEd neque hoc sileam quod ad eiusdem damnationem Arrianæ hæresis in haq quoque urbe ante biennium superna pietas monstrauit. Ex his quæ narro, aliud populus agnouit,alia autem sacerdotes, & custodes Ecclesiæ se audisse, & uidisse testantur. Arrianorum Ecclesia in regione urbis huius quæ Suburra dicitur, cum clausa usque ad ante biennium remansisset, placuit ut in fide catholica introductus illic beati Sebastiani,& sanctæ Agathe uirginis martyrum reliquijs dedicari debuisset. qđ & factum est. Nam cum magna multitudine populi uenientes, atque omnipotenti Dei laudes canentes,eadem Ecclesiam ingressi sumus. Cumque iam in ea missarum solemnia celebrarentur, & præ eiusdem loci angustia populi se reprimeret multitudo, quidam ex his qui extra sacrarium stabant porcum, subito intra suos pedes huc illucque discurrere senserunt. Quem dum unusquisque sentiret, & iuxta se stantibus indicaret, idem porcus Ecclesiæ ianuas petijt, & omnes per quos transiuit in admiratione commouit, sed uideri a nullo potuit, quamuis sentiri potuisset. Quod idcirco diuina pietas respondit,ut cunctis patesceret,quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta autem missarum celebratione recessimus, sed adhuc nocte eadem magnos in eiusdem Ecclesiæ rectis strepitus factus est,ac si in eis aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte grauior sonitus excreuit. Tum subito tanto errore insonuit, ac si omnis illa Ecclesia a fundamentis fuisset euersa,& protinus recessit, ac nulla illic ulterius inquietudo antiqui hostis apparuit; sed per terrorus sonitum quem fecit innotuit a loco quem diu tenuerat quam coactus exibat. Post paucos uero dies in magna serenitate aeris super altare eiusdem Ecclesiæ nubes celitus descendit, suoque illud uelamine operuit,

Digitized by Google

omnemque Ecclesiam tanto terrore atque suauitate odoris repleuit, vt patentibus ianuis nullus illic præsumeret intrare, & sacerdotes atque custodes, & hi qui ad celebranda missarum solemnia venerunt, rem videbant, ingredi minimè poterant, & suauitatem mirifici odoris trahebant. Die vero alio cum in ea lampades sine lumine penderent, emisso diuinitus lumine sunt accensæ. Atque post paucos iterum dies cum expletis missarum solemnijs extinctis lampadibus custos ex eadem Ecclesia egressus fuisset, post paululum intrauit, & lampades quas extinxerat lucentes reperit, quas negligenter extinxisse se credidit, atq; eas iam solicitus extinxit qui exiens Ecclesiam clausit. Sed post horarum trium spacium regressus, lampades quas extinxerat lucentes inuenit, vt videlicet ab ipso lumine apertè clarescceret, quia locus de tenebris ad lucem veniisset. Cap. 30. lib. 3.

EXEMPLVM XLIIII.

Martyr effectus Herminigildus iussu patris regis Arriani quantis miraculis coruscauit.

NVper Herminigildus Liuigildi regis VVisigothorum filius ab Arriana hæresi ad catholicam fidem viro Reuerendissimo Leandro Hispalitano Episcopo dudum mihi in amicitijs familiariter iuncto prædicante conuersus est. Quem pater Arrianus vt ad eandem hæresim rediret, & præmijs suadere, & minis terrere conatus est. Cumque ille constantissimè responderet nunquam se veram fidem posse relinquere, quam semel agnouisset, iratus pater eum priuauit regno rebusque omnibus expoliauit. Cumque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset, in arcta illum custodia concludens, collum manusque illius ferro religauit. Cæpit itaque Herminigildus rex iuuenis terrenum regnum despiciens, & forti desiderio cœleste quærens in cilicijs iacere, vinculatus omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere: tantoque sublimius gloriam transeuntis modi despicere, quanto & religatus agnouerat nihil fuisse quod poterat auferri. Superueniente autem Paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum per fidus pater Arrianum Episcopum misit, vt ex eius manu sacrilegæ consecrationis cõmunionem susciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arriano Episcopo venienti exprobrauit vt debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit, quia etsi exterius iacebat ligatus, apud se in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reuerso Episcopo Arrianus pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei vbi iacebat occiderent, quod & factum est. Nam mox vt ingressi sunt, securim cerebro illius infigentes, vitam corporis abstulerunt, hoc quidem valentes in eo perimere, quod ipse quoque qui peremptus est in se constiterat despexisse. Sed pro offendenda uera eius gloria, superna quoque non defuere miracula. Nam cœpit in nocturno silentio psalmodiæ cantus ad corpus eiusdem regis, & martyris audiri, atque ideo veraciter regis, quia martyris. Quidam etiam ferunt, quod illic nocturno tempore accensæ lampades apparebant. Vnde factum est vt corpus eius tanquam martyris a cunctis fidelibus venerari debuisset. Pater verò perfidus, & parricida, commotus pœnitentia hoc fecisse se doluit, nec tamen vlq; ad obtinẽdam salutem pertinuit. Nam quia uera esset catholica fides agnouit, sed gentis suæ timore perterritus, ad hanc peruenire non meruit. Qui oborta ægritudine ad extrema perductus est, & Leandro Episcopo quem prius vehementer afflixerat, Recharedum regem filium, quem in sua hæresi relinquebat, commendare curauit: vt in ipso quoq; talia faceret, qualia in fratre illius suis exhortationibus ante fecisset, qua videlicet commẽdatione expleta defunctus est rex. Post huius mortem Recharedus rex non patrem perfidem, sed fratrem martyrem secutus, ab Arrianæ hæreseos prauitate conuersus est, totamque VVingothorum gentem ita perduxit ad veram fidem, vt nullũ suo regno militare permitteret, qui in regno Dei hostis existere per hæreticam perfidiam non timeret. Nec mirum quod veræ fidei prædicator factus est, qui frater est martyris. Cap. 31. lib. 3.

EXEM

EXEMPLVM XLV.

Luxuria inquinans se quidam Episcopus, qui abscisa profide lingua loqui poterat. statim post lapsum gratiã illam perdidit.

IVstiniani Augusti temporibus, dum cõtra catholicorum uitam exorta a V Vandalis Arriana persecutio in Africa uehementer insaniret, quidam in defensione ueritatis Episcopi fortiter persistentes ad medium sunt deducti, quos V Vãdalorum res verbis ac muneribus flectere ad perfidiã non ualens, tormentis frangere posse se credidit. Nam cum eis in ipsa defensione ueritatis silentium indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse uiderentur. raptus in furorem, eorum linguas abscidi radicitus fecit. Res mira & multis nota senioribus, quia ita post pro defensione ueritatis etiã sine lingua loquebantur, sicut prius loqui per linguam consueuerant. Hi itaque eo tempore profugi ad Constantinopolitanam urbem uenerunt. Ego quoque tempore quo pro explendis responsis Ecclesiæ ad principem ipse transmissus sum, seniorem quẽdam Episcopum reperi, qui adhuc eorum ora sine lingua loquentia uidisse se testabatur, ita ut apertis orib. clamarent: Ecce uidete, linguas nõ habemus, & loquimur. Videbatur enim a respicientib. ut referebat, quia abscisis radicitus linguis, quasi quoddam barathrum patebat in gutture, & tamen ore uacuo plena & integra uerba formabatur. Quorum unus illic in luxuriam lapsus mox priuatus est dono mirabili. Recto videlicet omnipotentis Dei iudicio, ut qui carnis continentiam neglexerat seruare, sine lingua carnea non haberet uerba ueritatis. Cap. 32. lib. 3.

EXEMPLVM XLVI.

Iactantia sua sanctus Eleutherius puerũ, quem a dæmone liberauerat, rursum ob sideri promeruit.

ELeutherius pater monasterij beati Euangelistæ Marci, quod in Spoletanæ urbis promerijs situm est, diu mecum in hac urbe in meo monasterio conuersatus, ibique defunctus est. Quem sui discipuli ferebant orando mortuum suscitasse. Vir autem tantæ simplicitatis erat, & omnis compunctionis ut dubium non esset, quin illæ lacrymæ, ex tam humili simpliciq. mente editæ, apud omnipotentem Dominum multa obtinere potuissent. Huius ergo aliquod miraculũ narro, quod inquisitus mihi simpliciter & ipse faciebatur. Quadam namque die dum iter carperet, facto vespere cum ad secedẽdum locus deesset, in monasterio virginum deuenit, in quo quidam paruulus puer erat, quẽ malignus spiritus omni nocte uexare consueuerat. Sed sanctimoniales fœminæ ut uirum Dei susceperunt, eum rogauerunt, dicentes; Tecum pater puer iste hac nocte maneat. Quod ipse benignè susceperit, secumque eum nocte eadem iacere permisit. Facto autem mane cœperunt sanctimoniales fœminæ eundẽ patrem uigilanter inquirere, si quid puer quem dederant nocte eadem fecisset. Qui miratus cur ita requirerent respondit: Nihil. Tunc illi innotuerunt eiusdem pueri causam, & quod malignus spiritus nulla ab eo nocte recederet indicauerunt, summopere postulantes, ut hunc ad monasterium secum tolleret, qui iam uexationem illius uidere non posset. Consensit senex, puerum ad monasterium duxit. Qui cum multo tempore in monasterio fuisset, atq. ad hunc malignos spiritus accedere minime præsumpsisset, eiusdem senis animus de salute pueri immoderatus per lætitiam tactus est. Nam coram positis fratrib. dixit quod diabolus sibi cum illis sororib. iocabatur. At vero vbi ad seruos Dei ventum est, ad hunc puerum accedere non præsumpsit, postquam vocem hora eadem ac momento idem puer coram cunctis fratribus diabolo se inuadente vexatus est. Quo viso senex se protinus in lamenta dedit, quẽ dum lugentem diu fratri consolari voluissent, respondit, dicens. Credite mihi, quia in nullius vestrum ore hodie panis ingreditur, nisi iste puer a dæmonio fuerit ereptus. Tunc se in orationem cum cunctis fratrib. strauit & eo usq. oratum est, quousque puer a vexatione sanaretur. Qui & tã perfecte sanatus est, ut ad hunc malignus spiritus accedendi ausum vlterius non haberet. Cap. 33. lib. 3.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM XLVII.

Sollicitudinem ſuam proijciens in Dominus ſanctus Sanctulus uno pane multos operarios per continuos decem dies ſatiauit.

PResbyter quidam Sanctulus nomine, quodam tempore dum in prælo Longobardi oliuam premerent, ut in oleum liquare debuiſſet, ſicut iocundi erat & uultus & animi, utrem vacuum ad prælium detulit, laborantesque Longobardos læto vultu ſalutauit, utrem protulit, & iubendo potius quam petendo eum ſibi impleri dixit. Sed gentiles viri, quia toto iam die frustra laborauerant, atque ab oliuis exigere oleum torquendo non poterant, uerba illius moleſte ſuſceperunt, eamque iniurijs infectati ſunt. Quibus vir Dei lætiori vultu adhuc reſpondit, dicens; Si pro me oreris, & illum utrem Sancti impleatis, & ſic ad uos reuertetur. Cumque illi ex oliuis oleum defluere non cernerent, & uirum Dei ad implendum, utrem ſibi inſiſtere uiderent, uehementer accenſi maiorib. hunc uerborum contumelis deteſtari cœperunt. Vir autem Dei videns quod ex prelo oleum nullo modo exiret, aquam ſibi dari petijt, quam cunctis videntibus benedixit, atque in prælum ſuis manibus iactauit. Ex qua protinus benedictione tanta vbertas olei prorupit, ut Longobardi qui prius tu incaſſum laborauerant, non ſolum ſua vaſcula omnia, ſed vtrem quoque quem uir Dei detulerat implerent. Gratias agebãt, quia is qui oleum petere uenerat, benedicendo dedit quod poſtulabat. Alio quoque tempore dum vehemens ubique fames incubuiſſet, etiam beati Laurentij martyris Eccleſia a Longobardis fuerat incẽſa. Quam vir Dei reſtaurari cupiens, multos artifices ac plures ſubminiſtrantes operarios adhibuit, quib. neceſſe erat vt quotidiani ſumptus laborantibus ſine dilatione præberentur. Sed exigente eiuſdem famis neceſſitate pannis defuit, cœpere laborantes inſtanter victum quærere, quia uires ad laborem propter inopiã non haberent. Quod uir Dei audiens, eos verbis conſolabatur foris promittendo qđ deerat, ſed ipſe grauiter anxiabatur intus exhibere cibum non valens quem promittebat. Cum verò hac illuc anxius pergeret, deuenit ad clibanum, in quo vicinę mulieres pridie coxerant panes, ibiq. incurua tus, aſpexit, ne fortaſſe a coquentib. panis remanſiſſet. Tum repente panem mirę magnitudinis, atq; inſoliti candoris inuenit, quem detulit quidem, ſed deferre artificib. noluit, ne fortaſſe alienus eſſet, & culpam velut ex pietate perpetraret. Per vicinas itaq. mulieres hunc detulit, eumque omnibus oſtendit, ac ne cui earum remanſiſſet, inquiſiuit. Omnes autem quæ pridie coxerant panem ſuum hunc eſſe negauerunt, atque panes ſuos ſe integros numeroſa clibano retuliſſe profeſſæ ſunt. Tunc lætus uir Domini perrexit ad multos artifices cum vno pane, & vt omnipotenti Deo gratias agerent, admonuit, & quomodo eis annonam præbuerat indicauit eiſq. ad refectionem protinus inuitatis inuentũ panem apposuit. Quibus ſufficienter pleneq. ſatiatis, plura ex eo quam ipſe panis fuerat fragmẽta collegit. Quę frustra die quoque altero eis ad refectionem intuli, ſed idem quod ex fragmentis ſupererat, ipſa quoque quæ appoſita fuerant fragmenta ſuperabat. Factumque eſt vt per dies decem cęſi illi artifices, atque operarij ex illo uno pane ſatiati, hunc & quotidie ederẽt, & ex eo quod quotidie edi poſſet, in craſtinũ ſupereſſet, ac ſi fragmenta panis illius per eum crescerent, & cibum comedentium ora repararent Cap. 7. lib. 3.

EXEMPLVM XLVIII.

Charitate accenſus Sanctulus ſeipſum pro diacono quodam dedit in mortem, & a ſancto Ioanne Baptiſta, cui deuotus erat, ne gladio percuteretur, præſeruatur.

SEd ne diuitius mireris quid in uirtute Domine Sanctulus uenerãdus uir fecerit exterius, audi ex uirtute Domini qualis interius fuit. Die etenim quadam a Longobardis captus quidam diaconus tenebatur ligatus, eumq. ipſi qui tenuerant, ut interficerent cogitabant. Adueſperaſcente autẽ die vir Dei Sanctulus ab ijdem Longobardis petijt ut relaxari, eique uita concedi debuiſſet, quod poſſe ſe facere omnino negauerunt. Cumque mortẽ illius deliberaſſe eos cerneret, petiuit ut ſibi ad cuſtodiam tradi debuiſſet. Cui protinus reſponderunt. Tibi quidem ad cuſtodiẽdum

eum

Digitized by Google

ēum damus, ſed ea conditione interpoſita vt ſi iſte fugerit, proeo ipſe morieris. Quod vir Dei libenter accipiens, prædictum diaconum in ſuam ſuſcepit fidem, quem nocte media cum Longobardos omnes ſomno graui depreſſos aſpiceret, excitauit, & ait. Surge, & concitus fuge, liberet te omnipotens Deus.

Sed idem diaconus promiſſionis eius non immemor, reſpondit dicens: Fugere pater non poſſum: quia ſi ego fugero, pro me ſine dubio ipſe morieris. Quē uir Dei Sanctulus ad fugiendum compulit, dicēs: Surge, & vade, te omnipotēs Deus eripiat nam & ego in manu eius ſum. Tantum in me poſſunt facere, quantum in me ipſe permiſerit. Fugit itaque diaconus, & quaſi deceptus in medio fideiuſſor remanſit. Facto ergo mane Longobardi qui diaconum ad cuſtodiendum dederant, uenerunt, quē dederant petierunt, ſed hunc venerādus preſbyter fugiſſe reſpondit. Tunc illi inquiunt: Scis ipſē melius quid conuenit. Seruus autem Domini conſtanter ait. Scio, Cui dixerunt, Bonus homines, nolumus te per varios cruciatus mori, elige tibi mortē quam vis. Quibus vir Domini reſpondit dicens: In manu Dei ſum, ea morte me occidite, quia ipſe me occidi permiſerit. Tunc omnibus qui illic aderant Longobardis placuit vt eum capite truncare debuiſſent, quatenus ſine graui cruciatus uitam eius compēdioſa morte terminarent. Cognito itaque quod Sanctulus, qui inter eos pro ſanctitatis reuerentia magni honoris habebatur, occidendus eſſet, omnes qui in eodem loco inuenti ſunt Longobardi conuenerunt ſicut ſunt nimiæ crudelitatis, læti ad ſpectaculum mortis. Circunſteterunt itaque acies: Vir autem Domini deductus in medium eſt, atque ex omnibus fortibus uiris electus eſt vnus, de cuo dubium non eſſet quod vno ictu caput eius abſcinderet. Venerandus ergo vir inter armatos deductus, ad ſua arma ſtatim cucurrit nam petiuit vt ſibi paululum licentia daretur orandi. Cui cum conceſſum fuiſſet, in terram ſe ſtrauit & orauit. Qui dum paulo diutius oraret, hunc electus interfector calce pulſauit vt ſurgeret, dicens. Surge, & flexo genu tende ceruicem. Surrexit autem vir Domini, genu flexit, ceruicem tetendit, ſed tenſo collo eductam contra ſe ſpatam intuens, hoc vnum fertur publicè diciſſe. Sancte Ioannes ſuſcipe illam. Tunc electus carnifex enaginatum gladium tenens, niſu forti in altum brachium percuſſurus leuauit, ſed deponere nullo modo potuit, nam repente diriguit, & erecto in cælum gladio brachium inflexibile remanſit. Tūc omnis Longobardorum turba quæ ad illud mortis ſpectaculum aderat, in laudis fauorem conuerſa mirari cæpit, uirumque Dei cum timore venerari, quia profecto claruit cuius ſanctitatis eſſet, qui carnificis ſui brachium in aere ligaſſet. Itaque poſtulatus, vt ſurgeret, ſurrexit, poſtulatus vt brachiū ſui carnificis ſanaret, negauit, dicens. Ego pro eo nullo modo orabo, niſi mihi antea iuramentum dederit, quia cum manu iſta chriſtianum hominem non occidet. Sed Longobardus idem qui (vt ita dicam) brachium contra Deum tendēdo perdiderat, pœna ſua exigente compulſus eſt iurare ſeſe chriſtianum hominem nunquam occidere. Tunc vir Dei præcepit, dicens. Depone manum deo ſum. Qui ſtatim depoſuit, atque illicò adiunxit. Remitte gladium in uaginam. Et ſtatim remiſit. Omnes ergo tāte uirtutis hominem cognoſcentes, boues & iumenta quæ deprædati fuerant, certatim ei offerre in munere uolebant, ſed vir Dei tali ſuſcipere munus tenuit, minus autem bonæ mercedis quæſiuit, dicens. Si mihi aliquid vultis concedere, omnes captiuos quos habetis mihi tribuite, vt habeam vnde pro vobis deleā orare. Factum que eſt, quod omnes captiuicum eo dimiſſi ſunt, atque ſuperna gratia diſponente, cum ſe unus pro vno morti obtulit, multos a morte liberauit Nihil in hacre in Sanctulo mireris, ſed penſa ſi potes, quis ille ſpiritus fuerit, qui eius tam ſimplicem mentem tenuit atque in tantæ uirtutis culmine erexit. Vbi enim eius animus fuit quando mori pro proximo tam conſtanter decreuit, & pro temporalis uita fratris unius deſpexit ſuam, atque ſub gladio ceruicem tetendit. Quæ ergo vis amoris illud cor tenuit, quod mortem ſuam pro vnius ſalute proximi non expauit. Scimus certe quia idem vir venerabilis Sanctulus ipſa elementa quoque literarum plene non nouerat, legis præcepta neſciebat, ſed quia plenitudo legis eſt charitas, legem totam in Dei ac proximi dilectione ſeruauit, & quod foris in

cogni-

cognitione non nouerat, ei intus viuebat in amore, & qui nunquam fortaſſe legerat quod de redemptore noſtro Ioannes Apoſtolus dixit. Quoniam ſicut ille pro nobis animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus animas ponere, tam ſublime apoſtolicum præceptum faciendo magis, quàm ſciendo nouerat. Comparemus ſi placet cum hac noſtra indocta ſcientia illius doctem ignorantiam, Ibi hęc noſtra iacet, vbi illius diſciplina eminet. Nos de virtutibus vacui loquimur, & quaſi inter fructifera arbuſta poſiti, odoramur poma, nec manducamus. Ille virtutum fructus carpere nouerat, quamuis hos in verbis odorari neſciebat. Cap. 37. lib. 3.

Ex quarto libro Dialogorum D. Gregorij.

EXEMPLVM XLIX.

Tentatus tribulationibus ſanctus quidam nomine Spes quantum a Domino dilectus erat miracula circa eius mortem exhibita prodiderunt.

ADhuc in monaſterio meo poſitus cuiuſdam valde venerabilis viri relatione cognoui quod dico. Aiebat enim, quia venerabilis pater nomine Spes monaſterium conſtruxit in loco, cui vocabulum Cample eſt, qui ſexti ferè miliarij interiacente ſpacio à vetuſta Nurſiæ vrbe diſiungitur. Hunc omnipotēs & miſericors Deus ab æterno verbere flagellando protexit, eique diſpenſationis ſuæ maximam & ſeueritatem ſeruauit & gratiam, quantumque eum prius flagellando dilexerat, poſtmodū perfecte ſanando mōſtrauit. Eius namque oculos per quadraginta annorum ſpacia continuæ cæcitatis tenebris preſſit, nullum ei lumen vel extremæ viſionis aperiēs. Sed quia nemo in verbere illius gratia ſe deſtituente ſubſiſtit, & niſi idem miſericors pater qui pœnam irrogat, patientiam præſtet, mox per impatientiam peccatum nobis ipſa auget correptio peccatorum, fitque modo miſerabili vt culpa noſtra vnde ſperare debuit terminum, inde ſumat augmētum, idcirco, noſtra Deus infirma conſpiciens flagellis ſuis cuſtodiam permiſcet, atque in percuſſione ſua electis filijs nunc miſericorditer iuſtus eſt, vt ſint quibus debeat poſtea iuſte miſereri. Vnde venerabilem ſenem dum exterioribus tenebris premeret, interna luce nunquam deſtituit. Qui cum flagello fatigaretur corporis, habebat per ſancti ſpiritus cuſtodiam conſolationem cordis: Cum verò anni iam quadrageſimi fuiſſet in cæcitate tempus expletum, ei Dominus lumen reddit vicinum ſuum denunciauit obitum, atque vt in monaſterijs circumquaque conſtructis verbum vitæ prædicaret, admonuit, quatenus corporis recepto lumine, viſitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Qui ſtatim iuſſis obtemperans fratrum cœnobia circumijt, mandata vitæ quæ agendo didicerat, prædicauit. Quintodecimo ergo die ad monaſterium ſuum peracta prædicatione reuerſus eſt, ibique fratribus conuocatis aſtans in medio ſacramentum Dominici corporis & ſanguinis ſumpſit, moxque cum eis myſticos pſalmorum cantus exorſus eſt. Qui illis pſallentibus orationis intētus animam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant, ex ore eius columbam exiſſe viderunt, quæ mox aperto oratorij tecto egreſſa aſpicientibus fratribus penetrauit cœlum. Cum id circo animam in columbæ ſpecie aperuiſſe credendum eſt, vt omnipotens Deus ex hac ipſa ſpecie oſtenderet, ei vir ille quam ſimplici corde ſeuiſſet. Cap. 10. lib. 4.

EXEMPLVM L.

Fœminarum conſortium repellens presbyter quidam ſanctorum Petri, & Pauli meruit viſitatione moriturus ad cæleſtia regna uocari.

IN eadem prouincia Nurſiæ presbyter quidam commiſſam ſibi cum magno timore Domini regebat Eccleſiam. Qui ex tempore ordinis accepti presbyteram ſuā vt ſororem diligens, ſed quaſi hoſtē cauens, ad ſe propius accedere nunquam ſinebat, eamque ſibimet appropinquare nulla occaſione permittens, ab ea ſibi familiaritatis communionem funditus abſciderat. Habēt quippe ſancti viri hoc proprium, nam vt

ſemper

temper abilliciis longè ſint, a ſe plerumque licita abſcindunt. Vnde idem vir ne aliquam per eam vnquam incurreret culpam ſibi etiam miniſtrari per illam reculabat neceſſaria. Hic ergo venerabilis presbyter cum longam vitę impleſſet ætatem, anno quadrageſimo ordinationis ſuę inardeſcente grauiter febre correptus ad extremа deductus eſt. Sed cum eum præsbytera ſua conſpiceret, ſolutis iam membris quaſi in mortem diſtenſum, vtrum ei adhuc vitale ſpiramen ineſſet naribus eius appoſita curauit aure dignoſcere. Quod ille ſentiens, cui tenuiſſimus inerat flatus, quanto anniſu valuit vtique qui potuiſſet, inferueſcente ſpiritu collegit vocem atque erupit, dicēs: Recede a me mulier: adhuc igniculus vivit, paleam tolle. Illa ergo recedente, creſcente virtute corporis cum magna cępit lætitia clamare, dicens: Bene veniant Domini mei, bene veniant Domini mei, quid ad tantillum ſeruum veſtrum eſtis dignati conuenire? Venio, venio, gratias ago, gratias ago. Cumque hoc iterata crebrò voce repeteret, quibus hoc diceret, non fuit qui illum circunſteterunt, requirebant. Quib, ille admirādo reſpondit, dicens: Nunquid conueniſſe hic ſanctos Apoſtolos non videtis? beatum Petrum, & Paulum primos Apoſtolorum non aſpicitis? Ad quos ite ū conuerſus dicebat. Ecce venio, atque inter hæc verba animam reddidit. Et quia veraciter ſanctos Apoſtolos videret, eos etiam ſequendo teſtatus eſt. Quod plerumque cō tingit iuſtis ut in morte ſua ſanctorum prę cedentiū viſiones aſpiciant, ne ipſam mortis ſuæ pœnalem ſententiam pertimeſcant ſed dum eorum menti æternorum ciuium ſocietas oſtenditur, a carnis ſuæ copulatione ſine dolo is, & formidinis fatigatione ſoluantur. Cap. 11. lib. 4.

EXEMPLVM LI.

Caſtitatis amatrix Galla ſecundum matrimonium reſpuit, & a ſancto Petro viſitata ad cęleſtem ſponſum læta perrexit.

INterea neque hoc ſilendum arbitror quod mihi perſonarum grauium atque fidelium eſt relatione compertum. Gothorum namque tempore huius vrbis nobiliſſima puella Galla Symmachi conſulis ac Patricij filia inter adoleſcentiæ tempora marito tradita, in vnius anni ſpacio eius eſt morte viduata. Quam dum feruēte mūdi copia ad iterandum thalamum, & opes & ętas uocarent, magis elegit ſpiritalibus nuptijs copulari Deo, in quibus a luctu incipitur, ſed ad gaudia ęterna peruenitur, quam carnalibus nuptijs ſubijci, quæ a lætitia ſemper incipiunt, & ad finem cum luctu tendūnt. Huic autem cum ualde ignea conſperſio corporis ineſſet, cœperunt medici dicere. Quia niſi ad amplexus uiriles rediret, calore nimio contra naturam barbam eſſet habitura, quod ita poſt factū eſt. Sed ſancta mulier nihil exterioris deformitatis timuit, quæ interioris ſponſi ſpeciem amauit, nec uerita eſt ſi hoc in illa fędare tur, quod a cęleſti ſponſo in ea non amaretur. Mox ergò ut eius coniux defunctus eſt, abiecto, ſeculari habitu ad omnipotentis Dei ſeruitiū ſeſe apud beati Petri Apoſtoli Eccleſiam monaſterio tradidit, ibique multis annis ſimplicitati cordis atque orationi dedita, larga indigentibus eleemoſynarum opera impendit. Cumque omnipotens Deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuiſſet, cancri ulcore in mammilla percuſſa eſt. Nocturno autem tempore ante lectum illius duo candelabra lucere conſueuerant, quia uidelicet amica lucis non ſolum ſpiritales, ſed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, uidit beatum Petrum intra utraque candelabra ante lectulum ſuum aſtitiſſe, nec perterrita timuit, ſed ex amore ſumens audaciam exultauit, eique dixit: Quid es Domine mi? Dimiſſa ſunt mihi peccata mea? Cui ille, benigniſſimi ut eſt uultus, inclinato capite annuit, dicens, Dimiſſa, ueni. Sed quia quandam ſanctimonialem fęminam in eodem monaſterio prę exteris diligebat, ilico Gallā ſubiunxit. Rogo ut ſoror Benedicta mecū ueniat. Cui ille reſpondit; Non ſed illa talis tecum ueniat. Hæc uerò quam petis, die te erit triceſimo ſecutura. His ergò expletis Apoſtoli uiſio Aſſiſtentis, & collequentis ablata eſt. At illa protinus cunctæ congregationis matrem accerſiuit, eique quid uiderit, quidue audierit indicauit. Tertio autem die cum ea quæ fuerat iuſſa ſoror defuncta eſt. Illa uerò quam

ipſa

ipſa propoſuerat, triceſimo die ſubſecuta eſt. Quod factum nunc vſque in eodem monaſterio manet memorabile. Sicque hoc a præcedentibus matribus traditum, narrare illic ſubtiliter ſolent iuniores, quę nũc ſunt ſanctimoniales virgines, ac ſi illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipſæ affuiſſent. Cap. 13. lib. 4.

EXEMPLVM LII.

Tentatus & tribulatus paralyſi Seruulus concinentib. angelis ad cælũ recipitur.

IN ea porticu quæ euntibus ad Eccleſiam beati Clementis peruia erat, fuit quidam Seruulus nomine, qui quidem pauper rebus, ſed meritis diues erat, quem longa ægritudo diſſoluerat. Nam ex quo illum ſcire potuimus, vſque ad finem uitæ paralyticus iacebat. Quid dicam quia ſtare non poterat, qui nunquam in lecto ſuo ſurgere uel ad ſedendum ualebat nunquam manũ ſuam ad os perducere, nunquam ſe potuit in latos aliud declinare? Huic ad ſeruiendum mater cũ fratre aderant, & quicquid ex eleemoſyna poterat accipere, hoc eorũ manibus pauperibus erogauit. Nequaquã litteras nouit, ſed ſcripturę ſacræ ſibimet codices emerat, & religioſos quoque in hoſpitium ſuſcipiens, hos coram ſe legere ſtudioſe faciebat. Factumque eſt ut iuxta modum ſuum plene ſacram ſcripturam diſceret, cum ſicut dixit, littera funditus ignoraret. Studebat in dolore ſemper gratias agere hymnis & Dei laudibus dieb. & noctibus vocare. Sed cum iam tempus adeſſet, vt tanta eius patientia emunerari debuiſſet, membrorum dolor ad vitalia redijt. Cumque iam ſe morti proximũ agnouit, peregrinos viros, atque in hoſpitalitate ſuſceptos admonuit, vt ſurgerent, & cũ eo pſalmos pro expectationes ſui exitus decantarent. Cumque cum eis & ipſe moriẽs pſalleret, voces pſallentium repente compreſcuit cum terrore magni clamoris, dicens: Tacete: Nunquid non auditis quantæ reſonant laudes in cœlis? Et cum ad eaſdẽ laudes quas intus audierat, ante cordis attenderet, ſancta illa anima carne ſoluta eſt. Qua ſcilicet exeunte tanta illic fragrantia foris aſperſa eſt vt omnes illi qui aderant, inæſtimabili ſuauitate replerentur: ita ut per hoc patenter agnoſcerent, quod eam laudes in cœlo ſuſcepiſſent. Cui re monachus noſter interfuit, qui nũc uſque uiuit, & cum magno fletu atteſtari ſolet, quia quoutque corpus eius ſepulturæ traderent, ab eorum naribus odoris illios fragrãtia non receſſit. Cap. 14. lib. 4.

EXEMPLVM LIII.

Tentata & tribulata paralyſi quædam nomine Rhomula, glorioſa lætaque morte canentibus ſanctorum choris ad cælum eſt deducta.

EO tempore quo monaſterium perij, annus quædam Redempta nomine, in ſanctimoniali habitu conſtituta in urbe hac iuxta beatæ Mariæ ſemper uirginis, manebat Eccleſiam. Hæc illius Herundinis diſcipula fuerat, quæ magnis uirtutibus pollens ſuper Prætettinos montes uitam eremiticam duxiſſe ferebatur. Huic autem redemptæ duæ in eodem habitu diſcipulæ aderãt, vna nomine Romula, & altera quæ nunc adhuc ſupereſt, quam quidem facie ſcio, ſed nomine neſcio. Tres itaque hæ in vno habitaculo commorantes, morum quidem diuitijs plenam, ſed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hæc autem quam præfatus ſum Romula, aliam condiſcipulam ſuam quam prædixi magnis vitæ meritis anteibat. Erat quippe miræ patientiæ, ſummæ obedientiæ, cuſtos oris ſui ad ſilentium, ſtudioſa valdè ad continuæ orationis vſum. Sed quia plerumque hi quos iam perfectos homines æſtimant, adhuc in ocultis ſummi opificis aliquid imperfectiones habent (ſicut ſæpè imperiti homines nondum perfectè ſculpta ſigilla conſpicimus, & iam quaſi perfecta laudamus, quæ tamẽ adhuc etiam artifex conſiderat & limat, laudari ea audit, & tamen ea rurſus emendare meliorando non deſinit) hæc quam prædixi, Romula, ea, quam Græco vocabulo medici paralyſim vocant, moleſtia corporali percuſſa eſt, multiſque annis in lecto decubas, pone omni iacebat membrorum officio deſtituta. Nec tamen hæc eadem eius mẽtem ad impatientiam flagella perduxerunt. Nã ipſa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum, quæ tanto ſolicitius ad vſum orationis excreuerat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam ualebat.

Digitized by Google

lebat. Nocte ergò quadam eandē Redemptam, quam præfatus fum, quæ vtraſque diſcipulas ſuas filiarum loco nutriebat, vocauit, dicens: Mater veni, mater veni. Quæ mox cum alia eius condiſcipula ſurrexit, ſicut vtriſque referentib. & multis res eadem claruit, & ego quoque in eodem tempore agnoui. Cumque noctis medio lectulo iacentis aſſiſterent, ſubitò cœlitus lux emiſſa omne illius cellulæ ſpacium impleuit, & ſplendor tante claritatis emicuit, vt corda aſſiſtentiū inæſtimabili pauore perſtringeret, atque, vt poſt ipſæ referebant, omne in eis corpus obrigeſceret, & in ſubitò ſtupore remanerent. Cœpit namque quaſi cuiuſdam magnæ multitudinis ingredientis ſonitus audiri, oſtium cellulæ concuti, acſi ingredientium turba premeretur, atque, vt dicebant, intrantium multitudinem ſentiebant. Sed nimietate timoris, & luminis videre non poterant, quia earum oculos, & pauor depreſſerat, & ipſa tanti luminis claritas reuerberabat, quam lucem protinus miri eſt odoris fragrantia ſubſecuta, ita vt earum animum, quem lux emiſſa terruerat, odoris ſuauitas refoueret. Sed cum vim claritatis ferre non poſſent, cœpit eadem Romula aſſiſtentem, & trementem Redemptam ſuorum morum magiſtram blanda voce conſolari, dicens. Noli timere mater, non morior modò. Cumq; hoc crebrò diceret, paulatim, lux quæ emiſſa fuerat, ſubtracta eſt, ſed is qui ſubſecutus eſt odor remanſit. Sicque dies ſecundus, & tertius tranſiuit, vt aſperſa fragrantia odoris maneret. Nocte ergo quarta eandem magiſtram ſuam iterum vocauit, qua veniente viaticum petijt, & accepit. Necdum verò eadem Redempta, vel alia eius condiſcipula à lectulo iacētis abſceſſerat, & ecce ſubitò in platea ante eiuſdem cellulæ oſtium duo chori pſallentium conſtiterant, & ſicut dicebant ſexus ex vocibus ſe diſcreuiſſe, pſalmodiæ cantus dicebant viri, & fœminæ reſpondebant. Cū que ante fores cellulæ exhiberentur cœleſtes exequiæ, ſancta illa anima carne ſoluta eſt, atque in cœlum ducta, quantoq; chori pſallentium altius aſcendebant, tāto cœpit pſalmodia lenius audiri, quouſque. & eiuſdem pſalmodiæ ſonitus, & odoris ſuauitas elongata finiretur. Cap. 15. lib 4.

EXEMPLVM LIIII.

Mores leues deponere Muſa puella in cœlum itura, à Virgine Maria præmonetur.

SEd neque hoc fileam quod prædictus probus Dei famulus de ſorore ſua. Muſa nomine, puella parua narrare conſueuerat, dicens, quod quadam ei nocte per viſionē ſancta Dei genitrix virgo Maria apparuit, atque coæuas eis in albis veſtib. puellas oſtendit. Quib. cum illa admiſceri appeteret, ſed ſe eis iugere non auderet, beatæ Mariæ ſemper virginis eſt voce requiſita, an vellet cum eis eſſe, atque in eius obſequio viuere. Cui cum puella eadem diceret, volo, ab ea protinus mandatum accepit, vt nihil vltra leue ac puellare ageret, à riſu, & iocis ſe abſtineret, ſciens per omnia quod inter eas virgines, quas viderat, ad eius obſequium die trieceſimo veniret. Quib. viſis in cunctis ſuis morib. puella mutata eſt, omnemque à ſe leuitatem puellaris vitæ magna grauitatis deteſit manu. Cumque eā parentes eius mutatam eſſe mirarentur, requiſita rem tulit, quid ſibi beata Dei genitrix iuſſerit, vel qua die eſſet ritura ad obſequium eius indicauit. Tum poſt viceſimum quintum diem febre correpta eſt. Die autem trieceſimo cum hora exitus eius appropinquaſſet, eandē beatam genitricem Dei cum puellis quas per viſionem viderat, ad ſe venire conſpexit. Cui etiam ſe vocanti reſpondere cœpit, & depreſſis reuerēter oculis aperta uoce clamare. Ecce Domina venio, ecce Domina venio. In qua etiā voce ſpiritum reddidit, & ex virgineo corpore, habitatura cū ſanctis virginibus exiuit. Cap 17. lib. 4.

EXEMPLVM LV.

Puer quinque annorum maledicere ſolens ad inferos damnandus deducitur.

ET ſi omnes baptizatos infantes, atque in eadem infantia morientes ingredi regnum cœleſte credendum eſt, omnes tamen paruulos qui ſcilicet loqui poſſunt, regna cœleſtia ingredi credendū non eſt; quia nonnullis paruulis eiuſdem regni cœleſtis aditus a parentibus claditur, ſi malè nutriatur. Nam quidam vir cunctis in hac vrbe notiſſimus ante triennium filium habuit annorum (ſicut arbitror) quinque: quem

quem nimis carnaliter diligens remisse nutriebat, atque idem paruulus (quod dictu graue est) mox vt eius animo aliquid obstitisset, maiestatem Dei blasphemare cõsueuerat. Qui in hac ante triennium mortalitate percussus venit ad mortem. Cumque eum suus pater in sinu teneret (sicut hi testati sunt qui præsentes fuerunt) malignos ad se spiritus venisse trementibus oculis puer aspiciens cepit clamare. Obsta pater obsta. Qui clamans declinabat faciem, vt se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cum ille trementem requireret, quid videret, puer adiunxit, dicens. Mauri homines venerunt, qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixisset, maiestatis nomen protinus blasphemauit, & animam reddidit. Vt.n. omnipotens Deus offenderet, pro quo reatu talibus fuisset executoribus traditus, vnde viuentem pater suus noluit corrigere, hoc morientem permisit iterare, vt qui diu per diuinitatis patientiã blasphemus vixerat, quandoque per diuinitatis iudicium blasphemaret, & moreretur, quatenus reacum suum pater eius agnosceret, qui paruuli filij animam negligens, non paruulum peccatorem gehennæ ignib. nutrisset. Cap. 18. lib. 4.

EXEMPLVM LVI.

Morituri fratres ab albatis viris inscribuntur.

IN monasterio meo quidam ante decennium Gerontius dicebatur. Qui cum graui molestia corporis fuisset depressus, in visione nocturna albatos viros, & clari omnino habitus in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui dum coram lecto iacentis assisterent, vnus eorum dixit. Ad hoc venimus, vt de monasterio gregorij quosdam fratres in militiã mittamus, atque alteri præcipiens adiunxit Scribe Marcellinum, & Valentinianum, atque alios, quorum nunc nomina non recordor. Quibus expletis addidit, dicens. Scribe, & hunc ipsum, qui nos aspicit. Ex qua uisione certus redditus prædictus frater facto mane innotuit fratrib. qui essent ex eadem cella morituri, quos se etiam denunciauit esse secuturum. Tum die alia prædicti fratres mori cœperunt, atque sub eodem ordine se in morte secuti sunt, quo fuerunt in descriptione nominati. Ad extremum uerò, & ipse obijt, qui eosdem fratres morituros præuidit. Cap. 26. lib. 4.

EXEMPLVM LVII.

Cœlestem gloriam ad breuissimum tempus expertus puer omnium hominum linguis loqui didicerat.

IN ea mortalitate, quæ patricij Narsi temporibus hanc urbem uehementer afflixit in domo Valeriani Romanæ urbis aduocati puer Armentarius fuit præcipuæ simplicitatis, & humilitatis. Cum uerò eiusdem aduocati domus eadẽ clade uastaretur, idẽm puer percussus est, & usque ad extremum deductus. Qui subitò sublatus a præsentibus, redijt, sibique Dñm suum fecit uocari, cui ait. Et ego in cœlo fui, & qui de hac domo morituri sunt, agnoui. Ille, atque ille morituri sunt, tu uerò non timeas, quia hoc in tempore morituus non es. Vt uerò scias quia me fuisse in cælo uerum fateor, ecce accepi illic ut linguis omnium loquar. Nunquid non cognitum tibi fuit Græcam linguã me omnino nescisse? & tamen Græce loquor, ut cognoscas an uerum sit quòd me omnes linguas accepisse testificor. Cui tunc Græce Dominus suus locutus est, atque ille in eadem lingua respondit, ut cuncti qui aderant, mirarentur. In eadem quoque domo prædicti Narsi sparatius Vulgari manebat, qui festine ad ægrum deductus ei Vulgarica lingua locutus est, sed ita puer ille in Italia natus, & nutritus in eadem barbara locutione respondit, ac si eadem fuisset gente generatus. Mirati sunt omnes qui audiebant, atq; ex duarum linguarum experimento, quas eum antea nescisse nouerant crediderunt de omnibus, quas probare minimè ualebant. Tunc per biduum mors eius dilata est, sed die tertio (quo occulto iudicio nescitur) manus ac brachia, lacertosque suos dentibus laniauit, atque ita a corpore exiuit. Quo mortuo omnes illi quos prædixerat, ex hac protinus luce subtracti sunt, nullusque in illa domo ex eadem tempestate defunctus est, qui uoce illius denunciatus non est ibidem.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM LVIII.

Tentatus infirmitate Comes aeris ſerenitatem, necnon, & totius corporis ſui ſanitatem poſt mortem recepit.

NEq; hoc ſilendũ puto quod de Theophanio Centumcellenſis vrbis comite in eadem vrbe poſitus multis atteſtantibus agnoui. Fuit namque vir miſericordiæ actibus deditus, bonis operibus intentus, hoſpitalitati præcipuæ ſtudens. Exercendis quidem comitatus curis occupatus agebat terrena, & temporalia, ſed, vt poſt in fine claruit, magis ex debito, quam ex intentione. Nam cum propinquãte mortis eius tempore grauiſſima aeris tempeſtas obſiſteret, ne ad ſepeliendum duci poſſet, eum vxor ſua cum vehementiſſimo fletu inquiſiuit dicens. Quid faciam? quomodo te ad ſepeliendũ eijcio, quæ oſtium domus huius præ nimia egredi tempeſtate non poſſum. Tunc ille reſpondit. Noli mulier flere, quia mox vt ego defunctus fuero eadem hora ſerenitas rediet. Cuius protinus, & vocem mors, & mortem ſerenitas ſecuta eſt. Quod ſignum etiam alia admirãda, & non minora ſunt ſigna comitata. Nã manus eius, & pedes podagræ humore tumeſcentes, verſi in vulneribus fuerant, & profluente ſanie putrebant? Sed dum corpus ex more ad lauandum eſſet nudatum, ita manus pedeſque eius ſani inuenti ſunt, ac ſi nũquam vulneris aliquid habuiſſent. Ductus itaque, ac ſepultus eſt. eiuſque coniugi viſum eſt, vt quarto die in ſepulchro illius marmor, quod ſuperpoſitum fuerat, mutari debuiſſet. Quod videlicet marmor corpori eius ſuperpoſitum dum fuiſſet ablatum, tanta ex corpore eius fragrantia odoris emanabat, ac ſi ex putreſcente carne ipſius pro vermibus aromata ferbuiſſent. Cap. 27. lib. 4.

EXEMPLVM LIX.

Perſecutor bonorum Theodoricus Rex interfecit Ioannem Papam, & Symmachũ patritium ad Vulcani ollam deducitur.

THeodorici regis temporibus pater ſoceri mei in Sicilia exactionem canonis egeras, atque ad Italiam redibat. Cuius nauis appulſa eſt ad Inſulam, quæ Lipparis appellatur. Et quia illic vir quidam ſolitarius magnæ virtutis habebatur, dum nauæ nauis armamenta repararent, vifum eſt prędicto patri ſoceri mei ad eundem virum pergere, ſeque eius orationibus commendare. Quos vir Domini cum vidiſſet, eis inter alia colloquens dixit. Scitis quia rex Theodoricus mortuus eſt? Qui illi protinus reſponderunt. Abſit, nos eum viuentem dimiſſimus, & nihil tale ad nos de eo nunc vſque perlatum eſt. Quibus Dei famulus addidit, dicens. Etiam mortuus eſt, nam heſterna die hora nona inter Ioãnem Papam, & Symmachum patricium diſcinctus atque diſcalciatus, & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vuleani ollam iactatus eſt. Quod illi audientes ſollicitè conſcripſerunt diem, atque in Italiã reuerſi, eodem die Theodoricum regem fuiſſe inuenerunt mortuum, quo die eius exitus atque ſupplicium Dei famulo fuerat oſtenſum. Et quia Ioannem Papam affligendo in cuſtodia occidit, Symmachum quoque patricium ferro trucidauit, ab illis iuſtè mitti in ignem apparuit, quos in hac uita iniuſtè indicauit. Cap. 30. lib. 4.

EXEMPLVM LX.

Luxurioſus Tyburtius presbyter infernali rogo cremandus imponitur.

GOthorum tempore quidam ſpectabilis vir, Reparatus nomine, venit ad mortem. Qui dum diu immotus ac rigidus iaceret, viſum eſt quòd ab eo funditus flatus vitalis exiſſet, atque exanime remanſit corpus. Cumque eſſent, & multi qui conuenerant, & cum iam mortuum familia lugeret, ſubitò redit, & cunctorum planctium in ſtuporem verſæ ſunt lachrymę. Qui reuerſus ait. Citius ad Eccleſiam beati Laurentij martyris, quæ ex nomine conditoris Damaſi vocatur, puerum mittite, & quid de Tyburtio presbytero agatur videat, & renunciare feſtinet.

Qui videlicet tunc Tyburtius carnalib. deſideriis ſubiacere ferebatur. Cuius adhuc uitæ morumque bene quoque Florentius eius nunc Eccleſiæ præsbyter meminit. Cum verò puer pergeret, narrauit idem Reparatus qui ad ſe reuerſus fuerat,

Digitized by Google

quid de illo vbi ductus fuerat agnouit, dicens. Paratus fuit rogus ingens, deductus autem Tyburtius presbyter in eo est superpositus, atque suppositio, igni concrematus. Alius autem parabatur rogus, cuius a terra in cęlum cacumen tendi uidebatur. Cui emissa voce clamatum est, cuius esset? His ergò dictis, statim Reparatus, defunctus est. Puer verò, qui transmissus ad Tyburtiũ fuerat, iam eum mortuum inuenit. Qui videlicet Reparatus ductus ad loca pœnarum, dum vidit, redijt, narrauit, & obijt, aperte monstratur, quia nobilis illa, non sibi viderat, quibus dum adhuc concessum est viuere, licet, & à malis operibus emendare. Rogum vero construi Reparatus vidit non quod apud inferum ligna ardeãt vt ignis fiat, sed narraturus hic viuentibus illa de incendio prauorum vidit, ex quibus nutriri apud viuentes corporalis ignis solet, vt per hęc assueta audientes discerent, quodde, insuetis timere debuissent. Cap. 31. lib. 4.

EXEMPLVM LXI.

Ebrius curialis cum iuuencula, quam ex baptismate suscepit, fornicatur gehennalibus flammis exurritur.

QVidam curialis in Valeriana prouincia sanctissimo Paschali sabbatho iuuenculam cuiusdam filiam in baptismate suscepit. Qui post ieiunium domum reuersus, multoque vno inebriatus, eadem filiolam suam secum manere petijt, eamque nocte illa (quod dictu nefas est) perdidit. Cumque mane facto surrexisset, reus cogitare cępit ut ad balneum pergeret, ac si aqua balnei lauaret maculam peccati. Perrexit igitur, lauit, cœpitque trepide Ecclesiam ingredi. Sed si tanto die ad Ecclesiam non iret, erubescebat homines si verò iret, pertimescebat iudicium. Dei. Vicit itaque humana verecundia, perrexit ad Ecclesiam, sed tremebundus ac pauens stare cœpit, atque per singula momenta suspectus qua hora immundo spiritui traderetur, & coram omni populo vexaretur. Cumque vehementer timeret, ei in illa missarum celebritate quasi aduersi nihil contingit. Qui lætus exiuit, & die altero Ecclesiam iam securius intrauit. Factúque est vt per sex continuos dies lętus ac securus procederet, æstimans quod eius scelus Dominus aut non vidisset, aut visum misericorditer dimisisset. Die autem septimo subita morte defunctus est. Cumq; sepulturę traditus fuisset, per longum tempus videntibus cunctis de sepulchro eius flamma exiuit, & tamdiu ossa eius concremauit, quousque omne sepulchrum consumeret, & terra quæ in tumulo collecta fuerat defossa videretur. Quod videlicet omnipotens Deus faciens ostendit, quid eius anima in occulto pertulit, cuius, & corpus ante humanos oculos flamma cõsumpsit. qua in re nobis quoque audientibus hoc exemplum formidinis dare dignatus est, quatenus ex hac consideratione colligamus, quid anima viuens ac sentiẽs pro reatu suo patitur, si tanto ignis supplicio etiã, insensibilia ossa concremantur. Capit. 32. libr. 4.

EXEMPLVM LXII.

Inferni pœnas videns Petrus monachus grauissimam pœnitentiam in mundo peregit.

PEtrus quidam monachus ex regione ortus Hyberniæ, loco vastæ solitudinis, cui Euassa nomen est, inhęrebat. Huic priusquam eremum peteret molestia corporis interueniente defunctus est, sed protinus corpori restitutus, infernis se supplicia atque innumera loca flammarum vidisse testabatur, qui etiam quosdam huius seculi potentes in eisdem flammis suspensos se uidisse narrauit. Qui cum iam deductus esset, vt in illo iam, & ipse mergeretur subitò angelum corusci habitus apparuisse fatebatur, qui eum in ignem mergi prohiberet, cui, & dixit. Egredere, & qualiter tibi post hæc uiuendum sit cautissimè attende. Post quam uocem paulatim frigescentibus membris, ab æterno mortis somno euigilans, cuncta quæ circa illum, fuerant gesta narrauit, tantisque postmodum, se uigilijs, ieiunijsque constrinxit, ut inferni eum uidisse, & pertimuisse tormenta, etsi taceret lingua, conuersatio loqueretur. Cap. 10. lib 3.

EXEM.

EXEMPLVM LXIII.

Infernales pœnas uidens quidam ad vitam reddijt, ſed vitioſam conuerſationem ſuam non correxit.

ANte triennium quoque in hac peſtilentia, quæ hanc urbem clade vehementiſſima depopulauit (in qua etiam corporali viſu ſagittæ cælitus venire, & ſingulos quoſque ferire videbantur) quidam miles in hac eadem noſtra urbe percuſſus ad extrema peruenit, qui eductus è corpore, exanimis iacebat, ſed citius redijt, & quæ cũ eo fuerant geſta narrauit, Aiebat enim, ſicut tunc res multis innotuit, quia pons erat, ſub quo niger atque caliginoſus fœtoris intolerabilis nebulam exhalans fluuius decurrebat. Tranſacto autem ponte amœna prata erant, atque uirentia odoriferis herbarum floribus adornata, in quib albatorum hominum conuenticula eſſe uidebantur. Tantuſque in loco eodem odor ſuauitatis inerat, vt ipſa ſuauitatis fragrantia illic omnes deambulantes habitantesq, latiaret. Ibi manſiones diuerſorum ſingulæ multitudine lucis plenæ. Ibi quædam mirę potentiæ ædificabantur domus, quæ aureis videbatur laterculis conſtrui, ſed cuius eſſet non potuit agnoſci. Erant uerò ſuperripam prædicti fluminis nonnulla habitacula, ſed alia exurgentis fœtoris nebula tangebantur, alia autem exurgens fœtor ex flumine minimè tangebat. Hæc verò erat in præfato ponte probatio, vt quiſquis peccatorum iniuſtorum vellet tranſire, in tenebroſo fœtentique fluuio laberetur. Iuſti verò, quibus culpa non obſtitit, ſecuro per eum greſſu ac libero ad loca amæna peruenirent. Ibi ſe etiam Petrum Eccleſiaſticæ familiæ maiorẽ (qui ante quadriennium defunctus eſt) deorſum poſitum in locis iſtis tenebroſis magno ferri pondere religatum ac depreſſum vidiſſe confeſſus eſt. Qui dũ requireret, cur ita eſſet, ea ſe dixit audiſſe, quæ nos, qui eum in hac eccleſiaſtica domo nouimus, ſcientes acta eius recolimus, dictum namque eſt; Hæc idcirco patitur, quia ſi quid ei pro faciẽda ultione videbatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis, deſiderio, quam obedientia ſæuiebat: quem ſic fuiſſe nullus qui illum nouit ignorat. Ibi ſe, & quendam peregrinum presbyterum vidiſſe fatebatur, qui ad prædictum pontem veniens tanta per eum auctoritate tranſijt, quanta & hic ſinceritate uixit. In eodem ponte quoque Stephanum quẽdam ſe cognouiſſe teſtatus eſt, qui dũ tranſire voluiſſet, eius pes lapſus eſt, & ex medio corpore iam extra pontem deiectus, atque a quibuſdam teterrimis uiris ex flumine ſurgentib. per coxas dorſum, atque a quibuſdam albatis & ſpecioſiſſimis uiris cœpit per brachia ſurſum trahi. Cumque hoc luctamen eſſet, ut hunc boni ſpiritus ſurſum, mali deorſum traherent, ipſe qui hęc videbat ad corpus reuerſus eſt, & quid de eo plenius geſtũ ſit minimè cognouit. Qua in re eiuſdem Stephani vita datur intelligi, quia in eo mala carnis cum eleemoſynarum operatione certabant. Qui enim per coxas deorſum, per brachia trahebatur ſurſum, patet nimirum, quia & eleemoſynas amauerat, & carnis uitijs perfectè non reſtiterat, quæ eum deorſum trahebant, ſed in illo occulto arbitri examine quo in eo vicerit, & nos, & eum qui uidit, & reuocatus eſt, latet. Conſtat tamen quia idẽ Stephanus poſtquam & inferni loca vidit, & ad corpus rediit, vitam perfectè minime correxit, qui poſt multos annos de corpore ad huc ad certamen uitæ & mortis exiuit. Qua de re colligitur, quia ipſa quoque inferni ſupplicia cum demonſtrãtur, aliis hoc ad adiutorium, aliis uero ad teſtimonium fiat, ut iſti videant mala quę caueãt, illi uerò amplius puniantur, quo inferni ſupplicia iam uila & cognita uitare noluerant ibidem.

EXEMPLVM LXIV.

Miſericors in pauperes ſutor ſabbathis eleemoſynam dedit, & domum in cœlis ædificauit.

IVxta nos quidã Deus dedit nomine religioſus habitabat, qui calciamenta ſolebat operari, de quo alter per reuelatione uidit, quod eius domus ædificabatur: ſed in ea conſtructores ſui in ſolo die ſabbathi uidebantur operari. Qui eiuſdem uiri poſtmodũ uitã ſubtiliter requiẽs, inuenit, quia ex his quæ diebus ſingulis laborabat quicquid ex victu & veſtitu ſupereſſe potuiſſet, die ſabbathi ad beati Petri Eccleſiam deferre conſueuerat, atque indi-

gentibus erogare. Qua ex re pe pend., quia non immeritò domus ipsius fabrica sabbatho crescebat. Ibidem.

EXEMPLVM LXV.

Tarsilla & Aemiliana sancti Gregorij amitæ quam fæliciter ad Dominum migrarunt, & quomodo Gordiana societate laicarum puellarũ secularis effecta est.

TRes sorores pater meus habuit, quæ cunctæ tres sacræ virgines fuerunt, quarum vna Tarsilla, altera Gordiana, alia Aemiliana ducebatur, vno omnes ardore conuersæ, vno eodemque tempore sacratę, sub districtione regulari degentes in domo propria socialem vitam ducebãt. Cumque essent diutius in eadem conuersatione, cœpit quotidianis incrementis in amorem conditoris sui Tarsilla, & Aemiliana succrescere, & cum solo hic essent corpore, quotidie animo ad æterna transire. At contra Gordianæ animus cœpit a calore amoris intimi per quotidiana detrimẽta tepescere, & paulisper ad huius seculi amorem redire. Crebrò autem Tarsilla dicere Aemilianę sorori suæ cum magno gemitu solebat Video Gordianam sororem meam de nostra sorte non esse, perpendo enim quia foras defluit, & cor ad quod proposuit non custodit. Quam curabant quotidie blanda redargutione corripere, atque a leuitate morum ad grauitatem sui habitus reformare. Quę quidem resumebat vultũ subitò grauitatis inter verba correptionis, sed cum eiusdẽ hora correptionis transsiliet, transibat protinus & superducta grauitas honestatis, moxque ad leuia verba redibat, puellarum gaudebat societate laicarum, eique persona valde onerosa erat, quæcunque huic mundo dedita non erat. Quadam uero nocte huic Tarsillæ, quæ inter sorores suas virtute continuæ orationis aflictionis studiosæ, abstinentię singularis, grauitate uitę honorabilis, in honore & culmine sanctitatis excreuerat, sicut ipsa narrauit, per visionẽ atauus meus Felix huius Romanę ecclesię antistes apparuit, eique mansionem perpetuæ claritatis ostendit, dicens: Veni quia in hac te lucis mansione suscipio. Quæ sub sequenti die mox febre correpta ad diẽ peruenit extremum. Et sicut nobilib. fœminis viri sq. morientib. multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur, & sic eadem etiam hora qua emisit spiritum multi viri ac fœminæ eius lectulũ circunsteterunt, inter quas mater mea affuit. Tum subitò illa sursum respiciens. Iesum venientem vidit, & cum magna animaduersione cœpit circunstantib. clamare dicens, Recedite, Iesus uenit. Cumque in eum intẽderet quem videbat, sancta illa anima e carne soluta est. Tantaque subitò fragrantia miri odoris aspersa est, ut ipsa quoque suauitas cunctis ostenderet illic auctorem suauitatis veniſſe. Cũque corpus eius ad lauandum more mortuorum esset nudatum, lõgæ orationis vsu in cubitis eius ac genti. camelorum more inuenta est obdurata cutis excreuisse, & quid spiritus eius semper egerit, caro mortua testabatur. Hæc autem gesta sunt ante Dominici natalis diem. Quo transacto mox Aemilianæ sorori suæ per visitationẽ nocturnæ visionis apparuit, dicens. Veni, ut quia Dominicum natalem sine te feci, sanctam Theophaniam iam tecum faciã. Cui illa protinus de sororis suæ Gordianæ salute sollicite respondit. Et si sola venio, sororem nostram Gordianam cui dimitto. Cui, sicut asserebat, tristi vultu iterum dixit: Veni: Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam visionem mox molestia corporis est secuta, atque ita vt dictum fuerat ante Dominicæ apparitionis diem eadem molestia ingraueſcẽte defuncta est. Gordiana autem mox ut solam remansisse se reperit, eius prauitas excreuit. Nã oblita Dominici timoris, oblita pudoris & reuerentiæ, oblita consecrationis conductorem agrorum suorum postmodũ maritum dixit. 4. Dialog. cap. 16. & homil. euang. 38.

EXEMPLVM LXVI.

Conuertitur peruersus Theodorus draconi datus ad deuorandum.

INquietus valde Theodorus nomine puer fuit, qui in meum monasterium fratre suum moribus & conuersatione valde religiosum nece ssita e magis, quam voluntate secutus est. Cui nimium graue erat, si quis pro sua aliquid salute

loque-

loqueretur. Bona autem non ſolum non facere, ſed, & audire non poterat. Nunquam ſe ad ſanctæ conuerſationis habitum uenire iurando, maledicendo, deridendo teſtabatur. In hac autem peſtilentia, quæ nuper huius urbis populum ex parte magna confumpſit, percuſſus in inguine, perductus eſt ad mortem. Cumque extremum ſpiritum ageret, conuenerunt fratres, vt ægreſſum animæ illius orando protegerent, iam corpus eius ab extrema erat parte præmortuum, in ſolo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelebat. Cuncti autem fratres tanto prius cœpere enixius orare, quanto eum iam videbant ſub celeritate diſcedere. Tunc repentè cœpit ipſidem fratribus aſſiſtentibus clamare, a quo cum magnis vocib. orationes eorum interrumpere, dicens. Recedite, ecce draconi ad deuorandum datus ſum, qui propter præſentiã veſtram me deuorare non poteſt. Caput meum in ſuo ore iam abſorbuit, date locũ vt me non amplius cruciet, ſed faciat quod facturus eſt. Si ei ad deuorandum datus ſum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres ei cœperunt dicere. Quid eſt quod loqueris frater? ſignum tibi ſanctæ crucis imprime. Reſpondebat ille magnis clamoribus, dicens. Volo me ſignare, ſed non poſſum, quia ſquamis huius draconis premor. Cumque hoc fratres audirent, proſtrati in terram cum lachrymis cœperunt pro ereptione illius vehementius orare, & ecce ſubitò cœpit æger cum magnis uocibus clamare, dicens. Gratias ago Deo, ecce draco, qui me ad deuorandum acceperat, fugit, orationibus veſtris expulſus eſt, ſtare non potuit, pro peccatis meis modò inte cedite, quia conuerti paratus ſum, & ſecularem vitam funditus relinquere. Hic ergò qui, ſicut iam dictum eſt, ab extrema fuerat corporis parte præmortuus, reſeruatus ad vitam toto ad Deum corde conuerſus eſt, & poſtquam mutatus mente diu eſt flagellus attritus, tunc eius anima carne ſaluta eſt. Cap. 37. lib. 4.

EXEMPLVM LXVII.

Moriturus Criſorius dæmones vidit, inducias petijt, & nihil impetrauit.

VIr in hoc mundo valde diues fuit Criſorius nomine, ſed tantum vitijs plenus, quantum rebus ſuperbia tumidus, ſuæ carnis voluptatibus ſubditus, in adquirendis rebus auaritiæ facibus accenſus. Sed cum tot malis Dominus finem ponere decreuiſſet, corporali hunc moleſtia percuſſit, qui ad extremum veniens eadem hora, qua iam de corpore exiturus erat, apertis oculis uidit tetros, & nigerrimos ſpiritus coram ſe aſſiſtere, & uehementer imminere, ut ad inferni claustra traherent. Cœpit tremiſcere, palleſcere, & ſudare, & magnis uocibus inducias, petere filiumque ſuum nomine Maximum, qui tunc ipſe iam monachus monachum uidit, nimijs, & turbatis uocibus clamare, dicens: Maxime, curre, nunquam tibi mali aliquid feci, in fide tua me ſuſcipe. Turbatus mox Maximus affuit lugens, & perſtrepens familia conuenit, eos autem quos ille inſiſtentes ſibi grauiter tolerabat ipſi malignos ſpiritus uidere non poterant, ſed eorum præſentiam in cõfuſione, in pallore ac tremore illius qui trahebatur uidebant. Pauore autem terræ eorum imaginis huc illucque uertebatur, in lectulo iacebat, in ſiniſtro latere aſpectuum eorum ferre non poterat, uertebatur ad parietem, ibi aderant. Cumque conſtrictus nimis relaxari etiam ſe poſſe deſperauit, cœpit magnis uocibus clamare. Inducias uel uſque mane, inducias uel uſque mane. Sed cum clamaret in ipſis uocib. de habitaculo ſuę carnis auulſus eſt. De quo nimirum conſtat, qui pro nobis iſta, non pro ſe uiderat, ut eius uiſio nobis proficiat, quos adhuc diuina potentia longanimiter expectat. Nam illi tetros ſpiritus ante mortem uidiſſe, & inducias petiſſe quid profuit, qui eaſdem inducias, quas petuit, non accepit? Cap. 38. lib. 4.

EXEMPLVM LXVIII.

Abſtinentem ſe fingens monachus draconi traditur deuorandus.

ESt etiam nunc apud nos Athanaſius presbyter Licaoniæ, qui in dieb. ſuis Licaonij rem terribilem narrat euenisſe. Ibi namque, vt ait, quoddam monaſterium Congalaton dicitur, in quo quidam monachus magnæ æſtimationis habebatur. Bonis quippe cernebatur moribus, atque in omni ſua actione compoſitus, ſed, ſicut ex fine res patuit, longè aliter quam

apparebat fuit. Nam cum se ieiunare cum fratribus demonstraret, occultè manducare consueuerat. Quod eius vicium fratres omninò nesciebant. Sed corporis superueniente molestia ad vitę extrema perductus est. Qui cum iam esset ad finem, fratres ad se omnes qui in monasterio inerant congregari fecit, at illi tali, ut putabant, viro moriente magnum quid ac delectabile se ab eo audire crediderunt. Quibus ipse afflictus, & mœrens compulsus est prodere, cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit, quando me ieiunare vobiscum credebatis, occultè comedebam, & nunc ecce ad deuorandum draconi sum datus, qui cauda sua genua mea pedesque colligauit, caput verò suum intra meum os mittens spiritum meum ebibens abstrahit. Quibus dictis statim defunctus est, atque vt pœnitendo se liberare potuisse à draconę, quę uiderat, expectans non est. Quod nimirum constat, quia ad solam vtilitatem audientium viderat, qui eum hostem, cui traditus fuerat, & innotuit, & non euasit ibidem.

EXEMPLVM LXIX.

Pertinax, & partialis in suo sentimento Pascasius etiam miracula faciens purgatorium habuit.

CVm adhuc iuuenculus essem, atque in laicali habitu, a maioribus atque scientibus audiui, quod Pascasius huius Apostolicæ sedis diaconus, cuius apud nos rectissimi, & luculenti de spiritu sancto libri existunt, miræ sanctitatis vir fuerit, eleemosynarum maximè operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed hic in ea contentione, quę inardescente zelo fidelium inter Symmachum, & Laurentium facta est, ad pontificatus ordinem Laurentium elegit, & omnium post vnanimitate superatus, in sua tamen sententia vsque ad diem sui exitus perstitit, illum amando, atque præferendo, quem episcoporum iudicio præesse sibi Ecclesia resutauit. Hic itaque cum temporibus Symmachi Apostolicæ sedis præsulis esset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositâ dęmoniacus tetigit, statimque sanatus est. Post multum uerò temporis Germano Capuano Episcopo, cuius superius memoriâ feci, medici pro corporis salute dictauerant, vt in angularibus thermis lauari debuisset. Qui ingressus eadem thermas, prædictum Paschasium diaconem, statem & obsequentem in caloribus inuenit, quo viso vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret, inquisiuit. Cui ille respondit, pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in tempore Laurentij contra Symmachum sensi. Sed quæ sorte Dominum pro me deprecare, atque in hoc cognosces, quod exauditus sis, si huc rediens me non inuenitis. Qua de re vir Domini Germanus se in precib. strinxit, & post paucos dies redijt, sed prædictum Pascasium iam in eodem loco minime inuenit, quia enim non malitiæ, sed ignorantię errore peccauerat, purgari post mortem potuit a peccato, quod tamen credendum est, quia ex illa eleemosynarum suarum largitate hoc obtinuit, vt tunc potuisset promereri veniam, cum iam nihil posset operari. Cap. 40. lib. 4.

EXEMPLVM LXX.

Fletum compunctionis studiosus Antonius in scripturis sacris, quæsiuit, & ante mortem meruit certificari de remissione peccatorum suorum.

QVidam mecum in monasterio frater Antonius nomine viuebat, qui multis quotidianis lachrymis ad gaudia patriæ cœlestis anhelabat. Cumque studiosissimè, & cum magno feruore desiderij sacra eloquia meditaretur, non in eis verbas scientiæ, sed fletum compunctionis inquirebat, quatenus per hæc exercitata mens, eius inardesceret, & ima deserens ad regionem cœlestis patriæ ad contemplationem volaret. Huic per visionem nocturnam dictũ est. Paratus esto, quia te Dominus iussit migrare. Cũque ille se non habere sumptus ad migrandũ diceret, responsum protinus audiuit, dicens. Si de peccatis tuis agitur dimissa sunt. Quod cum semel audisset, & cum magno adhuc metu trepidaret nocte alia quoque in eisdem verbis est admonitus. Sed cum post quinq; dies febræ esset correptus, fratrib. cunctis flentibus, oranubusq; defunctus est. Cap. 41. lib. 4.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM LXXI.

Laudi diuinæ continuè intentus Merulus albis floribus coronatus aulam cęlestem ingreditur.

ALius autem frater in eodem monasterio Merulus dicebatur, vehementer lachrymis, atque eleemosynis, & orationis intentus, psalmodiæ autem cantus ex ore illius pene nullo tempore cessare consueuerat, excepto cum alimenta corpori aut membra dedissent sopori. Huic nocturna visione apparuit, quia ex albis floribus corona de cęlo in caput illius descendebat. Qui mox molestia corporis occupatus, cum magna securitate animi atque hilaritate defunctus est. Ad cuius sepulchrum dum Petrus, qui nunc monasterio præest, sibi sepulturam facere post annos quatuordecim voluisset, tanta, vt asserit, de eodem sepulchro illius fragrantia suauitatis emanabat, ac si illic florum omnium fuissent odoramenta congregata. Ex qua re manifeste patuit, quam verum fuit, quod per nocturnam uisionem vidit ibidem.

EXEMPLVM LXXII.

Sepultus in Ecclesia Faustini martyris Valerius Patricius eiici rursum propter ipsius lubricitatem præcipitur. Ob eandem etiam causam Valentinus è templo extrahi videtur.

VAlerianus Patricius in ciuitatem, quę Brixia dicitur, narratur fuisse defunctus, cui eiusdem ciuitatis Episcopus accepto precio locum in Ecclesia præbuit, in quo sepeliri debuisset. Qui videlicet Valerianus vsque ad ætatem decrepitam, leuis atque lubricus extitit, modumq; suis prauitatibus ponere cõtempsit. Eadem verò nocte, qua sepultus est, beatus Faustinus martyr, cuius Ecclesia corpus illius fuerat humatum, custodi suo apparuit, dicens Vade, & dic Episcopo, vt proijciat has fœtentes carnes, quas hic posuit, quia si non fecerit die xxx. ipse morietur. Quam visionem custos Episcopo timuit confiteri, & rursus admonitus declinauit. Die autem xxx. eiusdem ciuitatis Episcopus cum vespertina hora sanus, atque incolumis ad lectum rediisset, subita & inopinata morte defunctus est. Cap. 52. lib. 4.

Valentinus nomine Mediolanensis Ecclesiæ defensor defunctus est, vir valde lubricus, & cunctis leuitatibus occupatus, cuius corpus in Ecclesia beati martyris Syri sepultum est. Nocte autem media in eadẽ Ecclesia factæ sunt voces, ac si quis violenter ab ea repelleretur, atque traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt custodes, & viderunt duos quosdam teterrimos spiritus, qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerunt, & cum ab Ecclesia clamantem, & nimium vociferantem foras trahebant. Qui videlicet exterriti ad sua strata reuersi sunt. Mane autẽ facto aperientes sepulchrum, in quo idem Valentinus fuerat positus, eius corpus non inuenerunt. Cumque extra Ecclesiam quærerent vbi proiectum esset, inuenerunt hoc in sepulchro alio positum, ligatis adhuc pedibus manibusque, sicut de Ecclesia fuerat abstractum. Ex quare Petre colligitur, quia his quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciunt, restat vt de sua præsumptione iudicentur, quatenus eos sacra loca non liberent, sed & culpa temeritatis accuset. Cap. 35. lib. 4.

EXEMPLVM LXXIII.

Purgatorium suum quidam in balneis habuit, qui a sacerdote, cui ibidem apparuit, permissarum solemnia liberatur.

SI culpæ post mortem insolubiles non sunt, multum solebat animas etiã post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare, ita vt hanc nonnunquam ipsæ defunctorum animę videantur expetere. Quidam enim presbyter in diœcesi Centumcellensis vrbis habitauit, atque Ecclesiæ Beati Ioannis, quæ in loco qui Tauteana dicitur, sita est, præerat. Idem presbyter in eodem loco, in quo aquæ calidę vapores nimios faciunt, quoties necessitas corporis exigebat se lauare consueuerat. Vbi dum die quadam fuisset ingressus, inuenit quendam incognitum virum ad suũ obsequium præparatum, qui sibi de pedib. calciamenta abstraheret, vestimenta susciperet, & exeunti de caloribus sabana præberet, atque omne ministerium cum magno famulatu peragere. Cumque hoc sæpius fieret, idem presbyter die quodam ad balnea in-

rus intra semetipsum cogitans, dixit. Viro illi qui mihi solet tam deuotissime ad lauandum obsequi, ingratus apparere non debeo, sed aliquid mihi necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox ut peruenit ad locum, hominem inuenit, atque ex more eius obsequio in omnib. vsus est. Lauit, itaque, & cum iam vestitus voluit egredi, quod secum detulerat obsequenti sibi uiro pro benedictione obtulit, petens vt benignè susciperet quod ei charitatis gratia offerret. Cui ille nequiens afflictus que respondit. Mihi ista quare das pater? Ille panis sanctus est ego hunc manducare non possum. Ego enim quem vides, aliquando loci huius dominus fui: sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem mihi præstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, ut pro peccatis meis ille veniam. Et nunc exauditum te esse cognosce, cum hic ad lauandum veneris, & minime me inueneris. In quibus verbis disparuit. & is qui homo esse videbatur, euanescendo innotuit, quia spiritus fuit. Idem uerò presbyter hebdomada cõtinua se pro eo in lachrymis afflixit, salutarem hostiam quotidie obtulit, & reuersus postea balneum cum iam minime inuenit. Qua ex re quantum prosit animabus immolatio sacræ oblationis ostenditur, quando hanc & ipsi mortuorum spiritus a uiuentib. petunt & signa indicant quibus per eam absoluti uideantur. Cap. 55 lib. 4.

EXEMPLVM LXXIIII.

Proprietarius monachus moriturus a fratribus non visitatur, & clamantibus omnibus, Pecunia tua tecum sit in perditionem, sepelitur; sed post triginta dies a purgatorio liberatur.

SEd nec hoc silendum existimo, quod in monasterio meo ante hoc triennium reminiscor. Quidam namque monachus Iustus nomine, medicinæ arte fuerat imbutus qui mihi in eodem monasterio constituto sedulò obsequi, atque in assiduis ægritudinibus meis excubare consueuerat. Hic namque languore corporis præuentus ad extremum deductus est. Cui in ipsa sua mortis hora frater germanus nomine Copiosus seruiebat, qui ipse quoque nunc in hac vrbe per eundem medicinæ artem temporalis vitæ stipendia sectatur. Sed prædictus Iustus cum iam se ad extremum peruenisse cognouisset, eidem Copioso fratri suo, quia occultos tres aureos haberet innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit celari, sed subtiliter indagentes, atque illius omnia medicamenta perscrutantes, eosdem tres aureos in medicamine absconsos inuenerunt. Quod mox vt mihi nunciatum est tantum malum de fratre, qui nobiscum cõmuniter vixerat, æquaminiter ferre non valui, quippe quia eiusdem nostri monasterij semper regula fuerat, vt cuncti fratres ita communiter viuerent, quatenus eis singulis habere propria liceret. Tunc nimio mœrore perculsus cogitare cœpi, uel quid ad purgationem morientis facerem, vel quid in exemplum viuentibus fratribus prouiderem. Precioso igitur eiusdem monasterij præposito ad me accito dixi: vade & nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat, sed cum in morte constitutus frater quæsierit, ei suus frater carnalis dicat, quia pro solidis quos habebat, occultè, a cunctis fratribus abominatus sit, vt saltem in morte de culpa sua mentem illius amaritudo tranquilleret, atque a peccato, quod perpetrauit, purget. Cum vero fuerit mortuus, corpus illius cũ fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet festum in sterquilinio facite, & in ea corpus eius proijcite, ibiq; super eum tres aureos ponite, quos reliquit, simul omnes clamantes. Pecunia tua tecum sit in perditionem: & sic eum terra operire.

In quibus vtriusque rebus, vnam morienti, alteram vero volui viuentibus fratribus prodesse: & vt illum mortis amaritudo a culpa solubilem faceret, & istos auaritiæ tanta damnatio miscere in culpa prohiberet. Quod factum est. Nam dum idem monachus peruenisset ad mortem, atque se anxie quæreret fratribus commendare, nullusque de fratribus ei applicare, & loqui dignaretur, ei carnalis frater cur ab omnibus esset abominatus indicauit. Qui protinus pro reatu seu vehementer ingemuit, atque in ipsa tristitia a corpore exiuit, qui ita est sepultus, vt dixeram. Sed

fratres

fratres omnes eadem eius sententia turbati, cœperunt singuli extrema quæque & vilia, & quæ eis habere regulariter semper lucuerat, ad medium proferre, vehementerque formidare, ne quid apud se esset, unde reprehendi potuissent. Cum Ferò post morte eius triginta essent dies euoluti, cœpit animus meus defuncto fratri compati, eiusque cum dolore graui supplicia pensare, & si quod esset ereptionis eius remedium quęrere. Tunc euocato ad me eodem Preciolo præposito monasterij nostri, tristis dixi. Diu est quod frater ille qui defunctus est in igne cruciatur, debemus ei aliquid charitatis impendere, & eum in quantum possumus ut eripiatur adiuuare. Vade itaque & ab hodierno die dieb. xxx. continuis offerre pro eo sacrificium stude, vt nullus omnino prętermittatur dies, quo pro absolutione illius salutaris hostia non immoletur. Qui protinus abscessit, & dictis paruit. Nobis autem alia curantibus atque euolutos dies non numerantibus, idē frater oui defunctus fuerat nocte quadam fratri suo germano Copioso per visionem apparuit. Quem ille cum vidisset, inquisiuit, dicens. Quid est frater, quomodo es? Cui ipse respondit; Nunc vsque male fui; sed iam modo bene sum, quia hodie communionem recepi. Quod idem Copiosus pergens protinus indicauit in monasterio fratribus. Fratres uerò sollicitè computauerunt dies, & ipse dies exiterat quo pro eo tricesima oblatio fuerat impleta. Cumque & Copiosus nesciret, quid pro eo fratres agerent, & fratres ignorassent quid de illo Copiosus vidisset, uno eodemque tempore dum cognoscit ille quid illi egerint, atque isti cognoscunt, quid ille viderit, concordante simul & uisione, & sacrificio res aperte claruit, quia frater qui defunctus fuerat per salutarem hostiam suppl.cium euasit. Cap. 55. lib. 4.

EXEMPLVM LXXVI.

Missarum solennia deuotè celebrans Cassius Narnienſis Episcopus audiuit, Age quod agis, &c.

MVlti nostrū fratres charissimi Cassium Narnienſis vrbis Episcopū nouerunt, cui mos erat quotidianus Deo hostias offerre, ita ut pene nullus dies uitæ eius abscederet, quo nō omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret. Cui tamē sacrificio valde concordabat & vita. Nam cuncta quæ habebat in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerēdi sacrificium venisset, velut totus in lachrymas defluēs, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Cuius & vitam & exitum a quodam honorabilis uitæ diacono, qui ab fuerat nutritus, referente cognoui. Aiebat enim quod quadam nocte eius presbytero per uisum Dominus astitit dicens: Vade, & dic Episcopo, age quod agis, operare quod operaris, non cessat opus tuum, non esset pes tuus, non cesset manus tua: nata li Apostolorum venies ad me, & retribuā tibi mercedem tuam.

Surrexit presbyter, sed quia e uicino Apostolorum natalitius dies imminebat, tā propinqui exitus diem Episcopo nunciare pertimuit. Alia nocte Dominus rediit, eiusque inobedientiam uehementer increpauit, atque eadem iussionis suæ verba retexuit. Tūc presbyter surrexit ut pergeret: sed rursus infirmitas cordis impedimentū facta est indicandæ reuelationis. ad admonitionem quoque iteratæ iussionis obduruit pergere, & quæ viderat manifestare neglexit. Sed quia magnam mansuetudinem contemptę gratię maior sequi solet ira vindictę, uisione tertia Dominus apparens iā verbis addit verbera, & tam districta cæde macratus est, ut in eo duritiā cordis emollirent uulnera corporis.

Surrexit ergo eruditos ex uerbere, perrexit ad Episcopum, eumque ex morte iuxta beati Iuuenalis martyris sepulchrum ad offerendum sacrificium consistentem reperit, secretum a circumstantibus petijt, seseque eius pedibus strauit. Cumque eum uberrim flentem Episcopus uix ad se leuare potuisset, lachrymarum causas cognoscere studuit.

Ille uero relaturus ordinē uisionis prius vestimento ex humeris deuoluto detexit plagas corporis, ut ita dicam, testes veritatis, & culpę monstrauit quanta animaduersione districtioni membra illius accepta uerbera liuore inflictio insolcauerant. Quę mox ut Episcopus uidit, exhorruit, & quis sibi talia facere præsumpsisset cum ma-

gnę

gnæ obſtupefactionis uocibus inquiſiuit. At ille reſpondit, hęc ſe pro ipſo fuiſſe perpeſſum. Excreuit cum timore admiratio, ſed nullas iam presbyter inquiſitionis eius moras adijciens, ſecretũ reuelationis eius aperuit, eique viſionis Dominicæ per ea quę audierat verba enarrauit, dicens. Age quod agis, operare quod operaris, non ceſſet manus tua, non ceſſet pes tuus, natali Apoſtolorum veniens ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis Epiſcopus in oratione ſe cum magna cordis contritione proſtrauit. Et qui oblaturus ſacrificium ad horam tertiam venerat, hoc pro extenſæ orationis magnitudine ad horam nonam vſque protelauit: atque ex illo iam die magis magiſque ei ſunt aucta lucra pietatis. Factuſq. eſt tam fortis in opera, quam certus ex munere, quippe qui eũ, cui ipſe debitor fuerat, ex promiſſione iã ceperat habere debitorem. Huic autẽ conſuetudo fuerat annis ſingulis natalitio Apoſtolorum die. Romam venire, iamq. ex hac reuelatione ſuſpectus venire iuxta morem noluit. Eodemque ergò tempore ſolliciti fuit, ſecundo quoque anno, vel tertio in mortis ſuę expectatione ſuſpenſus, quarto, quinto, & ſexto ſimiliter. Qui deſperare iam de veritate reuelationis potuerat, ſi verbis fidem verbera non feciſſent. Tamen ecce anno ſeptimo vſque ad expectati natalis ſacras vigilias incolumis peruenit, ſed leuis hunc in vigiliis calor attigit, atque ex ipſo die natalitio filiis ſuis expectantibus miſſarum ſolemnia implere ſe poſſe recuſauit. Illi uerò, qui de eius erant pariter venerunt ſuſpecti, ſimiliter aſtringentes, vt egreſſione ſuſpecti, ſimiliter ad eũ omnes die eodem nequaquam acquieſcerent miſſarum ſolennia celebrari, niſi pro eis apud Dominum idem antiſtes ſuus interceſſor accederet. Tunc ille compulſus in Epiſcopi oratorio miſſam fecit, & manu ſua corpus Domini cum pacemque omnibus tribuit. Qui cuncto miniſterio oblati beneficii peracto, ad lectum rediit, ibique iacendum ſacerdotes ſuos ac miniſtros circumſtetiſſe ſe cerneret, quaſi uale vltimum dicens, de ſeruando eos vinculo charitatis admonebat, & quanta debuiſſent concordia inter ſe uniri prædicabat. Tum ſubitò inter ipſa ſanctæ exhortationis uerba uoce terribili clamauit, dicens. Hora eſt. Mox aſſiſtentibus ipſe ſuis manibus linteum dedit, quod ex more morientium ſibi contra faciem tenderetur, quo tenſo ſpiritum emiſit. Sicque ſacra illa anima ad gaudia æterna perueniens, a carnis corruptione ſoluta eſt. Quem fratres chariſſimi, quem uir iſte in morte ſua imitatus eſt, niſi eum quẽ in uita ſua fuerat contemplatus. Dicens enim, hora eſt, de corpore exire, quia & Ieſus peractis omnibus cum dixiſſet. Conſummatum eſt, inclinato capite, tradidit ſpiritum. Quod igitur Dominus ex poteſtate. hoc egit famulus ex uocatione. Ecce quotidianæ hoſtiæ illa cum eleemoſynis, & lachrymis miſſa legatio quantam cum rege venien te gratię pacem fecit.

Cap. 16. lib. 4. & lib 3. ca. 6. & ho mil. 37. in Euang.

Sequi-

Sequitur exemplum lxxvj. ex Epistolis varijs Petri Damiani humilis monachi & eremitæ.

Vincentius in Speculo lib. 25. a capit. 13. vsque ad 64. inclusiue pleraque ex his narrat. Epistolæ autem hæ Petri Damiani sunt in tomo 3. bibliothecæ sanctorum Patrum fol. 655.

EXEMPLVM LXXVI.

Hospitalis Episcopus non habens quod hospiti apponeret volitantem gruem precibus in terram deiecit.

NOuarien sis Ecclesiæ narrauit Episcopus. Cum, inquit, in Teutonicorum partibus cuidam Episcopo comitator incederem, & imminente iam refectionis hora quid mihi decenter apponeret non haberet, æstuare cœpit & anxie quærere, vnde mihi posset in itinere positus subuenire. Cumque hinc indigentia stringeret, illic charitas animam dilataret, in arcto positus quid prorsus ageret ignorabat. Tum ecce grues repente vt lineam inuicem congruentes exprimunt, parilique serie quasi diuersa vtcunque sub vno duce castra componunt, super verticem nobis turmatim volitare cęperunt. Tunc in fidei feruore Episcopus constante erectus, ait: Domine præcipe unam de gruibus illis ad nos deijci, vt seruus tuus de benedictionis tuæ munere satisfaciat charitati. Mira exauditionis diuinæ celeritas. Vix verbum ore promitur, & protinus non parui corporis grus terratenus ante ora nostra demergitur, sicque fides quę per dilectionem operabatur impletur.

EXEMPLVM LXXVII.

Misericors in pauperes Episcopus pro hausto uini, quem pauperi dari præceperat dolium vino plenum recepit.

ALius item Episcopus oppidò sitiens vinum sibi afferri præcepit. Cumque pincerna totum quod erat in vasculo fundi tus exhausisset in poculum, & Episcopo detulisset, ecce pauper importunis illud sibi flagitabat precibus dari, dicens: quia præ ariditate nimia nisi biberet quo minus expiraret. Econtra minister asserebat & nil se in vase residuum reliquisse, & in eo loco vinum aliud reperire nullatenus posse. In his ergò fortis Episcopus angustijs deprehensus, cum & hinc vim sitis sufferre non posset, illinc autem alio periclitante se bibere impium iudicans, auuertit se a se, fratrique laboranti in necessitate succurrit. Præcepit ergo pauperi vinum dari. Sed iã quo spes bibendi defecerat omnino, eo sitis Episcopi atrocius sæuiebat, mandauit ministro vt vinarium vas requireret, si forte aliquam consolationis stillam vel per exiguam reperiret. Qui diutius abnegans, nihilque se reseruasse constanter affirmãs, tandem non spe erectus, sed & imperio magis oppressus paruit, & vas, quod vacuũ reliquerat, vino plenum nimium admiratus inuenit.

EXEMPLVM LXXVIII.

Misericors in pauperes Abbas lampredam viginti nummis Papiensibus emptam pauperi postulanti donauit.

ABbas quidam, ut mihi relatum est, sua vis edulij concupiscentia ductus, lãpredam sibi præcepit adquiri. Cumque ministri dicerent hoc genus eo loco difficile posse inueniri, extitit qui diceret unam tantum in venalibus lampredam se uidisse propositam, nullo pacto minus, quam viginti nummorum Papiensium solidis coemendam. Iussit Abbas numerare pecuniam. Coquorum autem diligentia lautè decoctus Abbati piscis apponitur, sed antequam tangeretur, ecce pauper ad ianuam hoc potissimum sibi dari, quod Abbati esset appositum, anxie postulabat. Mox ut erat, integrum piscem (nihil hæsitans) vir Domini mittit ad pauperem, illicò pauper,

per, qui videbatur, cum ipſa paropſide plena piſce in ſublime ſe extulit, & librata manu velut exenium portans, cœlum cunctis uidentibus penetrauit. Vnde liquido approbatur, quia quod indigentibus datur Deo tranſmittitur & quod in ſinu pauperum occultamus, in cœlo reponimus. Epiſtola 2.

EXEMPLVM LXXIX.

Miſericors in pauperes paterfamilias unũquẽ habebat nummum pauperi tribuit, & itaum uiginti ſolidos recepit.

PAuper quidam paterfamilias vnum dũtaxat nummum in loculo poſſidebat, quem ad emendum aliquid, quod cum pane comederet expendere geſtiebat. Cumque ſiccus & aridus à lautioribus alimentis hoc diu negotium in mente verſaret, interim pauper aduenit, miſericordiam poſtulauit. Ille hærens animo velut in quodam medio nullo erat conſtitutus. Nam ſi daret, carni metuebat afflictæ, ſi retineret culpam incurrere formidabat denegatæ miſericordiæ. Tandem uicit ſpiritus carnem, & euangelicam imitatus uiduam, ſub pauperis ſpecie bono debitori Deo ſuo ſuam fœneratur quãtitatem. Redit domi, panis qui ſolebat apponi ur, puaper quidem menſa, ſed bona ſpe diues erat conſcientia, damnum ſiquidem carnis compenſabat lucro pietatis. Tunc ecce vir quidam ignotus, & quem antea nunquam viderat, feſtinus, & anxius ligatos linteo in manu eius viginti denariorum ſolidos ponit, dicenſque eos ſibi à Domino ſuo miſſos, tanquam qui ab eo expectaretur, incunctam ter abſceſſit. Cumque hic attonitus vellet inquirere, ille diſparuit.

EXEMPLVM LXXX.

Luxurioſus presbyter gratiam quam in miſſa habere conſueuerat, amiſit.

PRinceps cuiuſdam ciuitatis presbyterum habebat ſanctæ conuerſationis virum, & in diuinis officijs, præcipue in ſolẽnitate miſſarum, indefeſſenter aſſiduum. Qui cum quotidie ſacris myſterijs eueren ei inſiſteret, Angelus Domini ex conſuetudine veniebat, & videnti principe ſacramẽtum Dominici corporis ex offerentis manibus aſſumebat. Sed criminalis huius uitę lubrica & incerta condi io. Nam qui angelicis fruebatur mundis obſequis, in fœdæ luxuriæ voraginem repente prolapſus eſt. Quid plura? Peragendi ſacri miſterij tempus aduenit, presbyter conſuetudine foris exigente compellitur, ſed grauiter intus cõſcientia remordente torquetur, ornatur, accedit, trepidat, palpitat, tamen offerre præſumit. Ecce Angelus, vt aſſuetus fuerat venit, & inſpectante principe ſpongiam infectam aqua ſuper caput illius expreſſit, totumque corpus illius tergendo purgauit. Expletis autem myſterijs eandem ſpongiã rurſus expreſſit, omneſque ſordes, atq; ſqualores, quas ex corpore illius ante contraxerat, membris eius omnibus iterum ſuperfudit. Hoc viſo princeps admiratus, obſtupuit, presbyterumque ſemotis omnibus ſecrete conuenit. Inquiſitus itaque presbyter, ſi noui aliquid criminis admiſiſſet, primo quidem, quaſi perhorreſcens, facinus abnegat, deinde ſibi male conſcius, ac principis auctoritate compulſus, tandem ſe corruiſſe nocte præterita in quandam eiuſdẽ principis cubicularium confitetur.

EXEMPLVM LXXXI.

Guloſus monachus repentina morte in die Natiuitatis Chriſti percutitur.

DVo fratres, alter iuuenis, alter verò ſenex in poſſeſſione Claſſenſis monaterij, quæ Rauenna dicitur, ad cuſtodiam morabantur. Octauo ſane die ante natiuitatem Domini, ſexta ſcilicet feria quæ ſabbathum duodecim lectionum ex more præcedit, dixit iuuenis ad ſeniorem. Frater Leto (ſic enim uocabatur) quomodo vigemus hodie? Cui ſenex. Viue, inquit vt velis, ago enim & vinum bibam, & in ſolo ſicut ſcriptum eſt, pane non viuam. Frater enim ille vegetus, obeſus, incolumis, & robuſtus. Factum eſt, appoſita menſa uterque diſcubuit, ſed iſte pane contentus, & aqua ſub regulari ſe tenui diſciplina cohibuit, ille vero vinum ſibi, & inſuper quod videbatur indulſit. Qui profecto ſi quod imminebat agnoſceret, rigorem abſtinentiæ ad petulantis guſtæ lenocinium non emol-

emolliret. Octaua siquidem die, dum Dominicæ Natiuitatis gloria mundo tripudiãte clarescceret, ille defunctus est. Et cum festiuitatis inuitante lætitia cęteri prouocarentur ad mensam, ille efferebatur, flentibus undique propinquis carnalibus ad sepulchrum. Epist. 1. ad fratres mandatorum transgressores.

EXEMPLVM LXXXII.

Gulosus frater in peccatum sodomiticum corruit, quia de frixura comedit.

QVidam mihi monachus retulit, quia cum frixuras quasdam in refectorio deser. et in uasculo, prurientis eum gulæ stimulus pupugit. Moxque sibimet unam in os proijciens furtiuè comedit. Sed ilicò tantus eũ libidinis ardor inuasit, ut quod nunquam eatenus fecerat, nulla se ratione comprimeret, donec per immunditiæ fluxum semen sibi proprijs manibus eiecisset. Hic itaque seruum suum meritò contumacem sensit, quia iuxta uiri sapientis elogium, molliter enutriuit. De quo, iure dici potest, quia post buccellam introiuit in eum sathanas. Nimirum uenter, & genitalia inuicem sibimet uicina sunt, & cum hic incautè reficitur, illa ad contumelias excitantur. Epistola 1. ubi supra.

EXEMPLVM LXXXIII.

Gulosus educata caro Sophiæ nobilis fœminæ grauius fœtet.

PErpende ergo quia caro, quæ nunc accuratis dapibus enutritur, paulo post uermibus scaturire compellitur, ipsaque fit esca tunc rodentium, quæ nunc delectabiliter saginatur iucunditate ciborum, ac tanto grauiorem exhalat putrefacta fœtorem, quanto suauiorem sibi procurauit educata mollitiem. Ecce dum ista describimus Sophia nobis ad memoriam redit, duorum scilicet, Marchionum, & Gusonis soror, Ranerij filia, quæ ante hoc ferè sexennium, dum sana adhuc esset, & incolumis, Abbatem monasterij sancti Christophori martyris, ut sibi sepulturam construeret, petij. Illo quoq; retinente, & eam deliraie perhibente, difficilius impetrauit. Factumque intra monachorum claustra sepulcrum mox ut ingressa conspexit, nescio quo iudicio, in ęgritudinem corruit, at paulo post aborti:, & obijt. Cuius profecto tumultus, cum esset gipsis, artificiosisq; cementa. i. rum studijs undiq; commonitus, tantam fœtoris illuuicem per continuum anni circulum citer exhalauit, ut tolerati uix possit, nec fratres quiescere in tota clausti i illius medieta te permitteret. Et cum multa circumquaq; sepulchra subsisterent, eademq; minora satis impendia percepissent: nullum, præter hoc solum, molestias naribus ingerebat, ut luce clarius innotescceret, quoniam humana caro quanto teneriius ac mollius educatur, tanto deterius in putredinem ac nauseam uertitur. Enimuerò fratres cum mecur id fieret inquisissent, quod mihi uidebatur exposui. Hoc inquam, ad salutem uestrã, ut opinor, diuinitus agitur, ut in uno illo corpore, quod tam pulchrum, & uenustum uidistis, quid etiam ibi de cæteris mulieribus in tentatione luxuriæ sentiri debeat, liquidò colligatis, quoniam caro illa, & tunc putredo ueraciter erat, cum ad spectandum lubricos intuentium oculos prouocabat, quid enim tunc fuerit nunc euidenter ostendit. Et quælibet hominis caro, quę non uirere conspicitur, nequaquam de se post obitum putredinem generat, sed quæ semper fuerat, tunc se tantummodò putredinem manifeste declarat. Epist. 3. Blancam Comitissam cap. 9.

EXEMPLVM LXXXIIII.

Odorum suauitatibus nimis indulgens uxor Ducis Venetiarum diuino iudicio percussa horrendius fœtet.

DVx Venetiarum Constantinopolitanæ urbis ciuem habebat uxorem, quę nimirum tam tenere, tam delicate uiuebat, ut non modo superstitiosa (ut ita loquar) sese iucunditate mulcebat, ut etiam communibus se aquis dedignaretur abluere, sed eius serui rorem cœli satagebant undecunque colligere, ex quo laboriosum satis sibi balneum procurarent. Cibos quoque suos manibus non tangebat, sed ab eunuchis suis alimenta quæque minuta concidebantur in frusta, quæ mox illa quibusdam fuscinulis aureis, atque bidentibus oris suo liguriens adhibeat. Eius porrò

cubi-

cubiculum tot tymiamatum aromatumq; generibus redolebat, & vt vobis narrare de decetis fatear, & auditor fortè non credat. Sed omnipotenti Deo quantum huius fœminæ exosa fuerit superbia, manifesta docuit vlciscendo censura. Vibratio quippe super eam diuini mucrone iudicij, corpus eius omne computruit, ita vt membra corporis vndiq; cuncta marcescerent, totumque cubiculum intolerabili prorsus fœtore complerent, nec quispiam tantam perferre narium, iniuriam potuit. Non colmeta, non seruulus, vix vna duntaxat ancilla, non sine speciei redolentis auxilio, in eius obsequij tedulitate permansit. Eadè tamen raptum accedebat, & protinus fugiens abscedebat, diutius.n.hoc languore decocta, & miserabiliter cruciata, amicis quoque lætantibus, diem clausit extremum. Quid ergo sit caro, doceat ipsa caro, quodq; perhibet mortua, testetur & viua. ibid.c.11.

EXEMPLVM LXXXV.

Blasphemi in Deum, & sanctum Petrum gallo iam asso reuiuente lepra, & seruitute cum sua posteritate grauantur.

PRudentis, & honorati apud seculum cuiusdam diaconi didici narratione quod refero. In Bononiæ, inquit, partibus duo quidam viri, qui & amicitiæ inuicem fœdere, & compaternitatis, si rite recolo, necessitudine tenebantur, in conuiuio discumbebant. Quibus in mensam allatus est gallus, quem videlicet membratim vnus eorum arrepto cultello, vt mos est, in frusta dissecuit, trium quoque piper cum liquamine superfudit. Quo facto protinus alter ait. Profecto compater sic explicuisti gallum iustum vt ipse sanctus Petrus, etiàsi velit, reintegrare eum non possit Cui mox intulit ille. Planè nõ modo sanctus Petrus, sed & ipse Deus imperet, gallus hic perpetuo non resurget. Ad hanc vocem gallus repente viuus, & plumis vndique coopertus exiliuit, alas percussit, & cecinit, plumas denique concussit, totum liquorem super eos qui vescebantur aspersit. Ilicò sacrilegium blasphemæ temeritatis digna pœna sequitur vltionis. Nam & aspersione piperis lepra percussi sunt, quam videlicet plagam non modo ipsi vsq; ad obitum pertulerunt, sed & posteris suis in omnes generationes velut quoddam hæreditarium relinquerunt. Vnde factum est, ut in fabulatum subacti sint sanctæ Bononiensis Ecclesiæ, quæ uidelicet beati Petri Apostoli est insignita uocabulo. Quorum progenies, ut relator asseruit, hucusque leprosa, hoc illationis canone censita est, ut ex operib. manuum suarum inferant Ecclesiæ capisteria. Sic nimirum duplici pœnæ, lepræ, simul, & seruitutis, addicti supplicijs instituuntur, ut iam temere de diuina potentia non loquantur. Et gallus qui dudum arguerat Petrum in terra negantem, tunc probauit Petrum cum eo, quem negauerat, in cœlo regnantem. Epistola 4. ad Desiderium Abbatem Cassinensem c.13.

EXEMPLVM LXXXVI.

Adulterium fraude committens quam horribili plaga percutitur.

CVm apud Parmense oppidum degerem, ibique liberalium artium studijs insudarem, quoddam me contigit nosse, quod non inutile uidetur ad posterorum notitiam stili currentis articulo tradere. Ad occidentè sane prædictæ urbis est quædam extra muros sita basilica, gemino beatorum martyrum Gerualij, & Prothasij titulo decorata. Nocte quadam, quæ uidelicet eorundem martyrum natalitia præcedebat, uir quidam maturis surrexit, boucsque suos ad pascua remotiora deduxit. Cui conuicinus quidam flamma nequissimæ libidinis inflammatus, insidiatus est, ut eius uxorem polluere moliretur. Eadem ergo nocte ad domum eius callidos explorator accessit, & occasione reperta non diutius postquam ille cum pascendis animalibus abijt, ille febricitare diabolica machinatione se confingens, in lectum ipsius uxoris uir simulatus intrauit. Cumque uelut frigescens intremeret, dentium stridores emitteret, & crebrius singultaret, infœlix mulier tanquam a groto uiro compatiens, cœpit eum ulnis astringere, lodice contegere, & quibus ualebat impendijs refouere. At ille ut dolorem mente conceperat, peperit iniquitatem. Violat itaque alienum thorum, sibique procurat interitum, moxque concitus abijt. Sed ecce uix breui tem-

temporis ſpatio elapſo maritus redijt, & ſtratum repetit. Cui protinus vxor vehementer exprobrans, ait. Optimè poteris hodie ſanctorum martyrum, quæ tibi tam contigua eſt, Eccleſiã ingredi, & cum cæteris chriſtianis diuinis intereſſe myſterijs. Cumq; vir attonitus, quod illa loqueretur inquireret, euentumque rei, ſicut contigerat, per ordinem cognouiſſet, utique ſe deprehendentes irriſos, ac turpiſſima ludificatione deluſos intolerabili doloris anguſtia conſternati ſunt. Interea dum populus ad Eccleſiam hinc inde conflueret, vt nocturnæ laudis officium deuotus audiret, tandem & illi reſumpto ſpiritu nihilominus conuenerunt, atque omnis verecundiæ rubore depoſito quærelam ſuam coràm omnibus depoſuerunt, præſertim mulier laceros crines euellens, & vberrimis, lachrymis triſtia ora perfundens, lugubres emittebat vlulatus in cœlum, dicens. Domine tu corda noſtri hominum, tu conſcientiæ meæ teſtis es, quia hac ſanctiſſima nocte etiam proprij thalami amplexus abhorrui, alieno me præſertim miſceri viro penitus ignoraui. Tu ergò Domine non aſpicias oro peccata mea, ſed placeat coram te, vt ſanctorum tuorum vlciſcatis iniuriam. In conſpectu ergò populi tui nunc oſtende virtutem & ad gloriam ſanctiſſimi nominis tui prode meæ perditionis authorem. Producatur in mediam, & immunitatem cruentiſſimi ſceleris de ſuo fraudis aufugio non lucretur. Cumque multa his ſimilia mulier amaro ſpiritu non clam, ſed vociferando profunderet, & populus ei pio mœrore compatiens eiſdem votis & precibus diuinam clementiam implorarent, author ſceleris vbi latebat dæmoniaco ſpiritu repente corripitur, & in furorem nimiũ atque veſaniam rabidus effrænatur, moxque in Eccleſiam populo nouiter obſtupeſcente proſiliuit, omneſq; in ſui admiratiõnẽ ſemetipſum laniando, ac diſcerpendo conuertit. Deus itaque fremitus, & rugitus, & propriis ſe manibus crudeliter lacerabat volens quodammodo, & in alta proſiliens deinde ſe grauiſſimo impetu in ima demergens, & modo in parietem caput cõcutiens, modò ſe in pauimentum inſaniendo proſternens, omnia viſcera ſua miſerabiliter conquaſſabat. Hoc itaque malignus cum ſpiritus modo collidere non ceſſauit, donec infelicem ſpiritum coram populo qui aderat, de corpore euulſit. Videntes autem qui aderant, immenſam authori iuſtitiæ Deo gloriam referunt, qui & impune paſſus non eſt abire peccantem, & inuocantem conſulatus eſt mulierem. Quando autem mihi hoc reuelatum eſt, videbantur adhuc ſaxa videri, in quibus impegerat, ſanie illius & cruore rubentia. ibid. c. 14.

EXEMPLVM LXXXVII.

Confeſſione quidam ab ipſis fere inferni clauſtris liberatur, qui a fratribus adiutus fuerat.

IN monaſterio beati Silueſtri, quod in Vrbinati cõſtitutum eſt territorio, quidam monachus obijt, & ab incipiente gallicinij nocturnalis articulo vſque ad ſecundam diei horam cadauer exanime locatum iuxta morem conſuetum, atque fratribus circumquaque pſallentibus in feretro iacuit. Cumque tranſactis iam miſſarum ex maiori parte ſolemnijs, Agnus Dei iuxta regulam diceretur, ecce repentè qui mortuus iacebat in medio anima redeunte ſurrexit. Stupefacti ſunt fratres, & noua nimis admiratione perterriti, nimirum quem funeris officium perſoluentes extulerant, nunc vitalem ſpiritum recepiſſe videbant. Ac cum propius acceſſiſſent, verbaque audire ex ore eius auidius inhiarent, ha ſcelus, maledicta & cõtumelias in Deũ cœpit effundere, benedictum nomen Saluatoris impie blaſphemare, viuicæ crucis ſignum vt oſcularetur oblatum ſacrilego ore conſpuere, intemeratam quoque Dei genitricem ignominioſis non timebat opprobrijs lacerare: Quid, inquiens, pro me pſallitis, vel ſacrificiorum hoſtias offerre tentatis? Ego enim in ipſa flammantia tartara profunda deſcendi, ibique meus magiſter, & Dominus Lucifer me irreuocabiliter deputauit. Corona plane ſuam æream inextinguibili ſemper ardore candentem mihi in capite poſuit, eiuſdem quoque metalli chlamide, qua induebatur ipſe, me veſtiuit. Erat autem chlamys tam longa, vt a lotenus flueret, & tam feruenter ignita, vt lique facta guttas emittere videretur. Cumque fratres eum, vt pœnitentiam ageret, atque vt occulta ſua in medium proferret, vnanimiter hortarentur, ille anathe-

matiza-

matizabat,& plaſphemabat, & non ſolum pœnitentiæ remedium, ſed & omnia redemptionis noſtræ myſteria ore rabido atque ſacrilego condemnabat. Monachi uerò ſemper ad adiutricia orationis arma pio ſtudio recurrentes, cæperunt abiectis indumentis corpora ſua ſcopis illidere, pugnis pectora tundere, pſalmodiæ atque omnium quibus valebant precum generibus inſudare. Cunctis itaque fratribus in luctuoſis orationibus, & ieiunijs conſtitutis,ac ſub diuinæ pietatis expectatione ſuſpenſis, tandem ſupernæ virtutis ſplendor emicuit Ecce enim deſperatus ille,& uorago ne maris hiantis abſorptus, ad ſuperficiem redijt. Dei quippe Saluatoris omnipotentiam laudat, nequiſſimis ſathanæ ludiacationibus abrenunciat,crucem adorat, pœnitentiam flagitat.Confeſſus eſt autem, quia poſt abrenunciationem ſeculi in fornicationem cecidit, quam tamen eatenus nulli penitus per confeſſionis iudicium patefecit. Laudans igitur, & benedicens Deum vſque in diem alterum vixit,ſicque creatori ſuo mirabiliter reſtitutus, in ſancta de hoc ſeculo confeſſione migrauit. Sic nimirum fraternæ orationis fructus efflorauit. Quæ videlicet oratio ex ipſis gehenna viſceribus, prædam rapuit, & de flammarum ſtipula in ſtructura cœleſtis Hieruſalem lapidem viuum poſuit. Epiſtol.5.ad Dominicum cap.7.

EXEMPLVM LXXXVIII.

Bona iniuſtè acquiſita retines Comes cum omni poſteritate ſua ad iferna deſcédit.

IN Teutonicis partib. Comes quidam dives ac præpotens.ſed (quod in illo ordine hominum prodigium eſt) bonæ opinionis,& innocentis uitæ, prout humanum de eius æſtimatione erat iudicium, ante decennium verò defunctus eſt. Poſt cuius obitum quidam religioſus vir per ſpiritum ad inferna deſcendit,præfatumque comitẽ in ſupremo gradu cuiuſdam ſcalæ poſitum uidit. Aiebat namque quia ſcala illa inter ſtridentes & crepitantes vltricis incendij flammas videbatur erecta, atque ad ſuſcipiendos omnes,qui ex eiuſdem comitis genealogia deſcenderent,conſtituta. Erat autem tartarum immane,& infinite patens,atque in profunda diuerſum, vnde ſcala producta ſurgebat.Hoc igitur ordine ſuccedenti vni ſibimet ſeries texebatur, vt cum quis eorum nouus accederet, primum interim ſcalæ teneret gradum,is aũt qui illic repertus erat,alijq; omnes ad proximorum ſibi graduum ima deſcenderent.Cumque alij, atq; alii ex eodẽ genere homines poſt carnis opera ad præfatam ſcalam per temporum interualla confluerent, alij protinus cedentes,ineuitabilis neceſſitate iudicij ad inferiora migrebant. Plane cum vir, qui hæc contemplabatur,cauſam huius horrendæ damnationis inquireret, & præſertim cur ille comes ſui temporis puniretur, qui tam iuſte, tam honeſte, tamque decenter vixiſſet,audiuit,quia propter quãdã prædij poſſeſſionẽ Metenſis Eccleſiæ,quam beato Stephano proauus eius abſtulerat, cui videlicet iam iſte decimus in hæreditate ſucceſſit,omnes iſti non diuerſo ſupplicio deputati ſunt. Et ſicut eos ad peccandum non diſpar auaritiæ culpa coniunxit, ita nihilominus ad perferendas atrocis pœnas incendij commune ſupplicium copulauit.ibi.c.8.

EXEMPLVM LXXXIX.

Orationibus fratrum quidam,qui pœnitentiam pro alio aſſumptam nondum compleuerat à purgatorio liberatur.

MOnachus erat in Aretinii territorij cœnobio,quod dicitur ad Pinum, multis peccatorum nexibus inuolutus. Cui cum iuxta quãtitatẽ lapſuũ auſterior, & longa nimiũ pœnitentia fuiſſet indicta, ille fratris cuiuſdã,cui complexum amicitia familiarius adhærebat,ad comportandum pœnitentiæ pondus auxilium petijt. Quod frater prædictus deuote ſuſcipiens, condignam pœnitentiæ partem tulit, atque à perſoluẽdo huius debiti canone ſecurũ manere præcepit. Sed dũ ille partius leuigatus onere ad ſtrictioris vitæ cenſuram remittitur, iſte ſibi ad ſolutionem prolixioris uitæ ſpacium pollicetur. Aliquanto poſt in ægritudinem cecidit, ac ſubitò mortem, quam procul eſſe ſperabat, incurrit. Fuerat autem frater ille quantum ad ſe irreprehenſibilis uitæ & opinionis inter fratres. Non multis verò poſtmodum diebus pœnitenti monacho in ſomnis apparuit.Cui ille protinus inquiſiuit.Quid ergate Frater agitur.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo tibi eſt? Cui querulis admodũ nocibus reſpondit; Malè, inquit, ac durè, ſed propter te. Nam liber a proprijs, quia tuis me vinculis innodaui, & alienæ cautionis obnoxium reddidi, nec perſolui, flagellis atteror, vnde quæſo te, & qua valeo ſupplicatione depoſco, vt vigiles pro te, ac liberes me. Vade itaque, & ſanctum huius loci precare conuentum, vt debita meæ ſponſionis à me neglecta perſoluant, ſicq; me ab iſtis, quæ præſto ſunt, ſupplicijs eruant. Expergefactus ille, fratribus quod viderat retulit, quod audierat intimauit, præces expoſuit, efficaciter impetrauit. Porrò autem cum iam fratres præfixam illius pœnitentiæ quantitatem diuerſis argumentorum ſpiritualium exercitijs impleuiſſent, præfato monacho frater ille per viſum rurſus apparuit, eique ſerenos ſatis, & alacres vultus oſtẽdit. Interrogatus iterum quid haberet, reſpondit ſe per orationes fratrum non ſolum a pœnalibus incommodis erutum, ſed etiam ad electorum ſortem mirabili dextræ excelſi nuper mutatione translatum. Benedicta diuinæ clementiæ diſpenſatio, quę per mortuos etiam inſtruit viuos, & dum alios verberat, alios qualiter à verberibus eripiantur informat. Audiſti, frater, hiſtoriam: eſto prouidus ad cautelam. Epiſtola 6. ad B. Fratrem.

EXEMPLVM XC.

Votum non implens quidã Arduinus non iniuſte damnatur.

VIr quidam Arduinus nomine, famoſæ prudentiæ, genere clarus, diuitijs opulentus, certa mihi deuotione ſpoponderat, quod ſi antè non poſſet, ſaltem expleto decennio ad monaſterium ſancti Vincentij, quod videlicet in Vrbinati conſtitutum eſt territorio, monaſticum ſuſcepturus declinaret habitum. Tandem termino conditæ pactionis elapſo, cum ego aſſiduus huic exactori inſiſterem, & ille hinc tenendo, inde blandiendo, verbis quidem omne bonum promitteret, ipſius autem conuerſionis effectum quibuſdam tergiuerſationibus protelaret. Rector quoque iam dicti monaſterij illius fauebat votis illius, diſſuadebat conuerti, cuius nimirum per neceſſarijs ſæpe ſuſtentabatur auxilijs. Inter ea languore corporis irruente decubuit, peccata confeſſus iudicio ſacerdotis abſoluitur, pauperibus, & eccleſijs multa largitur. Iterum curtis quaſi bene compoſitis aſſiſtentes ſibi cognatos, & affines ſub hac atteſtatione conſtituit. Obſecro, inquit, per charitatem, quę Deus eſt, nemo me reddi huic mortali vitę, quod nihil eſt, deposcat, ne (quod abſit) imparatũ me poſtmodum mors improuiſa reperiat. Aliquanto autem poſt eius obitum tempore prædicto abbati monaſterij ſancti Vincentij vir ille per viſum nocturnę quietis apparuit. Videbatur autem illi, quod in ſpatioſa quadam campi planitiæ imperator (ſi rectè teneo) vel quælibet excelſa poteſtas cum totius regni primoribus, & copioſo moraretur exercitu. Cumque ille ſtupefactus oculos huc illucque duceret, ecce Arduinus a quibuſdam tanquam cuſtodibus ducebatur. Heu, inquit abbas. Siſte gradum, fige pedem quieſce pauliſper, mihi non loqueris Arduine? Aie frater, quid tibi eſt, lętaris, an pateris; adeſt pœna, vel gloria: Cui triſtis ac flebilis. Curait, me de gloria cõſulis, qui iugibus pœnis afficior, & ne ad monumentum quidẽ reſpirare permittor. Ad quem abbas. Quid (inquit) beatus Vincentius non tibi in neceſſitate nunc ſuccurrit, quia ad collaborandum ſuæ domus ad miniſtratoribus tam ſedulò decertaſti? Cui mox ille ſubiunxit. Sanctus ait, Vincentius diu me ſuum fecit ſperare colloquium, ſed quia dudum fatigatus hoc obtinere non merui, ſpem hanc omnino fruſtratus iam amiſi. Vbi ſollerter attendendum, quàm recta ſit linea diuinæ iuſtitiæ, imò quam ardua apud Deum menſura vindictæ. Ille ſiquidem dum adhuc viueret conuertẽdum ſe in monaſterio beati martyris, & promittebat, & differebat, nunc ad eiuſdem martyris venire colloquium, & quaſi ex permiſſione ſperabat, & tamen nullatenus impetrabat. Dignumque fuit, vt abbas potiſſimum hanc cerneret viſionem, qui ſibi ne conuerteretur obſtiterat. Epiſt. 8. ad Pandulphum.

EXEMPLVM XCI.

Votum ſuum non implens, manum quam forte in ſponſione tetenderat, gladio feriente amiſit.

ALius etiam ciuis notus mihi atque conicius in Rauennati ſcilicet vrbe

pollebat,& legis peritia ſtrenuus, & grammaticorum regulis competéter inſtructus. Hic mecum fidedictor inſtituit, vt ſi ego, ſimul,& ipſe relinqueret ſeculũ. Quid plura? Tandem ego ad conuerſionem veniens vt ſponſio redderetur exegi, ſed obtinere non potui. Iſte quippe me gaudendo præmiſit, ſuaque veſtigia ſubſiſtens artificioſè repreſſit. Non multis verò poſtmodum diebus dum hunc aduerſus leuirum ſuum furentis animi liuor raccéderet, gladio repentè percuſſa manus eius obriguit, ſicq; ſtupefacta deinceps permanſit, & rigida, vt baiulo ſuo dependens magis eſſet oneri, quàm virtuti. Iamque inutilis factus, mundum dum abijceretur abiecit, & non iam anceps, ſed cum Beniamin totus dexter in ſancta vſque ad obitũ conuerſatione permanſit. ibidem Cap. 2.

EXEMPLVM XCII.

Guloſſus Epiſcopus inſanabile gutturis vulnus incurrit.

INterea quoque Ioannes Conuaclenſis Epiſcopus ad memoriam redit, qui conuerſionem ſuam dum per longa temporum interualla differret, aliquando contigit, vt in fundo ſuo, quem in Saltus poſſidebat territorio, moraretur. Illic itaque cõſtitutus, pauperculę cuidam viduæ porcum, quem velut ſpem ſui victus alebat, præcepit auferri, ſaiſque ferculis profuturum nõ legnius præparati. Emittit illa preces, fletus fudit ad gemitus, ſibiq; indigentię ſuæ reddi poſtulat nutrimentum. Sed ſuo ventri magis, quam illius neceſſitati impius Epiſcopus dum proprijs prouidet menſis, mandatum paruipendit authoris, qui per prophetam dicit. Subuenire oppreſſo, iudicate pupillo defendite viduam. Sed qui abſens credebatur inſtituendo præceptum, præſentem eſſe docuit inferendo iudicium. Nam Epiſcopus dum lachrymas viduæ ſuæ facit delitias gulæ, mox percuſſus in gutture vulnus incurrit, quod nullis medicorũ ſtudijs donec vixit euaſit. Hoc itaque prępeditus incommodo, cum iã iuxta ſcripturam ſola vexatio daret intellectum auditui, tandem ſanioris conſilijs adquieuit, & Epiſcopales inſulas monaſtica profeſſione mutauit, atque in Pampaſiano cœnobio, quod in beatæ Mariæ virginis eſt honore conſtructum, longis poſt temporibus ſuperuixit. Vſque tamen ad obitum tãta lę ſi gutturis moleſtia laborauit, vt niſi cum magna difficultate traijcere alimenta non poſſet, adeò vt ad geminam ſemper menſam ſuccedentium ſibi fratrum in refectione diſcumberet, vixque tantum cibi caperet, vnde recreare ſtomachum potuiſſet, ibidem. Cap. 3.

EXEMPLVM XCIII.

Veſtium ornatu ſuperbus luxurioſus cum amaſia ſua igne crematus interijt.

MEmini planè quia, & cum apud Parmenſe oppidum liberalium artium ſtudijs docendus inſiſterem, dum adhuc videlicet adoleſcentię flore, & noua pubertas indueret faciem, & æſtus libidinis impatienter accenderet carnem, clericus quidam, nomine Teucolinus, pellicem ſuam iuxta meum habebat hoſpitium, vt aiunt, aſpectu lubricam, & inhoneſtam ſaris decore venuſtam. Hic itaque nitidus, & ſemper ornatus atque conſpicuus incedebat, ita vt caput eius nunquam niſi gabelica pellis obtegeret, indumenta carbaſina atque niuentia fuligo per artem fullonis inficeret, calceus poſtremò ad aquilini roſtri ſpeciem non falleret. Erat illi prętera uox gracilis, ſuauis, & tremula, adeò vt in Eccleſia modulans, & audientium corda mulceret, & aſtantis in ſe ora plebis conuerteret. Affluebat vbique delitijs, rugiebãt ora flammantia, quotidie cachinnis inuicem atque ludibrijs, oculorum nutibus, ac ſcurrilitatis illecebris feſtiui applaudebãt. His ergò furijs, & perditis moribus quia corpore contiguus aderam, mente lõginquus eſſe non poteram. Quid dicam? quia dum hæc cernerem titillatis luxuriæ moleſtias pertuli, cum etiam poſtquam ad cremum veni eiuſdem lenocij memoria ſæpius me colaphizare non deſtitit. Sæpe fateor mihi malignus hoſtis hoc propoſuit ſcema, & illos eſſe fęlices ac beatiſſimos, qui tam iocunde viuerent, perſuadere tentauit. Sed ecce huius beatitudinis initium diximus, conſequenter etiam quo fine concluſerint

attexamus. Nam cum per quinque ferè annorum latra in hac luxuriosa uoluptate vixissent, ante annum, cum commune ipsius ciuitatis fragraret incendium, in una domo reperti vtique simul igne consumpti sunt. Sic, sic nimirum flamma libidinis ignem meruit combustionis, & quid dictis vita contulerit, amarus, proh dolor, exitus demonstrauit. ibidem c. 10.

EXEMPLVM XCIIII.

Conuersionem protrahens usque ad mortem, statim ut pœnitentiam nominari audisset, obdormiuit, qui prælatis deponendi studens diabolo se dederat, & sic impœnitens ad inferna descendit.

IN Perusino monasterio, sancti uidelicet Saluatoris, cui nuper & ipse præfui, quidam monachus paulo ante fuerat, nomine Guinizo, astutos nimis & callidus, secularibus argumentis ac litigiosis contentionibus vehementer intentus. Hic itaque dum & in immutandis abbatibus, & fratribus pertubandis æstuans non quiesceret, ad hoc vsque peruenit, ut diaboli ad superandos æmulos patrocinium quæreret, & eius seditioni etiam corporaliter manciparet, cui tamen seductor spiritus exigenti ante promisit, quod tertio die prius quã moreretur, suum exitum sibi nũciaret. Credit infœlix, & postmodum viuens, ita sub hac deceptoria securitate permansit. Tandem in ægritudinem lapso adest fidenussor iniquus, & post futurum, sicut spopoderat obitum innotescit. Protinus aduocatis illic fratribus cuncta hæc, quæ cum nequissimo pepigerat spiritu, per ordinem narrat, cumque illi instarent, dicentes, esto confessus, age pœnitentiam, repente ille obdormiuit, & hue pulsantibus, siue clamantibus euigilare non poterat. Si uero vel illi contescerent, uel aliud quid præter pœnitentiam loqui vellent, mox ille expergefactus inuicem loquebatur, sed rursus audito nomine pœnitentiæ protinus obrigescebat insensibili sopore correptus, donec horendæ morti traditus, ad eum, cui deuotionem fecerat, sit infeliciter deuolutus. Postmodum uero per plures noctes nigra cannm turma non cessauit sepulturę eius assistere, & quasi depositum custodire, ita ut non minimo uidentes horrore concuterentur.

EXEMPLVM XCV.

Charitatiue ministrat deuotus æcus illi, qui se uilu priuauerat.

A Dolescentem me in Fauentina vrbe propter litterarum studia constitutum audire contigit quod enarro, Inter duos sibi conuicaneos obortis inuicem simultatibus, alterius oculos alter effodit. Cæcus itaque postmodum cum lemundo nimis inutilem vidit, monasterium petiit. Postmodum verò cum & ipse illator iniuriæ languore correptus conuersionis habitum anxie quæreret, sed ad idem monasterium deferri, propter illum quem crudeliter attrectauerat, incongruum iudicaret, monachis super hac re secreto musicantibus, tandem fama negotii ad acculatoris, videlicet non videntis, peruenit auditũ. Cumque ille quod imminebat leuius didicisset, cæpit mox obnixe deposcere, & quibus ualebat precib. instantissime flagitare, vt illum fratres cum omni charitate susciperent, semetipsum insuper custodem ac ministrum eius obsequiis insudare iubere rent. Importunis sane insistens precib. tandem obtinuit, ut quem carnis lumine videre non poterat, perspicuo charitatis oculo ministrabat. Decumbenti itaq. sedulus minister assistere, tegminibus fouere, necessaria quoque porrigere, percipiendis etiam alimentis persuasorie prouocare, nam & ad digestionis occultum ut dicebatur, iæpe se ferre & referre gaudebat ægrotum. Sic nimirum, sic, qui gemidum lumen carnis amisera, charitate simul, & patientia quasi duob. in animæ facie oculis respiciebat.

EXEMPLVM XCVI.

Luxuriosus presbyter animam simul & semen effudit.

NOstra, ut fertur, contigit ætate quod narro. In Galliarum partibus penes administrationem ac ditionem cuiusdam religiosi abbatis, nomine Benedicti, presbyter habitabat. Qui nimirum quanto copia facultatum uberius affluebat, tanto magis religionis & honestatis præmebatur inopia. Obeũte igitur pellice viduatus adiecit iterare conjugium. Quid plura? Contæderat sibi quasi tabularum

lege p oſtibulum, amicorum atque confinium congregaba nuptiali more conuentum, epulaturis etiam totius affluentiæ ꝓuidet appa atum. Abbas autem dum decederet, iamque fœlicem appropinquaret ad exitum, hoc audito, duos ad eũ monachos miſit, eique tam impudens ſcelus ſub diſtrictæ cenſuræ interminatione prohibuit. Ille verò, ut erat conceptæ nequitiæ ſtimulatus inſtinctu, obtemperare non potuit, ſed temeritate plectibili quicquid nuptialis ordo dictauerat impleuit. Cunctis itaque perſtrepentibus iocis, ac laſciuiæ deditis, preſbyter tanquam bos ad uictimam ductus, conuiuium deſerit, thalamos non delectationis, ſed perditionis ingreditur, & (ò terribilis Deus in conſilijs ſuis per filios hominum) repentina morte mulctatur. Vno ſiquidem eodemque momẽto & ſemen fudit, & animam exhalauit. Sic, ſic remunerari debuit, qui de ſacrario Domini ad exoletum lupanas, ſuumque voluabrum tranſire decreuit.

EXEMPLVM XCVII.

Blaſphemus clericus ſententiam illam, omnis, qui ſe exaltat, &c. falſam dicens, fulgureo en ſe transfigitur.

ACcidit ut in Burgundiæ partibus quidam clericus eſſet ſuperbus nimis & tumidus non modo carnalis uitæ ſecularibus deditus, ſed contra ſum ordinem terribiliter bellicoſus. Hic itaque cum Eccleſiam ſancti Mauricij inclytam prædiis ditionib. ſuis vſui paret, potens autem quidam e diuerſo ſui iuris eſſe non ſine magna liuoris, atque certaminis animoſitate contenderet, tandem belli dies vtroq. paciſcent ſtatuitur, à multis hinc inde frementium armatorum agminibus conuenitur. Potens autem ille, quem diximus, nuncium ad hoſtilia caſtra direxit, qui apparatum belli ſolerti ſpeculatione perpenderet, ac ſibi celeriter nunciaret. Fortè tunc clericus miſſam cum his qui dimicaturi erant ſuis factorib. audiebat. Cumque ad euangelium veniretur, in fine lectum eſt. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur, illico clericus in hanc ſacrilegam uocem protinus erupit. Hæc, inquit, ſententia uera non eſt, nam ſi ego me meiſque aduerſarijs humiliter inclinaſſem, hodie tot poſſeſſionum atque clientium copijs non haberem. Reuerſus autem nuncius Domino ſuo fideliter retulit, non modo quod in belli apparitione conſpexit, ſed hoc etiam, quod ex ore clerici tumide loquẽtis audiuit. Tunc ille plaudens in Domino lætus efficitur, atq. ad ſpẽ proculdubio obtinendæ uictoriæ milites cohortatur. Conglobatis itaque diuerſorũ cuneis armatorum, ex vtraque parte bellũ committitur, vires uiribus opponuntur, denſa telorum ſilua deponitur, & humanis inflicta cordibus arma graſſantur. Habebat autem clericus equam, quam videlicet præliaturus aſcenderet, tantæ uelocitatis & roboris, ut nullus uideretur equus, aut mulus ei in dimicando poſſe præferri. Caſu, imò Deo diſponente, contigerat, vt præcedenti nocte iumentum illud ſolutum procul abſcederet, aceruumq. ſalis inueniens ex eo plurimum comediſſet. Clericus itaque cũ in acie confligeret, ac ſuper aquæ riuulum deueniret, ibique cominus aduerſantium armis arme conferret, iumentum, vt erat aſſumpti ſalis copia ſitibundum, frænum de manu rectoris violẽter extorſit, ſuiſque totum viribus uendicauit, & prẽſto caput aquis, ad bibendum inhianter immerſit. Illæ uerò dum ea manu qua ſcutum tenebat confligit, hoſtiſib. iaculis faciem coactus expoſuit. Et ecce repente gladius os eius fulminis more transfixit, taliq. uir reprobus vitam ſuam ſine concluſit. Et quam cõgrue in illa pertulit parte corporis vindictam, quia nigri fellis in Domino vomuerat blaſphemiam. Et cum propheta de talib. dicat. Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum machera acuta, qui linguam ſuam & dentes aduerſus Deum gladii more vibrauit, digne per eadem membra materialis gladii pœnas exoluit. Epiſt. 14. ad Deſiderium abbatem cap. 6.

EXEMPLVM XCVIII.

Horas canonicas intempeſtiue perſoluens ſanctus Seuerinus purgabilib. flammis aduritur.

CLericus quidam Colonienſis Eccleſiæ vadum fluminis trãſibat, & ecce

Digitized by Google

beatus Seuerinus eiuſdem Eccleſiæ nuper. Epiſcopus eius habenas apprehendit, eum que retinẽs ſiſtit. Cumque ille in ſtuporem verſus, & grauiter admiratus, cur tam clarus illic, & tam celebris famæ vir moraretur, inquireret, Da mihi, ait manum tuam, vt quæ circa me ſint non auditu, ſed, & tactu diſcas. Cumque datam manum fluctibus Epiſcopus impreſſiſſet, tantus eum ardor abſorbuit, vt vndique carnes eius reſolutæ defluerent, & oſſa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem clericus. Cum nomen, inquit, tuum in tanta benedictione ſit apud nos, & fama tua conſonis totius. Eccleſiæ præconijs celebretur, cur te peſtilens hęc vorago conſtringit, tantoque (proh dolor) incendio cruciaris? Ad quem ſanctus Epiſcopus. Nihil aliud in me remanſit, ait, vltione plectẽdum pręter hoc tantum, quia dum in aula regia conſtitutus imperialibus me conſilijs vehenter implicui, canonicæ ſynaxis officia per diſtincta horarum ſpacia non perſolui. Mane quippe ſimul omnia coacernans, tota die negotijs ingruentib. ſecura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiã horarum ardoris huius fero ſupplicium. Sed omnipotentis Dei clementiam vtriq; ſimul humiliter imploremus, vt manum ſuam in priſtinæ ſalutis reſtituat ſtatum. Quod cum fuiſſet factum, Vade, inquit, fili, obſecra fratres noſtros Eccleſię clericos, & alios ſpirituales viros, vt & pro me preces fundant, indigentibus ſubſiſtia perferant, ſacrificiorum votis inſiſtant. His enim peractis ego mox de vinculo pœnę huius indubitanter expediar, & expectantibus me beatorum ciuium choris lętus adiungar. ibidem. Cap. 7.

EXEMPLVM XCIX.

Horas in lecto perſoluans debilis frater à dęmone accuſatur.

IN hac eremo fontis Auellani, vbi nunc habito, prior quidam nomine Ioannes, lentus quibuſdam infirmitatibus macilentus videbatur ſemper, & gracilis. Hac itaq. ſui corporis imbecilli tenuitate confiſus, ſępe iacens in lectulo completorium decurrebat. Accidit autem vt dæmoniacus quidam non procul abeſſet, qui multa hominum ſecreta, & obſcœnos actus impudens propalaret. Cumque prędictus Ioannes dęmonem exire præciperet, & quibuſdam exorcismi quęſtionibus flagellaret. Tunc, ait, ille es, qui ſub cocco Podie completorium inſuſurras, & modò me quaſi ſanctus eijcere, & iuris mei vaſculum de meo dominio vis liberare? Hoc audito frater erubuit, quia rei veritatem etiam, per mendacij cognouit authorem. ibid. cap. 9.

EXEMPLVM C.

Corripuit patrem Imperatorem Moguntinus Epiſcopus de illicito matrimonio, & incarceratur ab eodẽ, Otto verò Imperator filij correptione non emendatus repentina morte defungitur.

OTto Rex Teutonicorum, qui poſtmodum Imperator creatus eſt Romanorum, Adalaidem Italię reginam quæ ſibi commater extiterat, ſuſcepit in coniugem. Quem filius eius, qui Moguntinæ præſidebat almificus paſtor Eccleſię, cœpit conſtanter arguere, & ſceleſtum, Iuridumque coniugium publicè condemnare. Pater autem vehemente, iratus, cum comprehendi præcepit, & mox carcerali cuſtodiæ mãcipauit. Quem per annale circiter ſpacium carcer incluſit, ſed à correctione linguam, & terroris vinculum non ligauit. Cum vero pater eum quadrageſimali decurrente ieiunio de cuſtodia decreuiſſet educere, antequam pſalterium expleret, quod aureis exarabat apicibus, recuſauit exire. Veruntamen cum exinde exiſſet, zelo ſacerdotalis auctoritate accenſus non quieuit, ſed mox in patrem iaculum publicæ excommunicationis extorſit. O verè dignum regio genere ſacerdotẽ, qui in cauſa Dei non imperiale faſtigium, non paternum recognouit affectum, ſed cũm paternam ac regiam auctoritatem in ſolo Deo conſtituit, hunc hominem eius legibus reſiſtentem a ſe prorſus extrancum reputauit. Dixit autem patri. Tu arbitraris me aduerſum te violenter agere, te verò præiudicium ſuſtinere. Scito prænoſcens quia die ſancto Pentecoſtes vterque ſimul ſtabimus ante Deum, ibiq; ventilabitur internos liberata iuſtitię lance litigium, vbi luce clarius apparebit, quis noſtrũ æquitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat, Factũq; ex ipſo, quid dictus eſt, ſacroſanctæ ſolẽnitatis die, dum prafatus Aug. imperia-

libus insulis redimitus multorumque pontificum choris, siue procerum vallatus agminibus, missarum solemnijs interesset, repentino super eum venientes iudicio inuentus est mortuus. ibidem. Cap. 12.

EXEMPLVM CI.

Votum religionis infringens adolescens a dæmonibus multipliciter torquetur, sed a beato Petro Apostolo, quem is in patronum elegerat, liberatur.

ADolescens quidam erat in finibus Aquitaniæ, qui cum coæuis suis iuuenculis de animarum suarum cepit salute tractare. Deliberatione præmissa tandem statuunt, & vnanimi inuicem confœderatione proponunt, & mundi huius pompas abijcere, & ad monasticæ conuersationis ordinem commigrare. Sed dum res adhuc suspensa differtur, dum rerum ordo multiplici variatione concutitur, ipse quoque tenet adolescentis animus fixus in suo proposito non tenetur. Quid multa? Mutata postmodum mente duxit vxorem. Cumque per processum temporis mens eius memoriam sancti propositi paulatim desse prorsus eraderet, & sub prætextu coniugij ad explendam carnalis illecebræ voluptatem impatientius ebulliret, diuina super eum vigilante clementia, subito languore percussus est, ac paulò post ad extrema peruenit. Necessarijs igitur siue propinquis de iam quasi defuncti diffurantibus sepultura, dum in medio positum videretur cadauer exanime, vixque tenuis quidam motus in eius pectore palpitaret, ecce duo teterrimi ac truci vultu Aethiopes eum, vt sibi videbatur, tanquam leones inuadunt rapaci ferocitate corripiunt, de corpore violenter euellunt. Mox pedes eius, & brachia duris alligant nexibus, sicque velut hædum in phalanga alter post alterum baiulare cœperunt. Quos autem dolores, & torsiones, ille pertulerit, quot, & qualia viderit, vel audierit, per quamplurima eum loca vectauerint perlongum est non tantum stilo digerere, sed simplicibus quoque verbis ex ore per ordinem referentis audire. Hoc tantum hic inferre sufficiat, quia dum per obscuræ caliginis eum loca portarent, ecce beatus Petrus splendidus, & coruscus occurrit, eum de portantium humeris raptum, nexibus quibus angebatur absoluit. Illi mox rapta præda stridentes dentibus, & eiulantes abscendunt, factumq; sibi præiudicium flebiles conqueruntur. Beatus autem Apostolus adolescentes ad Cluniacense monasteriũ duxit, eique foris secus posito sese, donec ad eum reuerteretur, expectare præcepit. Ego, inquit, meum monasterium ingrediens visito, ac per circuitum cuncta perlustrans quid agatur intendo, deinde consideratis omnibus redeo. Sed mox vbi iste relictus est solus, ecce crudeliores ac acriores ijdẽ reuertuntur Aethiopes, & non iam per manus, & pedes, sed ipsa genitalia corripiunt, eumque sic non sine grauissimo illius dolore suspendunt. Nã & si velut rostro passer accipitris, vel aquilinis vnguibus columba rapiatur in pedibus, sic à reprobis illis spiritus miser iste corripitur trahitur, libratus, per verenda suspenditur, & quasi reportata præda, quę fuerat perdita, longius asportatur. Tunc ecce beatus Petrus radianti nimis ac terribili splendore conspicuus se tanquam fulmen iniecit, rapinamque suã quasi per impetum violenti spiritus apprehendit, & clauibus, quas manu gestabat, raptores nequissimos acerrime verberauit, mox illum in domum propriam vsque perduxit, reddensque spiritum corpori, vtramque saluti substantiam reformauit. Nã, & ille protinus conualescens, & domo sua disposita, ad Cluniacense monasterium properans sanctæ conuersationis habitum feruida deuotione suscepit. ibid. Cap. 15.

EXEMPLVM CII.

Sollicitudinem filiorum suorum Deo committens, omnia Ecclesiæ tribuit, & filios miro modo ditauit.

VIr quidam in Teutonum finib. optimum proprij iuris prædium, diuersorumque prouentum copijs affluenter vberrimis possidebat. Habebat autem duodecim filios. Cœpit interea cogitare, quid post eius obitum fieret, si vnius possessionis hæreditatem inter tot diuideret cohæredes. Dicebat enim. Ego quidem, qui totum hoc solus habeo, sufficienter, & pacificè viuo, sed vbi tot diuisores emerserint, quis eorum simultates, quis orientia, in-

inter illos liuoris, & odij iurga ſuſtinebit? Non enim illic poterit eſſe vnitas voluntatis, vbi tam multifaria fuerit diuerſitas facultatis. Coloni præterea, qui vni parere Domino ſunt contenti, non ſine graui quietis ſuæ iniuria tot dominorum populo reſponſuri ſunt. Tibi ergo Deus omnipotens quicquid eſt meritis allodium tardo, te ſolum hæredem meæ poſſeſſionis eligo, filios autem meos tibi commendo, fac eis quod in oculis tuis beneplacitum fuerit. Et hoc dicto chirothecam ſuam ſagittæ protinus alligauit, eamque curuato fortiter arcu in vaſti aeris ſuperiora coniecit. Sed mox ſagitta ſine chirotheca in terram relapſa eſt, vt euidenti monſtraretur iudicio, quia donum, quod fides obtulit, clementia diuina ſuſcepit. Tunc ille muneris ſui oblatione fidentior & alacrior factus, poſſeſſionem ſuam cuidam Eccleſiæ tradidit, eamque ſibi perpetuo iure per ſtipulationes, & rata firmauit. Breui verò tempore poſt hoc filij eius tantam bonorum affluentium ſunt abundantia præditi, tot prædiorum accenſuum copia ſunt magnificè dilatati, vt eorum quilibet ſummam paternæ facultatis excederet, eiſque ei cum fluxa mundi proſperitas in omnibus arrideret. Sic, ſic, qui chirothecam de manu patris terreni in cælo recepit, ſuper filios ſuos imbrem ſuæ benedictionis influxit exuberanter. Quod igitur in terra Deo datur, in cælo recipitur, & inde ſperandum eſt præmium, quo præceſſit munus oblatum.

EXEMPLVM CIII.

Mundum cum regno rex Scotorum relinquēs moriturus dixit. Domine feci quod iuſſiſti, imple quod promiſiſti.

SCotigenarum Rex primæuo adoleſcentiæ flore pubeſcens, quia pater obijt, ei mox in regalis faſtigij ſura ſucceſſit. Sed cum ſollicite conſideraret, quam fragile ſit quicquid in hoc ſeculo tumet, quam labile quod ſupereminet, quam velociter extinguibile ſit omne quod ſplendet, cum coniugatus iam eſſet, decreuit regales inſulas regni cælestis amore deponere, coronam captitio, purpuram cuculla mutare. Quid plura? Simulat orationis ſtudium, aggreditur expectationis humanæ procinctum. Apoſtolorum itaque liminum deuotione completa & ignorante clientium comitatu, monaſticum habitum latenter induit, & ſic a ſe mundum cum regno bene ſemetipſum furatus abiecit. Qui mox languore percuſſus ad extrema peruenit, & vſque ad obitum hoc tanquam fœderate conuentionis elogium inclamare non deſtitit. Domine feci quod præcepiſti, imple quod promiſiſti. Quicquid autem ei ab alio diceretur, ab hac voce velut exactione debiti non ceſſabat. Nimirum in vinea conſtitutus reposcebat vnum, quia patrisfamilias ſe nouit impleſſe præceptum. Et licet in vndecima hora fuiſſet conductus, exigebat requiem poſt laborem, & expleta operatione reposcebat mercedem.

EXEMPLVM CIIII.

Diſcordiæ tumore inflatus presbyter dæmoni ſe famulum tribuit.

ADueſperaſcente iam die in duorum quorundam presbyterorum cordibus ſol inocciduus occidebat, eoſque aduerſum ſe mutuis iniuriarum, iurgiorumque conuitijs auctor diſcordiæ ſpiritus accenderat. Cumque presbyter presbyterum probroſis contumeliarum irriſionibus lacerāret, & alter alterum multo mordacitatis ſale, maledictorumque relationibus conſperſiſſet: vnus eorum minaciter intonans, & dentibus ſtridens, correpta lancea iter arripuit, atque ad domum ſuam longius conſtitutam furibundis properare meſſibus cœpit. Sed cum illum iam ſuperueniens caligo noctis obumbraret, & cor eius interiores tenebræ perniciosius poſſiderent, ecce quinque nigri equites, cum caballis æquè nigris obuiant, eique is, qui maior videbatur, inſultat. Sæpe, inquit, inſtiti, vt te mihi ſubderes, vt in clientelam meorum contubernalium venires: totiens itaque ſubterfugiens, iam non poteris iugum meæ ditionis euadere. Videbatur n. nobilis quidam vir eſſe, Romanus nomine, qui frequenter eum ſollicitauerat, vt ſibi ſubditus fieret. Presbyter itaq; nimij terroris horrore percuſſus, ad præcipientis imperium manus vtraſq; complosit, atque illi manus dedito more deoſculans, ſe velut in herilis fidei tuitione cōmiſit. Quem protinus ille per-

contans, ſcis inquit, qui ſum? Ille præſto reſpondens, ait: Nonne tu es Dominus meus Romanus? At ille: Abſit, abſit; ſed ego ſum quidam diabolus, cui tu nunc cõmiſſus es, & indiuidua deinceps ſocietate cõſtrictus: ſta igitur in fide, & ſerua quod pollicitus es. Et poſt huiuſmodi verba, vel geſta præſto diſparuit. Tunc ille tremefactus, confuſus, atque perterritus, ad domum non ſine magno nepidationis horrore peruenit. Paulo poſt ad Epiſcopum ſuum ſanctæ memoriæ Denonem nomine, me quoque præſente, pœnitentiæ flagitator acceſſit, cui cnox ſacerdotalis officio dignitatis ademptio, cum æſtiuum tunc cauma ferueſceret, & ſecundarum meſſium tẽpus inſtaret, iuxta carinæ reuulam incluſionem cuſtodiæ carceralis indiximus, annorum pœnitentiã competentũ moderatione præfiximus, vt in ſpe certæ recuperationis abſq; dubio conualeſceret adhortati hominem ſumus.

EXEMPLVM CV.

Dimittendi patricidiũ occiſori crucifixus Dominus trib. vicibus caput inclinat.

VIr quidam, vt dicitur, potentiorem ſe hominem interfecit, a cuius etiam filio, more ſeculi, non legibus euangelij, multas moleſtias pertulit paterni, ſcilicet vltor interius, & ſtrages anhelabat hoſtium & frequẽter reportabat manubias rapinarum. Inter has homicidia deprehenſus auguſtias, imperiale decreuit adire faſtigium, ſi quod fortaſſis in tot calamitatibus poſſet reperire ſolatium. Quo comperto paterni ſanguinis vltor inſequitur, & eum, ſiue vt tribunalium lege conſtringat, ſiue vt repentè gladijs opprimat, impiger comitatur. In Teutonicis verò partibus tunc Imperator degebat. Cum itaque præcedens modeſtè quaſi ſecurus incederet, ſubſequens autem celerius properaret, tandem contigit, vt ſibi inuicem propinquantes: in mutuos vterque ducerentur aſpectus. Sed cum is, qui homicidij reus erat, vix quatuor, vel quinque comitum duceretur auxilio, interfecti vero filius triginta fermè cingeretur obſequijs armatorum, quaternio omnes ſuos cohortatur vt fugiant, ille proſpiciens de perſequentium manib. auolare non poſſe, miſericordiæ patrocinium petijt, ad humilitatis vmbraculum cõfugium fecit, proiectis igitur armis, brachijs vero in modum crucis extenſis, ſolo proſternitur, & veniã miſerentium præſtolatur. At ille iam victor ad reuerentiam crucis manus reprimendo compeſcuit, vltra etiam ne ab aliquo ferire tur inhibuit, poſtremo pacem integram faciens ad honorem ſanctæ viuificæ crucis, non modo vitam, ſed & paternæ necis donauit offenſam. Hac igitur inſigni peracta victoria, qua. ſ. non tam alterius, quam ſui, & vt ita fatear non tam hoſtis, quam propijs cordis victor extiterat, ad regis curiã (quia non procul erat) acceſſit. Sed mox vt ad Eccleſiam oraturus ingreditur, res mira, & nimium ſtupẽda, ſaluatoris imago, quæ in crucem videbatur expreſſa, trib. eum vicibus inclinato capite viſa eſt ſalutare. O quam glorioſum & inſigne præconium, vt ab auctore miſericordiæ mereretur reueren ter accipi, qui propter eius reuerentiã omiſerat vindicare, & ab eo reciperet ſaluta tionis honorem, pro quo ſaluti contrariam poſtpoſuit vltionem. Quod protinus cum Imperator audiuit, honorifica eum & effectuoſa, prout decebat, affabilitate ſuſcepit, & copioſa munerum lagitate ditauit.

EXEMPLVM CVI.

Votum religionis non ſoluens vitam miſerabiliter amiſit.

IN maris tempeſtate deprehenſus quidã futurum ſe monachum affectuoſa ſponſione deuouit, ſed naufragio eruus, votum ſoluere huius vitæ amore contempſit. Expleto verò anno ipſo die, quo votum Domino ſuæ conuerſionis obtulerat, kalendis. ſ. Ianuarij, dum hinc inde diſcurreret, cum ludentib. & cachinnantib. pueris choros duceret, & friuola quædam & ſcurrilia decãtaret, ſubito lapis ſuper eum de tecto cecidit, & obtriuit. Sic infelix ille, qui mundum deſerere contempſit vltroneus, amiſit inuitus, & fallacẽ carnis dulcedinẽ pdidit, qua amando carnem mentius eſt veritati.

EXEMPLVM CVII.

Diſcordias graues humilis abbas manſuetudine vicit.

IN Galliarũ finibus audiui geſtum fuiſſe quod refero. Inter abbatem, & quẽdam

&c.

seculi præpotentem orta est non leuis de possessione contentio. Cumque apertis vtriusque fautoribus minis diu certaretur & iurgijs, tandem vt armis ageretur verum que conductum est Et secularis quidem paratis copijs campum preliaturus ingreditur, acies, struit, cuneos ordinat, atque ad fortiter agendum omnium mentes acerrimus cohortator inflammat. Silescunt omnia gladijs, rubent clypei, vociferantium clamor attollitur, minaces armorum fremitus inhorrescunt, tela stringuntur, & ad uersæ partis impetus accensus ad congrediendum mentib. expetatur. Abbas autem nō in armis terrentis spem suam, sed in humanæ salutis auctore constituens, cunctis, qui pro se dimicare conuenterant, suū prohibuit comitatum, solos autem monachos suos equis imposuit, capita cucullis operiri præcepit. Sicque cum illis velut galeatis, & loricati fidei munimento, crucisque vexillo, ad locum certaminis venit Cumq. vir ille non ferrea, ut sperabat, arma conspiceret, sed tanquam cœlestem & angelicam aciem aduentare cominus aduertisset, tantus eum cum suis omib. diuini timo is horror inuasit, ut desilientes de eqs protinus arma proiicerent, terræ se humiliter prosternerent, & indulgentiam flagitarent, &c. Epist. 7. ad Firminum.

EXEMPLVM CVIII.

Papa Benedictus graui purgatorii pœna laceratur.

EPiscopus, si recte tenes, qui Capræis præerat, uidit maiorem Benedictum Papam octauum, qui iam obierat, nigro equo quasi corporaliter insidentem. Cumque ille cæptum iter capere cernet, heu, inquit, nonne tu es Benedictus Papa, quem defunctum liquidò nouimus? Infelix, inquit, ego sum. Et ille. Quomodo tibi est, pater? Grauibus, ait, tormentis afficior, spe tamen, si adiutorium præbeator, de mea recuperatione non priuor, sed perge, quæso, ad fratrem meum Ioannem, qui nunc Apostolicam occupat sedem, eique functus delegatione nuncia, ut illam potissimam summam, quæ in theca recenditur, in pauperes pro mea salute distribuat, sicq. me redimendum esse, quandocunq. tamen hoc decreuerit, miseratio diuina cognoscat, nam cætera quæ pro me indigentib. tradita sunt, mihi penitus nihil profuerūt, quia de rapinis sunt, & de iniustis adquisita. His ergò auditis, Episcopus impiger Romam adiit, Ioanni Papæ defuncti fratris verba narrauit, episcopalis mox sacrinæ pondus abiecit, monacum induit, eoq. mō salutem sibi ex aliena calamitate prouidit. Epist. ad Dominicum c. 4.

EXEMPLVM CVIIII.

Papam quidam Benedictus luxuriosam uitam ducens horribili & æterna pœna damnatur.

DEæquiuoco quoq; huius Benedicti Papæ, atque nepote, Benedicto nono, qui post eum tertius, Ioannes verò secundus in Romanæ sedis mansione successit, vnde mihi narrauit Humbertus, quia VVaclus quidam dum iter ageret accidit, vt iuxta molendinum equo insidens pertransiret, & ecce repente mōstrum immane conspexit. Quo viso subitò eum terror inuasit, & stupefactus intremuit. Videbatur autem monstrum illud dumtaxat in aures aselli, candamq. desinere, cætera visus erat. Cumque viator ad hoc potentum territus obrigesceret, fugamq. præcipitem formidolosus iniret, informe prodigiū humanæ uocis uerba formauit. Noli, inquit, ò uir expauescere, hominem me olim fuisse, sicut & nunc es, proculdubio, crede, sed quia bestialiter vixi, post finem uitæ, bestię præferre speciem merui. Porrò cum ille perquirere, quis fuisset? Ego, ait, solo nomine Benedictis fui, qui nuper Apostolicæ sedis apicem indignus obtinui. Inquisitus autem, quid iam retributionis habere? Nunc quidem usque ad iudicii diem per dumosa atque squalentia, per sulphurea loca, & fœtores exhalantia, atque incendiis conflagrata rapior & protrahor, post extremum verò iudicium corpus meum simul & animam irremediabilis cruciatus, & gehennalis barathri me irreuocabilis olla deglutiet, ita ut nulla mihi spes recuperationis in posterum restet. Post hæc uerò huiusmodi uerba disparuit. Sed cum ego, cur ille in hac specie conspectus

sit, indaginem quæro, non deeesse mysteriũ ab eo, quod vitium est, deprehendo. Nam quia miserabilis ille ab illo funesti pontificatus sui primordio vsque ad finẽ vitæ in luxuriæ cœno versatus est, non incongrue visus est ab auribus incipere, & in caudam asini terminare, ibidem. cap. 5.

EXEMPLVM XC.

Apostata iuuenis a beato Andrea & beato Gregorio grauiter flagellatur, tum ob apostasiam, tum quod debita uiduæ traditus solueret, tum demum quod pauperes mendicantes irrideret.

IN monasterio, quod Cliuus Scauri dicitur, quodque beatus Gregorius infra Romanæ vrbis mœnia condidit, puer quidam à parentibus, ut Deo deinceps militaret, oblatus est Qui postmodum dum iam adolesceret egressus de monasterio, ad seculum rediit, vxoremque sibi nuptiali fœdere copulauit. Deinde cum iam adiuuenilem venisset ætatem, diuina sententia repẽte percussus est in gutturre, cæpitque morti languoris ingrauescente molestia appropinquare. Tandem male fugitiuus, ut ad monasterium deportaretur, expetiit, ibiq. pœnitudinem de suis grauitatibus, habitumque monachatus accepit. Cumque vxor eius cum nonnullis aliis lecto iacentis insisteret, cæpit ille grauiter gemere, vlulatus emittere, & tanquam phrenesim pateretur inordinata vociferatione garrire. Percõtantib. autem eis cur non ille quiesceret. Nonne, inquit, videtis beatum Andream Apostolum, sanctumque Gregorium accerimis me suis verberib. immaniter flagellantes. Vlulans itaque rursus, ac flebiles voces emittens, paululum respirabat, atque dicebat. Modo me verberauerunt, proterea qa monasterium dimisi, vxoremque duxi Interim post fletus, & rugitus ad monumentum quiescens, aiebat. Modo me castigauerunt, quia pauperibus mendicantibus, maxime Scotigenis, non modo nihil dedi, sed eos etiam, quod flagitiosum est, irrisi. Rursus ingeminans stridores & gemitus asserebat, quoniam sex numos a uidua quadã pauperula mutuo accepi, & reddere nolui, & quoties pedum passibus illa loberauit, dum eos ad me veniendum requireret, toties ego nunc ictus a sanctorum manib. pertuli, dum me pariter verberaret. Vt sciatis autem, quia non mentior, perendie hora sexta de hoc seculo migraturus sum. Erat porò tunc sexta ferria. Nocte verò qua Dominicus illucescebat dies, qui dicitur in ramis palmarum, de lecto cunctis hominib. non segnius exiliens, scapulare, atque cilicium, quæ iuxta se erant, repente arripuit moxq. Ecclesiam beati Andreæ attonitus, ac festinus intrauit, vbi statio compositus, his qui aderant fratrib. ait: Ecce sanctorum verberibus flagellatus, ita de corpore egredior purificatus, sicut de fonte baptismatis mũdus exiui. Inter missarum igitur sacrosancta solemnia Dominica vix passione perlecta, hora qua prædixerat Deo spiritum reddidit Nudato autem ad lauandum ex more cadauere, sic vibices ac stigmata in eius membris vndique videbantur, ac si corpus eius materialibus fuisset allisum verberibus.

EXEMPLVM XCI.

Deus omnia videns in specie peregrini apparuit oculum habeos in occipitio, & tonsorem operibus misericordiæ deditum, qui suem furatus erat, ut eam redderet admonuit.

QVidam alienam suem furtiue surripuit, & cauea clandestinus intrusit vir tamen ille pietatis operibus intentus esse consueuerat. Interea adest dies Iesus in effigie pauperis, & tam prolixo iam crine deformis egebat arte tonsuris. Ille protinus reuerenter assurgens, inter cetera humanitatis impedia, cæpit ipsum forcipib. attondere: sed dum tornat, ac satagit, ecce reperit duos occulos in occipitio sub crinibus latitantes. Expauit homo, stupensque contremuit & quid veilet esse, quod cerneret, pauidus inquisiuit. Cui mox ille. Ego inquit, Iesus vocor, vndique cuncta contemplor, & isti sunt oculi, quibus etiam suem vidi, quam nuper in cauea conclusisti. Moxque disparuit. Ille protinus ad cor rediens, diuinam circa se clementiam recognouit, & quod inique præsumpserat, satisfactione purgauit. Epist. 8. cap. 8.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM CXII.

Aſtutus & verſipellis infernalibus draconibus circumcinctus nullum inuenire potuit effugium.

IN Longobardię finibus uir erat verſipellis ingenij,& acutiſſimæ ſubtilitatis,duplex animo,ſermone lepidus, concinnandis fabricandiſque comędijs edoctus in reperiendis conſilijs vehementer aſtutus. Nunquam enim erigebat brachia contra torrentem, ſed ex quocunque latere mundi eum turbinis aura perflabat, ille protinus aptum caliditatis atque verſutiæ pallium opponebat. Accidit vt quidam frater nocturna viſione conſpiceret lacum, qui erat igneus, qui flammicomis euaporabat incendijs, & crepitantibus ignium globis terribiliter cernentibus incutiebat horrorem. Quem locum trabalis enormitatis uidebantur obſidere dracones, variaque ſerpentum genera hinc inde per circuitum ſpatiari. Vir autem ille, quem diximus, in ipſa flammarum ſtridentium uoragine detentus tentabat quidem coarctatus effugere, ſed obſtantibus beſtijs dolebat aditum non patere. Modò ſcilicet ex hac parte fugam parabat,ſed ecce ſerpens obuius adhærebat, per aliam partem erumpere ſatagebat,ſed ecce rurſus alia beſtia laxo gutture frendens occurrerat. Ille rurſus & alia ad euadendum loca tentabat, ſed inſurgentibus belluis omnino meatus aufugij nõ patebat. Porrò autem cum veritas dicat. Eadem menſura,qua menſi fueritis, remetietur vobis, hoc illi iuſto Dei iudicio contigebat. Sicut enim ille per carnalis aſtutiæ vanitatem ex quibuslibet huius ſeculi ſe nouerat laqueis expedire, ita poſtmodum verſa vice nullo valebat ingenio ſuppliciũ quo cruciabatur euadere. Epiſt. 13. ad Deſiderium c. 4.

EX I. LIBRO, QVI DICITVR VITAE PATRVM.

DISTINCTIO SECVNDA.

Admonitio ad Lectorem.

VTauimus titulum huius libri, & eius loco ſubiecimus antiquorum nomenclationes. Beda in ſuo martyrologio 19 Iulii vocat verba ſeniorum. Dorotheus Archimandrita homilia 4. ad Religioſos ſententias atque ſermones ſeniorum. Sophronius in prato ſpirituali cap. 55. librum continentem geſta ſenum,&c 212. vitas Patrum,& ſententias. Recentiores ſecundam patrem huius operis Apothegmata Patrum rectè nuncuparunt. Illuſtriſs. Cardinalis Baronius in ſuis notis ad martyrologium Romanum promittit aliquas annotationes in hos libros, quia verendum eſt ne aliquando commaculati fuerint (a neſcio quibus) inſertis eorum geſtis,qui a Catholicæ fidei tramite receſſerunt, quorum aliquos nominat D. Hieronymus epiſt. ad Creſiphontem. Verum Collector noſter ſpectatæ fidei,& prudentiæ nulla intulit in hoc ſpeculum,quæ aliquem in erroris præcipitium impellere poſſint.

EXEMPLVM I.

In luxuriæ barathrum incidens ſuperbus monachus dæmones clamantes audiuit. O monache,&c.

ERat quidam apud nos monachus in hac vicina eremo commanens,cui habitaculum ſpelunca fuit, vir ſummæ abſtinentiæ,quotidianũ victum labore manuum quærens,in orationibus die,noctuque perſiſtens,cunctis animi virtutibus florẽs. Sed hic lętis ſucceſſibus elatus, confidere quaſi in profectibus ſuis cæpit.& nõ Deo totum ſed ſibimetipſi quod profecerat deputare. Hanc autẽ eius intuens animæ preſumptionem,continuo tentator accedit, & laqueos parat.

Digitized by Google

parat. Quadam namque die ad veſperam fingit ſpeciem decoræ mulieris obertantis per eremum, quæ velut feſſa poſt nimium laborem, accedens ad oſtium ſpeluncæ monachi latſabundam ſe ſimulans ac fugitatam, intrinſecus ſemetipſam proiecit, & aduoluta genibus viri, vt ſui miſereatur exorat dicens. Noli me infælicem in eremo latitantem comprehendit, iube me ergo requieſcere in angulo cellulæ tuæ, ne forte efficiar nocturnis beſtis præda. At ille primo miſerationis obtentu recepit eam intra ſpeluncam, requirens quæ ei cauſa errandi per eremum fuerit. Illa cauſam fingit ſatis accuratè, & interim uenena blandimentorum, atque illecebræ vitus circa omnem textum narrationis interſerit, & nunc ſe miſerandam, nunc etiã defenſione indignam oſtendent, elegantia & ſuauitate ſermonis inclinat animam hominis, & in affectum ſui illecebroſo amore deflectit. Hinc iam blandiora colloquia, iocus, riſuſque commiſcetur, manus etiam procax ad mentum, barbamque quaſi uenerandi ſpecie prætendit. Tum verò palpare cæpit ceruicem mollius, collumque lenigare. Quid multa? Ad vltimum mulier captiuum ducit militem Chriſti. Continuò enim perturbari intra ſemetipſum, & libidinum fluctibus æſtuare cæpit. Nequaquã laborum præteritorum, nequaquam profeſſionis, ac propoſiti ſui memor, paciſcitur cum ordis ſui concupiſcentia, & intra arcana cogitationum ſuarum fœdus cum falſa voluptate componit. Inclinat ſtultus latera ſua, & efficitur ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, atque vbi obſcænos iam conabatur inire amplexus, illa vlulatum teterrimum diræ vocis emittens, vmbra vt erat tenuis, per manus amplectentis elabitur, ipſumque dedecoroſis motib. inanes auras ſectantem cum fœditiſſima irriſione deſeruit. Tunc præterea multitudo dæmonum in aere ad hoc ipſum ſpectaculum congregata, clamore ingenti cum cachinno exprobrationis elata, dicebat. O Monache, qui re vſque ad cœlum extollebas, quo modo dimerſus es vſque ad infernum? diſce quia qui ſe extollit, humiliabitur. Tunc ille velut amens effectus, deceptionis ſuæ pudorem non ferens, grauius à ſemetipſo decipitur, quam fuerat à dæmonibus antea deceptus. Cum enim debuerit reparare ſemetipſum, & reuocare certamen, ac ſatisfactionis ſuæ lachrymis, & humilitatis fructibus prioris elationis culpam deflere, hoc miſer non fecit, ſed ſemetipſum deſperans, ſicut dicit Apoſtolus tradidit ſe omni immunditiæ, & iniquitati, regreſſus eſt enim ad vitam ſeculi rem, præda dæmonum factus. Refugit namque conſpectum omnium ſanctorum, ne quis poſſit eum ſalutaribus monitis de præcipitio reuocare. Si enim reddere ſemetipſum prioti uitæ & abſtinentiæ voluiſſet, & de immenſa Dei miſericordia, quæ neminem deſpicit, nemini ſinum claudit, ſed omnes pœnitentes benigne recipit, confiſus fuiſſet, a Deo ſuſceptus benigne & pie fuiſſet, & recuperaſſet ſine dubio locum & gratiã ſuam. In vita Ioannis Aegyptij eremitæ.

EXEMPLVM II.

Pœnitens in ſepulchro à dæmonibus percutitur, cæditur, lacerat ur, & rãdem victor clamantes audiuit. Victi ſti nos, victi ſti.

FVit quidam vir in hac proxima ciuitate vitam turpiſſimam per omne facinus ducens, ita vt opinatiſſimus in flagitijs haberetur. Hic aliquando Dei miſeratione compunctus ad pœnitentiam vertitur, & intra ſepulchrum ſe quoddam concludens priorum ſcelerum pollutiones lachrymarum fontibus diluebat, diebus ac noctibus in faciem proſtratus, & nec alleuare quidẽ auſus oculos ad cælum, neque vocem emitteret & nomen Dei nominare, ſed in ſolis gemitibus & fletibus perdurabat, & tanquam viuens ſepultus de inferno quodãmodo iam mugitum cordis gemitumque reddebat. Cumque in his eo poſito ſeptimana vna tranſiſſent, noctu veniunt ad eũ dæmones in ſepulchro, clamantes. & dicentes. Quid eſt quod agis, ò impuriſſime, & flagitioſſime? Poſtquam omni ſpurcitia, omniq; impuritate ſaturatus es, nunc nobis caſtus, & religioſus procedis, & poſtquam ſenuiſti in ſceleribus, nec iam ſufficiunt vires ad facinora, nunc Chriſtianus videri vis, & pudicus & pœnitens quaſi alius tibi iam vllus poſſit dari locus ſatiato in malis, niſi ille, qui tibi nobiſcum debetur, vnus ex nobis es, aliud iam eſſe non potes, redi ad nos magis, redi, & quod ſupereſt tibi tempus in fruen-

fruenda voluptate nõ perdas, pręparamus tibi affluentes deliuas, præparamus scortũ nobilissimum, & cuncta alia, quæ florem tibi possint raparare gratissimæ iuuentutis. Quid temetipsum uanis, & inanibus affligis cruciatibus? Quid temetipsum ante tẽpus supplicijs traditis? Quid enim aliud esses passurus in inferno, nisi hoc quod nunc tibimetipsi infligis? Si te pœna delectat, expecta paululum, & inuenies paratam. Nunc interim fruere munerib. nostris, quæ dulcia semper & grata duxisti. Hæc, & his similia plura exprobantibus eis, ille iacebat immobilis, nec auditum suum conuertẽs ad eos, nec vllum penitus sermonem respondens. Cumque illi sæpius eadem repeterent, & alia duriora, nec ille omnino moueretur, in furorem prolapsi dæmones, vbi videũt sua contemni verba, verberib. eum conficere aggressi sunt, & multis eum supplicijs excruciatum semiuiuum reliquerunt. Nec tamen in tot tantisque cruciatibus moueri saltem potuit a loco, in quo orationis causa iacuerat. Postera die quidam suorum requirentes eum humanitatis dum taxat gratia, inueniunt pœnis incredibilib. affectum, & causam percontantes cum didicissent, rogabant eum, vt curæ gratia reportari se ad domum propriam pateretur. Abnegat, & in eodem permanet loco. Tum vero, & sequenti nocte repetentes dæmones, grauiorib. eum verberibus cruciant: sed nec sic quoque moueri potuit loco, melius est ducens se mortem subire, quam vltro dæmonibus obedire. Tertia nihilominus nocte multitudo conuenit dæmonum, & absque vlla miseratione irruentes in eum, omnib. pœnis, cruciatibusque conficiunt. Cumq; iam corpus defecisset in supplicijs, extremus tamen spiritus obstabat imperio dæmonum. Quod vbi impij peruiderunt, exclamantes voce magna. Vicisti, inquiunt, vicisti. Ea mox velut quadam virtute cœlitus ipsi effugati, præcipites abscedunt, nec ei vltra quicquam suæ artis aut sceleris intendunt. Ipse verò intantum virtutib. animi profecit, & ita ornatus morib. effectus est, ac ita diuina gratia repletus, vt omnis hæc regio quasi de cœlo lapsum eum viderit, & vnum esse ex numero crederet Angelorum, omnes penè simul atque vno ore dicentes. Hæc est mutatio dextræ excelsi. Quanti exemplo eius, qui iam semetipso desperauerant, rursus ad spẽ salutis egressi sunt, & emendationem sui, quam prius desperauerant, præsumpserunt. Quanti admiratione eius de ipso iam inferno peccatorum retracti sunt, & ad virtutum indolem reparati? Illo namque tanta immutatione conuerso, omnibus omnia visa sunt possibilia. Non solum enim emendatio morum florebat in eo, & assumptio virtutum, verũ & gratia Dei plurima ei collata est. Signa enim & prodigia, quæ ab ipso facta sunt, quæque Deus per ipsum tanquam suũ amicum operari dignatus est, quantum apud Deum haberet meriti testabantur ibidem.

EXEMPLVM II.

Luxuria grauiter tentatur de virtutibus superbiens pater, & ad sæculum ire disposuit, sed alios ad virtutem exhortando conuertitur.

QVidam monachus fuit, qui in eremo hac, quæ præ cæteris interior est, habitabat. Hic dum plures annos in abstinentia perdurasset, & prouectus tempore iam ad senilem veniisset ætatem, omni virtutis flore adornatus, ac totius continentiæ magnitudine sublimatus, cum in oratione, & hymnis sedule Deo deseruiret, tanquam emerito militi suo Dominus remunerationem parat, vtpote qui corpore adhuc positus, ad instar angelorum, incorporeæ vitæ officijs fungeretur, dignum iudicans annonam cœlestem præbere ei in deserto, qui cœlestem regem iugibus præstolabatur excubijs. Volens ergo etiam Deus in hoc seculo remunerare eius fidele propositum, ad prouidentiæ suæ sollicitudinem eius, quotidiani victus reuocat curam. Vt enim cibi vsum poposcisset naturæ necessitas, ingrediens speluncam suam inueniebat mensulæ suæ panem suppositum miræ suauitatis, miriique candoris. Ex quo refectus, & gratias diuinæ præstantiæ referens, rursus ad hymnos, & orationes conuertebatur. Ad quem multæ reuelationes, multæque ei de futuris rebus a Deo præmonitiones fiebant. In his ergo talibus ac tantis profectibus positus, quia quasi gloriari de meritis suis cœpit, & cœlestis beneficij munus vitæ suæ meritum duxit, continuò subintrat eum parua quædam desidiæ animi, tã parua, qua nec posset aduerti.

Post

Post hoc crcuit maior negligentia, ita vt tardior fieret ad hymnos, sed & ad orationem pigrius surgeret, psalmi quoque ipsi non ea qua prius vigilantia canerentur: sed vbi parum quid exhibitum fuisset soliti ministerij anima eius quasi nimio labore fatigata, & impedita quiescere festinabat, quia sensus eius reprobus effectus, ac superioribus ad inferiora conuerat, & cogitationes suæ per diuersa eum præcipitia rapiebant. Erat enim ia in corde suo clandestina quædam turpis ac nefanda cogitatio, consuetudo tamen prior, velut si decursus aquæ etiã cessante remigio adhuc ex priore impetu nauigium ferat, ita vetus institutio ad consueta hominem officia trahebat, ob quam causam & stare adhuc in suo statu videbatur. Hic ergo cum post orationes cibum solito requisisset ad vesperam, ingressus eum locum, in quo reficere consueuerat, inuenit solitò panem mensæ superpositum, ex quo refectus nihil de eorum, quæ in corde suo versabantur, emendatione curauit, neque immutationis suæ damna persensit, & spernentem se minima paulatim casurum non intellexit. Interea cum graui iam libidinis incendio stimularetur, & inflammatus turpi concupiscentia raperetur rursus ad seculum, illa interim die cohibuit se, & solita hymnorum & orationum ministeria ex more persoluit, atq; ingressus vt cibum sumeret, panem quidem inuenit mensæ superpositum, sed aliquantulum sordidiorẽ: admiratus est, & tristis effectus, intellexit enim quod ad ipsum respiceret hoc genus monitri, tamen cibo sumpto refectus est. Die tertio triplicatis vrgere stimulis cœpit, occupauerunt enim cogitationes eum, quasi iam præsentis, & secum positæ, secunque accubantis imagò mulieris, quam & complecti sibi videbatur, & ad turpes vsus habere prostratam.

Procedens tamen & sequenti die ad solita psallendi, & orandi officia, stabat vagus oculis, & mente captiuus. Cumque solito ingressus ad vesperum requireret cibum, panem quidem inuenit super mensam, sed sordidissimum atque aridissimum, & quasi à muribus, & canibus vndique corrosum. Tunc ille vt vidit ingemuit, & lachrymas fudit, sed non ita ex corde, nec ita vberes, quæ possent flammam tanti ignis extinguere. Veruntamen sumit cibum, sed neque quantum volebat, neque quantum solebat. Tunc iterum cogitationes eum tanquam cohors barbarica vndique circumuallant, & ex omni parte in eum tela iaculantur, ac victum, captiuum que eum ad seculum retrahunt. Exurgens ergo cœpit iter agere nocte per eremum, & tendere ad ciuitatem. Sed vbi dies factus est, ciuitas quidem longè adhuc aberat, ipse verò cum rapidissimo æstu torqueretur, & fatigaretur, per eremum vndiquaque versus considerare oculis cœpit, & requirere vbi esset in vicino monasterium. Et cum conspexisset quondam fratrum cellulam, tendebat illuc, vt apud eos requiesceret. Quem vbi adesse senserunt serui Dei, continuò procurrunt in obuiam, & velut angelum Dei excipientes adorant, pedes lauant, ad orationem inuitant, mensam ponunt, atque omnia secundum diuinum mandatum complent charitatis officia. Verum vbi refectus est, & paululum requieuit, ex more quasi ab eruditissimo atque opinatissimo patre cœperunt verba ædificationis expetere ac monita saluti inquirere, interrogare quoque eum, quomodo quis diaboli laqueos possit effugere, aut si quando turpes iecerit animo cogitationes, quomodo depelli possint & abijci. Tunc ille, vt compulsus est, monita fratribus dare, & salutis eos viam docere, ac de insidijs dæmonũ, quas seruis Dei intendunt, facere sermonem, illos quidem plenè & sufficienter edocuit, sibi verò ipsi stimulos compunctionis incendit, & in semetipsũ regressus, ait. Quomodo alios ego moneo, & ipse decipior? Aut quomodo alios corrigo, & meipsum non emẽdo? Age ergo, ò miser, facito ipse prior, quæ facere alios doces. Cumque huiusmodi increpationibus vteretur aduersus semetipsum, & intellexisset se miserabiliter supplantatum, valedicens fratribus continuò se cursu rapidissimo in eremũ dedit, & ad spelũcam de qua discesserat redijt, prosternens se Domino in orationem, & dicens. Nisi Dominus adiuuisset me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Iterũ: Paulominus fui in omni malo, & paulominus consummauerunt me in terra. In hoc verò completum est, quod ait scriptura. Frater fratrem adiuuans exaltabitur, sicut ciuitas munita & fortis. Post hæc verò permansit omni vita sua in luctu, & lachrymis,

mis, videns ſe diuinitus ſibi conceſſum cœ lestis mensæ beneficium perdidiſſe. Cœpit enim in labore rurſus, & ſudore vultus ſui manducare panem ſuum. Concluſit enim ſe intra ſpeluncam, atque in cinere & cilicio iacens tamdiu lugens, flenſque permanſit in orationibus, donec aſſiſtens ei angelus Domini dicerat ad eum. Suſcepit Dominus pœnitentiam tuam, & repropitiatus eſt tibi, ſed caue ne vltra elatus decipiaris, venient autem ad tres fratres, quos tu ipſe docuiſti, deferẽtes tibi benedictiones, quas ſuſcipere ne recuſes, & reſumens cum eis cibum, gratias age Deo tuo ibid.

EXEMPLVM IIII.

Status non ſaluat, ſed virtus, vt patet in Pafnucio Eremita, qui ſymphoniaco, primario uici, & negotiatori ſimilis ab angelo iudicatur.

VIdimus & monaſterium ſancti Pafnucij hominis Dei, qui nominatiſſimus in illis locis anachorites, & vltimi inhabitator fuerat deſerti in regione Heracleos ſplendidæ apud Thebaidos vrbem. De hoc ergo fideliſſima patrum narratione cõperimus, quod cum fuiſſet uitæ angelicæ quodam tempore orauerit Deum, vt ſibi oſtenderet, cui ſanctorum ſimilis haberetur. Aſſiſtens verò angelus reſpondit ei, quod ſimilis eſſet ſymphoniaco cuidam, qui in vico illo cantandi arte victum quærebat. Tum ille obſtupefactus nouitate reſponſi, cum omni properatione pergens ad vicum, perquirit hominem. Et cum inueniſſet, ſtudioſiſſime percontatur ab eo, quidnã ſancti & religioſi operis geſtum ſit ei, omneſque actus eius curioſius diſcutit. At ille reſpondit, quod res erat, ſe eſſe indigniſſimæ vitæ hominem peccatorem, atque ante non multum tẽporis ex latrone ad iſtud quod nunc exercere videretur, fœdum artificium deuolutum. Pafnucius vero eo magis inſtabat, requirens ſi quid ei forte, vel inter latrocinia opij operis fuiſſet admiſſum. Nihil inquit, mihi cõſcius ſum boni, hoc tamen ſcio, quod cum inter latrones eſſem, capta eſt a nobis aliquando virgo Dei conſecrata huius cum cæteri collegæ mei latrones cuperent, eripere pudorem, obieci me in medium, & eripui de contaminatione latronum, & nocte deducens eam vſque ad vicum, domui ſuæ reſtitui intactam. Alio quoque tempore inueni mulierem honeſtæ formæ in eremo oberrantem. Hæc cum interrogaretur à me, vnde, vel cur, aut quomodo in hoc loco aduenieſſet? reſpondit: Nihil me interroges infæliciſſimam mulierem, nec cauſas requiras, ſed ſi ancillam placet habere, abducito quo vis. Mihi enim infælici eſt maritus qui debiti fiſcalis gratia ſæpe ſuſpenſus, & flagellatus, ac pœnis omnibus cruciatus ſeruatur in carcere, nec aliam ob cauſam producitur, niſi vt tormenta patiatur. Tres autem nobis filij fuerunt, qui iam pro eiuſdẽ debiti neceſſitate diſtracti ſunt. Ego quoque miſerrima quæ ad ſimiles pœnas inquiror, de loco ad locum fugitans, inedia, miſeriaque confecta, per hæc nunc latitans oberro loca, triduum hoc iam ſine cibo ducens. Ego vbi hæc audiui, miſeratus induxi eam in ſpelũcam, & refeci animam eius fame collapſam. Dedi etiam trecentos ei ſolidos, pro quibus ſe, ac maritum, & filios non ſolum ſeruituti, ſed & ſupplicijs aſſerebat obnoxios, & reuocata ad ciuitatem omnes eos data pecunia liberauit. Tunc pater Pafnucius. Ego, inquit, nihil tale geſſi, tamen credo etiam ad me peruenisſe, quod cerebre Pafnucij nomen inter monachos habeatur. Fuit enim mihi non mediocris ſtudij, vt vitam meam in huiuſmodi extollerem diſciplinis. Deus enim de te mihi reuelauit, quia nihil minus apud eum meriti habeas, quam ego. Quia ergo vides frater te non minimo loco haberi apud Deum, non negligas animam tuam. At ille ſtatim fiſtulas, quas manugerabat, abijciens, ſecutus eſt eum ad eremum, & artem muſicam in ſpiritalem commutans vitæ, mentique harmoniam, per integrum triennium arctiſſimæ te tradidit abſtinentię, in pſalmis & orationibus ſeipſum exercens die noctuque, atque inter cæleſte animi virtutibus agens, inter ſanctorum angelicos choros reddidit ſpiritũ. Poſtquam hunc igitur Pafnucius ex omni exercitio virtutum conſummatum præmiſit ad Dominum, ipſe acrioribus ſe ipſum ſtudijs quam prius exercebat agens, iterũ Domino ſupplicabat, vt ſibi oſtenderet, qui ei ſimilis eſſet ſuper terram. Fit ergo iterum ad eum vox Domini dicentis:

Si-

similem te esse nosce primario uici illius, qui est in proximo. Quibus audius Pafnucius sine mora ad eum properans, pulsat ad ostiũ domus eius. Ille verò, cui moris erat suscipere hospites, occurrit ei, atque introduxit in domum, lauans quoque pedes eius, appoſuit mensam, agitque conuiuium. Inter epulas verò percontari cæpit Pafnucius ab hospite, qui actus ei, quod studium, cuiusque operis haberet exercitia. Ille verò cum de se humilia responderet, & latere in bonis, quam publicari mallet, perurgebat Pafnucius, dicens sibi reuelatum esse a Domino nostro Iesu Christo, quod dignus esset consortij monachorum. At ille magis humiliora de semetipso sentiens aiebat. Ego quidem in nullo mihi sum boni alicuius conscius, verum quia uerbum Dei factum est ad te, cum quem nihil latet celare non possum. Hæc ergo quæ in medio multorum posita in vsu sunt loquar. Triginta iam completi sunt anni, quòd continentiæ consensum habere me cum coniuge mea nullus agnouit. Suscepi autem ex ea tres filios, horum enim causa solummodo cognita mihi vxor est, nec præter eam alia, nec ipsa ultra iam cognita. Suscipere hospites nunquam cessaui, sed ita eis ministraui, vt neminem ante me pater aduenienti occurrere peregrino. Non dimisi vnquam de domo mea hospitem sine uiatico, pauperum nullum despexi, sed quæ necessaria fuerunt præbui. Si in iudicio sedi, nec filij mei personam contra iustitiam accepi. Alieni laborum fructus nunquam introierunt in domum meam. Lites si vidi nunquam præteriui, donec reconciliarem dissidentes ad pacem. Nemo vnquã deprehendit in culpa famulos meos, nunquam greges mei læserunt fruges alienas. Volentem seminare in rure meo nunquam prohibui, nec vberiora mihi noualis elegit, & illi steriliora dereliqui. Quantum in me fuit nunquam permisit vt potentior infirmum premeret. Semper studui in vita mea vt neminem cõtristarem. Iudicium si fuit apud me, neminem condemnaui, sed dissidentes reuocare in concordiam studui. Hæc interim mihi vitæ institutio Deo donante hactenus fuit. Audiens autem hæc Pafnucius caput eius exosculatus benedixit eum, dicens. Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas quæ bona sunt in Hierusalem. Quia ergo bene hæc, & conuenienter impleſti, illud tibi deest, quod bonorũ omnium summum est, vt omittens cuncta ipsam ueram sequaris Dei sapientiam, & secretioris scientiæ inquiras thesauros, ad quos non aliter poteris peruenire, nisi abneges temetipsum, & tollas crucem tuã, & sequaris Christum. At ille cum audisset hæc, nihil moratus, nec omnino in domo sua ordinans, secutus est virum Dei, pergens cum ipso ad desertum. Cumque venissent ad flumen, nullum reperto nauigio ad transmeãdũ, Pafnucius præcepit intrare secum pedibus fluuium, cuius in illis locis profonda habebatur altitudo. Transierunt ergo pariter fluuium, ita vt aqua eis vix ad latera peruenire. Vbi uero venerunt ad desertum, collocat hominem Pafnucius in cellulam quandã haud procul à suo monasterio positam, & conuersationis spiritalis ordinem tradidit, perfectorumque studiorum exercitia docet, scientiæ quoque ei secretiora credit. Cumque eum in omnibus instruxisset, semetipsum denuo maiorib. exercitijs dedit, exiguos priores deputans labores, quib. conferri poterat ei qui seculi uidebatur actibus occupatus. Hoc enim sibi dicebat. Si isti qui sunt in seculo tantum bonorum operum faciunt, quanto nos studere debemus plus vel amplius in abstinentiæ labore eos antecedere. Tempore autem aliquanto in his transacto, & ad scientiæ perfectionem perducto, animam eius, quam perfectim iam in operib. assumpserat, quadam die Pafnucius sedens in cella sua vidit inter angelorum choros assumptam dicentium: Beatus, quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in tabernaculis tuis, &c. Et cũ hoc audisset agnouit assumptũ esse ex hoc mundo virum. Tunc vero Pafnucius persistebat in orationibus, & ieiuniis, semetipsum ad maiora & perfectiora extendẽs, & rursus orabat Dñm, vt sibi ostenderet, cui similis haberetur inter homines. Rursus ei diuina vox respondit, dicens. Similis es negotianti ei, quem videtis ad te venientem, sed exurge velociter, & occurre ei. Ad est enim vir, cui te similem iudicaui. Et Pafnucius sine mora descendens occurrit cuidam negotiatori Alexandrino viginti millium solidorũ mercimonia nibus nauibus deferenti ex Thebaide. Et quoniam religiosus erat, & bonorum operum studium gerens,

rens, decem leguminum saccos pueris suis impositos ad monasterium hominis Dei deferebat. Et hæc ei causa adeundi Pafnucium fuit. At ille continuò vt eum vidit, qui ad agis inquit, ò preciosissima, & Deo digna anima? Relinque hęc illis, qui de terra sunt, & de terra cogitant. Tu autem regni Dei, ad quod vocatus es, negotiator essicere, & sequere Saluatorem, a quo paulò post assumendus es, quære thesaurum, quem nec fures effodiunt, nec tinea demolitur, despice thesaurum perituru, vt adquirere possis thesaurum in perpetuum duraturum. At ille nihil omnino differens præcepit pueris suis, vt omnia quæ superessent (multa enim iam ipse per se distribuerat) pauperib. erogarent, ipse verò sequens sanctum Pafnucium ad desertum, in eodē ab eo constitutus est loco, ex quo, & priores ad Dominum Deum nostrum fuerant assumpti. Qui similiter ab eo de omnib. instructus exercitijs spiritualibus, in diuinæ sapientiæ studijs permanebat. Breui autem consummato tempore etiam hic translatus est ad congregationes iustorum. Et nō multo post ipse etiam Pafnucius in ipsis summæ abstinentiæ exercitijs, & laboribus vitam posuit. Astitit ei etiam Angelus Domini dicens ad eum. Veni iam benedicte, & ingredere ea, quæ tibi debentur, æterna tabernacula. Volo te post diuturnam laborum tolerantiam præmio immortalitatis, & gloriæ ppetuæ remunerare. Ecce enim mecum adsunt Prophetæ, qui te in suum suscipiant chorum. Hoc autem prius idcirco tibi non reuelaui, nè forte elatus damnum aliquod laboris tui incurreres.

Et vnum post hæc in corpore adhuc positus diem ducens, cum quidam presbyteri ad eum visitandum venissent, omnis eis quę sibi Dominus Iesus Christus reuelauerat, nota fecit, dicens ad eos, nullum in hoc seculo despiciendere, etiam si latro sit aliquis, aut in scena positus, etiamsi cultum ruris exerceat, & coniugio videatur astrictus, etiamsi negotiator dicatur, vt mercimonijs seruiat, cum in omni ordine humanæ vitæ sunt Animę Deo placentes, & actus aliquos occultos habentes, quibus delectatur Deus. Vnde constat non tantum professionem vitæ, aut habitus specie Deo esse placitam, quantum sinceritatem atque perfectionem mentis, & operum probitatem. Et cum similia de singulis quibusque disseruisset tradidit spiritum. Euidenter autem presbyteri qui aderant, & omnes fratres viderunt eum ab Angelis suscipi hymnum canentibus, & collaudantibus Deum in eo. In vita 16. S. Pafnucij.

EXEMPLVM V.

Discordię renuncians, & pacem reformāti latro veniam peccatorū Apollonio monente accepit.

QVodam tempore certamen erat desinibus inter duos vicos. Hoc cum nunciatum fuisset Apollonio, festinus descendit ad eos pacis gratia. Sed illi furore contentionis incensi, nullo genere ad pacis consilium flectabantur, maximè quia vnius partis populus plurimum fiducię in viribus cuiusdam latronis gerebat, qui eiusdem certaminis signifer videbatur. Hunc cum videret Apollonius paci resistentem, dixit ad eum. Si mihi ò amice, adquiescere colueris ad pacem, rogabo Deum meum, & remittet tibi peccata tua. At ille cum audisset, nihil omnino distulit, sed genibus eius prouolutus, supplicabat ei. Tunc deinde conuersus ad turbas, quę eum fuerant secutæ, fecit omnes cum pace discedere.

Quibus discendentibus ipse permansit cum homine Dei expectans ab eo promissum. Tunc verò Apollonius assumens eum & cum ipso iter agens ad monasterium, docebat eum mutare ordinem debere vitæ, & patienter à Deo quærere misericordiam promissionemque ex fide expectare. Omnia enim possibilia dicebat esse credenti. Cumque noctis tempore simul in monasterio quieuissent, per visum ambo se vident in celis esse, & assistere ante tribunal Christi. Vident etiam Angelos Dei, & sanctos quoque adorantes Deum. Et cum hęc videntes Deum etiam ipsi adorassent, vox Domini ad eos defertur, dicens. Licet nulla sit communio luci, & tenebris, nec sit aliqua portio fideli cum infideli, tamen tibi donatur salus istius, pro quo supplicasti Apolloni. Hęc, & alia multa cum audissent in cœlesti visione positi, quę nec sermo narrare sufficit, neque aures audire, surrexerunt de somno, & quę viderant fra-

ribus indicarunt. Admiratio autē ingens esse cœpit, cum vnum atque idem somniū vterque narraret. Permansit autem cum fratribus latro ille iam sanctus, vitam suam moresque ad omnem innocentiam pietatemque commutans, tanquam in agnum versus ex lupo, vita 7. S. Apollonij.

EXEMPLVM VI.

Discordię auctor repentina morte percutitur, & a bestijs effossus laceratur.

ADhuc autem in gestis sanctis Apollonij ferebatur ēt de hoc. Lis quodam tempore dicebatur exorta inter duos vicos quorum alter christianorum, alter gentilium fuit. Procedunt ex vtraque parte armatorum turbæ plurimæ, & accidit vt sanctus Apollonius superueniter. Cumque eos hortaretur ad pacem, quidam eorum, qui inter gentiles quasi caula, & caput huius belli erat, homo truculentus, & ferus obsistebat ei vehementer, dicens nō se permittere pacem vsque ad mortem suā. Tunc beatus Apollonius ait. Fiat, inquit, vt optas. Nullus enim hic alius præter te perimetur. Sed, & cōgruum honori tuo tibi fiet sepulchrum, non terra, sed bestiarum atq; vulturum ventres. Et continuò sermo eius efficitur veritas. Nullus enim ibi alius ex vtraque parte, visi solus ille cecidit. Quem cum arena obruissent, mane regressi inuenerunt eum a bestijs effossum, laniatum, atque a vulturib. deuoratum. Cumque omnes admiratio habuisset, quòd sermo hominis Dei ita fuisset impletus, cōuersi sunt omnes ad fidem Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, & sanctum Apollonium hominem Dei prædicabant. ibid.

EXEMPLVM VII.

Sollicitudinem suam proijciens in Dominum, oratione cibos fratrib. impetrauit.

DIes sanctus aderat Paschę, & cum solēnitas vigiliarum, sacrificiorumque intra speluncam a sancto Apollonio, & suis fratribus fuisset expleta, atq; ex his, quæ fuerant apud eos, refectio pararetur, (erant autem eis pauci tantum modo, & sic ei panes, atque olera ex his, quæ sale aspersa reponi apud eos solent) tunc Apollonius fratres qui secum erant ita alloquitur. Si est in nobis fides, & verè fideles sumus famuli Christi, petat vnusquisque nostrum a Deo si quid quasi in die festo sumere libenter habet. At illi ipsi potius, qui eos ætate, & meritis præcellebat, hæc a Deo poscenda permittunt, semetipsos inferiores huius gratiæ iudicantes. Tunc ille cum omni alacritate orationem fudit ad Dominum. Qua expleta cum omnes respondissent, Amen, ecce repentè ante fores speluncæ stare viderunt homines quosdam sibi penitus ignotos, qui tam multas copias rerū omnium, quę ad vsum dumtaxat ciborum pertinent, detulerunt, vt neque tam multa, neque tam diuersa facile quisquam viderit. In quibus erant quędam, quæ omnino in Aegypti regionibus nunquam visa sunt pomorum genera, & magnitudo incredibilis vuæ, & nucis, & ficus, mala quoque punica, & ante tēpus faui, atque mellis, ac lactis copia, ingentes dactili, & panes calidi ac mundissimi, qui tamen peregrinæ viderentur esse prouinciæ. Viri autē, qui hęc detulerant, statim vt ea monachis tradiderunt, quasi festināter ad eum, à quo missi fuerant, redire cupientes mox discedunt. Tunc ipsi gratias Domino referentes ex his, quæ sibi fuerant delata, vesci cœperunt, quorum tanta fuit copia, vt usque ad diem Pentecostes quotidie ministrata sufficerent, certi quidem de hoc quòd hæc sibi à Domino Deo nostro solemnitatis gratia missa sint. ibidem.

EXEMPLVM VIII.

Item simile.

ORta est aliquando fames apud Thebaidem. Scientes autem habitatores terræ illius, quod monachi, qui cum Apollonio Deo seruiebant, frequenter etiam sine cibo per Domini gratiam pascebantur, omnes simul cum vxoribus, & filijs pergunt ad eum, cibum simul, benedictionemque poscentes. At ille nihil dubitans, perferre cœpit ex his, quę ad vsus fratrum reposita erant, & dare singulis copiose. Cum verò tres solæ panum sportę remansissent, fames autem populum vehementer vrgeret, iubet proferri in medium sportas,

Digitized by Google

tis, quæ solæ superfuerant, vnius diei victum monachis præbituræ, & in auditum totius populi, qui famis necessitate confluxerat, eleuatis ad Deũ oculis manibusque, ait. Nunquid nõ valet manus Domini multiplicare hæc? Hæc dicit Spiritus sanctus. Non deficient panes in sportis his, donec satiemur omnes de frugib. nouis. Et ut plurimi ex his qui tunc in præsenti fuerant, confirmabant, quatuor continuis mensib. cessante aliquã diu erogari panes ex sportis, neq. deesse potuit aliquando. ibidem.

EXEMPLVM IX.

Furari volentes dracones deterrent.

FRequenter veniebant ac sanctum Ammonem latrones panem, quo solo vescebatur, inferentes ei, & si quid erat, quod ad victum continentissimum repositum videbatur. Cumq. frequenter ab his molestiã pateretur, quadam die processit ad eremum. Et inde rediẽs duos dracones ingentes secum comitari iussit, atq. ad hostium sui monasterii manere eos præcepit, ingressumque seruare. Veniunt ex more latrones, & videntes qui essent custodes in limine, examines & amentes effecti, obmutuerunt statim, & conciderunt. Quod vbi senior sensit, egressus inuenit, eos, semineces, accedensque, atq. erigens, increpabat eos, dicens. Cernitis quantum uos duriores estis bestiis; Illæ enim nobis propter Deum obediunt, vos autem nec Deũ timetis, nec vitam seruorũ Dei inquietare erubescitis. Veruntamen introducens eos incellam posuit mensam, & iubet vt perciperent cibum. Illi uerò corde compuncti, & ab omni mentis suæ immanitate conuersi, multis, qui prius Domino seruire cæperant, breui meliores fiunt. In tantum. n per pœnitentiam profecerunt, ut nõ post multum temporis etiã ipsi eadem facerent signa, easdemq. virtutes. vita S. Ammonis,

EXEMPLVM X.

Virginis domum spoliare volens Mutius latroconuertitur.

ERat quidam vir nobilissimus nomine Mutius. Hic autem primò gentilis fuit, latronum maximus, & sepulchrorum violator, atq. in omnibus flagitiis opinatissimus.

Ad quem tali ex modo occasio salutis aduenit. Nocte quadam ad domum cuiusdam uirginis Deo sacratæ expoliandi causa peruenit. Cumq. machinis quibusdam, quæ huiusmodi artificib. satis noctæ sunt, domus eius tecta conscendisset, quærens quali arte, vel quali aditu in penetralia eius irreperet, difficultate perpetrandi operis innexus, plurimum noctis tempus in tectis positus sine ullo effectu trãsegit. Post multos uerò animi conatus frustra adhibitos ueluti fessus somno opprimitur, & per visum sibi assistere vidit quendam regio habitu dicentem. Desine iam ab his flagitiis, & ab effusione humani sanguinis cessa, atque ab execrabilib. furtis ad laboram religiosum conuerte vigilias, & suscipe cœlestem angelicamque militiam, atque ex hoc iam animi uirtutibus uiue, & ego te huius militiæ ducem ac principem faciam. At ille cum gratanter quæ sibi offerebantur audisset, ostenditur ei grex monachorum, & principatum super eos tenere iubetur. In his euigilans, astantem sibi uirginem vidit & requirẽtem quis esset, aut unde, uel cur illuc uenisset. At ille quasi amens effectus nihil ei respondit, sed tantum ut Ecclesiã sibi ostenderet rogat. Illa uerò cum intellexisset in re aliquid diuini opens esse, hominem producit ad Ecclesiam, ac presbyteris offert. Ad quorum ille uestigia proruens, rogat christianum se fieri, & ilicò sibi pœnitentiam dari. Presbyteri uerò, cum cognoscerent uirum hunc esse omnium flagitiorum actorem, mirantur si hæc uera loqueretur. Et cum perseuerantia sui, ficem rei fecisset, monent eum ut si hæc uellet, illa penitus omitteret. De hinc cum religionis initia suscepisset, orat sibi dari præcepta, quibus uiam salutis deberet incedere. At illi tres ei primi psalmi uersiculos traduut. Quibus ille diligenter consideratis sufficere sibi ait eos ad uiam salutis, tribusque dieb. permanens apud eos, ad eremum proficiscitur, ubi plurimo tempore demoratus, & die ac nocte in oratione cum lachrymis perdurans, cibum ex radicibus capiebat herbarum. Regressus autem ad Ecclesiam, tres uersiculos psalmi, quos preceperat a presbyteris, non solum

verbis,ſed & rebus atque operibus redidit Presbyteri verò mirabantur quod ſubitò conuerſus acerrimam ſtatim iniecerit ſibi abſtinentiã,& inſtruentes eum plenius ex diuinis ſcriptoris hortabatur eũ ſecum demorari. At ille nè uideretur eſſe inobediens,vnã apud eos exigens hebdomadã, rurſus ad eremũ pergit,atq; ibi per ſeptem continuos annos in omni abſtinentia degens,plenitudinẽ gratiæ conſequitur a Domino,ita ut omnes pene ſcripturas memorite retineret. Panem verò Dominica die tantum ſumebat, & hunc diuinitus delatum. Nam cum oraret, ſurgens ab oratione inuenibat panẽ poſitum,quẽ nemo deferebat hominum. Hunc vbi cum gratiarũ actione ſumpſiſſet,ſufficiebat ei vſq; ad alteram Dominicam vita.9 S. Copreis.

EXEMPLVM XI.

Solem ſtare iuſſit Abbas Mutius ex latrone conuerſus, & mortuus ad uitam redire recuſat.

QVodam autẽ tempore iterum de eremo venit ad viſitãdos fratres, quos ſpiritu inſtruxerat Abbas Mutius. Et cum quidam ex eis in extremis ageret, reuelatum eſt ei a Domino quod moriturus eſſet. Hora autẽ erat iam ad veſperam declinans. Feſtinabat ergò,ut eũ uidere poſſet. Vicus autem vbi decumbebat æger longo adhuc aberat ſpatio. Et nolens nocte introire vicũ cum videret iam ſolem demergi,ait ad eum. In nomine Ieſu Chriſti Dñi ita pauli ſper in itinere tuo, & expecta me donec ad vicum perueniã. At ille cum iam aliqua mergi cæpiſſet ex parte,reſtitit, nec prius occubuit,quam homo Dei peruenireret ad vicum. Hoc autem manifeſtum factum eſt omnibus illis,qui ibi conſiſtebãt. Stantes autẽ & intuentes moras ſolis in occaſum,mirabãtur oẽs quid ſibi uellet hoc, quod tot horis in occaſum ſuum nõ deſcenderet ſoli,uidentes autẽ patrẽ Mutium de eremo venientem,quærebatur ab eo,quod hoc ſignum eſſet, quod oſtenderat ſol. At ille reſpondens eis, non meminiſtis uocẽ Domini, & Saluatoris noſtri dicentem. Si habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis, maiora horũ ſigna facietis. At illi cum intelexiſſent eius fide ſolem ſtetiſſe,terrore magno perterriti ſunt, plurimique eorum iunxerunt ſe eius diſcipulatui,& ſequi eũ cœperunt. Cum autẽ ingreſſus fuiſſet domum illius fratris pro quo feſtinauerat,& inueniſſet eum iam defunctum, oratione facta accedẽs ad lectulũ oſculatus eſt eũ, & ait. Quid magis deſiderii habes,frater, abire, & eſſe cũ Chriſto, an permanere in carne? Tunc ille recuperato ſpiritu paulum reſedit,& ait ad eum. Quid me reuocas,pater? Melius eſt mihi redire,& eſſe cum Chriſto permaneret autẽ in carne nihil neceſſariũ non eſt. Cui dixit. Dormi ergò in pace fili, & ora pro me. At ille continuò reclinans ſe in lectulo obdormiuit. Hi autẽ, qui aderant obſtupuerunt dicentes. Verè homo Dei eſt hic. Tunc ille induit adoleſcentem, ut ſibi moris erat,ſatis decorè, & totam noctem in pſalmis hymniſque peruigilem ducens,honeſtæ iuuenem tradidit ſepulturæ.ibidem.

EXEMPLVM XII.

Pœnitere volentem fratrem in hora mortis Abbas Mutius increpauit, & tres annos ad pœnitendum impetrauit.

ALium autem fratrem cum viſitaſſet pater Mutius in lectulo decumbentem, ubi vidit eum quietem mortis difficulter accipere,& grauiter conſcientiæ ſuæ metu redargui,ait ad eum. Cur imparatus es fili ad profectionẽ? Accuſatrix,vt uideo, igna uię tuæ tecũ pergit conſcientia. Tunc ille exorabat eum,dicens. Obſecro te pater intercede pro me apud Deum, ut mihi paruum ſpatium tẽporis largiatur,quo poſſim emendare vitã meam. At ille dixit ad eum. Nunc ſpatium pœnitẽtiæ requiris,vbi vitæ æternæ rẽs impleſti? Quid faciebas in omni hoc vitæ tuæ tempore? Non potuiſti vulnera a tua curare? Quinimo & recentiora ſemper addebas. At ille cum permãſiſſet orans, ait ei ſenex. Si vltra non addes malis tuis mala,orabimus pro te Deũ, Bonus enim Deus eſt,& patiens,& indulget tibi parum aliquid temporis uitæ,vt omnia debita tua perſoluas. Et cum poſt hæc oraſſet Deum,ſurgẽs de oratione, ait ad eum. Ecce tres annos tibi Dominos conceſſit in hac vita tantum, ut ex animo ad pœnitentiam conuertaris. Et apprehenſa manu dextra eius,eleuauit eũ de lectulo. At ille ſurgens ſine aliqua dilatione ſecutus eſt

cum

eum ad eremum. Et vbi completi sunt tres anni postea reuocauit eum ad locum, vnde assumpserat, iam non quasi hominem, sed quasi angelum ex homine factum Deo configans, ita ut omnes mirarentur de conuersatione eius. Cumq; veniissent ad eum fratres plurimi, statuit eum in medio atq; ex ipso sumens materiam per totam noctē doctrinam de fructibus pœnitentiæ, & conuersionis produxit ad fratres Ipso verò sermonē faciente quasi dormitare paululum frater ille cœpit, & continuò in pace quieuit. Tunc facta oratione super eum omnibus quæ ad sepulturam pertinent ritè completis, ad eremum properanter abscedit. ibidem.

EXEMPLVM XIII.

Ciuitatis Oxirinti multiplex commēdatio.

VEnimus autem, & ad ciuitatem quandam Thebaidis Oxirinthum, in qua tanta religionis deprehendimus bona, vt ea nemo dignè sufficiat enarrare. Repletam namque eam monachis intrinsecus vidimus, & extrinsecus omni parte circundatam. Aedes publicæ, si quæ in ea fuerant, & templa superstitionis antiquæ habitationes nunc erant monachorum & per totam ciuitatem multo plura monasteria, quam domus videbantur. Sunt autem in ipsa vrbe, quia est ampla valde, & populosa, duodecim Ecclesiæ in quib. publicus agitur populi conuentus, exceptis monasterijs, in quib per singula oratiorum domus sunt. Sed nec portæ ipsæ, nec turres ciuitatis, aut vllus omnino angulus eius monachorum habitationib. vacat, quique per omnē partem ciuitatis die ac nocte hymnos, & laudes Deo referente, totam urbem quasi vnam Ecclesiam Dei faciunt. Nullus enim ibi inuenitur, aut hæreticus, aut paganus, sed omnes ciues christiani, omnes catholici sunt, vt nihil omnino differat si Episcopus in platea orationem, aut in Ecclesia indicat. Ipsi quoque magistratus, & principales ciuitatis, & reliqui ciues studiosè per singulas portas statuunt, qui obseruent, ut sic ubi apparuerit peregrinus, aut pauper, certatim ad eum, qui præoccupauerit, adductus, quæ sunt necessaria consequatur. de his autem, quę erga nos ab ipsis populis gesta sunt, videntibus transire nos per ciuitatem suam & velut angelis occurrentibus, atque honorem deferentibus, quomodo enarrem, aut de ipsis monachis, & virginibus, quorum innumerabilitudines, vt supra diximus, in illa vrbe habentur. Requirentes enim nos à sancto Episcopo loci illius, viginti milia virginum, & decem milia monachorum in ibi habitare comperimus. Quorum omnium affectum erga nos, & honorem, quem exhibebant nobis, exponere nec sermo sufficit, nec verecundia permittit, quomodo pallia nostra scinderentur, vnoquoque nos sibi rapiente, & ad se abducere cupiente. Vidimus quoque ibi plurimos sanctorum Patrum diuersas Dei gratias habentes. Alios in verbo Dei, alios in abstinentia, alios in signis, ac virtutibus. cap 51. partis.

EXEMPLVM XIIII.

Patientia Apollonij Philemon ex gentili conuertitur.

TRadebant seniores fuisse quendā persecutionis tempore nomine Apollonium, qui cum vitam magnificam egisset inter fratres, etiam diaconus ordinatus est. Tempore ergo persecutionis erat ei studium singulos quosque circumire fratres, & cohortari eos ad martyrium.

Cumque fuisset etiā ipse deprehensus, & in carcerem trusus, gentilium plurimi tanquam insultantes veniebant ad eum, & verbis blasphemis, & impijs confutabāt Inter quos fuit quidam Philemon nomine choraula famosissimus, & omni populo amabilis. Qui cum multis eum fatigaret iniurijs, impium, & sceleſtum, & se ductorem vocans, multorumque mortalium deceptorē, dignumque esse in omnib. odio haberi. Cumque hæc, & multa alia aduersus eum grauiora loqueretur, respondit ei Apollonius: Misereatur tibi Dominus fili mi, & nihil tibi horum, quæ locutus es reputet ad peccatum. Hæc cum audisset Philemon, corde compunctus est, vimque verborum eius supra humanum morem in sua mente persensit, inrātum vt se christianum repente fateretur. Et inde statim peruolat ad tribunal iudicis atque in conspectu totius populi proclamans. Iniuste, inquit, agis, ò iudex iniquitatis, viros

religiosos, & amabiles puniens. Quid enim mali christiani vel faciunt, vel docent, At ille hæc audiens, primo quidem putabat, vtpote loci illius hominem, loci aliquid proponere. Sed cum vidisset hæc eum serio prosequentem, & cum omni cõstantia efferentem, dixit ad eum. Insanis, ò Philemon, & mente captus es subitò. At ille dixit. Ego non insanio, sed tu iniustissimus, atque insanissimus iudex es, qui tot iustos iniustè perimis viros. Ego enim christianus sum quod est genus optimum hominum. Tunc ille coram populo cœpit eum primò plurimis blandimentis reuocare velle in id quod eum noverat. Sed vbi immobilem vidit, omnia intendit in eum genera tormentorum. Cognito vero quod ex verbis Apollonij hæc facta fuerit permutatio, correptum etiam Apollonium grauioribus subdit tormentis, & deceptoris in eum crimen exaggerat. Apollonius verò dixit ad eum. Vtinam, & tu iudex, & omnes qui assistunt, & audiunt me, hunc meum, quem dicis errorem, deceptionemq; sequeremini. At ille vt hæc audiuit, & ipsum, & Philemonem ignibus tradi inconspectu populi iussit. Ideo post quam ingressi sunt flammas, Apollonius cunctis audientibus clamabat ad Dominũ dicens. Ne tradas Domine bestijs animas confitentes tibi, sed ostende nobis euidenter salutare tuum. Igitur ubi hæc in auditu populi, & iudicis ad Dominum locutus est Apollonius, repente nubes repleta rore circundedit uiros, & flammas accensi ignis extinxit. Super quo stupefacti & iudex, & populus una omnes clamare cœperunt. Magnus, & unus Deus christianorum solus immortalis. Sed hæc cum fuissent præfecto Alexandriæ nunciata, semetipso truculentior redditur, & electis quibusdã de suo officio crudelissimis, & seuissimis, non tam hominibus, quam bestijs mittit, qui & ipsum iudicent, qui mirabilibus diuinis crediderat, & eos, per quos uirtus Dei apparuerat, vinctos Alexandriam perducerent. Igitur cum adducerentur pariter omnes uincti, affuit gratia Dei in uerbo, & cœpit Apollonius eos, qui se uinctos ducebant, fidem Dei docere. Quique cum Domini misericordia credidissent, & fidē Dei tota cordis firmitate recepissent, semetipsos cum his, quos exhibere venerant, vinctos iudici offerunt, & christianos se esse pariter profitentur, quos cum præfectus infide Domini pertinaces, & immobiles perspexisset, vniuersos iubet pariter in profundum maris dimergi, ignorans impius quid ageret, hoc enim sanctis non mors, sed baptismus fuit. Sed horum corpora, Dei sine dubio prouidentia integra, & illabatu maris vnda reportauit ad litus, quæ ab his, qui obsequij causa simul venerant, suscepta ac reuocata sub vno sepulchri domicilio collocata sunt, à quibus vsque in præsens tẽpus virtutes multæ, & signa mirabilia omnibus consummantur. uita 19.

EXEMPLVM XV.

Virginitatis amator Ammon sponsam suã conuertit.

INitium sanè habitationis monasteriorum, quæ sunt in Nitria, summum tradebant quendam Ammonem, cuius animam cum exisset à corpore vidit ferri ad cœlum sanctus Antonius, sicut refert scriptura illa, quæ vitam describit Antonij. Hic ergo Ammon locupletibus, & generosis parentibus ortus est, à quibus inuitus ad nuptias cogitur. Et cum parentum effugere non posset violentiam, accepta virgine, cum intra nuptiales thalamos conueniissent, & data eis essent cubiculi secreta silentia, alloqui puellam de pudicitia, & de conseruanda virginitate cœpit hortari, dicens. Quia corruptio sine dubio inuenit corruptionem, & incorruptio incorruptelam sperat, multo melius est si vterque nostrum in virginitate perdurent, quàm vt alter corrumpatur ex altero. Adquiescit virgo, silentio tegitur incorruptionis thesaurus. Cumque plurimo tempore solius Dei cõtenti testimonio, Deo magis essent, quàm carne sanguineque coniuncti, post obitum parentum ille quidem ad hunc vicini deserti secessit locum, virgo verò intra domum residens, breui, & ipsa multitudini virginũ, & ille præfuit multitudini monachorum, vita 30. S. Ammonis.

EXEM-

EXEMPLVM XVI.

Furantibus bouem parentibus, filius eorũ rabidi canis morſu in furiam vertitur.

CVmque ſecretus reſideret Ammon in eremo, adoleſcens quidam, qui morſu canis rabidi in rabiem verſus erat, multis vinctus catenis ad eum deducitur, proſequentibus eum parentibus, & rogantibus pro eo. At ille. Quid mihi moleſti eſtis homines, ſuper merita mea eſt quod petitis, ſed tamen hoc vobis indicare poſſum, quod in manibus veſtris eſt ſanitas eius. Reddite viduæ bouem, quem furati eſtis, & ſanus vobis reddetur filius veſter. At illi extimuerunt valde, quod ea, quæ in ſecreto geſta ſunt, nõ latuerunt hominem Dei. Gauiſi ſunt tamen, quod hanc eis viã ſalutis oſtendit. Et ſine mora vt reddiderunt direpta, orante homine Dei, etiam iuueni ſanitas redditur. ibidem.

EXEMPLVM XVII.

Verecundus Ammon cum crura nudare flumen tranſiturus erubeſceret ab Angelo tranſportatur, & charitatem Ammoni nolens exhibere camelum concedendo, mox eum mortuum defleuit.

ALio quoque tempore cum veniſſent ad Ammonem, quidam probare volens animos ipſorum, dicit dolium ſibi eſſe neceſſarium, vbi aquam pro aduenientibus congregaret. Et cum polliciti fuiſſent perlaturos ſe, vnus ex ipſis graue ſibi duxit, dicẽs poſſe periclitari camelum ſuum, ſi ei tam graue onus imponeret, & ait ad alterum: Tu ſi vis defer, aut ſi poſſes: ego camelo meo parco, ne moriatur. Tum alter: Mihi, inquit, vt ipſi noſti camelus non eſt, ſed aſinus. Numquid poteſt, quod camelus portare non valet, aſinus portare? At ille: Fac tu, inquit, vt vis, tu videris, ego enim non interimam camelum meum. Tum ille. Ego, inquit, imponã aſino pondus, quod tu camelo tuo onerosum dicis, & merita hominis Dei faciunt quod impoſſibile eſt eſſe poſſibile. Et ita impoſitum dolium aſino peruexit vſque ad monaſterium hominis Dei, ita ut nec ſentiret aſinus ſi aliquid oneris portaret. Quem vbi vidit Ammon: Bene feciſti, inquit, in aſino deferens dolium, collegæ enim tui mortuus eſt camelus. Et egreſſus inuenit ita geſtum, vt prædixerat famulus Dei. Sed & multa alia per eum Dominus ſigna oſtendit. Nam & fluuium Nilum cum tranſire vellet, & exuere ſe erubeſceret, ſubitò in alteram ripam translatus eſt. Beatus autem Antonius in ſumma admiratione vitæ eius inſtitutionem, atque animi virtutes habuiſſe memoratur. ibidem.

EXEMPLVM XVIII.

Obedientia ſua quantum profecit Paulus ſimplex.

FVit quidam inter diſcipulos Antonij Paulus nomine, cognomento Simplex. Hic initium conuerſationis ſuæ huiuſmodi habuit. Cum vxorem ſub oculis ſuis cum adultero cubantem vidiſſet, nulli quicquam dicens, egreſſus eſt domum, & mœſtitia animi tactus, in eremum ſe metipſum dedit, vbi cum anxius oberraret, ad monaſteriũ peruenit Antonij, ibique ex amœnitate loci, & opportunitate conſilium capit. Cumque adiſſet Antonium, vt iter ab eo ſalutis inquireret, ille intuens hominem ſimplicis naturæ eſſe, reſpondit eum poſſe ſaluari, ſi his quæ a ſe dicerentur obediret, tunc ille omnia quæcunque ſibi præciperet ſe facturum eſſe ſpopondit. Vt ergo promiſſionem eius probaret Antonius, ante fores cellæ ſtatim dixit. Hic, inquit, expecta me orans, donec ego rediam. Et ingreſſus Antonius manſit intus inſecus per totam diem, & per totam noctem. Per feneſtram tamẽ ex occulto frequentius reſpiciens, videbat eum indefinenter orantem, & nuſquam penitus moueri, ſed ſtare in aſtu diei, & rore noctis, & ita eſſe mandati memorem, vt nè parum quidem loco moueretur. Egreſſus ideo poſtea Antonius, inſtruere eum, & docere de ſingulis cœpit, quomodo operemanuum ſolicitudinem ſolaretur, & digitis quidem corporis opus carnale, cogitatione verò mentis & animi intentione operaretur quæ Dei ſunt. Cibũ quoq; in veſpera eũ ſumere præcepit, ſed obſeruare ne vnq̃ vſque ad ſaturitatem veniret, & præcipue in potu, confirmans non minus per aquæ abundantiam phantaſias animæ fieri, quã per vinum calorem corporis increſceret.

Et vbi plenè eũm qualitèr in ſingulis agere deberet inſtruxit, in vicino ei, hoc eſt, in tribus a ſe militaribus cellulam conſtituit, ibique eum exercere quæ dididerat iubet. Ipſum tamen frequentius vitans gratulabatur, deprehendens eum in his, quæ ſibi tradita fuerant, tota intentione & ſollicitudine permanentem. In vita Pauli Simplicis.

EXEMPLVM XIX.

Paulus ſimplex tacebat nulli loquens propter præceptum Antonij.

QVadam autem die cum veniſſent ad ſanctum Antonium fratres magni quidam, & perfecti viri, accidit etiam Paulum adeſſe pariter cum eis. Et cum ſermo de profundis rebus, & myſticis haberetur, eumque de prophetis, & ſaluatore plurima tractarentur, Paulus ex ſimplicitate animi interrogat, ſi Chriſtus prius fuerit, an propheræ? Beatus verò Antonius eum pro eo quod tam abſurde interrogauerat, quaſi erubuiſſet, blando motu, vt erga ſimpliciores ſolebat, ſilere, atq; abire eum iubet. Ille, quia omne quodcunque ab eo dictum fuiſſet tanquam præceptum Dei ſeruare inſtituerat, abſcedens ad cellam ſuam tanquã mãdato accepto ſilentium gerere inſtituit, nec omnino aliquid loqui. Quod cum comperiſſet Antonius, mirari cępit, vnde hæc illi obſeruantia placuiſſet, quam a ſe ſciebat non eſſe mandatam. Cumque iuſſiſſet eum loqui, & cur ſiluerit, dixit ei Paulus: Tu pater duxiſti mihi, vt irem, & ſilerem. Et ſtupefactus Antonius, ita ab eo ſermonem, quem ille negligenter protulerat, obſeruatum, omnes, inquit, nos iſte condemnat. Cum enim nos de cęlo Dominum nobis non audiamus loquentem, ab iſto qualiſcunque ſit ſermo, qui ex ore noſtro ceciderit, obſeruatur. ibidem.

EXEMPLVM XX.

Idem quædã irrationabilia ad præceptum Antonij infatigabiliter faciebat, ideoq; potentior in miraculis faciendis magno Antonio efficitur.

MVlta B. Antonius docere eum de obedientia volens, præcipere ei ſolitus erat etiam quæ ratio, & cauſa non poſſeret, in quibus eius animus erga obedientiam probaretur. Haurire namque aquam aliquando eum iuſſit ex puteo, & in terram tota die effundere, & contextas ſportellas reſoluere, ac denuò texere, & veſtimentum ſuere, atque iterum rurſus reſoluere, & in pluribus huiuſmodi exercitijs ab eo memoratis imbutus eſt, vt in nullo prorſus, etiam eorum quæ contra rationem imperari videbantur, diſceret contradicere, ita per hæc omnia informatus in breui ad perfectionem venit. Ex cuius exemplo docebat beatus Antonius, quod ſi quis velit velociter ad perfectionem venire, non ſibi ipſi fieret magiſter, nec propriis voluntatibus obediret, etiamſi rectũ videatur eſſe quod velit; ſecundum mandatum ſaluatoris obſeruandum eſſe, vt ante omnia vnuſquiſq; abneget ſemetipſum ſibi, & renunciet propriis voluntatibus, quia & ipſe ſaluator dixit. Ego veni non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Et vtique voluntas Chriſti non erat contraria voluntati patris, ſed ne qui venerat obedientiã docere non inuenerunt obediẽs, ſi propriam faceret voluntatem. Quanto ergo magis nos iudicabimur obedientes, ſi proprias nõ faciamus voluntates. Deniq; ſupra dictus Paulus exemplo nobis eſt, qui obedientiæ, & ſimplicitatis meritò in tantum ſpiritualium gratiarum culmen aſcendit, vt multo plures & potentiores per ipſum dominus, quam per ſanctum Antonium faceret. Et quoniam pro affluentia gratiarum, multitudines ad eum ex omnibus terræ partibus confluebant, vt curarẽtur ab eo, verens beatus Antonius, ne moleſtia multitudinis fatigaretur, in interiorem eremum, quo accedit facile ab aliquo nõ poſſet, manere eum fecit, vt venientes magis ipſe ſuſciperet Antonius. Si quos verò ipſo non potuiſſet curare, hos ad Paulum, tanquam ad prolixiorem ſanitatum gratiam habentem, mittebat, & ab illo curabantur. ibidem.

EXEMPLVM XXI.

Magna Pauli Simplicis fiducia.

TAntam autem ſimpliciratis eius fuiſſe apud Deum fiduciam tradunt, vt quodam tempore cum quidam rabiem pa-

tiens

dens immodum canis laniaret omnẽ, qui ausus fuisset ad se accedere, & productus fuisset ad eum, insiliebat orationi ut dæmonem, qui cum urgebat, fuga ei, & cum non fieret, nec celer sequeretur effectus, quasi infantum more indignatus, dixisse fertur ad Dominum. Vere non mãducabo hodie, si eum non curaueris. Et continuo quasi delitioso Domino satisfactum esta Deo, & statim curatus est rapidus ibidem.

EXEMPLVM XXII.

Communicantium nomina Angelus Domini Piamone uidente diuersimode scripsit.

VIdimus admirabilem presbyterum nomine Piamonem, totius humilitatis & benignitatis uirum, habentem & reuelationum gratiam. Denique quodam tempore cum Domino sacrificium offerret, vidit Angelum Dei stantem iuxta altare, & vniuscuiusque monachorum accedẽtium ad altare scribentem nomina in libeo, quem tenebat in manibus quorundã tamen non scribentem. Cumque diligẽter obseruasset senior qui essent, quorum nomina non scripsisset, postquam sunt completa mysteria, vnumquemq; eorum seorsum uocans, percontatur, quod eis in occulto peccati fuisset admissum, & inuenit ex confessione vnumquemque eorum peccati mortalibus obnoxium. Tunc hortatur eos pœnitentiam agere, & semetipsum cũ eis ante Dominum prosternens, die ac nocte tanquam ipse in eorum peccatis esset obnoxius flebat, & tamdiu permãsit cum eis in pœnitentia & lachrymis donec iterum uideret eundem angelum stantem, & scribentem accedentium nomina, & posteaquam omnium scripsit, tunc etiam illos ex nominibus euocantem, & ad reconciliationem altaris inuitantem. At uero vbi hoc senior uidit, intellexit eorum susceptam esse pœnitentiam, & sic eos altari tota cum gratulatione restituitur uita 31. S. Piamonis.

Ex libro sententiarum & apophthegmatum Patrum.

EXEMPLVM XXIII.

Luxuriæ tentationem uincere cupiens deuotus frater, pallio suo fœtentem carne defunctæ mulieris extergens narib. hoc renubus applicauit.

ERAT quidam frater in eremo Scythiæ promptus & alacer in opus Domini spirituali conuersatione. Huic autem inimicus generis humani diabolus immisit cogitationes, ut recordaretur cuiusdam notæ sibi mulieris pulchritudinẽ, & turbabatur in cogitationibus sui cordis vehementer. Contigit autem ex dispensatione Domini Iesu, vt alius quidam frater de Aegypto ueniret ad visitandum eum in charitate Christi. Et dum inter se loquerentur, euenit sermo vt diceret ille frater de Aegypto, quia mortua est mulier illa. Ipsa autem erat, in cuius persona impugnabatur frater ille supradictus. Hęc autem cum audisset frater ille, post paucos dies abijt ad locum illum, vbi positum erat corpus illius mulieris defunctæ, & aperuit nocte sepulchrũ eius, & de pallio suo tersit saniem putredinis eius, & reuersus est ad cellulã suam, ponebatque illum fœtorem in conspectu suo, & dicebat cogitationibus suis. Ecce habes desiderium, quod requirebas, satia te ex eo. Et ita in illo fœtore cruciabat semetipsum, vsquequo cessaret ab eo sordidissima impugnatio. §. 10.

EXEMPLVM XXIV.

Amore illicito tentatus frater, ut fortius laboraret, vxorem, & filios ex luto finxit, & sic tentationem superauit.

ITem alius frater erat in eremos habitabat autem in loco, qui dicitur Cellia, & impugnabant eum dæmones in passione fornicationis. Cogitabat autem apud semetipsum, dicens. quia forsitan oportet ne magis in opere manuum laborare, ut extrenuetur carnalis sensus mens. Erat autem idem frater ãre figulus. Exurgens autem fecit in luto, & plasmauit quasi figurã mulieris, & dixit cogitationib. suis. Ecce

uxor tua. Neceſſarium eſt ergò, ut ſuper cō ſuetudinem addas in opere manuum tuarum. Et poſt aliquantos dies iterum ſimiliter fecit ex luto, & pſalmauit quaſi filiam ſibi & dixit cogitationibus ſuis. Ecce generauit uxor tua filiam, neceſſariū eſt ergò vt magis magiſq. amplius exerceas opera manuum, ut poſſis paſcere & vestire te, & uxorē, ac filiam tuam. Et ita præ nimio labore macerauit corpus ſuum, ut non præualeret iam ſupportare tantum laborem. Tunc dixit cogitationibus ſuis. Quia non præuales nimium iſtum ſuſtinere laborē, neque mulierem requiras. Videns autem Deus feruens propoſitum mentis eius pro certamine caſtitatis, abſtulit ab eo moleſtiam impugnationis dęmonum, & glorifi cauit Dominū ſuper magnitudine gratiæ eius §. 14.

EXEMPLVM XXV.

Ordinem ſacerdotii fugiens Iſaac aſello indicante proditur.

CConſilium habuerunt inter ſe ſenio res patres, & omnes monachi habitantes in eremo Scythiæ, & conſenſerunt vt beatus Iſaac presbyter eis ordinaretur in Eccleſia, quę in ipſa eremo ſita eſt, ubi conuenit die & hora ſtatuta multitudo monachorum, qui in illa eremo cōuerſantur. Audiens autem ſupra dictus abbas Iſaac huiuſcemodi concilium, fugit in Aegyptum, & abſcondit ſe in quodam agro inter frutecta, arbitrans ſe indignum eſſe honore presbyterii. Quam plurimi autem fratrum ſequebantur, vt comprehenderēt eum. Cū autem applicuiſſent ad veſperū in eodē agro fatigati de itinere, erat enim nox, dimiſerunt aſellum, qui eis ſumptus portabat in itinere, vt paſceret. Cum autē paſceretur aſellus, peruenit in locum, ubi ſupra dictus abbas Iſaac latitabat, Cumq. illuxiſſet dies requirentes monachi aſellū peruenerunt ad eūdem locum, ubi ſenior ſe occultauerat, & admirantes valde diſpēſationem diuinam, comprehendentes ligare, & conſtringere eum uoluerunt, & ita p ducere. Venerabilis autem ſenior non permiſit, dicens. Iam non poſsum contradicere vobis, quia forſitan voluntas Dei eſt, ut licet indignus ſuſcipiam ordinem presbyterii §. 21.

EXEMPLVM XXVI.

Patientes monachi patrem ſua olera confringentem benigniſſimè tractauerunt.

ERant duo quidam fratres monachi pariter in cella commanentes, quorum humilitatem, & patientiam multi ēt de ſanctis partibus collaudabant. Audiens hoc quidam ſanctus vir, voluit probare ſi veram perfectamque humilitatem haberent, & venit ad viſitandum eos. Cumque cum gaudio ſuſcepiſſent eum, & ex more compleſſent orationes & pſalmodiā, egrediens foras cellulam uidit paruum hortū, ubi ſibi olera faciebant. Appreheſoque baculo cum toto impetu cœpit omnia olera cedendo confringere, ita ut ibi nihil omnino remaneret. Videntes autem ſupradicti fratres nihil penitus dixerunt, ſed nec uultum triſtem, aut turbulentum habentes, rurſus ingreſſi cellulam, veſpertinaſq. orationes complentes, adorantes eundem ſenem, dixerunt. Præcipis Domine, ut eamus, & eum qui remanſit caulem coquentes guſtemus, quia iam hora eſt, ut cibum ſumamus. Tunc ſenior adorauit eos, dicēs. Gratias ago Saluatori noſtro Chriſto, qa uideo Spiritum ſanctum requieſcere in uobis Et ideo hortor, ac moneo uos fratres chariſſimi ut uſque in finē cuſtodiatis ſanctæ humilitatis, & patientiæ uirtutem, ut ipſa in regno cœleſti uos magnos & ſublimes in conſpectu Domini faciat apparere. §. 22.

EXEMPLVM XXVII.

Tentatus infirmitate ſenex ſuſpitionē malam de ſe habitam grandi miraculo poſt mortem expiauit.

SEnex quidam erat in cœnobio probatiſſimus monachus, & incurrit grauiſſimam ægritudinem. Confectuſque nimia & intolerabili infirmitate per longa tempora laborabat in doloribus multis, nec inuenire poterant fratres qualiter ſuccurrerent ægritudini eius, quoniam ea quæ neceſſaria erant infirmitatis eius non habebant in monaſterio. Audiens autem quædam famula Dei de affectione eius, deprecata eſt partem monaſterii, ut ad cellulam ſuam eum tolleret, & miniſtraret ei, maximè quia facilius inuenire poſſent in ciui-

tate, quæ neceſſarias eius ægritudinis videbantur. Præcepit ergo pater monaſterij, vt portarent eum fratres ad cellulam famulæ Dei. Ipſa verò cum omni veneratione ſuſcipiens ſenem, propter nomen Domini miniſtrabat ei pro mercede retributionis æternæ, quam credebat à Chriſto Domino Saluatore noſtro recipere. Cumque tribus & amplius annis obſequeretur & miniſtraret famulo Dei, cœperunt hominum mente corrupti ſecundum ſcabiem mentis ſuæ ſuſpicari, quod non ſinceram ſenior haberet conſcientiam de virgine, quæ miniſtrabat ei. Audiens autem hæc ſenior exorabat diuinitatem Chriſti Domini, dicens. Tu Domine Deus noſter, qui ſolus cognoſcitis omnia, & vides quoniã multi ſunt dolores ſunt ægritudinis meæ, & miſeriæ, & afflictiones tantæ infirmitatis, quæ me ita per tanta conſumit tempora, vt neceſſarium habeam obſequium huius famulæ tuæ, quæ mihi propter nomen tuum miniſtrat, tribue ei Domine Deus meus condignam mercedem in vitam æternam, ſicut dignatus es propter tuam bonitatem promittere his, qui propter nomen tuum egenis, & infirmis ſuum exhibent miniſterium. Cum autem appropinquaſſet dies tranſitus eius, conuenerunt ad eum quam plurimi ſancti ſeniores, & fratres de monaſterio, & dixit eis ſenior. Obſecro vos Domini patres, & fratres, vt cum defunctus fuero tollatis baculum meum, & planteris eum ſuper ſepulchrum meum. Et cum radices miſerit, fecerintque fructum, tunc ſcietis quia munda eſt conſcientia mea a famula Dei, quæ mihi miniſtrabat. Si autem non fronduerit, ſcitote quia non ſum mundus ab ea. Cum ergo vir Dei exiſſet de corpore ſecundum præceptum eius ſancti ſeniores plantauerunt baculum eius ſuper ſepulchrum ipſius, & fronduit, accedenteque tẽpore protulit fructum. Et admirati ſunt omnes glorificantes Deum. Ad tale enim miraculum de vicinis etiam regionib. multi venientes magnificabant gratiam Saluatoris. Nam & nos ipſam arbuſtulam vidimus, & benediximus Dominum qui protegit in omnibus in ſinceritate & veritate ſibi ſeruientes. c. 13.

EXEMPLVM XXVIII.

Gula tentatus quidam frater, horam prandij vſque ad debitum, & regulare tempus protraxit.

REferebant nobis ſancti ſeniores de quodam fratre dicentes. Quoniam quodam tempore ita impugnabant eum dæmones, vt ſtatim hora diei prima tãtam famem & defectionem corpori eius facerent, vt penitus ſuſtinere non poſſet. Verum tamen ille dicebat in corde ſuo, quia qualitercunque oportet me vel vſque ad tertiã expectare, & tunc cibum ſumere. Cumque facta fuiſſet hora tertia, iterum dicebat cogitationibus ſuis. Etiam & nunc violenter oportet me ſuſtinere vſq; ad horam ſextã. Et cum adueniſſet hora ſexta, infundebat panem in aqua, dicens. Dum hic panis infunditur, oportet me etiam expectare horam nonam. Cumque hora nona adueniſſet, ſecundum conſuetudinem complebat omnes orationes, & pſalmodiam ſecũdum regulam, & ponebat panem vt comederet. Hoc ergo per plurimos dies ſuſtinuit. Quadam autem die ſimiliter ab hora prima vſque ad horam nonam fecit, Cumque hora ſediſſet, vt cibum caperet, vidit de ſportella, vbi panes j. paximacia repoſita erant, reſurrexiſſe fumum magnum, & egreſſum eſſe per feneſtram cellulæ eius. Itaque ex illo die nec eſurijt, nec defectio corpori eius facta eſt, ſed magis ita corroboratum eſt in fide, & in abſtinentia cor eius, vt etiam nec poſt biduum deiectaret eum cibum percipere, ita Dei gratia auxiliante certamini eius. Per patientiam enim ſuam frater extinxit gaſtrimargiæ, j. gulæ concupiſcentiæ paſſionem c. 3.

EXEMPLVM XXIX.

Loquentes de ſacra ſcriptura ſancti ſedes pulmentum edere neglexerunt.

QVidam de ſanctis Senioribus ſalutationis cauſa profectus eſt ad alium Seniorem eremitam, qui cum omni gaudio ſuſcepit eum, pro cuius eius aduẽtu parauit ad refectionem ſenior lenticulæ cibũ coctum. Dixeruntque inter ſe, vt prius ex more complerent orationes, & pſalmo diã, & po-

& poſtea cibum caperent. Cum autem ingreſſi fuiſſent, pſallebant, ſtatumque pſalterium compleuerunt. Nam & de ſcripturis ſanctis legentes, duos prophetas recitauerunt. Iamque dies abierat noxque ſimiliter recedebat: Dum ergo orarent, & intente pſallerent, illuxit alia dies tuncque primũ intellexerunt, quia tam nox tranſiſſet. Iterum autem inter ſe de verbo Dei loquentes, & ſpirituales ſibi ſenſus exponentes, factum eſt vt circa horam nonam ſalutantes ſe inuicem, ita reuerteretur qui venerat ſenex ad cellulam ſuam. Nam refectionem cibi, qui paratus fuerat obliti ſunt accipere, dũ cibum ſpiritualem perciperent. Veſpere autem facto inuenit ſenior collam plenam ſicut parata fuerat, & contriſtatus, dixit. Heu quomodo obliti ſumus percipere pulmentum illud §.5.

EXEMPLVM XXX.

Tentatione luxuriæ videns ſe proficere quidam ſanctus frater, noluit ab ea liberari.

DIſcipulus cuiuſdam ſancti ſenioris impugnabatur a ſpiritu fornicationis, ſed auxiliante gratia Domini reſiſtebat viriliter peſſimis, & immundis cogitationibus cordis ſui, ieiunijſque, & orationibus, & operę manuum affligebat ſe vehementer. Beatus autem ſenior videns eum ita laborantem, dixit ei. Si vis, ò fili, deprecor Deum, vt auferat a te iſtam impugnationem. Ille vero reſpondens, dixit ei. Video pater, quia & ſi laborem ſuſtineo, ſentio tamen fructum in me proficere bonum, quia per occaſionem impugnationis huius & amplius ieiuno, & amplius in vigilijs, & orationibus tolero, veruntamen deprecor te, vt ores pro me miſericordiam Domini, vt det mihi virtutem, quatenus poſſim ſuſtinere, & certare legitimè. Tunc ſanctus ſenior dixit ei. Ecce nunc cognoui fili, quia fideliter intelligis hoc ſpirituale certamen pro patientia ad ſalutem æternam animæ tuæ proficere. Ita enim & ſanctus Apoſtolus dicit. Certamẽ bonum certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, non ſolum mihi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum Domini §.7.

EXEMPLVM XXXI.

Angelorum multitudinem ſe contra dęmonis tentamenta iuuare paratam abbas Moyſes vidit.

BEato abbati Moyſi, qui habitabat in loco, qui appellabatur Petra, quodã tempore intantum poſuit, duriſſimum impugnationem fornicationis dæmon, vt nõ præualeret ſedere in Cella ſua, ſed abiit ad ſanctum abbatem Iſidorum & retulit ei violentiam impugnationis ſuæ. Cumque de ſcripturis ſanctis abbas Iſidorus proferens teſtimonia conſolaretur eum, & vt in cellulam reuerteretur rogaretur eum, noluit abbas Moyſes pergere ad cellulã ſuã. Tunc abbas Iſidorus pariter cum abbate Moyſe aſcenderunt ad ſuperiora cellulę, & dixit ei Iſidorus. Reſpice ad occidentem, & vide. Cumque reſpiceret vidit innumerabilem multitudinem dæmonum vehementer cum furore perturbari, & quaſi ad prælium præparatos, feſtinanterque pugnare. Dixit ei iterum abbas Iſidorus. Reſpice ad orientem, & vide. Cumque reſpiceret, vidit innumerabilem multitudinem Angelorum ſanctorum, gloriolum ac ſplendentem ſuper lumen ſolis cæleſtium virtutem exercitum. Ait autem ei abbas Iſidorus. Ecce quos in occidente vidiſti, ipſi ſunt qui impugnant etiam ſanctos Dei. Nam quos ad orientem conſpexiſti, ipſi ſunt, quos ad adiutorium ſanctus ſuis mittit Dominus. Cognoſce ergo, quia plures ſunt nobiſcum, ſicut dicit Eliſeus propheta. Verum etiã & ſanctus Apoſtolus Ioan. dicit, quia maior eſt qui in nobis eſt, quam qui in hoc mundo. His auditis confortatus in Domino ſanctus abbas Moyſes, reuerſus eſt ad cellulam ſuam, gratias agens, & glorificãs Dñi Ieſu Chriſti bonitatis potentiam. §.9.

EXEMPLVM XXXII.

Negligens repugnator ſuarum tentationũ oratione ſancti ſenis iuuari non potuit, quia ipſe ſeipſum iuuare neglexit.

MOleſtiam ſuſtinebat quidam frater à ſpiritu fornicationis. Abijt autẽ ad quendam probatiſſimum ſeniorem, & precabatur eum, dicens. Pone tibi ſollicitudinem

tudinem beatiſſimè pater, & ora pro me, quia grauiter impugnat me paſſio fornicationis. Hæc cum audiſſet ſenior orabat intentè die ac nocte pro eo, deprecans Domini miſericordiam. Iterum autem veniebat idem frater, & rogabat ſeniorem, vt magis intentius pro eo rogaret. Similiter autem cum omni ſollicitudine beatus ſenior orabat intentus pro eo, frequenter autem venientem ad ſe monachum vidēs ſenior, & deprecantem ſe vt oraret, valdè contriſtatus admirabatur, quia non exaudiret Dominus orationem eius. Orauit autem Dominum, dicens. Domine releua mihi, vnde in hoc frater operatio iſta diaboli, quia deprecatus ſum te, & requiem necdum inuenit. Eadem autem nocte reuelauit ei Deus, quia circa illum monachum erat negligentiæ, & gnauiæ reſolutio. Ita autem oſtenſum eſt ſancto ſeniori: Vidit ſedentem illum monachum, & ſpiritus fornicationis in diuerſis mulierum formis ante illum ludentes, ipſumque cum eis delectari. Videbat autem, & Angelum Domini aſtantem, & indignantem grauiter contra eundem fratrem, quia nō ſurgebat, nec proſternebat ſe in orationib. ad Deum, ſed magis delectabatur in cogitationibus ſuis. Hæc autem oſtenſa ſunt ſancto ſeniori per reuelationem. Cognouit autem quia culpa, & negligentia illius monachi erat, vt non exaudirentur orationes eius. Et tunc reuertente fratre dixit ei ſenior, quia culpa tua eſt frater, qui condelectaris cogitationib. malis. Impoſſibile eſt enim diſcedere a te ſpiritum fornicationis immundæ aliis orantibus, & Deo pro te deprecantibus, niſi & tu ipſe laborem aſſumas in ieiunijs, & orationibus, & vigilijs multis, cū gemitu deprecans, vt miſericordiam ſuam & adiutorium gratiæ ſuæ prebeat tibi Dominus Ieſus, vt poſſis reſiſtere malis cogitationibus. Et medici, qui corporib. hominum medicamenta conficiunt, & adhibēt, quamuis omnia cum ſumma diligentia faciant, veruntamen ſi ille qui infirmatur nō ſe abſtineat a noxijs cibis, vel de alijs, quæ ſolent lædere infirmantes, nil proficiet ei cura, & diligentia, ac ſollicitudo medicorum. Similiter etiam & in animæ languoribus eueniet. Licet cum omni intentione, & ex toto corde ſancti patres, qui ſunt medici ſpirituales, exorent miſericordiā Chriſti Domini Saluatoris noſtri pro eis, qui orationibus eorum ſe ſuppoſtulant adiuuari, niſi & ipſi cum omni intentione mentis tā in orationibus, quam in omni opere ſpirituali, quæ Deo placita ſunt fecerint, nō eis proficient, negligentibus & reſolutis, & de ſalute animæ minimè cogitantibus orationes ſanctorum. Hęc audiens frater, compunctus eſt corde, & cum omni ſolliciſudine ſecundum omnem doctrinam ſenioris ſtatim cum ieiunijs, & orationibus, & vigilijs ſemetipſum afflixit, & meruit miſericordiam Domini, & receſſit ab eo ſpiritus immundæ paſſionis §. 12.

EXEMPLVM XXXIII.

Mercedem ſuam in hac vita recipere noluit, qui Dominis ſuis inuitis annuam penſionem ſoluit.

DIcebāt ſancti ſeniores patres de quodam monacho iam ſeniore in Scythiæ eremo commanente, quia ſeruus quorundam erat, & per ſingulos annos deſcendebat de eremo in Alexandriam, ubi commonebant Domini eius, deferens eis penſionem, ſicut ſolent ſerui facere Dominis ſuis. Sed domini eius magis reuerentiā pro timore Dei habentes circa eum, honorabant occurrentes, & ſalutantes eum, petentesque eum vt pro eis Dominum exoraret. Ille autem mitebat aquam in peluim, & feſtinabat lauare pedes dominis ſuis, cū omni humilitate obſequium eis cupiens exhibere. Ipſi verò non adquieſcebant, vt pedes eorum ablueret, ſed dicebant ei. Noli beatiſſime pater grauare animas noſtras. At ille reſpondens, dicebat. Ego ſeruus veſter ſum. Nam vos Dominos meos omnipotens conſtituit, & gratias ago dominio veſtro, quia dignatis eſtis me permittere vt ſeruiam Deo viuo, & vero, creatori, ac dominatori cœli, & terræ, & ideo detuli vobis penſionem ſeruituris meæ. Domini autem eius contēdebant volentes accipere quam detulerat penſionem. Reſpondens autem monachus, dixit eis. Si nolueritis accipere penſionem meam, ita decreuit vt non reuertar in eremum, ſed hic in preſenti permaneo, & ſeruio vobis. Hęc audientes Domini eius acquieuerunt ſuſcipere penſionem, ne contriſtaretur, ſed

vt magis reuerteretur ad loca eremi in cellam ſuam. Illud autem quod in penſionem ſuam etiam nolentib. dabat dominis ſuis, ſtatim vt accipiebant, pauperibus erogabant. Interrogantes autem eundem ſeniorem fratres, dixerunt ei: Obſecramus te pater, vt dicas nobis, cur cum tanta intentione pro ſeruitio tuo penſionem etiam nolentibus, & nimis reſiſtentib. tibi dominis ingeſſiſti. Ad hoc reſpondes ſenior, dixit eis: Ego fratres ideo feſtino pro ſeruitio, quod tanquam dominis meis debeo, penſionem per ſingulos annos adimplere eis, vt quicquid iam cum Domino adiutorio in ieiunijs, & orationibus, ſeu in ſanctis vigilijs, vel in omni opere ſpirituali Chriſto Domino adiuuante laborauero, hoc mihi in æternam vitam, & ſalutem animæ meæ proficiat, nec forſitan ſi penſionem pro ſeruitio meo minime intulero, iam totus ſpiritualis labor meus ad illorũ mercedem proficiat, qui me permiſerunt Chriſto Domino ſeruire, & ſpiritualiter conuerſari. §. 16.

EXEMPLVM XXXIV.

Gloriam hominum fugiens monachus a Theodoſio Imperatore ſalutatus aufugit.

REferebat autem beatus ſenior Paſtor fratribus, dicens: Quoniam fuit quidam nuper monachus in Conſtantinopoli temporibus Teodoſij Imperatoris: hic habitabat in parua cellula foras ciuitatem, vbi ſolent Imperatores egreſſi de ciuitate libenter degere. Audiens ergo Imperator, quod ibi eſſet quidam monachus ſolitaris, qui nunquam egrediebatur de cella, cœpit de ambulando pergere ad locum, vbi erat prædictus monachus precepitque ſe comitantibus eunuchis, vt nullus appropinquaret ad cellam monachi illius. Ipſe autem ſolus perrexit, pulſauitque oſtium cellulæ. Surrexit verò monachus, & aperuit ei, & non cognouit quod eſſet Imperator, tulerat enim ſibi coronam de capite ſuo, vt nõ cognoſceretur. Poſt orationem autem reſederunt pariter. Et interrogauit eum Imperator, dicens: Quomodo ſancti patres degunt in Aegypto? Reſpondens monachus, ait: Omnes exorant Deum pro ſalute veſtra. Aſpiciebat autem Imperator intentè cellulam ipſam, & nihil vidit in ea, niſi paucos panes ſiccos in ſporta pendentes, dixitq; ei. Da mihi benedictionem abba, vt reficiamur. Statimque feſtinauit monachus, & miſit aquam, & ſaltem, & miſit buccellas, & comederunt pariter. Porrexitque ei calicem aquæ, & bibit. Tunc Theodoſius Imperator dixit. Scis qui ſum ego? Et reſpõdens dixit monachus; Neſcio quis ſis domine. Dicit ei. Ego ſum Teodoſius Imperator, & ob deuotionem venit huc. Hoc cum audiſſet monachus proſtrauit ſe ante illum. At ille dixit ei. Beati eſtis vos monachi, qui ſecuri ac liberi de negotijs ſeculi, tranquilla & quieta perfruimini vita, & ſolummodo de ſalute animarum veſtrarum habetis ſollicitudinem, quomodo ad vitam æternam, & ad cœleſtia regna perueniatis. In veritate enim dico tibi, quia certè in palatio natus ſum & nũc in regno dego, & nũquam ſine ſollicitudine cibum capio. Poſt hæc autem valde honorificè ſalutauit eum Imperator, & ita egreſſus eſt ab eo. Eadem autem nocte cœpit intra ſe cogitare Dei famulus, dicens; Quia non oportet me iã in hoc loco eſſe. Multi enim non ſolum de populo, ſed etiam de palatio & de ſenatoribus quamplurimi exemplum Imperatoris ſecuti ad videndum me venturi ſunt, & honorem mihi, tanquam ſeruo Dei deferendo non ceſſabunt. Et illi quidẽ hæc propter nomine Domini facturi ſunt; ego autem timeo ne forſitan malignus diabolus mihi ſurrepat, & libenter eos ſuſcipiam, & condelectetur cor meum laudib. & honorib eorum, & per hæc iam incipiã virtutem humilitatis perdere, & laudes atque honores hominum affectare. Hæc ergo omnia homo Dei ſecum cogitans, eadẽ nocte fugit inde, & perrexit in Aegyptum ad ſanctos patres in eremum. §. 18.

EXEMPLVM XXXV.

Affectum carnalium parentum triumphãs abbas Paſtor pro filio ſororis a iudice comprehenſo intercedere noluit, nec iudicem ſuſcipere voluit, vt vanam gloriam fugeret.

DE ſancto Paſtore referebant alij ſancti ſeniores dicẽtes, quia quodã tempore cum audiſſet iudex prouinciæ ſanctã opinio-

opinionem ſancti Paſtoris deſiderabat videre eum, miſitque nuncium deprecans, vt ſuſciperet eum. Beatus autem Paſtor contriſtatus eſt valde, cogitans apud ſemetipſum, quia ſi cœperint perſonæ nobiles venire ad ſalutandum, & honorãdum me, manifeſtum eſt quia & alij multi populares homines frequentabunt me, & neceſſe eſt vt per hæc turbetur ſecreta vitæ meæ conuerſatio, & humilitatis gratiam, quam cum tanto labore auxiliante Domino Deo noſtro a iuuentute mea ſtudui cuſtodire, forſitan ſurripiente maligno diabolo perdam, & vanæ gloriæ laqueos incurram, quos effugere valde difficile eſt. Hæc ergo apud ſemetipſum cogitans, definiuit qualenus excularet magis, & non ſuſciperet iudicem. Contriſtatus autem iudex, quia non ſe ſuſcepiſſet, ait ad officiarium ſuum, quia non merui videre hominem Dei, peccatis meis imputo. Veruntamen nimis deſiderans per quamcumque occaſionem videre ſanctum virum, excogitauit huiuſcemodi cauſam, quæ occaſionem ei præberet videndi eum. Comprehendens enim filium ſororis beati Paſtoris mittit in carcerem, vt per iſtam occaſionẽ aut ſuſciperet iudicem, aut certe ad carcerem ipſe veniret, ad rogandum iudicem. Dixitque ad officiarium ſuum. Vt non contriſtetur ſenior ſanctus, mandate ei, ſi voluerit ad me venire, neceſſe eſt vt ſtatim educamus eum de carcere. Talis eſt enim cauſa eius quæ non poſſit impune tranſire. Audiens autem hoc mater iuuenis, & ſoror ſancti Paſtoris, abijt in eremum, vbi ſanctus frater eius erat, ſtabatque ad oſtium cellulæ eius, cum multo fletu & vlulatu rogans eum, vt deſcenderet ad iudicem, & rogaret pro filio ſuo. Beatus autem Paſtor non ſolum nihil ad eam dixit, ſed nec oſtium aperuit, vt ingrederetur ad eũ. Tunc illa cœpit maledicere ei, ac dicere. Duriſſime, ac impijſſime, ac ferrea viſcere gerens, quomodo tantus dolor fletus mei non flectit ad miſericordiam, quoniam ipſum vnicum filium habeo, quem in mortis periculo conſtitutum video. Tunc ſenior mandauit ei per fratrem, qui ſibi miniſtrabat, dicens. Vade, dic ei. Paſtor filios non genuit, ideo non dolet. Hæc autem audiens iudex, dixit amicis ſuis. Scribite ad eum, vt epiſtolam precatoriam faciat ad me, quatenus poſſim eum dimittere. Tunc iam quamplurimis ſuadentibus ſanctus ſenior ſcripſit ad iudicem, dicens. Iubeat nobilitas tua diligenter requirere cauſam illius, & ſi quid dignum morte admiſit, moriatur, quatenus in hoc præſenti ſeculo exoluat crimen peccati ſui, vt euadat æternæ ac perpetuæ gehennæ pœnas. Si autem nil dignum morte commiſit, quod iuſtum videtur legi, ita de eo iube diſponere. c. 19.

EXEMPLVM XXXVI.

Iniurias & opprobria Agathon abbas patientiſſime tulit, ſed hæretici nomen tetrum vehementer exhorruit.

FVit etiam de magnis patribus quidam ſenior nomine Agathon, nominatiſſimus in virtutes humilitatis, & patientiæ. Quodam autem tempore perrexerunt ad viſitandam eum fratres. Audientes enim de eo, quod magnam humilitatem haberet, volentes probare ſi veræ humilitatis patientiam poſſideret, dixerunt ei. Multi ſcandalizantur in te pater, quia nimis vitio ſuperbiæ tenearis, & ideo alios deſpicias, & pro nihilo eos habeas, ſed & detractiones aduerſus eos loqui non ceſſes. Affirmant etiam quamplurimi, quod ideò hoc agas, quia fornicationis vitio tenearis, & ne ſolius videaris errare, idcirco alijs non ceſſes detrahere. Ad hæc ſenior reſpondens, ait. Hæc omnia, quę dixiſtis, vitia in me eſſe cognoſco, nec poſſum negare tantas iniquitates meas. Procidenſq; pronus in terra adorabat eoſdem fratres, dicens: Deprecor vos fratres, vt intentius pro me miſeris, & multis peccatis obnoxio Chriſtum Dñm exorare non ceſſetis, vt indulgentiam iniquitatibus meis multis ac malis tribuat. Ad hæc ſupra dicti fratres addentes, dixerunt ei, Non te etiã lateat hoc, quia hæreticum te eſſe quamplurimi affirmare volunt. Hoc cum audiſſet ſenior, dixit eis. Licet multis alijs peccatis obnoxius ſim, tamẽ hæreticus penitus non ſum. Abſit hoc ab anima mea. Tunc omnes fratres, qui ad eum venerant, proſtrauerunt ſe in terram ad pedes eius obſecrantes eum, & dicentes. Precamur te abba, vt dicas nobis, cur tanta vitia nobis dicentibus de te, in nullo commotus es, de

verbo

Verbo autem hæretici valde te commouiſti,& abominatus es, nec ferre potuiſti auditum. Dicit eis ſenior. Illas priores culpas atque peccata propter humilitatem ſuſtinui, vt me peccatorem eſſe crederitis. Nouimus enim ſi cuſtodiatur humilitatis virtus,magna eſt ſalus animæ.Nam Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus cum ei Iudæi multas contumelias, & conuitia irrogaſſent, patienter cuncta tolerauit, vt nobis exempla præberet humilitatis. Immiſſi autem falſi teſtes multa aduerſus eũ falſa dixerunt, & vſque ad mortem crucis patienter cũcta ſuſtinuit. Ita enim & Apoſtolus Petrus prædicat,dicens.Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum,vt ſequamur veſtigia eius. Oportet igitur vt patienter cuncta aduerſa cum humilitate ſuſtineamus.Sermonem autẽ,quo me hæreticum dixiſtis, non potui ſuſtinere,& valdè abominatus ſum, quia hæreſis ſeparatio à Deo eſt. Hæreticus enim ſeparatur a Deo viuo, & vero, & coniungitur diabolo & angelis eius. Alienatus enim a Chriſto iam non habet Deum, quẽ exoret pro peccatis ſuis, quia ex omni parte perijt. Si autem conuerſus fuerit ad veram & catholicam ſanctæ Eccleſiæ fidem,ſuſcipitur a bono & pio Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, & coniugitur Deo vero creatori ac Saluatore noſtro Chriſto, qui eſt in Patre Filius ſemper cum Spiritu ſancto, ipſi gloria in ſecula ſeculorum Amen.Illi autẽ audientes admirati ſunt diſcretionem eius, & ædificari diſceſſerunt. c.20.

EXEMPLVM XXXVII.

Obediens Ioannes ad imperium abbatis ſui terribilem viſus leænam ducit.

SAncti ſeniores dicebant de diſcipulo abbatis Pauli nomine Ioanne, quod magnam haberet humilitatem, & virtutem obedientiæ, vt etiam difficiles cauſas imperanti abbati in nullo penitus contradiceret, ſed nec leuiter in aliquo murmuraret.Cum autem neceſſarius eſſet in monaſterij vtenſilibus fimus boum, miſit eum abbas ſuus in proximo uico, vt requireret ibi fimum boum, & cum celeritate afferret ad monaſterium. Erat autem in loco illo mala beſtia leæna, ſtatim ergo egreſſus ſupradictus diſcipulus eius Ioannes ibat ſecũdum præceptum abbatis. Cumque pergeret,dixit abbati ſuo. Domine pater audiui quamplurimos dicentes, quod in illo loco mala beſtia leęna ſit. Tunc ſenior quaſi iocularitet dixit ei.Si venerit ſuper te,tene,& alliga eam,adduceſque tecum. Cumq; peruenisſet ad locum iam veſpere ſtatim egreſſa leæna irruit ſuper eum. Ille autem comprehendens tenere eam voluit. Illa autem excutiens ſe de manibus eius, aufugit. Sequebatur verò ille,dicens,quia abbas meus præcepit mihi, vt alligatam perducam te ad eum.Continuò ſtetit beſtia,& tenens eã reuertebatur ad monaſterium.Dum autem retardaret in itinere,abbas eius nimis ſollicitus pro eo triſtabatur grauiter,& ecce ſubito ſuperuenit diſcipulus eius tenens ligatam leænam. Quam cum vidiſſet ſenior, admiratus valde gratias agebat Saluatori noſtro Deo, dixitque diſcipulus eius. Ecce Domine ſicut præcepiſti mihi adduxi ligatam leænam. Volens autem ſenior humiliare ſenſum eius,ne extolleret ſe in cogitationibus ſuis diſcipulus eius,ait illi Sicut tu inſenſatus es,ita & iſtam inſenſatam beſtiam adduxiſti,ſolue ergo,& dimitte eam,ut pergat ad locum ſuum. c.26.

EXEMPLVM XXXVIII.

Oratione quidam frater aquam putei fecit in ſublime conſcendere.

QVidam de ſanctis ſenioribus miſit diſcipulum ſuum ad hauriendũ aqua, obliuus eſt autem tollere funem diſcipulus eius, cum quo hauriret aquam. Cumque peruenisſet ad puteum, contriſtatus eſt valde, & quia longe erat cella eorum, quid ageret, quo ſe verteret neſciebat, dubitabat enim ad cellam reuerti. Tunc anxius nimis proſtrauit ſe in orationem cum lachrymis, dicens. Domine, miſerere mei ſecundum magnam miſericordiam tuam, qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui facis mirabilia magna ſolus,miſerere mihi,propter ſeruum tuum, qui me miſit. Et cum ſurrexiſſet ab oratione exclamauit. O putee, putee, miſit me ſeruus Chriſti abbas meus, vt hauriam aquam. Statim autem aſcen-

Digitized by Google

aſcendit aqua ſurſum ad os putei. Et cum impleſſet lagenam ſuam frater, abſceſſit glorificans potẽtiam Domini Saluatoris. Aqua autem putei reuerſa eſt ad locum ſuum. §. 27.

EXEMPLVM XXXIX.

Inuidia actus quidam ſenex alium fratrem baculo è cella ſibi conceſſa expellere diſpoſuit, ſed nè id fieret ſollicitus illius diſcipulus impediuit.

REferebant ſancti ſeniores nobis dicentes, quia fuit quidam monachus in eremo Scythiæ. Venit autem ad viſitandos ſanctos patres, qui habitabant in loco qui dicitur Cellia, vbi multitudo monachorum diuiſis habitabat cellulis. Cumque non inueniret ad præſens cellula, vbi poſſet manere, quidam de ſenioribꝰ habens aliam vacantem cellulam dedit ei, dicens. Interim requieſce in hac cellula donec inuenias vt poſſis manere. Cumque ad viſitandum eum cõuenirent quamplurimi fratres deſiderantes ab eo audire verbum ſalutis (habebat enim gratiam ſpecialem docendi verbum Dei) vides ille ſenior, qui ei ad habitandum præſtiterat cellam, inuidiæ liuore eius vulneratum eſt, & indigna ſentire cœpit, ac dicere. Quoniam ego tantis temporibus in hoc loco habito, & ad me non conueniunt, iſti rariſſime, & hoc in diebus feſtis, & ecce ad illum pene quotidie fratres quamplurimi vadunt. Dixit autem diſcipulo ſuo. Vade, & dic ei, vt egrediatur de cellula illa, quoniam neceſſaria eſt mihi. Cum autem perexiſſet diſcipulus eius ad illum fratrem, dixit ei. Mandauit Abbas meus ſanctitati tuæ. Iube mihi mandare qualiter habeas, audiui enim te infirmari. Ipſe verò remandauit ei, dicens. Ora pro me Domine pater, quia valde ſtomachum doleo. Reuerſus autem diſcipulus, dixit Abbati ſuo, quia rogat ſanctitatem tuam, vt vel tres dies ſubeas iudicias ei dari, vt ſibi poſſit aliam cellulam prouidere. Tribus autem actis tribus diebus iterum miſit diſcipulum ſuum dicens. Vade, & dic ei, vt egrediatur de cellula mea. Nam ſi rurſus diſtulerit, dices ad eum, quia continuò venio. & cum baculo cædendo expello eum de cellula mea. Pergens autem diſcipulus ad ſupradictum fratrem, dixit ei. Quoniam valde ſollicitus eſt Abbas meus de infirmitate tua, ideò miſit me requirens ſi melius habeas. At ille hæc audiens dixit. Gratias ago Domine ſanctæ charitati tuæ, quia ſollicitus es de me. Veruntamen precibus tuis melius habeo. Reuerſus autem diſcipulus dixit Abbati ſuo. Etiã, & nunc ſatis deprecatur ſanctitatem tuam, dicens, vt vſque in diem dominicum expectes eum, & ſtatim egredietur. Cum autem aduenſſet dies dominicus, & non ſtatim egrederetur, accipiens baculum ſenior inflammatus inuidiæ, & iracundiæ ſpiritu, pergebat vt cædendo eum expelleret de cella. Accedens autem diſcipulus eius, dixit ei. Si iubes, pater, præcedo te, & video nè forſitan aliqui fratres ad ſalutandum eum venerint, & ſi viderint te, ſcandalizentur. Præceſſit ergò diſcipulus eius, & ingreſſus ad eum, dixit. Ecce Abbas meus venit ad ſalutandum te. Egredere ergò celerius, & cum gratiarum actione occurre ei, quia pro nimia charitate, & dilectione venit ad te. Qui ſtatim ſurgens cum nimia alacritate occurrit ei. Cumque vidiſſet eum, antequã appropinquare proſtrauit ſe pronus in terram, adorabatque ſenem cum gratiarum actione, dicens. Retribuat tibi Dominus chariſſime pater bona æterna pro cellula, quam mihi propter nomen eius præſtitiſti, & in cœleſti Hieruſalem inter ſanctos ſuos Chriſtus Dominus tibi glorioſam, & ſplendidam præparet manſionem.

Hæc autem audiens ſenior, compũctus eſt corde, & proijciens baculum cucurrit in amplexum eius, & oſculatus eſt eum, inuitauitque eum ad cellulam ſuam, vt pariter cum gratiarum actione ſumerent cibum. Vocauit autem ſenior ſupra memoratum diſcipulum ſuum, & interrogauit eum dicens: Dic mihi fili, ſi dixiſti illi fratri verba, quæ propter cellulam illam mandaui, vt diceres ei? Tunc diſcipulus eius confeſſus eſt, dicens: Verè Domine dico, quia propter humilitatem, & quam tibi exhibere debeo quaſi patri, & Domino, ideò non audebam reſpondere tibi aliquid quãdo mittebas me ad eum, veruntamen nil illorum dixi, quæ mandabas ad eum. Hęc audiens ſenior, ſtatim ſe proſtrauit in terram ad pedes diſcipuli ſui, dicens; Et

hodierna die tu pater meus eſto, & ego diſcipulus tuus, quoniam te moderate cum timore, & charitate Dei agente, & meam, & illius fratris animam de peccati laqueo Chriſtus Dominus liberauit. Pro fide. n. & ſancta ſollicitudine, & intentione diſcipuli, qui perfectè in charitate Chriſti diligebat Abbatem ſuum, & anxius timebat, nè per inuidiæ, & iracundię vitiũ tale aliquid ageret pater eius ſpiritualis, & perderet omnes ſanctos labores, quos ab ineunte ætate in Chriſti ſeruitio pro vitæ æternæ præmijs laborauerat, & ideo Dominus donauit illis gratiam ſuam, vt in pace Chriſti pariter lætarentur. §. 25.

EXEMPLVM XI.

Culpam humiliter confeſſus innocens Eulalius, meruit, quòd matræ ſua igne cremari non potuit.

FVit quidam frater in monaſterio, nomine Eulalius, nimis virtute humilitatis ornatus, ſi quid ergò, vt ſolent, culpabile admiſiſſent negligentiores fratres, excuſantes culpas ſuas ſupradictum fratrem aſſerebant eſſe culpabilem. Cumque arguerentur a ſenioribus fratribus, non negabat, ſed proſternabat ſe in terram, & adorans, eos dicebat ſe peccaſſe, negligenterque feciſſe. Cum autem iterum, ac frequenter accuſarent eum, & ſecundum regulam monaſterij biduana, ac triduana ieiunia ei indicerentur ille omnia patienter tolerabat. Ignorantes autem fratres, quia hæc omnia humilitatis virtute patienter ſuſtineret, conuenientes pariter maximè ſeniores ad patrem monaſterij, dixerunt ei. Conſidera pater quid agendum ſit, quâdiu enim ſuſtinere poſſumus negligẽtias, & damna, quæ frater Eulalius facit in monaſterio, iã penè omnia vaſa, & vtenſilia monaſterij confracta ſunt, & exterminata per negligentiam eius, quomodo ergò iſte talis tolerandus eſt? Reſpondit autem pater monaſterij, & ait. Interim fratres paucos dies ſuſtinere, & poſtea ordinabitur quid de eo competit fieri, hoc dicens dimiſit fratres. Ingreſſus verò cellulã proſtrauit ſe in oratione, obſecrans miſericordiam Dei, vt ei manifeſtare dignaretur, quid ordinare, aut quid diſponere poſſet de ſupradicto fratre, tunc reuelatum eſt ei quid ageret. Conuocauit ergò omnes fratres Abbas, & dixit eis. Credite mihi fratres, quia magis opto mattam fratris Eulalij cum humilitate, & patientia eius, quàm omnia opera eorum dumtaxat, qui murmurantes in cordibus ſuis operantur in monaſterio. Vt autẽ oſtendatur vobis quale meritum apud Deum habeat hic ipſe, præcipio vobis, vt deferantur mihi mattulæ omniũ fratrum. Quas cum detuliſſent, iuſſit vt accenderẽt ignem, & miſit in eum omnium fratrum mattulas, quæ ſtatim oẽs combuſtæ ſunt, præter mattulam fratris Eulalij, quæ integra reperta eſt, & non eſt combuſta. Cumque hoc vidiſſent omnes fratres, timuerũt valde, & proſternentes ſe in terrã, veniam & indulgentiam à Chriſto Domino poſtulabant, & collaudantes admirabantur nimis patientiam, & humilitatem fratris Eulalij. Denique ex eo honorabant, & magnificabant eum tanquam vnum de magnis patribus. Illos autẽ honores, & laudes non poterat ſuſtinere frater Eulalius, dicẽs. Væ mihi infœlici, quia perdidi humilitatem meam, quam per multa tempore adquirere auxiliante, & adiuuante me Chriſto feſtinaui. Conſurgens itaque nocte egreſſus de monaſterio, fugit in eremum, vbi nullus eum agnoſceret, & ibi in ſpelęo habitauit, voluit enim temporales hominum laudes, ſed cęleſtem, æternamque gloriam à Saluatore noſtro Chriſto in futuro percipere ſeculo. §. 28.

EXEMPLVM XLI.

Affectum carnalem vicit Pior, qui ſe clauſis oculis ſorori offendit.

ERemita quidam fuit nomine Pior de antiquis patribus, quem beatus Antonius adoleſcentem in ſancto propoſito monachorum inſtruxit. Demoratus eſt autem apud beatum Antonium paucos annos Cũque viginti, & quinque eſſet annorum abijt ad alium ſecretum eremi locum, vt ſolitarius habitaret, hoc etiam volente & conſentiente beato Antonio. Dixitque dictus Antonius ad eum. Vade Pior, & habita vbi volueris, & cum tibi per aliquam rationabilẽ occaſionẽ reuelauerit Dñs, venies ad me. Cum autẽ peruenisſet hic ipſe Pior ad locum, qui ſitus eſt inter Niniam

&

Digitized by Google

& eremum Scythiæ, effodit puteum, cogitans apud ſemetipſum quoniam qualem cúquem aquam inuenero oportet me ipſa contentam eſſe. Quod, & factum eſt, & ad augmentum virtutum eius talis ualuit occaſo. Tantum enim falſa & amara inuenta eſt aqua ut ſi quis ad eum uiſitandi gratia ueniret, in proprio vaſculo aquam ſibi portaret. Remoratus eſt ergò in eodẽ loco annis triginta, Dicebant ergo ei fratres, ut recederet de ipſo loco propter amaritudinem aquæ Ipſe autem dixit eis. Si amaritudinem & laborem abſtinentiæ fugiamus & uelimus requiem in hoc mundo habere poſt exitum vitæ huius non percipiemus illæ æterna & uera bona, nec fruemur illis perpetuis beati paradiſi delitiis. Dicebant ergo fratres, quia vnum tantum paximacium, & quinque oliuas in cibo accipiebat & hoc de ambulando foris. Etiam & hoc affirmabant de eo multi ſanctorum patrũ, quia triginta & eo amplius annis, ex quo egreſſus eſt de domo parentum ſuorum, & nunquam ei ſuarum fuiſſe, etiam cum defunctos audiſſet parentes ſuos, vt pergeret ad requirendum ſeu viſitandum propinquos ſuos. Veruntamen ſoror eius cum eſſet vidua habens duos filios iam adoleſcẽtulos, miſit eos in eremum ad requirendũ fratrem ſuum Piorẽ. Qui cum diuerſa monaſteria circuiſſent requirentes eum, tandem vix inuenientes illum, dixerunt ei. Nos filii ſororis tuæ ſumus, quæ nimio deſiderio optat te uidere ante exitum ſuum. Ipſe uero non adquieuit petitioni eorum. Perexerunt ergo adoleſcentes hominem Dei beatum Antonium, indicantes ei pro qua cauſa uenerant. Miſit autem beatus Antonius, & uocauit eum ad ſe, dixitque ei. Quare frater tanto tempore non uenisti ad me? Qui reſpondens, dixit ei: Præcepiſti mihi beatiſſime pater, vt cum per aliquam occaſionem reuelare mihi Dominus, tunc venirem ad te, & ecce uſque hactenus non mihi reuelatũ eſt. Dixit ei beatus Antonius: Vade, vt videat te ſoror tua. Tunc aſſumpſit ſecum alium monachum, & perrexit ad locum, & domum ſororis ſuæ, & foris prope ianuam atrii clauſis oculis, ut non videret ſororem ſuam, ſteterit Illa autem ueniens proiecit ſe ad pedes eius, de nimio enim gaudio in terram cecidit. Dicit ei beatus Pior: Ecce ego ſum Pior frater tuus, vide ergo me quantum volueris. Et poſt hoc ſtatim reuerſus eſt in eremum ad cellã ſuã. Hoc autem fecit ad erudiendũ monachos, ut non daretur eis licentia, cum libitum eis fuerit uiſitare patriam, uel parentes ſuos. §. 30.

EXEMPLVM XLII.

Affectum carnalium amicorum uicit Ioannes, qui poſt vigintiquatuor annos tanquam peregrinum ſe ſorori oſtendit.

ABbas Ioannes, qui commanebat in monte, qui vocatur Calamus, habebat ſororem, quæ ex infantia in ſancto propoſito conuerſabatur. Ipſa enim erudiuit & docuit fratrem ſuum eundem Abbatem Ioannem, ut relinqueret uanitatem ſeculi huius, & ingrederetur monaſterium. Cum autem ingreſſus fuerat in monaſterium, per uiginti & quatuor annos non eſt egreſſus de monaſterio, nec uiſitauit ſororem ſuam. Illa uero nimis deſiderabat uidere eum. Nam & frequenter ſcribebat, & mittebat ad eum epiſtolas, petebatque ut ante exitum eius de corpore ueniret ad eam, vt in charitate Chriſti de præſentia ſua lætaretur. Ille aũt excuſabat, nolebatq. de monaſterio egredi Venerabilis autẽ famula Dei ſoror eius iterum ſcripſit ad eum, dicens, quia ſi noluerit uenire ad me, neceſſe eſt ut ueniam ad te, ut poſt tanta, tempora merear adorare tuam ſanctam charitatem. Hæc autem cum audiſſet ſupradictus Abbas Ioannes, contriſtatus eſt nimis, & cogitabat apud ſemetipſum dicẽs. Quoniam ſi permiſero, ut ad me ueniat ſoror mea, de cætero licentia dabitur, ut & alii parentes ac propinqui noſtri ueniant ad uiſitandum me. Ideoq. tractauit apud ſe, ut magis ipſe pergeret, & viſitaret ſororem ſuam. Accepit autem alios ſecum duos fratres de monaſterio. Et cum uenisſet ad ianuam monaſterii ſororis ſuæ exclamauit, dicens. Benedicite, & audite peregrinos. Egreſſa eſt autem ſoror eius cum alia famula Dei, & aperuit ianuam, et penitus non cognouit fratrem ſuum. Ipſe autem cognouit ſororem ſuam, ſed nõ eſt locutus verbum, ne forte inuoce cognoſceret eum. Monachi autem, qui cum ipſo uenerunt, dixerunt ad eam. Rogamus te

Domina mater, ut iubeas nobis aquam dari ad bibendum, qui de uinere fatigati ſumus. Cum autem accepiſſent, & bibiſſent aquam, facientes orationẽ, & gratias agentes Domino Deo noſtro receſſerunt, & reuerſi ſunt ad monaſterium ſuum. Poſt aliquantos autem dies ſcripſit ad eum ſoror ſua, ut ueniret, & uideret eam ante exitum ſuum, & orationem faceret in monaſterio eius. Tunc ille reſcripſit ad eam, & direxit epiſtolam per monachum de monaſterio ſuo, dicens. Quia præterij gratia Chriſti ego ueni ad te, & nullus me agnouit. Tu ergo ueni ad nos, & dediſti nobis aquam, & accepi de manib. tuis, & bibi, & gratias agens reuerſus ſum in monaſterium. Sufficiat ergo tibi, quia uenisti me, & ulterius non ſis mihi moleſta, ſed ora pro me inceſſanter ad Dominum Deũ noſtrum. § 31.

EXEMPLVM XLIII.

Affectum carnalium uincens amicorum Theodorus & matrem uicit & ſororem.

ETiam de beato Theodoro oportet nos exempla uirtutum proferre. Hic itaque beatus Theodorus diſcipulus fuit ſancti Pachomii uiri de ſanctis patribus, qui fuit pater infinitæ multitudinis monachorum, multorumq; monaſteriorum pater in partibus Thebaidæ. Cum enim in omnib. ſanctitatis fulgeret uirtutibus, etiã prophetiæ gratiã a Domino meruit. Multa enim futura ei reuelauit Dominus. Quodam uerò tempore ſupra dicti beati Theodori ſoror germana uenit ad monaſteriũ, in quo conuerſabatur idem Theodorus, ut poſt multa tempora uidere germanum ſuum. Cumque nunciaſſent ei de aduentu ſororis eius miſit cõtinuo duos monachos qui obſeruabãt ad ianuam monaſterii, mãdauitque per eos ſorori ſuæ dicens. Ecce ſoror audiſti, & cognouiſti, quia uiuo, nè cõtriſteris autem quia minime me uidiſti, ſed magis cõſidera uanitatem & inſtabilitatem præſentis mundi, & conuerte cor tuum, & apprehenda ſanctæ uitæ conuerſationem, ut peruenire poſſis ad æternam uitam, & ad cęleſtia bona, quæ præparauit diligentibus ſe Dominus, & facientib. mandata eius. Tracta ergo apud te, quia hæc ſola eſt uera & firma ſpes, ut faciat homo præcepta Dei, ut mereatur peruenire ad gloriola & ęterna premiſſa Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc illa cum audiſſet ſtatim compuncta corde, lachrymas fundebat in conſpectu Domini, & poſt paululũ ingreſſa eſt monaſterium uirginum famularum Dei quod in eodem uico ſitum eſt, & procedente tempore multiplicabatur in ſancto propoſito famula Chriſti. Hæc autem tam geſta cum audiſſet mater eorum, deprecata eſt Epiſcopos, dederuntque ei epiſtolas ad ſupradictum ſanctum Pachomium patrem monaſteriorum pro filio eius. Cumque uenſſet, applicuit in monaſterio famularum Dei, & direxit epiſtolas ad patrem monaſterii, obſecrans ut uideret filium ſuum. Beatus autem Pachomius uocauit filium eius Theodorum, & dixit ei. Audiui fili, quia mater tua aduenit propter te. Itaque propter epiſtolas Epiſcoporum qui ſcripſerunt ad me, uade, & uideat te mater tua. Dixit ei Theodorus, præcipiſti mihi Domine, ut uideam matrem meã, ſi ergo abiero uidere eam, poſſt tantam ſcięntiam ſpiritualem, uereor ne culpabilis inueniat apud Deum. Et enim oportebat me fortitudinem animi mei ad exemplũ aliorum fratrum demonſtrare. Et dixit ei Pachomius, quia ſi non uadis, non compello te. Sicque remanſit non exęs. Audiens autem mater eius, quia non adquieuit uidere eam, nimio affectu feruens in filium, noluit remeare in domũ ſuã, ſed permanſit in monaſterio uirginum, dicens, quoniam ſi hic permanſero, etiam ſæpe uidebo filium meum, cum inter alios fratres egredietur ad neceſſarias monaſterii cauſas, & exhortationibus eius proficere poſſum in ſancta conuerſatione, doctrinaque eius ſpiritualis cõfirmabit cor meum, ut merear peruenire ad æternam requiem, quam promiſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus diligentibus ſe. § 32.

EXEMPLVM XLIIII.

Dæmones de tentatis fratrib. Pachomius audiuit colloquentes.

REferebant nobis ſancti patres de eodem beatiſſimo patre Pachomio, qui fuit (ut diximus) multorum monaſteriorũ in regione Tabenenſiotarũ præpoſitus,

tus, quoniam frequẽter dicebat fratribus, quia ſicut teſtis eſt mihi Dominus Deus, ſæpe audiui immundos ſpiritus dęmonum loquentes inter ſe diuerſas ac varias artes ſuas, quas contra ſeruientes Deo, & maximè contra Monachos habent. Quidam.n. ex eis dicebat, quoniam ego contra duriſſimum hominem certamen habeo, & quoties ei immitto peruerſas cogitationes, ille ſtatim ſurgit, & proſternit ſe in orationem cum gemitu orans ſibi adeſſe diuinũ auxilium, ego autem illo exurgente cum grandi confuſione ab ipſo egredior. Item alius dęmon dicebat, ego ad illum quem obſeruo cum ei cogitationes in cordę miſero cõſentit, & ſuſcipit, & facit eas. Sępe enim exardeſcere eum in iracundiam facio, & in contentiones rixę & pigritiam orationis, & dormitationem in pſalmodia, & non contradicit mihi Ideoque fratres mei dilectiſſimi ſemper oportet vt cuſtodiatis ſenſum, & animum veſtrum inuocantes nomen Domini noſtri. §. 34.

EXEMPLVM XLV.

Angeli ſancti ſe fratribus bona loquentib. miſcuerunt.

FVit quidam vir magnus de ſanctis ſenioribus, cui talem gratiam donauerat Chriſtus, reuelante ei ſpiritu ſancto ut uidere poſſet, quod alij non uidebant. Referebant ergo ſancti ſeniores, quia aliquando quamplurimi fratres ſedentes ſimul loquebantur inter ſe, & conferebant de ſanctis ſcripturis, quę ad ſalutem pertinent animarum. Stabant autem circa eos ſancti angeli lętantes in hilari uultu conſiderantes, delectabantur enim de eloquio Domini. Cumque aliud quodcunque inter ſe loquerentur, ſtatim angeli ſancti recedebant longius indignantes contra eos. Veniebat autem porci ſordidiſſimi, & mo bo pleni, & uolutabant ſe inter eos. Dęmones enim in ſpecie porco um delectabantur de ſuperbia, & uana loquela eorum. Beatus aũt ſęnior hęc uidens abijt in ſuam cellulam, & per totam noctem cum grandi fletu, & ululatu gemendo deflebat miſerias noſtras. Exhortabatur autem ſanctos patres per monaſteria, & commonebat fratres, dices. Cohibete fratres a multiloquio, & ab ociоſis uerbis linguam quia, malus interitus animę generatur, & non intelligimus quoniã per hęc, & Domino Deo, & ſãctis Angelis odibiles ſumus. Dicit n. ſcriptura diuina, qa in multiloquio non effugies peccatum, hæc enim infirma, & uacuam efficiunt mentem, atque animam noſtrã §. 35.

EXEMPLVM XLVI.

Veſtimenta humilia Arſenius quondam Romanus ſenator defe:ebat.

VIr quidam fuit in palatio ſublimis ſub Theodoſio Imperatore, nomine Arſenius, cuius filios, ideſt Archadium, atque Honorium Auguſtos de baptiſmo ſuſcepit. Hic itaque Arſenius deſiderio diuini amoris accenſus, relinquens omnem huius ſeculi gloriam temporalem, perrexit ad eremũ Scythię, ut inter ſanctos patres ſecretã, & quietam ab omni ſtrepitu mundi huius ageret uitam, & ſuperatis illecebris, & delectationib. corporalib. ſub tota mentis intẽtione adhæreret Domino, ſicut ſcriptum eſt. Adhæſit anima mea poſt te, me autem ſuſcepit dextera tua. Dicebant ergo de eo ſancti ſeniores. quia ſicut cum in ſeculi conuerſatione eſſet nimis preciоſis veſtimentis præ omnibus vtebatur, ita poſtmodum in eremo Scythiæ degens ſtudebat vt omnibus monachis viliora, & deſpectiora veſtimenta haberet. Hic ipſe Arſenius totum tempus vitæ ſuæ ſedens ad opus manuum, pannum habebat in ſinu, propter lachrymas, quæ ob deſiderium vitæ æternæ crebrò currebãt ex oculis eius. §. 36. & §. 153.

EXEMPLVM XLVII.

Odore aquæ fœtentis olfactus illecebroſos Arſenius correxit.

DIcebat autem abbas Daniel de eodẽ Arſenio, quia cum operaretus ſportas ex palmarum folijs, mittebat aquam in peluim, vt infunderentur palmæ. Et cum fœteret bruniоſa, & fœculent. aqua odore, non permittebat vt aliam aquam mutarent, ſed ſuper illam fœtidam aliam addebat aquam, vt ſeu per fœtere. Interrogabant autem eum fratres, dicentes. Cur non permittit pater vt aquam mutemus ſed

peſſimo fœtore tota cellula tua repletur? Reſpondens autem ſenior ait, quoniã prothimiamate, & muſcata, & alijs diuerſis, quibus in ſeculi conuerſatione ſine intermiſſione fruebar, oportet me nunc, dum in hoc corpore ſum, ſuſtinere iſtiuſmodi fœtorem pro ſuauiſſimo odore, vt in die iudicij de illo gehennæ inenarrabili fœtore liberet me Dominus, vt non cum illo diuite, qui epulabatur in iſto mundo deliciosè & ſplendidè, condemnetur anima mea. ibidem. §. 36.

EXEMPLVM XLVIII.

Charitatiui fratres vnam intactam per totum eremum ſibi inuicè tranſmiſerunt.

TEmpore quodam cum ſancto Macharioquidam frater vnam detuliſſet, ipſe, qui ſecundum charitatem non ſuæ ſua ſunt, ſed quæ alterius cogitaret, ad alium fratrem detulit eam, qui infirmior videbatur. Tunc infirmus gratias egit Deo pro fratris ſeruitio, & ſuſcepit eam, ſed, & ipſe nihilominus plus de proximo, quam de ſemetipſo cogitans, ad alium ea pertulit infirmum fratrem, & ille iterum ad alium. Et ſic cum per omnes cellulas, quæ longè à ſemetipſis erant per eremum diſperſæ, vua illa circumlata eſſet, ignorantibus eis quis eam primus miſiſſet, ad vltimum ipſi defertur, qui eam miſerat. Gratulatus autem ſanctus Macharius, quod tantam videret in fratribus continentiam, tam tamque charitatem, ad acriora ſemetipſum ſpiritualis vitæ extendit exercitia. § 38.

EXEMPLVM XLIX.

Dæmones orantes fratres vidente Macharionultipliciter illuſerunt.

QVodam tempore nocte in ſpecie monachi dæmon ad oſtium cellulæ ſancti Macharij pulſauerat dicens. Surge abba Macharij, & eamus ad collectam, vbi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille gratia Dei repletus falli non potuit, intellexit enim diaboli fallaciam, & ait. O mendax, & veritatis inimice, quid tibi cõſortij, quid tibi ſocietatis eſt cum collecta & congregatione ſanctorũ? At ille ait. Latet ergò te Macharij, quod ſine nobis nulla collecta agitur, nulla congregatio monachorum? Veni tu denique, & videbis ibi opera noſtra. Dixit autem Macharius. Imperet tibi Dominus dæmon immunde. Et conuerſus ad orationem petijt à Domino vt ſibi oſtenderet ſi hoc verum eſſet, quod gloriatus eſt dæmon. Abijt ergo ad collectam, vbi à fratribus vigiliæ celebrabantur, & iterũ in oratione Dominum deprecabatur, vt ei veritatem verbi huius oſtenderet. Et ecce vidit per totam Eccleſiã quaſi paruulos quoſdam pueros æthiopes nigros diſcurrere huc atque illuc, & velut volitando deferri. Diſcurrentes autem illi æthiopes pueri ſingulis quibuſque fratribus in oratione poſitis, atque pſallentibus illudebant, etſi cui de eis oculos duob. digitis compreſſiſſent, ſtatim dormitabat, ſi cui verò, in os miſiſſent digitum, oſcitare eum faciebant. Item poſt pſalmum cum ad orandum ſe proiecciſſent fratres, percurrebãt iterum ſingulos, & ante alium quidem iacentem in oratione quaſi in mulierũ ſpeciem vertebantur, ante alium quaſi ædificantes, aut apportantes aliquid, aut diuerſa quęque agentes apparebant, & quęcunque dæmones quaſi ludentes formabant, hæc orantes illi in cordis ſui cogitatione verſabant. Ab aliquantis ũ fratribus, vbi aliquid horum cępiſſent, quaſi violenter repulſi præcipites dejiciebantur, ita vt nec ſtare ante eos, aut tranſire auderent. Alijs etiam iuxta ceruices & dorſa ludebant. Hæc cum vidiſſet ſanctus Macharius, grauiter ingemuit, & lachrymas profundens ad Dominũ, dixit. Reſpice Domine, & ne fileas, neque mitigeris Deus, ſed exurge, & diſpergantur inimici tui, & fugiant a facie tua, quoniam anima noſtra repletur illuſionibus. Poſt orationem autem examinandæ veritatis gratia ſeorſum euocatis ſingulis quibuſque fratribus, ante quorum faciem viderat dæmones diuerſo habitu, & varijs imaginibus ludentes, requirit ab eis, ſi in oratione, vel ædificandi cogitationes habuerint, vel iter agendi, vel alia diuerſa, quæ vnicuique per dæmones imaginata viderat. Et ſinguli eorum ita confitebãtur in corde ſuo fuiſſe cogitationes, ſicut ille arguebat. Et tunc verè intellectum eſt, quod oẽs malæ, & ſuperfluæ, ac vanę cogitationes, quę vel pſallentibus vel ſomnio-

rum,

ſum, aut orationum tempore occurrunt, quaſque vnuſquiſq; in corde conceperit, illuſione & inſtinctu dæmonum fiant. Nam ab his, qui omni cuſtodia ſeruant in timore, & amore Dei cor ſuum, illi tenebroſi æthiopes, & hæ, quas immittunt, cogitationes repelluntur. Chriſto enim meus coniuncta, & præcipuè in tempore orationis intenta nihil malum, nihilque ſuperfluum recipit. §. 39.

EXEMPLVM L.

Blaſphemiæ ſpiritu tentatus fratres a ſancto Poemene conſolatur.

QVidam frater impugnabatur a ſpiritu blaſphemiæ, & erubeſcebat dicere. Et vbicunque audiſſet magnos ſenes, pergebat ad eos, vt illis declaret, & cum peruenisſet mox verecundabatur. Cum ergo frequenter ad Abbatem Poemenem veniret, vidit eum ſenex cogitationes habentem & ſic dicit ei. Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes, & ſic iterũ remeas triſtis tecum illas reportans. Dic ergo mihi fili, quid habes? At ille ait. In blaſphemia impugnat me diabolus, & erubeſco dicere. Et mox vt aperuit cauſam ſenior eius impugnatio apparuit, & dixit ei ſenior: Ne triſteris fili, quando enim ad te hæc cogitatio venit, dic: Ego hac cauſa nõ indigeo: blaſphemia tua ſuper te Sathana. Hanc enim cauſam anima mea non vult, quamcumque autem cauſam anima nolue rit, non diu permanebit. Et ita ſanus factus frater ille diſceſſit. §. 53.

EXEMPLVM LI.

Monachi decus ſunt pallor & macies cum humilitate.

DVo fratres ad Abbatem Heliam venerunt impugnanti a cogitationib. Et videns eos ſenex, quod corpulenti eſſent tanquam ad diſcipulum ſuum ſubridens ait. Vere frater ego erubeſco propter te, quia ſic enutriſti corpus tuum, cum certè profitearis te monachum. Pallor enim & macies cum humilitate, decus eſt monachi. §. 60.

EXEMPLVM LII.

Iniuriantibus ſe frater dixit: Iſti ſunt, qui occaſionem nobis præbent profectus.

QVidam frater quantum plus eum aliquis iniuriabatur, aut irridebat, tanto magis ille gaudebat, dicens. Iſti ſunt qui nobis occaſionem præbent ad profectum noſtrum, qui autem beatificant nos, conturbant animas noſtras. Scriptum eſt enim, quoniam hi, qui beaſicant vos ipſi decipiunt vos. §. 76.

EXEMPLVM LIII.

Veniam ab inuido fratres Abbas Moues primus poſtulant.

ABbas Moues aliquando ædificauit ſibi cellulam in loco, qui dicitur Eracleona. Et cum ibi a multis moleſtaretur, alterum locum introgreſſus eſt, & ſimiliter etiam ibi conſtruxit habitaculum. Sed per inſidias diaboli quidam frater inuentus eſt illic, qui per inuidiam ſemper litem cum eo haberet. Propter quod ſurrexit inde, & ad proprium regreſſus eſt vicum, & fecit ſibi illic quoque cellulam, & recluſit ſemetipſum in ea. Poſt tempus autem aliquantulum congregati ſunt ſenes de illo loco, vnde egreſſus eſt, deducentes ſecum etiam illum fratrem, cum quo habuerat litem, quatenus rogarent eum, vt rediret in ſpeluncam ſuam. Poſtquam verò in vnum locum venerunt tam melotes ſuas, quam illum fratrem ibidem dereliquerunt, ipſi autem profecti ſunt ad ſenem, & pulſantibus illis aperta feneſtra reſpexit eos, & cognouit, dixitque eis, vbi ſunt melotes veſtræ? At illi reſponderunt. Ecce hic in vicino ſunt vna cum illo fratre, qui tecum iam habebat. Hoc poſtquam ſenex audiuit, & illos cognouit, præ gaudio oſtium, per quod ingreſſus fuerat, ſecure confregit, & egreſſus cucurrit vſque ad locum, vbi erat ille frater, & prior ipſe pœnitentiam agere apud eum cœpit, & amplexus eſt illum, & introduxit illũ in cellam ſuam, & per tres dies conuiuatus eſt cum talibus, qui nunquam habebat conſuetudinem, vt ieiuniũ ſolueret. Surrexitque poſtea, & profectus eſt cum illis. §. 90.

EXEMPLVM LIIII.

Accidiam facile superat, qui oculum ad futuram gloriam, vel pœnam inflectit.

ALter frater requisiuit senem Achillem, dicens: Cui sedens in cella mea patior acidiam? Cui senex ait. Quia necdum vidisti requiem filii, quam speramus, nec tormenta, quæ timemus. Si etiam ea diligenter inspiceres, etiamsi vermibus plena esset cellula tua vsque ad collum, tu tamen in ipsa iaceres sine acedia §.103.

EXEMPLVM LV.

Gloriam hominum fugiens senex denudans se, & lauans in palude dæmonium habere putare voluit.

QVidam senex erat in inferioribus eremi partibus, & sedebat quiescens in spelunca, vnus autem secularis homo religiosus ministrabat ei. Contigit verò vt filius secularis illius infirmaretur. Multis ergo precibus postulabat senem, vt veniret in domum suam, & faceret orationem pro infante, & surgens senex ambulabat cum eo. Ille autem præcessit eum, & ingressus in domum suam, dixit. Venite in occursum anachoretæ. Quos cum senex vidisset de longe egressos cum lampadibus, sensit, quod ad se venirent, & statim despolians se vestimenta sua misit se in flumen, & cœpit ea lauare stans nudus. Ille autem qui ministrabat ei videns hoc, erubuit, & rogauit homines, dicens. Reuertimini, senex enim noster sensum perdidit. Veniens verò ad senè, dixit ei Abba, quid hoc fecisti? Omnes enim, qui te viderunt, dixerunt quod dæmonium habet senex. Cui ille respondit. Et ego volebam hoc audire. §.111.

EXEMPLVM LVI.

Benevolentia Macharij convertitur, qui duris verbis discipuli eius in furorem exarserat.

TEmpore quodam Abbas Macharius, dum ad montem Nitriæ ascenderet, discipulo suo vt ipsum præiret imperauit. Qui cum illum præiret, obuiauit illi quidam sacerdos idolorum cursu concito veniens, & lignum grande portans. Cui exclamans ait. Quo curris, dæmon. At ille iratus, tantus cum plagis affecit, vt exanimem pene relinqueret, & relicto eo sacerdos idolorum currebat iterum, progressusque parum obuiauit beato Macharío. Qui ait ad eum. Saluetis laborator, saluetis. At ille admiratus, ait. Quid in me boni conspexisti, vt ita me salutare? Cui senex ait: Quia vidi te laborantem, & curris ignoranter. Cui sacerdos ait. Et ego ex salutatione tua compunctus magnum Dei seruum te esse cognoui, nam alter ne scio quis miserabilis monachus occurrés mihi iniurias fecit, sed ego illi plagas pro verbis in posui. Tunc tenens pedes sancti Macharij proclamat, dicens. Nisi monachum me feceris, non desistam. Pergentesq; pariter venerunt ad locum, in quo cesus frater iacebat. Quem vtique tollentes, quoniam incedere non poterat, manibus in cellam pertulerunt. Cum autem cæteri fratres vidissent sacerdotem illum beatum Macharium comitantem, stupefacti monachum eum cum admiratione perficiunt, ac multis propter illum ex paganis facti sunt christiani. Dicebat ergo abbas Macharius, quia sermo superbus, & malus etiam bonus viros conuertit ad malum, sermo verò humilis, & bonus etiã malos mutat in melius. §.120.

EXEMPLVM LVII.

Humilitas sola diaboli laqueos potest euadere.

BEatus Antonius retulit se vidisse omnes laqueos inimici super vniuersam terram explicatos. Et cum suspirans dixisset, quis posset hos euadere? vocem ad se dicentem audiuit. Humilitas sola pertransit, Antoni, quam nullo modo valent contingere. §.121.

EXEMPLVM LVIII.

Status altitudo nondum beatum Antonium ad mensuram coriari potuit subleuare.

IDem beatus Antonius cum in cella propria oraret, venit ad eum vox, dicens: Antoni necdum ad mensuram coriarij istius, qui in Alexandria est, peruenisti. Quo audito senex consurgens mane arrepto baculo festinus aduenit Alexandriam.

Cum-

Digitized by Google

Cumq; ad deſignatum hominem peruenis ſet,& ingreſſus fuiſſet. ille uiſo tanto uiro obſtupuit. Cui ſenex dixit. refer mihi opera tua,quia propterea de deſerto ueni. Qui reſpondit, neſcio me aliquando boni aliquid ꝓpetraſſe, unde & ex cubili proprio mane conſurgens,antequam in opere meo reſideam, dico quod omnis hæc ciuitas à minori uſque ad maiorem ingrediatur in regnũ Dei propter iuſtitias ſuas, ego autẽ ſolus propter peccata mea pœnam ingrediar ſempiternam, quod uerbum antequã quieſcam ſero ex cordis mei recenſeo ueritate. Hoc audiens beatus Antonius,dixit ei.In ueritate fili,ſicut bonus artifex ſedẽs in domo tua cum requie regnum Dei adeptus es, ergo autem ,uelut ſine diſcretione omne tempus meum in ſolitudine conuerſatus, nedum uerbi tui aſſumpſit menſuram.§.121.

EXEMPLVM LIX.

Detractor & ſuam, & audientis animam interficit.

DIxit Abbas Ypericius. Melius eſt comedere carnes,& uinũ bibere, quã comedere in uituperatione carnes fratrũ. Sicut enim ſuſurrans ſerpens Euã de paradiſo excuſſit,ita qui fratri ſuo detrahit,non ſolum ſuam,ſed & audientis animam perdit.§.125.

EXEMPLVM LX.

Charitatiuus ſenex neglecta indigentia propria,camelum alteri conceſſit.

QVidam de ſenibus ex Scythia diſcipulum ſuum tranſmiſit in Aegyptũ, ut ei camelum deduceret, quatenus ſportellas,quas fecerat,portaret in Aegyptum. Cum autem deduceret camelum, alter ſenex obuius ei uenit. & dicit ei. Si ſciſſem frater quando ibas in Aegyptum,dixiſſem tibi ut & mihi alterum camelum adduceres. Quod cum ille frater proprio Abbati dixiſſet,præ nimia charitate dixit ei ſenex. Vade fili & duc ei camelum illum, dicens, quia nec ſum parati ſumus, comple neceſſitatem tuam.& uade tu cum ipſo in Aegyptum,& iterum reducnobis camelum, ut & noſtra uaſa portemus. Cum ergò hoc feciſſet frater, & iſſet ad illum aliũ ienem, diens. Abbas Pambo, dicit, quia nec dum parati ſumus,tolle, & comple neceſſitatem tuam. Caricauit,ſiue ſtrauit, & oneruit ſenex camelum, & iuit in Aegyptum. Cum autem diſcaricaſſe, ſiue exoneraſſe,& deſtrauiſſet,iterum ille frater reducebat camelum,& dixit. Ora pro me pater. Cumque ſenex requiſiſſet. quo pergeret,reſpondit. In Scythiam uado, ut etiam noſtras ſportellas huc deferam Quod cũ audiſſet ſenex,compunctus cœpit pœnitere lach ymãdo dicens. Indulgete mihi dulciſſimi, quoniam charitas veſtra fructum meum abſtulit.§.136.

EXEMPLVM LXI.

Verbum Dei etiam obliuioni traditũ, animam, per quam tranſit,puriorẽ reddit.

QVidam frater dixit ad ſenem. Ecce Abba frequenter interrogo ſeniores patres, ut dicat mihi commonitionem pro ſalute animæ meæ, & quicquid dixerunt mihi nihil ex ipſis retineo. Erant autem duo uaſa uacua, & dixit ei ſenex. Vade, & affer unum ex illis uaſis, & mittens aquam lauã illud,& effunde, & pone illud nitidum in locum ſuum. Fecit ergo ita frater ſemel, & bis. Et dixit ei ſenex, utraque uaſa ſimul affer. Et cum attuliſſet, dicit ſenex, quale eſt ex utriſque mundius. Reſpondit frater. Vbi aquam miſi, & laui. Tunc ſenex dicit ei. Sic eſt & anima fili,quæ frequenter audit uerba Dei, quam uis enim nihil retineat ex his,quæ interrogat,tamen plus mandatur,quam illa, quæ non requirit.§.168.

EXEMPLVM LXII.

Ordinem ſacerdotii quamuis Abbas Moyſes cum diſcipulo ſuo ſuſcepiſſet, nullus tamen eorum præſumpſit celebrare.

ABbas Moyſes uenit aliquando de loco,qui uocatur Ragitam, in partibus Gebolonis. Erat autem cum eo & diſcipulus eius, uidens autem illum Epiſcopus loci illius, tenẽs eum inuitum presbyterum fecit. Et dum pariter comederent, dicit ei Epiſcopus. Indulge mihi Abba, ſcio enim quod hũc honorem nolebas,ſed ego ate beneficii deſiderãs hoc præſumpſi facere. Cui ſenex præ humilitate dixit,

Et mea cogitatio parũ uolebat, ſed in hoc nunc laboro, quia diuidi ab eo qui me cum eſt non poſſunt, & ſolus non ſufficio orationes meas implere. Dicit ei Epiſcopus. Si ſcis eum dignum, ordino ego & illum. Reſpondit Abbas Moues. Siquidem ſit dignus neſcio, vnum autem ſcio meliorem illum eſſe me. Ordinauit autem & illum. Vtrique tamen ita pertranſierunt vſque ad finem ſuum, ut ad altare quantum ad oblationem conſecrandam nunquam accederent. Vnde dicebat ſenex, Confido in Deo meo, quia nõ habeo grande iudicium propter ordinationem hanc, quia oblationem nõ præſumpſi offerre. Nam ordinatio hæc illorum eſt, qui ſine culpa ſunt, ego autem bene me cognoſco. §. 178.

EXEMPLVM LXIII.

Contritionis vehementia meretrix conuerſa moritur, & ſine purgatorio euolauit.

QVidam frater ſedebat in cella in Aegypto in magna humilitate præcipuus. Habebat autem ſororem inciuitate meretricem quæ multis animab. perditio fuit. Frequenter ergo monebant ſenes illũ fratrem, & vix potuerunt perſuadere ei, ut veniret ad eam, quatenus per admonitionem ſuam poſſet peccatum, quod per eam fiebat, vincere. Dum autem veniret ad locum, quidam ex notis videns eum præceſſit, & nunciauit mulieri, dicens. Ecce frater tuus venit ad te de eremo. Illa autem hæc audiens, prægaudio relictis amatoribus ſuis, quibus miniſtrabat, capite diſcooperto ad occurrendum fratri egreſſa eſt. Et cũ vidiſſet eum, dum tentaret illum complecti, dicit ei ille. Soror mea chariſſima, parce iam animæ tuæ, quoniã propter te multi perunt, conſidera quanta habes tormenta præparata, niſi citò pœnitere feſtinaueris. Illa autem contremiſcens, dicit ad eum Et ſcis frater, quia eſt mihi ſalus ulla, an non. Cui ille dixit, ſi volueris, eſt ſalus tibi aduc. Illa autem iactans ſe ad pedes fratri ſui, petebat ut eam ſecum deduceret indeſertum. Cui frater dixit Vade, & cooperi caput tuum, & ſequere me. Cui illa reſpondit eamus uelociter, oportet enim magis me deformari, & inter homines nudo capite ambulare, quam officinam peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularent, monebat eam frater ad pœnitentiam. Videns autem ille quia fratres quidam obuiarẽt ſibi, dicit ad eam. Quoniam necdum omnes ſciunt, quod ſoror mea es, parum de via ſecede, donec iſti tranſeant. Quod cum feciſſet, poſtquã tranſierunt illi, vocauit eam frater ſuus. dicens. Veni ſoror, eamus viam noſtram. Illa autem non reſpondit ei. Perquirens ergo ille, inuenit eam mortuam, & veſtigia pedum eius plena ſanguine, erat enim diſcalciata. Tunc ille flens, & eiulans, nunciauit ſenioribus patribus omnib. quæ facta fuerant. At illi contendebant inter ſe de ſalutatione eius. Manifeſtauit autem Deus vni ſeni de ipſa, eo quod nulla ei cura fuit de reb corporalib. ſed ut uulnus proprium ſanaret neglexit omnia ſua, & ſuſpiraui grauiter, & fleuit pro peccato ſuo, propterea Deus ſuſcepit pœnitentiam eius. §. 204.

EXEMPLVM LXIIII.

Proprietarij monachi pecunia cum ipſo ſepelitur, & ei dicitur, Pecunia tua tecum ſit in perditionem.

QVidam frates ex Nitria parcior magis, quã auarior, & neſciens triginta argenteis Dominum Ieſum venundatum, centum ſolidos, quos lina texendo collegerat, moriens dereliquit. Initum eſt ergo inter monachos de hoc conſilium (nã in eodem loco circiter quinque millia diuiſis cellulis habitabant) quid facto opus eſſet. Alij pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant, alij dandos Eccleſiæ, nonnulli parẽtibus eius remittendos. Macharius uerò, & Pambo, & Iſidorus, cæteriq. ſeniores patres, ſancto in eis loquenti ſpiritu, decreuerunt infodiendos eſſe cum Domino ſuo, dicentes. Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Et ne hoc crudeliter quiſquam factum putet, tantus terror & pauor per totum Aegyptum cunctos monachos inuaſit, vt unum ſolidum dimiſiſſe grandis apud eos ſit criminis. §. 206.

EXEM-

EXEMPLVM LXV.

Amore illicito tentatus Græcus adoleſcēs tribulatione ſola potuit liberari.

ERat quidam Græcus adoleſcēs in Aegypti quodam cœnobio, qui nulla continentia, nulla operis magnitudine flammam carnis poterat extinguere. Cumque ad patrem monaſterij hæc eius tentatio perlata fuiſſet, hac ille eum arte ſeruauit. Imperauit cuidam viro graui & aſpero, vt iurgijs atque conuitijs infectaretur adoleſcentem, & poſt irrogatam iniuriam prior veniret ad quæremoniam. Cumque imperata ſibi perficeret, inſuper uocati teſtes pro eo loquebantur, qui contumeliam fecerat adoleſcenti. At ille flere cæpit contra mendacium. Quotidie gemitus, quotidie lachrymæ fluebant. Sedebat ſolus, quia amaritudine repletus eſt, omnique auxilio deſtitutus ad Ieſu pedes iacebat. Quid multa? Ita totus annus deductus eſt. Quo expleto interrogatus adoleſcens ſuper cogitationibus priſtinis, vtrumne adhuc aliquid moleſte ſuſtinere. Reſpondens dixit: Papæ viuere mihi non licet, quemadmodum fornicari libet. Ita ergo per hanc artem ſpirituali patre procurante adoleſcens ſuperata libidine ſaluatus eſt. §. 207.

Ex hiſtoria Lauſiaca Palladij ſecundum antiquam verſionem, quàm citauit trecentos annos Guillelmus de Peraldo Epiſcopus Lugdunenſis. Serm. 1. Domin. 3. poſt Trinitatem.

EXEMPLVM LXVI.

Amorem illicitum quædam fœmina in tātum exhorruit, vt maluerit in caldaria bullire, quàm fornicari.

TEmpore Maximiani perſecutoris pulcherrima puella fuit ancila cuiuſdam quam multis inuitans promiſſionibus Dominus eius decipere eam non potuit. Nouiſſime autem exardeſcens in iracundiam, tradidit eam tunc conſtituto Præfecto Alexandriæ interficiendam, quaſi chriſtianam blaſphemantem & Deos & Imperatorem. In ipſis verò perſecutionibus ſummittens ei quoſdam cum pecunijs, dixit. Si conſenſeris voluntati meæ, à pœnis te cuſtodiam, ſi autem permanes in duritia tua, rogabo iudicem vt torqueat te vſque ad mortem, vt non viua deſideas voluntatem meam. Adducta autem ante tribunal iudicis diuerſa pœnarū tormenta contemnebant, conſcientia bona munita. In quib. tormentis & caldariam magnam plenam feruenti pice iuſſit ſuccendi iudex. Feruente ergò pice & nimis exardeſcente proponebat ei iudex, dicens. Vade aut ſubdere voluntati Domini tuis aut certe noueris quia in hanc caldariam te iubeo mitti. Illa autem reſpondit dicens. Non fiant aliquando tales iudices, qui iubeant ſubdi luxuriæ. Fremens ergo iuſſit eam expoliatam mitti in caldariam feruentem pice. Illa autem emiſit vocem dicens. Per caput tui Imperatoris te coniuro, quem colis, ſi ſtatuiſti ſic torquere me iube me paulatim deponi in caldariam, vt videas quantam mihi patientiam donauit Chriſtus, quem tu ignoras, & non cognoſcis. Et depoſita paulatim in præparatum feruentem cacabum eadem hora refriguit pix, cum circa collum eius peruenit. Quamplurimi autē videntes tale miraculum confirmati ſunt in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti in Alexandrina Eccleſia, qui digni fuerunt terræ māſuetorum, ſicut dicit Dominus in Euangelio Beati manſueti, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

EXEMPLVM LXVII.

Oculorum mala cuſtodia grauiſſimam Pachon Abbas tentationem incurrit.

PAchon quidam nomine ſeptuageſimū agens annum ætatis erat in Scete. Igitur dum grauiter me ſpiritus fornicationis tentaret ſuper concupiſcentia muliebri, exagitantibus me cogitationibus, pene

Digitized by Google

nè egressus sum de eremo, compellente me nimia passione. Et vicinis quidem mihi monachis non iudicaui caulam, latenter autem perrexi in solitudinem, & circuiui sanctos patres vsque dies quindecim eos, qui in Scete senuissent, in quibus reperi Pachonem, quem omnes, cum illa eremo erant, patres venerabantur. Itaque præsum psi ego, & cum lachrymis deprecans eum confessus sum ei passionem, quæ me nimis & incessanter non desinebat impugnare. Et ipse ait mihi. Non conturbet te hęc causa, non enim pateris hoc à negligentia, attestatur quippe tibi & locus & difficultas rerum, & quia non est in locis illis vlla visitatio fœminarum, sed magis ex inuidia diaboli qui semper insidiatur, & decipere festinat animas hominum. Ecce vt vides me iam senem hominum quadragesimum annum habeo in hac cella, & auxiliante gratia Christi sollicitus sum de salute animæ meæ, tamen vsque nunc tentationem sustineo. Nam cum sacramento dicebat mihi, quia super duodecim annos post quinquagesimum annum non nocte mihi, non die pepercit, in tantum vt putarẽ quia fortè reliquit me Deus, & ideo instanter, & sine cessatione huius molestiam passionis paterer. Eligi ergo magis mori irrationabiliter, quam talem pati corporis passionem. egressus ergo circuibam penè omnẽ solitudinem, & inueni leæna speluncam, & posui me iacere ibi per totum diem nudum, ut ingredientes feræ comederent me. Cum ergo facta esset vespera, egredientes bestiæ, masculus, & fœmina, odorati sunt me à capite usque ad pedes & lingẽtes me totum recesserunt à me. Ego autem putabam quod deuorarent me. Iacui ergo ibi per totam noctem, sed non accesserunt ad me. Cogitaui ergo, quia pepercit mihi Deus, & reuersus sum in cellam meã. Post paucos autem dies iterum eadem tentatio validius insurrexit mihi, ita ut penè in blasphemiam peruenirem. Conuersus enim dæmon in Aethiopissam puellam, quam videram aliquando in iuuentute meam spicas in messem colligentem, sedit super genua mea, & vehementer me commouit, unde cum nimio furore dedi ei pugnos & alapas in maxillas, & statim non comparuit phantasma illud. Per biennium autem manus meæ, vnde percussi quasi faciem eius, fœtorem & brumam sufferre non poteram. Desperabam ergo de salute animæ meæ, & præ multitudine nimia defectio animi affligebat me, & nimio mœrore tabescebam. Audiui autem vocem sancta in sensu meo & dicentem. Vade Pachon certare, propterea enim hoc permitte pati, vt non altum sapias, nec extollaris in virtutibus tuis, sed recognoscas infirmitatem tuam, & non in conuersatione tua confidas, sed subditus & humilis sis in adiutorio Dei confidens. Ita certus effectus de auxiliante misericordia Domini Saluatoris, pacificos habui reliquos dies. Palladius in historia Lausiaca vita 29.

EXEMPLVM LXVIII.

Episcopus ne fieret Ammonius Abbas autem sibi præcidit.

QVoniam supra modum eruditus in omni parte erat Ammonius tam in scientia scripturarum quam etiam sermonis, dum in quadam ciuitate Episcopus defunctus esset, amatores Ammonij suggesserunt Episcopo Alexandrię petentes, vt Ammonium eis ordinaret Episcopum. Dixit autem eis Archiepiscopus. Adducite mihi eum, vt ordinetur Episcopus. Illi autem festinantes perrexerunt cum adiutorio ad eũ. Cum autem vidisset se præuentum deprecabatur eos, & cum sacramento affirmabat non suscipere se ordinem Episcopatus neque de eremo egressurum. Illis autem non concedentibus, sed violenter instantibus, præsentibus eis accepit forficem, & aurem suam sinistram ab imo abscidit, dicens eis. Vel nunc certi estote, quia impossibile est me fieri Episcopum, quia lex prohibet debilem in aliquo membro fieri sacerdotem. Tunc relinquentes eum recesserunt. Abeũtes autem dixerunt Episcopo. Et ait eis Episcopus. Ista lex obseruabatur apud Iudæos, mihi autẽ etiam eum, qui nasum abscisum habet, si adduxeritis, ita tamẽ ornatum moribus, vt dignus sit sacerdotio, ordinabo eum. Abeũtes ergo iterum rogabant eum. Ipse autem iurauit, dicens. Quia si me coegeritis, etiam linguam meam, propter quam diligitis me, abscindo. Ita ergo relinquentes cum recesserunt. idem vita 12.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM LXIX.

Amore illicito tenetur Ammonius, vel vno die pane saturatus.

QVo iam verò tempore in eremo ædificanti Ammonio cellam superuenit quidam frater, & dixit ei. Cur in tali ardore æstus affligis teipsum Abba? Respondensque beatus Ammonius ait Crede mihi frater, quia donare Dei gratia scripturas sanctas memoriæ commendaui. Nam & veteres, & nouum testamentum ab ineunte ætate ad plenum didici, necnon etiam sanctorum antiquorum patrum orthodoxarum sacerdotum Domini lexcentas myriadas expositionum in lege diuina conscriptas perlegi sicut testabantur et de hoc pene omnes in eremo patres, & si vno die satiatus fuero pane, & minimè in opere me exercuero, extollitur sensus meus, & velut irrationalium animalium efficitur.

EXEMPLVM LXX.

Linguam Euagrius a sancto Ammonio arguitur præcidisse, eo quod se ab informatione aliorum abstinebat.

QVodam tempore aduenies Beatus Euagrius ad sanctum Ammonium visitationis spiritualis gratia, dum multa de scripturis inter se conferrent, & lætarentur vtriusque spiritualiter in Domino, postmodum dixit Euagrius ad Ammonium quasi exprobrando ei, quia autem sibi incideret. Non times, inquit, grane peccatum, quia vt non acciperes sacerdotium aurem abscidisti? Respondens autem Ammonius, dixit ei. Deprecor te, vt exores pro me a Dominum vt de aliis peccatis meis indulgentiam accipere merear. Nam de hoc admisso non valde turbatur animus meus. Verumtamen te magis oportet timere, & solicitudinem gerere, qui eruditus es secundum seculi sapientiam, & tantã scientiam diuinarum scripturarum habes, quã gratia Dei tibi contulit, vnde posses, multos populos erudire, & elegisti magis in eremi solitudine degere. Et ego quidem auriculam abscidi, nam ipse linguam abscidisti, quæ multos populos docere potuit.

EXEMPLVM LXXI.

Eleemosynam datam a sancta Melania abbas Pambo noluit numerare, vt eam multo melius Dominus numeraret.

RElulit mihi beata Melania, quia in primis cum aduenissem de Roma in Alexandriam, & audissem de Abbatis Pambo virtutib. Isidorum referentem (qui etiã perduxit me in solitudinem ad visitandum sanctos patres) obtuli ei vasa argentea trecentarum librarum, deprecans eum, vt de rebus meis acciperet ad erogandum pauperibus. Ipse verò sedebat, & texebat de foliis palmarum sportellas. Benedixit autem me dicens. Dominus Deus tribuat tibi mercedem. Et dixit dispensatori suo Theodorõ. Suscipe, & dispẽsa hoc in omnia Libya, & insulis fratribus, hæc enim monasteria magis indigent. Præcepitque ei nulli in Aegypto dare, eo quod abũdantior esset prouincia. Ego autem stabam expectans quasi honorari, aut glorificari super quod obtulerã, & nihil audiens ab eo dixi. Vt scias Domine quantum est, trecenta pondo sunt. Ipse verò nec respiciens mẽ, respondit dicens. Cui obtulisti hoc filia põderare opus nõ habet. Qui enim ponderat montes, & omnẽ molem terræ, multo amplius nouit quantitatem huius argenti. Si enim mihi hoc dedisses, bene mihi diceres quantum est, si autem Deo obtulisti, ille qui viduæ minuta non despexit pauperis, nec tuam oblationem tradet obliuioni. Palladius vita 10.

EXEMPLVM LXXII.

Tentatus infirmitate Beniamin abbas semper gratias egit, & ipse infirmior alios ab infirmitate liberauit.

IN monte Nitriæ fuit Beniamin quidam sanctus vir, qui vixit vsque ad octoginta annos, abstinentissimus, & studium gerens circa virtutes animi. Consecutus est autem a Domino gratiam sanitatum, & si cui manus imponebat, aut oleum benedictum dabat, omnis ab eo infirmitas repellebatur. Hic itaque, qui tantæ gratiæ dignus habitus est, ante octo menses mortis suæ hydropicus factus est & in tantum corpus eius tumuit, vt aliquem Iob putaret, Assumens ergo nos beatus Dioscorus

ſcorus Epiſcopus, me inquam, & beatum Euagrium dixit nobis. Venite, & videte nouum Iob in tanto tumore corporis, & paſſione inſanabili immenſam gratiarum actionem ſemper Deo reddentem Abeuntes ergo vidimus eum in tanto tumore corporis, vt paruum eius diuitũ non poſſemus complecti digitis duarum manuum. Intuẽtes autem hanc paſſionem crudeliſſimam oculos auertebamus. Tunc dicit nobis beatus Beniamin. Orate filioli, vt non interior homo meus hydropicus fiat. Hoc enim corpus neque cum bene ſe haberet, mihi quid quam profuit, neque cum malè, me lædit. Per octo ergo menſes cella eidem ponebatur latior, in qua inceſſabiliter ſedebat propter reliquas neceſſitates corporis. Nec enim iacere poterat. In hac ĩ paſſione poſitus alios ſanabat. Neceſſario autem narrauimus paſſionem hanc, vt non contemnamur, ſi quando aliqua grauiſſima ægritudo viris iuſtis euenerit. Defuncto autem eo limen de oſtio tulerunt, & poſtes, vt poſſet corpus eius efferri. Tantus erat tumor corporis eius. Palladius vita 13.

EXEMPLVM LXXIII.

Infirmis quidam Apollonius vſq; ad mortem deuotiſſimè miniſtrauit.

APollonius quidam nomine negotiator fuit, renunciaſque ſeculi actibus, & coniugi ſuo ad ſeruitium Chriſti habitauit in monte Nitriæ, neque artem diſcere potuit, neq; vacare in ſcribendis libris præ ſenectute. Viuens autem in ſupradicto monte, xxv. annos, hoc habuit ſtudium, vt ex propriis pecunijs ac ſuis laboribus omnia neceſſaria compararet de Alexandria, & in omni fraternitate miniſtrabat infirmantibus, & erat videre eum a prima luce, vſque ad horam nonam per ſingula oſtia ingredientem monaſteriola, ne quis forte iaceret æger. Portabat autem vuam paſſam, mela granata, panem ſirigineum, oua, & ſimilia, quæ infirmis neceſſaria ſunt. Hanc exercuit conuerſationem in ſenectute ſua. Qui moriens ſimilem ſibi dereliquit apothecarium, rogans eum hanc exercere adminiſtrationem. Quinque etiam millib. monachorum habitantium in monte neceſſaria erat talis adminiſtratio, propter quod eremus eſſet locus ille, & deſertus. Palladius vita 14.

EXEMPLVM LXXIV.

Exire cellam ſanctus Nathanael nullius ſuaſu præſumpſit, poſtquam ſe de ea diabolica factione electum cognouit.

REferebant de Abbate Nathanaele præcipuè, quia tantum habebat patientiæ virtutem in cella, vt non moueretur a proposito ſuo. In qua illuſus initio ab eo, qui omnes illudere feſtinat, & decipit, dæmone, tædio quodam oppreſſus, egreſſus eſt de prima cella, & aliam conſtruxit ſibi prope quendam vicum. Poſtquam autem perfecit eam, habitauit in ea. Poſt tres verò menſes affuit dæmon quadam nocte taurina pelle indutus ſicut carnifex, indumentum habens quaſi militis conſutum, & edens ſtrepitus taurina illa pelle. Ad quem ait beatus Nathanael. Quis es tu, qui talia præſumis ſuper hoſpitiolum meum? Reſpondens autem dæmon dixit ei. Ego ſum, qui de illa cella te expuli, & veni vt & de hac te effugarem. Cognoſcens autem quia illuſus eſſet, reuertitur ſtatim ad priorem cellam, & complens in ea triginta & ſeptẽ annos non tranſiuit limen oſtij cellulę contendens contra dæmonem, qui tot ac tanta ei fecerat, vt eum compelleret egredi è cella, quanta referre ſatis longum eſſet. In quibus obſeruans ſeptem Epiſcoporũ ſanctorum virorum viſitationem, ſiue ex Dei permiſſione factam, ſiue ex tentatione maligni, prope modum fecit eum excidere a proposito ſuo. Epiſcopi enim poſtquam oraſſent, egredientes non deduxerunt Nathanael, nec paſſum pedis. Dicunt ei miniſtri ideſt diaconi, ſuperbum rem feciſti, vt non deduceres Epiſcopos. Ipſe aũt dixit eis, ego & domini Epiſcopi, omnique ſeculo mortuus ſum. Habeo enim occultum propoſitum mentis meæ, ſcit Deus cor meum, qua de cauſa non deduxi eos. Expauens autem dæmon de circumuentione hac, ſubornauit ſe ante nouem menſes mortis eius, & efficitur quaſi infans nouem annorũ minans aſinum portantem panes in cophinis. Et propinquans veſpera profunda ad eius cellam, finxit cadere aſinum, & clamas quaſi infans, Abba (inquit) Nathanael miſerere

mei,

mei,& da mihi manum]. Qui audiēs vocē quam infantes aperuit oſtium, & ſtans ab intus,dixit ei. Quis es tu.& quid vis vt faciam tibi? Dicit ei Ille s ſum puerulus, & panes fero, quia conuiuium fratris ipſius, & craſtino ſabbatho illuceſcente neceſſaria eſt iſta oblatio, deprecor ne deſpicias me, ne forte a beſtijs & leænis comedar,multæ enim ſunt in illis locis.Stans autem & ſtupens beatus Nathanael, commotis viſceribus conturbatus cogitabat intra ſe,dicens, quia aut de mandato habeo cadere,aut de propoſito Poſt hoc autem cogitauit. Melius eſt me non tranſgredi, quā tantorum annorum propoſitum perdere, in confuſionem ſathanæ. Et cum oraſſet, dicit loquenti ad ſe quaſi infanti. Audi infans, credo in Deum, cui ſeruio quia ſi neceſſarium ſit tibi adiutorium, tranſmittet tibi Deus,& neque leæna nocebit tibi, neque aliquis. Si autem tentatio, confeſtim reuelabit Deus.Et claudens oſtium introiuit.Confuſus autem dæmon, quia ſuperatus eſt,in turbinem reſolutus eſt quaſi onagri exilientis,& fugientis,& ſonos emittētis Ite triumphus beati Nathanael fuit, & hæc conuerſatio, & hic finis. Palladius vita 18.

EXEMPLVM LXXV.

Incantationibus mulier rarò communicās in equam mutatur.

VIr quidam Aegyptius concupiuit in genuam mulierem maritatā,& non valens eam expugnare, locutus eſt maleficō dicens: Facito eam,vt amet me, & age vt proijciat eam vir eius. Accipiens autem maleficus,ſufficienter vius eſt malificio, & fecit eam equam videri. Videns autem vir eius veniens deforis mirabatur, quia in lecto eius equa iaceret,& cępit plāgere,& eiulare.Nam loquebatur animali, & reſponſum non dabat Itaque precatus eſt presbyteros vici, & adducens oſtendit eis. Qui non inuenerunt calamitatis cauſam. Illa autem vſque ad tres dies, neque fenum accipiebat quomodo equa, neq; panem ſicut homo,vtroque priuata cibo. Ad vltimum vt glorificaretur Deus, & appareret virtus ſancti Macharij, aſcendit in cor viri,vt duceret eam in ſolitudinem,& vinxit eam quaſi equam, & duxit in ſolitudinem. Cum appropinquaret ergo ſtabant fratres iuxta cellam Macharij litigantes, & dicentes, quid adduxiſti huc equā iſtā? Dicit eis, vt miſericordiam conſequatur. Dicunt,ei quid enim habet? Qui reſpōdit. Vxor mea erat,& in equam cōuerſa eſt, & hodie habet tertium diē non guſtans quicquam Qui retulerunt ſancto Machario intus oranti, cui illius aduentum reuelauerat Deus. Reſpondit ergò fratribus & dicit eis? Equi vos eſtis,qui equorum oculos habetis. Illa autem mulier non eſt transfigurata,ſed ſolum in oculis eorum, qui ſeducuntur,videtur equa. Et benedicens oleū, à vertice perunxit eam nudam, & ſuperorauit, & ſtatim fecit eam mulierem videri ab omnibus.Dans autem ei cibum fecit eā manducare. & dimiſit cum proprio viro gratias referentem Deo.Et præcepit ei dicens.Nūquam ceſſes a communione. Hæc autem tibi euenerunt, quia per quinque ſeptimanas non appropinquaſti diuinis.Idē vita 19.Macharij Aegyptij.

EXEMPLVM LXXVI.

Abſtinentia ſua Macharius ieiunium Thabenneſiotarum monachorum confudit.

ERat autem & alius quidā Macharius Alexandrinus presbyter in loco habitas,qui dicitur Cellia, hic ſanctus Macharius audiens quia magnam conuerſationem,& regulam diſciplinæ Thabenneſiotæ monachi haberent,mutato habitu, accipienſque indumenta ruſtici per dies xv. aſcendit in Thebaidem per ſolitudinem. Et ingreſſus monaſterium Thabenneſiotarum quærebat Abbatem, vt eius præſentaretur aſpectibus virum ſanctū Pachomiū nomine probatiſſimum famulum Dei, gratiam prophetiæ habentem, cui occultatus eſt nutu Dei aduentus Macharij. Repræſentatus ergo dixit ei: Deprecor te Domine ſancte Pater ſuſcipe me in monaſteriū, vt efficiat monachus. Dixit ei Pachomius. Iam ſenectute proiectus abſtinentiam nō vales ſuſtinere,fratres enim continentiſſimi ſunt, & non ferens eorum laborem, & ſcandalum paſſus regredieris detrahendo eis. Et non ſuſcepit eū nec prima, nec ſecunda die vſque ad dies ſeptem. Cum ergo perſeueraret euā ieiunus permanens,poſt hoc

dixit

dixit ei. Suſpice me Abba, & ſi non ieiuna vero ſicut alij fratres operatuſque non fuero ſicut & illi, tunc iube me iactari foras. Hæc audiens abbas iuſſit fratribus, vt ſuſciperent eum. Erat autem congregatio vnius monaſterij mille quadringenti viri. Multorum.n. monaſteriorum beatus Pachomius pater erat, & multorum millium monachorum congregatio erat. Ingreſſus eſt ergo in monaſterium. Tranſacto autem pauco tempore ſuperuenit quadrageſima, & vidit ſingulos quoſque addentes ieiunijs, & abſtinentiæ. Quidam enim eorum poſt duos dies reficiebat ſe, alij autè poſt quinque dies capiebant cibum, alij verò per totam noctem vigilantes orationibus inſiſtebant, per diem autem opera manuum exercebant. Hic verò ſanctus Macharius ſtabat in angulo tam diebus, quam noctibus non diſcedens quoquam vſque dies xl. cõplerentur. Aduenit & Paſcha, neque tunc panem guſtauit, nec aliud quodque pulmentum, niſi folia tantum de caulibus, & hoc ſemel in ſeptimana die Dominica ſumebat, nec diſcedebat de angulo illo, ubi elegerat ſtare, niſi tantum corporalis neceſſitatis cauſa, & ſtatim feſtinanter reuertebatur, & claudebat oſtium ſuper ſe, & nihil penitus loquebatur, ſed in ſilentio tantum labia eius mouebantur, & non ceſſabat continua, & ſine ceſſatione in corde ſuo eloquia Domini, diuinamque ſcripturæ commemorationem meditari, & opera manuum inceſſanter exercere multo amplius, quam alii fratres. Hæc fratres videntes, penè omnes ſcandalizati ſunt, murmurantéque dixerunt præpoſito monaſterii: Vnde nobis hunc adduxiſti tanquam ſine carne degentem da condemnationem noſtram? Proijce eum, cognoſce, quia valde ſcandalizantur fratres in eo. Hæc audiens præpoſitus monaſterij admirãs tam diſtrictam conuerſationem eius, orauit Dominum, dicens. Manifeſta mihi peccatori ſeruo tuo Domine, quid agere debeam? Et reuelatum eſt ei, quod ipſe eſſet Macharius. Eduxit autem eum foras in oratorium, vbi altare poſitum erat, & amplectens oſculatus eſt eum, & dixit ei: Verè vir beatus es ſancte Machari, & latuiſti nos. Olim enim ex multo tempore deſiderabamus videre ſanctitatem tuam, & gratias agimus Domino Ieſu, quia in ſpiritualibus bonis, maximeq; in virtute abſtinentiæ erudiſti nos & paruulos noſtros non alia ſapere in conuerſatione ſua. Reuertere ergo ad locum tuum, non enim parum ædificaſti nos beatiſſime pater, & ora indeſinenter pro nobis. Idem vita 20. Macharij Alexandrini.

EXEMPLVM LXXVII.

Luxatipſus faciedes vlcere peſſimo percutitur à domino, & dato iuramẽto quod de cætero non celebraret a ſancto Macharioq; curatur.

QVodam tempore viſitationis, atque ædificationis gratia perrexi ego Palladius ad eum, reperi ante oſtium atrij eius iacentem quendam preſbyterum toto tempore vlceribus plenum, capitis autem eius etiam ipſa oſſa computruerant, qui ideò aduenerat, vt orationibus eius ſanitatem reciperet. Sed ſanctus Macharius non ſuſcipiebat eum. Ego autem proſtraui me in terram ante pedes eius, & deprecabar vt ſuſciperet eum. Reſpondenſque vir beatus, dixit mihi. Indignus eſt vt ſanitatem recipiat, ſed magis increpa eum, & ſuade ei, vt non audeat accedere ad ſacroſanctum altare Domini, & offerre ſacrificium Domino, quia fornicando offert, & propter hoc caſtigatur. Suade ergò ei, vt reſipiſcat, & condignam agat pœnitentiam, vt miſericordiam a Domino mereatur accipere. Itaque ego egreſſus ad illum infirmum, dixi ei omnia. Et ille territus conturbatus, intremuit, iurauitque quia in exitum vitæ ſuæ non vſurparet ad altare Domini accedere. Poſt hoc præcepit, vt ingrederetur, ſuſcepitque eum, & dixit ei. Credis quia Deus eſt, quem nihil latet, reſpondit. Etiam domine, Dixit ei. Nunquid potuiſti illudere aut latere Deum? Reſpõdit, non. Ait ergo. Si ergo cognoſcis tanti criminis peccatum tuum, & Dei caſtigationẽ intelligis, pro qua cauſa tanti mali plaga in corpore tuo eſt, ideoque percuſſus es, ceſſa a malis tuis, & corrige de cætero, & confitere ſemper cum lachrymis pœnitentiæ, & intimo cordis dolore in conſpectu Domini peccatum tuum, vt in die iudicij poſſis aliquam miſericordiam ac pietatem Domini inuenire. Dedit ergo ſacramentum ſe nunquam peccare, neque ad ſacro-

ſanctum

ſanctum altare accedere, nec oblationem conſecrare, ſed ſicut laici ſortem habere. Itaq; poſt hoc impoſuit ei manum, & orauit pro eo ad Dominum, & in paucis diebus ſanus factus eſt, capillique eius creuerunt, & abijt ſanus, ibidem.

EXEMPLVM LXXVIII.

Exire cellam nolens Macharius in limine cellæ ſe proiecit, dicens, Trahite dæmones, trahite.

REferebat autẽ idem Macharius, quod quodam tempore nimis ei moleſtæ fuerunt cogitationes vanę gloriæ, ſcilicet, vt qualicumque modo eijcerent eum decel la eius, & de ſecreta eremi conuerſatione, ſuggerentes ei vt ædificationis gratia, ad remedium, & ſanitates hominum Romam pergeret pro ſalute animarum multarum. Inerat enim ei gratia Domini contra immundos ſpiritus. Et cum diutius inſiſterent ei huiuſmodi cogitationes, & nec orante eo ceſſarent, iactauit ſe pronus in terram, & extendit pedes ſuos aforis limen oſtij cellulæ ſuę clamans, & dicentes. Trahite dęmones, trahite, ego enim pedibus meis non vado, ſed ſi poteſtis me hinc abducite. Ego quippe teſtor Deum, quia hic iaceo vſque ad veſperam. Poſtmodum ſurrexit ad conſuetum opus Domini. ibid.

EXEMPLVM LXXIX.

Furto captam pellem Macharius ab hyęna recipere noluit, niſi promitteret ſe de cętero pauperum quadrupedia non lęſura.

REferebat nobis vir ſummę ſanctitatis Paſnucius diſcipulus eius, quoniã quadam die hyęna accipiens catulum ſuum cęcum obtulit ſancto Machario & capi e pulſans atrijs eius oſtium aperuit & ingreſſa ſedente ſancto viro proiecit catulum ad pedes. Ipſe autem accipiens eum exuit in oculos eius, & orauit, & lactauit eum hyęna, leuauitque eum, & abijt. Altera die pellem ouinam grandem attulit ei hyęna. Sanctus verò pellem videns, dicebat hyęnę. Vnde tibi hoc, niſi quia comediſti cuiuſdam ouem, forſitan, & pauperis? Quod ergò de iniuſtitia eſt non accipio à te. Illa verò inclinans caput ſuum in pauimento, deprecabatur eum, & ad pedes ſancti depoſuit pellem. Ipſe verò dicebat ei. Dixit tibi, quia non accipiam illam, niſi mihi promiſeris, vt nunquã amodo contriſtes pauperes deuorando quadrupedia eorum. Illa verò quaſi conſentiens nutu capitis ſui quaſi promittebat, tunc ſuſcepit pellem ab ea. ibidem.

EXEMPLVM LXXX.

Miſericordia in pauperes ductus Macharius, caute quandam diuiſſimam, ſed elatam virginem ſpoliauit.

VIrgo quædam fuit in Alexandria ornatu quidem indumẽti humilis, propoſito autem mentis elata, diues in pecunijs nimijs, nunquam autem procedens, & neque peregrino, aut virginibus ſeu Eccleſiæ, vel pauperibus minimum quod aliquando porrexit. Hæc multis monitis patrum non abiecit ſiluam diuitiarum. Erat ei, & genus non minimum, in quibus adoptauit ſibi filiam germanæ ſuæ, cui nocte & die promittebat ſubſtantiam ſuam. A cęleſti enim deſiderio mentem alienatam gerebat. Huic ergò virgini volens, vt ita dicam, venam incidere ad leuandam auaritiam ſanctiſſimus Macharius preſbyter, & præpoſitus pauperum leproſorum, compoſuit, & inuenit artem huiuſmodi. Fuerat enim a iuuentute ſua lapidarius quem dicunt gemmas diſtrahere, qui abijt, & dixit ei; Lapides precioſi, ſmaragdi, & hyacinthi incurrerunt mihi, & ſi uc inuenitij ſint, ſiue furtiui docere non poſſum. Precioſi autem ſunt nimis, ita vt non poſſint æſtimari quam præclari habeantur, vendit autem qui habet eos quingentis ſolidis, ſi placet tibi eos tollere, da quingentos nummos, & de vno lapide potes accipere quingentos ſolidos. Alios autem in ornamento neptis tuę præparabis. Virgo autem intentiſſimè audiens delectata eſt, & cadens ad pedes eius. dixit: Per ſanctitatem tuam, ne quis alius eos comparet. Inuitauit ergò eam preſbyter dicens: Veni vſque ad cellam meam, & vide eos, quæ non adquieuit, ſed adorans eum dedit quingentos ſoli

Digitized by Google

dos dicens. Quomodo vis tolle eos, ego enim caulam non habeo. Ipse autem accipiens erogauit pauperibus. Tempore autē tranſacto eo, quod magnæ opinionis ac reuerentiæ erat, reuerebatur eum commouere ſupra dicta virgo. Ad vltimum inueniens eum in Eccleſia dixit. Rogo te Domine, quid iubes propter lapides illos, pro quibus dedimus quingentos ſolidos. Qui reſpondens dicit ei. Ex hunc quo dediſti mihi aurum tradidi illud in precium gemmarum, & ſi vis venire, & videre eos, in hoſpitio vbi ſunt veni, & vide, ibi enim iacent. Et ſi tibi placuerint bene, ſin verò, tolle quod tuum eſt quæ promptiſſimè perrexit ad cellam. Erat autem hoſpitium pauperum in quo leprosi iacebant. In inferioribus quidem habebat mulieres, in ſuperioribus verò viros. Adducens ergò eam, inducit eam in ianuam, & dicit ei, quos vis videre prius, hyacinthos, aut ſmaragdos? Dicit ei, quos ipſe vis Domine. Et ait: Ecce iſti ſunt hyacinthi. Iterum autē ipſe deduxit eam in inferiora, & oſtendens ei mulieres dixit. Iſti ſunt ſmaragdi, ſi tibi placeret, bene, ſin autem, recipe quod tuum eſt. Itaque verecundiam paſſa, egreſſa eſt. Et abiens ex multa triſtitia infirmata eſt. Poſt hæc etiam gratias egit presbytero. Puella autem, de qua ſolicita erat poſt nuptias ſine filijs defuncta eſt. Palladius uita 6.

EXEMPLVM LXXXI.

Verbum Dei audiens Moyſes Aethiops mirabiliter conuertitur, & de ſæuo latrone ſeruus Chriſti mansuetus efficitur.

QVidam Moyſes nomine. Aethiops genere, ſeruus fuit cuiuſdam curialis, quem propter multam peruerſitatem, & furta, & latrocinia proiecit Dominus eius. Dicebatur enim, quia vſque ad homicidia peruenisset. Compellor autem dicere mala eius, vt oſtendam virtutem pœnitentiæ eius. Dicebant ergò, quia dux latronum erat, ſicut ex ipſis operibus eius oſtenditur in furtis, & latrocinijs. Denique cuidam paſtori malitiam retinens ſubitò voluit in nocte irruere, & interficere eum. Perquiſiuit autem loca, vbi caulas haberet ouium Indicauitque eſt ei, quia trans Nilum eſſet. Ille mordicus tenens gladium in ore, tunicam impoſuit ſuper caput ſuum, & tranſnatauit fluuium. Dum ergò ille natat, et ita ſtuduit paſtor ille ſe occultare, & latere. Nam ille vtpote latro quatuor arietes occidit, & ligans eos, trahenſque per flumē iterum renatauit. Et egreſſus de flumine, excoriauit eos, & comedens optima quæque carnium, reliqua in vina diſtraxit, bibitque decem, & octo calices. Statimque quinquaginta millia itinere ſub die fecit, & peruenit ad locum, vbi erant ſocij eius. Iſte ergò talis ac tantus latro, in tantis malis conuerſatus eſt. Quomodo tēpore à quodā religioſo viro audiens verbum Dei, & in die iudicij futuram examinationem inter iuſtos, & peccatores, inter criminoſos, & ſanctos, ac etiam amaras gehennæ, & ignis æterni pœnas, & cruciatus ſine fine in tenebris exterioribus, quæ præparata ſunt iniquis, & peccatoribus, item audiens æternam gloriam, & æternos honores, & requiem in regno cęlorum inter angelos ſanctos, quæ præparauit Deus ſanctis, & iuſtis ſeruientibus ſibi, compunctus corde cępit amariſſimè flere cum gemitu, & eiulatu. Ingreſſuſque monaſterium dedit ſe in pœnitentiam, & cruciabat ſe in multis lachrymis indulgentiam, & veniam peccatorum ſuorum pietate, & miſericordia Domini poſtulando, & ita permanſit in monaſterio Palladius vita 22.

EXEMPLVM LXXXII.

Idem latrones cellā eius ingreſſos, ſimul ligauit, & ad eccleſiam detulit, illi autem ſunt conuerſi.

QVodam tempore in cellulam eius latrones ingreſſi ſunt ignorantes quis eſſent. Erant autem quatuor, quos ligauit ſimul, & impoſuit eos ſibi in dorſum, & detulit eos ad eccleſiam fratrum dicens. Quia iam mihi non expedit nocere alicui, quod iubetis de iſtis diſponite. Tum illi latrones cognouerunt, quod ipſe eſſet Moyſes, qui fuerat ſceleratiſſimis inter latrones, & compuncti ſunt corde glorificantes Deum, qui non repellit peccatores, ſed ſuſcipit pœnitentes, vt ſaluentur in æterna ſalute. Et hęc dicentes compuncti ſunt corde, & dederunt ſe in pœnitentiam abrenunciantes omnibus malis actibus

bus, & concupiſcentijs, carnalibuſque deſideriis. ibidem.

EXEMPLVM LXXXIII.

Tentatus luxuria Moyſes Aethiops quam viriliter reſtitit.

HVic Moyſi inſtiterunt dæmones, ſecundum conſuetudinem eius antiquam luxuriam fornicationis ingerentes ei. Qui tam valide tentatus eſt, ſicut ipſe referebat, ut paulominus de propoſito excideret ſuo. Itaque ex hoc ualidius abſtinebat, & vigilias amplius addebat ſibi, & opera manuum propẽſius exercebat tabefaciens corpus ſuum. Denique propoſuit ſibi, ſe non dormire iacentem in mattula, ſed per totam noctẽ ſtando in cella orabat, & pſalmodiam explebat. Nam parietibus ſe declinans paꝛum quid ſomni capiebat. ibidem.

EXEMPLVM LXXXIV.

Somnijs immũdis vexatus Moyſes noluit a nimio labore quieſcere, donec ſomnia illa ceſſarent.

ITerum poſuit ſibi obſeruantiam aliam. Egrediebatur noctibus, & ibat per cellas ſenioꝛum, & tollebat hydrias eoꝛum, in quib. ſibi illi hauriebant, & portabat illis aquam. In longinquo enim habebant aquam, & quidam duo milia, alij autem & quinque millia. Quadam uerò nocte non ſufferens dæmon feruentẽ eius fidei conuerſationem, inclinato eo in puteum dum hauriet aquam, percuſſit eum in renes uecte, & reliquit eum. Denique nimio dolore obmutuit, & remanſit uelut mortuus. Alia die venies quidam haurire aquam, inuenit eum iacentem, & renũciauit beato Iſidoro presbytero Scetæ, & miſit, & leuauerunt eum, & detoleruntad Eccleſiam, & prope per annũ ita infirmatus eſt, ut uix reſumeret vires ſuas. Dixit autẽ ei Iſidoꝛus presbyter. Quieſces Moyſes, & noli indiſcretè præſumere, ſed magis cum diſcretione tam abſtinentiam, quam vigilias, & opera manuum exerce. Reſpondes autẽ Moyſes ait. Non quieſcam beatiſſime pater, vſquequo quieſcant (adiuuante me gratia Domini) immundiſſimæ cogitationes, & ſomnia, quæ immittunt requiſſimi dæmones, ſicut ſcriptum eſt. Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant Videns autem beatus Iſidoꝛus fixam in Domino fidei eius conſtantiam, ſurrexit, & expandit manus ad oꝛationem, dixitque ei. In nomine Domini noſtri Ieſus Chriſti donãte gratia, eius ex hodierna die iam quieuerunt ſomnia, quæ inquietare te ſolebant Igitur glorificans & gratias agens Saluatoꝛi Domine, reuerſus eſt ad cellam ſuam. Poſt aliquod autem tempus interrogauit eum Iſidoꝛus presbyter de moleſtia cogitationum carnalium. Et ille reſpondens dixit. Pro te gente me Chriſto Domino meo, & orationib. tuis nihil tale patior. Huic ergo Deus donauit gratiam ad effugandos ex obſeſſis corporib. dæmones, ita ut moſcas non magis timeamus, quam ille dæmones. Hæc cõuerſatio Moyſi, Aethiopis, quia etiam ipſe erat inter magnos, annumeratus patres, defunctus eſt annorum lxxv. Reliquit uero diſcipulos monachos ſeptuaginta. ibidem.

EXEMPLVM LXXXV.

Conuerſionem Euagrius ſemel & iterum diſtulit. ſed in exceſſu ab Angelo incarceratus, & monitus, & iuramento dato exiens, prefectè compleuit.

BEatus Euagrius primo lector a Baſilio, deinde diaconus a Gregoꝛio Nazianzeno ordinatus eſt. Hic cum eſſet inſtructiſſimus in diuinis ſcripturis contra omnes hæreſes ita florebat, ut in magna ciuitate Conſtantinopolitana ob eloquiũ potentiſſimum ab omnibus in honoꝛe, & dilectione haberetur. Vnde faſcinatio nugacitatis diabolicæ, quæ inſectatur ob curare bona, immiſit in corde eis cogitationes deſiderii carnalis concupiſcentiæ muliebris. Denique, ſicut poſtmodũ nobis ipſe referebat, adamauit eum mulier, quæ erat magnifici cuiuſdã de primatibus palatii viri uxor. Euagrius autem timens Deũ, & verens propriam conſcientiam, ac præ oculis ponẽs magnitudinem confuſionis, maximeque gaudenter hæreticos, Dominum oꝛabat deprecans Saluatoꝛem Chriſtum, ut impediretur tam rabida mulieris

contra ſe inſtantia Nam ipſe quidem uolebat recedere, ſed non valebat, colligationibus obſequiorum eius detentus. Poſtquam autem multis precibus exorauit Dominum, vt liberaret eum a peccato maximo, quod opere penè perpetrabatur, affuit ei angelica viſitatio in ſpecie militum præfecti, & rapiens eum preduxit in prætoriũ præfecti, & miſit eum in cuſtodiam carceris, ferreiſque catenis ceruicem, & manus eius colligauit. Sed pro qua cauſa hoc pateretur non dicebat ei. Ipſe autẽ in conſcientia ſua nouerat, qua de cauſa hoc ſuſtineret. Arbitrabatur enim quod vir illius matronæ interpellaſſet accuſans eum Cum autem uehementer, augeretur, audiebat enim ſtrepitum, & uoces aliorum, quid diuerſis ſupplicijs torquebantur apud iudicẽ proeriminatibus cauſis, ideò permanebat valde tertius, & contremiſcens. Cum autem tranfiguraſſet ſe Angelus, qui viſionem concinnauerat, quaſi in figuram eius amici, qui ualde diligebat eum, dixit ei cum teneretur in vinculis inter quadraginta reorũ perſonas, quid hic teneris, domine diacone, Reſpondit Euagrius dicens. In veritate tibi dico, non noui quapropter hic teneor, ſuſpicio autem mihi eſt, quia vir ille magnificus ex præfectis interpellauit contra me iudicem irrationabiliter zelo, percuſſus, & timeo ne forte pecunijs iudex corruptus tormentis me ſubiiciat. Reſpondens dixit ei. Si audis me amicum tuum, non expedit tibi in ciuitate hac conuerſari.

Reſpondens autem Euagrius dixit. Si Deus liberauerit me de anguſtia, & circunuentione hac, & videris me in Conſtantinopoli ſcito quia iuſti ſuſtineo pœnas. Ait ei. Affer Euãgelium, & iura mihi in Euangelio, quia recedas de ciuitate hac, ut ſollicitus ſis de ſalute animæ tuæ, & liberabo te de hac neceſſitate. Detulit ergo Euangelium, & iurauit dicẽs, quia una ſolum die, vt veſtimenta poſſim in nauim mittere, remoret. Et ſacramento dato, rediit de exceſſu, quem perpeſſus in nocte fuerat, & exurgens cogitauit apud ſe, quia licet in exceſſu fuit ſacramentum, ſed tamen iurauit, & mittens quæ habebat in nauim, venit Hieroſolymam. Suſcepit autem eum beata Melania quondam ſenatrix Romana, cuius filii, & nepotes ſunt primi in ſenatu, nunc autem famula Chriſti vera. Palladius vita 86.

EXEPLVM LXXXVI.

Vitæ melioris promiſſionem non exequẽs Euagrius diuturna infirmitate corripitur, monitis & precibus ſanctæ Melaniæ ſanatur, eius viuendi modus, & quamdiu tentatione luxuriæ fuerit oppugnatus.

ITerum autem diabolus indurauit cor eius tanquam iuuenis. Cœpit etiam ibi mutare veſtes eius, & in eloquio ſermonis exaltabatur in gloria vana. Deus aũt qui propter ſuam miſericordiã magnã impedit occaſiones perditionis noſtræ, permiſit ut nimietas febrium tabefaſceret corpus eius, & infirmitate longa laceraretur per ſex menſes, adhibentes enim ei medici diuerſa medicamina nihil proficiebant. Tunc dixit ei ſancta Melaniã. Nõ mihi placet, fili, tam longa infirmitas tua, dic ergo mihi quę ſunt in corde tuo. Non enim eſt abſque permiſſu Dei hæc infirmitas tua. Et ſtatim confeſſus eſt omnia, quæ in animo ſuo erat. Ait ei famula Dei. Promitte coram Deo, quia teneas promiſſionem ſolitariæ vitæ, quam Domino ſpopondiſti, & licet peccatrix deprecor Dominum, ut detur tibi ipſe vitæ tuæ, quatenus adimplere poſſis, quę pro ſalute aiæ tuæ ſtatuiſti. Ipſe verò acquieuit ſalutaribus monitis eius. & in paucis diebus ſanus factus petiit, & deprecatus eſt ut famula Dei pro ſe oraret. Ipſa enim veſtimenta monachalis propoſiti induerat. Egreſſus autem profectus eſt in montem Nitriæ, qui eſt in Aegypto in quo habitauit duos annos. Tertio autẽ anno ingreſſus eſt ſolitudinem, & ibi conuerſatus eſt xxiij. annis cum his, qui ſunt in loco, qui dicitur Cellia. Comedebat autem libram panis in die, & in tres menſes italicum olei, nam nihil coctum ſumebat in cibum, nec aliquid de pomis guſtabat, vir certe ex multa opulentia & abundantia delitiarũ ueniens. Faciebat autẽ in die orationes cẽtum, exceptis vigilijs nocturnis. Scribebat verò, ut de opere manuum ſuarũ ſumeret cibum. Pulchrẽ.n. ſcribebat liberalẽ manum. Intra paucos ergò annos lumen ſcientiæ, & veritatis, & diuinæ ſcientiæ,

dæ, & diſcretionis ſpirituum gratiã a Dominio Chriſto percipere meruit. Quantos autẽ libros, & expoſitiones de diuinis ſcripturis conſcripſit, manifeſtum eſt omnib. & maximè his, qui præclara eius opuſcula admirantes ad fidem Domini Saluatoris relicto errore conuerſi ſunt. Sexto verò anno conuerſionis eius, in quibus nihil coctum in cibo accipiebat, neceſſitate corporis propter infirmitatem ſtomachi coctum cibum accipere compulſus eſt. Panem quidem iam non contigit, olera verò, & ptiſanas, ac legumen vſque ad duos annos accipiens, ita defunctus eſt, communicatus ſacroſancto myſterio in Eccleſia in die epiphaniæ Domini. Referebant autem nobis qui circa eum erant, & obſeruabant eum, quia ante vnum diẽ mortis ſnæ dixit, quia iam tertius annus eſt, ex quo non moleſtor à carnali concupiſcentia. Certè poſt tantã ac talem uitam), & aridam abſtinentiã, & labores, ac dolores, & orationes ſine intermiſſione. Huic in monaſterio degenti nunciata eſt mors patris ſui qui dixit nuncianti ſibi: Ceſſa blaſphemare, meus enim pater immortalis eſt. ibidem.

EXEMPLVM LXXXVII.

Infirmo leproſo Eulogius ſolicitè miniſtrauit.

EVlogius quidam ſcholaſticus erat, & eruditus uir, qui amore diuino compunctus abrenunciauit turbis hominum, omnemque ſubſtantiam ſuam diſtraxit, & erogauit pauperibus. Itaque paucos denarios in vſus proprios reſeruauit, cogitans apud ſemetipſum, quia operari proprijs manibus non valeo, nec in monaſterij congregationem ingredi poſſum. Inuenit ergò quendã in platea iacentem leproſum, qui nec manus habebat, nec pedes, cuius tantummodo lingua vigebat. Stans autem Eulogius prope eum, orauit Domini & poſuit quaſi pactum cum Domino, dicens: Domine in nomine tuo leuabo hunc leproſum in domum meam, & miniſtrabo ei, & fouebo eum vſque ad mortem, vt propter hunc, & ego inueniam miſericordiam tuã. Dona ergò mihi Chriſte Domine patientiam ad huius obſequium, & accedes ad leproſum, dixit ei: Si vis pater, ſuſcipio te in domum meam, & fouebo te. Et ille reſpondens, dixit. Si digneris facere gratias ago. Adduxit ergò aſinum, & leuauit eum & duxit in domum ſuam, & adhibebat ei curam diligenter. Itaque per annos xv. gubernabatur, & accipiebat curam de manibus. Eulogij, & condignè nutriebatur. Poſt xv. autem annos inſidiatur eſt, ei diabolus, & clamare cœpit contra Eulogium, multiſq; iniurijs, & detractionibus afficere virum. Dicebat enim ei. Multa mala cõmiſiſti fugitiue, forſitan. Domini tui alienas pecunias furatus es, & per me vis à peccatis tuis liberari, & clamabat. Iacta me in plateam, vbi ante iacebã, carnes deſiderio manducare. Hoc cum audiſſet Eulogius, obtulit ei carnes in cibum. Iterum ille clamabat. Non acquieſco, ſed, vt dixi, iacta me in plateam, populos volo videre, iacta me vbi me inueniſti. Forſitan ſi manus habuiſſet exuffocare ſe potuit, in tantum eum dæmon agitabat. Ideoque valdè ſollicitus Eulogius perrexit ad monaſteria virorum Dei, & dixit ei. Quid faciam Domini mei patres, quia in deſperationem me adducit leproſus iſte? Proijcere eum timeo quia Deo dextras dedi, & promiſi vſq; ad mortem continere, & fouere eum. Si ergò non proiecero eum, ſed per violentiam tenere voluero, peſſimos dies, & amariſſimas noctes faciet mihi. Ad hæc illi dixerunt ei. Dum adhuc in corpore eſt magnus, ac beatiſſimus famulus Dei Pater Antonius aſcẽde in nauim pariter cum illo reproſo, & vade in monaſterium, vbi monachi eius ſunt, & expecta ibi vſque quo dum egrediatur, de ſpelunca, & veniat ad monaſterium & quicquid dixerit tibi, obſerua, & acquieſce eius ſententiæ. Deus enim per ipſum tibi dicet. Miſit ergò leproſum illum in nauim, illeq; pariter aſcendit, & nauigantes venerunt ad monaſteriũ diſcipulorum beati Antonij. Euenit autem in alia die, vt veniret pater Antonius iam veſpera peracta. Quando autem adueniebat in monaſterium hanc habebat conſuetudinem, vocabat Macharium, & interrogabat eum, dicens. Frater Machari, venerunt aliqui fratres huc? Reſpondebat. Etiã venerunt. Iterum interrogabat. Aegypti ſunt, an Hieroſolimitę? Dederat enim eis ſignum, dicens. Quãdo videretis inquietiores, dicite, quia Aegyptij ſunt, quando autem religio-

fiores eiciat, quia Hieroſolymitę ſunt. Interrogauit autem ſecundum conſuetudinem, ſi ex Aegyptijſunt, an Hieroſolymitæ? Reſpondit Macharius, & dixit, quia mixti ſunt. Quando autem dicebat, quia Aegyptij ſunt, iubebat beatus Antonius, vt pulmentum laricui ę apponerent eis cibum, & quando refeciſſent, faciebat eis orationem, & admonebat eos, quando aũt dicebat, quia Hieroſolymitæ ſunt, ſedebat per totam noctem diſputans cum eis de verbis Dei, quæ ad ſalutem animæ pertinent. In illa ergo veſpera ſedebat, & vocabat omnes fratres. Qui cum audiſſent, ſubitò vocauit: Eulogi, Eulogi, cum tñ nullus indicaſſet nomen eius, tertio etiam vocatus Eulogius, non reſpondit ei, arbitrabatur enim quod alium Eulogium ex monaſterio vocaret. Tunc dicit ei: Tibi dico Eulogi qui ab Alexandria veniſti. Reſpondit Eulogius, & dixit, quid iubes Domine? Interrogauit eum Antonius. Quid huc veniſti? Ait Eulogius. Et quis reuelauit tibi nomen meum, cauſamque manifeſtauit? Dixit ei Antonius. Scio propter quid veniſti, ſed coram omnibus edicito, vt & ipſi audiant. Eulogis dixit, hunc leprolum inueni iacentem in platea, & leuaui eum, & promiſi Deo vt eum fouerem, quatenus, & ſaluus eſſidiar, & ipſe per meum obſequiũ repauſationē habeat. Et quia poſt tot annos recedere vult a me, & nimis exarcebat me, dum feſtinat recedere, & cogitaui projicere eum, ideò ad ſanctitatem tuam veni, vt mihi des conſilium quid agere debeam, & ores pro me. Nimis enim ſollicitus ſum, & tribulor pro iſta cauſa. Tunc auſtero vultu reſpiciēs eum. Antonius dixit. Tu projicis eum, ſed qui fecit eum non projicis eum. Lactas eum tu ſed ſuſcitabit Deus meliorem, & conſolabitur eum. Et ſilens Eulogius pauefactus eſt, ſtemq; beatus Antonius cœpit aſperioribus verbis increpare leproſum illum, & clamans dicebat ei. Leproſe inueterate dierum malorum, indigne cœli, & terræ, non quieſces blaſphemare Deũ. Ignoras quia Chriſtus eſt, qui miniſtrat tibi, quomodo audes aduerſus Chriſtum talia proloqui? Nunquid nõ propter Chriſtum ſeruiptem ſeruum ſe exhibuit Eulogius ad tuum miniſterium. Increpans ergò, & hunc reliquit. Poſt hæc coram omnibus dixit eis, quæ expediebant ſaluti animæ eorum, admonens Eulogium & leproſum, vt non ſepararentur ab alterutro, ſed in cellam veſtram, inquit, pergite. In præſentiarum enim vos viſitat Deus. Tentatio enim hæc euenit, quia vtriq; circa finem eſtis, & coronæ vobis præparantur, ne veniens angelus non inueniat vos in eodem loco, & propoſito & perdaris tã ti ſtemporis mercedem boni operis. His auditis cũ feſtinatione reuerſi ſunt ad propriam cellam. Et poſt xl. dies defunctus eſt Eulogius, & poſt tres dies ſimiliter requieuit leproſus. Poſt aliquos verò dies quidam nomine Cronius de Thebaida deſcendit in monaſterium Alexandriæ, & inuenit quoſdam fratres diē tertium leproſi celebrare, quoſdam aũtē quadrageſimum Eulogij. Agnouit ergò Cronius, & obſtupuit, & accipiens euangelium propoſuit fraternitati, & iurauit referens eis, quomodo omnia quæ euenerunt Eulogio, & leproſo prædixit beatus Antonius. Palladius vita 26.

EXEMPLVM LXXXVIII.

Dæmon animas in cęlum volare volentes in ſpecie gigantis prohibuit.

ETiam hoc referebat nobis Cronius, quia in nocte quadã, dum verbo prolixius nos doceret ſanctus pater Antonius, & hoc inuilit dicens; quia per annum integrum orauit vt reuelare mihi dignaretur per gratiam ſuam Dominus locum iuſtorum, & peccatorum. Et vidi excelſum quendam gigantem vſque ad nubes pertingentem, manus extentas habentem, & ſubter eum ſtagnum velut mare, & ignis flammabat feruebatque velut caldaria, & videbam animas velut in ſpecie auium volantes, & quantæcumque quidem ſuperuolabant manus eius, & caput, ſaluabantur, & vſque ad cœlum perueniebant, quantæ autem vſque ad manus eius perueniſſent non valentes ſuperius volare percutiebat eas manibus ſuis, & allidebat, cadebatque in ſtagnum feruens. Audiui quoque vocem dicentem mihi in has eſſe animas peccatorum, nam illas quæ gigantem illum ſupervolant, ipſas eſſe animas iuſtorum, quas põdus peccati non grauat. & ideò poſſunt ad alũora conſcendere, quæ in paradiſo

Dei

Dei ſaluantur. Aliæ autem ſunt peccatorum, quæ in infernum demerguntur, quia non egerunt pœnitentiam dum in corpore erant, vt indulgentiam peccatorum vel criminum ſuorum a Chriſti Domini pietate mererentur accipere, nunc autem traduntur ad infernorum tenebras, vbi fletus, & ſtridor dentium præ nimietate pœnarum æternarum. ibid. vita 27.

EXEMPLVM LXXXIX.

Luxuriantem filium ſuum Innocentius ab basa dæmonio poſtulauit poſſideri.

BEatus Innocentius presbyter in monti Oliueti fuit: iſte ſimplex ſupra modum erat. Nam in palatio clarus in militia fuit. Veruntamen in initio imperij Conſtantini abrenunciauit ſeculo cum vxore ſua. Hic habebat filium nomine Paulum domeſticum, militantem. Hic inſtinctu diaboli peccauit cũ filia presbyteri. Quod cum audiſſet pater eius Innocentius, orauit Dominum, dicens: Domine Deus amator caſtitatis da ei talem correptionis ſpiritum, vt iam non inueniat tempus peccandi in carne ſua melius exiſtimans vt magis dæmonio vexaretur, quã luxuria. Quod & factum eſt. Nam vſque nunc in monte Oliueti ferro vinctus tenetur, quia vexatur ab immundo ſpiritu crudeliter. ibidem vita 103.

EXEMPLVM XC.

Luxurioſa fœmina lectorem de ſua impregnatione iniuſtè diffamans parere non prævaluit.

PResbyteri cuiuſdam filia in Cæſarea Paleſtinæ cecidit infœliciter de virginitatis propoſito, & ab eo, qui eam corruperat, prænonita eſt, vt lectorem in crimi naretur. Cum autem concepiſſet, & vtero tumente apparuiſſet crimen, cœpit pater eius requirere, & diſcutere eam. Illa autem ſtatim accuſauit lectorem. Hæc audiens pater eius presbyter retulit Epiſcopo, Epiſcopos verò congregauit presbyteros, & iuſſit vocari lectorem. Interrogatus ab epiſcopo lector non confitebatur, quod enim non fecerat quomodo dicere? Indignatus eſt epiſcopus, & cum terrore dicit ei. Non confiteris infœlix, & immunditia plene? Reſpondens lector dixit. Ego quidẽ quod erat verum dixi, quia non habeo cauſam, immunis enim ſum, ſi autem iubes quod non eſt verum audiri, ecce dico quia faci. Hoc autem cum dixiſſet, ſtatim depoſuit eum epiſcopus de gradu lectoris. Ille autem deprecatus eſt epiſcopum, & dixit ei. Qui ergo peccaui, iube eam mihi dari vxorem. Neque enim ego ero ex hoc clericus, neque illa virgo, & tradita eſt in poteſtatem lectoris. Accipiens ergo eam ab epiſcopo, & a patre eius, commendauit eam in monaſterium mulierum, & deprecatus eſt diaconiſſam, quæ erat præpoſita ſororibus monaſterij, vt vſquequo generaret ſufferrent eam. Itaque in pauco tempore impleti ſunt dies partus, & affuit hora iudicij, gemitus, dolores, anxietas, ac infernales tormentorum dolores, ac partus non egrediebatur. Tranſit prima dies, ſecunda, tertia, & ſeptima dies. Mulier præ nimijs doloribus inferno appropinquabat, non comedit, non bibit, nec dormiuit, ſed clamabat, dicens: Heu mihi infœliciſſimæ, periclitor quã maxime, quia incriminata ſunt lectorem. Abeuntes autem dixerunt patri eius. Pater verò timẽs ne reprehenderetur, quaſi qui calumniatus lectorem fuiſſet, tacuit alios duos dies. Puella autem in tormentis poſita nec pariebat, nec moriebatur, in tantum vt clamorem eius non ferentes nunciarent epiſcopo, dicentes. Teſtatur cum ſacramento infœlix illa, clamans dieb. ac noctibus, quia criminata eſt lectorem. Tunc miſit epiſcopus ad eum diaconum, & mandauit ei dicens: Ora, vt liberetur quæ te criminata eſt. Ille autem nec reſpõdit ei, nec oſtium aperuit. Ex qua die autẽ ingreſſus clauſerat ſe, deprecabatur Chriſti Domini miſericordiam. Pergit iterum pater ad epiſcopum, & fit oratio in eccleſia, & nec ſic liberata eſt. Surgens autem epiſcopus fuit ad lectorem, & pulſans oſtium, ingreditur ad eum, & dicit ei: Euſchadi ſurge, ſolue quod ligaſti, & cum inclinaſſet genua lector cum epiſcopo, ſtatim enixa eſt mulier. Præualuit enim deprecatio, & inſtantia orationis ad demonſtrandam calumniam, & arguendam criminatricem: vt ex hoc diſcamus quantum præualet inſtantia orationum de periculis

liberare, & cognoscamus apud Deum eorum potentiam. Palladius vita 141.

EXEMPLVM XCI.

Mundo mortuum se existimans sanctus senex bouem fratris sui de palude extrahere recusabit.

AD beatum Apollinem cum germanus suus intempesta nocte venisset petens, vt de monasterio suo paulisper egressus, ad eleuandum bouem, qui in paludis cœnu cecidisset, ei præberet auxilium, flebiliter quærebatur, quia eum solus non posset eruere. Tum abbas Apollo instanter obsecranti ait. Cui iuniorem fratrem nostrum, quem præteriens vicinioremquam me habuisti, non rogasti. Cumque ille mortem olim sepulti fratris oblitam ex nimia abstinentia ac solitudinis iugitate velut impotem mentis Apollinem existimaret ita respondisse, quemadmodum, inquit, poteram eum de sepulchro, qui ante annos xv. obijt, vocare. Abbas Apollo respondit ei, dicens. Ignorans me quoque ante annos xx. huic mundo fuisse defunctum, nullaque tam posse de huius cellulæ sepulchro, quæ ad præsentis vitæ pertinent statum, cuiquã conferre solatia, quem in tantum Christus ab intentione abrenuncia tionis mundi abreptum, vel modicum ad trahendum bouem tuum non patitur relaxari, vt ne breuissimi quidem momenti inducias sequenti discipulo pro patris indulserit sepultura nu. 33. ad finem 3. libri.

EXEMPLVM XCII.

Iudicium temerarium in alios iactare non debemus.

QVidam senex dixit. Si audieris de aliquo fratre verbum malum, vel quod agat iniqua. Respondedicens. Nunquid ego iudex eius sum? Ipse hodie, ego cras. Opera quidem eius infirma tibi nota sunt, & perscrutaris ea, quare fortia opere eius, & vtilia nescis? Ego iam mortuus sum in peccatis, sufficiunt mihi peccata mea. ibidem num. 36.

EXEMPLVM XCIII.

Luxuria lapsus frater cõtra desperationem seipsum animans, dixit Non peccaui.

FRater quidam abijt haurire aquam de flumine, & inueniens mulierem lauantem vestimenta, peccauit cum ea. Hauriens autem aquam ibat ad cellulam. Insilierunt autem in eum dæmones per cogitationes, & contristabant eum, dicentes: De cætero vbi vadis? non est tibi vlterius salus, vt quid etiam seculum perdis? Intelligens autẽ frater ille, quia volunt eum omnino perdere, erigens se viriliter per confidentiam, dicit cogitationib. suis: Vnde ingressę estis in me cogitationes malæ, & contristatis me, volentes omno perdere? Non peccaui. Et iterũ dico, non peccaui. Et ingressus in cellulam suam, continebat se sicut heri, & nudiustertius. Reuelauit autem Deus in vicino eius seniori, quia frater ille ruens, & in ipso casu subruisset diabolum, & vicisset. Veniens autem ad illum senior, dicit illi, quomodo habes frater? Ille respondit, bene abba. Dicit ei senior, & non es passus tristitiam his diebus? Respondit ei frater, non. Dicit ei senior: Reuelauit Deus, quia ruens subruisti diabolum, & vicisti. Tunc frater retulit omnia illi, quæ sibi aduenissent. Senior autem dixit. Certè frater discretio tua conuiuit virtutem inimici. ibid. nu. 42.

EXEMPLVM XCIV.

Abstinentia grauius se Niceta Episcopus factus macerauit.

REferebant quidam fratres de abbate Niceta, qui fuit discipulus abbatis Siluani, quia quando in cella sua in monte Sina degebat, moderate abstinebat pro necessitate corporis, quando autem Episcopus ordinatus est in Faran, nimis constrinxit seipsum in diutina abstinentia, & in vigilijs propensius, atque in orationibus intensius agebat. Hæc autem videns discipulus eius dixit ei. Quid est domine hoc, quia quando in eremo conuersabamur, non tantum in abstinentia laborabas Respondit ei beatus vir dicens. Considera, frater, quoniã ibi eremus erat, & secreta vita, ac paupertas, nunc autem egressi de eremo cum secu-

lari-

Digitized by Google

laribus conuerſamur hominibus,& multæ ac variæ nobis occaſiones occurrũt,& ideo time o ne in fine vitæ meæ aliqua occaſione Deum offendamus. Si enim ſanctus Apoſtolus Paulus qui Chriſtũ in ſe loquentem habebat, & qui tantas virtutes animi poſſidebat, vt vſque ad tertium cælum adhuc in corpore poſitus aſcenderes, tamen dicebat. Macero corpus meum,& ſeruituti ſubiicio, ne forſitan aliis prædicans, ipſe reprobus inueniar,quid nos humiles,& peccatores oportet facere? ibid. nu. 44.

Ex libris doctrinæ PP.

EXEMPLVM XCV.

Quietem & ſolitudinem ſectantes ultus animarum ſuarum clarius intuentur.

NArrauit quidam quia tres ſtudioſi diligentes ſe facti ſunt monachi, Et unus quidem ex eis elegit litigantes in pacem reducere, iuxta illud, quod dictum eſt. Beati pacifici. Secundus vero uiſitare infirmos. Tertius vero abijt quieſcere in ſolitudine. Primus ergò laborans propter lites hominum non poterat omnes ſanare, Et tædio victus uenit ad eum, qui ſeruiebat infirmis,& inueniebat etiam ipſum animo deficientem, & non perualebit mãdatum perficere. Et concordantes hi duo abierunt videre illum, qui in eremo diſceſſerat,& narrauerunt ei tribulationes ſuas, & rogauerunt eum, vt diceret eis quid ipſe profecerit. Et reticens paululum miſit aquam in ſcyphum,& dicit eis. Attendite in aquam,& erat turbulenta,& poſt modicum rurſum dicit. Attendite modo quo modo limpida facta eſt aqua. Et cum intenderent in aquam, uident tanquam in ſpeculo uultus ſuos. Et tunc dicit eis. Sic eſt qui in medio hominum conſiſtit, obturbam enim non uidet peccata ſua Cum autem quieuerit, & maxime in ſolitudine, tunc delicta ſua conſpiciet. lib de quiete nu. 6.

EXEMPLVM XCVI.

Iudicium Dei uehementer expauit frater qui ad iudicium tractus a propria matre contundiur.

NArrauit quidam ſenex, quod aliquis frater dum conuerti vellet, & prohiberetur a matre ſua, non quieſcebat ab intentione ſua dicens, ſaluare volo animam meam. Illa uero multum reſiſtebat. Cum autem deſiderium eius impedire nõ potuiſſet, poſtea permiſit. Abiens autem factus eſt monachus, & ſub negligentia uitam ſuam expendit. Contigi autem ut mater ſua moraretur,& poſt tempus aliquantum etiam ipſe firmatus eſt infirmitate magna & cum factus fuiſſet in exceſſum mẽtis, raptus ad iudicium, inuenit matrem ſuam cum his qui iudicabantur. Illa autem vt vidit eum, obſtupuit, dicens. Quid hoc eſt fili? & ut in hunc locum condemnatus veniſti? Vbi ſunt ſermones tui, quos loquebaris dicendo, ſaluare uolo animam meã? Confuſus autem in his, quæ audierat ipſa dolore ſtupidus factus eſt, ſtabatque non habens quid matri reſpondere poſt. Iuxta diſpenſationem autem Dei miſericordis poſteaquam hoc uidit, contigit ut repararetur, & euaderet ab inſtanti infirmitate. Et cogitans apud ſe diuinitus factam eſſe huiuſcemodi viſionem, includeus ſe de cætero ſedebat, ,& cogitabat de ſalute ſua, pœnitens,& plorans de his, quæ egerat ſub negligentia prius. Tanta autẽ ei erat intentio, ut multi eum rogarent indulgere ſibi paululum, ne forte læſionem aliquam pateretur de fletu, quẽ ſupra modũ ſubimet indicebat. Ille autẽ nullo modo voluit conſolari dicens. Si improperium matris meæ ſuſtinere non potui, quomodo Chriſti,& Angelorum eius aduerſum me cõfuſionẽ potero in die iudicij ſuſtinere? parte 1. §. 204. & lib. de compunctione nu. 5.

EXEMPLVM XCVII.

Linguam cohibere neſcientes fratres corã Antonio iuſte confunduntur.

FRatres quidam aliquando uolentes ire ad beatum Antonium de loco. Scetę

in.

ingressi sunt nauim, ut irent ad eum, & inuenerunt in ipsa naui senem, qui ad Antonium ire volebat. Ignorabant autem eum fratres, & sedentes in naui loquebantur sermones patrum, & de scripturis, & rursus de operibus manuum suarum. Ille autem senex per omnia tacebat. Cum autem venissent ad portum, agnouerũt & ipsum senem proficisci ad Antonium abbatem. Cũ autem venissent ad eũ, dicit eis abbas Antonius. Bonum comitatum itineris inuenistis senis huius. Dixit autem & senex. Bonos fratres inuenisti tecum abba. Dicit ei senex. Boni sunt quidem, sed habitatio eorũ non habeat ianuam. Quicũque vult intrat in stabulum, & soluit asinum. Hoc autem dicebat, quia quodcunque audiebant in corde ipsorum, hoc loquebantur. lib. de mortificatione propriæ sensualitatis. nu. 1.

EXEMPLVM XCVIII.

Epiphanius Episcopus Cyprius ante somnum semper illis, quibus iratus fuerat, reconciliabatur.

MIsit aliquando Epiphanius Episcopus Cyprius ad abbatem Hilarionem rogans eum, & dicens. Veni ut nos uideamus, antequam de corpore exeamus. Qui cum venisset, gauisi sunt ad inuicem. Manducantibus autem eis allatum est eis de auibus, quidam, quod tenens Episcopus dedit abbati Hilarioni. Et dicit ei senex. Ignosce mihi pater, quia ex quo accepi habitum istum non manducaui qui quã occisum. Et dixit ei Epiphanius Episcopus, Ego autem ex quo accepi habitum istum non dimisi aliquem dormire, qui habebat aliquid aduersum me, nec ego dormiui habens aduersus aliquem. Et dixit ei senex. Ignosce mihi, quia tua conuersatio maior est mea. ibidem nu. 5.

EXEMPLVM XCIX.

Oculos suos senex cautissime custodiuit, qui reuersus ab Alexandria nullius nisi Episcopi faciam dixit se uidisse.

ASCendit aliquando presbyter de Scete ad Episcopum Alexandrinum, & quando reuersus est in Scete interogeuerunt eum fratres, quomodo est ciuitas? Ille autẽ dixit eis. Credite mihi fratres, ego ibi faciem nullius hominis vidi, nisi tantũ Episcopi. Illi autẽ audientes mirati sunt, & dixerunt. Quid putas facta est omnis multitudo. Presbyter verò refouit hæsitantes, dicens. Extorti ab animo meo ne intuerer faciem hominis. Ex qua relatione profecerunt fratres, vt custodiant se ab extollentiam oculorum suorum. ibid. nu. 31.

EXEMPLVM C.

Luxuria grauissime tentatur indiscretus senex, qui fratrem fornicatione tentatum fecit desperare.

FRater quidam erat omnino in conuersatione sollicitus. Et cum valde a fornicationis dæmone turbaretur, uenit ad quendam senem, & retulit ei cogitationes suas. Ille autem audiens, quia inexpertus erat, indignatus est & miserabilem dicebat esse illum fratrem, & indignum monachi habitu quippe qui huiusmodi cogitationes recepisset. Hoc autem audiens frater desperans in seipso, reuersus est propriam cellam, & ad seculum redibat, secundum autem dispositionem Dei occurrit ei abbas Apollo, & uidens eum perturbatum, & nimium tristem, interrogauit eum, dicens, Fili quæ est causa tantæ tristitiæ? Ille autem ex multa confusione animi sui non respondit ei quicquam. Post uero cum multum rogaretur a patre, quæ circa se agerentur confessus est, dicens, quia cogitationes fornicationis inquietant me, quod confessus sum illi seni, & secundum uerbum eius non est mihi spes salutis. Desperans ergo meipsum ad seculum redeo. Hęc pater Apollo audiens uelut sapiens medicus multum rogabat, & monebat eum, dicens. Noli mirari fili, neque desperes in teipso. Ego enim in hac ætate atque conuersatione ualde ab huiusmodi cogitationibus inquietor, ne ergo deficas huiusmodi occasione, quę non tantum humana sollicitudine, quantum Dei miseratione curatur. Tantum hodie dona mihi quod peto & reuertere ad cellam tuam. Fecit autem sic. Abbas autem Apollo discedens ab eo, perrexit ad cellam senis illius, qui ei desperationem fecerat, & stans foris deprecatus est Dominum cum lachrymis, dicens. Domine

mine, qui tentationes vtiliter infers, conuerte bellum, quod patitur frater ille, in hunc senem, vt per experimentum in senectute sua discat, quod tempore longo non didicit, quatenus compatiatur his, qui hu-iusmodi tentationibus perturbantur. Qui cum orationem complesset, vidit æthiopem stantem iuxta cellam, & sagittas mittentem contra illum senem. Quibus quasi perforatus, statim quasi ebrius a vino huc atque illuc ferebatur, & cum non posset tolerare, egressus est de cella, eademque via, qua & ille iuuenis, ad seculum redibat. Abbas autem Apollo intelligés quod factum erat, occurrit ei, & accedens ad eum dixit. Vbi vadis, & quæ est causa turbationis quæ obtinet te? Ille autem sentiens, quia intellexit vir sanctus quæ ei euenerant, præverecundia nihil dicebat. Dixit autem Abbas Apollo. Reuertere ad cellam tuam, & de cætero agnoscere infirmitatem tuam, & habe apud temetipsum, quia aut ignoratus sis à diabolo vsque modo, aut contemptus, propter quod non meruisti secúdum virtutum vires habere contra diabolum luctamenta. Quid autem dico luctamenta, qui nec vno die aggressionem ipsius portare potuisti? Hoc autem tibi contigit, quia iuuenem illum à communi aduersario impugnatum suscipiens, cum debuisses eum contra diaboli certamen consolatorijs monere verbis, etiam desperationem posuisti, non cogitans illud sapientissimum præceptum, quo iubemur eripere eos, qui ducuntur ad mortem, sed neque parabolam Saluatoris nostri dicentis: arundinem quassatam non debere confringi, & linum fumigans non extingui. Nemo enim ferre posset insidias aduersarij, neque bullientis naturæ ignem extinguere, vel retinere, nisi gratia Dei confortaret infirmitatem humanam, quæ in nobis salutari dispensatione humiliatur, ideo communi oratione Dominum deprecemur, vt aduersum te emissum flagellum auertatur, quoniam ipse dolorem facit, & iterum saluti restituit, percutit, & manus eius sanant. Hæc dicens orationem implet, & statim ab illato sibi bello senex ille liberatus est. Quem cõmonuit abbas Apollo, vt peteret sibi dari à Deo linguam eruditam, vt sciret tempus quo oportet loqui sermonem. libro de fornicatione nu. 1.

EXEMPLVM CI.

Luxuriæ tentationem iuuenis frater obbedientia, ieiunio, & labore deuicit.

VEnit aliquando quidem in Scete, vt fieret monachus, qui etiam accepit filium suum nuper ablactatum. Qui cum factus fuisset iuuenis, cæperunt impugnatores dæmones sollicitare eum. Et dixit patri suo. Vado ad seculum, quoniam non valeo carnales concupiscentias sustinere. Pater autem eius consolabatur eum. Dixit ergo illis iuuenis. Iam sustinere non valeo pater, dimitte me redire ad sæculum. Dixit ei pater suus. Audi me fili adhuc semel, & tolle tibi quadringenta panes, & folia palmarum dierum quadraginta, & vade in eremum xl. diebus, & voluntas Domini fiet. Qui obediens patri suo surrexit, & abijt in eremum, & mansit ibi laborans, & faciens plectas seu funiculos de palmis & panem siccum comedens. Et cum ibi dies xx. quieuisset, ecce vidit opus quoddam diabolicũ venire super se, & stetit coram eo velut mulier æthiopissa fœtida, & turpis aspectu, ita vt fœtorem eius sufferre non posset, & abijciebat eam à se. Et illa dicebat ei: Ego sum quæ in cordibus hominum dulcis appareo sed propter obedientiam tuam, & laborem quem sustines, non permisit me Deus seducere te, sed innotui tibi fœtorem meum. Ille autem surrexit, & gratias agens Deo, venit ad patrem suum, & dixit ei: Iam nolo ire ad sæculum pater, vidi enim operationem diaboli, & fœtorem eius. Cognouerat autem pater de hoc ipso, & dicit ei: Si mansisses quadraginta dies, & custodisses vsq; ad finem mandatum meum, maiora haberes videre lib. de fornicatione nu. 8.

EXEMPLVM CII.

Amore illicito labitur, quidam senex, quia fœminæ consortium non vitauit.

SEnex quidam sedebat in longinqua eremo, qui habebat vnam parentem, quæ desiderabat cum post multos annos videre, & exquisiuit in quo loco habitaret. Surrexit: & venit in viam eremi illius, & inueniens camelarios adiunxit se cum illis. & desi-

ingreſſa eſt in eremum ſcum eis. Hæc autẽ habebatur à diabolo. Quæ cum veniſſet ad ianuam ſenis, ſignis cœpit indicare ſeipſam dicens. Ego ſum illa parens tua, & manſit apud eum. Erat autem alius monachus ſedens in inferiori parte eremi, qui implebat ſibi ſuriſcula aqua, & hora qua manducare voluiſſet, ſubito verſabatur ſuriſcula, ſiue vaſculum aquarium, & fundebatur aqua. Qui inſpirante Deo dixit in ſemetipſo. Ingredior in eremũ & dico hoc, quod mihi euenit, de aqua ſenioribus. Et ſurgens abijt. Et cum ſero factum eſſe dormiuit in templo quodam idolorum iuxta viam, & vidit nocte dæmones dicentes: Iſta nocte præcipitauimus illum monachum in fornicationem. Quod cum audiſſet triſtatus eſt, & perueniens ad ſenem, inuenit eum triſtem, & dicit ei. Quid faciam abba, quia impleo mihi vaſculum aqua, & in hora manducandi effunditur. Et dicit ei ſenex; Tu veniſti interrogare me, quia ſuri ſcula tua verſatur, & ego quid faciã, quia hac nocte cecidi in fornicationem. Cui reſpondit: Et ego cognoui. Et dicit ei: Vnde ſcis? Qui dixit. Dormiebam in templo, & audiebam dæmones loquentes de te. Et dixit ſenex. Ecce vado ad ſeculum. Ille autẽ rogabat eum dicens: Non pater, ſed permane in loco iſto, mulierem autem dimitte hinc. Hoc enim ex incurſu inimici cõtigit. Quo audito ſenex ſuſtinuit extendens & aggrauans conuerſationem ſuam cum lachrymis, donec rediret in priorem ordinẽ ſuum lib. de fornicatione nu. 9.

EXEMPLVM CIII.

Pœnitens diaconus in fornicationem lapſus aquam Nili precibus aſcendere impetrauit, & quos peccando ſcandalizauit pœnitentia, & miraculo ædificauit.

FRater quidam interrogauit ſenem dicens: Si contigit hominem in tentationem cadere, quid ſit propter eos de ſcandalizantur in eo. Et narrauit ſenex dicens: Diaconus quidam erat nominatus in monaſterio Aegypti. Dum autem quidam curialis inſecutionem iudicis pateretur, venit cum omni domo ſua ad monaſterium & cooperante iniquo incurrit diaconus ille in mulierem eius, & facta eſt omnibus fratribus confuſio. Ille autem abijt ad quendã ſenem, & indicauit ei rem. Senex uerò habuit cellam interiorem occultam. Quam cum vidiſſet diaconus ille, dixit. Sepeli me hic ſic viuum, & non indices cuiquam. Et intrauit in obſcuritatem illius cellæ, & egit illic pœnitentiam ex veritate. Contigit autem vt poſt aliquantum temporis non aſcenderet aqua in flumine Nili. Et cum omnes litanias facerent, reuelatum eſt cuidam ſanctorum, quia niſi venerit diaconus, qui abſconſus eſt apud illud talem monachum non aſcenderat fluminis aqua. Quod cum audiſſent, admirati ſunt, & venientes eiecerunt eum de loco in quo erat, & orauit, & aſcendit aqua, & qui aliquando ſcandalizati fuerant ædificati ſunt, & poſtea in pœnitentia eius glorificauerunt Deum. lib. de fornicatione nu. 10.

EXEMPLVM CIV.

Pœnitentiam agentes incluſi fratres pro incõtinentia ſua, vnus macer, alter pinguis ex auerſa conſideratione effectus eſt.

DVo fratres impugnati à fornicatione abierunt, & acceperunt vxores. Poſtea verò dixerunt ad inuicem. Quid lucrati ſumus, quia deſeruimus angelicum ordinem, & venimus in immunditiam iſta, & poſt hæc in ignem tormenti vẽturi ſumus? Redeamus ergo iterum in eremum, & agamus de his quæ præſumpſimus, pœnitentiam. Et venientes ad eremum rogauerunt patres, & ſuſceperunt eos pœnitentes, & confitentes ea quæ geſſerant. Et clauſerunt eos annum integrum ſenes, & ambobus æqualiter ad penſum dabant panes, & ad menſuram aquam. Erant autem vultus qualitate conſimiles, & dum completum fuiſſet tempus pœnitentiæ exierunt, & viderunt patres vnum pallidum & triſtem nimis, alium verũ clarum & robuſtum. Et mirari ſunt, quoniam & cibum & potum æqualiter acceperant. Et interrogauerunt eum qui triſtis & afflictus erat, dicentes. Quid exercebas cum cogitationibus tuis in cellula tua. Et ille dixit: pro malis quæ feci, quia pœnas, in quas venturus eram, in animo meo reuoluebam, ideo timore adhæſerunt oſſa mea carni meæ. Interrogauerunt autem & alium dicentes. Quid cogitabas in cella tua? Et ille reſpondit: Deo gra-

gratias referebam, quia ruit me de inquinamentis huius mundi, & de futuri seculi pœnis, & reuocauit me ad hanc conuersationē angelicam, & reminiscēs Dei mei lętabar. Et dixerunt: æqualis est amborum pœnitentia apud Deum, lib. de fornicatione nu. 11.

EXEMPLVM CV.

Amore illicito lapsus inobediēs senex cum puero reuertitur.

SEnex quidam erat in Scichi, qui cum incurriſſet ægritudinem magnam seruiebant ei fratres, & videns senex quia laborarent, dixit. Vado in Aegyptum, vt absoluam fratres istos a laboribus suis. Et dicit ei abbas Moyses. Non vadas, quia in fornicationem incurſurus es. Ille autem contristatus dicebat. Mortuum est corpus meū, & tu mihi istis dicis. Surgens ergo abijt in Aegyptum. Quod cum audiſſent homines ciuitatum habitantes, offerebant ei multa. Venit etiam ad eum quædam virgo fidelis volens obsequium suum seni infirmanti impendere. Et post aliquantulum temporis cum paululum de ægritudine, qua tenebatur, melius habuiſſet, incurris in eam, & illa concepit. Interrogata autem a vicinis loci, vnde concepiſſet? illa respondit. De hoc sene. Illi autem ei non credebant. Senex verò dicebat, ego feci, sed custudite infantem, quem paritura est. Quæ cum genuiſſet puerum, & ablactatus fuiſſet tulit senex infantē in humeros suos, & die qua erat, festiuitatis in Scichi occurrit ibi & intrauit in ecclesiam coram multitudine fratrum. Illi autem videntes eum, fleuerunt, qui dixit fratribus. Videtis infantem hunc, filius est inobedientiæ. Cauete ergo vos fratres, quia in senectute hoc feci & orate pro me. Et pergens ad cellam suā, ad initium primæ conuersationis suę reuersus est. lib. de fornicatione nu. 12.

EXEMPLVM CVI.

Luxuria tentatus fortiſſimè, senex omnes digitos manus exuſſit, & fœminam tantę tentationis cauſam mortuam ſuſcitauit.

SOlitarius quidam erat in inferioribus partibus Aegypti. Hic erat nominatiſſimus, quia solus sedebat in cella in deserto loco. Et ecce iuxta operationem sathanæ mulier quædam inhonestā audiens de eo, dicebat iuuenibus, quid vultis mihi dare, & decipio illum solitarium vestrum? Illi autem constituerunt cerum quid, quod daturi essent ei. Quæ egressa vespere venit in cellam eius velut errans, & cum pulsaſſet cellam eius, egreſſus est ille, & videns illā, turbatus est, dicēs. Quomodo huc veniſti? Illa autē quasi plorans dicebat. Errando huc veni. Qui cum miseratione viscerum mouetur, introduxit eam in atriolum cellulæ suæ, & ipse intrauit interius in cellam, & clauſit. Et ecce infęlix illa clamauit, dicens: Abba ferę comedunt me hic? Illi autem iterum turbatus est, timens etiam iudicium Dei, dicebat. Vnde mihi venit hæc ira? Et aperiens ostium introduxit eam intro. Cępit autem diabolus velut sagittis stimulare cor eius in eam. Qui cum intellexiſſet diaboli esse stimulos, dicebat intra semetipſum. Viæ inimici tenebræ sunt, filiorum autem Dei lux est. Et surgens incendit lucernam, & cum inflammaretur desiderio, dicebat, quoniā qui talia agunt in tormenta vadunt. Proba ergo teipſum ex hoc, si potes ſuſtinere ignem æternum, & mittebat digitum suum in lucernam. Quem cum incendiſſet, ardorem non sentiebat propter nimiam flammā carnalis concupiſcentiæ. Et ita faciens vſq; mane incendit oēs digitos suos. Illa autem infęlix videns quod faciebat, præ timore velut lapidea facta est. Et venientes mane iuuenes, qui eam miserant ad monachum illum, dicebant. Venit huc mulier sero? Ille aūt dixit: Etiam, ecce vbi dormit. Et intrantes inuenerunt eam mortuam, & dicunt: Abba, mortua est. Tunc ille excutiens palliolum suum, quo vtebatur ostendit eis manus suas, dicens, ecce quid fecisti mihi filia ista diaboli, perdidit omnes digitos meos. Et narrans eis quod factum fuerat, dicebat: scriptum est Non reddes malum pro malo. Et faciens orationem, ſuſcitauit eam, quæ conuersa caste egit reſiduum tempus vitæ suæ. ibid. nu. 15.

EXEMPLVM CVII.

Spiritum ſanctum, quæ abnegatione Dei frater fugauerat, pœnitentia mediante recepit.

FRater quidam impugnabatur a fornicatione. Contigit autem vt venirent

in

in vicum quendam Aegypti & videns filiã ſacerdotis paganorum adamauit eam. Et dixit patri eius. Da mihi eam vxorem. Ille autem reſpondens,dixit Non poſſum eam dare tibi niſi interrogaueris Deum meum. Et abiens ad dæmonem,quem colebat, dixit ei. Ecce monachus quidam venit nolés accipere filiam meam,do eam illi? Reſpondens dæmon dixit. Si negat Deum ſuum, & baptiſmum,& propoſitum monachi, da eam illi. Et veniens dixit ei. Nega Deum tuum,& baptiſmum,& propoſitum monachi, & dabo tibi filiam meam. Ille verò conſenſit, & ſtatim vidit velut columbam exire de ore ſuo, & volare in cœlum. Pergens autem ſacerdos ad dæmonem, dixit. Ecce promiſit ſe tria illa facturum. Tunc reſpondens diabolus,dixit ei: Non des ei filiam tuam in vxorem, quia Deus eius non receſſit ab eo,ſed adhuc adiuuabit eum. Et veniens ſacerdos dixit fratri illi. Non poſſum tibi eam dare, quia adhuc Deus tuus adiuuat te,& non receſſit a te.Hæc audiens frater,dixit in ſemetipſo: Si tantam bonitatem oſtendit Deus in me, cum ego infelix negauerim & ipſum,& baptiſmum, & propoſitum monachi, bonus autem Deus etiam cũ tam grande ſcelus commiſi, nunc vſque adiuuat me, cur ego recedam ab eo? Et in ſemetipſum reuerſus, recepit ſobrietatem mentis, & venit in eremum ad magnum quendam ſenem,& narrauit ei rem, quæ fuerat facta.Et reſpondit ei ſenex. Sede mecum in ſpelunca, & ieiuna tres hebdomadas cõtinuas, & ego deprecor Deum pro te.Et laborauit ſenex pro fratre, & deprecatus eſt Dominum,dicens.Obſecro te Domine,da mihi animam hanc,& ſuſcipe pœnitentiam eius.Et exaudiuit orationem eius Deus, & cum impleta fuiſſet prima hebdomada, venit ſenex ad illum fratrem, & interrogauit eum,dicens. Aliquid vidiſti? Et reſpondens frater dixit. Etiam vidi columbam ſurſum in altitudine cœli contra caput meum volantem. Et reſpondens ſenex dixit ei: Attende tibi metipſi, & deprecare Deum intente.Secundo verò venit iterum ſenex ad fratrem, & interrogauit eum dicens, vidiſti aliquid? Et reſpondit, vidi columbam venientem iuxta caput meum.Et præcepit ei ſenex dicens.Sobrius eſto mente,& ora Et completa tertia hebdomada venit iterum ſenex, & interrogauit eum ſenex dicens, aliquid ne plus vidiſti? Et reſpondens ille dixit. Vidi columbam,quæ venit, & ſteuit ſupra caput meũ, & extedi manum meam, vt tenerem eam, illa autem ſurgens intrauit in os meum.Et gratias agens Deo ſenex,dixit fratri: Ecce ſuſcepit Deus pœnitentiam tuam de cætero attende tibimetipſi,& eſto ſollicitus. Et reſpondens frater dixit. Ecce amodo te cũ ero donec moriar.ibidem nu.16.

EXEMPLVM CVIII.

Tentationibus monachum ad lapſum impellens dęmon a principe ſuo multo honore,& laude præ cæteris afficitur & magnifice coronatur.

DIcebat quidam de Thebeis ſenibus, quod ipſe eſſet filius ſacerdotis idolorum,& narrabat, cum paruulus ſederem in templo, & vidiſſem patrem meum frequenter ingredi,& ſacrificia offerre idolo, ſemel occultè poſt ipſum intraui, & vidi ſathanam ſedentem, & omnem militiam eius aſtantem ei, & ecce vnus de principibus eius veniens adorauit eum. Cui diabolus dixit.Vnde venis tu? Et ille reſpondit;In illa prouincia eram, & ſuſcitaui illic bella, & pertu bationes plurimas, & effuſiones ſanguinis faciens, & veni nuntiare tibi.Et diabolus interrogauit. In quantum temporis hoc feciſti? Et ille reſpondit. In triginta diebus. Et diabolus iuſſit eum flagellari,dicens. Tanto tempore hoc ſolum feciſti?Et ecce alius veniens adorauit eum, & ipſe dixit: Vnde venis tu? Et reſpondit dæmon.In mari eram,& ſuſcitaui commotiones, & diuerſi naues,& multos homines occidens, veni nunciare tibi. Et dixit ei diabolus. Quanto tempore hoc feciſti. Et ille reſpondit.Sunt dies vigintu.Et hunc ſimiliter iuſſit flagellari dicens. Quare in tantis diebus hoc ſolum feciſti? Et tertius veniens adorabat eum Dixit autẽ & huic. Et tu unde uenis? Et reſpondit.In illa ciuitate fui,& dum tibi fierent nuptiæ excitaui lites, & multas effuſiones ſanguinis feci, inſuper & ipſum ſponſum occidi, & ueni nunciare tibi. Et dixit ei. In quantis diebus hoc feciſti? Et reſpondit,decem. Iuſſit autem & hunc,qui moras fecerat, flagella-

rit.

Digitized by Google

rit. Venit autem & alter odorare eum, & dixit ei. Vnde venis? Et respõdit. In eremo eram, & ecce xl. anni sunt, quod impugno monachum quendã, & vix nocte vna prævalui, vt facerem eum fornicari. Quod diabolus audiens surrexit, & osculatus est eũ & tollens coronam, quam ipse habebat, posuit in capite eius, & fecit eũ sibi in vna sede considere, dicens. Magnam rem & fortem egisti. Et hoc ego cum vidissem, vel audissem, dixi intra memetipsum. Valde magnus est odo monachorum. Et ita placuit Deo salutem donare mihi, & egressus sum, & factus sum monachus. ibidem numero 17.

EXEMPLVM CIX.

Luxuria lapsus senex quidam, pœnitentia miraculosum lumen in die Paschæ promeruit.

MOnachus quidam solitarius antiquus, & in conuersatione proficiens, sedebat in monte in partibus Antinoi, cuius verbis & actu multi proficiebãt. Et cum talis esset, excitatus est diabolus ad inuidiã contra eum, sicut & contra omnes viros virtutum. Et immisit in animam eius cogitationem talem, vt ei, qui in tali conuersatione esset, non deberet seruiri ab alio, aut ministerium exhiberi, sed magis debere ipsum alijs ministrare. Quod si alijs non exhiberet ministerium, saltem sibi ipsi seruiret, dicens. Vẽde ergo in ciuitate sportellas quas facis, & eme tibi quæ opus sunt, & reuertere ad locum tuũ, & nulli sis onerosus. Hoc autem suggerebat antiquus hostis diabolus inuidens quieti eius, & opportunæ vacationi eius ad Deum, & vtilitati multorum, vndique enim diabolus venari eũ & capere festinabat. Ille vero tanquam bonæ cogitationi adquiescens, descedit de monasterio suo, & qui erat omnibus admirandi, ignarus tamen huiusmodi insidiantis astutiæ, notus autẽ, & famosus omnib. à quibus videbatur, exiẽs cum non post longum tempus mulierem uidisset, pro incautela sua supplantatus est, & incurrit in eam. Et veniens in desertum locum, sequente diabolo vestigia eius, iuxta flumen cecidit. Et cogitans quia gauisus est inimicus de ruina eius, voluit in seipso desperare, quia spiritum Domini contristauit, & sanctos angelos, & venerabiles patres, quorum multi etiam in ciuitatibus habitantes superauerunt diabolum. Et cum nulli horum se facere similem posset contristabatur valde, & non recordabatur quia Deus est qui tribuit virtutem his, qui ad eum deuotissime conuertuntur. Et cæcatus, & non videns peccati sui curam, voluit se in flumen iactare, vt perfectum gaudiũ faceret inimico. Ex multo enim animi dolore infirmatus est corpore, & nisi postea misericors Dei auxilium præstitisset ei, ad perfectum gaudium inimici fine pœnitentia moreretur. Nouissime autem in se reuersus, cogitaui maiorem laborẽ in afflictione pœnitentiæ demonstrare, & supplicare Deo in fletu & planctu. Et ita redijt ad monasterium suum Et damnãs ostium cellæ suæ, sicut solet super mortuũ, ita flebat supplicans Deo. Ieiunans autem & vigilans cum omni anxietate extenuauit corpus suum, & nec sic satisfactum putabat animo suo, quod congruè pœnituisset. Fratribus autem sæpe venientibus ad eum vtilitatis causa, & pulsantibus ostium, ipse dicebat, non se aperire posse, dicens. Sacramento me constrinxi vnum annum deuotè pœnitentiam agere, sed orate pro me. Nec enim inueniebat quõ se eis excusaret, quoniam illi scandalizabantur. Hæc audiẽtes de eo, quia erat apud illos honorabilis & magnus valde monachus. Fecitque totum annum ieiunans intente, & deuote pœnitentiam agens. Die autem Paschæ nocte ipsa Dominicæ Resurrectionis tollens lucernam nouam, & reficiens eam posuit in cacabo nouo, & cooperiens operculo à sero surrexit ad orationem dicẽs. Misericors & miserator Deus, qui & barbaros saluari eis, & ad veritatis agnitionem venire, ad te confugi, fidelium saluator miserere mei, quia plurimum te exacerbaui, & inimicũ meum gaudere feci, & ecce mortuus sum obediens ei. Tu Dñe & impijs, & his qui sunt sine misericordia misereris, sed & proximis misericordiã impendi præcipis, miserere humiliati meæ. Apud te enim nihil impossibile est, quoniam fœcus infernũ dissipata est sicut pulvis anima mea. Fac misericordiam, quia benignus es, & misericors figmento tuo, qui & corpora quę non sunt in die resurrectionis suscitaturus es,

Exaudi

Exaudi me Domine, quia defecit ſpiritus meus, & infœlix anima mea, tabefactum eſt & corpus meum, quod coinquinaui, & iam viuere non valeo pro eo quod non credidi. Ignoſce peccatori per pœnitentiam duplex habenti peccatum ex deſperatione uiuifica me contritum, & igne tuo præcipe hanc lucernam accendi, vt & ego accipiens fiduciam miſericordiæ, & indulgentiæ tuæ, reſiduo tempore vitæ meæ, quod mihi donaueris, mandata tua cuſtodiam, & à timore tuo non recedam, ſed deuote ſeruiam tibi amplius quam primo. Et hæc in nocte ipſa reſurrectionis cum multis lachrymis dicens, ſurrexit vt videret ſi accenſa eſſet lucerna. Et detecto cacabo vidit quia non eſſet accenſa, & cecidit iterum in faciem ſuam, rogans Dominum, & dicens. Scio Domine quia certamen factum eſt, vt coronarer, & non ſteti, in pedibus, magis eligens propter carnis delectationem tormentis impiorum adijci: parce ergo mihi Domine. Ecce enim iterum confitebor tuæ bonitati turpitudinem meam coram angelis tuis, & coram iuſtis omnibus, & niſi quia ſcandalizari poſſunt, etiam omnibus hominibus confiterer. Deus miſerere mei, & vt alios erudiam Domine viuifica me. Et ita tribus vicibus orans exauditus eſt, & ſurgens inuenit lucernam clare ardentem. Et exultans in ſpe, confortatus eſt in gaudio cordis, admirabaturque de gratia Dei quia & peccatis eius indulſit, & ſatisfecit iuxta petitionem eius, & animum ipſius, & dicebat: Gratias tibi ago Domine, quia etiam vitæ ſeculi huius indigno miſertus es, in magno, & nouo ſigno hoc fiduciam tribuens. Parcis enim & miſereris animabus, quas creaſti. Ita autem perſeuerante eo in confeſſione illuxit dies, & lætabatur in Domino oblitus corporalis cibi. Ignem autem lucernæ illius toto tempore vitæ ſuæ ſeruauit, oleum ſubinde ſuperfundens, & faciens deluper quo minus extingueretur. Et ita rurſus diuinus ſpiritus habitauit in eo, & factus eſt apud omnes inſignis humilitatem exhibens in confeſſione, & gratiarum actione Domino cum lætitia, cui etiam ante aliquot dies mortis ſuæ reuelatum eſt de tranſitu ſuo. eodē lib. de fornicatione nu. 20.

EXEMPLVM CX.

Tentatio luxuriæ plus diuino auxilio, quā noſtro labore vincitur.

Dicebant de quodam patre, quia ſecularis fuiſſet, & poſteaquā conuerſus eſt de concupiſcentia vxoris ſuæ frequenter ſtimulatus eſt, & narrabat hoc patribus. Qui cum vidiſſent quod operarius fuiſſet, & maius faceret opus, quam ei dicebant, imponebant ei tam multa, vt debilitaretur corpus eius, ita vt nec ſurgere poſſit. Deo autem diſpenſante venit quidam pater, vt applicaret in Scichi. Et cum veniſſet ad cellam eius, vidit eam apertam, & pertranſiuit admirans quomodo nemo egreſſus eſſet in occurſum eius. Et reuerſus pulſauit. dicens. Ne forte frater, qui in ea habitat, infirmetur. Et cum pulſaret, intrauit, & inuenit eum infirmum, & dicit ei: Quid habes, pater? Et narrauit ei dicens. Ego de ſeculari vita ſum, & ſolicitat me modo inimicus in vxorem meam, & narraui patribus, & impoſuerunt mihi conuerſationis onera diuerſa, & cum obedienter implere vellem ecce defeci, & tamen ſtimulus creſcit. Audiens hoc ſenex contriſtatus eſt, & dixit ei: Equidem patres vt potētes viri bene impoſuerunt tibi onera quibus graueris, ſed ſi me paruulū audis iacta a te, hæc & ſumme parum cibi in tempore ſuo, & recollige vires tuas, & fac aliquantum opus Dei, & iacta in Dominum cogitationem tuam, quoniam tuo labore hanc rem non poteris ſuperare, corpus enim noſtrum velut vetti menta eſt. Si igitur illud diligenter tractaueris, ſtabit, ſi autem neglexeris, illud putreſcit. Qui eum audiſſet eum, fecit ita, & intra paucos dies receſſit ab eo ſtimulus. ibid. nu. 27.

EXEMPLVM CXI.

Sollicitudinem ſuam proijcientes in Dominum pecunias recipere recuſarunt.

Venerunt aliquādo quidam Græcorū, ut darent eleemoſynam in ciuitatem Oſtracem oſtiatim, & aſſumpſerunt œconomos Eccleſiæ, vt oſtenderent eis qui neceſſitatem maiorem haberēt. Illi autem duxerunt eos ad quendam leproſum, & dederunt. Illi verò nolebat accipere, dicens

cens. Ecce modicas palmas habeo quas opere, & plectas facio, & ex eis manduco panem. Et iterum duxerunt eos ad cellam vnius viduæ, quæ erat cum filiab. ſuis. Et cum pulſaret oſtium, cucurrit filia eius ad oſtium nuda. Mater autem eius abierat ad quoddam opus, erat enim candidatrix. Et dabant filiæ eius veſtimentum, & nummos. Illa autem volebat accipere dicens, veniſſe matrem ſuam, & dixiſſe ſibi. Confide quia voluit Deus, & inueni opus quod faciam hodie vnde habeamus victum noſtrum Et cum veniſſet mater eius, rogabat eam, vt accipere, & noluit, dicens. Ego habeo procuratorem meum Deum, & vos vultis eum tollere a me hodie. Illi autem cognoſcentes fidem eius glorificauerunt Deum lib. de paupertate nu. 4.

EXEMPLVM CXII.

Auarus pecuniam colligens in lagena, quã pauperibus dare conſueuerat, puniendo ter crure corrigitur.

NArrauerunt ſenes de quodam hortulano, qui laboraret, & omnem laborem ſuum expenderet in eleemoſynam, & tantum ſibi retineret, quantum ad victum ſibi ſufficeret. Poſtea verò ſathanas miſit in cor eius, dicens. Colliget tibi aliquantam pecuniam, ne cum ſenueris, aut egretaueris, opus habeas ad expenſas, & collegit, & impleuit lagenam de numis. Contigit autem eum infirmari, & putrefieri pedẽ eius, & expendit im medicos quod collectum fuerat, & nihil ei prodeſſe potuit. Poſtea verò venit quidam de expertis medicis, & dixit ei. Niſi incideris pedem tuum, totum corpus tuum putrefiet. Et conſtituerunt vt incideremt ei pedem. Illa autem nocte rediens in ſemetipſum, & pœnitẽciam agens de his, quę geſſit, ingemuit, & flauit, dicens. Memor eſto operum meorum priorum Domine, quę faciebam cum labore in horto, ex quo pauperibus miniſtrabam. Et cum hoc dixiſſet, aſtitit angelus Domini, & dixit ei. Vbi ſunt nunc, quos collegiſti? & vbi eſt ſpes tua, de qua tractaſti. Tunc intelligens dixit; Peccaui Domine, ignoſce mihi, & amodo hoc vulterius non faciam. Tunc angelus Domini tetigit pedem eius, & ſanatus eſt ſtatim, & ſurgens mane abijt in agrum operari. Venit ergo medicus ſecundum conſtitutum tempus cum ferramentis, vt ſecaret pedem eius, & dicunt ei. Exijt mane operari in agrum. Tunc admiratus medicus peruenit in agrum, vbi operabatur ille, & videns eum fodientem terram, glorificauit Deum, qui reddidit ei ſanitatem. ibid. nu. 7.

EXEMPLVM CXIII.

Angelus Domini Antonium docuit manibus laborare.

SAnctus Abbas Antonius cum ſederet aliquando in eremo, animus eius tædiũ, & confuſionem cogitationum incurrit, & dicebat ad Dominum, Domine volo ſaluus fieri, & non me permittunt cogitationes meæ, quid faciam in hac tribulatione? quomodo ſaluus ero? & modicè aſſurgens cœpit foras ire, & vidit quendam tãquam ſeipſum ſedentem, necnon, & operantem, deinde ſurgentem ab opere, & operantem, & iterum ſedentem, & plectam de palmis facientem, inde rurſus ad orationem ſurgentem. Erat autem angelus Domini miſſus ad correptionem & cautelam dandam Antonio, & audiuit vocem angeli dicẽtis. Sic fac, & ſaluus eris Ille autem hoc audito magnum gaudium ſumpſit, atque fiduciam. lib. de patient, & fortitud. nu. 1.

EXEMPLVM CXIV.

Perſequentes abbatem Miletum, cum ſuis diſcipulis, mutuis vulneribus ſequenti die corruerunt.

NArrabant de abbate Milito, quia cum habitaret aliquando cum duobus diſcipulis ſuis in finibus Perſarum, exierunt duo filij Imperatoris ſecundum conſuetudinem ad venationem, & miſerunt retia in longum per millia quadraginta, vt quodcunque intra retia inueniretur, tentum occiderent. Inuentus eſt autem ſenex cum duobus diſcipulis ſuis intra rete. Et cum vidiſſent eum piloſum, & terribilem aſpectu, admirati ſunt, & dixerunt ei. Homo es, an ſpiritus aliquis, dic nobis? Et dixit eis: Homo ſum peccator, & exiui flere

peccata mea, & adoro Iesum Christum filium Dei viui. Illi autem dixerunt ei. Non est alius Deus, nisi sol, & ignis, & aqua, ipsos adora, & sacrifica eis. Et ille respondit; Ista creaturæ sunt, & erratis, sed obsecro vos, cõuertimini, & agnoscite verum Deũ, qui & ista creauit, & cætera omnia. Illi autem dentes dixerunt. Condemnatum & crucifixum dicis esse verum Deum. Et respondit. Etiam ipsum, qui crucifixit peccatum, & qui occidit mortem, hunc dico verum Deum esse. Illi autem tam ipsi, quã fratribus, qui cum eo exierant, inferentes tormenta, cogebãt eos sacrificare. Et duos quidem fratres post plurima tormenta decapitauerũt, senem autem diebus multis torquebant. Postea verò statuerunt eum in quendam locum, & sagittabant in eũ quasi ad signum, vnus a dorso, alius à pectore. Senex autem dixit eis. Quoniam facti estis in consensum vnum, vt effundatis sanguinem innocentem, crastino in momẽto hac hora, quæ modo est, sine filijs remanebit mater vestra, & priuabitur affectu vestro; & sagittis proprijs sanguinem vestrum in vicem effundetis. Illi autem subsannantes verba eius exierunt in crastino vt venarentur, & contigit vt euaderet de rete eorum vnus ceruus, & ascenderunt equos, & currebant vt comprehẽderent eum. Qui cum iacta essent sagittas post ipsum, inuicem sibi in cor dederũt, & mortui sunt iuxta verbum, quod prædixerat senex ibid. nu. 3.

EXEMPLVM CXV.

Angelus vestigia fatigati senis numerauit.

SEnex quidam sedebat in eremo, qui longè habebat aquam a' cella sua xij. milliaria, vbi dum semel iret haurire aquam defecit, & dixit: Quid necesse est vt hunc laborem patiar, veniò, & habitabo circa aquam hanc. Et cum hoc dixisset cõuersus est, & uidit quendam sequentem se, & numerantem uestigia sua. Interrogauit autẽ eum, dicens. Quis es tu? Et dixit: Angelus Domini sum, & missus sum numerare uestigia tua, & dare tibi mercedem. Quod cum audisset senex, forti animo factus est promptior, & adhuc longius posuit cellã suam ab illa aqua quinque milliaria. ibi. de patientia, & fortitud. nu. 5.

EXEMPLVM CXVI.

Iracundi fratris furiculam dæmon tribus uicibus subuertit.

FRater quidam erat in congregatione inquietatus, & frequenter mouebat ad iram. Dixit ergò in semetipso. Vado, & solus habito alicubi, & cum non habuero cum quo dicam, uel audiam, ero quietus, & quiescet à me passio iræ. Egrediens ergò manebat in spelunca solus. Vna autem die implenit sibi furiculam seu uas aquarium aqua, & posuit super terram. Cõtigit autem vt subito uerteretur, ille autem secundò, & tertiò impleuit eam, & rursus uersata est, qui commotus furore, tenuit uasculum ipsum, & fregit illud. In se autẽ reuersus, cognouit quia ab eodem dæmone iracundiæ sit illusus, & dixit. Ecce illusus sum, & uicit me. Reuertat ergò in cõgregationem, quia ubique, & patientia opus est, & maximè adiutorio Dei, & surgens reuersus est in locum suum, de patientia num. 6.

EXEMPLVM CXVII.

Somnolẽtię suę resistẽs frater obediẽs una nocte septẽ coronas promeruit in cęlo.

SEnex quidam erat in Thebaida sedens in spelunca, & habuit quẽdam discipulum probatum. Consuetudo autem erat, vt senex uespere doceret discipulum, & commoneret eum quæ essent animæ profutura. Post admonitionem faciebat orationem, & dimittebat eum dormire. Contigit autem laicos quosdã religiosos scientes multam abstinentiam senis uenire ad eum, & cum consolatus fuisset eos, discesserunt. Et postquam discesserunt, sedit iterum senex uespere post missas, secundum consuetudinem admonens illum fratrem, & instruens eum, & cum loqueretur grauatus est somno. Frater autem sustinebat donec excitaretur senex, & faceret ei secundum consuetudinem orationem. Cum ergo non euigilante sene diu sederet, discipulus illius compulsus est cogitationem suarum molestia, ut recederet, & dormiret. Qui extorquens sibi, restitit cogitationi, & resedit. Iterum autem compellebatur somno, & non abijt. Similiter factũ

est

eſtuſque ſepties, & reſtitit ſempre animo ſuo. Poſt hoc iam media nocte tranſacta euigilauit ſenex, & inuenit eum aſſidentē ſibi, & dixit ei Vſque modo non diſceſiſti? Et illo reſpondit. Non, quia non dimiteras me, pater. Et ſenex dixit. Et quare me nō excitaſti? Et reſpondit. Non preſumpti pulſare, ne te contribulam. Sui gentes autē cœperunt facere matutinas, & poſt matutinarum finē dimiſit ſenex diſcipulū. Qui cum ſederet ſolus, factus eſt in exceſſu mētis, & ecce quidam oſtendebat ei locū glorioſum, & ſedem in eo, & ſuper ſedem ſeptem coronas. Interrogabat autem illum, qui ei hoc oſtendebat, dicens, Cuius ſunt hæc? Et ille dicebat. Diſcipuli tui, & locum quidem, ſedem per conuerſationē ſua donauit et Deus, has autem, ſeptem coronis nocte iſta promeruit. Hæc audiens ſenex miratus eſt, & ipſe factus uocauit diſcipulum, & dixit ei Dic mihi, quid feciſti nocte iſta? At ille Ignoſce mihi pater, quia nihil feci. Senex autem exiſtimans, quia humiliando ſe non confiteretur dixit ei. Crede, non quieſco niſi dixeris mihi quid feciſti, uel qui cogitaſti nocte hac. Frater aūt nihil ſibi conſcius quid egiſſet, non inueniebat quid diceret. Dicebat autem ſeni, Ignoſce mihi pater, quia nihil feci, niſi tantum hoc, quod compulſus motu cogitationum mearum, vt diſcederem, & dormirē, ſepties, ſed quia a te dimiſſus ſecundū conſuetudinem non fueram, non receſſi. Audiens autem hoc ſenex ſtatim intellexit, quia quoties quis reſiſtit cogitationi ſuæ, toties coronatur a Deo. Et fratri quidem huic nihil horum dixit cauſa utilitatis ſuæ, ſed alijs narrauit hoc ſpiritualibus fratribus, ut diſcamus quia & pro paruis cogitationib. nobis Deus coronis tribuit. Bonū eſt ergo, vt extorqueat ſibiipſi homo in omni re propter Deum. Et enim ſcriptum eſt; Regnum cælorum uim patitur, & uiolenti diripiunt illud.

Lib. de patent & fortitud. nu. 9.

EXEMPLVM CXIX.

Angelus infirmo fratri ſeptem dies deuotiſſime miniſtrauit.

AEgrotauit aliquando ſenex, quidam, qui ſolitarius habitabat, & quia non habuit qui ei ſeruiret, ſurgebat, & quodcunque inueniſſet in cella ſua manducabat. Et dum per aliquot dies illa faceret, nemo veniebat ad viſitationem. eius. Tranſactis autem triginta diebus, & nullo ueniente ad eum, miſit Dominus angelum ſuum, qui miniſtraret ei, Et cū ſic fieret per ſeptem dies, recordari ſunt fratres, & dixerunt ad inuicem; Eamus & videamus ne forte infirmetur ille ſenex. Cum autem uenissent, & pulſaſſent, diſceſſit angelus ab eo. Senex autem de intro clamabat; Diſcedite hinc fratres. Illi vero leuantes a cardine oſtium, intrauerunt, & interrogauerunt eum, quare clamauerit. Et ille dixit. Quia triginta dies habui laborans in infirmitate mea, & nemo me uiſitauit. Ecce iam ſeptem dies ſunt, ex quo Dominus angelum ſuum miſit miniſtrare mihi. Qui cū uenisſetis, receſſit a me. Et hæc dicens dormiuit in pace. Patres autē valde mirati ſunt, & glorificauerunt Deum, dicentes, quia non derelinquit Dominus ſperantes in ſe.

ibidem nu. 10.

EXEMPLVM CXX.

Patienter ferens furtum codicis ſui fratrem furantem conuertit.

DIcebant de abbate Anaſtaſio, quia habuerit codicem in membranis ualentem ſolido, decem & octo. Continebat autem uetus, & nouum teſtamentum. Et poſitus erat codex ille in eccleſia, ut quicunque uellet de fratribus legeret. Superueniens autem quidam frater peregrinus, applicuit ad ſenem. Et vt vidit codicem illum, cōcupiuit eum, & furatus eſt eum, & exiuit, atq. diceſſit. Senex autem non eſt ſecutus poſt ipſum, ut comprehenderet eum, ut pote qui intellexerat quod feciſſet. Ille autem pergens in ciuitatem quærebat cui venderet eum, Et cum inuenisset qui uolebat eum comparare, cœpit ſedecim ſolidos precium ipſius poſtulare. Ille uero uolens eum comparare, dixit ei, Da mihi primò ut oſtendam eum, & ſic tibi precium dabo. Dedit ergo illi codicem ad oſtendendum. Quem accipiens ille, qui emere cupiebat, attulit eum ad abbatem Anaſtaſium, ut probaret ſi bonus eſſet codex, aut ſi tātum ualeret. Dixerat enim ei & quantitatem, quam uēditor poſtulabat, & dixit ei ſenex, Eme eum, quia bonus eſt

tollet, & auferet pretium, quod dixit mihi. Ille autem pœnitens dixit venditori aliter non facturum se amplius, dicens. Ecce oſtendi tibi abbatem Anaſtaſium, & dixit mihi quia mercenarius eſt, & non auferet quantum dixiſti. Illo autem hoc audiente, dixit ei. Nihil aliud dixit tibi ſenex? & reſpondit mihi. Tunc dixit ei. Iam nolo vendere eum. Compunctus ergo venit ad ſenem, pœnitentiam agens. & rogabat eum ut reciperet ſuum collibertum, ſenex autem nolebat accipere eum. Tunc dixit ei frater, quia ſi non recipis eum, non poſſum ſecurus eſſe. Cui ſenex. Si non poteſ ſecurus eſſe niſi recipiam eum, ecce recipio illum. Et remanſit frater ille apud eum uſque ad exitum ſuum, proficiens de ſenis patientia. ibidem nu. 11.

EXEMPLVM CXX.

Furantibus res ſuas ſenex etiam oblitum ſacculum eiulauit, & ita latrones converſi.

VEnerunt aliquando latrones in monaſterium cuiuſdam ſenis, & dixerunt ad eum. Omnia, quæ in cella tua ſunt tollere volumus. Et ille dixit, quantum vobis videtur filij tollite. Tulerunt ergo quod cunque inuenerant in cella, & obierunt. Oblitus fuit autem ibi ſacellum, qui erat abſconſus in cella. Senex uero tollens eum, ſecurus eſt eos clamans, & dicens. Filij, tollite, quod oblitus eſtis in cella. Illi uero admirantes patientiam ſenis, reuocauerunt, & reſtituerunt omnia in cellam ipſius, & pœnitentiã egerunt omnes ad inuicem, dicentes. Hic vere homo Dei eſt. ibid. nu. 19.

EXEMPLVM CXXI.

Angeli animam patientis fratris, qui ab ebrioſo ſe ne non rece ſit in cœlum deduxerunt.

DIcebat quidam ſenum, quod audierint ab aliquibus viris ſanctis iuuenes eſſe, qui ducatum præbeant ſenibus in hac vita. Et narrauerunt dicentes, quia erat quidam ſenex ebrioſus, & operabatur unam mattam in die, & uendebat eam in vicino vico, & bibebat quod accipiebat de pretio eius. Poſtea uero venit ad eum alius frater, & manebat cum ipſo, qui tamen operabatur & ipſe mattam unã. Videbat autem eam ſenex, & uidebat, ambas uſque mattarum pretium expendebat in uino, illi autem aſſerebat tantum panẽ ſolũ. Et cum triennio iugiter feciſſet, nihil locutus eſt frater ille. Poſt hoc vero dixit frater ille in ſemetipſo. Ecce nudus ſum, & panem cum egeſtate comedo, ſurgam ergo, diſcedam hinc. Iterum autem cogitauit in ſemetipſo, dicens. Vbi habeo ire, ſedeo ego hic propter Deum in hac vita communi. Et ſtatim apparuit ei angelus Domini dicens. Noli diſcedere, manentem enim eras ad te. Et rogauit frater ſenem illum ipſa die, dicens. Non diſcedas hinc alicubi, quia uenient hodie mei tollere me. Cum ergo facta eſſet hora, qua ſolebat ſenex deſcendere ad vicum, dixit fratri. Non veniunt hodie filij, iam enim tarde eſt. Et ille dixit ei modis omnibus, quia veniunt. Et cum ei loqueretur dormiuit in pace. Senex autem flebat dicens. Heu me fili, quia multis annis ſub negligentia uiuo, tu autẽ in paruo tempore ſaluam feciſti per pœnitentiam animam tuam. Et ex illo die factus eſt ſenex ſobrius & probatus. ibi. nu. 23.

EXEMPLVM CXXII.

Furantis manus ſenex moriens exoſculatur, dicens, gratias ago manibus iſtis, qui propter eas uado ad regno cęlorũ.

DIcebant de quodam fratre, qui ſenicuidam vicinus erat, quia ingrediebatur, & rapiebat quicquid ſenex habebat in cella ſua, & nõ obiurgabat eum, ſed extorquebat ſibi plus ſolito manibus operari, dicens. Credo opus habeo frater iſto, & exigebat a ſe maiorem ſolito laborem, & aſtringebat uentrem ſuum, ut cum indigẽtia comederet panem. Cum autem mori cœpiſſet ſenex ille, circumſteterunt omnes fratres, & reſpiciens in eum, qui furabatur, dicit ei. Iunge te huc ad me, & tenuit eum, & oſculatus eſt manus eius dicens. Gratias ago manibus iſtis, fratres, quia propter ipſas uado ad regnũ cęlorũ. Ille autem compunctus, & pœnitentiam agens factus eſt etiam ipſe probatus monachus, exemplum ſumens de actibus antiqui illius ſenis. ibi. nu. 24.

EXEM-

EXEMPLVM CXXIII.

De patientia cuiusdam pauperis.

NArrauit quidam fratrum dicēs, quia cum esset in Oxirintho, venerunt ibi pauperes in vespere sabbathi, vt acciperet agapem. Et dormientibus eis erat ibi quidam habens tantummodo mattam, cuius medietatem sibi subtermittebat medietate verò cooperiebatur, erat enim ibi validum frigus, & cum exissem ad vrinam audiui vnum murmurantem, & gementem de frigore, & consolabatur semetipsum dicens. Gratias tibi ago Domine, quanti sunt modo diuites in custodia, qui etiam in ferro sedent, aut pedes habent in ligno constrictos, qui neque vrinam suam libere faciunt, ego autem velut Imperator sum extendens pedes meos, & vbi volo ambulo. Hæc illo dicente ego stabam audiens verba eius. Ingrediens autem narraui fratribus, & audientes multum ædificati sunt, ibidem nu. 25.

EXEMPLVM CXXIIII.

Pertinax ad consilia seniorum iuuenis ab aquila ducitur, sed postmodum à dæmone miser seducitur.

QVidam secularis erat adolescens habens patrem, & desiderabat fieri monachus, & dum multum supplicaret patri suo, vt dimitteret eum conuerti, non adquiescebat, postmodum rogatus a fidelibus amicis vix adquieuit. Et egressus frater ille adolescens introiuit monasterium & factus monachus cœpit omne opus monasterij perfectè perficere, & ieiunare quotidie. Cœpit etiam, & biduanas abstinere, similiter autem semel in hebdomada reficere, uidebat eum abbas eius, & mirabatur, & benedicebat Dominum in abstinentia, & labore ipsius. Contigit autem post aliquod tempus, cœpit frater ipse supplicare abbati suo, dicens. Rogo te, abba, ut dimittas me, & uadam in eremum. Dicit ei abbas. Fili noli hoc cogitare, non potes sufferre talem laborem propter tentationes diaboli, & uersutias eius. Et si contigerit tibi tentatio non inuenies ibi qui te consoletur à perturbatione inimici, quæ tibi illata fuerit. Ille autē cœpit amplius rogare, ut eum permitteret abire. Videns autem abbas eius, quia eum retinere non poterat facta oratione dimisit eum. Postmodum dicit abbati suo; Rogo te, abba, ut concedas mihi qui ostendat iter, quo pergere debeā Et ordinauit cum eo duos monachos, & abierunt cum eo, Ambulantibusque eis per eremum vnam diem, & alteram, defecerunt præ æstu, & proijcientes se in terrā iacebant, & soporati modico somno, ecce aquila venit, percutiensque eos alijs suis præcessit procul, & sedit in terra, & euigilantes aquilam viderunt, & dixerunt ei. Ecce angelus tuus, surge, & sequere eum. Et surgens, valedicensque fratribus sequebatur eam, & venit vbi stabat aquila ipsa. Quæ mox surgens volauit vsque ad vnum stadium, & iterum sedit. Similiter sequebatur eam frater ille, & iterum volauit, & sedit non longè. Factum verò est hoc per horas tres. Postmodum autem dum sequeretur eam diuertit ipsa aquila in dexteram partem sequentis se, & non comparuit. Frater verò nihilominus sequebatur eam. Et respiciens vidit arbores palmarum, & fontem aquæ, & speluncam, & dixit. Ecce locus, quem mihi parauit Dominus. Et ingressus cœpit sedere in ea sumens cibum dactylorum, & de fonte aquæ bibens. Et fecit prædictus frater ibidem annos sex neminem videns.

Et ecce vna die venit ad eum diabolus in similitudine cuiusdam abbatis senioris habens vultum terribilem. Videns autem eum frater ille timuit, & procidens in orationem surrexit, & dicit ei diabolus. Oremus iterum frater, & cum surrexissent dixit diabolus. Quantum tēporis habes hic? Et respondit. Habeo sex annos. Dicit ei dæmon; Ecce te vicinum habui, & non potui cognoscere, nisi ante dies quatuor, quia hic habitares, & ego non longius a te habeo monasterium, & ecce anni sunt vndecim quod de monasterio non exiui nisi hodie, quia cognoui quod hic mihi in vicinio habitares, & cogitaui mecum dicens. Vadam ad hominem Dei illum, & cum eo conferam quod potest prodesse saluti animæ meæ. Et hoc dico, frater, quia nihil proficimus sedentes in cellis istis, quia corpus, & sanguinem Christi non percipimus, & timeo ne efficiamur exteri ab

codex, & ualet pretium, quod dixit tibi. Ille autem ueniens dixit venditori aliter non ficut audierat à ſene, dicens. Ecce oſtendi eum abba Anaſtaſio, & dixit mihi quia multum eſt, & non ualet quantum dixiſti. Ille autem hoc audiens, dixit ei. Nihil aliud dixit tibi ſenex? & reſpondit nihil. Tunc dicit ei Iam nolo uendere eum Compunctus ergo venit ad ſenem, pœnitentiam agens, & rogabat eum ut reciperet ſuum codicem, ſenex autem nolebat accipere eum. Tunc dixit ei frater, quia ſi non recipis eum, non poſſum ſecurus eſſe. Cui ſenex. Si non potes ſecurus eſſe niſi recipiam eum, ecce recipio illum. Et remanſit frater ille apud eum uſque ad exitum ſuum, proficiens de ſeuis patientia. ibidem nu. 11.

EXEMPLVM CXX.

Furantibus res ſuas ſenex etiam oblitum ſaccellum euelauit, & ita latrones conuertit.

VEnerunt aliquando latrones in monaſterium cuiuſdam ſenis, & dixerunt ad eum. Omnia, quæ in cella tua ſunt tollere uenimus. Et ille dixit, quantum uobis uidetur filij tollite. Tulerunt ergo quod cunque inuenerant in cella, & obierunt. Oblitus ſunt autem ibi ſaccellum, qui erat abſconſus in cella. Senex uero tollēs eum, ſecurus eſt eos clamans, & dicens. Filij, tollite, quod oblici eſtis in cella. Illi uero admirantes patientiam ſenis, reuocauerunt, & reſtituerunt omnia in cellam ipſius, & pœnitentiā egerunt omnes ad inuicem, dicentes. Hic uere homo Dei eſt. ibid. nu. 19.

EXEMPLVM CXXI.

Angeli animam patientis fratris, qui ab ebrioſo ſene non receſſit in cœlum deduxerunt.

DIcebat quidam ſenum, quod audierint ab aliquibus uiris ſanctis iuuenes eſſe, qui ducatum præbeant ſenibus in hac uita. Et narrauerunt dicentes, quia erat quidam ſenex ebrioſus, & operabatur unam mattam in die, & uendebat eam in vicino vico, & bibebat quod accipiebat de pretio eius. Poſtea uero uenit ad eum unus frater, & manebat cum ipſo, qui ſimiliter operabatur & ipſe mattam unā tollebat autem eam ſenex, & uendebat, ambarumque mattarum pretium expēdebat in uino, illi autem afferebat tantum panē ſero. Et cum triennio iugiter feciſſet, nihil locutus eſt frater ille. Poſt hoc vero dixit frater ille in ſemetipſo. Ecce nudus ſum, & panem cum egeſtate comedo, ſurgam ergo, diſcedam hinc. Iterum autem cogitauit in ſemetipſo, dicens Vbi habeo ire, ſedeo ego hic propter Deum in hac uita communi. Et ſtatim apparuit ei angelus Domini dicens. Non diſcedas, uenietnus enim cras ad te. Et rogauit frater ſenem illum ipſa die, dicens. Non diſcedas hinc alicubi, quia uenient hodie mei tollere me. Cum ergo facta fuiſſet hora, qua ſolebat ſenex deſcendere ad vicum, dixit fratri. Non ueniunt hodie fili, iam enim tarde eſt. Et ille dixit ei modis omnibus, quia veniunt. Et cum ei loqueretur dormiuit in pace. Senex autem flebat dicens. Heu me fili, quia multis annis ſub negligentia uiuo, tu autē in paruo tempore ſaluam feciſti per patiētiam animam tuam. Et ex illo die factus eſt ſenex ſobrius & probatus. ibi. nu. 23.

EXEMPLVM CXXII.

Furantis manus ſenex moriens exoſculatur, dicens, gratias ago manibus iſtis, qui propter eas uado ad regno cęlorū.

DIcebant de quodam fratre, qui ſeni cuidam vicinus erat, quia ingrediebatur, & rapiebat quicquid ſenex habebat in cella ſua, & nō obiurgabat eum, ſed extorquebat ſibi plus ſolito manibus operari, dicens. Credo opus habeo fratre iſto, & exigebat a ſe miorem ſolito laborem, & aſtringebat uentrem ſuum, ut cum indigētia comederet panem. Cum autem mori cœpiſſet ſenex ille, circumſteterunt omnes fratres, & reſpiciens in eum, qui furabatur, dicit ei. Iunge te huc ad me, & tenuit eum, & oſculatus eſt manus eius dicens. Gratias ago manibus iſtis, fratres, quia propter ipſas uado ad regno cœlorū. Ille autem compunctus, & pœnitentiam agens factus eſt etiam ipſe probatus monachus, exemplum ſumens de actibus magni illius ſenis. ibi. nu. 24.

EXEM-

EXEMPLVM CXXIII.

De patientia cuiuſdam pauperis.

NArrauit quidam fratrum dicēs, quia cum eſſet in Oxiu intho, venerunt ibi pauperes in veſpere ſabbathi, vt acciperet agapem. Et dormientibus eis erat ibi quidam habens tantummodo mattam, cuius medietatem ſibi ſubtermittebat medietate verò cooperiebatur, erat enim ibi validum frigus, & cum exiſſem ad vrinam audiui vnum murmurantem, & gementem de frigore, & conſolabatur ſemetipſum dicens. Gratias tibi ago Domine, quanti ſunt modo diuites in cuſtodia, qui etiam in ferro ſedent, aut pedes habent in ligno conſtrictos, qui neque vrinam ſuam libere faciunt, ego autem velut Imperator ſum extendens pedes meos, & vbi volo ambulo. Hæc illo dicente ego ſtabam audiens verba eius. Ingrediens autem narraui fratribus, & audientes multum ædificati ſunt, ibidem nu. 25.

EXEMPLVM CXXIIII.

Pertinax ad conſilia ſeniorum iuuenis ab aquila ducitur, ſed poſtmodum à dæmone miſer ſeducitur.

QVidam ſecularis erat adoleſcens habens patrem, & deſiderabat fieri monachus, & dum multum ſupplicaret patri ſuo, vt dimitteret eum conuerti, non adquieſcebat, poſtmodum rogatus a fidelibus amicis vix adquieuit. Et egreſſus frater ille adoleſcens introiuit monaſterium & factus monachus cœpit omne opus monaſterij perfectè perficere, & ieiunare quotidie. Cępit etiam, & biduanas abſtinere, ſimiliter autem ſemel in hebdomada reficere, uidebat eum abbas eius, & mirabatur, & benedicebat Dominum in abſtinentia, & labore ipſius. Contigit autem poſt aliquod tempus, cępit frater ipſe ſupplicare abbati ſuo, dicens. Rogo te, abba, ut dimittas me, & uadam in eremum. Dicit ei abbas. Fili noli hoc cogitare, non potes ſufferre talem laborem propter tentationes diaboli, & uerſutias eius. Et ſi contigerit tibi tentatio non inuenies ibi qui te conſoletur à perturbatione inimici, quæ tibi illata fuerit. Ille autē cœpit ampliùs rogare, ut eum permitteret abire. Videns autem abbas eius, quia eum retinere non poterat facta oratione dimiſit eum. Poſtmodum dicit abbati ſuo; Rogo te, abba, ut concedas mihi qui oſtendat iter, quo pergere debeā Et ordinauit cum eo duos monachos, & abierunt cum eo, Ambulantibuſque eis per eremum vnam diem, & alteram, defecerunt præ æſtu, & proijcientes ſe in terrā iacebant, & ſoporati modico ſomno, ecce aquila venit, percutiensque eos alijs ſuis præceſſit procul, & ſedit in terra, & euigilantes aquilam viderunt, & dixerunt ei. Ecce angelus tuus, ſurge, & ſequere eum. Et ſurgens, valedicenſque fratribus ſequebatur eam, & venit vbi ſtabat aquila ipſa. Quæ mox ſurgens volauit vſque ad vnum ſtadium, & iterum ſedit. Similiter ſequebatur eam frater ille, & iterum volauit, & ſedit non longè. Factum verò eſt hoc per horas tres. Poſtmodum autem dum ſequeretur eam diuertit ipſa aquila in dexteram partem ſequentis ſe, & non comparuit. Frater verò nihilominus ſequebatur eam. Et reſpiciens vidit arbores palmarum, & fontem aquæ, & ſpeluncam, & dixit. Ecce locus, quem mihi parauit Dominus. Et ingreſſus cœpit ſedere in ea ſumens cibum dactylorum, & de fonte aquæ bibens. Et fecit prædictus frater ibidem annos ſex neminem videns.

Et ecce vna die venit ad eum diabolus in ſimilitudine cuiuſdam abbatis ſenioris habens vultum terribilem. Videns autem eum frater ille timuit, & procidens in orationem ſurrexit, & dicit ei diabolus. Oremus iterum frater, & cum ſurrexiſſent dixit diabolus. Quantum tēporis habes hic? Et reſpondit. Habeo ſex annos. Dicit ei dæmon; Ecce te vicinum habui, & non potui cognoſcere, niſi ante dies quatuor, quia hic habitares, & ego non longius a te habeo monaſterium, & ecce anni ſunt vndecim quod de monaſterio non exiui niſi hodie, quia cognoui quod hic mihi in vicinio habitares, & cogitaui mecum dicens. Vadam ad hominem Dei illum, & cum eo conferam quod poteſt prodeſſe ſaluti animæ meæ. Et hoc dico, frater, quia nihil proficimus ſedentes in cellis iſtis, quia corpus, & ſanguinem Chriſti non percipimus, & timeo ne efficiamur exteri ab

Digitized by Google

eo, si non ab hoc mysterio elongauerimus. Sed tibi dico, frater, ecce hinc tribus milliaribus est monasterium habens presbyterum, eamus ergò dominico die, aut post duas hebdomadas, & accipiamus corpus, & sanguinem Christi, & reuertamur ad cellas nostras. Placuit fratri illa suasio diabolica, & veniente die dominico ecce diabolus venit, & dicit. Veniamus quia hora est. Et exeuntes perrexerũt ad prædictum monasterium, vbi ille presbyter erat, & ingressi monasterium miserunt se in orationem, & exurgens ab oratione frater ille respiciens non inuenit qui adduxerat eum ibi, & dixit. Vbi putas perrexit? Nam ad commune necessarium ambulauit, & cum diu sustineret, non venit. Postmodum autem exiens foras requirebat eum, & cum non reperisset, dixit ad fratres loci illius, interrogans eos. Vbi est Abbas senex ille, qui mecum ingressus est in Ecclesiam? Et dicunt ei; Nos neminem vidimus alium nisi te tantum. Tunc cognouit frater ille, quia dęmon fuisset, & dixit: Vide cum qua argutia diabolus eiecit me de cella, sed tamen non pęnit me, quia ad opus bonum veni. Percipio corpus, & sanguinem Christi, & sic reuertar in cellam meam. Et post missas volentem reuerti tenuit eum Abbas monasterij illius, dicens. Nisi refeceris non dimittemus te. Et cum percepisset cibum, & regredi vellet in cellam suam, ecce iterum venit diabolus in similitudine cuiusdam inuenis secularis, & cœpit eum respicere à summo capite vsque ad pedes, & dicere, ipse est iste, non est hic, & cœpit eum considerare, & dixit ei frater. Quem sic respicis? At ille ait; Puto non me cognoscis? Tamen post tantum tempus quomodo me habes cognoscere? Ego sum vicinus patris tui filius illius. Quomodo autem? non est dictus pater tuus tali nomine, sic & mater tua tale nomen non habuit, & tu sic non vocaris, & mancipia illa, & illa sic non sũt dicta. Mater verò tua, & soror tua ante tres annos mortuæ sunt. Pater autem tuus modo defunctus est, & te fecit hęredem dicens. Cui habeo dimittere substantiam meam, nisi filio meo viro sancto, qui reliquit seculum, & abijt post Deum. Ipsi dimitto omnia bona mea. Modò autem qui timet Deum, & scit vbi est dicat, & veniẽs distrahat, & eroget ea pauperibus pro anima mea, & sua. Et perrexerunt multi requirentes te, & minime inuenerunt. Ego autẽ veniens ex occasione propter quoddam opus te hic cognoui esse. Vnde non facias moras, sed veni, & vende omnia, & fac secundum voluntatem patris tui. Respondẽs frater ille dixit. Non necesse habeo reuerti ad seculum. Dicit ei diabolus: Si non veneris, & deperient substantia illa, in conspectu Dei tui exinde reddes rationem. Quid enim mali tibi dico, vt venias, & ero ges eas pauperibus, & egenis, quomodo bonus dispensator, vt non à meretricibus, & male viuentibus extricetur, quod pauperibus dimissum est. Aut quid onerosum est, vt venias, & facias eleemosynas secundum voluntatẽ patris tui pro anima eius, ne bona tudore eius parta, quorum tu hæres constitutus es, in manus dissipatorum peruentant, & postea reuertaris in cellam tuam. Quid multa? suadens fratrem deposuit in seculum, & veniens cum eo vsque ad ciuitatem reliquit eum. Voluit autem frater ille ingredi in domum patris sui tanquam iam defuncto eo, & ecce ipse pater eius viuus egrediebatur, & videns eum nõ cognouit. Et ait ad eum, quis es tu? Ipse verò turbatus nihil poterat respondere. Et cœpit eum iteratis verbis pater eius interrogare, vnde esset. Tunc confusus dixit ei: Ego sum filius tuus. Et ait illi. Vt quid reuersus es; Qui erubescens, dicere quod verum erat, dixit: Charitas tua me fecit reuerti, quia desiderabam te, & remansit ibi. Et post aliquantum temporis incurrit fornicationem, & multis supplicijs afflictus à patre suo, infœlix ipse aliquam non egit pœnitentiam, sed remansit in seculo. ibid. nu. 29. & 30.

EXEMPLVM CXXV.

Laborantis Macharij manus Antonius exosculans, dixit, multa virtus de manibus istis egreditur.

VEnit Abbas Macharius maior ad Abbatem Antonium in montẽ, & cum pulsaret ostium exiuit ad eum, & dixit ei. Tu qui es? Et ait, ego sum Macharius, & claudens ostium introijt, & dimisit eum foris. Et cum vidisset postea patientiam eius,

eius,aperuit ei,& gaudiens dicebat ei. Multum tempus eſt ex quo te deſiderabam audiens de te. Et exhibens ei hoſpitalitatem refecit eum,erat enim feſſus de multo labore. Veſpere autem facto infudit ſibi Abbas Antonius modicas palmas], & dixit ei Abbas Macharius. Da mihi vt ego infundam quod oportet.Ille autem dixit ei.Non habeo plus. Et faciens faſciculum maiorem infudit eum,& ſedentes a ſero,& colloquentes de vtilitate animarum faciebant plectam,ſiue funiculum ſtramineum,& ipſa plecta per feneſtram deſcendebat in ſpeluncam , & ingrediens mane ſanctus Antonius vidit collectionem plectarum Abbatis Macharij , & admiratus eſt , & oſculans manus eius dicebat: Multa virtus de manibus iſtis egreditur . Ibidem num.33.

EXEMPLVM CXXVI.

Laborare manibus docetur frater, qui præ nimia tribulatione monachalem regulam amiſit.

FRater quidam incidens in tentationē tribulando perdidit regulam monachi,& cum iterum vellet obſeruantiæ regularis ſibi dare principia,a tribulatione impediebatur,& dicebat in ſeipſo,quando habeo me ita inuenire ſicut aliquando eram , & deficiens animo non præualebat,vel inchoare opera monachi . Veniens autem ad quendam ſenem narrauit ei quæ agebantur circa ipſum , ſenex autem audiens ea quibus affligebatur , adhibuit ei tale exemplum,dicens: Homo quidam habuit poſſeſſionem, & negligentia eius in ſentes redacta eſt, & repleta eſt tribulis , & ſpinis , Viſum eſt autē ei poſtea, ut excoleret eam, & dixit filio ſuo . Vade,& purga agro poſſeſſionis illius . Et venit filius vt purgaret. Qui cum reſpexiſſet,vidit multitudinem tribulorum, & ſpinarum increuiſe, & deficiens animo dixit in ſeipſo,quando habeo hęc omnia eradicare,& purgare? & proijciens ſe in terram cœpit dormire , hoc autem fecit multis diebus . Poſt hoc venit pater eius,vt videret quod fecerat, & inuenit eum nihil operatum , & dixit ei, quare vſque modo nihil fecisti ? Et dixit iuuenis illi patri ſuo; Mox vt veniebam operari pater cum vidiſſem multitudinem hanc ſpinarum , & tribulorum , reuocabat ab aſſumptione laboris , & a tribulatione proijciebam me in terram, & dormiebam. Tunc dixit ei pater ſuus. Fili ad menſuram latitudinis , qua iacens terram occupans , per dies ſingulos operare , & ita paulatim proficiet opus tuum , & tu puſillanimis nō efficieris . Quod cum audiſſet iuuenis fecit ſic,& in paruo tempore purgata eſt , & excolta poſſeſſio eius . Ita ergo , & tu frater paulatim operare,& non deficies, & Deus per gratiam ſuam reſtituet te iterum priori ordini tuo. Hoc audito frater ille abijt , & cum patientia ſedens efficiebat ſicut edoctus fuerat a ſene . Et ſic inueniens requiē promouebatur per Dominum Chriſtum.ibid.num.45.

EXEMPLVM CXXVII.

Gloriam hominum fugiens Abbas Moyſes iudici ſe viſitare volenti occurrit dicens. Quid Moyſen quæris? fatuus eſt,& hæreticus.

AVdiuit aliquando iudex prouinciæ de Abbate Moyſe , & perrexit in Scete, vt uideret eum. Et nunciauerunt ſeni de aduentu eius, & ſurrexit vt fugeret in paludem . Et occurrit ei iudex ille cum ſuis , & interrogauit eum dicens: Dic nobis ſenex, vbi eſt cella Abbatis Moyſi ? Et dixit eis. Quid vultis eum inquirere , homo fatuus eſt , & hæreticus? Et ueniens iudex ad eccleſiam dixit clericis . Ego audiens Abbate Moyſe veni vt uiderem eum, & ecce occurrit nobis ſenex pergens in Aegyptum , & interrogauimus eum vbi eſt cella Abbatis Moyſi , & dixit nobis , quid eum quæritis,fatuus eſt, & hæreticus. Audientes autem clerici contriſtati ſunt,dicentes . Qualis erat ſenex ille, qui hæc de ſancto homine locutus eſt ad vos ? Et illi dixerunt . Senex uetuſtiſſimis ueſtimentis vtens , longus,& niger. Et illi dixerunt . Ipſe Abbas Moyſes.& quia noluit uideri a uobis , ideo hæc nobis ipſe de ſe dixit. Et multum ædificatus iudex diſceſſit libro contra inanem gloriam nu.3.

EXEMPLVM CXXVIII.

Ostentatiuus iuuenis miraculum faciens celerius in luxuriam lapturus a Beato Antonio deflectur.

AVdiuit aliquando Abbas Antonius de quodam iuuene monacho, quia signum quoddã huiusmodi fecerit in via. Cum vidisset quoldam senes iter agentes, & laborantes in ambulando, onagris iussit vt venirent, & portarent eos donec peruenirent ad se. Illi autem senes indicauerunt hoc abbati Antonio. Dixit autem abbas Antonius. Videtur mihi monachus ille similis esse naui onustæ omnibus bonis, de qua incertum est vtrum peruenire possit ad portum. Et post aliquantum tempus cœpit abbas Antonius flere, & trahere sibi capillos, & lugere. Quod cum uidissent discipuli eius, dicunt ei. Quid ploras abba? Et respondit senex. Magna columna ecclesiæ cecidit modo. Dicebat autem hoc de monacho illo iuuene. Et adiecit dicens. Venite, ambulate ad eum, & videte quod factum est. Perrexerunt ergo discipuli eius, & inuenerunt monachum illum supra mattam sedentem, & flentem peccatum quod fecerat. Videns autem discipulos senis ait Illi. Dicite seni, ut oret Deum, vt decem tantum dierum det mihi inducias, & spero me satisfacturum. Qui quidem intra quinque dies defunctus est. ibid. 6.

EXEMPLVM CXXIX.

Gloriam humanam deuitans Symeon abbas, cum iudicem se visitaturum cognouisset, caseum & panem sedens in limine manducauit.

QVadam vice iudex quidam venit videre abbatem Symeonem, & præcedentes clerici dixerunt ei. Abbas pater esto, quia iudex audiens de te venit, ut benedicatur a te. Et ille ait. Etiam ego me præparabo, & cooperiens se sacco suo, & tollens in manu sua panem, & caseum, sedit in egressu cellæ suæ, & cœpit manducare. Venit ergo iudex cum officio suo, & videntes eum spreuerunt, dicentes. Hic est monachus solitarius, de quo talia audiebamus, & statim recesserunt, & reuersi sunt ad se ibidem nu. 8.

EXEMPLVM CXXX.

Fictus frater qui humilitatem verbis præferebat, correptus superbus innotuit.

DIxit abbas Cassianus, quia venit frater quidam ad abbatem Serapion, & hortabatur eum senex, vt secũdum morem orationem faceret. Ille autem dicens se peccatorem, & ipsius monachi habitu indignum, non adquiescebat. Voluit etiam pedes eius lauare, & eisdem iterum verbis usus non adquiescebat. Fecit autem illum gustare, & cum gustarent cœpit senex in charitate monere eum, dicens. Fili si vis proficere permane in cella tua, & attende tibi ipsi, & fac opera manuum tuarum. Nõ enim tibi tantum procedere expedit, quantum sedere in cella tua. Ille autem audiens ita exacerbatus est, & vltum mutauit, vt nec latere posset senem. Dixit autem ei Serapion, vsque modo dicebas peccator sum, accusans teipsum tanquam indignus sis etiam viuere, & quia te in charitate commonui, ita exacerbari debuisti. Si enim vis reuera humilis esse, quę tibi ab alio imponuntur discere portare viriliter, & non odiosa verba effundere tibi ipsi. Hæc audiens frater pœnitentiam gessit coram sene, & multum proficiens discessit. ibid. 11.

EXEMPLVM CXXXI.

Scandalizatus secularis in lætitia Antonij congruo exemplo ædificatur.

SVperuenit quidam venationem faciens in silua agrestium animalium, & vidit abbatem Antonium gaudentem cum fratribus, & displicuit ei. Volens autem senex ostendere ei, quia oporteret aliquando condescendere fratribus, dixit ei. Pone sagittã in arcum tuum, & trahe, & fecit sic. Et dicit ei iterum, trahe, & traxit. Et rursus dicit ei, trahe adhuc, & dixit ei venator. Si supra mensuram traxero, frangetur arcus. Dicit ei abbas Antonius. Ita est in omni opere Dei. Si plus a mensura tendimus, fratres citò deficiunt, expedit ergo vna hora relaxare rigorem eorum. Hæc audiens venator compunctus est, & multum proficiens in sermone senis discessit, & fratres confirmati reuersi sunt ad locum suum. ibid. nu. 17.

EXEM-

EXEMPLVM CXXXII.

Iudicans temerariè culpabilem fratrem Abbas Iſaac ab Angelo prohibetur cellam intrare.

VEnit Abbas Iſaac de Thebiada in cõgregationem fratrum,& uidit quendam de fratib. culpabilem, & adiudicauit eum. Cum autem exiſſet ad eremum, venit Angelus Domini, & ſtetit ante oſtium cellæ eius, dicens. Non te permitto intrare. Ille autem rogabat eum dicens. Quæ eſt cauſa? Et reſpondens Angelus dixit. Deus meus miſit, vt dicerem tibi, ubi iubes ut mittam illum fratrem culpabile,quẽ adiucaſti? Et ſtatim Abbas Iſaac pœnitentiã egit dicens,Peccaui, ignoſce mihi. Et dixit Angelus. Surge, ignouit tibi Deus,ſed cuſtodi de cætero nẽ adiudices quẽquam prius quam Deus adiudicet cum.l.b. contra iudicium temeratium n. 2.

EXEMPLVM CXXXIII.

Iudicantes temerariè culpabilem fratrem Abbas Pior congruo exẽplo redarguit.

FActus eſt aliquando conuentus in Scichi,& loquebantur patres de quodam fratre culpabili. Abbas autem Pior tacebat, Poſtea verò ſurgens egreſſus eſt, & tollens ſaccũ impleuit eum arena, & portabat eum in humeris ſuis, & mittens in ſportellam modicum de ipſa arena, portabat etiam & ipſam antè. Interrogatus autem à partibus quid hoc eſſet? Ille reſpondit. Saccus iſte,qui multam arenam habet, mea peccata ſunt, & quia multa ſunt poſui ea ſupra dorſum meũ, ne doleam pro ipſis,& prolem. Iſta autem arena modica peccata ſunt iſtius fratis, & ſunt ante faciem meã, & in ipſis exerceor iudicans fratrem. Quod non oportet ita fieri, ſed mea magis peccata ante me debent eſſe, & de ipſis cogitare, & rogare Dominũ ut ignoſcat mihi. Audientes autẽ patres dixerunt, Vere hæc eſt uia ſalutis. ibidem nu. 6.

EXEMPLVM CXXXIV.

Iudicans ſacerdotem celebraturum ſolitarius uocem celeſtem audiuit, Tulerunt ſibi homines iudicium meum.

AD quendam ſolitarium uenit preſbyter cuiuſdam baſilicæ, ut conſecraret ei oblationem ad communicandum. Veniens autem quidam ad ipſum ſolitariũm, accuſauit apud illum eundem preſbyterum. Qui cum ex conſuetudine iterũ ueniſſet ad eum, ut conſecraret oblationẽ ſcandalizatus eſt ille ſolitarius, & non aperuit ei. Presbyter autem hoc uiſo diſceſſit. Et ecce uox facta eſt ad ſolitarium, dicens. Tulerunt ſibi homines iudiciũ meũ. Et factus eſt uelut in exceſſu mentis, & uidebat quaſi puteum aureum, & ſitulã auream,& funem aureum,& aquã ualde bonam. Videbat autem & leproſum quẽdam haurientem, & refundentes in uas, & cupiebat bibere,& non bibebat, eo quod leproſus erat ille qui hauriebat. Et ecce uox iterum ad eum dicens. Cur non bibis ex aqua hac? quam cauſam habet qui implet? Implet enim ſolum modum,& infundit in uas. In ſe autem reuerſus ſolitarius,& conſiderans uirtutem viſionis uocauit presbyterum,& fecit enim ſicut prius ſanctificare ſibi oblationem,ibid. nu.

EXEMPLVM CXXXV.

Iudicans in feria ſexta manducantem mane fratrem,ſolitam deuocationis gratiã amiſit.

FVerunt duo fatres magnæ uitæ in congregatione, & meruerunt ſinguli uidere gratiam Dei in alterutro. Factum autem eſt, ut aliquando unus ex eis egrederetur ſexta feria extra congregationem et uideret aliquem mane manducantem, & dixit eĩ. Hac hora manducas in ſexta feria? Tantum ei dixit. Die autem ſequenti facta eſt celebratio miſſarum ſecundum conſuetudinem, & ingreſſi eccleſiam, intuens frater eius,uidit gratiam, quæ ei data fuerat,diſceſſiſſe ab eo, & contriſtatus eſt. Qui cum ueniſſet in cellam dicit ei. Quid feciſti frater, quia non uidi ſicut pridem gratiam Dei in te? Ille autem reſpondens dixit. Ego neq; in actu neque in cognitione cõſcius mihi ſum alicuius mali. Dixit ei frater eius. Nec ſermonẽ aliquem odioſum locutus es? Et recordatus, dixit ei. Etiam heſterno die uidi quendam mane manducantem, & dixit ei, hora hac manducas in ſexta feria? hoc eſt peccatum meum, ſed labora mecum duas hebdomadas,

das, & rogemus Deum, ut mihi ignoſcat, & fecerunt ita. Et poſt duas hebdomadas vidit frater gratiam Dei iterum uenientem ſupra fratrem ſuum, & cõſolati ſunt, Deo, qui ſolus bonus eſt, gratias referentes ibidem nu. 8.

EXEMPLVM CXXXVI.

Beneuolentior fuit Abbas Achilles fratri, qui malam de ſe ſuſpicionem habuit, quam cæteris.

VEnerunt aliquando tres ſenes ad Abbatem Achillem, & unus ex eis habebat opinionem malam. Dicit autem ei unus de ſenibus. Abba fac mihi uuam ſagenam ad piſcandum, & ille dixit, non facio. Et alius dixit. Fac nobis ut habeamus memoriam de monaſterio noſtro. Et reſpõdit ille. Non mihi uacat. Dicit ei tertius ille, qui habebat opinionem malam. Mihi fac Abba ſagenam, vt habeam de manibus tuis benedictionem. Et ille reſpondit ei, ego tibi faciam. Dixerunt autem ei duo priores ſecrete, quibus non adquieuerat. Quomodo ſic, quia nobis rogantibus noluiſti facere, & huic dixiſti, ego faciam tibi? Reſpondit ſenex, uobis ideo dixi non facio, quia nec mihi uacat, & non conſiſtabimini. Huic autem ſi non fecero dictu rus eſt, quia de opinione mea, quæ mala eſt, audiuit ſenex, ideò noluit mihi facere ſagenam, & incidebamus funem ad ſedandum animum eius, ne triſtitia abſorberetur huiuſmodi. lib. de diſcretione nu. 5.

EXEMPLVM CXXXVII.

Abbas Abraham oſtendit ſeni cuidam paſſiones viuere, ſed a ſanctis uiris quodãmodo religari.

DIcebat de quodam ſene, quia fecerat quinquaginta annos neque panem comedens, neque aquam bibens, & dicebat, quia extinxi fornicationem, & auaritiam & uanam gloriam. At uerò Abbas Abraham audiens quod hæc dixiſſet, uenit ad eum, & dixit ei. Tu dixiſti hunc ſermonem? & ille reſpondit. Etiam Et dicit ei Abbas Abraham. Ecce intras in cellã tuã, & inuenis ſupra maritam tuam mulierem, potes non cogitare quia mulier eſt? Et dixit, non: ſed repugno cogitationi meæ ut non tangam mulierem illam, Dicit ei Abbas Abraham. Ecce igitur non interfeciſti cogitationem, quia uiuit, paſſio ipſa alligata eſt. Iterum ſi ambulas in uia, & uides lapides & teſtas uaſorum, & inter ipſas iacet aurum, potes mente tua aurum quod uideris velut lapides reputare. Et reſpondit, non, ſed reſiſto cogitationi meæ ne colligam illud. Et dicit Abbas Abraham. Ecce ergo viuit paſſio, ſed alligata eſt. Et dicit ei iterum Abbas Abraham. Si audieris de duob. fratribus, quia unus diligit te, & bona de te loquitur, alius autem odit te, & detrahit tibi, & ueniant ad te, vtroſque æqualiter ſuſcipies. Et dixit, non ſed extorqueo animo meo, ut ſimiliter benefaciam ei, qui me odit, ſicut illi, qui me diligit. Et dicit ei Abbas Abraham, viuunt ergo paſſiones, ſed tantummodo a ſanctis uiris quodammodo religantur. ibid. nu. 6.

EXEMPLVM CXXXVIII.

Peccare fœmina coram hominibus cum Effrem erubuit, ſed coram Deo peccare non erubit.

TRanſeunte aliquando Abbate Effrem vna proſtituta ex immiſſione cuiuſdam cæpit ei blandiri, cupiens eum ſi poſſet ad turpem commixtionem inclinare, uel ſi hoc non poſſet ſaltem ad iracundiam prouocare, quoniam nunquam eum vidit quiſquam iraſcentem, vel lingantẽ. Ipſe autẽ dixit ad eam, ſequere me. Cum ueniſſet autem in loco populoſo, dicit ei. Veni huc, ſicut voluiſti commiſceor tecũ. Illa autem uidens multitudinem, dicit ei, Quomodo hic poſſumus hoc facere in tanta multitudine aſtantium. Confundimur enim. Ipſe autem dixit. Si homines erubeſcis, quanto magis debes erubeſcere Deũ, qui reuelat occulta tenebrarum. Illa autem confuſa, & refutata receſſit abſque opere voluntatis ſuæ ibid. nu. 6.

EXEMPLVM CXXXIX.

Laborare nolens Ioannes breuis, ſed angelicam uitam ducere inchoans, a fratre proprio exercitatur.

DIcebant de Abbate Ioãne breuis ſtaturæ, quia dixerit aliqñ fratri ſuo maiori,

maiori. Volo esse securus, sicut Angeli sunt securi, nil operantes, sed sine intermissione collaudantes Deum, & mox spolias se eo quod vestitus erat abijt in eremum, & facta ibi vna hebdomada reuersus est ad fratrem suum, & dum pulsaret ostium respondit ei antequam aperiret, dicens. Quis es tu? Et ille dixit: Ego sum Ioannes. Et respõdit frater eius, dixit ei: Ioannes angelus factus est, & vltra inter homines non est. Ille autem pulsabat dicens. Ego sum. Et non aperuit ei, sed dimisit eum affligi vsq; mane. Postea aperiens dixit ei. Si homo es opus habes iterum operari vt viuas. Si autem Angelus es quid quæris intrare cellã? Et ille pœnitentiam agens, dxit: Ignosce mihi frater, quia peccaui. ibidem. nu. 52.

EXEMPLVM CXL.

Ostentationem fugiens Abbas Pastor libẽtius de passionibus, quam de scripturis loqui consueuit.

ABijt quidam frater aliquando de monasterio Abbatis Pastoris peregre, & applicuit ad quendam solitarium. Erat enim ille habens cum omnibus charitatẽ, & multi veniebant ad eum. Nunciauit autem ei frater illa quædam de Abbate Pastore. Qui audiens virtutes animi eius, desiderauit eum videre. Cum autem reuersus esset ille frater in Aegyptum, post aliquantũ temporis surgens supradictus solitarius, uenit cum peregrinis in Aegyptum ad eundẽ fratrem, qui prius applicuerat apud eum, dixerat enim ei vbi maneret. Videns autem eum ille miratus est, & valde gauisus. Dixit autem ei ille solitarius ostende charitatem quam habes in me, & deduc me ad abbatem Pastorem. Et tollens eum dixit ad senem, & nunciauit ei de eo, dicens. Quidam magnus homo, & multam charitatem habens & honorum plurimum in prouincia sua venit desiderans te uidere. Suscepit ergò eum cum gratulatione senex, & salutantes se inuicem resederunt. Cœpit autem loqui peregrinus ille frater de scripturis sanctis, & de rebus spiritualibus. Abbas autem Pastor auertit faciem suam, & non dedit ei responsum. Videns autem ille quod non loqueretur cum eo, contristatus exijt, & dicit fratri illi, qui eum adduxerat. In vanũ iter istud assumpsit, veni enim ad senem, & ecce nec loqui mecum dignatur. Intrauit autem frater ad abbatem Pastorem, & dicit ei. Abba propter te venit magnus hic vir habens tantam gloriam in loco isto, quare non locutus es cum eo. Respondit ei senex. Iste de sursum est, & de cælestibus loquitur, ego autem de deorsum sum, & de terrenis loquor. Si ergo mihi locutus fuisset de passionibus animæ, ergo vtique responderem ei. Sed quia de spiritualibus loquitur, ego hæc ignoro. Exiens autem frater dixit ei. Senex non citò de scripturis inquirit, sed si quis ei loquitur de passionibus animę respondet ei. Tunc ille compunctus intrauit ad senem, & dixit ei. Quid faciem pater Abba, quia passiones animæ dominantur mei, & intuitus eum senex gaudens dixit ei. Modo bene venisti, nunc aperio os meũ, & implebo illud bonis. Ille autem valde ædificatus dicebat. Vere hæc est via charitatis. Et gratia agens Deo, quia tam sanctum virum videre meruit, reuersus est in regionem suam. ibid. nu. 16.

EXEMPLVM CXLI.

Eleemosynam dandam pauperibus potius quam amicis, & Ecclesijs Abbas Pastor asseruit.

ITem frater quidam interrogauit abbatem Pastorem dicent. Dimissa est mihi hæreditas, quid facio ex ea. Dicit ei abbas Pastor. Vade, & post tres dies veni, & dicã tibi. Venit autem sicut præfiniuit, & dicit eĩ senex: Quid tibi habeo dicere frater? Si dixero tibi, da eam Ecclesiæ, clerici sibi faciũt conuiuia ex ea, si autem dixero, da eam parentibus tuis, non est tibi merces, si autem dicam da pauperibus securus eris. Quicquid ergo vis vade, fac: ego causam non habeo. ibid. 19,

EXEMPLVM CXLII.

Laborem manuum dissuadentem fratrem Abbas Siluanus longo ieiunio informauit.

VEnit quidam frater ad abbatem Siluanum in mõtem Sina, & vidit fratres operantes, & dixit seni, nolite operari cibũ qui

qui perit. Maria enim optimam partē elegit. Et dixit ſenex diſcipulo ſuo. Voca Zachariam, & mitte illum fratrem in cellam, vbi nihil eſt. Et cum facta eſſet hora nona, intendebat ad oſtium ſi omitterent, & vocarent eum ad manducandum. Et cum nemo loqueretur ei, ſurgens venit ad ſenem, & dicit ei: Abba fratres hodie non comederunt? Et dixit ſenex. Etiam iam comederunt. Et dixit ei frater ille. Et quare me non vocaſtis? Et reſpondit ſenex: Tu homo ſpirituali es, & non indiges hoc cibo, nos autem carnales ſumus, & volentes manducare propterea operamur manibus noſtris. Tu vero partem bonam elegiſti, legem tota die, & nolens ſumere carnalem cibum. Qui cum hæc audiſſet, proſtrauit ſe ad pœnitentiam, dicens. Ignoſce mihi abba. Et dixit ei ſenex. Puto opus habet omnino Maria Marthe, per Martham enim Maria laudatur. ibidem nu. 23.

EXEMPLVM CLXIV.

Scandalizatum in ſe Aegyptum fratrem ſenex Romanus ratione ſtudet ædificare.

VEnit aliquando monachus quidam ab urbe Roma, qui in palatio magnum locum habuit, & habitabat in Scichi in vicinitate eccleſiæ. Habebat autem ſecum vnū ſeruum, qui miniſtrabat ei. Videns autem presbyter eccleſiæ infirmitatem eius, & cognoſcens quia de delitijs eſſet vir ille, ex eo quod ei donabat Deus, vel quod in Eccleſiam intrabat, tranſmittebat ei. Qui cum ſeciſſet vigintiquinque annos in Scichi factus eſt vir contemplator, prævidens, & nominatus. Audiens autem quidam de magnis monachis Aegyptijs opinionem eius, venit videre eum, ſperans conuerſationem corporalem plus apud eum arduam inuenire. Qui cum intraſſet ſalutauit eum, & facientes orationem ſederunt. Videns autem eum Aegyptius veſtitum mollibus rebus, & mattam de papyro, & pellem ſtratam ſub ipſo, & modicum capitale ſub capite eius, ſed & pedes mundos habentem, cum caligulis, ſcandalizatus eſt intra ſe de eo, quia in loco illo non erat conſuetudo taliter conuerſandi, ſed magis duram abſtinentiam habere conſueuerant. Senex autem ille Romanus habēs contemplationis ſiue prēuidentiæ gratiam, intellexit quia ſcandalizatus fuerat Aegyptius monachus in eo, & dixit miniſtro ſuo. Fac nobis hodie propter abbatem, qui venit, bonam diem, & coxit parua olera quæ habebat, & ſurgentes hora competenti comederunt, habuit etiam & modicum vini propter infirmitatem ſuam, & illud biberunt. Et dum factum eſſet veſpere dixerunt duodecim pſalmos, & dormierunt. Similiter autem & nocte. Et ſurgens mane Aegyptius dixit. Ora pro me. Et egreſſus eſt non ædificatus in eo. Et cum paululum diſceſſiſſet, volens eum ſenex ille Romanus ſanare, miſit poſt ipſum, & reuocauit illum. Et cum veniſſet cum gaudio iterum ſuſcepit eum, & interrogauit eum, dicens. Ex qua prouincia es. Et ille dixit; Aegyptius ſum. Et dixit ei. Cuius ciuitatis: Et reſpondit. Ego omnino non fui in ciuitate, nec habitaui aliquando in ciuitate, ſed in agro eram. Et dixit ei, ergo antequam monachus eſſes quid operabaris in poſſeſſione in qua manebas, & reſpondit. Cuſtos eram agrorum.

Et dixit illi: Vbi dormiebas? reſpondit; In agro. Et dixit: Habebas aliquod ſtratiū? reſpondit: Ego in agro vnde potui habere ſtramenta, in quibus dormirem? Et dixit: Quomodo dormiebas? Reſpondit: In terra nuda. Et dixit: Quid manducabas in agro, aut quale vinum bibebas? iterum reſpondit: Quæ ſunt eſcæ, aut qualis potus in agro? Et dixit: quomodo ergo viuebas: reſpondit. Manducabam panem ſiccum, & ſi inueniebam aliquid de ſalſamentis, & bibebam aquam. Et dixit ſenex: Grandis labor. Et iterum dixit: Erat ibi balneum in poſſeſſione vbi lauareris? & ille dixit. Non, ſed in flumine lauabar quando volebam. Cumque omnia ab eo ſenex per reſponſionem eius exegiſſet, & cognouiſſet modum prioris vitæ eius, atque laboris, volens eum proficere, narrauit ei ſuam vitam præteritam, quam habebat cum eſſet ſecularis, dicens. Me miſerum quem vides, de magna illa ciuitate Romanum, habens in palatio magnum locum apud Imperatorem. Et cum audiſſet Aegyptius initia verborum eius, compunctus eſt, & ſollicite quæ dicebantur audiebat. Et ille adiecit dicens. Reliqui ergo Romam, & veni in ſolitudinem iſtam.

Et

Et iterum dixit. Me quem vides, habui domos magnas, & pecunias multas, & contempſi eas, & veni in iſtam paruam cellã. Iterum ait. Me quem vides, lectos veſtitos ex auro habui habentes precioſiſſimas veſtes, & pro his dedit mihi Deus matta hãc de papyro & hanc pellẽ, ſed & veſtes meæ ineſtimabili pretio dignæ erant, & pro his vtor his vilibus rebus. Et iterum dixit. In prandio meo multum auri expendebatur, & pro illo dedit mihi Deum modicum oleris, & paruum calicem vini. Erant autem & qui ſeruiebant mihi plurimi ſeculi. & ecce pro illis illum vnum compunxit Deus, vt miniſtret mihi, pro balneo autem profundo modica aqua perfundo pedes meos & caligulis vtor propter infirmitatẽ meã. Et rurſus pro calamis, & citharis, uel alio muſicorum opere, quo delectabar in conuiuijs meis, dico mihi xij. Pſalmos in die, & xij. in nocte. Et pro peccatis meis, quæ ante faciebam, modo cum requie exhibeo paruum & inutile miniſterium Deo. Vnde rogo Abba, vt non ſcandalizeris propter infirmitatem meam. Et hæc audiens Aegyptius, atque in ſe metipſum reuerſus, dixit. Væ mihi, quia ego de multa tribulatione, & de pluri no labore ſeculi magis ad pauſandum in conuerſatione monachi veni, quod non habebam tunc, modo habeo, tu autem ex multa delectatione ſeculi, voluntate propria in tribulationem veniſti, & ex multa gloria, atq; diuitijs veniſtis in humilitatem, & paupertatem. Ex quo multũ proficiens diſceſſit, & factus eſt ei amicus, & ſæpe veniebat ad eum ſuæ vtilitatis cauſa. Erat enim vir diſcernens, & repletus bono odore Spiritus ſancti. ibid. nu. 25.

EXEMPLVM CXLIV.

Scandalizati fratres in repauſatione eremitarum, iuſta abſtinentia corriguntur.

FRatres de congregatione venerunt in eremum, & applicuerunt ad quẽdam eremitam, & ſuſcepit eos cum gaudio, & ſicut eſt conſuetudo eremitis videns eos de labore poſuit menſam extra horam, & quod habuit in cella appoſuit eis, & fouit eos. Et quando factum eſt ſero dixerunt xij. Pſalmos, ſimiliter & nocte. Cum autẽ vigilaſſet ſenex audiuit illos inter ſe loquentes, & dicens, quia ſolitarij viri plus repauſant in eremo, quam nos in congregatione. Mane autem facto cum ambulaturi eſſent ad alium vicinum, dixit eis. Salutate eum pro me, & dicite ei. Obſerua, & noli adaquare olera: Ille autem cum hoc audiſſet, intellexit verbum, & tenuit eos vſque ſero laborantes ieiunijs. Cum ſero factum eſſet, fecit prolixius opus Dei, & poſtea dixit. Ceſſemus modicè propter vos, quia de labore eſtis. Et dixit iterum. Quotidie quidem manducare non ſolemus, ſed propter vos guſtemus modicum. Et appoſuit eis panem ſiccum, & ſal dicẽs. Ecce propter vos feſtiuitatem habemus hodie, & miſit patum aceti con ſale. Et ſurgentes cœperunt pſallere vſque mane. Et dixit eis. Propter vos non poſſumus adimplere regulam noſtram, vt modicè pauſetis, quia peregrini eſtis. Mane autem facto volebant fugere. Ille autem rogabat eos, dicens. Manete aliquantulum temporis nobiſcum, ſin alias vel propter mandatum, tres dies ſecũdum conſuetudinem eremi facite nobiſcum. Illi autem videntes quia non relaxaret eos, fugerunt occultè. ibid. nu. 30.

EXEMPLVM CXLV.

Oculorum ſuorum ſollicitus cuſtos Abbas Siluanus faciem ſuam cuculla tegebat.

SEdente aliquando Abbate Siluano in monte Sina volens diſcipulus eius abire ad quoddam monaſterium ſuum, dixit ſeni. Dimitte aquam, & riga hortum. Ille autem exiens ad dimittendam aquam tegebat faciem ſuam cuculla ſua, tantum ad pedes ſuos intendens. Contigit autem, vt ipſa hora quidam ſuperuenirent ad eum & videns eum a longe conſiderauit quid faceret. Et cum perueniſſet ad eum dixit ei. Dic mihi Abba, vt quid tegebas cuculla faciem tuam, & ſic adaquabas hortum? Et dixit ei ſenex. Nè viderent oculi mei arbores, & occuparetur mens mea ab opere ſuo in conſideratione earum, lib. de ſobrietate. num. 5.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM CXLVI.

Exire tentatus frater ad consilium senis reuersus dæmones vociferantes audiuit, vicisti nos monache, vicisti.

FRater quidam in cellis infundebat palmulas suas. Qui cum sedisset facere plectas, dicit ei cogitatio sua, vt iret ad quẽdam senem visitare eum. Et iterum cogitãs in semetipso dicebat, post paucos dies vadam. Et dicebat ei cogitatus suus: Si interhæc moritur quid faciam: sed vade modo, vt loquaris ei propter æstiuum tempus, & iterum dixit intra se; sed nõ est modus tempus. Iterum autem cogitauit dicens. Sed cum incides scriptum ad mattas, fit tẽpus, Rursus dixit: expendo palmulas istas, & tunc vado. Rursus dixit in semetipsos: Sed hodie in bonum aerem facit, & surgens reliquit palmas infusas, & rollens melotẽ sine pelliceam vestem suam ibat. Erat autem senex quidã vicinius ei, vir præuidens. Qui eum vidissent eum in impetu ambulãtem, clamauit, dicens: Captiue, captiue, vbi curris? Veni huc ad me. Qui cum venisset, dicit ei senex. Reuertere in cellam tuam. Ille autem frater narrauit ei fluctus, quos pertulerat in cogitationib. suis, & ita reuersus est cellã suam. Et cum ingressus fuisset in eam prostrauit se, & pœnitentiam egit. Hoc facto voce magna subito dæmones clamauerunt, dicentes: Vicisti nos monache, vicisti nos, & facta est matta eius supra quam iacebat velut ab igne vstulata. Dæmones autẽ velut fumus exterminati sunt. Sicq; frater ille didicit versutias eorum. ibid. nu. 10.

EXEMPLVM CXLVII.

Somnolentia grauati fratres cum bona dicerentur, ad vana facti sunt vigilantissimi.

NArrauit Abbas Cassianus de quodã sene in eremo sedente, quia rogauerat Deum, vt donaret ei nè dormitaret aliquando cum de spiritualibus rebus sermo fieret. Si autem detractionis, aut otiosa verba essent, statim in somnum conuerteretur, vt non huiusmodi venenum aures eius exciperent. Hic dicebat diabolum studiosum esse, vt moueret homines ad verba otiosa impugnatorem autem totius doctrinæ spiritualis. Ad quam rem hoc vtebatur exemplo: Loquente, inquit, me aliquando de vtilitate animarum ad quosdam fratres tam profundo somno occupati sunt, vt nec palpebras oculorum mouere potuissent; ego autem volens ostendere opus dæmonia cum esse, otiosarum rerum verba introduxi, ad quæ illi audientes, statim a somno relicti sunt, ego autem ingemiscens dixi: Vsque nunc de cœlestib. rebus loquebamur & omnium vestrum oculi somno grauissimo tenebantur, quando autem sermo otiosus inuentus est, omnes prompti audire cupistis. Propter quod rogo fratres charissimi, cognoscentes maligni dæmonis opus esse, attendite vobismetipsis custodientes vos a somno, quando aliquid de spiritualibus facitis, vel auditis. ibid. 18.

EXEMPLVM CXLVIII.

Orare se semper docuit Lucius abbas, cum manibus operans eleemosynas pauperibus dedit.

VEnerunt aliquando ad Abbarem Lucium in Hennato monachi quidam, qui dicebantur Euchitæ hoc est, oratores. Et interrogauit eos senex, dicẽs; Quod est opus manuum vestrarum. Et illi dixerunt. Nos non contingimus aliquando opus manuum, sed sicut dicit Apostolus sine intermissione oramus. Dicit eis senex: Et non manducatis? Illi autem dixerunt: Etiam manducamus. Et dicit eis: Quando ergo comeditis quis pro uobis orat? Et iterum interrogauit eos dicens. Non dormitis? Et illi dixerunt Dormimus. Et dicit ei senex. Cur dormitis quis pro vobis õ a? Et non inuenerunt quid ad hæc respondere ei. Et dixit eis. Ignoscite mihi fratres, quia ecce non facitis sicut dixistis. Ego autem ostẽdo vobis, quia operans manib. meis sine intermissione oro. Sedeo enim iuuante Deo infundens mihi paucas palmulas, & facio ex eis plectam & dico. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundũ multitudinem, &c. Et dicit eis, Oratio est, an non? Et dicunt ei. Etiã. Et ille dixit, qñ per manseró tota die laborans, & orans corde vel ore, facio plus minus sedecim numos, & pono ea eis ad ostium duos

num-

dumnos,& residuos manduco,& qui accipit illos duos denarios orat pro me tempore, quo ego manduco, vel dormio, atque ita per gratiam Dei implebitur in me quod scriptum est,sine intermissione lib. de oratione.nu.4.

EXEMPLVM CXLIX.

Gloriæ vanæ obuiando non debemus bona opera omittere.

FRater dixit Abbati Pastori. Si dedero fratri meo modicũ panis, aut aliquid aliud dæmones polluunt illud vt videatur ad placendum hominibus fieri. Et dixit ei senex. Et si ad placendum hominibus fiat tale opus, non tamen debemus fratribus non præbere quo egent. Dixit autem ei parabolam talem.Duo homines erant agricolæ habitantes in vna ciuitate, & vnus ex eis seminans collegit pauca, & sordida. Alius autem negligens seminare omnino nihil collegit.Si ergo fames fiat,quis eorum potest euadere. Et respõdit frater ille. Qui fecit parum ac immundum. Et dixit ei senex. Ita & nos seminamus pauca, etsi immunda,nè famis tempore moriamur.ibid. nu.7.

EXEMPLVM CL.

Benevolentia senis, Manichęus hæreticus orthodoxus efficitur.

ERat quidã senex in Aegypto habitans in deserto loco. Erat etiam alter longè ab eo Manichæus, & hic erat presbyter ex his,quos ipsi vocant electos. Qui cum vellet pergere ad quendam eiusdem erroris hominem,comprehendit eum nox in loco illo,in quo erat is ille,sanctus,& orthodoxus,& anxiabatur volens pulsare, & intrare,& apud eum manere,sciebat enim quia cognosceret quod esset Manichæus. Et reuocabatur a cogitatione sua, nè forte non adquiesceret suscipere eum. Compulsus tamen necessitate pulsauit, & aperiens ei senex,& cognoscens eum,suscepit eum cum hilaritate,& coegit eum orare, & reficiens eum collocauit vbi dormiret. Manichæus autem cogitans in se nocte mirabatur, dicens: Quoniam nullam suspicionem habet in me,verè hic Dei seruus est. Et surgens mane cecidit ad pedes eius, dicens. Ab hodie orthodoxus sum, & non recedam a te. Et deinceps remansit cum eo lib.de hospitalitate,nu 9.

EXEMPLVM CLI.

Bona religiosorum secularibus data non ditant eos,sed magis depauperant.

MOnachus quidam erat habens fratrem secularem pauperculum, & quicquid laborabat præbebat ei, sed quantum ei ille præbebat,tantum ille pauperior fiebat. Pergens autem monachus ille indicauit hoc cuidam seni. Senex autem dixit ei:Si me vis audire,nihil vltra præbeas illi, sed dic ei:Frater quando habui dedi tibi,tu ergo modo labora,& ex eo quod laboraueris præbe mihi,& quicquid tibi attulerit accipe ab eo,& vbi scis peregrinum,aut senẽ pauperem,da illud, & roga eos vt orẽt pro eo.Ille autem frater audiens hoc, fecit ita. Et veniente ad se illo seculari fratre, locutus est ei quemadmodum dixerat senex,& discessit tristis. Sit ecce, prima die tollẽs de horto minuta olera,attulit ei. Accipiens autem frater attulit senibus,& rogauit eos,vt orarent pro eo. Qui cum accepissent benedictionem,reuersus est in domum suam. Postea vero attulit olera & tres panes, & frater eius fecit sicut prius,& consecuta benedictione iterum discessit. Tertiò veniens attulit multas expensas,& vinum, & pisces, quod cum vidisset frater eius, miratus est, & vocauit pauperes, & refecit eos. Dicit autem illi seculari fratri suo. Non opus habes aliquantis panibus? Et ille dixit. Non Domine,quoniam quando accipiebam aliquid a te, velut ignis intrauit in domum meam, & consumebat illud, nunc autem quando a te nihil accipio, superabundo,& Deus benedixit me. Pergens autem frater indicauit hæc omnia quæ facta fuerant seni,& dixit ei senex. Nescis quia opus monachorum ignis est,& vbicunque ingreditur, consumit.Hoc autem vtile est fratri tuo,vt de labore suo misereatur, & orationem à sanctis viris accipiat,& ita benedictionem consequens multiplicabitur eius labor. ibi. nu.11.

EXEM-

EXEMPLVM CLII.

Eleemosynam tribuens pauperibus senex abundauit panibus, quando tenax frater ad indigentiam duram peruenit.

SEnex quidam cum alio fratre agebat communem vitam. Erat autem senex ille misericors. Contigit autem vt sic et fames, & cœperūt quidam venire ad ostium eius, vt acciperent agapem, senex verò omnibus venientibus ministrabat panem. Videns autem frater quod fiebat, dicit seni: Da mihi partem meam de panib. & quod vis fac de parte tua. Senex autem diuisit panes, & faciebat more solito eleemosynam de parte sua. Multi autem concurrebant ad senem, audiens quia omnibus daret. Videns autem Deus propositum voluntatis eius, benedixit panes. Frater autem ille qui acceperat partem suam, & nulli dabat, consumpsit panes suos, & dixit seni: quoniam modicum est adhuc quod habeo de panibus meis Abba, suscipe me ad communem vitam. Et dixit ei senex. Quomodo vis facio, & cœperunt simul esse, & communiter viuere. Facta est iterum penuria victualium, & veniebant iterum indigentes, vt acciperent agapem. Contigit autem vna die, vt intraret frater ille, & videret quia defecerunt panes, venit autem & pauper postulans agapem, senex vero dixit fratri illi: da ei panem, & dixit. Iam non habeo pater. Et senex intra, & quære. Ingressum autem frater attendit, & vidit repositionem, in qua panes haberi solebant, repletam panibus. Quod cum vidisset, timuit, & tollens dedit pauperi, atque ita agnoscens fidem, & virtutem senis, glorificauit Deum. ibidem nu. 12.

EXEMPLVM CLIII.

Obedientissimus Marcus vocatus à sene, inchoatam literam o incompletam dereliquit, vnde & à Deo, & hominibus dilectus est.

DIcebant de Abbate Syluano, quod habuerit in Scythi discipulum, nomine Marcum, & hic fuerit magnæ obedientiæ, quique etiam scriptor antiquarius erat. Diligebat autem eum senex propter obedientiam suam. Habebat autem & alios vndecim discipulos, qui contristabātur eo quod diligeret eum plus illis: Quod cum audissent vicini, quia plus eum cæteris discipulis suis diligeret moleste tulerunt. Vna autem die venerunt ad eum, quos assumens secum Abbas Syluanus egressus est de cella sua, & cœpit discipulorum suorum cellas pulsare dicens. Frater te opus habeo. Et vnus ex eis non est secutus. Venit autem ad cellam Marci, & pulsauit, dicens: Marce. Ille autem cum audisset vocem senis, statim exiuit foras, & misit eum ad quoddam monasterium. Abbas autem Syluanus dixit senibus, vbi sunt cæteri fratres? Et ingressus cellam Marci, inuenit quaternionem, quem eadem hora inchoauerat, in quo literam o faciebat, & audita voce senis non fixit, nec gi auit calamum vltra, impleret. & concluderet literam, quam in manu habebat. Et dixerunt senes. Vere Abba, quem tu diligis & non diligimus, quoniam Deus diligit eum. libr. de obedientia nu. 1.

EXEMPLVM CLIV.

Affectum matris Marcus vicit, qui vestitus sacco, fœdatus fumo, clausis oculis, se matri viuendum exhibuit.

VEnit aliquādo mater supra dicti Marci, vt videret eum, & habebat secum plurimum obsequium. Ad quam cum exisset senex, dixit ei illa. Abba dic filio meo, vt exeat ad me, & videam eum. Ingressus autem senex dixit ei. Egredere vt videat te mater tua. Ille autem vestitus erat sacco scisso & reconsuto pannis, & caput atque facies eius tincta fumo, & fulgine coquinæ erat. Qui propter obedientiam Abbatis egressus est quidem, sed clausit oculos suos & ita salutauit matrem suam, vel eos qui venerant cum ipsa dicens. Sani esto te. Et nemo ex eis nec mater sua cognouit eum, quia ipse esset. Quæ iterum misit ad senem dicens Abba, mitte filium meum, vt videā eum Et dixit. Marco. Nonne dixi tibi, exi vt videat te mater tua? Et dixit Marcus. Egressus sum iuxta verbum tuum pater, veruntamen rogo te, ne mihi vltra dicas illud vt exeam, ne inobediens tibi uidear esse. Et egressus senex dixit matri eius. Ipse est qui exiuit ad vos, & salutauit vos, dicens. Sani estote, & consolatus est eam, & ita discedere fecit, ibidem nu. 2.

EXEM-

EXEMPLVM CLV.

Oratione quidam frater cum ad luxuriam per fœminam inuitaretur, subitò rapi meruit, & ad flumen collocari.

SEnex quidam solitarius habuit quendam ministrum, manentem in possessione. Contigit autem semel, vt tardante ministro, deficerent necessaria seni. Et cum interceſſiſſet tempus, vt non veniret minister, defecerunt quæ necessaria erant seni ad victum, & oportebat quod operaretur manibus suis. Qui cum affligeretur, nō habēdo quod laboraret, neque vnde viueret, dixit discipulo suo: Si vis, vadas ad possessionem illam, & voces nobis ministrū qui solet quę opus sunt ministrare. Et ille respōdit quod iubes facio. Differebat autem adhuc senex, non præsumens mittere fratrem, & cum diu sustinerent, & tribularentur, non veniēte ministro illo, dixit iterum senex ad discipulum suum. Vis ire ad possessionem, & adducere eum? Et ille respondit, quod iuis facio. Timebat etiam, & discipulus ille descendere ad possessionem, ne scandalizaretur aliunde, sed ne inobediens esset patri suo adquieuit abire. Dixit autem ei senex: Vade, & crede in Deum patrum meorum, quia proteget te abomni tentatione, & facta oratione dimisit eum. Veniens autem frater in possessionem, requisiuit vbi maneret minister ille, & inuenit hospitium eius. Contigerat autem eum cum suis omnibus ad memoriam parentum suorum extra possessionem venire, excepta vna filia eius. Quę cum pulsantem fratrem illum audisset, venit ad ostium, & aperuit ei. Et cum interrogaret eam de patre suo, illa hortata est eum vt intraret hospitium, simul etiam, & trahebat eum; ille verò non adquiescebat intrare. Sed cum diu eum traheret, præualuit introducere eum ad se, & complexa est eum, & cœpit eum illectare ad commixtionem corporis sui. Ille autem videns se trahi ad luxuriam, & cogitationibus confundi, ingemiscens clamauit ad Deum, dicēs: Domine, propter orationes patris mei libera me in illa hora. Et cum hoc dixisset, subitò inuentus est ad flumen, pergens ad monasterium, & euersus est illæsus ad abbatem suum. ibid. nu. 4.

EXEMPLVM CLVI.

Obediens frater à crocodylis honoratur, orans mortuum suscitauit, quod abstinens frater non potuit.

DVo carnales fratres venerunt habitare in quodam monasterio, ex quibus vnus erat præclaræ continentiæ, alter verò obedientiæ magnæ, cui dicebat pater, fac hoc, & faciebat, & fac illud, & faciebat; De qua re magnam opinionem in monasterio habebat, quia ita obediens existebat. Punctus autem inuidiæ mucrone frater eius ille continens aduersus eum, dixit in semetipso. Ego probo istum, si habet obedientiam, & accedens ad patrem monasterij dicit ei: Dimitte mecum fratrē meū, vt eamus alicubi. Et dimisit abbas irre, & assumens eum ille frater abstinens, voluit tentare eum. Et cum venissent ad flumen vbi erat multitudo crocodylorum, dicit ei Descende in flumen, & transi. Et ille mox descendit. Venerunt autem crocodyli, & lingebant corpus eius, in nullo lædentes eum. Quod cum vidisset frater eius, dixit ei. Ascēde de flumine. Et cum iter agerent, inuenerunt corpus inhumatum iacens in via. Et dixit abstinens ille ad fratrē suum. Si habuissemus aliquid vetusti, ut iactaremus super illud corpus Et respondens ille obediens frater, dixit: Magis oremus, & forsitan resurget. Et stantes ad orationem, atque orantes intentè, surrexit mortuus ille Quo facto, gloriatus est abstinens frater & dixit, pro continentia mea suscitatus est mortuus hic. Omnia autem hæc reuelauit Deus abbati monasterij eorum, & qualiter tentauerit fratrem suum de crocodylis, & quomodo suscitatus est mortuus ille. Et cum venissent ad monasterium, dixit abbas abstinenti fratri illi. Quare ita fecisti fratri tuo. Ecce tamen per obedientiam eius mortuus ille surrexit. ibid. nu. 5.

EXEMPLVM CLVII.

Obediens frater dilectum filium suum ad præceptum superioris sui in fu num ardentem proiecit, sed puerum i læsum recepit.

ALter quidam secularis vitæ, habens tres filios, renūciauit seculo, & venit

Digitized by Google

ad monasterium, relinquens filios suos in ciuitate. Et cum fecisset tres annos in monasterio, cœperunt ei cogitationes suę filios ad memoriam frequenter adducere, & contristabatur pro eis valde. Neque enim dixerat abbati, se filios habere. Videns autem abbas eum tristem, dixit ei. Quid habes, quod tristis es? Et narrauit ei quia tres filios haberet in ciuitate, & quia vellet eos ad monasteriũ adducere. Præcepit autem abbas vt adduceret eos. Qui cũ perrexit ad ciuitatem, inuenit duos ex eis iam esse defunctos, vnum verò solum modo remansisse. Quem assumens venit ad monasterium, & requirens abbatem, non eum inuenit illic. Interrogauit autem fratres, vbi esset abbas. Et illi dixerunt, ad pristinum perrexit. Ille verò tollens filium, quem adduxerat, abijt in pristinum. Et videns eum abbas venientẽ salutauit, & tenens infantem quem adduxerat amplexatus est eum, & osculabatur, dixitque patri eius: Amas eum? Et ille respondit: Etiam. Et rursus dixit ei; Omnino diligis eum? Respondit; Etiam. Hæc cum audisset abbas, dixit ei: Tolle ergò si amas eum, & mitte in furnũ, sic modò dum ardet furnus. Et tenens eum pater suus, iactauit eum in furnum ardentem. Statim autem furnus factus est sicut ros. Ex qua re adquisiuit gloriam in tempore illo, quemadmodum Abraham patriarcha, ibid. nu. 6.

EXEMPLVM CLVIII.

Obedientem fratrem abbas Pambo super omnes alios fratres magnificè commendauit.

VEnerunt aliquando fratres quatuor de Scychi ad abbatem Pambo, vestiti pelliceis tunicis, & indicauit vnusquisque eorum virtutem alterius, non præsente eo de quo loquebatur. Vnus namque ex eis ieiunabat multum alter verò nihil possidebat, tertius autem habebat plurimã charitatem. De quarto autem dicebant, quia xxij. annos haberet in obedientia permanens seniorum. Respondit autẽ eis abbas Pambo. Dico vobis, quia istius virtus maior est quàm cæterorum, quoniam vnusquisque vestrum virtutem, quam possidet, voluntate propria retinuit. Hic autem voluntatem suam abijciens, alienæ se voluntati seruum fecit. Tales enim viri confessores sunt, si vsque ad finem ita permanserint. ibidem. nu. 9.

EXEMPLVM CLIX.

Obediens Ioannes aridum lignum aquam longius adferens per tres continuos annos irrigauit, donec grandi miraculo vireret, & obedientia fructum produceret.

NArrauerunt de abbate Ioanne breuis staturæ, quia perrexit ad quendam senem Thebæum genere, commorantem in Scychi, qui sedebat in eremo. Tollens autem aliquando abbas eius lignum siccum plantauit, & dixit ei. Per singulos dies mitte ei ad pedem eius lagenam aquæ donec fructum faciat. Erat autem longe ab eis aqua, ita vtà seno pergeret, & mane veniret. Post tres autem annos viruit lignum illud, & fructum fecit. Sumens autem ex fructu eius senex, attulit ad ecclesiam, & dixit fratribus; Accipite, & manducate fructum obedientiæ. ibid. nu. 12.

EXEMPLVM CLX.

Humilis monachus alteram maxillam præbens obsessæ percutienti dæmonem effugauit.

DIxit abbas Daniel, quia erat in Babylonia filia cuiusdam primarij, dæmonium habens Pater autem diligebat quandam monachum, qui dixit ei. Nemo potest curare filiam tuam, nisi quos scio solitarios, etsi perrexeris ad eos, & rogaueris eos, tamen non adquiescunt facere propter humilitatem, sed hoc faciunt. Quando veniunt afferentes venalia quæ operantur, dicite vos emere velle quæ vendunt, & dum venerint in domum præcium accepturi, dicemus eis vt faciant orationem, & credo quia saluabitur filia tua. Exeuntes ergò in plateam inuenerunt vnum senem sedentem, vt venderet sportellas suas. Et tulerunt eum secum in domum, vt quasi præcium sportarum acciperet. Et cum intrasset monachus ille in domum, venit puella illa, quæ à dæmone vexabatur, & mox dedit alapam monacho illi. Ille autem

tem conuerſit ei & aliam maxillam ſecundum diuinum præceptum. Dæmon autem coactus clamare cæpit. O uiolentia mandatorum Chriſti Ieſus expellit me hinc. Et ſtatim mandata eſt puella illa. Cum autem veniſſet ad ſenes monachus ille, indicauit eis quod factum fuerat, & glorificauerũt Deum, & dixerunt. Conſuetudo eſt diabolicæ ſuperbiæ, humilitate mandatorum Ieſu corruere. lib. de humilitate. nu. 5.

EXEMPLVM CLXI.

Tentationibus & tribulationibus niſi conculcatus fuerit homo, non poterit eſſe monachus.

ABbas Moyſes dixit fratri Zachariæ. Dic mihi quid faciam. Ille autẽ hoc audiens iactauit ſe pronus in terram ad pedes eius, dicens: Tũ me interrogas pater? Dixit autem ei ſenex: Crede mihi fili Zacharia, quia vidi Spiritum ſanctum deſcendentem in te, & propterea compellor interrogare te. Tunc tollens Zacharias cucullam ſuam de capite, miſit illam ſub pedibus ſuis, & conculcans dixit: Niſi ita cõculcatus fuerit homo, non poteſt monachus eſſe. ibid. nu. 7.

EXEMPLVM CLXII.

Ordinem diaconatus Theodorus exercere non audet, quia ſe diſſimilem ſenſit columnæ igneæ ſibi cœlitus oſtenſæ.

DIcebant de abbate Theodoro, quia cum factus fuiſſet diaconus in Scychi, non adquieſcebat miniſtrare, ſed huc atque illuc fugiebat. Et iterum ſenes adducebant eũ, dicentes. Non derelinquas miniſterium tuum. Dixit autem eis abbas Theodorus. Dimittite me, & deprecor Dominum Deum, & ſi oſtenderit mihi quia debeo ſtare in loco miniſterij huius, facio. Et dum deprecaretur Dominum dicebat. Si voluntas tua eſt Domine, ut ſtem in hoc miniſterio, demonaſtra mihi. Et oſtẽſa eſt ei columna ignis de terra vſque ad cœlũ, & vox ſonuit, dicens. Si potes fieri vt columna hæc, vade miniſtra. Ille autem audiens, ſtatuit apud ſe nullatenus adquieſcere. Qui cum veniſſet ad Eccleſiam pœnitentiam egerunt apud eum fratres, dicentes. Si non vis miniſtrare, uel calicem tene. Et non adquieuit eis, dicens. Si non me dimittis, diſcedo de loco iſto. Et ita receſſerunt ab eo. ibid. nu. 9.

EXEMPLVM CLXIII.

Diffamationem de fornicatione Macharius patientiſſime tulit.

INterrogatus abbas Macharius, pro qua cauſa in Scychi habitauerit, dixit: Quando eram iuuenis, & ſedebam in cella mea in Aegypto, tenuerunt, & fecerunt me clericum in uico. Et cum nollem adquieſcere ad miniſtrandum, fugi ad alium locum, & uenit ad me quidam ſecularis homo, ſed uita religioſus, & tollebat a me opus qđ feciſſem manib. meis, & miniſtrabat mihi quæ neceſſaria erant Contigit autem (tentate diabolo) ut virgo quædam in uico illo vitiata a quodam iuuene in lapſum caderet, & cum in utero cæpiſſet, interrogata quis eſſet, de quo in utero haberet, illa dicebat, quia hic ſolitarius eſt, qui mecum dormiuit. Exeuntes autem de uico illo comprehenderunt me, & adducentes ad uicum, appẽderunt in collo meo cacabos, & ollas, & anſas vaſorum, & miſerunt me circuire in uico illo, per uiam cædentes, atque dicens. Hic monachus corrupit filiam noſtram, tollite, tollite eum. Et cæciderunt me pene uſque ad mortem Superueniens autem quidam ſenex, dixit. Quamdiu cæditis monachum iſtum peregrinum? Illa autem, qui mihi ſolebat miniſtrare neceſſaria, ſequebatur retro cum uerecundia. Et enim etiam ipſum contumelijs multis affecerunt, dicentes: Ecce ſolitarius monachus, cui tu teſtificabaris, quid fecit? Et dixerunt parentes puellæ illius: quia non dimittimus eum, donec fideiuſſorem præbeat, qui paſcat eam. Et dixi illi, qui mihi miniſtrare ſolebat, & dedit fidem. Et reuerſus ſum in cellam meam, & dedi ei quantas habui ſportellas, dicens. Vende illas, & da illi mulieri meę manducare. Dicebam autem in animo meo. Macharı, ecce inueniſti tibi mulierem, opus habes modo amplius laborare, ut paſcas eum. Et operabat non ſolum in die, ſed etiam in nocte, & tranſmittebam ei. Cum autem veniſſet tempus infælici illi ut pare

ret, traxit plurimos dies in dolore, & non patiebatur. Dicunt ei: Quid est hoc? Et illa dixit. Scio quare doleor. Et cum interrogata à parentibus suis, quare? respondit, quia illi monacho crimen imposui, & fallens implicaui eum, cum ipse non habeat cautam, sed iuuenis ille talis ipse mecum dormiuit, & hoc fecit. Audiés autem uerba hęc ministri mei, gaudés uenit ad me, & dixit, quia non potuit parere puella illa, donec confiteretur, quia tu nullam cautam in conceptu eius habuisses, & quia mentita sit aduersum te. Et ecce, omnes habitatores uici illius uolunt uenire huic ad cellam tuam, glorificare Deum pœnitentiam apud te Acturi. Ego autem audiés ista a ministro, meo ne affligerente me homines surrexit, & fugi huc in Scichi. Et hoc est principium causæ propter quam hic habitare cœpi. ibidem nu. 11.

EXEMPLVM CLXIIII.

Humilitatem Macharij dæmon imitari non potuit, licet ieiuna, uigilias, & cætera potuisset imitari.

PRæteriens aliquando prædictus abbas Macharius à palude ad cellam suam, reuertens portabat palmas. Et ecce, occurrit ei diabolus in tua cum falce messoria. Voluit autem eum percutere falce illa, sed non potuit. Et dixit ei: multas uiolentias patior à te Machari, quia non possum prævalere aduersum te. Ecce enim quicquid tu facias, & ego facio. Ieiunas tu, ego penitus non manduco: uigilas tu, ego penitus non dormio. Castus es tu, & ego nullius fœminæ unquam contubernio sum usus diuitiis tu renunciasti, & mihi nullę omnino diuitiæ sunt, neque eas habere concupisco. unum est autem, in quo me superas. Et dicit ei abbas Macharius: Quid est illud? Respondens diabolus dixit: Humilitas tua per quam non ualeo aduersum te. ibidem. nu. 12.

EXEMPLVM CLXV.

Patienter abbas Moyses de Ecclesia pelli, se sustinuit.

DIcebat de Abbate Moyse, qui factus est clericus, & imposuerunt ei super humerale. Et dixit ei Archiepiscopus. Ecce factus es candidatus abba Moyses. Et ille respondit. Putas à foris, Domine Papa, uel intus? Volens autem Episcopus probare eum dixit clericus. Quando intrat abbas Moyses ad altare, expellit eum, & sequimini, ut audiatis quid dicat. Cum autem cœpissent, foras mittere eum. dicebant Exi foras Aethiops. Ille uero egrediens, dicebant. Beñe tibi fecerũt cineroſe & cacabate, quia cum homo nõ sis, quare te in medio hominum dare præsumpsisti? ibidem nu. 13.

EXEMPLVM CLXVI.

Linguas & os refrænas Agathon, quamuis iuuenis, inter abbates computari meruit.

NArrauit abbas Ioseph, quia sedentibus nobis aliquãdo cum abbate Pastore, nominauerit abbatem Agathonem. Et diximus ei. Inuenis est, & quare eum appellas abbatem? Et dixit abbas Pastor: Quia os suum fecit eum appellari abbatem. ibidem. nu. 17.

EXEMPLVM CLXVII.

Humilis senex ad præceptum Archimandritæ porcos pascit flagello ducit, & reducit.

SEnex quidam erat solitarius uacans in eremo, & dicebat in semetipso, quia perfectus esset in ufrutib. Hic orauit Dominum, dicens. Ostende perfectioni meę quod deest mihi ut faciam. Volens autem Deus humiliare cogitationes eius, dixit, vade ad illum Archimandritam, & quicquid dixerit faciro. Reuelauit autem Deus Archimandritæ illi antequam ille ad illum veniret, dicens. Ecce, solitarius illle venit ad te. Dic ergò ei, ut tollat flagellum & uadat, & pascat tibi porcos. Veniens ergo senex pulsauit ostium, & ingressus ad Archimandritam illum, sualutauerunt se, & cum sederent, dixit ei solitarius ille, qui uenerant. Dic mihi, qui faciam, ut sim saluus? Et ille dixit. Facies quodcunque dixero tibi? Et respondit. Etiam. Et dixit ei. Ecce tolle flagellũ, et uade pasce porcos hos.

Digitized by Google

Hi autem, qui eum nouerant, & audierant de eo, cum vidiſſent quia porcos paſceret, dicebant. Viditis illum magnum ſolitariũ de quo audiebamus? Ecce ſtupuit cor eius, & dæmonio vexatur, & paſcit porcos. Videns autem Dominus Ieſus humilitatem eius, quia ita patienter ſuſtinebat opprobria hominum, præcepit ei iterum redire ad locum ſuum. ibid. nu. 21.

EXEMPLVM CLXVIII.

Humilitate ſenis ſe inter hædos a ſiniſtris ponendos computantis dæmon ab obſeſſo fugatur.

VEnerunt quidam aliquando in Thebaidam ad quendam ſenem, habentem ſecum vnum, qui à dæmonio vexabatur, vt curaretur ab ille ſene. Senex verò cum diu rogaretur, dixit dæmoni: exi maledicte ſathana de factura Domini Dei. Et reſpondit dæmon ſeni: ex eo, ſed interrogo te vnum verbum, vt dicas mihi. Qui ſunt hædi, & qui ſunt agni? & dixit ſenex. Hœdi quidem tales ſunt qualis ego, agnos verò Deus ſcit. Et audiens dæmon clamauit voce magna dicens. Ecce propter humilitatem tuam exeo. Et exijt eadem hora ibid. nu. 27.

EXEMPLVM CLXIX.

Humilitate ſua ſenex, qui interrogare aliũ noluit, dubij ſui ſolutionem ab Angelo percipere meruit, quam ſeptuaginta hebdomadarum ieiunio non meruit impetrare.

NArrauerunt de quodã ſene, quia perſeuerauerit ieiunãs ſeptuaginta hebdomadas, ſemel in hebdomada reficiens. Hic autem poſtulabat a Deo de quodam ſermone ſcripturarum ſanctarum, & non reuelauit ei Deus. Dixit ergo in ſemetipſo. Ecce tantum laborem ſumpſi, & nihil profeci. Vado ergò ad fratrem meum, & requiro ab eo. Qui cum egreſſus clauſiſſet oſtium ſuum vt abiret, miſſus eſt ad eum angelus Domini, dicens: Septuaginta hebdomadæ, quas ieiunaſti non te fecerunt proximum Deo. Nunc ergò quia ita humiliatus es, vt ad fratrem tuum pergeres, miſſus ſum indicare tibi ſermonem. Et aperiens ei de re eadem quam quærebat, indicauit ei, & mox diſceſſit angelus ab eodem ibid. num. 33.

EXEMPLVM CLXX.

Humilis frater à deceptione diaboli in ſpecie Gabrielis apparentis liberatur, quia dixit, vide ne ad alium miſſus ſis.

CVidam fratri apparuit diabolus, trãſfiguratus in angelum lucis, & dixit ei. Ego ſum Gabriel, & miſſus ſum ad te. Ille vero dixit ei. Vide ne ad alium miſſus ſis. Ego enim non ſum dignus, vt angelus ad me mittatur. Diabolus autem ſtatim non comparuit. ibid. nu. 35.

EXEMPLVM CLXXI.

Dæmon in forma Chriſti, ſenem humilem decipere non potuit.

NArrauerunt de quodam ſene, quia, ſedens in cella ſua, & ſuſtinens tentationes, videbat demones manifeſtè, & contemnebat eos. Cum autem diabolus videbat ſe vinci a ſene, venit, & oſtendit ſe ei, dicens Ego ſum Chriſtus. Videns autem eum ſenex clauſit oculos ſuos. Et dixit ei diabolus. Ego ſum Chriſtus, quare clauſiſti oculos tuos? Et reſpondens ſenex, dixit ei. Ego Chriſtum hic nolo videre, ſed in alia vita. Audiens autem diabolus, non comparuit. ibid. nu. 37.

EXEMPLVM CLXXII.

Caſtrantes ſeipſos ab epiſcopis, & ſummo Pontifice excommunicantur.

FRater aliquis contriſtabatur aduerſus alium fratrem. Quod audiens ille, venit ſatisfacere ei. Ille autem non aperuit oſtium cellæ ſuæ. Perrexit ergo ille ad quendam ſenem, & dixit ei cauſam, & reſpondit ei ſenex. Vide ne quaſi iuſtitiam habeas cauſæ apud temetipſum in corde tuo, tanquam culpaturus fratrem tuum, vt teipſum iuſtifices, & illum reprehendas ſed propterea non tetigit Deus cor eius, vt aperiat tibi. Veruntamen hoc eſt quod dico

tibi, vt vel ſi ille peccauit in te, pœnas in corde tuo, quia tu in illum peccaueris, & fratrem tuum iuſtifices, & tunc Deus dat in corde illius concordare tecum. Et narrauit ei exemplum tale, dicens. Duo quidam erant ſeculares religioſi, & loquentes ſecũ egreſſi ſunt, & facti monachi, æmulationẽ autem habentes vocis euangelicæ, ſed non ſecundum ſcientiam, caſtrauerunt ſe quaſi propter regna cœlorum. Audiens autem hoc Archiepiſcopus, excommunicauit eos. Illi autem putantes, quia bene feciſſent, indignati ſunt contra eum, dicẽtes. Nos propter regna cœlorum caſtrauimus nos, & hic excommunicauit nos, eamus, & interpellemus aduerſus eum. Hieroſolymorum Archiepiſcopum. Abeuntes autem indicauerunt ei omnia. Et dicit eis Archiepiſcopus Hieroſolymitanus. Et ego vos excommunico. Ex quo iterum contriſtati, abierũt Antiochiam ad Archiepiſcopum, & dixerunt ei omnia, quæ facta ſunt circa ſe, & ille ſimiliter excommunicauit eos. Et dixerunt ad ſeipſos. Eamus Romam ad Patriarcham, & ipſe nos vindicat de hominibus iſtis. Abeuntes ergò ad ſummum Archiepiſcopum Romanę ciuitatis ſuggeſſerunt ei, quæ fecerant eis memorati Archiepiſcopi, dicentes. Venimus ad te, quia tu es caput omnium; Dixit autem eis, & ipſe, & ego vos, excommunico, & ſeparati eſtis. Tunc defecerunt animo excommunicati toties, & dixerunt ad ſeipſos. Iſti Epiſcopi ſibi inuicem conſentium dederunt, & conſentiunt, propter quod in ſynodis congregãtur. Sed eamus ad illum virum ſanctum Epiphanium Epiſcopum de Cypro, quia propheta eſt, & perſonam hominum non accipit. Cum autem proximarent ciuitati eius, reuelatum eſt ei de ipſis, & mittens in occurſum eorum, dixit. Ne intretis ciuitatem iſtam. Tunc illi in ſe reuerſi dixerunt. Pro veritate nos culpabiles ſumus, vt quid ergo nos ipſos iuſtificamus? etiam ſi nos iniuſtè excommunicauerunt, nunquid & iſte propheta? Ecce enim Deus reuelauit ei de nobis. Et reprehenderunt ſemetipſos valde de culpa quam fecerant. Tunc videns Deus qui corda nouit, quia ſe proveritate culpabiles fecerant, reuelauit Epiſcopo Epiphanio, & vltro miſit, & adduxit eos, & conſolatus eos ſuſcepit in communionem. Et ſcripſit de his Archiepiſcopo Alexandriæ. Suſcipe filios tuos, quoniam in veritate pœnitentiam egerunt. Et addidit ſenex, qui hoc exemplum narrauit, dicens. Hæc eſt hominis ſanitas, & hoc eſt quod Deus vult, vt homo culpam ſuam proijciat ante Deum. Hęc cum audiſſet frater, fecit ſecundum verbum ſenis, & pergens pulſauit oſtium fratris. Ille autem mox vt ſenſit eum, primus de intus pœnitentiam geſſit, aperuitque ſtatim oſtium, & oſculati ſunt ſe inuicem ex animo, & facta eſt inter vtroſque pax magna. ibid. nu. 39.

EXEMPLVM CLXXIII.

Humilitas deſtruit virtutem inimici.

DVo monachi, qui erant carnales fratres, habitabant ſimul, & volebat diabolus ſeparare eos, nec poterat. Semel ergò vnus, qui erat iunior ætate, incendit lucernam, & poſuit eam ſuper candelabrum. Fecit autem opera ſua dæmon, & euertit candelabrum. Pro qua re cœcidit eum maior frater cũ ira. Ille verò pœnitentiam egit, dicens ei Habe patientiam in me frater, & iterum accendam eam. Et ecce virtus Domini venit, & torquebat dæmonem illum vſque mane. Dæmon autem nunciauit principi ſuo quod factum fuerat. Et audiuit ſacerdos paganorum id quod retulerat demõ, & egreſſus factus eſt monachus, & ab initio conuerſationis ſuę tenuit humilitatem, dicẽs. Humilitas ſoluit omnem virtutem inimici, ſicut eos ego audiui loquentes, dicendo, quia quando perturbamus monachos, conuertitur vnus ex eis, & agens pœnitentiam, deſtruit omnem virtutem noſtram ibid. nu. 4.

EXEMPLVM CLXXIIII.

Benevolentia ſua abbas Paſtor inuidi fratris ſaucium pectus ſanauit.

SEnex quidam erat in Aegypto, antequã veniret illuc abbas Paſtor. Ille autem habebat notitiam hominum, & multum honorem. Cum autem aſcendiſſet abbas Paſtor de Scythi cum ſuis, dimiſerunt homines illum ſenem, & venerunt ad abbatem Paſtorem. Inuidia autem tactus ſenex, male

malè loquebatur de eis]. Hoc audiens abbas Paſtor, contriſtabatur, & dicit fratribus ſuis; Quid faciemus de ſene iſto magno, quia nos in tribulationem miſerunt homines, derelinquentes ſenem, & ad nos, qui nihil ſumus, accedentes? Quomodo ergo poſſumus ſanare eum? Et dixit eis; Facite eum aliquid guſtare, & tollite vaſculum vini, & eamus ad eum & guſtemus ſimul, forſitan per hæc poſſumus ſanare animam eius. Tulerunt ergo quos parauerant cibos, & perrexerunt ad eum, & dum pulſarent oſtium, reſpondit diſcipulus eius, dicens; Qui eſtis? Illi reſponderunt. Dic abbati, quia Paſtor eſt, & deſiderat per vos benedici. Hæc autem nunciante ei diſcipulo eius, ille mandauit ei dicens Vade, quia non vacat mihi. Illi autem perſeuerantes in caumate, dixerãt. Non diſcedemus, niſi meuerimus benedictionem ſenis. Senex autem videns perſeuerantiam eorum, & humilitatem, compunctus aperuit eis. Et intrantes guſtauerunt cum eo. Cum autem manducarent, dixit ſenex. In veritate dico, minus eſt quod audiui de vobis, centuplum eſt.n. quod video in opere veſtro. Factus eſt ergo eis amicus ex illa die. lib. de charitate. num.4.

EXEMPLVM CLXXV.

Conuertitur latro cum ſocijs Paſnutio contra mortem ſuum vini calicem potante.

DIcebant de abbate Paſnutio, quia nõ citò biberet vinum. Ambulãs autem aliquando, ſuperuenit in conuentum latronum, & inuenit eos bibentes. Cognouit autem eum qui erat primus latronum, & ſciebat quia non biberet vinum. Videns ergo eum de multo labore, impleuit calicem vini, & in alia manu tenuit gladium euaginatum, & dicit ſeni: Si non bibas, occidante. Senex verò ſciens, quia mandatum Dei vult facere, & volens eum lucrari, accepit & bibit. Ille verò princeps latronum pœnitentiam egit apud eum, dicens. Ignoſce mihi abba, quia contriſtaui te. Et dicit ei ſenex; Credo in Deo meo, quia per hunc calicẽ faciet tecum miſericordiam, & in hoc ſeculo, & in futuro. Et reſpondit princeps latronum. Et ego credo in Deo, quia ex hoc non faciam alicui quicquam mali. Et lucratus eſt ſenex omne collegium latronum illorum per id, quod ſe propter Deũ dimiſit voluntati eorum. ibid. nu. 6.

EXEMPLVM CLXXVI.

Charitatiuus frater anſas de ſuis ſportis reſoluens alteri indigenti tranſmiſit.

DIcebant de quodam fratre], qui cum feciſſet ſportas, & impoſuiſſet eis anſas, audiuit vicinum ſuum alium monachum dicentem. Quid facio, quia proximum eſt mercatum, & non habeo anſas quas imponam ſportelis meis? Ille verò audiens reſoluit anſas quas impoſuerat ſportis ſuis, & attulit eas fratri illi vicino, dicens. Ecce, iſtas ſuperfluas habeo, tolle & pone in ſportas tuas. Et fecit opus fratris ſui proficere, proprium autẽ opus reliquit imperfectum. ibid. nu. 10.

EXEMPLVM CLXXVII.

Infirmis miniſtrare ieiunium, & omnem pœnitentiam quidam ſenex dixit præcellere.

FRater interrogauit quendam ſenem dicens; Duo ſunt fratres, ex quib. vnus quieſcit in cella ſua, protrahens ieiunium ſex dierum, & multum ſibi laborem imponens, alter verò ægrotantibus deſeruit. Cuius opus magis acceptum eſt Domino Deo noſtro? Reſpondit ei ſenex; Si frater ille, qui ſex diebus ieiunium leuat, appendat ſe per nares, non poteſt æqualis eſſe illi, qui infirmantibus deſeruit. ibid. nu. 12.

EXEMPLVM CLXXVIII.

Charitatiui meſſores infirmum non uolentem laborare, ad mercedes capiendas iudicè compulerunt.

PErrexerunt aliquando tres fratres ad meſſem, & ſuſceperunt centum ſpatium, ſexaginta modiorum, quod meterent. Vnus autem ex eis, prima ipſa die infirmari cœpit, & reuerſus ad cellam ſuam. Duo autem qui remanſerunt, unus alteri dixit. Ecce frater, uides, quia incur-

Digitized by Google

vitin eg. in finem frater noſter; extorque ergo tu ani no tuo parum, & ego ſimiliter meo paululũ, & credamus in Deo noſtro, quia per orationes eius implebimus nos duo opera eius, & metemus partem ipſius. Cum ergo expleuiſſent meſſem totius loci illius, quem ſuſceperant, uenerunt accipere mercedes ſuas; & uocauerũt fratrem, dicentes. Frater ueni accipe laborẽ tuum. Et ille dixit eis. Qualem laborem accipiã, qui non meſſui? Et illi dixerunt ei; Orationibus tuis conſummata eſt meſſis, ueni ergo accipe mercedem tuam. Facta eſt ergo pluri a contentio inter eos de hac re, illo ſe dicente, non accipio, quia non laboraui, illis vero non adquieſcentibus niſi & ipſe acciperet partem ſuã. Adierunt ergo ad iudicium magni ſenis cuiuſdam, & dicit ei frater ille? Perreximus nos tres, vt mereremus in agro cuiuſdam ad mercedes. Cum autem veniſſemus ad locum, quem meſſuri eſſemus, ipſa prima die in ægritudinem cecidi, & reuerſus ſum in cellam meam, nec vna die metere prævalens cum eis, & nunc cogunt me fratres iſti, dicentes: Veni accipe mercedem, vbi non laboraui. Dixerunt autem & illi fratres. Reuera tres fuimus, & perreximus metere, & ſuſcepimus ſpatium ſexaginta modiorum quod metere mus, & ſi fuiſſemus tota tres cum grandi labore vix potuiſſemus explicare illud; Orationib. autem fratris huius nos duo vel locius quã tres potuimus, & demeſſuimus agrum, & dicimus ei. Veni accipe mercedes tuas, & non vult. Hæc audiens ſenex, miratus eſt, & dixit vni de monachis ſuis, percute ſignum in cella fratrum, vt congregentur hic omnes. Qui cum veniſſent, dixit eis. Venite fratres, & audite hoc iuſtum iudicium, & indicauit eis omnia ſenex, & adiudicauit illum, vt acciperet mercedes ſuas, & faceret ex eis mercedibus, quod ipſe vellet Et diſceſſit frater ille contriſtatus, & plorans, & ſe præiudicatum fuiſſe dicebat. ibid. num. 13.

EXEMPLVM CLXXIX.

Tentatum fratrem ſancti patres ad eccleſiam ductum aqua perfunderunt, & pro eo oratur.

DIcebat quidam ſenex, quia patres noſtri conſuetudinem habuerunt venire ad cellas nouorum fratrum, qui ſolitarij conuerſari volebant, & viſitabant eos, ne quis eorum a dæmonibus circumueniretur, & a cogitatione ſua laederetur, & ſi quando aliquis eorum inueniebatur læſus, adducebant eum ad eccleſiam, & ponebatur peluis cum aqua, & fiebat oratio pro eo qui tentationibus laborabant, & lauabant omnes fratres manus ſuas in pelum, & perfundebatur aqua illa frater qui impugnabatur, & ita ſanum purgabatur. ibidem num. 14.

EXEMPLVM CLXXX.

Infirmi & vlceroſi ſenis ſaniem frater plenus victoria, & charitate potauit.

QVidam frater erat miniſter cuiuſdam patris. Contigit autem vt vulnus fieret in corpore ſenis, & ſanies multa ex eo cum fœtore profluere. Dicebat autem in cogitatu ſuo frater ille, qui ei deſeruiebat: Diſcede hinc quia non poteris ſuſtinere fœtorem putredinis huius. Ille vero frater vt reprimeret huiuſmodi cogitationem ſuam, tulit vas aquæ, & diluit vulnus ſenis illius, & recollegit ipſam aquam in vas, & quoties ſitiebat ex ipſa bibebat. Cœpit autem iterum cogitatio ſua ſollicitare eum, dicẽs; Si non vis fugere, vel non bibas fœtorem hunc. Frater autem ille laborabit, & toleranter ferebat, bibens lauaturam ſenis illius. Et cum ita miniſtraret ſeni illi, vidit Deus laborem charitatis illius, & illam lauaturam vulneris in aquam mundiſſimam vertit, & ſenem inuiſibili medicamento ſanauit. ibid. nu. 16.

EXEMPLVM CLXXXI.

Peccatores diuerſimodè impeditur a ſua ſalute.

DIcebat abbas Daniel, qui erat diſcipulus abbatis Arſenij, quia narrauit ei abbas Arſenius, tanquam de aliquo alio, puto tamen quod de ſe dicebat, quia dum ſederet quidam in cella ſua, venit vox dicens ei; Veni, oſtendam tibi opera hominum. Et ſurgens abijt, & duxit eum ad quendam locum, & oſtẽdit ei Aethiopem incidentem ligna, & facientem ſarcinam ma-

magnam,& tentabat portare eam,& non poterat, & pro eo ut auferret ex ſarcina illa,ibat iterum,& incidebat ligna, & addebat ad ſarcinam, hoc autem faciebat diutius. Et procedens paululum oſtendit hominem curſus ſtatim ſuper lacum, & hauri entem aquam ex eo, & infundentem in ciſternam perutram, quæ ciſterna ipſam aquam iterum refundebat in lacum. Et dicit ei iterum. Veni oſtendam tibi aliud. Et ecce vidit templum, & duos uiros ſedentes in equis, & portantes lignũ tranſuerſum,unum contra vnum. Volebant autem per ianuam introire in templum,& nõ poterant propter lignum illud quod tranſuerſum portabant,& non inclinantes ſe unus poſt alium,ut fieret illud dignũ directum, remanſerunt foris extra ianuam. Et cum interrogaſſet qui hoc eſſet, ille reſpondit ei. Hi ſunt qui portant ueluti intuitu ſuperbiæ ſuum,& nõ humiliant ſe,ſunt ut corrigerent ſe,& ambularent humiliter in viã Chriſto,propter quod & remanſerunt foras a regno Dei. Ille autem qui ligna incidit,homo eſt in peccatis multis, & pro eo ut pœnitentiam agat,& ſubtrahat ſe a peccatis ſuis, magis alias iniquitates adhibet ſuper a,iniquitates ſuas. Qui autẽ aqua implet, nomo eſt qui bona quidem facit, ſed quia habet etiam in eis permixta mala, p hoc perdit etiam & bona opera ſua. Qua propter conuenit omnem hominem ſobrium eſſe in conſiderandis operibus ſuis, ne in vanum videatur ſuſtinere labores. lib. de præuidentia nu. 1.

EXEMPLVM CLXXXII.

Patiens ad iniurias nonna Piterii, ſancto Piterio meritis anteferetur.

NArrauit ſanctus Baſilius Epiſcopus dicens. Fuit quædam uirgo in quodam monaſterio fœminarum, quæ ſtultam eſſe ac dæmonem ſe habere ſimulabat,quæ vſque adeo ab hominib. aliis pro horrore habebatur,ita ut nec cibum quidem cum ea acciperent. Talem ſi quidem uitam elegerat,ut a coquina nunquam recedens,totius illic miniſterii impleret officium. Et erat ſecundum vulgare prouerbium vniuerſæ domus ſpongia,impletum in ſe reb. probans quod in ſanctis libri ſcriptum legimus. Si quis,inquit,ex uobis putat eſſe ſe ſapientem in hoc mundo,ſtultus ſit,ut ſapiens ſiat. Hæc igitur inuolutum pannis habebat caput,& ita omnibus ſeruiebat. Cæteræ autem virgines tonſæ cucullis cooperiebantur. Nulla aliquando hanc potuit de quadringentis uirginib. uidere manducantem, nunquam per omne ævum ſuum ſedit ad menſam, a nulla uel modicam partem panis accepit, ſed micas tantum detergens illarum menſarum, & abluens ollas his ſolis alimoniis contenta viuebat. Nulli vnquam fecit iniuriã, nulla ipſius murmur audiuit, nulli aut parum, aut ſatis locuta eſt. Et certe cum ab omnibus cederetur,cum omnium viueret odio, maledicta omnium ſuſtinere,ſancto Piterio,cui hoc uocabulum erat, probatiſſimo viro ſemperq. in deſerto viuenti,aſtitit angelus Domini quadã die,ſedenti in loco,q dicitur Porfirice, affatuſq. eſt eum his uerbis. Cur,inquit, grande aliqd te eſſe credis ut ſanctus in hoc degens loco? Vis uidere mulierem te ſanctiorem? uade ad Tabenẽſiotarium monaſterium fœminarum, & vnã ex ipſis illic inuenies,in capite habentem coronam,ipſam cognoſce te eſſe meliorem, quæ dum contra tantum populum ſola diebus ac noctibus pugnat, cor ipſius nunquam a Deo recedit. Tu autem uno in loco reſidens nec, quoquã aliquando progrediens,per omnes urbes animo & cogitatione uagaris Statimq; ad ſupra dictum monaſterium venit, & magiſtros fratrum rogauit, ut introducerent eum ad habitaculum fœminarum. Quem mox illi ut uirum glorioſum, uirum etiam prouectioris ætatis,cũ grãdi fiducia introduci fecerunt. Ingreſſus autem, omnes ſorores deſiderauit inſpicere,inter quas ſolam illam, proqua uenerat,non uidebat. Ait autem ad poſtremum. Oẽs,inquit, mihi adducite, deeſſe.n. mihi videtur aliqua. Dicunt ad eum. Vnam ſtultam habemus intrinſecus in coquina,ſic.n. eã quæ a dæmonio nexatur appellant. Et ait ille: Exhibete ad meipſam quoque,ut eã uideam. Quo audito, ſupra memorata uocare cæperunt. Quæ cum nolet uenire,ſentiens,ut credo,aliquid, aut fortaſſis hoc ipſum diuina reuelatione cognoſcens,dicunt ei. Sanctus Piterius te uidere deſiderat,erat autẽ vir fama & nomine grandis. Cumque ad eum fuiſſe exhibita,

bita & vidiſſet pannos in fronte ipſius involutos, proiecit ſe ad pedes eius, dicens, Benedic me, inquit. Rurſus ad ipſius pedes & ipſa corruēs. Tu me, inquit, bene dic Domine Omnes uero ſorores obſtupuerunt ſimul, dicentes Noli abba talem tibi facere iniuriam, fatua eſt enim ipſa quam cernis. Tunc ſanctus Piterius ipſis omnib. ait. Vox magis eſtis fatuæ, nam hæc & ueſtra et mea eſt nōna. Hoc enim nomine vocāt illi fœminas ſpirituales. Et depercor Deū, ait, ut ita dignus in die iudicij merear inueniri. Quo audito omnes ſimul ad pedes eius prociderunt ſingulæ varia peccata & propria confitentes. Alia autem abluens ſordes catini, ſupra eā ſe fudiſſe dicebat, aliæ uero colaphis eam à ſe verberatam ſæpe memorabant, aliæ nares ipſius ſinapi impletas a ſe eſſe deflebant. Cæteræ quoque diuerſas referebant ſe ei iniurias irrogaſſe pro quibus omnib. ſanctus ille fuſis Deo precibus, egreſſus eſt. Poſt paucos autem dies non ferens illa tantam ſui gloriam, tāque ſe nolens ſororum honore cumulari, grauarique credens ſingularum excuſationibus, egreſſa de monaſterio illo occultè, quo ierit, in quē ſe merſerit locum vel quo fine defecerit, ad nullius potuit notitiam peruenire. ibid. nu. 2.

EXEMPLVM CLXXXIII.

Delitiis carnis nimis indulgens fœmina in iferna demergitur, ſed uirgo ipſius filia ex uiſione gloriæ tentati patris ſui, & ſupplicium matris conuertitur.

NArrauit quidam ſenex dicens, quia erat quædam virgo prouecta ætate, valdeque profecerat in timore Dei. Et interrogata a me, quæ res eam ad hanc perduxit conuerſationem, illa ingemiſcens ita cēpit dicere. Mihi quidem, ò mirabilis vir, cum adhuc eſſem paruula, erat pater modeſtus ac manſuetus moribus, debilis verò & infirmus corpore, qui ita uixit, cu ram ſuam agens, ut uix aliquando uideretur ab his, qui in eo habitabant uico. Terram autem ſuam aſſidue operabatur, & ibi dem ſemper occupabat uitam ſuam. Si quando forte ſanus fuiſſet, fructus culturæ ſuæ domi portabat. Plurimum autem tem poris in lecto languoribus detinebatur, tāque ei erat taciturnitas, ut ignorantibus eum ſine uoce crederetur eſſe. Mater vero mea erat è contrario curioſa abſque modo, & quæ ultra omnes quæ erant in regione hac turpior eſſet. Sermones verò eius ita ad vniuerſos monebātur, ut putaretur omnes corpus eius lingua eius eſſe. Lites frequentis committebantur ad omnes ab ipſa. In ebrietate autem uini cum uiris luxuriosis demorabatur. Inſpenſabat autem & ea quæ domi erat tanquam meretrix peſſima, ut etiam ſubſtantia multa ualde non potuiſſet nobis ſufficere. Nam & huic a patre meo delegata erat cura domus. Corpore autem ſuo ita in turpitudine abutebatur, ut pauci de uico illo potuiſſent effugere libidinem eius. Nunquam corpori eius morbus, vel aliqua infirmitas occurrit, nec dolorem aliquem ſentit, ſed a natiuitate uſque ad vltimum diem ſanum integrum. ſanumque corpus ſuum poſſidebat, nec ei quicquam aduerſi, quod uoluptatem eius aliqua ex parte minueret, accidebat. Inter hæc contigit, ut pater meus longa agritudine fatigatus moreretur, & continuo aer commotus eſt, & pluuia, & coruſcationes, atq tonitrua aerem conturbabant, & neque die neq. nocte imber ceſſans triduo ſuper lectum ſine ſepultura fecit eum manere, ita ut homines uici illius mouentes capita ſua admirarentur quod tantum malum vniuerſos lateret, dicentes. Sic Dei nimicus erat iſte, ut nec terra eum recipiat ad ſepelturam. Sed tamen ne intra domum membra eius diſſoluta ingreſſum habitantibus prohiberent, imminent adhuc aere turbido & pluuia deſcendente uix aliquando eum ſepulturæ tradidimus. At verò poſt hæc mater mea accepta licentia, cum improbitate maxima corporis ſui vtebatur libidine, & proſtibulum deinde faciens domum ſuam, in tanta luxuria vix erat atque delitiis, ut eum paruula eſſem deficeret nobis ſubſtantia noſtra. Vix autem aliquando cum timore, ſicut mihi uidebatur, morte illi adueniente, tantam meruit funeris proſperitatem, ut etiā putaretur aer ſimul exequiis deſeruire funeris eius. Ego autem poſt obitum eius, puellarem egreſſa ætatem, & deſideriis titillationibuſq. iam corpus meum permouentibus, in quadam die ad veſperam, ut

fieri

fieri ſolet, cogitare cœpi atque conſiderare, cuius vitam eligerem ſequendam, utrum patris, qui in caſtitate & manſuete ac ſobrie vixit, ſed rurſus recogitabam illud, quia nihil in vita ſua conſecutus eſt boni, ſed per omne tempus in infirmitate & tribulatione cõſumptus eſt, & ita vitæ ſuæ finem accepit, vt nec ſepulturam eius terra reciperet. Si igitur bona eſſet huiuſmodi conuerſatio apud Deum, quare ergo tantorum malorum pater meus pondus eſſet conſecutus, qui ſic viuere elegit. Sed ſicut mater (cogitatus meus inquit) bonum eſt viuere & tradere voluptatibus & luxuriæ corpus, ac libidini.

Etenim illa nullum opus turpe prætermiſit. In ebrietate autem omne tempus in columis atque proſpere degens, ita vitam ſuam expleuit. Quid ergo? Sic oportet me viuere ſicut mater. Melius eſt enim propriis oculis credere his quæ manifeſta, & cognita ſunt, & nihil prætermittere. Et cum placuiſſet mihi miſeriæ eius me conſtituere vitæ, ſuperuenit nox, & continuo mihi ſopor accidit. Poſt hos ſermones aſtitit mihi quidam, grandis quidem corpore, aſpectu autem terribilis. Deinde intuendo me perterrens iracundia viſione, & aſpera voca interrogabat me. Dic mihi, inquit, puella, qui ſunt cogitatus cordis tui? Ego autem ab aſpectu eius & habitu tremefacta, neque aſpicere in eum audiebam. Maiori vero voce iterum iuſſit, vt ea quæ mihi placuerant, pronunciarem. Ego autem præ timore diſſoluta, & omnium oblita cogitationum, nihil eſſe dicebam. Ille verò negante me, reuocabat in memoriam vniuerſa, quæ in corde meo tractaueram. Ego autem conuicta, ad precem conuerſa, ſupplicabam veniam conſequi, & cauſam ei narrabam huiuſmodi cogitatus. Qui ait mihi. Veni igitur, & vide vtroſque patrem, & matrem, & quã volueris vitam deinde elige tibi. Et apprehendens manum, trahebat me. Ducens autem in quendam campum paradiſos multos habentem, & diuerſos fructus, variaſque arbores, & pulchritudinem inenarrabilem, & introduxit me illuc. Occurrens autem mihi pater meus amplexatus eſt, & oſculabatur me, filiam me vocans. Ego vero circumplexa eum, rogabam vt manerem cum eo. At ille: Nunc, inquit, non potes hic eſſe, ſed ſi veſtigia mea ſequi volueris, venies huc non poſt multum tempus. Cum autem adhuc ego deprecarer manere cum ipſo trahens me rurſus per manum qui, ibi me duxerat: Veni, ait, oſtendam tibi & matrem tuam, quæ igni exuritur, vt ſcias ad quem horum velis declinare viam tuam. Statuens autem me in domo tenebroſa atque obſcura omnino perturbatione ſtridoreque repleta, oſtendit mihi fornacem ignis ardentem, & pice feruentem, & quoſdam illic terribili aſpectu ſtantes ſupra fornacem. Ego autem incipient deorſum, video matrem meam in fornace vſque ad collum dimerſam, ſtridentemque dentibus, & igni ardentem, & vermium multum fœtorem fieri. Videns autem me illa filium me vocans, cum vlulatu clamabat. Heu, me, inquit, filia de proprijs operibus hoc patior quia quaſi deliramenta mihi videbantur vniuerſa, quæ de ſobrietate erant. Opera autem fornicationis, & adulterij non mihi videbantur eſſe tormenta. Ebrietatem vero, & luxuriam non arbitrabar eſſe pœnas, & ecce propter libidinem paruam quantam recipio flammam ſuſtineo pœnas. Ecce propter exiguas delitias quanta exoluo tormenta. Ecce pro contemptu Dei quales recipio mercedes. Apprehenderunt me vniuerſa innumerabilia mala. Nunc tempus auxilij filia, nunc recordare nutrimentorum filia, quæ à me conſecutæ es, nunc redde beneficium, ſi quid boni aliquando a me accepiſti. Miſerere ergo mei, quæ ardeo in igne, & ab ipſo conſumor. Miſerere mei, quæ in huiuſmodi cruciatibus examinor. Miſerere mei filia, & porrigens manum tuam educ me de loco iſto. Me autem recuſante hoc facere, propter eos qui ibi aſtabant, rurſus cum lachrymis clamabat. Filia mea adiuua me, & noli deſpicere fletum matris tuæ. Memento doloris mei in die parturientis te, & ne me deſpicias, quæ in gehenna ignis depereo. Ego autem voce eius ac lachrymis commota humanum aliquid patiebar, & cœpi cum clamore condolens et ingemiſcere. Exurgentes vero hi qui in domo erant mecum, & accedentes ignem cauſam mugitus mei interrogabant me. Ego autem narraui eis omnia quæ videram. Sic iam vnum deliberaui hoc, vt patris mei ſequerer vitam, certa facta per ineffabilem miſericordiam Dei, quæ pœnæ repoſitæ ſunt hi, qui maligne viuere uolunt. Talia ſi quidem illa beata uirgo ex ipſa uiſione recognoſcens, mul-

multam esse à Deo bonorum operum retributionem, & malorum actuum, & turpis uitæ maximas esse pœnas annunciabat. Ideoque efficiamur melio. is consilij nobismetipsis, vt possimus beati fieri. ibidem numero 3.

EXEMPLVM CLXXXIV.

Eucharistiam in formam pueri mutatam, & ab angelo in partes sectam quidam dubitans senex aspexit.

NArrauit abbas Daniel, qui fuit discipulus abbatis Arsenij, dicens: Dixit abbas pater noster Arsenius de quodam sene, qui erat magnus in hac vita, simplex autem in fide, & errabat pro eo quod erat idiota, & dicebat non esse naturale corpus Christi panem quem sumimus sed figuram eius esse. Hoc autem audientes duo senes, quod diceret hunc sermonem, & scientes quod magnus esset in vita, & conuersatione, cogitantes vero quia innocenter & simpliciter diceret hoc, venerunt ad eum, & dicunt ei. Abba, sermonem audiuimus cuiusdam infidelis, qui dicit quia panis quem sumimus, non naturale est corpus Christi, sed figura est eius. Senex autem dixit eis. Ego sum qui hoc dixi. Illi autem rogabant eum dicentes: Abba non sic teneas sed sicut Ecclesia Catholica tradidit: nos autem credimus quia panis ipse corpus est Christi, & calix iste sanguinis Christi, secundum veritatem, non secundum figuram. Sed sicut in principio puluerem de terra accipiens, plasmauit hominem ad imaginem suam, & non potes dicere, quia non erat imago Dei, quamuis incomprehensibilis: ita & panis quem dixit, quia corpus meum est, credimus quia secundum veritatem corpus Christi est. Senex autem ait illis. Nisi re ipsa cognouero, non mihi satisfacit ratio vestra. Illi autem dixerunt ad eum. Deprecemur Deum hebdomada hac de mysterio hoc, & credimus quia Deus reuelat nobis. Senex verò cum gaudio suscepit sermonem istum, & deprecabatur Deum, dicens; Domine, tu cognoscis, quia non per malitiam incredulus sum rei huius, sed per ignorantiam, ergo reuela mihi Domine Iesu Christe quod verum est. Sed & illi senes abeuntes in cellas suas rogabant, & ipsi Deum, dicentes: Domine Iesu Christe reuela illi seni mysterium hoc, vt credat, & non perdat laborem suum. Exaudiuit ergo Dominus vtrosque, & hebdomada completa venerunt Dominica die ad Ecclesiam, & sederunt ipsi tres soli super sedile de scirpo, quod in modum fascis erat ligatum, medius autem sedebat senex ille. Aperti sunt autem intellectualis oculi eorum & quando posita sunt panes in altari, videbatur eis tantummodo tribus tanquam puerulus iacens super altare. Et cum extendisset presbyter manus, vt frangeret panem, descendit angelus Domini de cælo habens cultrum in manu, & secauit puerulum illum, sanguinem vero eius excipiebat in calicem. Cum ergo presbyter frangeret in paruis partibus panem, etiam angelus incidebat pueri membra in modicis partibus. Cum ergo accessisset senex, vt acciperet sanctam communionem, data est ipsi toli caro cum sanguine cruentata. Quod cum uidisset pertimuit, & clamauit, dicens: Credo Domine, quia panis qui in altari ponitur corpus tuum est, & calix tuus est sanguis. Et statim facta est caro illa in manu eius panis secundum mysterium, & sumpsit illud in ore suo agens gratias Deo. Dixerunt autem ei senes: Deus scit humanam naturam, quia non potest carnibus crudis vesci, & propterea transfiguauit corpus suum in panem, & sanguinem suum in vinum, his qui illud fideliter suscipiunt. Et agentes Deo gratias de sene illo, quia non permisit Deus perire laborem eius, reuersi sunt toti tres cũ gaudio ad cellas suas. lib. de præuidentia nu. 5.

EXEMLVM CLXXXV.

Dæmon cum pluribus ampullis frater tentaturus perrexit.

ABbas Macharius habitabat in loco nimis deserto, erat enim solus in eo solitarius. In inferiori vero patre erat alia solitudo, in qua habitabant plurimi fratres, Obseruabat autem senex ad iter, & vidit sathanam venientem in habitu hominis, vt transiret per cellam eius. Videbatur autem quasi tunica linea indutus, valde vetusta,

Digitized by Google

luſta,& totâ perforata, & per omnia foramina eius pendebant ampullæ. Et dicit ei ſenex. O heremitor quo vadis? Et ille dixit: Vado commouere fratres. Senex autem dixit ei. Et vt quid tibi ampullas iſtas? & dixit. Guſtum fratribus porro. Et dixit ei ſenex. Et totas cum guſtu portas? Et reſpondit. Etiam, vt ſi vnum alicui non placet, offeram aliud, ſi autem nec illud, dabo & tertium, & ita per ordinem, vt modis omnib. vel vnum placeat eis. Et cum hæc dixiſſet, tranſijt: & obſeruabat ſenex cuſtodiens vias donec ille iterum remearet. Et cum vidiſſet eum ſenex, dixit ei. Saluus ſis. Et reſpondit: vbi mihi ſalus? Et dixit ei ſenex: Quare? Et reſpõdit, quia modo omnes ſanctificati ſunt, & nemo mihi adquieſcit. Et dixit ei ſenex: Neminem ergo habes amicum. Reſpondit: Vnum tantum habeo fratrem ibi, vel ipſe mihi ſolus adquieſcit, & quando videt me conuertitur ad me, velut ventus. Senex verò ei: Et quis vocatur ille frater? Reſpondit ei, Theopentus Et cum hæc dixiſſet, tranſijt Surgens autem Macharius, perrexit ad infertorem eremum. Quod cum vidiſſent fratres, acceperunt ramos palmarum, & occurrerunt ei obuiam, & ſinguli eorum parabant cellas ſuas, incerti ad quem declinaret. Senex autem inquirebat, quis inter eos Theopentus vocaretur in loco iſto, & inueniens eum, intrauit in cellam eius. Theopentus verò ſuſcepit eum cum gaudio. Cum ergo cępiſſent ſecretè loqui, dixi ei ſenex: Quomodo circa te eſt frater? Et ille dixit. Interim orationibus tuis bene. Dixit ei ſenex: Ne impugnant te cogitationes? Et ille dixit; Interim bene ſum, erubeſcebat: enim dicere. Et dixit ei ſenex. Ecce quot annos habeo in conuerſatione loci illius, & omnes honorant me, & tamen in hac ſenectute mea infeſtus eſt mihi ſpiritus fornicationis. Et reſpondit Theopentus, dicens. Credè abba, quia & mihi. Senex autẽ ſimulabat, & alias cogitationes eſſe moleſtas, donec faceret eum confiteri. Deinde dicit ei. Quomodo ieiunas? & dicit: Ad nonam. Et dicit ei ſenex. Ieiuna vſque ad veſperam, & abſtine, & commenda euangelia, vt memoriter retineas ea, ſed & alias reſiduas ex animo ne dimittere ſcripturas, & ſi tibi aſcenderit cogitatio mala, nunquam deorſum aſpicias, ſed ſemper ſurſum, & ſtatim Dominus adiuuat te. Et corrigẽs ſenex fratrem illum, reuerſus eſt in ſolitudinem ſuam. Et cum obſeruaret, vidit iterum dæmonem illum, & dicit ei. Vbi vadis iterum? Et ille reſpondit, commouere fratres. Et abijt. Dum aũt reuerteretur, dicit ei ſenex. Quomodo ſunt fratres illi? Et reſpondit ille. Male. Senex autem dixit. Quare? Et ille reſpondit. Quia toti ſancti ſunt, & maius mãlum, quia & vnum quem habui amicum, & obediẽtem mihi, etiam & ipſe (neſcio tamẽ vnde) ſubuerſus eſt, & nec ipſe mihi adquieſcit iam, ſed omnibus ſanctior factus eſt. Et propterea iuraui me iam non calcare locum illũ, niſi poſt longum tempus, & hoc dicens tranſijt, relinquens ſenem Sanctus vere ſenex intrauit in cellam ſuam, adorans & gratias agens Deo. ibid. nu. 11.

EXEMPLVM CLXXXVI.

Euchariſtiam in forma pueri mutuam deuotiſſimus Plegus abbas aſpexit, & amplexus puerum dulcia oſcula Chriſti labijs fixit.

QVidam presbyter fuit religioſus valde, Plegus nomine, frequenter miſſarum ſolemnia celebrans ad corpus ſancti Nyni epiſcopi & confeſſoris. Qui cum digno moderamine ſanctam Chriſto propitio duceret vitam, cœpit omnipotentem Deum pulſare precibus, vt ſibi monſtraret naturam corporis Chriſti & ſanguinis. Itaque non ex infidelitate, vt aſſolet, ſed ex pietate mentis iſta petiuit. Fuerat enim a puericia diuinis legibus imbutus, & propter amorem ſuperni regis olim patriæ fines, & dulcia liquerat arua, vt Chriſti myſteria exul ſedule diſceret. Idcirco eius amore magis ſuccenſus quotidie pretiola munera offerebat, poſcebatque ſibi prænonſtrari quæ foret ſpecies latitans ſub forma panis & vini, non quia de corpore Chriſti dubius eſſet, ſed quia ſic Chriſtum cernere vellet, quem nemo mortalium iam ſupra aſtra leuatum in terris paſſim conſpicere poteſt. Venerat ergò dies & idem celebrãs piè miſſarum ſolemnia more ſolito, procubuit genibus. Te deprecor, inquit, omnipotens, pande mihi exiguo in hoc myſterio natu-

naturam corporis Christi, vt mihi liceat eum conſpicere præſentem corporeo viſu, & formam pueri, quem olim ſinus matris tulit vagientem, nunc manibus contrecta re. Quem cum talia precaretur. Angelus de cęlo veniens ſic affatur; Surge, inquit, properè ſi Chriſtum videre placet, adeſt præſens corpore veſtitus amictu, quem ſacra puerperà geſſit. Tunc venerabilis presbyter pauidus, ab humo vultum erigens, vidit ſuper aram patris filium puerum, quem Simeon infantem portare ſuis vulnis meruit. Cui Angelus inquit, quia Chriſtum videre placuit, quem prius ſub ſpecie panis verbis ſacrare ſolebas myſticis, nunc oculis inſpice, attrecta manibus. Tunc ſacerdos cęleſti munere fretus quod mirum dictu eſt, vulnis trementibus puerum accepit, & pectus proprium Chriſti pectori iunxit. Deinde profuſus in amplexum dat oſcula Deo, & ſuis labijs preſſit pia labia Chriſti. Quibus ita exactis, præclara Dei filij membra reſtituit in vertice altaris, & repleuit cæleſti pabulo Chriſti menſam. Tunc rurſus humo proſtratus, deprecatus eſt Deum, vt dignaretur ipſe iterum verti in priſtinam formam, qua expleta, oratione, ſurgens è terra, inuenit corpus Chriſti in formam remeaſſe priorem, vt deprecatus fuerat. ibid. nu. 13.

EXEMPLVM CLXXXVII.

Angelos de conuerſione peccatorum lętantes vidit Paulus ſimplex.

BEatæ memoriæ Paulus ſimplex diſcipulus abbatis Antonij, narrauit fratribus talem rem. Quia aliquando veni in monaſterium viſitandi gratia, & pro fratrum inſtructione, & poſt conſuetam ad inuicem collocutionem, intrauerunt in eccleſiam Dei, vt miſſas more ſolito celebrarent. Ipſe autem Paulus intuens vnum quemque introeuntium in eccleſiam, quo animo intraret, habebat enim & hanc gratiam ſibi datam a Deo, vt ſic vnumquemque cuius animi eſſet agnoſceret, ſicut & nos facies noſtras videmus inuicem. Ingredientibus ergo omnibus clara facie, & ſplendido vultu, ſed & vniuſcuiuſque angelo gaudente cum eis, vnum vidit nigrum, & obſcurum toto corpore, & dęmones ex vtraque parte eum tenentes, & trahentes ad ſeipſos, capiſtro in naribus eius miſſo, ſanctum verò angelum eius de longè lugubrem, & triſtem ſequentem eum. Paulus verò lachrymans, & manu frequenter pectus tundens, ſedebat ante eccleſiam plorans valde eum, qui talis ei apparuerat. Qui autem videbant eum quod faciebat, & tam celerem eius mutationem & lachrymas, & luctum, interrogabant rogantes eum vt diceret quid eſſet quod videbat, timentes ne quia in reprehenſione omnium vidiſſet, pro quo hoc facere. Poſtulabant etiam vt ad miſſas intraret cum eis. Paulus autem repellens eos, negabat ſe ingreſſurum, & ſedebat foris tacens, & plorans nimis illum, qui ei alis apparuerat. Poſt paululum autem dimiſſo eccleſiæ conuentu, iterum Paulus attędebat ſingulos exeuntes, vt quorum introitum cognouerat, ſciret quales exirent, & vidit illum virum nigrum, & obſcurum toto corpore prius, exeuntem ab eccleſia clarum quidem vultu, candidum corpore, dæmones autem qui cum ante tenebat poſtea de longè ſequentes ſanctum verò angelum iuxta ipſum ambulantem, lætum & propinquum, & gaudentem ſuper eum valde. Paulus verò exiliens cum gaudio clamabat benedicens Deum, & dicens; O ineffabilis Dei miſeri cordia & bonitas, ò diuinæ miſerationis eius innumerabilis bonitas. Curens autem & aſcendens ſuper altum gradum, magna voce dicebat. Venite, & videte opera Domini, quam terribilia ſunt, & omni ſtupore digna. Venite, & videte eum qui vult omnes homines ſaluare & ad agnitionem veritatis venire: venite adoremus, & procidamus ante eum, & dicamus, quia potens eſt peccata dimittere. Ad hanc vocem eius omnes ſollicite cucurrerunt, cupientes audire quæ dicebat. Et conuenientibus omnibus referebat Paulus quæ vidiſſet, antequam in eccleſiam intraret, & quæ poſtea. Iterum interrogabat illum virum, & vt diceret ei cauſam, pro qua ei tantam ſubitò mutationem Deus donauerit. Homo ergò ille conuictus a Paulo, coram omnibus, qui circa ipſum erant, apertè narrauit, dicens. Homo peccator ſum, & multo tempore in fornicatione vixi vſque nunc. Ingrediens autem modo in ſanctam eccleſiam Dei, audiui vocem Iſaiæ Prophetæ,

cum

cum legeretur, magis autem Dei uocem loquentis in eo, vbi dicit. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum de animabus veſtris coram oculis meis, diſcite bene facere, & ſi fuerint peccata veſtra tanquam fenicium, velut nix dealbabuntur, & ſi volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Ego, inquam, fornicator in hoc ſermone compunctus ſum nimis, & ingemiſcens, intra conſcientiam meam dixi ad Deum. Tu Deus, qui veniſti in hunc mundum peccatores ſaluos facere, & qui etiam hæc quæ modo lecta ſunt promiſiſti per prophetam, comple effectu, & opere in me peccatore & indigno. Ecce enim amodo promitto tibi, & ſpondeo ſermone, & corde confiteor, quia iam non agam vltra illud malum, ſed abrenuncio omni iniquitati, & ſeruio tibi amodo in conſcientia munda. Hodie ergo Domine in hac hora ſuſcipe pœnitentem, & interpellantem te, & renunciantem omni peccato. In his ergo promiſſionibus egreſſus ſum de eccleſia, ſtatuens in anima mea nihil vltra mali agere coram oculis Domini. Quod cum audiſſent omnes, clamauerunt vna voce ad Dominum, dicentes. Quam magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti ibid. nu. 15.

EXEMPLVM CLXXXVIII.

Angeli peregrinum fratrem moriturum cõſolantur, non autem intraneum.

DIxit quidam ſenex, qui erant ei vicini duo fratres vnus peregrinus, & unus in choris. Erat autem peregrinus modicum negligentior, ille vero in choris ſtudioſus valde. Contigit autem, vt dormiret ille peregrinus in pace. At ille ſenex vicinus eorũ cum eſſet prævidus, vidit multitudinem angelorum deducentium animam eius. Et cum peruenisſet ad cœlum vt intraret facta eſt quæſtio de eo, & venit deſuper vox, dicens. Manifeſtum eſt, quia modicum negligens fuit, ſed propter peregrinationem eius aperite ei. Et poſt hæc dormiuit ille in choris, & venit omnis cognatio eius ad eum. Cernens vero ſenex non venire angelos ad deducendam animam eius miratus eſt, & cadens in faciem ſuam in conſpectu Dei dixit. Quomodo peregrinus ille, cum negligẽtior fuerit, talem gloriam promeruit, & hic cum eſſet ſtudioſius nihil huiuſmodi meruit? & venit ei vox dicens. Hic ſtudioſus, cum veniſſet, vt dormiret, aperuit oculos ſuos, & vidit parentes ſuos flentes, & conſolata eſt anima eius. Peregrinus vero ille, licet negligentior fuerit, nullum ſuorũ vidit, & ingemiſcens fleuit, & Deus conſolatus eſt eum lib. de prævidentia, nu. 21.

EXEMPLVM CLXXXIX.

Iudicio Dei occulto quidam diues damnandus honorifice ſepelitur, & deuotus eremita à beluis comeditur.

NArrauit quidam patrum, quia erat alicubi quis ſolitarius in eremo Nylopoleos, & miniſtrauit ei quidam ſecularis, ſed fidelis. Fuit autem in eadem ciuitate homo qui erat diues, & impius. Contigit autem vt moreretur ille diues, & deducebat eum tota ciuitas, ſimul & epiſcopus cum lampadibus. Egreſſus eſt autem ille qui miniſtrabat illi ſolitario, ſecundum conſuetudinem portans ei panes, & inuenit quia comederat eum belua, & cecidit in faciem ſuam in conſpectu Domini, dicens. Non ſurgã hinc, donec demonſtretur mihi à Deo, quæ ſunt hæc, quia ille quidem impius talem apparatum habuit in deducendo, hic vero qui ſeruiuit tibi die ac nocte ita pertulit. Et ecce, angelus veniens dixit ei. Ille impius habuit paruum bonum opus in hoc ſeculo, & recepit illud hic, vt illic nullam requiem inueniat: Iſte autem ſolitarius homo erat ornatus ad omnem virtutem, habebat vero & ipſe, vt homo modicum quid culpæ, & recepit illud hic, vt ibi inueniatur purus coram Deo. Et ita conſolatus in his verbis abijt glorificans Deum ſuper iudicia eius, quia uera ſunt. ibid. nu. 23.

EXEMPLVM CXC.

Communicantium diuerſos eſſe vultus quidam ſanctus epiſcopus Domino reuelante conſpexit.

NArrauit quidam ſenex de quodam epiſcopo, vt maxime ex eo fiduciam

ac-

acceptientes, diligentiam haberemus noſtra ſaluti. Nunciauerunt quidam epiſcopo, qui apud nos conſiſtebat, ſicut hæc ipſe epiſcopus referebat, eo quod quædam ſecularium matronarum duæ eſſent mulieres fideles, quæ quaſi impudice viuerent. Epiſcopus autem ex his quæ ei nunciata fuerant commotus eſt, & ſuſpicatus ne forte & aliæ huiuſmodi eſſent, ad deprecandum Deum ſe conuertit, inde certus effici rogans, quod & meruit. Poſt diuinam enim illam atque terribilem conſecrationem, dum accederēt ſinguli ad participationem ſanctī myſterij, per vultus eorum cernebat, quibus vnaquæque anima ſubiaceret peccatis. Et peccatorum quidem hominum videbat facies nigras, quoſdam vero ipſorum tanquam ab æſtu exuſtans facies habētes, oculos aūt igneos & ſanguineos, alios autem eorum claros quidem facie, candidos vero amictu. Et alij quidem dum acciperent corpus Domini, exurebat & incendebat eos, alijs autem ſicut lumen efficiebatur in ſe, & per os ingreſſum omne eorū corpus illuſtrabat. Erant autem inter eos etiam, qui ſolitariam vitam elegerant, & hi qui in coniugiis erant, quī & ipſi ita eſſe videbantur. Deinde conuertit ſe, & cæpit etiam mulieribus diſtribuere, vt cognoſceret & ipſarum quales eſſent animæ. Et vidit ſimili modo ex illis fieri nigras atque rubeas facies earum ſanguineas quoque & albas. Inter ipſas autem aduenerunt & illæ duæ mulieres quæ accuſatæ erant epiſcopo, propter quas maxime ad hanc precem & præuidentiam venerat. Cernit etiam & ipſas duas, dum accedunt ad ſanctum myſterium, clarum habentes vultum & honorificum, cādidis ſtolis. Deinde cum ipſe participatæ fuiſſent myſterijs Chriſti, factæ ſunt ſicut a lumine illuſtratæ. Rurſus epiſcopus ad ſolitam precem conuertebatur, ſupplicans Deo, diſcere cupiens modum reuelationum, quæ ei demonſtratæ fuerant. Aduitit autem eī angelus Domini, & de ſingulis interrogare præcipiebat, Sanctus vero epiſcopus continuo de illis duabus ſciſcitabatur mulieribus, ſi vera eſſet illa prima accuſatio, an falſa. At vero angelus aſſerebat vera eſſent omnia, quæ de eis dicta fuerant. Epiſcopus quoque ait ad angelum: Et quomodo in perceptione corporis Chriſti ſplendidæ erant facies earum, albas autem ſtolas habebant, lumine quoque fulgebant non pauo? Et angelus. Eo quod pœnituerint de actibus ſuis, & diceſſerint ab ipſis cum lachrymis, & gemitib. & eleemoſynis pauperum, & per confeſſionē diuinum meruerunt numerum, & de cætero nequaquā in his malis ambulare promittentes, ſi quidem de prioribus delictis, veniam mereantur, & meruerunt propter hanc diuinam immutationē, & a criminibus abſolutæ ſunt, & viuent deinceps ſobrie, pie, ac iuſtē. Ait autem epiſcopus ad angelum. Obſecro te, dic mihi etiam vultuum differentias eorum quibus peccatis vnuſquiſque eorum ſubiaceat, vt etiam de his cognoſcens, ab omni liberer ignorantia. Angelus autem Domini dixit ad eum. Hi quidem qui ſplendido atque hilari ſunt vultu, in ſobrietate, & caſtitate, & iuſtitia viuunt, modeſti quoque, & cōdolentes, ac miſericordes ſunt. Hi vero, qui nigras habent facies, fornicationis & libidinis operarij ſunt, cæterorumque ſcelerum & delictorum. Hi vero, qui apparuerūt ſanguinei atque rubei, in malignitate & iniuſtitia viuentes ſunt, amantes detractiones, blaſphemias, & doloſi, & homicidæ ſunt. Rurſum dicit angelus: Adiuua eos, ſi quidem ſalutem eorum deſideras, propterea enim meruiſti orationum tuarum effectum videndo diſcipulorum peccata, vt per admonitiones atque obſecrationes meliores eos, & per pœnitentiam conuerteres eos ad Deum qui pro ipſius mortuus eſt, & reſurrexit a mortuis. Quantacunque igitur tibi virtus eſt, & ſtudium, ac dilectio circa Dominum tuum Chriſtum, eorū gere prouidentiam, vt conuertantur a peccatis proprijs ad Dominum, ſuadēs eis manifeſtanſque, quibus delictis ſubiaceāt ne propriam deſperent ſalutem. Ex hoc enim pœnitentibus quidem illis, & conuertentibus ad Dominum, animabus eorum erit ſalus, & epulatio futurorum bonorum, tibi uero erit plurima merces, imitando Dominum tuū, qui cælos quidem non reliquit, in terris autem demonſtratus eſt propter ſalutem hominū. ibid. nu. 4.

EXEMPLVM CXCI.

Murmurantes niſi ſunt ſtercus manducare.

MAgnus quidam ſenex erat præuidens. Contigit autem, vt guſtaret cum

cum pluribus fratribus: & comedentibus illis, videbat in ſpiritu idem ſenex ſedens ad menſam quoſdam edentes mei, alios autem panem, alios vero ſtercus. Et admirabatur intra ſemetipſum, & deprecabatur Dominum dicens. Domine, reuela mihi hoc myſterium, quia idem cibus appoſitus eſt omnibus ſuper menſam, in manducando autem ita mutatus videtur, vt quidam edant mel, quidam autem panem, alij verò ſtercus. Et venit ei vox deſuper, dicens. Quia illi qui manducant mel, hi ſunt qui cum timore, & tremore, & gratiarum actione edunt ad menſam, & inceſſanter Deum orant, & oratio eorum ſicut incenſum aſcendit ad Dominum, ideoque mel comedunt. Qui autem panem manducat, hi ſunt, quia gratias agentes percipiunt ea, quæ à Deo donata ſunt illis. At uero qui ſtercus manducant, hi ſunt, qui murmurant, & dicunt, hoc bonum eſt, & illud malum eſt. Hæc autem talia non oportet cogitare, ſed magis glorificare Deum, atque laudes ei referre, ut in nobis impleatur illud quod dictum eſt: Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia in nomine Domini facite, ibidem. nu. 25.

EXEMPLVM CXCII.

Oratione Publij Monachi dæmõ à Iuliano apoſtata miſſus per decẽ dies detẽtus eſt.

TEmporibus Iuliani apoſtatæ, cũ aſcenderet in Perſidem, miſſus eſt dæmon ab eodem Iuliano, ut uelocius uadens in occidentem, adduceret ei aliquod reſponſum inde. Cum autem peruenisſet dæmon iſte in quendam locum, ubi quidam monachus habitabat, ſtetit ibidem per decem dies immobilis, eo quod non poterat ultra progredi, quia monachus ille non ceſſabat orando neque die, neque nocte, & regreſſus eſt ſine affectu ad eum, qui miſerat illum. Dixit autem illi Iulianus. Quare tardaſti? Reſpondit ei dæmon, & dixit. Et moras feci, & ſine actione reuerſus ſum, ſuſtinui enim decẽ dies Publium monachum, ſi forte ceſſaret ab oratione, ut tranſirem, & redij nihil agens. Tunc impijſſimus Iulianus indignatus, dixit. Cum regreſſus fuero, faciam in eo uindictam, & intra paucos dies interemptus eſt prouidentia Dei. Continuo unus ex præfectis, qui cum eo erat, & rem cognouerat, uadens uendidit omnia quæ habebat, & dedit pauperibus, & ueniens ad ſenem illum, factus eſt monachus magnus, & ſic quieuit in Domino. lib. de ſignis, & mirac. nu. 9

EXEMPLVM CXCIII.

Caſtitatis merito, duo coniugati in meritis duobus ſanctis patribus præponuntur.

DVo quidã patrum rogauerunt Deum, ut oſtenderet eis, in quam peruenerint menſuram, & uenit ei uox dicens, Quia in uilla illa, quæ eſt in Aegypto, eſt ſecularis quidam, Euchariſtus nomine, & uxor eius uocatur Maria, nondum peruenitis ad menſuram ipſorum. Exuigentes autem illi duo ſenes, uenerunt ad uicum illum. Qui percontantes inuenerunt cellam ipſius, & uxorẽ eius, & dicunt ad mulierem. Vbi eſt uir tuus? At illa dicit eis, Paſtor eſt ouium, & illas paſcit, & introduxit eos in domum ſuam. Cum uero factum eſſet ſero, uenit ipſe Euchariſtus cum ouibus, & uidens illos ſeniores, parauit illis menſam, miſitq; aquam in peluim, ut lauaret pedes eorum. Quid dixerunt ei. Non guſtamus quicquam, niſi indicaueris nobis operationem tuam. Tunc ille Euchariſtus cum humilitate dixit eis. Ego ſum paſtor ouium, & hęc vxor mea. Cùm ergò perſeuerarent illi ſeniores, rogantes eum vt omnia denunciaret eis. Et cùm nollet eis dicere, dixerũt ei. Deus miſit nos ad te. Audiens autem hoc verbum timuit, & dixit eis. Ecce oues iſtas habemus a parentibus noſtris, & quicquid ex ipſis donauerit nobis Deus facimus in tres partes, partem vnam pauperibus, & vnam partem in ſuſceptionem peregrinorum, & tertiam partem ad vſum noſtrum. Ex quo autem accepi vxorem meam, neque ego pollutus ſum, neq; ipſa, ſed virgo eſt. Singuli autem a nobis remoti dormimus, & nocte quidem induimus nos ſaccos, in die uero veſtimenta noſtra, & vſque nũc nemo hominum hęc nouit. Cumque audiſſent illi patres, admirati ſunt, & receſſerunt glorificantes Deum. libro de exemplis, & doctrinis vitæ ſpiritualis. nu.

EXEMPLVM CXCIIII.

Orationibus insistentibus duobus fratrib. vidit Macharius tanquam flammã ignis ex ore vnius supra ad Deum in cœlum vsque ascendere.

DIcebat Abbas Vindemius, quia narauit Abbas Macharius, dicens; Sedente me aliquando in Scythi, descenderunt duo adolescentes peregrini, vnus quidem eorum incipiebat mittere barbas, alius vero non adhuc, & venerunt duo ad me, dicentes. Vbi est cella Abbatis Macharij? Ego autem dixi eis. Quid eum vultis? Responderunt; Audientes de eo venimus videre eum. Dixi ergò eis: ego sum. Qui pœnitentiam agentes dixerunt. Hic volumus manere. Ego autem cum vidissem eos delicatos, & quasi in diuitijs nutritos, dixi eis. Non poteritis hic sedere? Dicit ille maior. Et si non possumus hic sedere, peregemus alibi. Dixi ergò apud animum meum. Vt quid eos exarcebando persequor, & scã dalizantur? labor ipse faciet, vt a semetipsis recedant. Tunc dixi eis; Venite, facite vobis cellas, si poteritis. Dicunt ei. Ostende nobis tantum modo, & faciemus. Dedi autem eis securim, & sportam plenam panibus, & fil. Ostendi etiam eis duram petrã, dicens. Excidite hinc, & adducite vobis ligna de palude, & cum imposueritis tectũ, sedete in eodem loco. Ego autem putabam quod fugerent propter laborem. At illi interrogauerunt me. Quid operamur hic? Dixi eis. Plectas de palmis. Et sumens folia palmarum de palude, ostendi eis initiũ plectæ, & quomodo consuere deberent. Quibus etiam dixi; Facite sportas, & date custodibus ecclesiæ, & ipsi afferent vobis panes.

Post hæc recessi ab eis. Ipsi autem patienter omnia quæcunque eis dixi fecerunt, & non venerunt ad me per tres annos. Sustinui iuxtã, & ego certando cum animo meo, dicens, putas quæ est operatio eorum, quia non venerunt interrogare me de cogitationibus suis? Qui enim de longinquo sunt, venerunt ad me, illi verò de proximo mihi non venerunt ad me. Nam nec alicubi abierunt, nisi solum in ecclesiam cum silentio accipere oblationem. Igitur ego oraui Dominum, ieiunans vna hebdomada, vt demonstraret mihi operationem ipsorum. Surgens autem post illam septimanã, abij ad eos, vt viderem quomodo agerent, & cum pulsarem, aperuerunt mihi, ac salutauerunt tacentes, facientesque orationem sedi. Innuit autem ille maior minori, vt egredetur, ipse verò sedit facere plectam, nihil loquens, & circa horam nonam significauit percutiens, & venit ille minor, & fecit modicam coctură pulmenti, apposuit, vero, & mensam, inneunte ei illo maiore, & posuit super eam tres paximaces, & stetit tacens. Ego autem dixi. Surgite, manducemus. Et surgentes manducauimus. Attulit verò lagunculam, & bibimus. Cum autem factum esset vespere, dicunt mihi. Vadis hinc? Respondit. Nõ, sed hic dormiam. Posuerunt ergò mihi mattam in parte, & sibi in alio angulo a parte. Tulerunt etiam cingula sua, & semicinctia, & posuerunt se dormire simul super mattã ante me. Cumque se reclinassent, oraui ad Deum, vt mihi reuelaret operationem ipsorum, apertũ est tectum cellulæ, & facta est lux tanquam per diem. Ipsi verò non conspiciebant lumen illud. Cũ verò putarent, quia ego dormirem, tetigit ille maior minorem in latus & surrexerunt, atque cinxerunt se. Expandentes quoque manus in cœlum, steterunt cum silentio. Ego quidem videbam eos, ipsi verò non me videbant. Ego vidi dæmones sicut muscas venientes super illum minorem, & alij quidem venerunt vt sederẽt super os eius, alij verò super oculos eius. Et vidi Angelum Domini habentem, gladium ignis circum vallantem eum atq; insectantem ab eo dęmones. Illi verò maiori non poterant appropinquare. Circa mane verò reclinauerũt se, & ego feci me quasi euigilare, & ipsi fecerunt similiter. Dixit autem ille maior hunc sermonem tantum. Vis dicamus duodecim psalmos? Et dixit etiam. Et psallebant duodecim psalmos, & senos versus, & vnum alleluia. Illi verò minori per vnumquemque versum exibat facula ignis de ore ipsius, & ascendebat in cœlum. Similiter autẽ, & ille maior, cũ aperiebat os suum psallens, tanquam funiculus ignis de ore ipsius egrediebatur, & pertingebat in cœlum. Et dixi modicum ex animo, sicut, & illi, opus Dei. Exiens autem mane dixit. Orate pro me. Ipsi verò satisfacerunt mihi tacendo, & cognoui, quia

ille

ille maior perfectus eſt', illu m vero mino rē impugnabat adhuc inimicus. Poſt pau-cos autem dies dormiuit ille minor frater, & tertia die ille minor. Et cum aliqui patrum ad Abbatem Macharium, aduenirēt, ducebat eos in cellam ipſorum, dicens. Venite,& videte martyrium horum peregrinorum ibid. nu 3.

EXEMPLVM CXCV.

Monachus non ſum, ſed monachus uſdi, ait, Macharius narrans de duobus, qui nudi venerunt cum animalibus adaquare.

VEnit aliquando Abbas Macharius ille Aegyptius de Scyhci in montem Nitriæ, in die oblationis, ad monaſterium abbatis Pambo, & dixerunt ei ſeniores loci illius. Dic fratribus verbum ædificationis pater. Qui ait eis. Ego monachus non ſum, ſed uidi monachos. Et ait. Sedente me aliquando in cella in Scychi, perurgebant me cogitationes meæ, dicentes, ſurgens vade vſque in eremum, & conſidera quid ibi videas. Et permanſi reluctando huiuſcemodi cogitationibus per quinque annos, dicens, ne forte dæmonib. eſt ſuggeſtio hæc? Cum ergo perſeueraſſet cogitatio iſta in me, abii in eremum, & repperi ibidem ſtagnum aquarum, & inſulā in medio eius. Veniebant quoque diuerſa animalia eremi, & bibebant ex eo, inter quæ uidi duos homines nudos, & contremuit corpus meum, putabam enim, quia ſpiritus eſſent. Cumque vidiſſent me illi trepidantem, locuti unt ad me, dicentes: Noli temere. & nos homines ſumus. Dixi itaq. illis. Vnde eſtis? & quomodo in hanc eremum veniſtis? Qui dixerunt: De cœnobio ſumus, & factus eſt nobis cōſenſus & egreſſi ſumus huc, ecce quadraginta anni ſunt. Erat vnus ex ipſis Lybicus, alius uero Aegyptius. Interrogauerunt autem a me & ipſi dicentes. Quomodo eſt mundus, & ſi aſcendit aqua Nilli ſecundum tempus ſuū, ſi etiam habet mundus abundantiam ſuā? Reſpondi eis. Etiam Quos & ego interrogaui. Quomodo fieri poſſum monachus? Dicunt mihi. Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ in mundo ſunt, non poteſt fieri monachus. Quib. dixi. Ego infirmus ſum, & non poſſum ſicut, & uos. Reſpondeiunt mihi. Si non potes ſicut nos, ſede in cella tua, & plange peccata tua. Interrogati autem eos dicens. In hyeme non ſentius frigus, aut in æſtate non accenditur, corpus verum, caumate? At ille dixerunt, Deus fecit nobis hanc diſpenſationem, ut neque in hyeme frigus, neque in æſtate ardorem ſentiamus. Ideoque dixi uobis, quia ego nondum factus ſum monachuus, ſed vidi monachos. Ignoſcite mihi fratres. ibidem. num. 4.

EXEMPLVM CXCVI.

Pœnitentiam agere deſiderabat Abbas Siſoys moriturus, cū talis eſſet, quod Chriſtus, & ſancti eius ad deducendum eum conuenerunt.

ABbas Siſoys ſedens in cella ſemper claudebat oſtium ſuum. Dicebant autem de ipſo, quoniam in die dormitionis ſuæ cum ſederent circa eum patres, reſplenduit tanquam ſol facies eius. Et dicit eis. Ecce Abbas Antonius uenit. Et poſt puſillum, rurſus dicit eis, Ecce chorus prophetarum venit. Et iterum amplius facies eius reſplenduit, & dicit. Ecce chorus Apoſtolorum venit Dupliciter adhuc refulſit facies eius, & ecce ipſe cum aliquibus loquebatur. Deprecati ſunt autem illum ſenes dicentes. Cum quo loqueris pater? Qui dixit eis, Eece Angeli uenerunt ac opere me, & rogo ut dimittat pœnitere modicum. Dicūt ei ſeniores. Non indiges pœnitentia pater. Dixit autem illis. Vere neſcio me vel initium pœnitentię feciſſe, Et cognouerūt omnes quoniam perfectus eſti Et rurſum facta eſt ſubito facies illius ſicut ſol, & timuerunt omnes. Dixit autem eis; Videte, ecce Dominus venit dicens. Afferre mihi uas electionis eremi. Et continuò reddidit ſpiritum, & factum eſt fulgur, & repletus eſt totus ille locus odore ſuauitatis ibidem numero 11.

EXEMPLVM CXCVII.

Orationem ſolam neceſſariam dixit Antonius fratribus, qui nihil ſuſtinere valuerunt.

DIxerunt quidam fratres Abbati Antonio Volumus a te audire verbum quo ſaluari poſſimus. Tunc ait ſenex. Ecce ſcripturas auditis, ſufficit uobis. Qui dixerunt. A te uolumus pater audire. Reſpondit ei ſenex. Auditis Dominum dicentem. Si quis te percuſſerit in maxillam dextram præbe ei, & alteram. Dicunt ei. Hoc implere non poſſumus. Dicit eis. Ergo ſi alteram præbere non poteſtis, ſaltem de vna ferte patienter. Reſponderunt ei. Hoc non poſſumus Dicit eis. Si neque hoc poteſtis, ne velitis percutere magis quam percuit. Dicunt ei. Hæc non poſſumus. Tunc ſenior ait diſcipulo ſuo: Succos præpara fratribus illis, quia nimis infirmi ſunt. Deinde dixit eis. Si nec hoc, nec illud poteſtis, quid faciam uobis? Sola oratio neceſſaria eſt pro uobis.
ibidem. nu. 13.

EXEMPLVM CXCVIII.

Fugere homines docuit quidam ſenex, qui ſemper nudus inceſſit.

NArrauerunt de quodam ſolitario, qui exijt in eremum veſtitus lineum ſactum tantum. Cumque ambulaſſet tres dies aſtendit ſupra petram, & uidit ſub ipſa uiridem herbam, & hominem paſcentem tanquam beſtiam. Deſcendens autem occulte tenuit eum. Senex uero ille cùm eſſet nudus, nec poterat fere odorem hominis, anguſtiatus vix potuit euadere de manibus eius, & fugiebat.

Ille uero frater exiit, currens poſt ipſum & clamans. Expecta me, quia propter Deũ te ſequor. At ille conuerſus, dixit ei. Et ego propter Deum fugio abs te. Frater ille poſt hæc proiecit lebitonem, ſiue veſtem pelliceam, qua erat indutus, & ſequebatur eum. Quem cum uidiſſet ſenex, quia iactauerat indumentum ſuum, ſuſtinuit eum. Et cum appropinquaſſet ei, dixit ad illum ſenex. Quando proiecisti materiam mundi abs te, & ego te expectaui. Rogabat autem eum ille frater, dicens. Pater dic mihi uerbum quo ſaluus efficiar. Qui dicit ei: Fuge homines, & tace, & ſaluus eris: ibidem nu. 14.

EXEMPLVM CXCIX.

Pœnitentiam grauiſſimam quidam frater poſt fornicationem nudus incedendo peregit, & Angelus iecur illius ægrotantis euulſum mundans, & reimponens ſanat eundem.

NArrauit quidam ſolitarius fratribus, qui erant in Helym, ubi ſunt ſeptuaginta arbores palmarum, in loco vbi applicuit Moyſes cum populo Iſrael, quando egreſſus eſt de terra Aegypti, ſic dicens: Cogitaui aliquando me debere ingredi in interiorem ſtremum, ſi forte inuenirem aliquem interius habitantem in eremo, & ſeruientem Domino noſtro Ieſu Chriſto. Ambulans autem quatuor dies & noctes, inueni ſpeluncam, & cum appropinquaſſem, reſpexi intus, & uidi hominem ſedentem & pulſam ſecundum conſuetudinem monachorum, ut egredientem ſalutarem eum. At ille non mouebatur: requieuerat enim in pace. Ego autem nihil dubitans, introui, & cum tenuiſſem ſcapulas ipſius, confeſtim diſſolutus eſt, & factus eſt puluis. Deinde aſpiciens uideo colobium ſiue tunciam ſine manicis pendentem. Cum vero & hoc tenuiſſem, diſſolutum eſt, & in nihilum redactum.

Cum autem & de hoc hæſitarem, egreſſus ſum inde, vt perambularem deſertum, in quo rurſum aliam inuenio ſpeluncam, & veſtigia hominis ibidem. Factus ſum autem alacrior & appropinquans ad ipſam ſpeluncã, iterum pulſaui, & iterum nemo mihi obaudiuit, ingreſſuſq. nullum inueni. Stans autem foris ſpeluncam, dicebam intra meipſum, quia huc oportet venire hũ-

ſer-

Digitized by Google

ſeruum Dei vbicunque fuerit. Cum vero iam præteriſſet dies, vidi bubalos venientes, & illum ſeruum Dei venientem cũ eis nudum, & de capilis ſuis cooperientem quæ inhoneſta erant corporis ſui. Qui appropinquãs mihi, æſtimabat me ſpiritum eſſe, & ſtetit ad orationem. Nam multum tentatus fuerit a ſpiritibus, ſicut ipſe poſtea dicebat, ego autem hoc intelligens dicebam ei. Serue Dei, & ego homo ſunt vide veſtigia mea, & contrecta me, quia caro, & ſanguis ſum. Cum vero poſt orationem dicto amen, reſpexiſſet me, & conſolatus fuiſſet, introduxit me in ſpeluncam, & interrogauit me, dicens. Quomodo huc veniſti? Cui ego dixi. Requirendi gratia ſeruos Dei veni in hanc ſolitudinẽ, & non defraudauit me Deus à deſiderio meo Rurſus autem ego interrogaui eum, dicens. Quomodo, & tu huc veniſti? quantum temporis hic habes? aut quod eſt alimentum uel quomodo cum tu quidem ſis nudus non indiges ueſtimento aliquo? Qui reſpõdens dixit mihi. Ego in cœnobio era Thebaide, & opus meum erat lini textura. Sub ingrauit autem in animo meo cogitatus, ut exiens inde ſingulariter ſedere, & poſſem quietus eſſe, & ſuſcipere peregrinos, ac plurimam mercedem poſſidere ex eo, quod adquirerem de opere meo. Vt autem conſenſi cogitationi huic, & opere perfeci eam, exiens ædificaui mihi monaſte iũ. ibiq; veniebat qui mihi iniungebant opus. Cumque iam multum eſſet quod congregaueram, feſtinabam pauperibus, ac peregrinis illud deſtribuere. Sed aduerſarius noſter diabolus inuidẽs mihi, ſicut, & ſemper, & tunc futuram machinabatur retributionem auferre, eo quod feſtinabam labores meos Deo offerre. Videns autem vnam virginem ſacram iniungentem mihi ſpecies, & eas me perficientem atq; reddentem, immiſit ei vt rurſus mihi alias demonſtraret ſpecies. At vero vbi iam conſuetudo facta eſt, & fiducia maior. poſtremor etiam tactus manuum, & riſus, ac ſimul conueſci, ad vltimum concepimus dolorem, & perfecimus iniquitatem. Cum autem manſiſſem cum ea in eadem ruina ſex menſibus, poſtea cogitaui mecum dicens, quia aut hodie, aut craſtino, aut poſt multos annos morti adictus æternus habea ſupplicium. Si enim qui vxorem hominis violauerit, æternis pœnis ſubiacebit, quantis tormentis dignus eſt, qui Chriſti ſtuprauit ſponſam? Et ſic in hanc eremum occurrè recurri, omnia relinquens illi mulieri. Veniens huc inueni ſpeluncam hanc, atque fontem hunc, & iſtam palmam afferentem mihi botriones duodecim dactylorum, per ſingulos menſes affert vnum botrionem qui mihi ſufficiat per dies triginta, & poſt hunc alius matureſcit. Poſt tempus autem multum creuerunt capilli mei, & cum quidem dirumperentur veſtimenta mea, de ipſis quã decet partem operio corporis mei. Dum autem rurſus interrogarem ſi in primordijs difficultatem habuiſſet, idem mihi ait. In initijs valde afflictus ſum dolore iecoris, ita vt humi iacens non poſſem ſtans pſalmum dicere, ſed proſtratus in terra, clamabam ad altiſſimum. Cum autem in ſpelunca eſſem in dolore valido atque defectione, vt etiam egredi iam non poſſem, vidi virum intrantem, ac iuxta me ſtantem, & dicentem mihi Quid pateris? Ego autem confortatus ab eo modicum, dixi ei. Epar doleo. Qui dixit mihi. Vbi doles? Cum verò oſtendiſſem ei, digitos manus ſuæ indirectum coniungens, diuiſit locum illum tanquam cum gladio, & euellens iecur, oſtendit mihi vulnera, & raſo iecore manu ſua, in pannũ ipſas ſcabies miſit, atque rurſum ipſum iecur imponẽs manibus ſuis, locum ipſum reclũſit, & ait mihi. Ecce ſanus factus es, ſerui Domino Ieſu Chriſto ſicut oportet. Et ex tunc ſanus factus ſum, & ſine dolore iam ſum hic. Ego autem multum rogaui, vt manerem in interiori ſpelunca, & ait mihi. Non potes ſufferre dæmonum impetus. Et ego hoc ipſum conſiderans, rogabã, vt oraret pro me, & dimitteret me. Qui cum oraſſet Dominum Ieſum Chriſtum, dimiſit me. Hęc vobis narraui ædificationis gratia. ibid. nu 15.

EXEMPLVM CC.

Pœnitentia grauiſſima, eo quod idola adoraſſet, quidã epiſcopus condemnauit ſeipſum, & ante mortẽ certificari meruit, quòd pœnitentia ſua accepta eſſet Leo.

DIcebat rurſus alius quidam ſenex, qui etiam dignus effectus eſt Epiſcopatu

patu ciuitatis. Oxirinthi, tanquam hęc ab alio audiſſet, ſed ipſe erat qui hoc fecerat. Viſum eſt, inquit, mihi aliquando intrare in interiorem eremũ, quæ eſt circa Oeſa, vbi eſt gens Mazicorum, vt viderem ſi inuenirem fortè aliquem Chriſto ſeruientem. Sumens itaque paucos paximaces, & quaſi dierum quatuor aquam in vas, iter meum faciebam. Tranſactis verò quatuor dieb. conſumptiſque cibis, hæſitabam quid agerem & confidens dedi meipſum ad pergẽdum. Ambulaui quoque, & alios quatuor dies ſine cibo perdurauis.

Cumque ieiunium, & laborem itineris corpus meum non fecit in puſillanimitatem veni, ac ſic iacebam in terra. Veniens autem quidã digito ſuo tetigit labia mea, tanquam ſi medicus de ſputamentis oculum percurans vngat. Statim verò confortatus ſum, ita vt putarem me neque ambulaſſe, neque famem pertuliſſe. Cum verò vidiſſem veram hanc virtutem in me, ſurgens ambulabam in deſertum. Præteritis itaque alijs diebus quatuor, rurſus fatigatus defeci. Cumque extendiſſem manum meam in cęlum, ecce vir ille, qui pridẽ me confortauerat, iterum digito ſuo quaſi liniens labia mea confortauit me. Peracti ſunt autem dies decem, & ſeptem. Et poſt hæc inueni tugurium, & arborem palmæ, & fontem aquæ, & virum ſtantem, cuius capilli capitis erant pro indumento ipſius, qui capilli eius canitiæ candidi erant vt nix erat autem, & terribilis aſpectu. Cumque vidiſſet me, fletit ad orationem, & complето amen, cognouit me hominem eſſe, & tenens mihi manum interrogabat me, dicẽs. Quomodo huc veniſti? & ſi adhuc conſtãt omnia, quæ ſunt in mundo? ſi adhuc etiam ſunt perſecutiones chriſtianorum Ego autem dixi ei. Quia veſtri gratia, qui in ueritate Domino Ieſu Chriſto ſeruitis, hanc per ambulaui eremum, perſecutio verò ceſſauit per potentiam Chriſti. Ediſſere nunc mihi obſecro te, & tu quomodo huc veniſti? At ille cum lamentatione plorans cœpit dicere mihi. Ego epiſcopus erã, & perſecutione facta, multis mihi illatis iniurijs & ſupplicijs, cum ferre iam non poſſem tormenta, poſtea idolis ſacrificaui; in meipſum deinde reuerſus, agnoui iniquitatẽ meam, & dedi meipſum ad moriendum in hanc eremũ, & ſum degens hic annis quadraginta nouem in confeſſione, & obſeruatione ad Deum, ſi forte dimittatur mihi peccatum meum. Et uictum quidem præſtitit mihi Dominus palmam hanc, & hunc fontem, conſolationem uero indulgentiæ non accepi uſque ad quadraginta octo annos, in hoc autem anno conſolatus eſt me Deus, & indulſit mihi. Hæc autem dicens, repentè ſurrexit, & currens exijt foras, & ſtetit in oratione Domini. Cum autem cõpleſſet orans, uenit ad me. Intuens autem ego faciẽ eius, exterritus trepidaui, factus enim erat tanquam ignis. Dicit quoque mihi. Noli temere; Dominus enim te miſit, vt tradas corpus meum ſepulturæ. Cum autem conſummaſſet hæc dicens, ſtatim extendens manus, & pedes, finem fecit vitæ. Diſſuta ergò tunica mea, ego dimidiã mihi tenui, & dimidiam inuoluto eius ſancto corpuſculo abſcondi in terra. Recondito ergò illo continuò palma illa aruit, & tugurium cecidit, & fons etiã exiccatus eſt, ego autem multum fleui obſecrans Deum ſi quomodo præſtaret mihi palmam illam, & fontem, vt perſeuerarem in loco illo reſiduum tempus meum. Vt autem hoc non eſt factum, dixi apud me Non eſt in voluntate Dei. Orans ergò tendebam iterum in ſeculum, & ecce homo ille, qui liniuit labia mea, veniens apparuit mihi, atque confortauit me, & ita cõualui peruenire ad fratres. Et narraui eis hæc, increpans eos ne deſperarent ſemetipſos, ſed per patientiã ſtuderent inuenire Deum ibid. nu. 16.

EXEMPLVM CCI.

Angeli Michael, & Gabriel animã peregrini cum canticis in cœlum attollunt, & fictus monachus ad inferna deportatur.

FRater quidam interrogauit ſenem, dicens. Nomen eſt quod ſaluat, an opus? Reſpondit ei ſenex. Opus. Et ait ſenex; Scio enim fratrem orantem aliquando, & ſtatim exaudiebatur oratio eius. Subintraui autem in animo eius cogitatus, velle videre animam iuſti, & peccatoris, quomodo abſtrahantur à corpore, & nolens Deus cõtriſtare eum in deſiderio eius, dum ſederet in cella ſua, ingreſſus eſt lupus ad

eum,

Digitized by Google

cum, & tenens ore suo vestimenta ipsius fratris, trahebat eum foras. Frater autem ille sequebatur eum. Lupus autem duxit eum vsque ad aliquam ciuitatem, & dimittens illum fratrem recessit. Cum vero sederet foris ciuitatem in monasterio, in quo erat quidam habitans, qui habebat nomen quasi magni solitarij, ipse verò solitarius infirmus erat expectans horam mortis suę, frater ille, qui ibidem venerat, videbat multam præparationem fieri cereorum, & lampadarum, propter solitarium illum, tanquam per ipsum Deus & panem & aquam inhabitantibus ciuitatem illam præstaret, atque saluaret eos, & dicebant, quia si hic finiret, omnes simul morietur. Facta autem hora exitus illius, vidit frater ille tartaricum inferni descendentem super solitarium illum, habentem tridentem igneum, & audiuit vocem dicentem: Sicut anima ista me non fecit requiescere, vel vna hora in se, sic nequaquam tu miserearis euellens eam. Depones ergò tartaricus ille quem tenebat tridentem igneum in corde solitarij illius, per multas horas torquens eum, abstraxit animam eius. Post hæc autem ingressus frater ille in ciuitatem, inuenit hominem peregrinum iacentem in platea ægrotum, non habentem qui ei curam adhiberet, & mansit cum eo diem vnum. Et cum veniisset hora dormitionis eis, conspicit frater ille Michaelem, & Gabrielem descendentes propter animam eius, & sedēs vnus a dextris, & alius a sinistris eius, rogabant animam eius, vt egrederetur, & non exibat, quasi nolens relinquens corpus suum. Dicit autem Gabriel Michaeli. Assume iam animam istam, vt eamus. Cui Michael respondit. Iussi fuimus a Domino, vt sine dolore eijciatur, ideoque non possumus cum vi euellere eam. Exclamauit autem Michael uoce magna, dicens, Domine, quid uis de anima hac, quia non adquiescit nobis, ut egrediatur? Venit eis uox: Ecce mitto Dauid cum cithara, & omnes psallentes Hierusalem, ut audiens psalmodiam ad uocem ipsorum egrediatur. Cumque descendissent omnes in circuitu animæ illius cantantes hymnos, sic exiliens anima illius, sedit in manibus Michaelis, & assumpta est cum gaudio. ibid. nu. 17.

EXEMPLVM CCII.

Auari diuitis anima a nigris equitibus ad inferna deuehitur, & ab eis, cum Deum inuocaret moriens, derideatur.

DIxit iterum qui supra de quodam sene, quia venit aliquando in ciuitatē, ut uenundaret uasa quæ operatus fuerat. Et cum applicuisset ea, contigit eum sedere ante ianuam cuiusdam diuitis, qui iam moriebatur. Sedens ergo senex ille uidit equos nigros, & ascēsores eorum nigros, & terribiles habentes singuli baculos igneos in manibus suis. Cum uero peruenissent ad ianuam illam, statuerunt equos suos foris, & intrauit unusquisque cum festinatione, infirmus autem ille uidens eos, clamauit uoce magna, dicens. Domine adiua me. At illi dixerūt ei; Nunc memor factus es Dei, quando tibi sol obscuratus est, quare usque in hodiernum diem non exquisiuisti eum, dum adhuc tibi splendor erat diei? nunc autem in hac hora non est tibi portio spei, neque consolationis ibid. nu. 18.

EXEMPLVM CCIII.

Conuertitur tribunus humilitate duorum Macharioru.

DIxerunt patres fuisse quendam Macharium, qui in Scyti primus monasterium fecit. Est enim locus ipse eremi longè a Nitria, habens interuallum itineris diei, & noctis. Est autem grande periculum euntibus ibidem. Si enim modicum quis aberrauerit, vagatur periclitans per eremum. Sunt autem illic perfecti omnes viri, nec aliquis imperfectus potest in eodem loco tam feroci perdurare, quia omnino aridus est, & absque vlla consolatione eorum, quæ necessaria sunt. Hic igitur vir prædictus Macharius, cum esset homo de ciuitate, coniunctus est aliquando Macharioni maiori illi. Et cum veniissent ad transferendum Nilum fluuium, contigit eos ingredi in nauim maiorem, in qua tribuni quidam duo cum multa intrauerunt extollentia, habentes intus redam totam æream, & quos quibus freni aurei erant, & obsecundantes quosdam milites. & pueros torques habentes, atque aliquos aureis vtentes cingulis. Videntes autem tri-

Digitized by Google

buni illi hos duos monachos, veteres pannos indutos, & in angulo ſedentes, hæc ſibi ſimilitabant exiguitatem illorum, conſiderantes eos frugaliſſimos eſſe, ſe autem multum diſſimiles eis. Vnus autem ex tribunis illis ait ad illos. Beati eſtis vos, quia huic mundo illuſiſtis. Reſpondens autem ille Vrbanus Macharius, dicit ad eos. Nos quidem mundo iſti illuſimus, vobis autem hic mundus illuſit. Scito tamen quia non volens hoc dixiſti: vtrique enim beati dicimur à Macharij. At ille tribunus compunctus in verbis eius, regreſſus domum, expoliauit ſe veſtimenta ſua, & cœpit eſſe monachus, faciens eleemoſynas multas, ibid. nu. 19.

EXEMPLVM CCIIII.

Infernales pœnas diuerſi diuerſimodè pro meritorum qualitate patiuntur.

DIcebant de eodem abbate maiore Machario, quia dum ambularet aliquando in eremum, inuenit caput hominis iacens. Quod dum moueret virga palmea, quam habebat in manu, locutum eſt caput illud ad eum. Cui dixit ſenex. Quis es tu? Reſpondit caput illud ad ſenem: Ego eram ſacerdos gentilium, qui aliquando commanebant in hoc loco. Tu verò es Abbas Macharius, qui habes Spiritum ſanctum Dei. Quacunque ergo hora miſertus fueris eorum, qui ſunt in tormentis, & oraueris pro eis, tunc cõſolantur pusillum. Dicit ei ſenex: Et quæ eſt iſta conſolatio? Reſpondit illi caput: Quantum diſtat cœlum a terra, tantum eſt ignis ſub pedibus noſtris, & ſuper caput noſtrum. Stantibus autem nobis in medio ignis, non eſt vt quis facie ad faciem uideat proximum ſuũ. Ait ergo ſenex cum flens: Væ illi diui, in qua natus eſt homo, ſi eſt hæc conſolatio ſupplicij. Rurſus dixit ſenex: Eſt prius tormentum ab his? Reſpondit caput illud: Maior pœna ſubtus non eſt. Dicit ei ſenex. Et qui ſunt in ipſa? Dicit ei caput illud: Nos, qui ignorauimus Deum, uel aliquid modicum miſericordiæ habemus, hi verò, qui cognouerunt Deum, & negauerunt eum, nec fecerunt voluntatem eis, hi ſunt qui ſubtus nos ſunt. Et poſt hæc ſumens illud ſenex caput, illud ſepeliuit. ibid. nu. 20.

EXEMPLVM CCV.

Diſcordiæ vitium ſuperantes fœminæ, pacificeq; viuentes Machario meritis præponuntur.

ORante eodem abbate Macharío, venit ei vox in cella ſua dicens: Macharì nondum peruenisti ad menſuram meriti illarum duarum mulierum illius ciuitatis. Surgens ergo ſenex mane, accepit virgam ſuam palmeam, & cœpit pergere in ciuitatem. Cum ergo peruenisſet in eam, reperto loco pulſauit ad ianuam. Egreſſa autem una ſuſcepit eum in domum ſuam, & cum ſediſſet, vocauit eas, quæ cum veniſſent ſederunt cum eo. Ait autem ad illas ſenex; propter vos tantum laborem pertuli, dicite itaque mihi nunc operationem veſtram. At illæ dixerunt. Crede nobis, quia hac nocte non fuimus in cubili ſine viris noſtris; quam ergo operationem poſſumus habere? At vero ſenex cũ ſatisfactione rogabat eas, vt manifeſtarent ei actum ſuum. Tunc dixerunt ei. Nos quidem ſecundũ ſeculum extraneæ ſumus nobis, placuit autem nobis nubere duobus fratribus ſecundum carnem. Quindecim hodie annos nos duæ habitauimus in hac domo & neſcimus ſi aliquando litigauimus ad inuicem, aut turpem ſermonem dixit vna ad alteram, ſed in pace, & concordia peregrimus totum ſpatium hoc. Subintrauit autem nobis in animum ingredi in monaſterium virginum, & rogati viri noſtri non nobis cõſenſerunt in hoc. Cum verò minimè valuiſſemus obtinere huiuſmodi conſilium, diſpoſuimus vtraque teſtamentum inter nos & Deum, vt vſque ad mortem per os noſtrum nõ egrediatur, ſermo ſecularis. Audiens hoc autem abbas Macharius, dixit. In veritate quia non eſt virgo, neque ſub marito agens, neque monachus, neque ſecularis, ſed Deus ſecundum vniuſcuiuſq; propoſitum omnibus præſtat Spiritum ſanctum. ibid. nu. 21.

EXEMPLVM CCVI.

Tentatione, & tribulatione monachi carere non poſſunt.

FRater quidam ſedens ſingularis turbabatur, & pergens ad Abbatem Theodorum de Firme, dixit ei, quia conturbaretur. Senex autem dixit ei. Vade, humilia

mentem

mentem tuam, & sub de te, & habita cum aliis. Abijt ergo in montem, & mansit cum alijs. Et reuersus est postea ad senem, & dixit ei. Nec cum alijs hominibus habitans quietem inuenio. Et dixit ei senex; Si solitarius non requieueris, neque cum alijs, cur voluisti te monachum facere? Non me ut sustineas tribulationes? Dic autem mihi, quot annos habes in habitu isto? Et dixit ei. Octo. Dixit ei senex Crede mihi, habeo in isto habitu septuaginta annos, & nec una die potui requiem inuenire, & tu in octo annis vis requiem habere? Ex lib. 5. vitæ SS. PP. nu. 59. secundum editionem Coloniensem anni 1548.

EXEMPLVM CCVII.

Moyses abbas quid gladium sumpsit secundum sententiam Domini, gladio uoluit interire.

SEdentibus aliquando fratribus apud abbatem Moysem, dixit eis. Ecce barbari hodie in Scythi uenient, iurgite, & fugite. Dicunt ei illi. Et tu non fugis abba? Ille autem dixit eis. Ego per tot annos expecto diem illum, ut impleatur sermo Domini mei Iesu Christi dicentis. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. At illi dixerunt ei. Neque hos fugimus, sed tecum morietur. Et ille dixit eis. Ego causam non habeo, sed vnusquisque uestrum uideat quomodo fugiat. Et cum ait autem ibidem septem fratres cum eo. Et dicitur. Ecce barbari appropinquauerunt iamq. Statim intrantes barbari occiderunt eos. Vnus autem ex eis timore carnali perterritus, fugit, & abscondit se post plectas de palma, & uidit septem coronas descendentes, & coronantes abbatem Moysen, & sex fratres, qui cum eo interfecti sunt. a. par. lib. de charitate.

EXEMPLVM CCVIII.

Occasiones peccatorum veri pœnitentes fugere debent.

DIcebat abbas Ioannes de anima, quæ pœnitere desiderat. Quædam pulcherrima meretrix fuit in quadam ciuitate quæ habuit plurimos amatores. Quidam autem uir de ducib. veniens ad eam, dixit; Promitte mihi castitatem tuam, & ego accipio te in vxorem. Illa autem promittente, accipiens eam introduxit in domum suam. Cum autem a suis amatoribus quæreretur, agnito quod ille tam magnus uir sortitus eam fuisset vxorem, dixerunt. Si accesserimus ad tanuam hominis tam potentis, cognouerit que desideria requirentium, proculdubio puniemur, sed venite post dorsum domum, & vtamur solito sibilo. Cumque illa sibilantium sonum audierit, descendet ad nos, & inueniemur innoxij. Quæ cum audisset, signauit aures suas, & exiliens intra domus ingressa est, atque clausit. Hæc itaque locutus senior, dicebat meretricem esse animam, amatores autem eius vitia, ducem uero dicebat esse Christum, domumque eius cœlorum perpetuam mansionem, sibilatores autem dæmones malignos. Hæc ergo si casta fuerit, & fidelis, semper currit ad domum, &c. Ex lib. 5. vita SS. PP. nu. 77. secundum editionem Coloniensem anni 1548.

EXEMPLVM CCIX.

Adulterans uxrem philosophi quali pœna sit correctus.

ABbas Ioannes dicebat quibusdam fratribus, quia fuerunt tres philosophi amici, quorum vnus moriens, alteri reliquit filium suum commendatum, qui in ætate iuuenili prouectus, nutritoris, sui adulterauit uxorem, quo scelere cognito missus est foras. Deinde cum plurimum pœniteret, non ei concessit regressum, sed ait illi. Vade, & esto tribus annis inter damnatos, qui metalla in flumina deponunt, & sic indulgeo tibi culpam tuam. Cui reuerso post tres annos, cum iam de peccato satisfeciſſet, dicit ei philosophus. Nec nunc tibi adhuc indulgeo, nisi alijs tribus annis mercedem dederis his, qui te iniurijs & conuitijs affligant. Quod etiam cum ille compleſſet, remisso peccato eius, dicit ei magister suus; Veni modo, & ingredere Athenienſium ciuitatem, vt illic sapientiam discere possis. Erat autē illic quidam senex, sapientiæ studiosus, & sedebat ad portam, omnesque ingredi & egredi experiendi

causa

cauſa cõuitijs, affligebat. Quod cum eidẽ iuueni ingredienti facere, ille exorto cachimo riſit. Cui ſenex dixit. Quid eſt hoc quod agis? ego te iniurior, & tu rides? Cui iuuenis ait. Et non uis ut rideam, cum trib. annis mercedem dederim, vt quidem hoc paterer quod hodie? Tunc dixit ſenex ei: Ingredere, ergo ciuitatem, quia diginus es. Hæc autem ſolebat abbas Ioannes referre. Et his ipſe etiam addebat, dicens. Hæc eſt Dei porta, per quam patres noſtri per multas iniurias, & tribulationes gaudentes ingreſſi ſunt ciuitatem Dei. Ex lib. 5. vitæ SS. PP. nu. 79. ſecundum editionem Colonienſem anni 1548.

EXEMPLVM CCX.

Tentantur aduerſis boni, & mali frequenter iniqua felicitate fruuntur.

ERat quidam monachus ſolitarius in Aegypto, qui rogabat Deum dicens; Domine oſtende mihi iudicia tua. Et dum multum deprecaretur Dominum, vna die affuit ei angelus Domini in ſimilitudine cuiuſdam ſenis, dicens. Veni, ingrediamur iſtam eremum, & requiramus ſanctos patres ut audiamus ab eis verbum, & benedicamur ab ipſis. Et ingreſſi eremum, poſt multos labores inuenerunt ſpeluncam, & pulſantes, egreſſus eſt ad eos ſenex quidã uir ſanctus, & uidens eos cum gaudio ſuſcepit. Et poſt laborem lauit pedes eorum, & poſita menſa refecit eos, & ſternens eis quod habebat, refouit eos. Mane autem facto dimiſit eos cum gaudio, & exeuntes, tulit ille angelus abſcoſe catinum in quo comederant, & abierunt. Videns autem ille quod fecerat, dixit intra ſe. Quid uiſum eſt huic ſeni, ut homini ſancto iſti, qui nos cum tali charitate ſuſcepit, catinum iſtum raperet? & dum iter facerent miſit poſt eos abbas ille filium ſuum, dicens. Reddite catinum, quem ſuſtuliſtis uobiſcum. Reſpondit ei angelus, dicens. Ante nos eſt frater, cui eum dedi: veni, & recipe eum. Et dum ambularet cum eis, impulit eum angelus Domini per præcipitium, & confractus totus mortuus eſt. Videns autem frater ille quod fecerat, conturbatus timuit, dicens: Væ mihi, quid factum eſt homini tam bono? non ſufficiebat, quia catinum eius rapuimus, adhuc, & filiũ eius interfecimus. Et ambulantib. eis in eremo per tres dies, inuenerunt cellam, ubi erat abbas quidam ſenex cum duobus diſcipulis ſuis, dicens: Qui eſtis? quid quæritis? Reſponderunt dicentes: De labore ſumus, & uolumus bene dici a te, & audire uerbum. Mandat ille ſenex eis, dicens; Diſcedite uos, non mihi uacat. Dicunt ei: Rogamus te, ſuſcipere nos in cellam tuam, & repauſamus modicè, quid de grandi labore ſumus. Et iterum mandauit eis; Recedite hinc, ut quid ambulatis ſicut uagi per eremum, & non reſidetis in cellis ueſtris? At ipſi cœperunt ſupplicare, dicẽtes: Veſpera eſt, & ne a feris interficiamur, ſuſcipe nos nocte tantum. Vix aliquando præcepit abbas ille diſcipulo ſuo dicens; Duc eos intus in ſtabulum, & ueſpere facto rogabant, dicentes. Lumen nobis modicum præſtetur, ut uideamus ubi iacere debeamus, & non eis conceſſit. Poſt modicum uerò petebat dicentes. Propter Deum uel modicum aquæ nobis detur. Tunc unus ex diſcipulis miſericordia motus, dixit eis; Rogo uos, ut neſciat meus abbas. de annona mea modicum panis do uobis, & aquam. Manſeruntque ſic tota nocte illa in terra. Mane autem facto dixit angelus ad unum de diſcipulis eius. Roga Dominum abbatem, ut det nobis orationem & habemus quid offerre illi. Audiens hoc abbas ille, quia aliquid acceptaurus eſſet ab eis, mox deſcendit.

Et obtulit ei ille angelus catinum, quem ſuſtulerat ab illo uirò ſancto, & acceptore cluſit ſe, & præcepit illis ut ambularent. Videns autem ille frater hoc qui eum comitabatur, & neſciens quia angelus eſſet, indignatus eſt, & dixit ei. Recede a me, nõ ultra iam tecum alicubi progrediar. Ecce quanta feciſti tu homini illi ta bono, & ſancto, qui nos cum tanta charitate, & gratia ſuſcepit catinum rapuiſti, & filium eius interfeciſti, & iſti homini peſſimo, qui Deũ non timet, nec ponit eum ante cõſpectum ſuum, nec alicui miſeretur, ipſi dediſti eum Reſpondit angelus, & dixit ei. Nonne tu rogaſti Deum, ut tibi oſtenderet iudicia ſua? Et miſſus ſum monſtrare tibi. Catinus ille, quem a uiro ſancto ſuſtuli, non erat de bono, & non decebat ut ille uir tam ſanctus

ſanctus & bona in cella ſua aliquid de malo habere, ſed quod erat de malo venit ad malum, vt addatur ei in ruinam. Filium autem eius ideo interfeci, quia ſi eum non interfeciſſem, hac nocte ipſe patrem ſuum occideret. Audiens autem hoc ille frater, cecidit in faciem ſuam ante pedes eius, cognoſcens quia angelus Domini eſſet. Qui ſtatim receſſit ab eo. Et ille cognouit, quia iuſta ſunt iudicia Dei. Nemo ergo videns bonos affligi aduerſitatibus, aut malos proſperitatibus gaudere, credat id temeritate aut iniuſte fieri, quia iudicia Dei iuſta, quamuis occulta. Albertus Patauinus homelia in Euangelium Dominicæ de Paſſione habet hanc narrationem ex vitis Patrum, li. 5. vitę SS. PP. nu. 93. ſecundum editionem Colonienſem anni 1548.

EXEMLVM CCXI.

Diffamans Marinam uirginem à dæmone poſſidetur, & ipſa Marina eandem diffamationem patienter ſuſtinens, miraculis efficitur gloriosa.

ERat quidam ſecularis habens vnicam filiam paruulam. Ipſe autem conuerti cupiens commendauit eam cuidam patri ſuo, & abijt ad monaſterium, quod longe erat de ciuitate milliaria triginta duo. Et ingreſſus perficiebat omne opus, quod erat monaſterij, ita vt abbas eius amplius eum quam cæteros, qui erant in monaſterio, diligeret, eo quod fidelis eſſet, & obediens. Cõtingit autem poſt aliquod tempus, vt recordaretur charitatis filiæ ſuæ, & cœpit contriſtari, atque affligi intra ſe, & cum per multos dies hoc faceret, vidit eum abbas eius ſic tribulatum, & dixit ei, Quid habes frater, quod ſic triſtis ambulas? dic mihi, & Deus qui conſolatur omnes dat tibi auxilium. Tunc ille procidens cum lachrymis ad pedes eius, dixit: Habeo vnum filium in ciuitate, quem reliqui paruulum & recordatus affligor propter eum, & noluit indicare ei quod puella eſſet. Abbas vero eius ignorans cauſam, & nolens eum amittere, quia neceſſarius erat monaſterio, dicit ei. Si diligis eum, vade, & adduc eum huc, & ſit tecum. Et abiens adduxit eam, & dicebatur Marina, & mutauit ei nomen, & vocauit eã Marinum, & dedit eam ad diſcendas litteras intra monaſterium, & erat cum ea. Nullusque de fratribus agnouit quod puella eſſet, & vocabant eam omnes Marinum. Et cum eſſet annorum quatuordecim, continuo cœpit eam docere pater ſuum viam Domini, & dicebat ei: Vide filia vt nullus cognoſcat myſterium tuum vſque in finem tuum, & ſollicita ſis ab inſidijs diaboli, ne ſeducaris ab eo, & iſtud ſanctum monaſterium videatur per nos ſolui in conſpectu Chriſti, & ſanctorum angelorum eius cum impijs, ne æternum damnationem accipiamus. Et alia multa docebat cauſa per ſingulos dies de regno Dei. Dum autem facta eſſet annorum xxvii. defunctus eſt pater eius. Remanſit vero hæc ſola in cella patris ſui, & erat obediens omnibus in monaſterio, ita vt abbate ſuo, & ab omnibus diligeretur. Habebat autem monaſterium par boũ, & carrum, quia vicinum habebat mare, ubi erat emptorium, & ibant monachi, & afferebant quæ neceſſaria erant monaſterio. Vno vero die dicit abbas eius: Frater Marine, quare & tu non vadis cum fratribus, & adiuua eos? Qui reſpondit. Iuſſiſti pater? Erat autem in ipſo emptorio pandochium. Cœpit ergo frater Marinus frequenter pergere cum carro, & ſi fiebat tardius ad reuertendum, manebat in ipſo pandochio cum cæteris monachis. Contigit autem per inſidias inimici, vt pandox ille haberet filiam virginem, ad quam ingreſſus milles aliquis concubuit cum ea, & concepit puella de illo milite. Et dum cognitum fuiſſet à parentibus eius, cœperunt affligere puellam, dicentes. Dic nobis, de quo concepiſti? Reſpõdit eis, & dixit: De illo monacho, qui dicitur Marinus, qui hic frequenter cum carro manſit, ipſe oppreſſit me, & concepi. Statim autem perrexerunt parentes eius ad monaſterium, & dicunt abbati. Ecce Domine abba, quid feciſti monachus tuus Marinus? quomodo decepit filiam noſtram? Dixit ei abbas. Sinite, videamus ſi manifeſta ſunt quæ dicitis. Et veniente eo, dicit ei abbas eius. Frater Marine, tu hoc ſcelos operatus es in filia eorum? Stans autem diutius cogitauit intra ſe, & ingemiſcens, dixit. Peccaui pater, pœnitentiam ago huic peccato, ora pro me. Ad iracundiam autem commotus abbas, iuſſit eum contundi, & affligi. Et ait: In veritate dico, quia tu, qui hoc malum

ope-

causa cõuitijs, affligebat. Quod cum eidẽ iuueni ingredienti facere, ille exorto cachimo risit. Cui senex dixit. Quid est hoc quod agis? ego te iniurior, & tu rides? Cui iuuenis ait. Et non uis ut rideam, cum trib. annis mercedem dederim, ut quidem hoc pateret quod hodie? Tunc dixit senex ei: Ingredere, ergo ciuitatem, quia diginus es. Hæc autem solebat abbas Ioannes referre. Et his ipse etiam addebat, dicens. Hæc est Dei porta, per quam patres nostri per multas iniurias, & tribulationes gaudentes ingressi sunt ciuitatem Dei. Ex lib. 5. vitæ SS. PP. nu. 79. secundum editionem Coloniensem anni 1548.

EXEMPLVM CCX.

Tentantur aduersis boni, & mali frequenter iniqua felicitate fruuntur.

ERat quidam monachus solitarius in Aegypto, qui rogabat Deum dicens; Domine ostende mihi iudicia tua. Et dum multum deprecaretur Dominum, vna die astitit ei angelus Domini in similitudine cuiusdam senis, dicens. Veni, ingrediamur istam eremum, & requiramus sanctos patres ut audiamus ab eis verbum, & benedicamur ab ipsis. Et ingressi eremum, post multos labores inuenerunt speluncam, & pulsantes, egressus est ad eos senex quidã uir sanctus, & uidens eos cum gaudio susscepit. Et post laborem lauit pedes eorum, & posita mensa refecit eos, & sternens eis quod habebat, refouit eos. Mane autem facto dimisit eos cum gaudio, & exeuntes, tulit ille angelus abscosè catinum in quo comederant, & abierunt. Videns autem ille quod fecerat, dixit intra se. Quid uisum est huic seni, ut homini sancto isti, qui nos cum tali charitate susscepit, catinum istum raperet? & dum iter facerent misit post eos abbas ille filium suum, dicens. Reddite catinum, quem sustulistis uobiscum. Respondit ei angelus, dicens. Ante nos est frater, cui eum dedi: veni, & recipe eum. Et dum ambularet cum eis, impulit eum angelus Domini per præcipitium, & confractus totus mortuus est. Videns autem frater ille quod fecerat, contristatus timuit, dicens: Væ mihi, quid factum est homini cum bono? non sufficiebat, quia catinum eius rapuimus, adhuc, & filiũ eius interfecimus. Et ambulantib. eis in eremo per tres dies, inuenerunt cellam, ubi erat abbas quidam senex cum duobus discipulis suis, dicens: Qui estis? quid quæritis? Responderunt dicentes: De labore sumus, & uolumus benedici a te, & audire uerbum. Mandat ille senex eis, dicens; Discedite uos, non mihi uacat. Dicunt ei: Rogamus te, susscipere nos in cellam tuam, & repausamus modicè, quid de grandi labore sumus. Et iterum mandauit eis; Recedite hinc, ut quid ambulatis sicut uagi per eremum, & non nescitis in cellis uestris? At ipsi cœperunt supplicare, dicẽtes: Vesperè est, & ne a feris interficiamur, susscipe nos nocte tantum. Vix aliquando præcepit abbas ille discipulo suo dicens; Duc eos intus in strabulum, & uespere facto rogabant, dicentes, Lumen nobis modicum præsteretur, ut uideamus ubi iacere debeamus, & non eis concessit. Post modicum uerò petebat dicentes. Propter Deum uel modicum aquæ nobis detur. Tunc unus ex discipulis misericordia motus, dixit eis; Rogo uos, ut nesciat meus abbas, de annona mea modicum panis do uobis, & aquam. Manseruntque sic tota nocte illa in terra. Mane autem facto dixit angelus ad unum de discipulis eius, Roga Dominum abbatem, ut det nobis orationem & habemus quid offerre illi. Audiens hoc abbas ille, quia aliquid acceperus esset ab eis, mox descendit.

Et obtulit ei ille angelus catinum, quem sustulerat ab illo uirò sancto, & acceptore clusit se, & præcepit illis ut ambularent. Videns autem ille frater hoc qui eum comitabatur, & nesciens quia angelus esset, indignatus est, & dixit ei, Recede a me, nõ ultra iam tecum alicubi progrediar. Ecce quanta feci tu homini illi ta bono, & sanctos, qui nos cum tanta charitate, & gratia susscepit catinum rapuisti, & filium eius interfeciſti, & isti homini pessimo, qui Deũ non timet, nec ponit eum ante cõspectum suum, nec alicui miseretur, ipsi dedisti eum Respondit angelus, & dixit ei. Nonne tu rogasti Deum, ut tibi ostenderet iudicia sua? Et missus sum monstrare tibi. Catinus ille, quem a uiro sancto sustuli, non erat de bono, & non decebat ut ille uir tam

sanctus

ſanctus & bona in cella ſua aliquid de malo habere, ſed quod erat de malo venit ad malum, vt addatur ei in ruinam. Filium autem eius ideo interfeci, quia ſi eum non interfeciſſem, hac nocte iple patrem ſuum occideret Audiens autem hoc ille frater, cecidit in faciem ſuam ante pedes eius, cognoſcens quia angelus Domini eſſet. Qui ſtatim receſſit ab eo. Et ille cognouit, quia iuſta ſunt iudicia Dei. Nemo ergo videns bonos affligi aduerſitatibus, aut malos proſperitatibus gaudere, credat id temeritate aut iniuſte fieri, quia iudicia Dei iuſta, quamuis occulta. Albertus Patauinus homelia in Euangelium Dominicæ de Paſſione habet hanc narrationem ex vitis Patrum, li. 5. vitæ SS. PP. nu. 93. ſecundum editionem Colonienſem anni 1548.

EXEMLVM CCXI.

Diffamans Marinam uirginem à dæmone poſſideri, & ipſa Marina eandem diffamationem patienter ſuſtinens, miraculis efficitur gloriosa.

ERat quidam ſecularis habens vnicam filiam paruulam. Ipſe autem conuerti cupiens commendauit eam cuidam patri ſuo, & abijt ad monaſterium, quod longe erat de ciuitate milliaria triginta duo. Et ingreſſus perficiebat omne opus, quod erat monaſterij, ita vt abbas eius amplius eum quam cæteros, qui erant in monaſterio, diligeret, eo quod fidelis eſſet, & obediens. Contingit autem poſt aliquod tempus, vt recordaretur charitatis filiæ ſuæ, & cœpit contriſtari, atque affligi intra ſe, & cum per multos dies hoc faceret, vidit eum abbas eius ſic tribulatum, & dixit ei, Quid habes frater, quod ſic triſtis ambulas? dic mihi, & Deus qui conſolatur omnes dat tibi auxilium. Tunc ille procidens cum lachrymis ad pedes eius, dixit: Habeo vnum filium in ciuitate, quem reliqui paruulum & recordatus affligor propter eum, & noluit indicare ei quod puella eſſet. Abbas vero eius ignorans cauſam, & nolens eum amittere, quia neceſſarius erat monaſterio, dicit ei. Si diligis eum, vade, & adduc eum huc, & ſit tecum. Et abiens adduxit eam, & dicebatur Marina, & mutauit ei nomen, & vocauit eã Marinum, & dedit eam ad diſcendas litteras intra monaſterium, & erat cum ea. Nullusque de fratribus agnouit quod puella eſſet, & vocabant eam omnes Marinum. Et cum eſſet annorum quatuordecim, continuo cœpit eam docere pater ſuum viam Domini, & dicebat ei: Vide filia vt nullus cognoſcat myſterium tuum vſque in finem tuum, & ſollicita ſis ab inſidijs diaboli, ne ſeducaris ab eo, & iſtud ſanctum monaſterium videatur per nos ſolui in conſpectu Chriſti, & ſanctorum angelorum eius cum impijs, ne æternum damnationem accipiamus. Et alia multa docebat cauſa per ſingulos dies de regno Dei. Dum autem facta eſſet annorum xxvii. defunctus eſt pater eius. Remanſit vero hæc ſola in cella patris ſui, & erat obediens omnibus in monaſterio, ita vt abbate ſuo, & ab omnibus diligeretur. Habebat autem monaſterium par boſi, & carrum, quia vicinum habebat mare, ubi erat emptorium, & ibant monachi, & afferebant quæ neceſſaria erant monaſterio. Vno vero die dicit abbas eius: Frater Marine, quare & tu non vadis cum fratribus, & adiuua eos? Qui reſpondit. Iuſſiſti pater? Erat autem in ipſo emptorio pandochium. Cœpit ergo frater Marinus frequenter pergere cum carro, & ſi fiebat tardius ad reuertendum, manebat in ipſo pandochio cum cæteris monachis. Contigit autem per inſidias inimici, vt pandox ille haberet filiam virginem, ad quam ingreſſus milles aliquis concubuit cum ea, & concepit puella de illo milite. Et dum cognitum fuiſſet à parentibus eius, cœperunt affligere puellam, dicentes. Dic nobis, de quo concepiſti? Reſpõdit eis, & dixit: De illo monacho, qui dicitur Marinus, qui hic frequenter cum carro manſit, ipſe oppreſſit me, & concepi. Statim autem perrexerunt parentes eius ad monaſterium, & dicunt abbati. Ecce Domine abba, quid feciſti monachus tuus Marinus? quomodo decepit filiam noſtram? Dixit ei abbas. Sinite, videamus ſi manifeſta ſunt quæ dicitis. Et veniente eo, dicit ei abbas eius. Frater Marine, tu hoc ſcelos operatus es in filia eorum? Stans autem diutius cogitauit intra ſe, & ingemiſcens, dixit. Peccaui pater, pœnitentiam ago huic peccato, ora pro me. Ad iracundiam autem commotus abbas, iuſſit eum contundi, & affligi. Et ait: In veritate dico, quia tu, qui hoc malum

ope-

Peratus es, non manebis in hoc monasterio. Et iactauit eam foras. Ipsa vero nunquam vlli confessa est mysterium suum, sed abiens iactauit se ante fores monasterij, & iacebat super terram, in pœnitentia affligens se, tanquam ipsa peccasset, & ingredientibus fratribus postulabat, vt vel vna buccella panis ei daretur.

Hoc faciens per tres annos non cessit de monasterio. Pandocis vero filia peperit filium masculum, & ablactauit, & adduxit eum mater puellæ, & dum iaceret ibi ante monasterium, dicit ei. Ecce frater, & reliquit eũ ibi, & abijt. Sancta vero suscipiens tanquam proprium filium, de ipsa buccella panis; quam exigebat ad introeuntibus in monasterium, nutriebat filium alienum. Factum est hoc per alios duos annos. Post modum autem videntes fratres, misericordia compuncti, ingressi ad abbatem, rogare cœperunt, vt eum reciperet in monasterium, dicentes. Abba indulge & suscipe fratrem Marinum, ecce quinque anni sunt, quod in pœnitentia ante ianuam monasterij iacet; & non recessit hinc, suscipe eum in pœnitentiam, sicut Dominus noster Iesus Christus præcipit. Vix autem impositum est ei, & iussit eum ingredi, & vocauit eum ad se, & ait: Pater tuus fuit vir sanctus, quod tu nosti, & paruulum introduxit te in monasterium hoc, nunc autem ingressus es cum filio tuo, quem de adulterio habes, vnde oportet te pœnitere, graue enim peccatum fecisti, & hoc tibi iubeo, vt omnes immunditias monasterij tu solus quotidie facias, & aquam ad necessaria purganda portes. & calcitrum omnibus per singulos dies tu perficias, omnibusque seruias, in hoc habebis meam gratiam. Sancta vero libenti animo suscipiens, omne opus, quod ei iussum fuerat, perficiebat. Contigit autem eam inter paucos dies dormire in Domino. Euntes vero fratres, nunciauerunt abbati, dicentes. Frater Marinus defunctus est. Dicit eis abbas. Videte fratres quale peccatum fuit, vt nec meruit pœnitentiam, sed tamen ite, & lauate eum, & sepelite longè a monasterio.

Et euntes dum lauant eum, cognouerunt quia fœmina esset, & cœperunt omnes emittere voces, & tundentes se clamabant, quia talis conuersatio, & patientia sancta inuenta est in ea, cuius mysterium nullus agnouit, & sic ab eis afflicta est, & venientes cum lachrymis dicunt abbati. Abba veni, & vide fratrem Marinum. Dicit eis. Quid est hoc Fratres dicunt ei iterum. Veni, & vide mirabilia Dei, & vide quid de te agas. Ille territus perrexit, & venit ad corpus, & leuans pallium, vnde cooperta erat. vidit quia mulier esset, & mox cecidit, & caput suum percutiebat in terram, & vociferabatur, dicens. Coniuro te per Iesum Christum Dominum, ne me condemnes ante conspectum Dei, eo quod afflixerim te, quia ignorans feci. Tu domina non dixisti mysterium tuum, & ego non cognoui in veritate sanctam conuersationem tuam. Et iussit sanctũ corpus eius in monasterium intra oratorium reponi.

Eadem vero die puella illa arrepta a dæmonio venit ad monasterium, & confitebatur crimen quod admiserat, & de quo concepisset & in septima die repausationis eius in Domino ibi intra oratorium liberata est à dæmonio. Audientes autem qui erant in ipso emporio, & vicina monasteria mirabilia quæ facta fuerant, accipientes cruces, & cereos, cum hymnis & canticis & psalmis benedicentes Deum, venerunt in eodem monasterio. & oratorium ingressi, vbi corpus eius requiescebat, benedixerunt Deum, vbi vsque modo Christus orationibus sanctæ virginis multa facit mirabilia ad laudem nominis sui. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit, & regnat Deus, per omnia secula seculorum. In vita sanctæ Marinæ virginis quæ sub monachi habitu fuit dicta frater Marinus, Prima parte in vitis Patrum.

Digitized by Google

Ex prima parte Collationum Cassiani.

EXEMPLVM CCXII.

Consilijs fratrum non acquiescens, consilio dæmonis illusus, in puteum se proiecit.

NVper gestum oculorum vestrorum vidistis obtutibus senem, videlicet Heronem, ante paucos admodum dies illusione zabuli a summis ad ima iactum, quem quinquaginta annis in hac eremo commoratum singulari districtione rigorem continentiæ tenuisse meminus, & solitudinis secreta vltra omnes hic commorantes muro feruore sectatum. Hic igitur quo pacto, quave ratione post tantos labores ab insidiatore delusus, grauissimo corruens lapsu cunctos in hac eremo luctuoso dolore perculit? Nonne quia minus discretionis virtute possessa suis diffinitionibus regi, quam consilijs, vel collationibus fratrum, atque institutis maiorum maluit obedire? Siquidem tanto rigore immutabilem ieiunijs continentiam semper exercuit, & solitudinis cellæq; ita iugiter secreta sectatus est, vt ad participationem ineundi cum fraternitate conuiuij ne veneratione quidem diei paschalis aliquando potuerit obtinere, in qua cum fratribus cunctis pro anniuersaria solemnitate in ecclesia retentatis, solus non poterat aggregari, ne quâtuluncunq; perceptione legumminis parui a suo videretur proposito relaxasse. Qua præsumptione deceptus angelum sathanæ velut Angelum lucis, cum summa veneratione suscipiens, eiusque præceptis prono obediens famulatu, semetipsum in puteum, cuius profunditatem oculorum non attigit intuitus, præcipitem dedit, de angeli sponsione non dubitans, qui eum pro merito virtutum ac laborum suorum nequaquâ posse firmauerat vlli iam discrimini subiacere. Cuius rei fidem vt experimento suæ sospitatis euidentissimè cõprobaret, supradicto se puteo nocte intempesta elusum iniecit, magnum.s. virtutis suæ meritum probaturus, cum inde exireri llæsus. De quo cum pene iam exanguis ingenti fratrum labore fuisset extractus, vitâ die tertia finiturus, quod his deterius est, ita in deceptionis suę obstinatione permãsit, vt ei ne experimento quidem mortis suæ potuerit persuaderi, quod fuisset dæmonũ calliditate delusus. Quamobrem pro meritis tantorum laborum, & annorum numerositate, qua in eremo tanto tempore perduranit, ac miseratione, & humilitate summa ab his, qui eius compatiebantur exitio, vix a presbytero abbate Pafnucio potuit obtineri, vt non inter biothanatos reputatus etiam memoria, & oblatione pausantium iudicaretur indignus. 2. Collat. de discretione cap. 5.

EXEMPLVM CCXIII.

Indiscretus frater spretis panibus a pagana, & fera gente oblatis dura morte defungitur.

QVid dicam de illis duobus fratribus, qui cum vltra illam eremum Thebaicos, vbi quondam fuerant Antonius vir sanctus, habitarent, minus cauta discretione permoti, euntes per extensam solitudinis vastitatem, nullam escam penitus sumere decreuerunt, nisi quam per semetipsum Dominus præstitisset. Cumque errantes eos per deserta, & deficientes iam fame, a longe Matzites conspexissent, (quæ gens pene cunctis nationibus feris immanior atq; crudelior est, non enim eos ad effusionem sanguinis, vt nonnullas gentes, desiderium prædæ, sed sola ferocitas mentis instigat) eisque contra naturam ferocitatis suæ cum panibus occurrissent, vnus ex eis subueniente discretione, velut a Domino sibi porrectos, cum gaudio & gratiarum actione suscepit, reputans escam sibi diuinitus ministrari, nec fine Deo factum, vt hi qui semper cruore hominum gauderent, deficientibus iam & tabescentibus vitæ substantiã largirentur. Alius vero recusans cibum velut ab homine si oblatum, inediæ defectione consumptus est. Quorum licet inania ex reprehensibili persuasione descenderunt, vnus tamen subueniente discretione id quod temere, incaute quis

conce-

Digitized by Google

conceperat,emẽdauit: alius autem in ſtulta præſumptione perdurans,ac penitus diſcretione ignarus,mortem,quam Dominus auferri voluit,ſibi præconſciuit ibid.c.6.

EXEMPLVM CCXIIII.

Indiſcretus pater diabolica ſuaſione ſeductus diſcipulum interimere tentauit.

QVid etiam de illo commemorem, cuius nominis, quia adhuc ſupereſt,nolumus facere mentionem, qui dum longo tempore dæmonem ſuſcepiſſet in angeli claritate, reuelationibus eius innumeris ſæpe deceptus,credidit internuncium eſſe iuſtitiæ. Nam exceptis his,etiam per omnes noctes in cella eius lumen abſque vllius lucernæ præbebat officio. Ad extremum ibetur a dæmone, vt Deo filium ſuum, qui cũ eo pariter in monaſterio commanebat, offerret, vt ſcilicet hoc ſacrificio Abrahæ Patriarchæ meritis æquaretur. Cuius intantum eſt perſuaſione ſeductus, vt parricidiũ opere feciſſet, niſi cum vidẽs puer cultrum extra conſuetudinem acuendo præparare, & vincula, quibus eum velut oblaturus ad immolandum cõſtringere diſponebat, inquirere, præſagio ſceleris futuri perteritus aufugiſſet.ibid.cap.7.

EXEMPLVM CCXV.

Serapion furtum ſuum humiliter confitetur, & tentatione diaboli citiſſimè liberatur.

CVm adhuc, inquit Serapion abbas,eſſem paruulus, & cum abbate Theone commanerem, hæc mihi inimici impugnatione ingeſta fuerat cõſuetudo, vt poſt quam refeciſſem hora nona cum ſene, vnũ paximacium quotidie in ſinu meo latenter abſconderem, quod ſero ignoranter edebam: quod furtum licet conuenientia voluptatis, & inoliti ſemel deſiderij incontinenter ſine ceſſatione committerem, expleta tamen concupiſcentia fraudulenta ad meipſum reuertens, grauius ſuper admiſſo furti crimine cruciabar, quam ſuper eius fueram iocunditate voluptate. Cum iſtud moleſtiſſimum opus, velut ab exactoribus mihi Pharaonis indictum vice laterum,ſingulis diebus explere non ſine cordis mei dolore compelleret, nec tamen eruere me poſſem ab hac eorum ſæuiſſima tyrannidẽ, & clandeſtinum furtum ſeni manifeſtare confunderet, contigit Dei nutu de hoc laqueo me captiuitatis volentis eripere, vt quidam fratres cellam ſenis obtentu ædificationis expeterent. Cumq; refectione peracta collatio ſpiritualis cœpiſſet agitari, reſpondeſque ſenex propoſitis eorum quæſtionibus de caſtrimargiæ vitio,& occultarum cogitationum dominatione differeret, eorumque naturam, & atrociſſimam vim,quam haberent donec velarentur, exponeret, ego collationis huius virtute compunctus,& conſcientia redarguente perterritus, velut qui crederem ob hoc ea prolata fuiſſe, quod dominus ſeni ſecreta mei pectoris reuelaſſet,in occultos primum gemitus excitatus, deinde cordis mei compunctione creſcẽte in aperios ſingultus, lachrymaſque prorumpens, paximacium, quod conſuetudine vitioſa ſubtraxeram clanculum comedendum, de ſinu furti mei conſcio ac ſuſceptore produxi,eumque in medium proferens, quemadmodum quotidie latenter ederem proſtratus in terram cum veniæ poſtulatione confeſſus ſum, & vertim profuſis lachrymis, v abſolutionem duriſſimæ captiuitatis a Domino poſcerent imploraui. Tunc ſenex,confide,ait,ò puer: abſoluit te hac captiuitate, etiam me tacente, confeſſio tua Victorem namque aduerſarium tuum hodie triumphati, validius cum tua confeſſione proſternens, quam ipſe ſfueras ab eo tua t citurnitate deiectus, quem vtique nequaquam uel tua reſponſione, vel alterius confutans in te huc vſque permiſeras dominari,ſecundum illam Salomonis ſententiam: Quia non fit contradictio ab his, qui faciunt malum citò,idcirco repletum eſt cor filiorum hominum in ipſis vt faciant mala. Et idcirco iam poſt hanc publicationem iſte nequiſſimus ſpiritus inquietare non poterit, nec in te latibulum ſibi teterrimus ſerpens deinceps vſurpabit, de tenebris tua ſalutari confeſſione protractus ad lucem. Necdum ſenex hæc verba compleuerat, & ecce lampas accenſa de meo ſinu procedens ita cellam repleuit odore ſulphureo, vt vehemẽtia fœtoris vix in ea nos reſidere permitterent.

terent. Reſumenſque admonitionem ſenex. Ecce inquit, Dominus tibi ueritatem ſermonum meorum viſibiliter approbauit vt paſſionis illius intentiorem de corde tuo ſalubri confeſſione depulſum oculis perui deres, patefactumque hoſtem nequaquam locum in te vlterius habiturum aperta eius expulſione cognoſceres. Itaque ſecundum ſententiam ſenis, ita eſt, inquit, in me confeſſionis huius virtute dominatio dæmoniacæ illius tyrannidis exincta, atque in perpetuum conſopita, vt nunquam mihi ne memoriam concupiſcentiæ huius vlterius tentauit inimicus ingerere, ne me poſt hæc aliquando pulſatum furtiui illius, deſiderij inſtigatione perſenſerim. ibid. c. 11.

EXEMPLVM CCXVI.

Pertinax in ſententia ſua defendenda contra Macharium Moyſes a dæmonio obſidetur.

CVm ipſe abbas Moyſes ſingularis, & incomparabilis vir ob reprehenſionē vnius ſermonis, quem contra abbatem Macharium diſputans paulo durius protuliſſet, quadam ſcilicet opinione præuentus, tam diro confeſtim traditus eſt dæmoni, vt humanas egeſtione ore ſuo repletus ab eo ingereret: quod flagellum purgationis gratiolæ Dominus intuliſſe, ne ſcilicet in vel momentanei delicti macula reſideret, velocitate curationis eius, atque auctore remedij demonſtrauit. Nam continuo abbate Machario in oratione ſummiſſo, dicto citius ab eo nequam ſpiritus fugatus abſceſſit. Collat. 7. c. 27.

EXEMPLVM CCXVII.

Laborans impetuoſius quidam frater dæmonem adiutorium viſus eſt habere.

QVidam probatiſſimus ſeniorum cum tranſiret iuxta cellam cuiuſdam fratris quadam animi ægritudine laborantis, ſcilicet cauſis mentis grauamina ſuſcitantibus vtpote qui extruendis reperandiſque ſuperfluis inquietus quotidianis deſtinationibus deſudaret, & eminus conſpexiſſet eū graui malleo ſaxum duriſſimum conterere, vidit æthiopem quendam aſtantem illi, & vna cum eodem ictus mallei iunctis & inſertis manibus illudentem, eumque ad operis illius inſtantiam ignitis faucibus inſtigantem, duriſſime ſubitij, velut impreſſionem duriſſimi dæmonis, vel fraudem tātæ illuſionis admirans. Cum enim nimia laſſitudine frater fatigatus requieſcere, finemque operis voluit imponere, inſtigatione ſpiritus illius animatus iterum reſumere malleum, nec deſinare ab intentione cæpti operis vrgebatur, ita vt ijſdem eius incitamentis infatigabilis ſuſtentatus tanti laboris non ſentiret iniuriam. Tandem igitur ſenex tam dira dæmonis ludificatione permotus, ad cellam fratris diuertat, ſalutaſq; eū. Quid, inquit, frater eſt iſtud opus quod agis? Laborauimus, inquit, contra illud duriſſimum ſaxum, vixque potuimus aliquando illud conterere. Ad hæc ſenex. Bene dixiſti vix potuimus, non enim ſolus eras, cum iſtud cæderes, ſed fuit tecum alius, quem non vidiſti, qui tibi in hoc opere non tam adiutor, quam violentiſſimus impulſor inſtabat. Collat. 9. c. 6.

EXEMPLVM CCXVIII.

Hæreſi Antropomorphitana Serapion annoſus pater grauiter laborat.

INter illos, qui Antropomorphitarum hæreſis detinebantur errore, fuit antiquiſſimę diſtinctionis, atque in actuali diſciplina per omnia conſummatus, nomine Serapion, cuius imperitia ſuper prædicti dogmatis opinione tantum præiudicabat cunctis veram tenentibus fidem, quantum ipſe vel fidei merito, vel antiquitate temporis omnes fere monachos anteibat. Cumque hic ſancti presbyteri Pafnucijs multis adhortationibus ad tramitem rectæ fidei non poſſet adduci, eo quod nouella ei hæc perſuaſio, nec ab anterioribus aliquando comparata videretur, accidit, vt quidam diaconus ſummæ ſcientiæ vir, nomine Fonus, deſiderij videndi fratres, qui in eadem eremo commanebant, de Cappadociæ partibus aduenirent. Quem beatus Pafnucius ſumma gratulatione ſuſcipiēs, ad confirmationem fidei, quæ fuerat Alexandrini pontificis litteris comprehenſa, producens in medium coram cunctis fratribus ſciſcitatur illud, quemadmodum quod in Geneſi dicitur:

Fa-

faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, catholicæ totius orientis interpretarentur ecclesiæ. Cumque ille non secundum humilem litteræ sonum, sed spiritualiter imaginem Dei ac similitudinē tradi ab vniuersis Ecclesiarum principibus explanaret, idque copioso sermone, ac plurimis scripturarum testimonijs approbaret, nec posse in illam immēsam, & incomprehensibilem, atque inuisibilem maiestatē aliquid huiusmodi cadere, quod humana compositione valeat, ac similitudine circūscribi, quippe cum incorporea, & incomposita, simplexq; natura sit, quæque sicut oculis non deprehendi, ita & mente non valeat æstimari. Tandem ceu ex multis & ualidissimis doctissimi, viri assertionibus motus ad fidem catholicæ traditionis attractus est. Cum super hoc eius assensu infinita vel ab batem Pafnucium, vel nos omnes lætitia repleuisset, quod scilicet verum tantæ antiquitatis virtutibus consummatum, imperitia sola ac simplicitate rusticita is errantem, nequaquam vtique ad finem deuiare Dominus a trami e rectæ fidei permisisset, & pro gratiarum actione surgentes, preces Domino pariter funderemus, ita est in oratione senex mente confusus, eo quod illam Antropomorphitarum imaginem deitatis, quam proponere sibi in oratione consueuerat, aboleri de corde suo sentiret, vt in amarissimos fletus, crebrosque singultus repente prorumpens, in terramque prostratus cum eiulatu validissimo proclamaret. Heu me miserum, tulerunt à me Deum meum, & quem nunc teneam non habeo, vel quē adorem, vel interpellem iam nescio Coll. 10. c. 3.

Ex secunda parte Collationum Cassiani.

EXEMPLVM CCXIX.

Casti viri præsentiam dæmō magis, quam merita Ioannis abbatis expauit.

SOlebat abbas Ioannes non ad imitationis formulam, sed tantum modo pro admonitione proferre, quia quidam veniens ad prædictum senem habitu seculari, cum ei quasdam frugum suarum primitias detulisset, ferociſſimo quendam dæmonio arreptum ibidem reperit. Qui cum abbatis Ioānis obtestationes ac præcepta despiciens, testaretur se nunquam ad illius imperium de corpore quod obsederat migraturum, huius aduentu perterritus, cum reuerendissima nominis illius inclamatione discessit, cuius tam euidentem gratiam senex non mediocriter admiratus, eoque amplius obstupescens, quod hunc in habitu cerneret seculari, cœpit ab eo vitæ, ac professionis eius ordinem diligenter inquirere. Cumque ille secularem se, atque vxorio uinculo obligatum esse dixisset, beatus Ioannes excellentiam virtutis eius, & gratiæ mente pertractans, quænam illi esset conuersatio attentius explorabat. Ille se rusticū, & quotidiano manuum opere victum quærere, nec vllius boni se esse conscium testabatur, nisi quod nunquam ante ad ruris opera mane exercenda procederet, neque vespere domum reuerteretur, nisi in ecclesia pro quotidianæ vitæ commeatu largitori suo Deo gratias retulisset, neque se vnquam de fructibus aliquid vsurpasse, nisi prius Deo primitias eorum, ac decimas obtulisset, & nunquam se boues suos per alienæ messis traduxisse confinium, nisi prius ora clausisset, ne vel parum damni per incuriam eius proximus sustineret. Et cum hoc quoque abbati Ioanni necdum ad comparationem tantæ gratiæ, qua eum sibi prælatum esse cernebat, idonea viderentur, atque ab eo quidnā esset illud, quod tantæ gratiæ meritis conferri possit, sciscitans scrutaretur, ille reuerētia tam solicitæ inquisitionis adstrictus, vxorem se parentum vi imperioque compulsum, cum profiteri monachum vellet, ante xi. annos accepisse confessus est, quam nemine etiam nunc conscio, sororis loco à se virginem custodiri testabatur. Quod factū cum audisset senex tanta est admiratione permotus, vt coram ipso publice proclamaret. Non immeritò dæmonem, qui se despexerat, illius non tolerasse præsentiam, cuius ipse virtutem non solum in iuuentutis ardore, sed ne nunc quidem sine discrimine castitatis auderet appetere. Collat. 14. c. 7.

EXEM-

EXEMPLVM CCXX.

Patientiam discere cupiens quædam matrona rel giosa pe ue sam fœminam, cui obsequeretur, à tanctq Athanasio petij, & facilè inuentam impetrauit.

QVædam religiosa ac mi æ patientiæ fœmina cum Alexandriæ com moia re , essetque non obscu is maioribus orta, atque in domo quæ sibi fuerat à parentibus derelicta religiosè Domino deseruiret, ve iès ad beata memoriæ Episcopum Athanasium precabatur, vt sibi aliquam alenda vidua im daret, quæ i eccle siasticis sumptibus pascebatur. Et vt petitionem ipsius verbis exprimamus. Da mihi, inquit aliquam de soro ibus quam reparem Sacerdos ergo cum laudasset propositum fœminę, quòd eam ad opus misericordiæ vidisset esse promptissimam, iussit ex omnibus eligi viduam quæ, & honestate morũ, & grauitate, ac disciplina omnibus præferretur, ne forte desiderium largitatis percipientis vitio vinceretur, & quæ mercedem quæreret in egena, damnum fidei prauis eius moribus offensa pateretur. Cui cum domum abductæ omnib. deseruire et obsequijs virtutè modestiæ eius ac lenitatis experta, vi lensq; se ab ipsa momentis singulis gratiarum actione, pro humanitatis officio honorari, post dies paucos ad memoratum re ie ert ur sacerdotem. Rogaueram, inquiès, vt mihi dari præciperes quam ego reficerem, & cui morigeris famularer obsequijs. Cũque ille nec dum propositum ac desiderium fœminæ intelligens, æstimasset petitionem eius dissimulatione proposit neglectam, cautasque morę illius non absque animi sui commotione perquirens, protinus agnouisset, ei honestiorem cęteris viduam deputatam occulte præcepit, vt ea illi quæ cu ctis esset nequior traderetur, quæ scilicet iracundia vel luxis vel violentia, seu verbositate atque etiã vanitate cunctis, quibus hæc vitia dominarentur excederet, quam cum multo facilius inuentam sibique tradirã domi habere cœpisset, atq; eadem ei diligentia, qua priori illi viduæ, vel etiam diligentius ministrare, hoc solũ ab ea pro tantis obsequijs recepit gratiæ, vt indignis iugiter afficeretur iniurijs, contumelijs quoque ab ea exprobrationibusque continuis vexaretur, obijciente ei, & maledicis obtrectationib. increpante, eo quod se non ad refrigerium, sed potius ad cruciatum, & contumeliam b Episcopo præposuisset, magisque se de requie ad laborem quam de labore transtulisset ad requiem. Cum ergo assiduitas iugiorum eousque prorumperet vt ne ab inuectione quoque manuum procax mulier temperaret, illa autem humilioris obsequij geminaret officia, non furenti vincere tentando, sed seipsam subijciendo, dicebat, vt multimodis indignitatibus lacessita obiurgantis insaniam, humilitatis mansuetudine deliniret quibus ad plenum exercitijs confirmata, perfectamque virtutem desiderata patientię consecuta ad memoratum sacerdotem tam prouectionis illius iudicio, quam etiam pro beneficio exercitationis sue gratias relatura pertexit, eo quod secũdum desiderium tandem magistrum et patientiæ dignissimam prouidisset, cuius iniurijs iugibus, & quodam palestræ oleo quotidie roborata ad summam animi patientiã peruenisset, & tandem inquiens desisti mihi quomodo repausẽ. Nã illa prior suis me potius honorabat ac refrigerabat obsequijs. Collat. 18. c. 14.

EXEMPLVM CCXXI.

Pafnucius adolescens de furto diffamatus patientissime tulit, sed adolescens, qui eũ diffamauerat, à dæmone possessus est.

NVnc aliud abbatis Pafnutij pãdamus exemplum, qui illius insignis atque prædicabilis vbique Sichioticæ eremi, in qua nunc presbyter est secretis tanto studio semper intedit, vt et cæteri anachoretæ Iubali cognomen indiderunt, eo quod ingenito (vt ita dixerim) desiderio solitudinis semper habitatione gauderent. Itaque cum tantæ in pueritia sua esset uirtutis, & gratiæ, vt etiam præclari ac summi id temporis viri grauitatem eius, & immobilem constantiam mirarentur, eumque licet minor esset ętate, pro virtutum tamen merito senioribus exequarent, suoque ordini ducerent inferendum, liuor ille qui aduersum Iacob Patriarcham fraternos quõdam animos instigauit quendam de numero fratrum edacis zeli igne succendit, qui neuo quodam ac macula pulchritudinem

eius cupiens deformare, hoc genus malignitatis excogitat, vt pro opportunitate temporis caperet, quòd Pafnucius ad ecclesiã die Dominico processurus, abesset a cella, in quam furtim irruens codicem suum inter eius plectas quas de palmarum foliis solebat texere latenter abscondit, ac de continuata factione securus, ipse quoque velut puræ ac simplicis conscientiæ ad Ecclesiam venit. Cumque celebrata ex more omnis fuisset solemnitas querelam sancto Isidoro qui ante eundem Pafnutium eiusdem eremi presbyter fuit, coram cunctis fratribus detulit, asserens sibi codicem de cella furto fuisse sublatum. Cumque eius querimonia ita cunctorum fratrum præcipuæque presbyterii animos commouisset, vt quid primum suspicarentur, quidue decernerent non haberent, summa cunctis admiratione perculsis de tam inauditi illic facinoris nouitate, ille qui detulerat accusator, vrgebat vt retentis in Ecclesia omnibus missi electi quinque cunctorum singillatim fratrum cellas scrutarentur. Quod cum tribus senioribus à presbytero fuisset iniunctum, vniuersorum cubilia reuoluentes, ad extremum in Pafnucij cellulam absconditum codicem inter plectas palmarũ (quas illi Siras vocant) sicut eum insidiator occultauerat reppetere, quem cum inquisitores cõfestim ad Ecclesiam delatum coram omnibus protulissent. Pafnucius licet de conscientiæ suæ sinceritate securus esset, tamen velut qui furti crimen agnoscere satisfactioni se totum tradidit, locumque pœnitentiæ suppliciter postulauit, hoc verecundiæ suæ molestiæque prospiciens, ne si maculam furti verbis conaretur abluere insuper etiam mendacij notaretur, nemine scilicet aliud quàm id quod inuentum fuerat suspicante. Cumque de Ecclesia non tam mente deiectus, quam iudicio fidens protinus abscessit, profusis in oratione iugiter lachrymis triplicatisque ieiunijs, summa se etiam in conspectu hominum mentis humilitate prostrauit. Sed cum duabus ferme hebdomadibus ita se omni conditione carnis, & spiritus subiecisset, vt die sabbathi vel Dominico nõ ad percipiendam communionem sacram, sed ad prosternendum se in limen Ecclesiæ, atque ad veniam suppliciter postulãdam matutinus occurreret nequaquam passus est eum occultorum omnium testis, & cognitor, vel a se amplius contemi, vel ab alijs infamari. Nam quod ille inuentor sceleris rei suæ fur improbus, laudis alienæ callidus infamator, nulloque homine teste commiserat, per diabolum qui ipsius criminis fuerat intentor publicauit. Arreptus namque diriſſimo dæmone cunctas factionis occulte perfecit insidias, criminationumque, & fraudium idem fuit proditor, qui commentor. Ita autem spiritu illo immundo grauiter vexatus est vt ne orationibus quidem sanctorum illic consistentium, qui diuinorum charismatum merito dæmonib. imperabant, potuerit emendari gratia, si nec ipsius Isidori presbyteri singularis ei dilectissimam ab eo excluserit vexatorem, cui tantae ac virtutis, Domini largitate collata, vt ne vsque ad limina quidem eius quisquam arreptitius, qui tardius sanaretur, aliquando perductus sit Christo hunc adolescenti Pafnucio gloriam reseruante, vt illius tantum orationibus cui insidiatus fuerat purgaretur, & ciuis laudi aliquid inuidus inimicus decerpere se posse crediderat, eius nomen proclamans, & delicti sui veniam, & finem supplicij præsẽtis acciperet. Hæc ergo ille in adolescentia sua futuræ indolis iam tunc indicia præfigurans, lineas quasdam perfectionis illius, quę erat maturitate augenda adhuc in annis puerilibus designauit. Si igitur ad culmen virtutis eius volumus peruenire talia nobis exordiorũ fũdamina iacenda sunt. Coll. 18. c. 15.

EXEMPLVM CCXXII.

Patientissimus iuuenis in conuentu multorum ab Abbate Paulo in maxillam palma percussus non solum non murmurauit, sed nec rubore quidam, ut assolet, vultum perfudit.

IN ingenti atrio sub diuali quadam monachorum multitudine per duodenariũ numerum destinctis ordinibus me confidente, cum quidam frater susceptum ferculum paulo tardius intulisset, sub occasione istius tarditatis, abbas Paulus qui medius ministrantium fratrum solicitè discurrebat, exerta manu palma eum sub omnium percussit intuitu, ita ut sonitus etiam aduersariorum vel longius consistentium

auribus reſultaret. Hoc autem ab eo idcirco factum eſt, vt cunctis qui aderant inuenis patientiam patefacere, & omnes qui inter fuiſſent tali ſpectaculo modeſtiæ erudirentur exemplo, quam maturo autem id ſenior fecit conſilio, res probauit. Nam memorabilis patientiæ iuuenis tanta id animi lenitate ſuſcepit ut non modo nullus ex ore eius ſermo prolapſus, uel tenuiſſimum murmur tacita labiorum agitatione ſignatum, ſed ne ipſa quidem oris modeſtia atque tranquilitas uel color ſaltem quantulum cumque ſit mutatus. Quod factum non ſolum nobis qui nuper de Syriæ, monaſterio venientes patientiæ huius uirtutem tam euidentib. perceperamus exẽplis, ſed etiam illis ibidem qui expertes nõ erant talium ſtudiorum, ita mirum fuit, ut etiam ſummis uitiis præcipue per hoc factam conferretur inſtructio, quod ſcilicet patientiam eius correptio paterna non mouerat, ne ſpectaculum quidem tantæ multitudinis ullo vultum ipſius tinxiſſet rubo-ris indicio. Collat. 19. c. 1.

Ex Caſſiano de inſtitutis renunciantium.

EXEMPLVM CCXXIII.

Obedientiſſimus Ioannes etiam impoſſibilia patris iuſſa implere conatur.

BEatus Ioannes ab adoleſcentia ſua uſque ad perfectam, uirilemque ætatẽ ſeniori ſuo deſeruiens, donec in huius vitæ conuerſatione durauit, tanta humilitate inhæſit eius obſequiis, ut ipſi quoque ſeni ſtuporem ſummum obedientia eius incuteret. Cuius hanc virtutem vtrum de uera fide ac profunda cordis intentione deſcenderet an fictitia, & quodam modo coactitia præberetur, volens manifeſtius explorare, quam plura ei etiam ſuperflua, minuſq. neceſſaria, vel impoſſibilia frequentius iniungebat, ex quib. aliqua ponam, per quæ manifeſtari poſſit ſcire volentibus, uel mentis eius, uel ſubiectionis integritas. Sumpſit namq. delignario ſuo virgultum ſenex, quod olim exciſcum uſib. foci fuerat præparatum, dumque coctionis retardat occaſio, non modo aridum, ſed prope putridum iacebat temporis uetuſtate. Cumque hoc fixiſſet coram ipſo in terram præcepit aduecta aqua bis rigari quotidie, ut ſcilicet diurnis humoribus radicatum, atque in antiquam arborem reuiuiſcens, diffuſis ramis amœnitatem oculis, atque umbraculum in æſtu feruenti ſubter reſidentib. exhiberet. Quod præceptum veneratione ſolita ulla impoſſibilitatis cõſideratione ſuſcipiens adoleſcens, ita quotidianis diebus expleuit, ut aquam per duo fere milliaria indefinenter apportans nullatenus lignum ligare ceſſaret, atque per totum anni ſpatium non infirmitas corporis, non feſtiuitatis ſolemnitas, non occupatio neceſſitatis ullius, quæ illum ẽt honeſtè excuſarent ab executione mandati, non denique hyemis aſperitas intercidẽs ab obſeruantia præcepti huius potuit impedire. Cumque hanc ſedulitatem eius tacitus ſenex latenter dieb. ſingulis exploraret, uideretque eum ſimplici cordis affectu mandatum ſuum uelut diuinitus emiſſum ſine ulla perturbatione uultus, uel rationis diſcuſſione ſeruare, ſinceram humilitatis eius obedientiam comprobans, pariter etiam miſerans tam longum laborem, quẽ per totum anni ſpatium ſtudio deuotionis impenderat, ad aridum virgultum accedens: O, inquit, Ioannes, miſitne radices hæc arbor, an non? Cumq. ille ſe neſcire uixiſſet, ſenex uelut inquirens rei ueritatem & tanquam tentans utrum ſuis radicibus iam uteretur, euulſit coram ipſo leui commotione virgultum, ſicque proiiciens illud, præcepit ut deinceps rigare deſineret. Aliquib. ædificari cupientib. beati Ioannis obedientiæ exemplo, uocans eum ſenior. Curre, inquit. Ioannes, ſaxum illud aduolue quantocyus. Qui confeſtim ſaxum illud inmane quod multæ hominum turbæ mouere non poſſent, applicita nũc ceruice, nunc toto pectore, toto uiſu atque conatu peruoluere cõtendebat, ut ſudore omnium membrorum ſuorum non ſolum infunderet ueſtimentum, ſed etiam ipſum ſaxum ſuis ceruicibus humectare. In hoc quoque parum metiens impoſſibilitatem præcepti uel facti pro reuerentia ſenioris

& obsequii simplicitate sincera, qua credebat senem tota fide nihil posse incassum ac sine ratione præcipere. lib. 4 c. 24. & 26.

EXEMPLVM CCXXIIII.

Affectum filialem vicit Mucius, qui ad præceptum patris vnicum filium in flumen iactare disposuit.

ABbas Mucius abrenunciare desiderans huic mundo tam diu præfortibus alterii excubans, perdurauit, donec immobili perseuerantia sua, cõtra omnem consuetudinem cœnobiorum cum filio paruo, qui octo circiter erat annorum, vt suscipereture, eliceret. Cumque tandem recepti fuissent, confestim non solum diuersis præpositis tradidit, verum etiam cellæ habitatione separatus est, ne assiduo visione paulum reminiscerentur patris ex omni sua, quam abrenuncians abiecerat, facultate, atque affectione carnali, sibi saltem filium superesse, & quemadmodum se iam diutius non esse sciebat, ita & patrem esse desineret. Quod ut plenius probaretur, vtrum videlicet placeret affectionem sanguinis ac fuorum vincerum charitate, obedientiam & mortificationem Christi, quã renuncians quisque pro eius debet amore præferre, de industria, negligebatur paruulus, pannis potius quam vestimentis indutus, sordibus quoque ita obsitus ac fœdatus vt offendere potius quam delectare paternos oculos posset, quoties ab eo fuisset aspectus: etiam colaphis atque alapis expositus diuersorum, quas plerumque sub obtutibus suis innocenti paruulo etiam gratis cernebat inferri, ita vt nunquam genas eius nisi lachrymarum sordentibus vestigijs videret infectas. Cumque taliter infans per dies singulos sub oculis eius ageretur, pro amore nihilominus Christi, & obedientiæ virtute, rigida semper atque immobilia patris viscera permanserunt. Non enim reputabat iam suum filium, quem secum pariter obtulerat Christo, nec curabat de præsentibus eius iniurijs: sed potius exultabat quod eas nequaquam infructuose tolerare cernebat, parum cogitans de lachrymis eius, sed de propria humilitatem & perfectione solicitus. Quam distructionem mentis illius atque immobilem rigorem præuidens cœnobij senior, ad comprobandam plenius animi eius constantiam, cum plorare quadam die audisset infantem simulans se aduersus eum commotum præcepit patri, ut tollens eum iactaret in flumen. Tunc ille (velut à Domino sibi hoc esset imperatũ) confestim celeri cursu rapiens filium, ulnis proprijs vsque ad oram fluminis iacturus aduexit. Quod profecto feruore fidei, & obedientiæ eius fuisset opere consummatum, nisi procurati fuissent de industria fratres, qui solicitè ripam fluminis obsiderent, proiectumque iam, & quodam modo de fluminis alueum paruulum rapuissent, & consummationem præcepti obsequio patris ac deuotione completam, ab effectu operis atque ipso fine reuocassent. Huius fides atque deuotio tantum Deo fuit accepta, vt diutino statim testimonio cõprobata sit. Reuelatum namque est continuo seniori, hac eum obedientia Abrahæ Patriarchæ opus implesse. Cumque breui tẽpore transacto, idem abbas cœnobij de mundi huius commoratione migraret ad Christũ hunc, præponens cunctis fratribus, successorem sui atque abbatem monasterio dereliquit. lib. 4. 27. & 28.

EXEMPLVM CCXXV.

Obediens Comitis filius non verius est in patria ciuitate sportas uendere.

NOn tacebimus etiam nobis cognitum fratrem secundum huius sæculi ordinem summæ familiæ. Nam patre comite ac diuissimo oriundus fuit, studijs quoque liberalibus non mediocriter institutus. Qui relictis parentibus cum ad monasterium peruolasset, ad comprobandam mentis humilitatem, uel fidei eius ardorem, cõfestim eiã seniore præceptum est, vt decem sportas, quas necesse non erat publicè uenditari, ceruicibus suis onerans distrahẽdas per plateas circumferret, adiecta conditione, quia diutius in hoc officio retineretur, vt si forte eas unus coemere, uoluisset non cederet, sed singillatim eas quærentibus venundaret. Quod illa tota deuotione cõpleuit, & omni confusionis uerecũdia pro nomine ac desiderio Christi calcata, sportas humeris suis imponens, pretio statuto distraxit, ac pecuniam ad monasterium repor-

reportauit, nequaquam perterritus tam vilis, & inſueti officij nouitate, nec conſiderans indignitatem rei, nataliumque ſplendorem, ac venditionis iniuriam, dum illam Chriſti humilitatem, quæ eſt vera nobilitas, per obedientiæ gratiam deſiderat obtinere. ibid. c. 39.

EXEMPLVM CCXXVI.

Gloriam hominum fugiens Pynuphius relicto monaſterio, vbi pater præerat, in alio monaſterio, ſub iunioris fratris imperio humillimè militauit.

VIdimus abbatem Pynuphium qui cũ eſſet immanis cœnobij presbyter, quod eſt in Aegypto, non longe a Panephyſi ciuitate, & cum pro ipſa reuerentia vel vitæ ſuæ, vel ætatis ſuæ, vel ſacerdotij cunctis venerabilis atque venerandus exiſteret, videns ſe pro hoc ipſo humilitatem illam quam ſecundum ſuæ mentis ardorem concupierat exercere non poſſe, nec habere quo virtutem deſideratæ ſubiectionis extenderet, clam fugiens de cœnobio ſeceſſit ſolus in Thebaidos vltimas partes. Ibiq; depoſito habitu monachorũ, aſſumpta ſeculari veſte, cœnobium Tabenenſiotarum expetijt, quod ſciebat cunctis eſſe diſtrictius, & in quo ſe vel pro longitudine regionis credidit ignorandum, vel pro magnitudine monaſterij ac multitudine fratrũ facilè ſe poſſe celari, vbi diuiſſimè præforibus perſeuerans cunctorum fratrum genibus prouolutus, vt ſuſciperetur ſummis precibus ambiuit. Cũq; multo deſpectu tandem fuiſſet admiſſus, quod ſ. decrepitus ſenex, & qui omnem ſuam in ſeculo peruixiſſet ætatẽ, cœnobium ingredi tunc poſtularet, quo tempore iam deſeruire ſuis voluptatib. non præualeret, ac ne hoc ipſum quidem cauſa religionis expetere eum aſſerebant, ſed famis, & inopiæ neceſſitate conſtrictum, vt ſeni, nullique operi apto horti cura diligentiaque mandatur, quam ſub alio fratre iuniori, qui eũ ſibi creditum ritinebat exercens, ita eidem ſubdebatur, tantaque obedientia deſideratam humilitatis excolebat virtutem, vt non ſolum ea quæ ad horti diligentiam pertinebant, verum etiam vniuerſa officia, quæ erant cunctis aſpera, & indigna atque ab omnibus ducebantur horrori tota quotidie redulitate compleret, quamplura vero etiam nocte conſurgens, ita furtim, vel nullo teſte, vel conſcio occulentibus tenebris efficiebat, vt penitus auctorem operis nemo deprehenderet. Cumque ibi triennio delitescens, per vniuerſam Aegyptum, diſperſis vbique fratrib. quæreretur, a quodam tandem viſus qui de Aegypti partibus cõmearet, vix potuit præ humilitate habitus ſui, & vilitate officij, quod gerebat, agnoſci. Nam ſarculo dorſum incuruans, laxabat oleribus terram. Deinde illicus numeris ſuis aduectãs, eorum radicibus ingerebat. Cum hęc inuens frater, ſuper agnitione eius diutiſſima fuit hæſitatione detentus proprius tandem accedens, non ſolum vultum, verumetiam ſonum vocis diligenter explorans ad pedes eius cominus procidit. Primo quidem ſuper hoc ſtuporem ſummum videntibus cunctis incuſſit, cur videlicet id faceret ei, qui apud ipſos habebatur extremus, & velut nouitius ac de ſeculo nuper egreſſus. Poſt verò miraculo ſunt maiore percuſſi, cum eius nomen, quod apud ipſos quoque magna fuerat opinione compertũ, protinus prodidiſſet, à quo vniuerſi fratres prioris ignorantię veniam poſtulantes, quod eum videlicet tanto tempore inter iuniores ac paruulos deputaſſent, inuitum ac flentem quod ex inuidia diaboli digna ſibi fuiſſet conuerſatione atque humilitate fraudatus quam diutiſſimè inquiſitam tandẽ ſe aliquando inueniſſe gaudebat, nec meruiſſet vitam ſuam, in illa quã arripuerat ſubiectione finire, ad proprium cœnobium reduxerunt, cuſtodientes eum ſumma diligentia, ne ab eis tunc quoque ſimiliter quoquam dilapſis aufugeret. Vbi cum fuiſſet modico tẽpore demoratus, eodem rurſus humiliratus deſiderio atque ardore ſuccenſus, captans noctuma ſilentia, ita diffugit, vt iam non vicinam prouinciã ſed incognitas, & alienas longè lateque diuiſas regiones expeteret. Nam cõſcendens nauim, in Paleſtinæ partes commeare curauit, credens ſe tutius latitaturum ſi ad illa ſemetipſum aſportaſſet loca, in quib. nec nomẽ quidem ſuum fuiſſet auditum. Quo cum veniſſet, noſtrum monaſterium protinus experiuit, quod non longè ſit à ſpelęo in quo Dominus ex virgine naſci dignatus eſt, in quo per modico tempore delitescẽs,

Digitized by Google

secundum Domini sententiam, tanquam ciuitas supra montē posita diutius abscondi non potuit. Nam continuē quidam fratrum qui ad loca sancta de Aegypti partibus, orationis causa conuenerant, agnitum cum summa vi pressum precum ad suum cœnobium reuocabant. ibid. c. 30. 31.

EXEMPLVM CCXXVII.

Verbum Dei audiens Macheres abbas nunquam dormitabat, sed ad verbum detractionibus somnolentia grauabatur.

VIdimus ienem Machetem nomine à turbis fratrum eminus commorantē, hanc gratiam diuturnis à Domino precibus impetrasse, vt quotquot diebus, & noctibus agitaretur collatio spiritalis, nunquam somni corpore penitus laxaretur. Si quis vero detractionis verbum seu otiosum tentaret inferre in somnum, protinus incidebat ac ne vsque ad aurium quidem eius pollitionem virus obloquij poterat peruenire. lib. 5. c. 29.

EXEMPLVM CCXXVIII.

Verbū Dei audientes fratres dormitarunt qui ad vana audiēda vigilantissimi erāt.

HIc idem Machetes abbas otiosarum fabularum diabolum esse fautorem spiritualium collationum impugnatorem semper existere his declarauit indicijs. Nam cum fratribus quibusdam de rebus necessarijs ac spiritualibus disputaret eosq. videret lętheo quodam sopore demergi, nec posse ab oculis suis pondus somni depellere, otiosam repente fabulā introduxit. Ad cuius oblectationem cum eos euigilasse confestim atq; erectas aures suas habere vidisset, ingemiscens ait. Nunc vsque de rebus cęlestib. loquebamur, & omnium nostrum oculi lętali dormitatione deprimebantur, at cum otiosa fabula intromissa est omnes expergefacti corpore somni domi nantis excussimus, uel ex hoc ergo perpendite quisnā colla ionis illius spiritualis fuerit impugnator, aut quis huius infructuosę fabulę auctor, atq; carnalis insinuator existat. Ille etenim esse manifestissimē deprehenditur, qui malis aggaudēs, uel istē fouere, uel illā impugnare non desijt. li. 5. c. 31.

EXEMPLVM CCXXIX.

Affectum carnalium amicorum uincere cupiens litteras sibi ab eis missas in ignem cremandas proiecit.

NEc minus hoc quoque opus fratris, cuiusdam erga puritatem sui cordis integri, & erga contemplationem diuinam valde soliciti, commemorare valde necessarium reor. Qui cum ei post annos quindecim patris ac matris amicorumquē multorum de prouincia. Ponti complures epistolæ delatæ fuissent, accipiens grādem fasciculum litterarum, diuque apud semetipsum voluens, quantarum, inquit, cogitationum causa erit mihi harum lectio, quæ me vel ad inane gaudium, vel infructuosā tristitiam impelleret, quot diebus horum recordatione qui conscripserunt intentionem pectoris mei appositā contemplatione reuocabunt. Post quantum temporis digerenda est hæc mentis conceptæ cōfusio, quantoque labore rursus ille tranquillitatis reparandus est status, si semel literarum animus permotus affectu, eorumque recensendo sermones & vultus, quos tanto tempore dereliquit, iterum eos reuisere ipsisq; cohabitare animo, & mente cęperit interesse. Quos profectò corporaliter deseruisse nihil proderit, si corde incipiat intueri eos, ac memoriam quā seculo huic renuncians quisque velut mortuus abdicauit, reuiuiscens eandem rursus admiserit. Hęc volues in suo pectore, non solum nullam resoluere epistolam definuit, sed ne ipsum quidem fasciculum resignare, ne, si eorum qui scripserunt vel nomina recētendo, vel vultus recordando a spiritus sui intentione cessaret. Itaque vt eum constructum susceperat, igni tradidit concremandum. Ite, inquiens, cogitationes patria pariter concremamini, nec me vllatenus ad illa quę fugi reuocare tentetis lib. 5. cap. 32.

EXEMPLVM CCXXX.

Abstinentes duo adolescentes mori magis elegerunt, quā commissos ficus violare.

FIcus de Mareotę Lybię partibus velut, remante in loco illo non vilam, cum quidam abbati Ioanni œconomo in eremo Scychi detulisset, qui dispensationem ipsius

ſtus eccleſiæ temporibus beati Paphnutij ab eodem ſibi creditã gubernabat, hic confeſtim eas ad ſenem quendam, qui in interiorib. deſerti mala valetudine laborabat, per duos adoleſcentes miſit. Siquidem decem & octo millibus longè ab eccleſia commanebat qui pomis acceptis, cum ad prædicti ſenis tenderent cellam quo ſibi perfacilè ſolet etiam ſenioribus deſerti vaſtitate euenire, infuſa repente denſiſſima nebula tramitem recti itineris perdiderunt. Cumque tota die ac nocte diſcurrentes, per aduiam eremi uaſtitatem nequaquam potuiſſent ægrotantis cellam reperire, tam itineris laſſitudine, quam inedia ſitique confecti, fixis genibus, in orationis officium ſpiritum Domino tradiderunt. Qui poſt hæc veſtigio ũ ſuorum iudicijs diutiſſime perquiſiti, quæ in locis illis alienoſis tanquam niuibus impreſſa ſignantur, donec ea vel leui ventorum flatu tenuis arena diſcurrens rurſus operiat, inueniique ſunt ſicus intactas vt acceperant eſe uaſſe, eligentes, ſ. animam magis, quam fidem depoſiti perdere, viramque potius amittere temporalem, quam ſenioris violare mandatum. lib. 5. cap. 40.

EXEMPLVM CCXXXI.

Proprietario monacho Sincletico Baſilius dixit. Et ſenatorem perdidiſti, & monachum non effeciſti.

FErtur ſententia ſancti Baſilij Cæſarienſis epiſcopi, ad quendam prolata Sincleticum, otij torpentem torpore, qui cum ſe renunciaſſe diceret huic mundo, quædã de propꝛijs facultatibus ſibimet reſeruauit, nolens exercitio ſuarum manuum ſuſtentari, & humilitatem veram nuditatemque & operis contritionem, monaſterii ſubiectione conquirere, & ſenatore, inquit Sincletici perdidiſti, & monachum non feciſti. lib. 7. cap 19.

EXEMPLVM CCXXXII.

Conſiliis prauis quidam negligens frater feruentioribus fratrib. vt monaſterium exirent perſuaſit.

NOuimus fratrem cuius etiam nomen ſi amplius aliquid ex hoc inſtructionis accederet proderemus, qui cum in cœnobio moraretur, cumque neceſſitas coarctaret, vt ſtatutum operis penſum quotidie œconomo traderet, ne in maiorem operis modum alicuius propenſius laborantis tenderetur, uel confunderetur exemplo, cum in cœnobio quempiam fratrum vidiſſet ingreſſum, qui ardore ad ei uellet aliquid amplius operis conſignare, ſi clandeſtinus eum perſuationibus reuocare. ab huiuſmodi intentione minime potuiſſet, conſiliis prauis ac ſuſurrationib ad uaſmigrandum exinde pectuadebat, & quo eum facilius aſportaret, ſe quoque iam olim multis ex cauſis offenſum configebat a cella diſcedere, ſi ſolatium itineris uel comitis reppeꝛiſſet. Cumque eum ad conſentum occultis obteſtationibus ad exeundem clauſtra monaſterii pellexiſſet, condicens & horã, qua de monaſterio deberet exire, uel locũ quo ſe præueniens expectaret, ipſe uelut illico ſubſecuturus ibidem ſubſiſtebat. Illo quoq; iam pro diſceſſus ſui verecundia nõ audente ad monaſterium de quo aufugerat ulterius aggregati infelix fuge eius auctor in cœnobio reſiſtebat. lib. 10. c. 20.

EXEMPLVM CCXXXIII.

Laborem totius anni abbas Paulus ſuppoſito igne concremauit.

ABbas Paulus probatiſſimus patrum, cum in eremo uaſtiꝛe conſiſtes, quæ Porphyrio nuncupatur, palmarum fructibus, & horto medico ſecurus, haberet ſufficientem alimoniæ ſuæ uictuq; ſubſtantiã, nec poſſet aliquid aliud unde ſuſtentaretur operis exercere, eo quod ab oppidis uel habitabili terra ſeptem manſionibus, uel eo amplius deſerti illius ſeparaꝛetur habitatio, pluſque expereꝛetur pro mercede uectuꝛæ, quam ualere poſſet pretium operis deſudari, collectis palmarum foliis quotidianum penſum, uelut exinde ſuſtentandis, a ſemetipſum, uelut exinde ſuſtentandis totius anni annum eius fuiſſet impletum, id quod ſolicita cura laboraueꝛat ſingulis annis igne ſuppoſito concremabat, in tãtum probans ſine opere manuum, nec in loco poſſe monachum perdurare, nec ad perfectionis culmen aliquando conſendere. lib. 10. cap. 24.

EXEMPLVM CCXXXIIII.

Prædicationis officium præciperè desideraſſe videtur frater, qui ſolus exiſtens ſermonem exhortatorium fecit.

MEmini cuiuſdam ſenis cum in eremo Scythi commoraret, qui cum ad cellam cuiuſdam fratris gratia viſitationis aduenies oſtio proximaſſet, audiſſetque cum obmurmurantem intrinſecus, paululum ſubſtitit, cognoſcere volens quidnam de ſcripturis legeret, vel ſicut eſt moris, operans memoriter recenſeret. Cumque pijſſimus explorato, aure diligenter applicita curioſius auſcultaret, ita eum reppe.it huius ſpiritus impugnatione pellectum, vt in eccleſia facere ſe crederet exhortatorium plebi ſermonem. Cumq; ſubſiſtens ſenex audiſſet eum finiſſe, tractatũ, & mutato rurſum oſficio celebrare velut diaconum catechumenis miſſam, tunc demum pulſauit oſtium. Qui egreſſus occurrenſque ſeni veneratione ſolita, introducenſque eum quam olim venerit cogitationum ſuarum conſcientia remordente perquirit, ne ſcilicet diutius ſtans ad oſtium iniuriam pertuliſſet: ioculariter ſenex grateque reſpondit. Modo, inquiens, veni, quando tu miſſam catechuminis celebrabas. lib. 11. c. 15.

EXEMPLVM CCXXXV.

Superbus iuuenis increpanti ſe ſeniori ſuperbè reſpondit.

AVdiui in hac duntaxat regione (quod horror pudetq; reuoluere) quendam iuuenum cum a ſuo increparetur abbate, cur humilitatem, quam renuncians pro modico tempore retentaret, cępiſſe excedere, ac diabolica inflari ſuperbia, ſumma contumacia reſpondiſſe. Nunquid ob hoc meme ipſum humiliaui pro tempore, vt ſemper ſubditus ſim? Ad quod eius tam effręnatũ ſceleſtumq; reſponſum ita eſt ſenior obſtupefactus, omniſq; eius interceptus eſt ſermo (velut qui ab illo ipſo antiquo Lucifero verba hæc prolata, non ab homine percepiſſet) vt nullam vocem aduerſus tantam proteruiam de ore ſuo prorſus emitteret, niſi gemitus de corde tantummodo ac ſuſpiria potuerit; illud ſolũ tacitus intra ſemetipſum volens, quod de Saluatore noſtro dicitur: Qui cum in forma Dei eſſet, humiliauit ſe, factus obediens (non vtique diabolico ſpiritu ac tumore poſſeſſus, pro tempore) ſed vſque ad mortem. lib. 12. c. 28.

Ex Climacho ſecundum antiquam verſionem, quæ præceſſit eam, quę eſt Ambroſij Camaldulenſis. Angelus de Cingulo, ſiue Clarenus ordinis Minoritarum ante trecentos annos diuinitus græcè, tanquam alter Ephrem edoctus vertit eundem Climachum.

EXEMPLVM CCXXXVI.

Confeſſionem coram ducentibus fratribus apertam faciens, videntes patre peccatorum ſuorum deletionem lauro promeruit.

COntigit quendam ex prædiali ordine ad monaſticam conuerſationem accedere, quem abbas eiuſdem monaſterij ad contemplationem eius inſtitutionis, quæ erat in loco iuſſit per ſeptem dies cum quiete perfrui. Poſt ſeptem vero dies Paſtor eum ſeorſum ad ſe vocans interrogat, & an ſibi cum ipſis cohabitare placeret explorat. Cum vero manifeſte conſpexiſſet ipſum morari velle, cum omni integritate, rurſum interrogat. Quid incongruum aut inhoneſtum ab eo factum fuiſſet in mundo? igitur vt vidit ipſum ad uerbum ſimul uniuerſa confitentem, iterum tentans dixit ad eum. Volo te hoc coram uniuerſa fraternitate propalare. Ille verò vere ſuum odiẽs peccatum, & omnem confuſionem contemnens indubitanter ſpopondit, etiam ſi uis, ait, in medio Alexandriæ ciuitatis. Deinde congregat Paſtor vniuerſas eccleſia Dominica oues, numero ducentas triginta, & diuina perfecta ſinaxi, in die Dominica, poſt euangelij complementum induci coram omnibus facit illum ſine querela obnoxium a quibuſdam ex fratribus tractum, & temperate percuſſum, manibuſque

nibusque retro vinctum & cillicino sacco vestitum, asperumque pluere caput habentem, ita quod ex ipsa etiam contemplatione confestim commutauerit in planctū & eiulatum vniuerso stupore repletos, nō enim aliquis nouerat quod fiebat. Deinde cum ad Ecclesiæ portas prope ueniisset, sanctum illud benigni iudicis caput clamat ad eum magna uoce: ita, indignus namque es ingressus in hæc sancta. Stupefactus est igitur super Pastoris ex sanctuario adipsum illata voce, existimauit enim secundum quod fratres certificauit nouissime sacramentis, non hominis uocem, sed tonitrui se audiuisse. Procidit quidem continuò in faciem tremefactus, & totus timore confertus terræque prostratus pauimentum lachrymis irrigabat. Permittitur iteram admirabilium Dei talentum ipsius in uniuersum negotiante & formam salutis & manifeste, & efficacis humilitatis, omnib. exhibente, dicere omnia ab ipso acta specifice coram cunctis qui cum pauore vniuersa confitebatur per singula omnium auditui peregrina, non solum eo pro alia secundum naturam, & præter naturam in rationabilibus, & irrationabilibus animalibus commissa, ueram quoque & vsque ad veneficia, & homicidia quæ audire, vel licet tacere non est fas. Igitur confessum illum tōderi permittit, atq. cum sanctis numerari, sapientium uerò talius sancti admiratus secundum ipsum interrogauit, cuius rei gratia tale peregrinum spectaculum peregisset. At qui vere medicus erat duorum istorum gratia ait. Primo quidem ut cōfessum persenti confusione a futura commutarē. Quod & factum est. Nonne surrexit a pauimento, ò frater Ioannes, quousq. omnium indulgentiam est sortitus, & neque difficile credas. Nam aliquis illic existentium fratrum in me confidens dixit, quia horribilē vidi quendā chartam tenentem scriptā, & calamum, & qñ peccata, inquis prostratus iste dicebat ipsam ille calamo cancellabat & consequenter, dixi, enim ait: Confitebor aduersum me iniquitatē meam Domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Secundum verò est, quoniam quosdam possideo non confessus offensiones habentes, illos igitur per hunc exhortabor ad confessionem, sine qua nullus indulgentiam fortietur. Gradu. 4 de obedientia.

EXEMPLVM CCXXXIII.

Infernalem flammam semper cogitans coquus lachrymis madet continue.

VIdi quendam coquinarium perpetuo in ministratione ploratum & mœrorem possidentem, & supplicaui nunciare mihi, unde & quomodo talem gratiam obtinere dignus effectus est. Qui uiolentiam a me passus respondit: Nunquam me homini seruire cogitaui sed Deo & omni quiete me ipsum indignum iudicans. hac ignis uisione, futuræ flammæ memorationem semper possideo. ibidem.

EXEMPLVM CCXXXIV.

Obediens Isidorus septem annis ante portam monasterij sedit omnibus litaniam faciens.

VIr quidam nomine Isidorus ex principatiua dignitate Alexandriæ ciuitatis, ante hos annos abrenunciauit in quodam monasterio, quem ego ibidem adiens reperi. Hunc sanctissimus pastor monasterij recipiens, ac uersutum & omnino crudelem dirumque, & arrogantem inspiciens, per humanam inspirationem syllogizat sapientissimus astutiam dæmonij. Et dicit ad Isidorum. si uere prælegisti utiq. tollere Christi iugum, ante omnia te uolo obediantiam exercere. Ipse uero respōdit; Sicut ferrum fabro, ita & ego sanctissime pater, me ipsum trado subiectum existere. Ille uero uir magnus confestim gymnasio tradidit quasi ferrū probationi dictum Isidorum. Et ait. Volo te, inquit, frater in porta mansionis assistere, & omni animæ ingredienti & egredienti Litaniam. i. prostrationē facere & dicere: Ora pro me pater, qui peccaui. Obediuit autem iste tanquam Angelus Domino. Igitur septem annos ipso ibidem faciente, & in profundissimā humilitatem & compunctionem uenientē, voleba sanctus ille perpetuus post legalem septimanam annorum, & uiri incōparabilem patientiam, ut super dignum, annumerare cum fratribus, & ordinatione

facer

facere dignum. Ipſe verò plurimas ſupplicationes per alios, & per me infirmum ſ. Climachum ad Paſtorem, fecit, quod eum ibidem dimitteret ſuum perficere curſum, inſerens, & verbo quodammodo obſcure inſinuans finem iam ſuum, & uocationem appropinquare, quod & factum eſt. Dimittente eum magiſtro in ordine tali, poſt decimum diem cum gloria glorioſus migrauit ad Dominum, ſeptima ipſius dormitionis die & portarium manſionis aſſumens. Prædixerat enim ei ille beatus, quoniam ſi participauero fiduciam apud Dominum, ibidē in breui inſeparabilis mihi fies. Qđ & factum fuit, ad maximam plenamque certitudinem ipſius obedientiæ inconfuſæ, & adeo imitatiuę humilitatis. Interrogaui adhuc ſuperſtitem hunc magnum Iſidorum qualem eius mens operatione poſſidebat in porta degendo, & non abſcondit mihi volens utilitatem facere ſempiterne memorandus. In principio autem hoc cogitabam, quia pro peccatis meis uenditus operor. Vnde cum omni amaritudine, & violentia, & ſanguine pœnitentiam agebam. Anno autem ipſo completo abſque cordis degebam triſtitia deinceps a Deo expatientia, & obedientia mercedem expectans. Acruſus alio uno anno finito, & manſionis in monaſterio cum conſenſu cordis reputabam meipſum indignum, & viſione, & colloquio patrum, diuinorū, myſteriorum aſſumptione, & faciei cuiuſque contemplatione, deorſum vero oculo intuente & inferiori prudentia pro oratione introeuntes & exeuntes integrè exorabam Gradu 4. de obedientia.

EXEMPLVM CCXXXIX.

Obediens Laurentius uocatus a patre monaſterij per integram refectionis horā coram eo ante menſam ſedit ingenibus.

ALiquando in menſa recumbentibus nobis magnus ille prælatus magnus Iſidorus & Doctor os ſanctum ſuum ad aurem meam inclinans, ait. Vis tibi oſtendam in profundiſſima canitie diuinā prudentiam. At me ſupplicante clamat iuſſus de menſa ſecunda quendam Laurentium nomine circa annos quadraginta octo habentem in manſione, & ſecūdum ſanctum rij presbyterum exiſtentem. Veniens igitur, & coram Abbate humiliter genuflectens, benedicitur quidam ab eo, ſed ſurgēti nihil omnino dixit, dimiſit uero ipſum ante menſam ſtantem, & manducantē, erat enim refectioni initiū iam ut taliter aſtans magnam horam, uel duas pene peragerem, ac per hoc exinde erubeſcerem, vel ſaltem in faciem operatoris inſpicerem, erat totus canus octogeſimū agens annum. Abſq; reſponſione vero uſq; ad refectionis complemen um manens, nobis ſurgentibus, mittitur a ſancto magno Iſidoro triceſimi non pſalmi principium dicere. Ego vero ſicut nimis malitioſus non deſpexi tentare ſenem. Me uero ipſum interrogante qd aſtans vtique cogitaſſet, ait. Attribuens paſtori Chriſti imaginem, nequaquam penitus cogitaui mihi ab ipſo quicquam iniungi, ſed ex Deo. Vnde pater Ioannes Climache non quaſi coram hominum menſa, ſed tanquam coram Dei altari Deum exorans ſtabam nullam omnino malam cogitationem, vel intenſionem erga paſtorem capiens, ex fide mea adipſum & charitatem ibidem.

EXEMPLVM CCXL.

Patiens Abbakyrus quomodo a menſa expellitur, & alias multipliciter exercitatur, ſed tentatus & tribulatus a fratribus Abbakyrus ab alijs tentationibus liber efficitur.

INterrogaui quendam fratrem ædificationis gratia quindecim annos in manſione habentem, nomine AbbaKyrum, quem & maxime ab omnib. ſe læſum uidebam. Erat autem quando miniſtris expellebatur a menſa, modicum enim erat ex natura, circa linguam frater ille incontinens. Dixit igitur ad eum: Frater Abbakyre quare menſa expulſum te quotidie video, & ſine refectione ſæpius dormientem? Qui cum reſpondiſſet: Pater, crede mihi quia probant me patres mei, ſi monachus ſio: ſed non in veritate hoc faciunt. Igitur ego cognoſcens ipſorum atque magni Paſtoris intenſionem ſine pondere uniuerſa ſuſtineo. Et ecce iſtud cogitans quindecim annos habeo, ſecundum quod & mihi in ingreſſu dixerunt, quia & uſque ad triginta annos abrenunciantes probant.

Et

Digitized by Google

Et iuste pater Ioannes, absque probatione non perficitur aurum. Sustineas igitur Generosus ille Abbakyrus post meum aduentum in monasterio duorum annorum tempus migrauit ad Dominum, hoc dicens patribus reliquit futurus. Gratias ago Domino Iesu Christo & vobis, quia propter id quod me tentastis in salutem, ecce decem & septem annis permansi ex dæmonijs non tentatus, quem & iusti iudicij pastor, sicut confessorem, cum ibidem requiescentibus sanctis digne collocari præcepit. ibidem.

EXEMPLVM CCXLII.

Item aliud simile.

SEd lædo cunctos zelatores beatorum, si cum silentij sepulchro sileo Macedonij diaconi directionem & luctam, hic præclarissimus Domino aliquando sanctæ Theophaniæ, Epiphaniæ superueniente solemnitate rogat pastorem ante duos dies in ciuitatem Alexandriæ ire, cuiusdam famularis indigentiæ gratia, promittens ei quam totius quidem egredi de ciuitate propter solemnitatis sequentiam atque præparationem. Igitur oditor boni diabolus impedimentum archidiacono faciens præparauit eum ab abbate dimissum ad mansionem non pertingere in sancta solemnitate iuxta terminum, quem a præsidente susceperat, quam Pastor post vnum diem superuenientem à diaconatu segregat, & in extremorum initiantium loco subordinat. Suscipit bonus patientiæ minister, & sufferentiæ archidiaconos verbum patris atque sententiam sic sine tristitia, quasi non ipse, sed alius fuisset increpatus. Agente igitur eo dies quadraginta in ordine tali, iterum sanctus & sapiens reduxit eum ad proprium gradum. Et ecce post vnum diem rursus ab archidiacono exhortatur, quod ipsum in eadem increpatione & ignominia priori constituat. Ait enim quia fere irremissibile aliquid in ciuitate culpaui. Sciens verò sanctus ipsum humilitatis gratia istud exquirere, & non dicere vera bonæ concupiscentiæ operatoris consensit. Nam virum erat canitiem reuerendam videre degentem in incipientium ordine, & omnes integre deprecantem super ipso orare, quoniam ait in fornicationem inobedientiæ cecidi. Mihi vero humili referre confisus est hic Macedonius, cuius gratia huius humilitate institutioni voluntariæ præoccurrit. Nunquam enim ait sicut nunc euacuationem omnis præli, & luminis diuini dulcedinem in me ipso perspexi. ibidem.

EXEMPLVM CCXLII.

De Minæ viri admirabilis patientia, & sepulchro.

CHristus Iesus Dominus noster volẽs me priuare sancti patris oratione, ante vnam septimanã mei egressus assumpsit virum mirabilem Minam nomine post Pastorem secundario omnia negotia disponẽtem, qui LIX annos in cœnobio habẽs ministrationem omnem per uigil ministrabat quid igitur? Tertia die perficientibus nobis solitum canonem sanctæ dormitionis, repẽte totus chorus in quo detinebatur, boni & suauissimi odoris repletur fragrãtia. Permisit igitur magnus nos loculũ cooperire in quo erat depositus. Quo facto vidimus omnes ex ipsius pretiosissimis plantis duos fontes, quasi vngenti boni emanare odoris. Tunc ait magister ad omnes. Videte ecce pedem ipsius, & laboris sudores. Vere sicut vngentum Deo nostro oblati sunt, & accepti atque suscepti. Multas quidem verò & alias directiones de isto sanctissimo Mina loci patres nobis annunciauerunt. Dicebãt autem & hoc de ipso, quod aliquando præsidens ipsius a Deo donatam patientiam probare volens, redeuntem ad abbatiam & mechaniam abbati ad vesperam faciẽtem, præterijt more solito suscipere adorantem, & ita positum vsque ad canonis horam eũ in terra dimisit. Tunc igitur eum benedicẽs vt ostentationis amatorem, & impatiẽtem redarguens eum surgere fecit. Nouerat enim sanctus quomodo generose sufferet, propterea & hoc factum ad ædificationem omnium fecit. Huius verò sancti Minæ discipulus de his quæ erant apud præceptorem nos certificabat dicens. Quoniam meum curiosè inquirente, si forte in tali fuisse genuflexione somno prærepus, affirmabat se totum psalterium terræ prostratum peroraſſe. ibidem.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM CCXLIII.

Detrahens alteri duriſſimo carceri pæniten tiali mancipatur.

QVidam frater proximo quaſi verboſo & nugaci detrahens aliquãdo apud Paſtorem, ab ipſo expultus eſt, qui ad portam manſionis expectauit ſuſtinens hebdomadæ tempus, deprecans introitum partici pare & indulgẽtiam. Cum vero animarum amator hoc didiciſſet, inquirens ſolicite & audiens ipſum ſex diebus nil penitus comediſſet, nunciat ei quia vero ſi habitationem in manſione omnino vis facere, in pæniten tium ordine te conſtituam. Cum igitu libẽter hoc pœnitens ſuſcepiſſet iuſſit ipſum Paſtor in attributam poſſeſſionem ſuper lapſi bus plorãtibus introferri Quod & factum eſt. Igitur à magna manſione locus vno ſigno diſtabat cuſtodia dictus, vel carcer abſque conſolatione. Non enim apparebat ibi fumus aliquando, non vinum, non oleum, in cibum, non coctum aliud aliquid, ſed ſolum panis & herbæ exiguæ In iſto poſt vocationem præuaricantes ingreſſibiles reclu debat, non ſimul, ſed ſeorſum, & ſeparatim vel duos ad plus, quouſque Dominus de vnoquoque eum certificaſſet. Conſtituit autem ſuper eos in locum virum quendã magnum nomine Iſaac qui orationem ferẽ in deſinentem à ſibi traditis requirebat, habebat vero vt plurimam palmarum copiã contra impedimentum acidiæ Hæc eſt vita iſta & inſtitutio iſta eſt conuerſatio quærẽtium faciem Dei Iacob. ibid.

EXEMPLVM CCXLIV.

Patientiſſimus Innocentius per nouem annos ab indiſcreto parte verberatur, & ſuſtinet, & poſt mortem interrogatus reſpondit.

IOannes Opani vir ſummæ perfectionis mihi narrauit quia in manſione mea, quæ eſt Alia (inde namque iuſtus originẽ traxerat quidam) ſenex omnino negligens & inconſtinens, dico enim non indicans, vt appaream vera dicẽs. Hic neſcio quomodo poſſedit diſcipulum iuniorem Innocẽtium nomine, ſimplicem vtique arbitrio ac deliberatione, cogitatione vero & opere prudẽtem, qui tanta ab illo huiuſmodi ſene ſuſtinuit, quanta & pluribus forte, quaſi incredibilia videbuntur. Nõ enim iniurijs, & ignominijs, ſed & plagis & verberibus eũ quotidie cruciabat. Ecce vero non irrationabilis patientia eius. Cum igitur eum quotidie viderem quaſi ſeruum emptitium extrema affectum miſeria, obuians ipſe ſæpe dicebã ad eum. Quid eſt frater Innocenti? quomodo fuit tibi hodie? Et ille confeſtim ſicut ex Domino, quandoque quidem oculum huidum quandoque colum, aliquando uero caput plagatum oſtendebat. Cognoſcens igitur ego quia operator eſſet, dicebam ei: Bene, bene ſuſtine, ſaluaberis. Igitur faciens ſub ſene illo immiſericordi annos nouem abijt ad Dominum. Sepulto igitur eo in cimiterio patrum, præceptor Innocentij poſt quinque dies ad quendam magnũ abijſſenem, ex degentibus in regione eadem, & dixit ei. Pater Innocentius mortuus eſt. Senex vero cum audiſſet ait dicenti. Credo ſenex, quia hoc mihi perſuadere nequibis, vt audiam. Ipſe verò ait. Veni & vide. Surrexit ſenex celeriter, & ad cimiterium uenit, cum beato pugilis præceptore, & clamat tanquã vruenti ad vere in beata dormitione dormiẽtem, & dicit ei. Frater Innocenti mortuus es? At uero prudens & obediẽs, & poſt mortem obedientiam oſtendens, reſpondit huic magno ſeni Pater quomodo eſt poſſibile hominem operatorem obedientiæ mori. Tunc ſenex primo Innocentij præceptor vocatus tremens & pauens in faciem cum lachrymis cecidit, & quærens à congregationis duce propter monumentum cellam facere, ibidem caſtè de cætero vixit, dicens patribus ſemper quia homicidium feci ibi.

EXEMPLVM CCXLV.

Rationem reddere pro debitis exactus Antiochius factum ſe eſſe ſimulauit.

VNde Ioannes Opani narrans mihi, docebatur ait quis alter in manſione Aſæa a monacho quodam miti quieto, & manſueto, & videns ſeipſum quaſi a ſene honoratum & quietatum, & circumforum præcindit optime quod multis eſt nocumentum, deprecatur ſenem quod eum

à le

a se dimittat. Habebat enim discipulum alium, nec erat ei curæ quod fiebat ex toto. Egreditur igitur ab eo & seipsum subordinat per epistolam præceptoris in quodam Ponti cœnobio. Nocte igitur prima qua cœnobium fuit ingressus, videt se in somnis quibusdam ad reddendam rationem exactum, & post tribunal acclitus pauendæ valde exactionis terribilis rationem ex residuo remanere obligatum, & auri debere soluere libras centum. Euigilans igitur dijudicauit visum, & dixit, egene Antioche (hoc enim ei erat nomen) verè multa restant de solutione debiti nostri. Cum ergo permansissem ait subinditcernen i obedié tia in cœnobio tribus annis, reputabar vilis, & quasi peregrinus & extraneus tribulationes ab omnibus patiebar. Non enim erat ibi monachus alius quisquam peregrinus. Et ecce in somnis iterum video quandam chartam remissionis, & absolutionis decē librarum mei debiti mihi dantem. Igitur euigilans cognoui visum, & dixi: Adhuc nunc vsque decem, & quandoque vtique tanti debiti solutionem complebo, tunc dico mihi ipsi. Humilis Antioche superabundantiori labore, & ignominia indiges. Ex tunc igitur cœpi amentiam, & stultitiam simulare, non tamen quidem aliquid in ministrationis officio penitus relinquere otiosum. Vnde & misericordes patres in tali huiusmodi ordine, & promptitudine me videntes, mihi vniuersæ mansionis grauia opera inungebant. Perseuerans igitur per annos xiij. in tali institutione, ad me mihi primo apparentes rursus veni e vidi, & perfectum mihi libertatem a debito scribere. Quando igitur in aliquo me tribulabant in mansione degentes rememorabar debiti, & generosè viriliterque te ebam. Ista huiusmodi mihi sapientissimus quasi ex alterius persona narrauit, propter quod & seipsum mutato vocabulo Antiochum vocauit. Hic autem erat, qui vt verax per obedientiam, & patientiam dirupit chirographum generosè. Gradu 4. de obedientia.

EXEMPLVM CCXLVI.

Mortis memoria instigatus grauissimam pœnitentiam quidam fecit.

NOn tacebo vbi, & solitarij Thoribitici in Choreb habitantis insinuare narratione. Iste subijpsius animæ nullam curam penitus gerens in omni negligentia semper degebat. Extremæ igitur aliquando corpore infirmatus quasi vnius horę spatio perfecte migrauit a corpore. Et in semetipsum iterum rediens deprecabatur quidem non omnes confestim recedere, portam vero cellæ obstruens intus annis xij. mansit cum nullo colloquium, nec parum, nec magnum habens, nil aliud præter panem, & aquam gustans tantummodo sedens, & ea quæ viderat in extasi stupens, sic metens intendebat vt nunquam deinceps propriū morem commutaret attentus intendens, existens, & excedens, calidas lachrymas sine strepitu semper fundebat. Cum autem migratus esset ad Dominum portam destruentes intrauimus, & multum deprecantes hoc solum ab eo audiuimus. Indulgete mihi. Nemo memoriam mortis nolcens pōterit aliquando peccare. Nos verò stupebimus ita prius negligentem videntes beata mutatione, & transformatione sic repente mutatum, & transformatum. Sepelientes vero eum sanctæ in propinquo Castri monasterio', post diem sanctas illius reliquias quærentes non inuenimus. Gradu 6. memoriæ mortis.

EXEMPLVM CCXLVII.

Stephanus quidam moriturus grauissimè anxiatur.

STephanus quidam habitans in montis Sinai loco solitariam, & tranquillam salutans vitam, & remotionis quietem amplectens. Temporibusque plurimis in monasticæ conuersationis palæstra contritus permanens, ieiunijs maximè, & lachrymis ornatus existens, & alijs bonis plurimis exuberantibus circumseptus, possedit cellam in isto sancto monte ad descensum sancti, & Dei inspectoris Heliæ. Iste igitur perpetuus in ētione magis efficacis, & amplius dolorosæ pœnitentiæ ductus ana-

Digitized by Google

anachoritarum locum assumpsit, vocatum Sydin, faciensque ibidem aliquos annos in angustissima & super ardua dieta, quoniã & absque consolatione locus erat, & inaccessibilis fermè hominib. cunctis, & a monasterio dicto Castri quasi septuaginta miliaribus distans: Rursus circa vitæ ipsius extrema senex ad propriam regreditur cellam verticis sancti. Habebat verò duos discipulos Palestinos religiosos vtique multum, qui & primo custodierunt cellam senis. Faciens igitur paucos in ea dies, infirmatus est infirmitate qua & defunctus est. Igitur ante vnum suæ resolutionis diem, in extra si mentis factus apertis oculis intendebat ad dextram lectuli, & sinistram quasi ad reddendam rationem a quibusdam exactus, astantibus dicebat, audientibus cunctis. Quandoque namque sic, vtique veritas est, sed confessus sum, & ieiunaui tantis temporibus pro isto. Quandoque vero nequaquam sed verè mentimini, istud non fecit. Et iterum. Ita verè istud sic, sed ploraui, sed ministraui. Et rursus, verè accusatis, & calumniatis me, & erat quandoque, & super quibusdam dicebat, ita verè, & adhoc dicere aliquid non habeo, in Deo est misericordia. Et erat horrendum simul & terribile, & inuisibile, & irremissibile rationis exactæ executorium. Terribile verò, & magis pauendum, quia in his quæ ignorabat, & non fecerat, accusabant, & qui inquirebant eum: Eia, ò quiescens & anachorita super aliquibus eius offensionibus dicebat, quia ad hoc quicquam dicere non habeo, neque scio. Iam vero circa quadraginta ferè annos existens monachus, & lachrymarum habens donum. Væ, væ vbi tunc erat Ezechielis vox, vt diceret ad eos. Quia in quacunq; die fuerit peccator ad pœnitentiam conuersus. & quæ sequuntur. Et quia in quo te inuenero iudicabo, dicit Dominus. Verè nihil tale ad satisfactionem potuit respondere cuius gratia soli cognoscẽti gloria. Quidam viri sine mendacio narrauerunt mihi, quia & Leopardum pascebat in deserto ad se viuentem, & hic tantus ita sub rationis exactione positus discessit a corpore, manifestum certitudinaliter omnino nõ faciens, quod fuerit iudicium, aut quæ sententia ipsius, aut ante positæ, & exactæ rationis finis. Gradu 7. de luctu.

EXEMPLVM CCXLVIII.

Quomodo frater quidam a blasphemiæ tentatione liberatus sit.

MOnachus quidam festinans, & sollicitus, a blasphemiæ dæmone molestatus per annos viginti, carnes suas vigilijs, & ieiunijs cruciauit. Et quoniam nullam sentiebat inde vtilitatem, abiens & passionem in charta scribens, cuidam viro sancto in faciem prostratus, nec ad eum sursum respicere valens, obtulit. Senex autem cum eam legisset subrisit, & sursum releuans fratrem, dixit illi. Fili impone manum tuam super ceruicem meam, quod & faciente fratre, dicit magnus. Super collum meum, ò frater, sit hoc peccatum, & quæcunque olim fecit, & faciet, solum id vlterius non habeas in mensuram. Et affirmabat frater, quia non prius de cella senis exierat, quam vitium exterminatum factum est non apparent. Huius rei factus in experientia hoc mihi narrauit gratiarum Deo referens actiones. Gradu 33. de blasphemia.

EXEMPLVM CCXLIX.

Gloria vana tentatus frater quidam qualiter restiterit.

CVidam athletæ Christi, festinanti ad beatam virtutem humilitatis laudẽ in corde immundi dæmones subseminabant. Ipse verò machinatus est ex inspiratione diuina, pia circumuentione malignitatem spirituum vincere. Surgens quippe subordinatis in muro cellulæ suæ prædicationes sanctissimarum virtutum, dico vero charitatis perfectæ, humilitatis angelicæ, orationis mundæ, illibatæ & incorruptibilis castitatis, & harum huiusmodi talium. Cum igitur cogitationes illum laudare incipiebant dicebat eis eamus ad reprehensionem. Veniebat ergo & definitiones, seu prædicationes legebat, & contra seipsum clamabat. Quando ista possederis, tunc cognosce, quia longe es adhuc a Deo: quia cum possederis, seruus inutilis es, fecisti quod facere debuisti. Si verò, non longinquus existis a mandatis Dei. Gradu 25. de humilitate.

DISTIN-

DISTINCTIO TERTIA.

EX ECCLESIASTICA HISTORIA BEDAE PRESBYTERI DE GENTE ANGLORVM.

EXEMPLVM I.

Miſericordis in pauperes regis Oſvvaldi manus non potuerunt putreſcere.

SAncti Aidan antiſtitis doctrina, Rex Oſuualdus, cum ea cui prȩerat gẽte Anglorum inſtitutus, non ſolum incognita progenitoribus ſuis regna cęlorũ ſperare didicit, ſed & regna terrarum pluſquam vlli maiorum ſuorum ab eodem Deo, qui fecit cœlũ & terram conſecutus eſt. Denique omnes nationes, & prouinciæ Britaniæ, quæ in quatuor linguas, ideſt, Britonum, Scotorum, Pictorum & Anglorum, diuiſæ ſunt in ditionem accepit, quo regni culmine ſublimatus nihilominus quod mirum dicta eſt pauperibus, & peregrinis ſemper humilis & benignus & largus fuit. Denique fertur, quia tẽpore quodam cum die ſancto Paſchæ cum præfato Epiſcopo ſcilicet Aidan conſediſſet ad prandium, poſituſque eſſet in menſa coram eo diſcus argenteus, regalibus epulis refertus, & iam iamque eſſent manus ad panem benedicendum miſſuri, intraſſe ſubito miniſtrum ipſius cui ſuſpiciendorum inopũ erat cura delegata, & indicaſſe regi, quia multitudo pauperũ vndecumque aduenięs maxima per plateas ſederet, poſtulans a rege aliquid eleemoſynæ. Qui mox dapes ſibimet appoſitus deferri pauperibus, ſed & diſcum confringi, atque eiſdem minutatim diuidi præcepit. Quo viſo pontifex qui aſſidebat delectatus tali facto pietatis apprehendit dexteram eius, & ait. Nunquam hæc manus inueteraſcat. Quod & ita iuxta votum benedictionis prouenit. Nam cum interfecto illo in pugna, manus cum brachio à cætero eſſent corpore reſecte, contigit vt hactenus incorruptæ perdurent. Denique vrbe regia, quæ a regina quodam vocabulo Bebba cognominabatur, loculo incluſæ argenteo in eccleſia ſancti Petri ſeruantur, ac digno a cunctis honore venerantur. lib. 3. c. 6.

EXEMPLVM II.

Moriturus Egbertus multa promiſit, vt ſibi vita foueretur Domino ſeruituro.

ANno Incarnationis Domino ſexcentiſimo ſexageſimo quarto, erant in Hybernia inſulta multi nobilium ſimul & mediocrium de gente Anglorum, qui tempore Finani & Colmanni Epiſcoporum, relicta inſula patria, vel diuinæ lectionis, vel continentioris vitæ gratia, illo ſe ceſſerant. Et quidam quidem mox ſe monaſticę conuerſationi fideliter manciparunt, alij magis circumeundo per cellas magiſtrorũ lectioni operam dare gaudebãt. Quos omne Scoti libentiſſime ſuſcipientes, victum eis quotidianum ſine pretio, libros quoque ad legendum, & magiſterium gratuitum præbere curabant. Erant inter hos duo iuuenes mágnæ indolis, de nobilibus Anglorum Edelchim & Egberth. Hi ergo cum eſſet in monaſterio, quod in lingua Scotorũ Ratmalſigi appellatur, & omnes ſocij illorum, vel mortalitate de hoc ſeculo rapti, vel per alia eſſent loca diſperſi, correpti ſunt ambo morbo mortalitatis, & grauiſſimè affligi. E quibus Egberth cum ſe æſtimaret moriturum egreſſus eſt tempore matutino de cubiculo, in quo infirmi quieſcebant, & reſidens ſolus in loco opportuno, cœpit ſedulus cogitare de actibus ſuis, & compũctus memoria peccatorum ſuorum faciem lachrymis rigabat, atque intimo ex corde Deum deprecabatur, ne adhuc mori deberet, priuſquam præteritas negligen-

tias,

tias, quæ in pueritia siue infantia commiserat, perfectius ex tempore castigaret, uel in bonis se operibus abundantius exerceret. Vouit etiam votum, quia adeo peregrinus viuere uelle, vt nunquam in insulam in qua natus est Britanniam rediret, atque præter tolerabilem canonici temporis psalmodiam, si non valetudo corporis obsisteret, quotidie psalterium totum in memoriam diuinæ laudis decantaret, & in omni septimana diem cum nocte ieiunus transiret. Cumque finitis cum lachrymis precibus & votis domum rediret, inuenit sodalem dormientem, & ipse quoque lectulum conscendens cæpit in quietem membra laxare. Et cum paululum quieisceret, expergefactus sodalis respexit eum, & ait. O frater Egberthe, o quid fecisti? Sperabam quia pariter ad vitam æternam intraremus. verumtamen scito, quia quæ postulasti accipies. Didicerat enim per visionem quid ille petisset, & quia petita impetraret. Quid multa? ipse proxima nocte defunctus est. At vero Egberthus decussa molestia ægritudinis, conualuit, ac multo post tempore viuens acceptumque sacerdotij gradum condignis ornans actibus, post multa virtutum bona, vt desiderabat ipse nuper. i. anno Dominicæ Incarnationis septingentesimo vicesimono, cum esset annorum nonaginta, migrauit ad regna cœlestia. Duxit autem ipse vitam suam in magna humilitatis ma suetudinis, & continentiæ, & simplicitatis & iustitiæ perfectione. Vnde, & gentis suæ, & illis in quibus exulabat nationibus Scotorum, siue Pictorum, & exemplo viuendi, & instantia docendi, & authoritate corripiendi, & pietate largiendi de his quæ à diuitibus acceperat multum profuit. Addidit autem votis quæ diximus, vt semper in quadragesima non plus quem semel reficeret in die, nõ aliud quam panem, & lac tenuissimum gustaret, & hoc cum mensura, quod videlicet lac pridie nouum in phiala ponere solebat, & post noctem ablata superficie crassiore, ipse residuum cum modico, vt diximus pane bibebat, cuius modum continentia etiam quadraginta diebus ante natale Domini totidẽ quoque post acta solemnia Pentecostes, hoc est quinquagesimę semper obseruare curabat. lib. 3. c. 27.

EXEMPLVM III.

Moriturum quẽdam sanctum Episcopum hymnis cœlestibus sonora tuba præcinentibus, qui tempestiuarum temporalium ad Ecclesiam fugiens misericordiam postulabat.

CVm sanctus episcopus Ceadda, in regno Anglię laus in oratorij loco lectioni, vel orationi operam daret, audiuit repente alius quidam deuotus frater (vt postea referebat) vocem suauissimam cantantium atque lætantium de cælo usq; ad terras descendere, quam videlicet uoce ab euroaustro, id est, ab alto tumultus exortu primo se audisse dicebat, ac paulatim sibi appropriare, donec ad tectum vsque ad oratorium, in quo erat episcopus peruenirent, quod ingressa totum impleuit atque in gyro circumdedit. Ac ille dum solicitus in ea quæ audiebat animum intenderet audiuit denuo transacto quasi dimidiæ horæ spatio ascendere detecto eiusdem oratorij tecto eandem lætitiæ canticum, & ipsa qua venerat via ad cœlos vsque cum ineffabili dulcedine reuerti. Qui cum aliquantulum horæ quasi attonitus maneret, & quid hoc esset solerti animo scrutaretur, aperuit episcopus fenestram oratorij, & sonitu mane faciens, vt sæpe consueuerat, si quis foris esset intrare ad se præcepit. Introiuit ille concitus. Cui dixit ant ſtes. Vade cito ad ecclesiam, & septem de fratribus meis huc facito venire, tu quoque simul adesto. Qui cum uenissent primo admonuit, vt virtute dilectionis & pacis ad inuicem, & in omnes fideles seruarent. Institutaque disciplinæ regularis, quæ ab ipso didicissent, & in ipso vidissent, vel in patrum præcedentiũ factis siue dictis inuenissent, indefessa fide custodirent. Deinde subiunxit diem sui obitus in proximo instare. Namque hospes, inquit, ille amabilis Christus ad me hodie venire, neque de seculo euocare dignatus est. Propter quod reuertentes ad ecclesiam, dicite fratrib. vt meum exitum Dño precibus commendẽt, & suum quoque exitum, cuius hora incerta est vigilijs, & orationibus bonis operib. præuenire meminerint. Cũque hęc & his similia plura loqueretur, atque illi accepta benedictione iã multum tristes exissent, rediit ipse solus qui carmen

cœleste

cœleſte audierat, & proſternens ſe in terram. Obſecro pater, inquit, licet aliquid interrogare? At ille; Interroga quod vis, inquit obſecro, inquit, dicas quod erat canticum illud lætantium, quod audiui venientium de cęlo ſuper oratorium hoc, & poſt tempus redeuntium ad cœlos. Reſpondit ille. Si vocem carminis audiſti, & cęleſtes cętus ſuperuenire cognouiſti, præcipio tibi in nomine Domini, ne cuiquam hoc ante obitum meum dicas. Reuera autem angelorum fuere ſpiritus, qui me ad cęleſtia regna, quę ſemper amabam ac deſiderabã & præmia vocare venerunt. Et poſt dies ſeptem ſe redituros, ac me ad cęleſtia ſecum adducturos eſſe promiſerunt. Quod quidem vt prędictũ ſibi erat opere completum eſt. Nam confeſtim languore corporis tactus eſt, & hoc per dies ingraueſcente, ſeptimo (vt ei promiſſum eſt) die poſtquã dominici corporis, & ſanguinis ſacramentis ſe muniuit, ſoluta ab ergaſtulo corporis anima ſancta ducentibus angelis æterna gaudia appetiuit. Non mirum autem ſi diẽ mortis, vel potius Domini lętus aſpexit. Quem ſemper dum viueret ſollicitus expectare curauit. Nãque inter plura continentiæ, humilitatis, doctrinæ, orationum, voluntariæ paupertatis, & cæterarum virtutum merita, in tantum erat timori Domini ſubditus, in tantum iuſtitiã Dei (quæ nullum malum quantulumcunque ſit impunitum, relinquit) præ oculis ſemper habuit, in tãtum etiam ſine intermiſſione nouiſſimorum ſuorum in operibus ſuis memor, vt ſicut mihi quidam frater de his, qui me in ſcripturis erudiebat, & erat in monaſterio, ac magiſterio illius educatus, referre ſolebat, ſi fortè legente eo vel aliquid agente flatus maior venti exurgeret, continuò miſericordiam Domini inuocaret rogans eum, vt generi humano, quod prętioſo ſuo ſanguine redemptum agnoſceret propitiari dignaretur. Si autem violentior aura inſiſteret iam clauſo codice in faciem procideret, atque obnoxius orationi incũberet. At ſi procella maior aut nimbus perurgeret, vel etiam coruſci, aut tonitrua horribilia terras, & aera terrerent, tunc veniens ad eccleſiam ſollicitus oratio nibus ac pſalmis donec ſerenitas aeris rediret fixamente vacaret. Cumq; interrogaretur a ſuis, quare hoc faceret, reſpondebat. Non legiſtis quia intonuit de cælo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam? Misit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Mouet enim Dominus aera, ventos excitat, iaculatur fulgura, de cęlo tonat, vt terrigenas ad timendum ſe ſuſcitet, ut corda eorum in memoriam futuri iudicij reuocet, ut ſuperbiam eorũ diſſipet, & cõturbet audaciam, reducto ad mentem illo tremendo tempore, quando ipſe cęlis ac terris ardentibus uenturus eſt in nubibus in poteſtate magna, & maieſtate, ad iudicandos uiuos & mortuos. Propter quod, inquit, oportet nos admonitioni eius cæleſti, debito cum timore, & amore reſpondere, & quotiens aere commoto, manum quaſi ad feriẽdum minitans erexerit, ne adhuc tamen percutit, mox imploremus eius miſericordiam, ut diſcuſſis penetralibus cordis noſtri atq; purgatis uitiorum ruderibus, ſolliciti ne unquam percuti mereamur, agamus. lib. 4. cap. 7.

EXEMPLVM IIII.

Virginem corpus Edilfridæ Reginæ quantus priuilegijs poſt mortẽ præuẽtum eſt.

POſtquam religioſa uirgo Edilfrida primo marito defuncto cum rege Egfrido xij. annis matrimonio iuncta, in uirginitatis integritate, ſicut, & cum primo ſe diſſet, habita mariti licentia, contempto regno, ſed monaſterium monialium contulit perpetuę uirgo manſura. In quo cum ſeptem annis Abbatiſſæ gradum tenuiſſet peſtilentiæ morbo percuſſa in lignea tumba defuncta eſt, in qua cum per ſedecim annos ſepulta iacuiſſet, placuit ſorori eius, quę ei in dignitate ſucceſſerat leuare oſſa eius, & in locello nouo poſita in eccleſiam transferre. Iuſſitque quoſdam de fratribus quærere lapidem de quo locellum facere potuiſſent. Qui aſcenſa naui uenerant ad ciuitatulam quandam deſolatam, non procul inde ſitam, quæ lingua Anglorum Granta ceſſir uocatur, & mox inuenerunt iuxta muros ciuitatis locellum de marmore albo pulcherrimè factũ, operculo quoque ſimilis lapidis aptiſſimi tectum, unde intelligentes a Domino ſuum iter eſſe proſperatum, gratias agẽtes

re tulerunt ad monasterium. Cumque corpus sacræ virginis ac sponsæ Christi aperto sepulchro esset prolatum in lucem, ita, incorruptum inuentum est, ac si eodem die fuisset defuncta, siue humo condita. Eius enim sepulta caro corrumpi non potuit, quia à virili contractu incorrupta durauit, imo, & vulnus quod moritura à vlcere inciso accepit, cum quo etiam hiante sepulta erat, tenuissimæ cicatricis, vix insignia prætendebat, sed, & linteamina omnia quibus inuolutum erat corpus integra apparuerunt, & ita noua vt ipsa die viderentur esse cultis eius membris circundata, vultus quoque eius velamento detracto specimen quasi suauiter dormientis ostendit. lib. 4. cap. 18.

EXEMPLVM V.

Missarum solemnijs quidam captiuus adiutus, nulla vi vinculorum potuit ligatus retineri.

IN prelio Egfridi regis contra Edilfredum regem Merciorum, in quo occisus, est rex Ekvini, quiddam mirabile factum esse constat quod nequaquam silentio prætereundum arbitror, sed multorum salutis si referatur fortè proficiendum.

Occisus est ibi inter alios de militia eius iuuenis vocabulo ymma. Qui cum die illa nocte sequente in cadauera occisorũ similis mortuo iaceret, tandem recepto spiritu reuixit, ac resides sua vulnera vt potuit ipse alligauit. Deinde modicum requietus se uuuit se, & cœpit abire sicubi amicos, qui sui curam agerent posset inuenire, quod dum faceret inuentus est atque captus, à viris hostilis exercitus, & ad Dominum ipsorum comitem videlicet Edilredi regis adductus. A quo interrogatus quis esset, timuit se militem regis fuisse confiteri, rusticum se potius, & pauperẽ, atque vxorio vinculo colligatum respondit, & propter victum militibus afferendum in expeditionem se cum suis similibus venisse testatus est. At ille suscipiens curam vulnerib. egit, & sanescere cœpit nocte eum ne effugeret vinciri præcepit, nec tamen vinciri potuit. Nam mox vt abiere qui vinxerant, eadem hora eius sunt vincula soluta. Habebat enim germanum fratrem presbyterum, & abbatem monasterij, qui cum eum in pugna peremptum audiret, venit quærere si forte corpus eius inuenire posset, inuentumque alium simillimum illi per omnia putauit illum ipsum esse, quem ad monasterium suum deferens honorificè sepeliuit, & pro absolutione animæ eius sæpius missas facere curauit. Quarum celebratione factũ est vt nullus eum vincere posset, quin cõtinuò soluerentur. Interea comes qui eum tenebat, mirari, & interrogare cœpit, quare ligari non posset, an litteras, solutorias de qualibus fabulæ ferunt, apud se haberet, propter quas ligari non posset. At ille respondit nihil se talium artium nosse, sed habeo fratrem, inquit, presbyterum in mea prouincia, & scio quia ille me interfectum putat esse, & pro me missas celebrari facit & si nunc in alia vita essem ibi anima mea per eius intercessionem soluereтur a pœnis Dumque aliquanto tempore apud comitem tenereтur, animaduerterunt qui cũ diligentius considerabant ex vultu, & habitu, & sermonibus eius, quia non erat de paupere vulgo (vt dixerat) sed de nobilib. Tunc secreto aduocans eum comes interrogauit intentius vnde esset, promittens se ei nihil factuum pro eo, si simplici ei sibi quid fuisset proderet, quod dum ille faceret, ministrum regis se fuisse manifestans. Respondit comes. Et ergo per singula tua responsa cognoueram, bona rusticus non eras, & puidem nunc dignus es morte, quia omnes fratres, & consanguineos, & cognatos mei vniuersi in illa sunt pugna interempti nec te tamen occidam, ne fidẽ mei promissi perdiderim. Vt ergò conualuit vendidit eum Lundoniam Frisoni cuidam, sed nec ab illo, nec cum illuc duceretur vllatenus, alligari potuit.

Verum cum alia vinculorum ei genera hostes impoluissent, dissoluta sunt. Cumque vidisset qui emeret vinculis eum non potuisse cohiberi, dare uit ei facultatem sese redimendi si posset. A tertia enim hora quando missæ fieri solebant sæpissimè vincula soluebantur. At ille dato iureiurando, vt rediret, vel pecuniam ei pro se mitteret; venit Cancina ad regem Lotheri qui erat filius sororis Edildrudæ reginę, quia, & ipse quondam eiusdem reginæ minister erat, petijtque, & accepit ab eo pretium

tium ſuæ redemptionis, ac ſuo Domino pro ſe vt promiſerat miſit, qui poſt hoc ad patriam reuerſus atque ad ſuum fratrem perueniens replicauit ex ordine cuncta, quæ ſibi aduerſa, quæ ve in aduerſis ſolatia prouenissent: cognouitque referente eo illis temporibus maxime fuiſſe uincula ſoluta quibus pro ſe miſſarum celebrata fuerant ſolemnia. lib. 4. c. 22.

EXEMPLVM VI.

Fere ſolitus peccata ſua ab Angelo commendatur.

ERat in monaſterio virginũ quod Celludi vrbem cognominant vir de genere Scotorum Adamnanus nomine, ducens uitam in continentia et orat omnibus multum Deo deuotam, ita ut nihil vnquã cibi aut potus exceptã die Dominica & quinta ſabbati acciperet, & ſæpe etiam noctes integras peruigil in oratione tranſigeret. Quæ quidem illi diſtrictio vitæ artioris primo ex neceſſitate emendandæ ſuæ prauitatis obuenerat, ſed procedente tempore neceſſitatem in conſuetudinem uertere. Si quidem in adoleſcentia ſua ſceleris aliquid commiſerat, quod cõmiſſum dum ad cor ſuum rediit grauiſſime exhorruit, & ſe puniendum pro illo a diſtricto iudice, exhorruit. Accedens ergo ad ſacerdotem, a quo ſibi ſperabat ſalutis iter poſſe demõſtrari, confeſſus eſt reatum ſuum, perijque ut conſilium ſibi daret quo poſſet fugere a futura ira, qui audito eius commiſſo dicit: Grande vulnus, grandioris curam medelæ deſiderat. Et ideo ieiunijs, pſalmis & orationibus quantum uales inſiſte, quo præoccupando faciem Domini in confeſſione propitium eum inuenire poſſis. At ille quem nimius rei conſcientiæ tenebat dolor, & internis peccatorum uinculis quibus grauabatur ocius deſiderabat abſolui. Adoleſcentior ſum iniquitate & vegetus corpore quicquid mihi impoſueris agendum dum ſaluus fiam in diem Domini totum facile feram, etiamſi totam noctem ſtando in precibus peragere, ſi integram ſeptimanam iubeas abſtinendo trafigere. Qui dixit. Multum eſt ut tota ſeptimana abſque alimento corporis perdures, ſed biduanum & triduanum ſat eſt obſeruare ieiunium. Hoc facio donec per modicum tempus rediens ad me quid facere debeas, & quamdiu pœnitentię inſiſtere tibi plenius oſtendam. Quibus dictis & deſcripta illi menſura pœnitentiæ abijt ſacerdos, & ingruente cauſa ſubita receſſit Hyberniam vnde originem duxerat, neque vltra ad eum iuxta ſuum condictum rediit. At ille memor præcepti eius ſimul & promiſſi ſui totum ſe lachrymis pœnitentiæ, vigiliis ſanctis, & continentiæ mancipauit, ita ut quinta ſolum ſabbathi & Dominica ſicut prædiximus reficeret, cæteris ſeptimanæ diebus ieiunus permaneret. Cumque ſacerdotem ſuum Hyberniã receſſiſſe ibique defunctum eſſe audiſſet: ſemper ex eo tempore iuxta condictum eius memoratum continentiæ modum obſeruabat, & quod cauſa timoris diuine ſemel ob reatum compunctus cæperat, iam cauſa diuini amoris delectatus, præmiis indefeſſus agebat.

Quod dum multo tempore ſedulus exequeretur, contigit eum die quadam de monaſterio illo egreſſum longius comitante ſecum vno de fratribus peracto itinere redire. Qui cum monaſterio propinquarent, & ædificia illius ſublimiter erecta aſpicerent, ſolutus eſt in lachrymis, vir & triſtitiam cordis vultu indice prodebat, quod intuẽs omnes quare faceret inquiſiuit. At ille: Cuncta hæc quæ cernis ædificia publica, & priuata in proximo eſt ut ignis abſumens in cinerem reuertat. Quod ille audiens mox ut intrauerat monaſterium matri congregationis vocabulo Ebbe curauit indicare. At illa merito turbata de tali præſagio uocauit ad ſe vnum & diligentius rem, vel unde hoc ipſe noſſet inquiſiuit. Qui ait, Nuper occupatus noctu vigiliis, & pſalmis uidi aſtantem mihi quendam incogniti vultus, cuius præſentia cum eſſem exterritus, dixit mihi, ne timerem, & quaſi familiari me voce alloquens. Benefacis, inquit, qui tempore illo nocturne quietis non ſomno indulgere, ſed uigiliis & orationibus inſiſtere maluiſti. At ego. Noui, inquam, multum nihil eſſe neceſſe vigiliis ſalutaribus inſiſtere, & pro meis reatibus ſedulo Dominum deprecari. Qui adijciens uerum inquit dicis, quia & tibi & multis opus eſt peccata ſua bonis operibus redimere, & cum ceſſant a laborib. rerum tem-

Digitized by Google

poralium, tunc pro appetitu æterno um bonorum liberius laborare, sed hoc tamen pauciſſimi faciunt. Si quidem modo hoc totum monaſterium ex ordine perluſtrans ſingulorum caſas ac tectos inſpexi, & neminem ex omnibus præter te erga ſanitatem animæ tuę occupatum repperi, ſed & omnes prorſus viri & fœminę aut ſomno torpenti inerti, aut ad peccata vigilant: Nâ & domunculæ quæ ad orandum, uel legendum erant factæ nunc in comeſſationum & potationum, fabulationum & cæterarum illecebrarum cubilia ſunt conuerſæ. Virgines quoque Deo dicatæ contempta reuerentia ſuæ profeſſionis quotieſcunque vacant, texendis ſubilioribus indumentis operam dant, quibus aut ſeipſas inuicem ſponſarum inſtar in periculum ſui ſtatus adornent, aut exteriorum uirorum amicitiam comparent. Vnde merito loco huic & habitatorib. eius grauis de cœlo uindicta flammis ſæuientib. præparata eſt. Dixit autem Abbatiſſa. Et quare non citius hoc compertum mihi reuelare voluiſti? Qui reſpondit. Propter reuerentiam tuam tenui ne forte nimium turbareris, & tamen hanc conſolationem habeas, quod in dieb. tuis hæc plaga non ſuperueniet, qua diuulgata uiſione aliquantulum loci accolæ pauci dieb. timere, & ſeipſos intermiſſis facinoribus caſtigare cæperunt. Verum poſt obitum ipſius Abbatiſſæ redierunt ad priſtinas ſordes, imo ſceleratiora fecerunt. Et cũ dicerent, pax & ſecuritas, ex templo præfatæ ultionis ſunt pœna mulctati. li. 4. c 25.

EXEMPLVM VII.

Pœnitentiam mirabilem viſis pœnis inferni Drichelmus peregit.

ERat pater familias in regione Northam imbriorum religioſam vitam cũ domo ſua gerens, qui infirmitate corporis tactus, & hac creſcente per dies ad extrema perductus primo tempore noctis defunctus eſt. Sed diluculo requieſcens ac repẽte reſidens omnes qui corpori flentes aſſiderant, timore immenſo perculſos, in fugam vertit. Vxor tamen quæ cum amplius amabat (quamuis multum tremens & pauida) remanſit, quam ille conſolatus, noli, inquit, timere, quia iam verè ſurrexi a morte quia tenebar, & apud homines ſum iterum viuere permiſſus. Non tamen ea mihi qua ante conſueueram conuerſatione, ſed multum diſſimili ex hoc tempore viuẽdum eſt. Statimque ſurgens abiit ad villulæ oratorium, & uſque ad diem in oratione perſiſtens, mox omnem quam poſſederat ſubſtantiam in tres diuiſit portiones: è quibus vnam coniugi, alteram filijs tradidit, tertiam ſibi ipſe retentans ſtatim pauperibus diſtribuit, nec multo poſt ſeculi curis abſolutus ad monaſteriũ Mailros, quod tumidi fluminis circumfluxu maxima ex parte clauditur, peruenit acceptaque tonſura locum ſecretę manſionis quam prę quidam abbas intrauit, & ibi uſque ad diem mortis in tanta mentis & corporis contritione durauit, vt multa illum quæ alios lateret, vel horrẽda, vel deſideranda uidiſſe, etiam ſi lingua ſileret uſa loqueretur. Narrauit enim hoc modo quod uiderat, lucidus inquit, aſpectu, & clarus erat indumento qui me ducebat. Incedebat autem tacẽs, ut mihi uidebatur, contra ortum ſolis ſolſtitialem. Cumqne ambularemus deuenimus ad vallem multæ latitudinis & profunditatis, infinitę autẽ longitudinis, quæ ad læuâ nobis ſita unum latus flammis feruentib. nimium terribile, alterum furenti grandine nimium oia perflante, atque urentę nõ minus intolerabile præſeferebat. Vtrũque enim erat animab. hominum plenum, quæ viciſſim hinc ac inde uidebatur, quaſi tempeſtatis impetu iactari. Cum enim uim feruoris immenſi tolerare nõ poſſent, proſiliebant miſere in medium frigoris infeſti, & cum neq. ibi quippiam requiei inuenire valerent, reſiliebant rurſus urendæ in medium flammarum inextinguibilium. Cumq infœlici viciſſitudine longe iaceq. prout aſpicere poteram ſine ulla quietis inter capedine innumerabilis ſpirituum deformium multitudo torqueretur? cogitare cæpi quod hic fortaſſe eſſet infernus, de cuius tormentis innumerabilib. ſæpius narrare audiui. Reſpondit cogitationi meæ ductor qui me præcedebat. Non hic infernus eſt ille quem putas. At cum me hoc ſpectaculo tam horrendo perterritum paulatim in ulteriora produceret, uidi ſubito ante nos obſcurari incipere loca & tenebris omnia repleri, quas cũ intraremus in tantũ denſatæ ſunt, ut nihil præter ipſas

aſpice-

picerem, excepta dumtaxat ſpecie, & veſte eius qui me ducebat. Et cum progrederemur ſola ſub nocte per vmbras, ecce ſubitò apparent ante nos crebri flammarum globi aſcendentes quaſi de puteo magno. Rurſumque decindentes in eundem, quo cum perductus eſſem, repēte ductor meus diſparuit, ac me ſolum in medio tenebrarum, & horrendæ viſionis reliquit. Et cum ijdem ignium globi ſine intermiſſione modo alta peterent, modo rurſus ad inferiora laberentur, cerno omnia quę aſcendebant veſtigia flammarum plena eſſe ſpiritibus hominum, qui inſtar fauillarum cum fumo aſcendentium nunc ad ſublimiora proijcerentur, nunc retractis ignium vaporibus relaberentur in profūdum. Sed, & fętor intolerabilis cum ijſdem vaporib. ebulliēs omnia illa loca tenebrarum replebat. Et cum diutius ibi pauidus conſiſterem vt pote incertus quid agerem, quo verterem greſſum qui me finis maneret, audio ſubitò poſt terga ſonitum immaniſſimi fletus ac miſerrimi, ſimul & chachinum crepitantem, quaſi vulgi indocti cātis hoſtib. inſultantis. Vt autem ſonitus idem clarior redditus ad me vſque peruenit conſidero turbam malignorum ſpirituum quę quinque animas hominum merentes eiulanteſq; ipſa multum exultās, & cachinnans medias illas trahebat in tenebras. E quibus videlicet hominibus, vt dinoſcere poteram quidam erat attonſus, vt clericus, quidam laicus, quędam fœmina, trahenteſq; eo maligni ſpiritus deſcenderunt in medium barathri illius ardentis. Factumque eſt vt dū longius ſubeuntibus eis fletum hominum, & riſum dæmoniorum clarè diſcernere nequirem, ſonum tamen adhuc promiſcuum in auribus haberem. Interea aſcenderunt quidam ſpirituum obſcurorum de abyſſo illa flammiuoma, & accurrentes circundederunt me, atq; oculis flammantib. & de ore, & narib. ignem putridum efflantes augebant, forcipibus quoque igneis, quas tenebant in manib. minitabantur me cōprehendere, nec tamen vllatenus me contingere, tametſi, terrere preſumebant. Qui cum vndiq; verſum hoſtibus, & cęcitate tenebrarū concluſus huc, illucq; oculos circumferrem, ſi forte aliunde quid auxilij, quo ſaluaret, veniret, apparuit retro, via qua veneram quaſi fulgor ſtellæ micantis inter tenebras, qui paulatim creſcēs, & ad me ocius feſtinans, vt appropinquauit diſperſi ſunt, & aufugerūt omnes qui me forcipibus quęrebant rapere ſpiritus infeſti. Ille enim qui aduenies eos fugauit, erat ipſe qui ante me ducebat. Qui mox conuerſus ad dexterum iter quaſi contra orū ſolis brumalem me ducere cępit, nec mora exemplum tenebris inter auras me ſerenę lucis eduxit. Cumq; in luce aperta me duceret, vidi ante nos murum permanximum, cuius neq; longitudini hinc vel inde, neq; altitudini vllus terminus videretur eſſe. Capi autē mirari quare ad murum accederemus cum in eo nullam ianuā vel feneſtram, vel aſcenſum alicubi aſpicere. Cum ergo veniſſemus ad murum, ſtatim neſcio quo ordine fuimus in ſummitate eius. Et ecce ibi campus erat latiſſimus, & lætiſſimus, tanquam fragrantia vernantiū floſculorum plenus, vt omnem mox fœtorem tenebroſæ fornacis qui me peruaſerat effugaret admirandi huius ſuauitatis odoris. Tanta enim lux cuncta ea loca perfuderat, vt omni ſplendore diei ſiue ſolis meridiani radijs videretur eſſe præclarior. Erant quoque in hoc campo innumera albatorum conuenticula, ſedesque plurimæ lętantium agminum. Cumque inter chorum fęlicium incolaum medius me duceret, cogitare cœpi, quod hoc fortaſſe eſſet regnum cœlorum, de quo prædicare ſæpius audiui. Reſpondit autem ille cogitaui meo inquiens; Hoc non eſt regnum cœlorum quod autumas. Cumque procedentes tranſiſſemus, & has manſiones beatorum ſpirituum, aſpicio ante nos multo maiorem luminis gratiam quam prius, in qua etiam vocem cantantium dulciſſimā audiui, ſed, & odoris fragantia miri tanta de loco effudebatur, vt is quem antea deguſtans quaſi maximum rebar iā permodicus eſſe mihi odor videretur, ſicut etiam lux illa campi florentes eximia in comparatione eius quæ nunc apparet lucis tenuiſſima prorſus videbatur ac parua. In cuius amæniratem loci cum nos intraturos ſperarem, repentè ductor ſubſtitit, & greſſum retorquens ipſa me qua venimus via reduxit. Cumque reuerſi peruenieremus ad manſiones illas lætas ſpirituum candidatorum dixit mihi. Scis omnia quæ ſint iſta quæ vidiſti? Re-

regnauit in laico habitu atque officio militari poſitus, quantum pro induſtria exteriori, regi placens, tantum pro interna ſuimet negligentia diſplicens. Admonebat ergò illum ſedule rex, ut confiteretur, & emendaret ac relinqueret ſcelera, priuſquam ſubito mortis ſuperuentu tempus omne pœnitendi, & emendandi perderet. Verum ille frequenter licet admonitus ſpernebat verba ſalutis ſeleque tempore ſequenti pœnitentiam acturum promittebat. Hæc inter, tactus infirmitate decidit in lectum, atque acri cœpit dolore torqueri. Ad quem ingreſſus rex (diligebat enim eum multum) hortabatur, vt uel tunc antequam moreretur pœnitentiam ageret commiſſorum. At ille reſpondit non ſe tunc uelle confiteri peccata ſua, ſed cum ab infirmitate reſurgeret, ne forte exprobraret ſibi conſodales quod timore mortis faceret ea quæ ſoſpes facere nolebat, fortiter quidem ut ſibi uidebatur locutus, ſed miſerabiliter (ut poſt patuit) dæmoniaca fraude ſeductus eſt. Cumque morbo ingraueſcente denuò ad eum uiſitandum, ac docendum rex intraret clamauit ſtatim miſerabili uoce. Quod uis modo? quid huc uenisti? Non mihi aliquid utilitatis aut ſalutis potes ultra conferre. At ille inquit. Noli ita loqui, uide ut ſapias ſanum, non inquit inſanio, ſed peſſimam conſcientiam mihi certus præ oculis habeo. Et quid (inquit) hoc eſt? Paulo ante (inquit) intrauerunt domum hanc duo pulcherrimi iuuenes, & reſederunt circa me, unus ad caput, & unus ad pedes, protulitque unus libellum perpulchrum, ſed uehementer modicum, ac mihi legendum dedit, in quo omnia quæ unquam bona fecerim intuens ſcripta reperi, & hæc nimium erant pauca & modica. Receperunt codicem, neque aliquid mihi dixerunt. Tunc multitudo ſubito ſuperuenit malignorum, & horridorum uultu ſpirituum, domumque hanc mox, & exteriùs obſedit, & intus maxima ex parte reſidens impleuit. Tunc ille qui & obſcuritate tenebroſa ſedit, & primatu ſedis maior eſſe uidebatur eorum, proferens codicem horrendæ uiſionis, & magnitudinis enormis, & ponderis penè importabilis iuſſit uni ex ſatellitibus ſuis mihi ad legendum deferri. Quem cum legiſſem omnia ſcelera, non ſolum quæ opere uel uerbo, ſed etiam quæ tenuiſſima cogitatione peccaui, manifeſtiſſimè in eo tetris eſſe litteris ſcripta. Dicebatque ad illos qui mihi aſſederant viros albatos, & præclaros. Quid hic ſederis ſcientes certiſſimè, quia noſter eſt iſte. Reſponderunt, Verum dicitis. Accipite, & in cumulum damnationis veſtræ ducite. Quo dicto, ſtatim diſparuerunt. Surgentes verò nequiſſimi ſpiritus, habentes in manibus candentium, percuſſerunt me, vnus in capite, & alius in pede, qui videlicet in magno tormento irrepunt interiora corporis mei. Moxque vt ad ſe inuicem perueniunt moriar, & paratis ad rapiendum dæmonibus in inferni claſtra perrahat. Sicque loquebatur miſer deſperans, & non multo poſt defunctus penitentiam quam ab breue tempus cum fructu veniæ facere ſuperſedit: in æternum ſine fructu pœnis ſubditus facit. De quo conſtat, quia ſicut Papa Gregorius de quibuſdam ait, non pro ſe iſta cui non profuere, ſed pro aliis, videlicet qui eius interium cognoſcentes, differre tempus pœnitentiæ dum vacat timerent, ne improuiſo tandem mortis articulo præuenti, impœnitentes perirent. Quia autem codices diuerſos per bonos ſiue malos ſpiritus ſibi vidit offerri, ob id ſuperna diſpenſatione factum eſt, vt meminerimus facta & cogitationes noſtra, non in ventum defluere, ſed ad examen ſummi iudicis cuncta ſeruari, & ſiue per amicos bonos Angelos in fine nobis oſtendenda, ſiue per hoſtes. Quia verò prius candidum codicem protulerunt. Angeli, deinde atrum dæmones, illi parnum, illi enormem, animaduertendum eſt quod in prima ætate bona aliqua fecit, quæ tamen vniuerſa praue agendo iuuenis obnubilauit. lib. 5. cap. 14.

EXEMPLVM IX.

Conuerſionem differens faber ferrarius infernum vidit apertum.

NOui etiam fratrem quendam (quem vtinam non nouiſſem cuius nomen etiam ſi hoc aliquid prodeſſet, dicere poſſum) poſitum in monaſterio nobili, quamuis vita ignobili, ſed ipſum ignobiliter viuentem. Corripiebatur quidem ſudulea fratribus ac maioribus loci, atque ad caſtigatiorem vitam conuerti admonebatur, &

Domine, hic in manu mea ſunt. Cumque prior præiperet, vt eas oſtenderet, ille exerto brachio manum aperuit, & ecce inuola ipſius, pro micis inuentæ ſunt pretioſiſſimæ margaritæ. Sed quid putamus, quare omnipotens Deus, tam gloriolum miraculum, & ſicut uidebatur minus neceſſarium in rebus quoque minimis facere uoluit? Vtique propterea, ut palam cunctis innoteſceret quantum ſibi placeant fratres in congregatione ſpiritu feruentes, qui non ſolum maiora, ſed etiam minima mandata propter timorem ipſius cum ſolli citudine cuſtodiunt. Ioannes d'Aſſignies in Conclaui gallico rerum notabilium ordinis Ciſtercienſis c.7.

EXEMPLVM XI

Orationes ſolitas pro defuncta matre non exoluens beatus Bernardus a Domino proclamatur.

PVer domini Bernardus Clareuallenſis Eccleſiæ poſtmodum primus futurus abbas, cum apud Ciſtericium adhuc nouitius eſſet, ſolitus erat diebus ſingulis pro anima matris ſuæ, ſeptem pœnitentiales pſalmos in ſilentio dicere. Die uerò quadam cum ſupradictos pſalmos poſt completorium inchoaſſet, omiſit eos per obli uionem, neſcio an per ſomnolentiam. Antequam autem perdixiſſet ueniens ad ſtratum ſuum, quiete ſoporifera membra refecit, & ſolitam refectionem parenti plene non impendit. Abbas uerò Stephanus cognita per ſpiritum negligentia, die poſtera conuenit eum, dicens. Frater Bernarde, vbi iam quæſo illos pſalmos tuos hetterna die dimiſiſti, aut cui eos commendaſti? quod audiens adoleſcens ut erat verecundus & timoratus, erubuit: & cæpit intra ſe miran do cogitare, dicens. Domine Deus, quo modo palam factum eſt verbum iſtud de quo mihi ſolus conſcius eram? Et intelligens a uiro ſpiritali, ſe eſſe deprehenſum procidit ad pedes eius negligentiam confitens, & indulgentiam petens, qua facile impetrata, curauit deinceps in huiuſmodi tam priuatis quam publicis obſeruationibus ſollicitor inueniri, & quæ conſultatione ſeruanda propoſuiſſet non facilè tranſgredi. F. Ioannes d'Aſſignies Religioſus Cambronenſis in conclaui gallico rerũ notabilium ordinis Ciſtercienſis c.16.

EXEMPLVM XII.

Sollicitudinem ſuam proijciens in Dominum abbas Stephanus de neceſſarijs cõuentui ſufficientiſſimè meruit, prouideri.

QVodam tempore cum domus Ciſtercienſis in magna fuiſſet paupertate conſtituta, venerabilis abbas Stephanus vocauit vnum ex fratribus ſuis, & loquens ad eum in ſpiritu Dei, dixit. Vides chariſſime frater, quia magna coarctari ſumus paupertate, & prope eſt vt fratres noſtri fame, & frigore cæteriſque moleſtijs pericli tentur, niſi eis concitè ſubueniatur. Vade ergò ad nundines Vercelliaci, quæ proximè inſtant, & compares ibi quadrigas tres, & earum ſingulis trinos equos fortes quibus maximè indigemus ad onera noſtra comportanda. Cumque quadrigas illas pannis, & alimentis alijſque rebus neceſſarijs oneraueris, adduces eos tecum, cum gaudio, & proſperitate reuerteris ad nos. Reſpondens autem frater dixit; Paratus ſum, domine pater vt tuis iuſſionibus obſequar, ſi præcium dederis ad illa ſubſidia comparanda. Cui venerandus abbas, in paupertate ſua de miſericordia Dei magnificè præſumens, reſpondit. Verè frater ſcias quia cum ſollicitus & anxius quærerem vnde neceſſitatibus fratrum noſtrorum ſubuenirem, tres tantum denarij in tota domo iſta reperti ſunt, hos ſi volueris tolle, reliqua verò quæcunque defuerint, tibi Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia prouidebit. Securus itaque vade, quia mittet Angelum ſuum tecum, & proſperum faciet iter tuum. Profectus itaq; frater, cum Vercelliacum peruenisſet, a quodam viro fideli, & timorato hoſpitio ſuſceptus eſt. Qui cum itineris eius cauſas, & fratrum indigentias agnouiſſet, abijt in inſtanti ad quendam locupletiſſimum hominem finitimum ſuum, qui deſperate languens ac pene iam moriens, facultates ſuas pauperibus erogabat. Cumque Ciſtercienſium monachorum (quorum iã in partibus illis ſanctitas celebris habebatur) eidè infirmo penuriam indicaſſet, vocatus eſt ad domum

eius

dedit, vt nunquam voluerit pane ſaltem, & aqua ſatu ari, carnium autem edulium quamuis in ipso tempore pene vſque ad mortem ægrotaſſet, nunquam ſumere adquieuit. Iam vero monachus factus, quam ſobrie viuendo, imo quam rigide abſtinendo, corpus in ſeruitutem redegerit, ſupersedeo dicere, quia (vt verum fatear) vehementior exiſtit in hac parte. Satis etenim illum ſuper huiuſmodi notaui, quippe qui pluribus annis eidem in mensa ſua miniſtraui. Nam cum in ſeipſo vitia carnis ſuæ ſine miſeratione perſequeretur, ipſe quoque miſeriæ carni cui naturaliter inſunt, minus quam oportebat compati videbatur. Cæterum in exteriori habitu, & cultu, pro officij ſui dignitate quam humilis, & quam temperans exiterit, hoc uno quod dictum ſum facile aduertere eri. Quadam ſiquidem die, veſtiarius monachus in lectulo illius cucullam, neſcio an tunicam, qua ipſum indui vellet ſolito meliorem appoſuit. Increpauit eum pater, audiente me dixit. Quid eſt dilecte mi frater, quod facere cupis, vt a communitate fratrum noſtrorum me ſepares, & notabili habitu de colores? An quia abbas non ne cenſeo, propterea monachus eſſe non debeo. Nunquid idcirco miniſter & ſeruus conſtitutus ſum aliorum, vt lautioribus epulis debeam ſaginari & cultioribus veſtibus ornari? ſi ergo me diligis, ſi pacem meam queris, & præceptis meis obedire non deſpicis, præcor atque præcipio, ne id amplius facere velis, nam cum ego ſim omnium minimus, & apud Deum indignus, magnum mihi eſt, ſi communi omnium victu, atque veſtitu fuero honoratus. Ex quo enim aſſumptus ſum ad regimen animarum, vnum eſt quod præ cæteris timui, & ſemper timeo, ne occaſione huius adminiſtrationis, pauperem vitam quam profeſſus ſum deſeram, & monachi præmium perdam, ſed quia eius ſanctiſſima vita diutius frui digni non fuimus præciſa eſt velut a texente dum adhuc ordiretur. Ipſe vero conſummatus in breui, expleuit tempora multa, placita enim Deo erat anima eius, & angelio conſortio digna. De cuius fælici tranſitu, mox futuro, cuidam de ſenioribus Clareuallis, videlicet beatæ memoriæ Petro Tholoſano, de quo in ſequentibus aliqua dicemus, facta eſt huiuſmodi reuelatio. In eodem Conclaui c. 30. ex antiquis Scædis Combronenſis Monaſterij & libro qui dicitur exordium ordinis Ciſtercienſis.

EXEMPLVM CCXLV.

Conuertitur Alexander per piſcem à beato Bernardo benedictum.

APud Coloniam Agrippinam, quæ eſt inſignis metropolis Germaniæ, fuit magiſter quidam Alexander nomine, canonicus, doctorque famoſiſſimus in eadem vrbe. Accidit autem vt Dei famulus, beatus Bernardus Clareuallis abbas, iubente ſancto Eugenio Papa, Germaniam ingrederetur, Hieroſolymitanum iter Domino Conrado Imperatori, & populo terræ prædicaturus. Dumque ibidem ſignis, & virtutibus innumeris coruſcaret, vidēs Imperator mirabilia magna, quæ Dominus per eum oſtēdebat, compunctus corde, crucis ſignum de manu illius accepit, Hieroſolymam profecturus. Nec diſtulit hoc idem facere, hominum infinita multitudo ita vt incredibili fidei ardore ſuccenſi, fimbrias de veſtimētis famuli Dei, qui propter hoc ipſum noua frequenter accipere cogebatur, vndique certatim diriperent, ſeque infælices arbitrabantur, quicunque de indumentis eius, cruces habere non mererentur. Multi quoque ex eis nobiles & ſapientes viri, per manum illius ſeſe Domino reddiderunt, qui in Clareuallem ab eo deducti & monachi facti, maximum deinceps in Eccleſia Dei fructum Deo attulerunt. E quibus etiam erat vnus, ſupra memoratus vir nobilis Alexāder, qui eo tempore iuuenis, & ſecularis ſcientiæ typo ſurgens, diuitiarum quoque, & tranſitorij honoris inſulis adornans, nihil minus quam conuerſionem cogitabat, ſed Deus qui comprehendit ſapientes in aſtutia, miſerabili hoc ordine, ſicut ſequentia declarabunt, adimpleuit. Cum enim beatiſſimus pater Bernardus, ipſum de conuerſione monuiſſet, ille ſeculari ſcientia uel opulentia tumens reſpondit ſe ad præſens nil minus cogitare, uel uelle quam habitum ſumere monachalem. Eadem igitur nocte cum membra ſopori dediſſet, apparuit ei in viſione, idem homo Dei, erigens cum de grabato, in quo grauiter languens iace-

re

lentię vrbis, quem per annos plurimos strenue regens, multas ibidem aduersitates pro defensione iustitiæ tolerauit. Attendant quæso istud qui boni aliquid facere proponunt, & ad effectum producere negligunt, qui nullo se reatu constringi putant si bonum quod facere proposuerunt non soluant, dummodo non voueant, cum manifeste B. Gregorius doceat, quia si quis in minori bono constitutus, maius aliquod bonum facere proponat, ipsum sibi minui illud bonum illicitum facit. Et si nō soluat, quod proposuit, quamuis in oculis hominum in minori bono stare videatur: iam tamen in oculis omnia cernentis Dei, a maiori bono cecidit, qui non solum operum, verum etiam cogitationum, & intentionum cordis iudex venturus est. Certè iste seruus Dei, de quo loquimur nullum votum fecisse scitur, sed tamen quod simpliciter proposuerat per negligentiam distulisse, ei tamen subtilissimos ille seruator cordium hoc ita pensauit vt eum de libro vitæ delere præcepisset, nisi bonum quod mente conceperat, quam totius effectui mandare curasset. eodem conclaui c. 23. ex lib. qui dicitur exordium se narratio ord. Cisterc.

EXEMPLVM XVI.

Missis fratrum, quidam conuersus Clarevallensis a dæmonum supplicijs liberatur.

DEfunctus est quadam vice conuersus quidam Clareuale. Cumq; concorrentibus fratribus commendationis officium ex more fieret, monachus quidam senior magnæ religionis vir, audiuit turbas dęmonum, per centurias suas incedentium, cum magni strepitus vociferatione clamare, & dicere: Eia modo bene, eia modo bene: solummodo de hac malla ualle, unam animam in nostræ sortis partem aquisiuimus. Cum verò idem senior qui hæc audierat, per noctis quietem, sopori membra dedisset, frater defunctus, ei in visu apparuit tristi & lugubri vultu, dicens ad eum. Quia audisti hæri dæmones de meis supplicijs exultantes veni & vide, quam terribili tormento, Dei omnipotentis iusto iudicio traditus sum. Et duxit eum ad puteum quendam, nimis magnæ latitudinis & horrendę profunditatis, & dixit ei; Ecce in hunc puteum, frequenter a dæmonib mittor, quorum tanta est credulitas, vt si optio daretur mallem centies ab hominibus, quam semel a dæmonib. hic immergi. Mane autem facto, dum quæ audierat & viderat præfatus senior beato patri Bernardo retulisset, ipse quoque per spiritum ea cognouisset, ingemuit, & ait. Scio quia nisi grauis causa existeret, nunquam dęmones talem ausum præsumpsissent. Itaque capitulum fratrum ingressus, coram omnib. calamitatem fratris defuncti exponit. De hinc salubri exhortatione singulorum conscientias conueniens monebat, vt cautius in via sanctæ religionis ambularent, multam esse malitiam dæmonum erga omnes Christianos, præcipuè tamen contra monasticæ religionis professores affirmans. Post hæc fratris animæ in supplicijs constitutæ subuenire eos attentius monens, psalmis, & orationibus missarum quoque celebrationibus iram Domini Dei nostri placare hortatur, si forte prius pater pulsatus precibus eorum, per singularis hostiæ immolationem, tyrannicam dæmonem superbiam debellare, & ab eorum nequitia fratris animam dignaretur liberare. Quod cum fratres deuotissimè facerent, paucis euolutis diebus, idem fratres defunctus, supra dicto seniori, iterato apparuit hilaritate vultus statum suum melioratum esse signans. Quærente vero sene, quomodo se haberet. Respondit Domino Deo nostro gratias, bene. Rursus requisitus quomodo liberatus fuisset? ait. Veni & vide. Et continuò introduxit eum in oratorium eiusdem loci, vbi ad singula altaria sacerdotes stabant hostiæ immolationem summa cum deuotione celebrantes. Ecce (inquit) Hæc sunt arma gratiæ Dei nostri, quibus ereptus sum. Hæc est virtus misericordiæ Dei quæ inuincibilis permanet. Hæc est hostia illa singularis quæ totius peccata mundi tollit. Et verè dico tibi, quia his armis gratiæ Dei. Huic virtuti misericordiæ Dei, huic hostiæ salutari non est quicquam quod resistere ualeat, nisi cor impœnitens. Euigilans autem senex de liberatione animę fratris, oppicò gauisus est, modumque uisionis cæteris fratribus exponens, tanto eos deuotiores ad immolationem hostiæ salutaris

ris reddidit, quanto certius eius efficaciam in fratris erepuione, meruerunt experiri.

EXEMPLVM XVII.

Angeli sollicitè, sed diuersimodè videntè beato Bernardo orationes fratrum scriptitabant.

INtererat aliquando nocturnis vigilijs pater sanctus Bernardus, ea puritate, & deuotione qua solebat, Deo tantum nota, & sibi. Cumque morosa psalmodiæ modulatio vigilias protelaret, aperuit Dominus oculus eius. Et ecce respiciens vidit singulos Angelos iuxta monachos stantes, & quod quisque eorum psallebat, in scedulis more notariorum tam diligenter excipientes, vt nec minimam syllabam quanquam negligenter prolatam omitterent. Scribebant verò diuerso modo, nam quidam eorum scribebant auro, alij argento, nonnulli atramento, aliqui etiam aqua, quidam verò penitus nihil scribebant. Spiritus autem qui hæc reuelabat, intelligentiam quoque diuersitatis scripturæ cordi eius inspirabat. Qui enim auro scribebant, feruentissimum in Dei seruitio studium, & absolutam cordis intentionem in his quæ psallebantur, significabant. Qui autem argenteo minorem quidem feruorem, puram tamen psallentium deuotionem declarabant. Qui verò atramento, continuum quorundam bonæ voluntatis vtum in psalmodia, licet nõ cum multa deuotione notabant. Sed qui aqua scribebant, exprimebant eos qui somnolentia seu pigritia pressi, vel vanis cogitationibus a se abducti, videntur quidem aliquid signare, sed cor eorum abstractum, prorsus non concordat voci. Cæterum illi qui nil scribebant, lamentabilem quorundam cordis duritiam redarguebant, qui obliti professionis suę, timoris Dei immemores, aut lætali somno prona se voluntate immergunt, aut certè vigilantes, clauso ore, vanis, & noxijs cogitationibus non ex infirmitate, sed ex voluntaria intentione occupatur, in conspectu Domini contra legis præceptum, apparere vacui non pertimescunt. Pater itaque sanctus, qui hęc videbat, recordatus sententiæ illius, quoniã omnes administratorij spiritus sunt in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, sicut proficientium congratulabatur feruori, sic paterno pietatis affectu deficientium miserabatur tepiditati.

EXEMPLVM XVIII.

Angeli excitabant fratres ad deuotè canendum Te Deum, &c.

CElebrantur aliquando solemnes vigiliæ & vir Domini, cum cæteris fratribus aderat. Cumque hymnus Te Deum laudamus cantare ur, vidit sanctos Angelos multa claritate fulgentes, mira etiam vultus alacritate deuotos, qui vtrumq; chorum percurrentes, modo hunc, modo illum excitabant. Cantantibus aderant, & quasi congratulantes astabant. Et vt diutius ille hymnus cum deuotione percantaretur, modis omnibus elaborare satagebant. Intellexit quoque vir sanctus, hymnum illum verè esse familiarem ipsis, quos tanta instantia vidit operam dare, quatenus a fratribus ad honorem Dei cum feruore deuotionis cantaretur. Cuidam etiam fratri spirituali videre concessum est, dum idem hymnus incipereiur, quod ab ore incipientis flamma magna splendoris erumpebat, & sursum conscendebat.

EXEMPLVM XIX.

Conuertit beatus Bernardus studentes Parisijs in magno numero deuota prece, quo prius non potuit prædicatione.

QVadam præterea vice, cum vir Domini Bernardus, causa exigentes Parisios adijsset, rogatu clericorum ingressus est de more scholas eorum, quibus ostendens formam veræ philosophiæ, monebat eos attentius de mundi contemptu, & subeunda pro Christo Domino voluntaria paupertate. Explicito verò sermone, cum nemo ex eis converteretur tristis egressus est, eo quod præter votum, & præter solitum id ei accidisset, venienśque ad domum cuiusdam Archidiaconi, qui eum ad hospitium suum traxerat, secessit in oratorium ibidem constitutum Cumq; cœpisset orare in spiritu vehementi, validissima compunctione totus in lachrymas resolutus

est,

eſt, ita vt gemitus & ſingultus, quos cohibere non poterat foris audiri contingeret quo compertò præfatus Archidiaconus, à ſocijs eius inquirere cœpit, quænam eſſet tanti cauſa mœroris? Reſpondens autem vnus ex eis vir religioſus, quondam abbas Fuſciniaci, nomine Reinaldus (qui ſecretorum famuli Dei magis conſcius erat, & eius etiam relatu iſta cognouimus) dixit ad eum. Homo iſte mirabilis, totus igne charitatis accenſus, & totus in Deo abſorptus nil aliud in mundo deſiderat, niſi tantummodo vt valeat errantes ad viam veritatis reducere, & eorum animas Chriſto conquirere. Et quia modo verbum vitæ ſeminauit in ſcholis, & de conuerſione clericorum fructum vberiùs non recepit, Deum ſibi placatum habet, cuius hodie in ſua prædicatione non præſentiit reſpectum. Hinc iſta procella gemituum, hinc effuſio lachrymarũ, proinde hinc certiſſime ſpero, quod hodiernam ſterilitate cruſtinæ ſatisfactionis vberes as grandi fœnore compenſabit. Mane itaque facto, cum ſcholas repetiſſet prædicator egregius, ad nutum Domini naſſum prædicationis duxit in altum, & ſacræ ſcripturæ retia laxauit in capturam. Finito vero ſermone, plurimi ex eiſdem clericis pe m nnum illius ſeſe Domino reddiderũt, quos ille protinus de mundi periculo, tanquam de marinis fluctibus extractos, & vehiculis conductis impoſitos, in ſaluatorium Clarenallis inferre non diſtulit. Tandem egreſſus de ciuitate cum comitatu ſuo uſque ad villam ſancti Dionyſij venit, ibique pernoctauit.

Summo vero mane cum eum recto itinere profecturum fratres illius æſtimarent, dixit. Redeuntem eſt nobis omnibus Pariſios, quia ſunt adhuc ibi aliqui ex noſtris, quos etiam oportet nos inde adducere, & iungere huic ouili dominico, vt ſit unus grex & vnus paſtor. Cum ergo cæpiſſet introire in ciuitatem, vidit clericos tres a longe in occurſum eius venientes, dixitque ad ſocios ſuos. Expediuit nos Dominus, iam in viam noſtram proficiſcemur. En iſti ſunt clerici, propter quos venimus. Illi vero accedentes, cum eum adeſſe cognoſcerent, gauiſi ſunt gaudio magno, & dixerunt. O quam deſideratus aduenis, beatiſſime pater, quia propoſitum noſtrum erat adire te, & vix putabimus abeuntem conſequi poſſe. Qui reſpondens, dixit ad illos. Et ego noueram dilectiſſimi, propterea feſtinabam cum panibus occurrere fugiẽtibus vobis, gradiamur itaque ſimul, eoque per gratiam Dei ductor itineris veſtri. Adiunctis ergo cæteris ſupra nominatis, ſecuti ſunt hominem ſanctum, adhærentes ei, & ſub diſciplina magiſterij eius ſpiritalem militiam exercentes cunctis diebus vitæ ſuæ.

EXEMPLVM XX.

Conuertit beatus Bernardus latronem eductum ad ſuſpendium.

COntingit aliquando eundem Dei famulum Bernardum, pro quibuſdam negotijs adire comitem Theobaldum. Cũque appropinquaret oppido, vbi ille tunc erat, obuiam habuit turbam hominum copioſam, quæ iubente comite, latronẽ quendam atque famoſum ad ſupplicium pertrahebat, quo viſo clementiſſimus pater apprehendens manu ſua locum, quo erat miſer aſtrictus, ait tortoribus eius. Dimittite mihi ſicarium iſtum, ego enim volo manibus meis ſuſpendere eum. Audiens autem comes aduentum hominis Dei, feſtinauit illicò occurrere ei. Miro namque deuotionis affectu, ſemper eum dilexit atque eum honorauit. Cumque vidiſſet funem in manu eius, quo latronem poſt ſe trahebat, exhorruit vehementer, & dixit. Heu venerabilis pater, quid eſt quod facere voluiſti? vt quid enim furciferum iſtum millies cõdemnatum, a porta inferri reuocaſti. Nunquid eum ſaluum facere poteris, qui iam totus diabolus factus eſt? Deſperata eſt penitus correctio illius, nec vnquam bene facere poterit, niſi moriendo.

Sine ergo domine pater, ſine perditionis hominem perditum ire, quoniam de peſtifera vita eius, multorum vita periclitatur. Melius.n. eſt per eius mortem multorum vitã ſaluari, quam per eius vitam multos vita priuari, & in mortem incidere. Reſpondens autem pater ſanctus dixit. Scio quidem, virorum optime, ſcio hunc latronẽ eſſe ſceleratiſſimum, omnium tormentorum acerbitate digniſſimum, non me ergo exiſtimes huiuſcemodi peccatorem impunitum velle relinquere, quin potius cogito

ipſum

ipsum tortoribus tradere, & dignam ex eo capere vltionem, quæ vtique tanto dignior erit quãdo diuturnior. Tu enim vero illum decreueras breui supplicio, & momentaneo interitu consummari, sed ego eum faciam diuturno cruciatu, & morte longissima mori. Tu furcis appensum, per vnum aut per plurimos dies mortuum, in patibulo manere permittes ego cruci affixum per annos plurimos faciam in pœnis, iugiter viuere, & pendere. Quo audito, princeps christianissimus conticuit, nec aulus est vltra contradicere sermonibus sancti. Protinus ergo beatissimus pater exuta tunica sua ex ea induit captiuum suum, & attonta coma capitis eius sociauit illum ouili domini eo de lupo faciens agnum, & de latrone cõuersum. Qui veniens cum eo ad Clareuallem, factus est deinceps obediens vsque ad mortem, pulchre nominis etymologiam exprimens in constantia propositi sui. Constantinus enim vocabatur. Itaque triginta (nisi fallor) & eo amplius annos, in ordine superuiuens, migrauit ad Dominũ, qui eum per merita beatissimi patris nostri, à duplici morte, corporis videlicet & animæ misericorditer eripere dignatus est.

EXEMLVM XXI.

Gula tentatus Andreas Archidiaconus, monasteriũ reliquisset, nisi misericors Deus legumina mirabili quadam suauitate condidisset.

COnuersus est vir nobilissimus Andreas, Virduensis Archidiaconus, qui causa orationis Clareuallem venerat, nec tamen aliquod ad præsens conuersionis propositum habebat. Sed cum orationum suffragia petiturus, capitulum introisset, videns sanctæ illius multitudinis ordinem, & velut Angelicam conuersationem compunctus est vehementer, & insiliente in se spiritu Domini, mutatus est in virum alterum. Tanto namque feruore mundum deseruit, vt ne ad horam quidem, vel pro amicis salutandis, vel pro domo rebusque disponendis ad suos remearit, sed incontinenti omnia rumpendo moras reliquit, vt Christo citius adhæreret. Vt aut gemina crucis impressio euidentius appareret, alius quidam clericis Ganfredus nomine, cũ eo se reddidit, genere quidem humilior, sed probitate morum & generosa conuersatione forsitan non inferior. Ambo igitur intrantes, ambo simul in ordine perseuerantes, bonam militiam militauerunt. Iamque cõsummato certamine, benedictionis æternę participes exstitunt. Porrò præfatus Andreas, multa in nouitate conuersionis suæ tentamenta sustinuit, sed dextra cœlestis quæ benedictionẽ dederat, eum in omnib. illæsum conseruauit. Erat enim quasi tener rimus ligni vermiculus, mollis & delicatus nimis, vt tanto glorioſius in eo dextera Domini triumpharet, quanto infirmius erat vasculum in quo virtutẽ operabatur. Cum enim teneritudinem pristinæ conuersationis ægre dediscereret, & nouiter, inchoatum laborem nimis arduum reputaret, cogitauit vt Loth, quia egressus de Sodomis, non posset animam suam in monte saluare, vnde & proposuit ad aliquem remissioris obseruantiæ ordinem declinare. Quod cum spiritali patri suo venerabili Roberto, iam sæpius indicasset, & eius salutarib. monitis ab hac intentione pedem aliquamdiu cohibuisset, tandem vna die victus a pusillanimitate spiritus, & tempestate, denunciauit ei, quia iam non poterat amplius sustinere. Tunc abbas precib. & blanditijs multis extorsit ab eo, vt sibijpsi vim faceret, & vsque ad die tertium patientiam teneret, quo tandem vix impetrato, capitulum fratrum ingressus, orationem conuentus ad Deũ instituit, pro eo fieri. Ipse etiam pius pater toto mentis annisu conuersus ad Dominum deuotissimis precibus orabat vt ouiculã quã diabolus rapere conabatur. Dominus sua misericordia conseruare dignaretur. Eadem itaque die cum idem nouitius ad mensam accederet, pisorum edulium appositam reperit, quod genus leguminis ita præcæteris omnibus fastidire solebat, vt etiam nauseam ei prouocaret interdum. Intuitus uerò pulmentum, quod nimium abhorrebat conturbatus est, & vix fame compellente vt inde aliquid sumeret reluctanti stomacho persuadere poterat. Et, ò Deus bone quam dives es in misericordia, teneris & delicatis morem gerens, vt in omnibus consilium voluntatis tuæ adimpleatur, & sanctum nomen tuum glorificetur. Præfatus verò nouitius, cum cibum illũ vix tenui ter-

gu-

gustare cœpisset, mirabilem quandam in eo sensit suauitatem, ita vt carnium vel piscium æsum saporis illius præstantia vinceret. Quod vbi deprehendit arrepto protinus, cochleari cati: um propius admouit, oblitusque Parsimonię coctionem legumi nis vorauit, vsque ad fundum. Inter ædendum autem digitum frequẽter in os mittebat existimans se deprehendere posse cremia lardi, quę in legumen illud frixa esse putabat. Finita autem refectione, festinanter abbatem adijt solicite perquirẽs vtrum nam præcepisset pulmentum illud sagimine, vel quauis alia pinguedine propter ipsum ex industria condiri. Illo verò negante, conuenti sunt etiam super hoc pulmentarij. Tunc, & ipsi protestati sunt, in veritate, nil in eo præter sal, & aquam apposuisse. Quo audito, neophitus ille diuinæ circa se visitationis miraculum letus aduertit, & gratias agens Deo, deinceps à proposito ordinis moueri non potuit. Cumq; magno Dei munere, secunda, & tertia die, & multo postea tempore, prædictam suauitatem in huiusmodi cibarijs persentiret, magistra tandem experientia didicit, quia potens est Dominus Iesus cum voluerit ad consolationem suorum, eandẽ saporis gratia conferre leguminibus, & olerib. quam carnibus, & pilcibus indidit. Vnde, & sæpe dicebat quia magis nunc delectabatur in comestione pisorum, & olerum quàm ante faciebat in comestione altiliũ, & venationum. ex lib. qui dicitur exordium ordinis Cister. & d'Assignies conclauis. c. 29.

EXEMPLVM XXII.

Angeli moriente quodam fratre oratoriũ rosis, & lilijs constrauerunt.

QVidem de spiritualibus filijs reuerendissimi patris Roberti, cum viam angustam, & arduam quæ ducit ad vitam, indeclinabili studio cucurrisset, tandem placuit Domino laboribus eius finem imponere, vt in pace in idipsum dormiens requiesceret, vnde nunquam esset recessurus. Cumque iam instaret hora, in qua de hui⁹ mundi stadio euocandus, & ad cęleste brauium esset inuitãdus, dominus abbas cum cęteris fratrib. gratia quietis in lectulo suo se collocauerat, & ecce sopor Domini irruit super eum, viditque in somnis, duos pulcherrimos adolescentes vultu, & habitu insigniter reluc: ntes, qui quasi lilia, rosas, & violas, ac diuersi generis flores in choro Clareuallensi copiosè spargebant, ita vt pauimentum omne pictum, ac variis coloribus venustatum esse videretur, quo visto miratus est, & quasi simplicitatem ordinis zelãs dixit ad eos. Quid vobis visum est (ò boni iuuenes) contra consuetudinem nostram pauimentum hoc flo ib. sternere, & monasterio huiusmodi nouitatem inducere. Illi verò dixerunt ad eum. Noli ista mirari, neque molestus nobis sis in hac executione officij nostri, quoniã modo iam in choro isto celebrabitur noua cuiusdam noui sancti festiuitas, de cuius solemnitate gaudebunt Angeli, & hymnis Domino decantabitur in Sion. Adhuc loquebantur illi, & animum videntis, & audientis hæc, in admiratione rapiebant. Tunc, ecce concitatus tabulæ strepitus, excitat; dormientem, & vt festiuitatem quam celebrandam intus in spiritu cognouerat foris secundũ dignitatem officij sui exequeretur, signo consuetudinario inuitatur. Accurrens ergo cum cæteris fratrib. properanter venit ad eum, & cum magna deuotione commendauit animam eius, certissimè credens atque confidens, quia hic erat nouus ille sanctus, de quo in requiem assumendo, Angeli sancti, nouam festiuitatem, & nouũ gaudium essent illicò celebraturi. ibid.

EXEMPLVM XXIII.

Desperatione tentatus frater promissione abbatis Potiti de salute sua certus efficitur.

FRater quidã magnæ religionis in Clareualle degebat, nomine Bernardus, hic in primordio conuersionis suæ dum peccatorum suorum enormitatem, districtiq; iudicis æquitatem a tentus intueretur, tanta formidine motus est, vt indesperationẽ propemodum laberetur. Quo compe:to venerabilis abbas ipsius, Potitus, exemplis, & monitis multis ei persuadere conabatur, quia confessus, & pœnitens quilibet, quantilibet reus, nunquam indulgentia priuaretur. Et cum necdum ei hoc modo satisfacere posset, adiecit, & ait. Ego sa-

tuti tuæ fide iussorem me constituo, & anima mea pro tua requiratur, dūmodo obediens perseueres in ordine isto. Hac ergò promissione frater ille magnificè roboratus, spiritum diffidentiæ à quo impugnabatur penitus expugnauit, & exultans in Domino cum tremore misericordiam, & iudicium deinceps cantare consueuit. Qui cum esset nobilis genere, nullam generositatem arbitrabatur, nisi pro Christo pauperem fieri, & seruire pauperibus (erat. n. infirmarius pauperum) in hospitio deputatus, quibus officiosissimè superintendens, non sicut extraneis, & mendicantibus seruiebat, sed tanquam dominis suis, & tanquam membris filij Dei. Si quem inter eos morbidum, si quem vlcerosum, & vermib. scaturitatem aspiceret, huic omnem pietatis operam impendens, abluendo, tergendo, atque refocillando, quasi mater ægrotanti filio iugiter assistebat. Dum hæc, & his similia Dei famulus agere non cessaret contigit vt mortalitas sæuiens quamplures fratrum inuadens, pertraharet ad mortem. Cum autem videret socios suos quotidie subtrahi, & ipse desiderabat desiderio magno dissolui, & similiter esse cum Christo. Plus verò Dominus, qui semper prœsto est corde contritis, & spiritu contribulatis seruulis suis, decreuit adimplere desiderium eius. Oborta verò febricula parua, cum tenuiter ægrotare cœpisset, lectulo decubuit. Cumque Dominus abbas introisset ad visitandum illum, mirabatur quod homo feruentissimus tam leui occasione lecto detineretur, vnde, & subridens aiebat Nè timeas mi frater Bernarde, quia modo non morieris, sed adhuc comesturus es nobiscum de fabis, & oleribus nostris. Ipse verò respondit. Non timeo pater, non timeo, sed confido in Domino, quia minimè iam fraudabor à desiderio meo. Quod multa? Post quatuor aut quinque dies scintillula creuit in incendium magnum, & facta est peremptoria febris, quæ efficimera putabatur. Tunc proprium iudicium abbas reprehendit, & fratris sententiam, quā de seipso protulerat prœualere cognouit. Appropinquante autem hora eum gratiosis, inunctus est frater oleo sacramentali. Explera autem vnctione, factus est statim in spiritu, & raptus in contemplationem permultum temporis spatium tacuit sine sensus, & sine motu, ita vt penè mortuo similis videretur. Cumque per multam horam, vt fuit existimis tacens secreta cœli, nō præsumptione, sed gratia duce rimaretur, tandem ad se reuersus ipsa hilaritate vultus, vbinam fuisset, satis indicauit. Ad quē pius pater accedens, interrogauit quomodo haberet? qui respondens, bene (inquit) mihi, domine mi pater, per indulgentiam Dei. Et nunc charissime pater, absoluo te a debito sponsionis tuæ multas gratias agens solicitudini tuę, circa me peccatorem. Abbas autem priſtinæ illius obligationis, qua fere pro eiusdem fratris salute responsalem fecerat, oblitus, mirabatur vnde loqueretur. Tunc frater expressius commonefecit eum, & ait. Ergo nè excidit tibi, quemadmodum olim salutī meę responsalem te constituisti? Ab illa ergò fiducia hone securum te facio, quia iam de saluatione mea, per misericordiam Domini nostri Iesu Christi securus existo. Tunc verò abbas solicita inquisitione cœpit ab eo indagare, quonam modo id potuisti agnoscere? Quod cum modis omnibus dicere recusaret, cernens abbas nil se precibus proficere, in nomine Domini per virtutem obedientiæ præcepit, quatenus ea quæ vidisset ad ædificationem, & consolationem multorum exponeret, quo audito frater ille infirmus, ita effatus est. Quoniam virtus obedientię veritatem me silere prohibet, ego dicturus sum vobis, cui fortasse fidem dubiam exhibebitis. Sed vt testimonium hoc credibile faciam, sciote, quia cum fine dicti etiam finem vt accipiam. Nouerit ergo dilectio vestra, me licet miserum, & indignum Domino fuisse perceptum, cuius beatissima indulgentia remissionem peccatorum accepi, & spem felicitatis æternę per gratiam ipsius in sinu meo repositam habeo. Ex ipsius etiam sanctissimo ore audiui, quia omnes qui obedientes in isto ordine, vsque ad mortem perseuerabunt, salutem æternam ab ipso consecuturi sunt. Fratres autem nostros qui de seculo migrauerunt, in magna beatitudine pausantes aspexi, & meum etiā locum quem inter eos miserante Domino iā nunc sortiturus sum prœuidi. Cum ergò ista dixisset, obticuit, statimque fœlicem animam reddidit.

EXEM-

EXEMPLVM XXIV.

Beatiſſima virgo Maria meſſores fratre Rinaldo videnteⅽũ Heliſabet & Magdalena uiſitauit.

VIr Domini Rainaldus licet ante conuerſionem ſuam, per triginta annos in habitu ſeculari degeret, non tamen ſeculariter vixit, ſed operibus pietatis ſemper inſiſtens, in corpore ſuo glorificare, & portare Deum ſolicitus fuit. Nam inter cætera bona quæ corde integro faciebat, etiam corpori integritatem Domino dedicauit. Suſcepto autem monaſtico habitu in monaſterio ſancti Amandi, viginti, & eo amplius annos ibidem in ſancta conuerſatione tranſegit, ubi & ſanctitatis ſuæ non paruum ſpecimen omnib. dedit. Inde maior virtutum ardore flammeſcés, ad domum Clareuallis Dei æmulatione ſe contulit, antea tamen præmonitus a Deo reuelationibus multis. Suſceptus autem in Clareualle, ilico ad nouam militiam uiriliter ſe accinxit, & ex milite ueterano, fortiſſimum ſe nobis tyronẽ exhibuit, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis cæteriſque ſanctæ diſciplinæ obſequiis ſeipſum tota die mortificans. Habebat autem inceſſanter orandi ſtudium, & in oratione mirabilem affluentiam lachrymarum. Quadam igitur die, cum in laborem meſſis triticeæ cum cæteris exiſſet, & ſeg egatus paululum a conuentu, cum animi delectatione cœpit intueri metentes, ſecum reputans pariter & admirans quia uidelicet tot ſapientes, tot nobiles, tot delicati ibidem uiri, propter amorem Chriſti laboribus, atque ærumnis ſeipſos exponerent, & feruentiſſimum ſolis ardorem cum tanta alacritate ſuſciperent, ac ſi in horto deliciarum ſuauiſſimæ fragrantiæ poma decerperent, uel in menſa lautioribus epulis plena, deliciоſiſſime conuiuarent. Vnde & protenſis in cælum oculis ac manibus grates Domino referebat, quod eum tam ſanctæ multitudini quam uis indignum, & peccatorem adiunxerat. Dum hęc & ſimilia animo uolueret, & præ immenſitate lætitiæ ſeipſum vix caperet, eſt ſubitò apparuerunt ei quaſi tres matronæ uenerabiles, vultib. roſeis & candidis veſtibus renitentes, quarum una quæ præcedebat veſte fulgentior, forma venuſtior, & ſtatura procedior apparebat. Deſcendebant verò de monte propinquo & appropinquabant conuentui fratrum in ipſius montis latere fruges metentiũ, quas cum ille uidiſſet præ nimia admiratione turbatus, & ſtupefactus, erupuit in uocem huiuſmodi. Domine Deus, quænam ſunt iſtæ fęminæ, tam formoſæ, tam reuerende, quæ præter aliarum conſuetudinem fœminarum, conuentui noſtro appropiant? Et dum talia diceret, aſtitit ei quidam ueneranda canitie ſtola candida coopertus. Qui dixit ad eum. Maior ille quæ cæteras præcedit ipſa eſt virgo Mater Chriſti Ieſu, Maria, aliæ quæ ſequuntur ſunt ſancta Eliſabet, & ſancta Maria Magdalena. Ille uero cum audiſſet matrem Dei nominari, commota ſunt omnia uiſcera eius, ſuper pietate nouitatis illius, quam uehementer amabat. Iterumque percuntatus eſt dicens. Et quo tendit Domine mi Domina noſtra? Cui ille reſpondit: Ad uiſitandum meſſores ſuos venit. His itaque dictis, perſona quæ loquebatur repente diſparuit. Quo viſo uir Dei, plus magis intra ſe ſtupuit, & reductis oculis ad ſanctam Dei genitricem & ad comites eius attonito uultu intendebat in eas. Illę autem moderatis greſſibus incedentes, venerunt vna poſt aliam, uſque ad conuentum, quem cum introiſſent, ſeparatim ab inuicem ambulare cœperunt, tanquam gratia uiſitationis huc atque illuc inter monachos & conuerſos, & dum ita facerent, tandem ab oculis intuentis euanuerunt, ſeſeque in cœlos, vnde uenerunt receperunt. Porrò uir Dei, hærebat fixus, & de loco moueri non poterat, uſquequo miraculum finiretur. Quantum verò de hniuſmodi uiſitatione profecerit, quantumque in amorem Dei & beatiſſimæ Dei genitricis excreuerit æmulando conuerſatio eius, & quotidiana uirtutum incrementa monſtrabant. In Speculo hiſtoriali narratur, iſtud idem exemplum (ut puto) ſed dicit ibi, quod Reinaldus iſte primo miles fuerit poſt conuerſus cum quadam dies exiſſet ad metendum cum cæteris, iuſtus eſt ſedere & quieſcere, eo quod delicatas manus, atque ſeniles, labor tantæ difficultatis non admitteret.

sant exemplis conformari certatim niterentur. Hunc postea pius Dominus in multis, & mirabilibus visionibus, & consolationibus benignæ dignatus est visitare, vt patet in libro originali.

EXEMPLVM XXVI.

Conuersione sua perfecta Arnulphus magnam consolationem in morte promeruit.

DVm Reuerendissimus Pater Bernardus, aliquando pouinciam Flandriæ intrasset, & retia verbi Dei, quaqua versum in capturam animarum laxaret, & nobiles, & literatos viros multos de fluctibus seculi, ad litus conuersionis attraheret, inter cæteros illustris quidam vir Arnulphus nomine de maiorta diues, & delicat' nimis, in secreto, in manibus eius se reddidit. Fuit autem vtriusque consilium rem silentio tegere, propter quædã impedimenta seculi vsque ad vltimum diem, quo egressus esset de terra, & cognatione sua. Erat enim magnus paterfamilias ornatus filijs, & fratribus, & diuitijs irretitus, vt absque suorum damno, & scandalo graui abrumpere se non posset, nisi prius domum sapiẽter, & caute disponeret. Interim verò dum arcani huius negotij causam, ipsi duo solum in mundo scirent, factum est verbum Domini ad quendam rusticum Armentarium, cum boues minaret ad aratrum, dicens. Vade, dic Arnulpho de maiorta, vt secum ducat te in Clareualle, quo proxime iturus est ad conuersionem, & tu cum eo conuertere. Audiuit verò vocem, sed neminem videbat, facta autem hac voce, cœpit pauper ille attentius orare, vt si a Domino sermo fuisset, reuelaret iterum auriculam eius. Et adiecit Dominus secundo loqui ad ipsum, repetens eundem sermonẽ. Accepta itaque secunda voce, oraculo venit ad prætaxatum virum, & ait. Verbum mihi est ad te Dominum meum. A quo cũ fuisset ductus in partem, procidit ad genua eius, dicens. Obsecro te per Christum Dominum nostrum, vt ducas me ad Clareuallem, vt salues tecum animam meam, & si scire desideras, Dominus pius, & miserisors, secreta tua causa salutis meæ, mihi reuelare dignatus est. Audiens autem nobilis ille paterfamilias verba ista, miratus est & lætatus valde, acceptumque hominem conduxit ad seipsum, quem etiam postmodum indiuiduum comitẽ itineris pariter, & conuersionis habens, habiturus (vt credimus) consortem æternæ retributionis. Explicitis itaque negotijs, pro quibus moram fecerat, venit Clareuallem, tam submissus humilitate, quàm sublimis diuitiarum affluentia, multaque eidem monasterio de suis facultatibus contulit, sed & alijs nonnullis cœnobijs dona etiam largitus est. Sanctus verò Bernardus de conuersione eius, multum exhilaratus, talem de eo in conuentu fratrum sententiam protulit. De conuersione fratris Arnulphi, nec minus admirandus, nec minus glorificandus est Christus, quam de resurrectione Lazari quatriduani, eo videlicet quod in delitijs tantis clausus, atque sepultus velut in tumulo iacebat, & quasi uiuens, mortuus erat. Huic autem contenti cum gemitu, & lachrymis multis delicta uniuersa, quæ in mundo contraxerat, beatus Bernardus intuens cordis eius amarissimam contritionem, & ad omne opus bonum spõtaneam uoluntatem, iniunxit ei ut Pater noster, tribus ùicibus diceret, atque in suo proposito deinceps usque ad mortem perduraret. Quo ille audito, contristatus, respondit. Ne quęso irrideas famulum tuum beatissime Pater.

In quo te ait irrideo? At ille ait. Ieiunia septem annorum, uel decem non sufficerẽt mihi etiam humiliato in sacco, & cinere, & tu mihi præcipis pates noster tertio dicere, & in ordine perseuerare? Et sanctus ad eum. Ergo ne tumelius nosti, quod te oporteat facere ut saluẽris, an tibi fortè parum uidetur ordinem tenere, & in ipso usque ad mortem perseuerare? Ille uerò respondit. Absit ab anima mea, tam iniqua presumptio, sed propter Deum obsecro, nẽ mihi parchas in præsenti, ut melius parcas in futuro, & talem nunc impone pœnitentiam, quatenus post mortem curies ad requiem sine pœna perueniam. Cui beatus Pater ait. Fac ut locutus sum, & securum te facio, quia deposita mole corporis, mox ad Deum sine molestia peruolabis. Hoc nã que responso quasi diuinitus accepto, confortatus est nimis, adeo ut deinceps nulla tentationum uiolentia, nulla infirmi-

lum relinquens, & ad conuersionē veniēs, centuplum istud accipere non meretur, constat p ofectò quod adhuc perfectè omnia non reliquit, sed ex propria voluntate, quæ est mala proprietas secum retinet aliquid. Hoc illo dicente, mirati sunt vniuersi, ab homine laico, & illiterato sententiam talē esse prolatam, nisi quod manifestè dabatur intelligi, quia Spiritus sanctus qui eum flagellari in corpore grauiter permittebat intus suauiter in anima vngebat.

EXEMPLVM XXVII.

Communicans deuotè frater mirabili modo a capitis dolore sanatur.

FRater quidam nomine Petrus Cocles, cum in adolescentia sua, Clareuallis post modum futurus abbas, in obseruantia sacris ordinis satageret, quotidie semetipsum exhiberet hostiam viuentem, sanctam Deo placentem, quoniam omnes piè in Christo viuente cupientes, persecutiones inimici sustinent, permittente Deo, qui omnia ad salutem electorum operatur, grauissima capitis passione laborare cepit, quam passionem fortis miles Christi patienter tolerabat, studens semper in dolore gratias agere, & viperam propriæ voluntatis a murmure compescere. Et licet optaret cum propheta, vt ingrederetur putredo in ossib eius, quatenus requiescere mereretur in die tribulationis, pro eo tamen magis animo grauabatur, quod spiritum in eo promptissimum ad ardua quæq; virtutum caro infirmo pro voto subsequi non valebat. Quadam itaque nocte Dominica cum sacris vigilijs interesset, sentiens se præfato incommodo solito amplius stimulari, cogitauit exire de choro, & ire pausatum. Sed mox spirante Deo, recogitauit vt propter Dominum vsque ad horam dici primam sustineret, quoniam ipse die intemeritatis mysterijs pretiosi corporis, & sanguinis Christi participare debebat. Prima verò transacta, quamuis doloris immanitas nō cessaret, proposuit tamen tolerare, nec conuentum deserere vsque post missam maiorem, quatenus sacram posset recipere communionem. Cumque iam communicaturus ad gradum altaris accederet, & solitam ibidem veniam flexis genibus deuotissima humilitate peteret, ecce repente de vertice eius lapsa est, quasi ingens massa plumbi, quæ illi per medium frontis veniens, & in pauimentum cadens non paruam collisionem fecit. Ille verò eiusdem molis concussionem, atq; ruinam apertissimè sentiens, sed nullam speciem videns, de tanta nouitate miratus uehementer obstupuit. Et ò mira clementia redemptoris nostri, quia ante frater ille grauissimos quidem dolores sentiens, sed tamen ob reuerentiam sacramentorū ipsius erat quasi non sentiens, mox vt eadem sacramenta fideli deuotione percepit, ab omni pristina infirmitate eadem hora conualuit, & ita perfectè curatus est, vt nullam deinceps molestiam ex ea sentiret. Ipse verò gratię Dei, nequaquam ingratus existens, adeo in sancta religione profecit, vt pastorale officiū primum Ignia co, postmodum in Clareualle consecutus, nomen abbatis vita, & moribus decorauit, subditosque suos per viam veræ humilitatis perducens, Christi bonus odor Deo esset in omni loco. ex lib. dicto exordium ordinis Cisterc. & ex Conclaui d'Assignies c. 42. & in Specul. hist. c. 29. lib. 29.

EXEMPLVM XXVIII.

Cibos nimis curiosè discernens frater, nisi emendans, pitantiam beatæ Mariæ impetrare non potuit.

FVit item in Clareualle monachus quidam, qui quamuis homo bonæ voluntatis existeret, corpore tamen delicatus, atque infirmius erat, & propterea in obseruatione medicaminum curiosius, atque superstitiosus. Clemens autem Dominus, qui misericorditer solet errantes corrigere, ipsum voluit ad viam veritatis reducere, taliq; modo uisitationem suam simpliciter delinquenti propalare dignatus est. Aspiciebat idem frater in visu noctis, & ecce vniuersitas fratrum quasi ad laudes diuini seruitij celebrandas ad Ecclesiam festinabat. Porrò ad ostium ipsius ecclesiæ, stabat illa tam humilis, quam sublimis mater misericordiæ pia virgo Maria, quæ tanquam pretiosi electuarij pyxidem portans, singulis fratribus oratorium intrantibus, singula ex eo cochlearia dulcissima sua manu dignanter tribuebat, & mira dulcedine gustantes reficiebat. Quo viso fra-

ter illi gratulatus est vehementer, reputans secum quod ipse cœlestis illius alimoniæ, sine obstaculo particeps fieri deberet. Cumque ad manum pijssimæ procuratricis accederet, benignissima dissimulatrix, & vere mitis virgo, repulit eum dicens. Numquid meo medicamine opus habes? Nonne sapiens medicus es? & tuimet curam solicite geris? Vade itaque vade, & tuis medicamentis sicut voluerit vtere, quoniam de his qui curam suam, super Dominum, & filium meum iactant, cura est mihi. Quod cum ille audisset, erubuit, & petens indulgentiam promisit ei, quod se amplius de ipso non intromitteret, sed totam vitæ suæ curam Deo, & sibi committeret. At quam sponsionem, generale refugium omnium Christianorum satisfactione accepta, benignissime pœnitenti veniam, & gratiam indulsit, & medicamenti salutiferæ pitantiæ pabulum impertiuit. Cultata ergo benedictione cœlestis antidoti, protinus a sua teneritudine, & infirmitate frater ille cõualuit, & abdicatis omnibus medicamentis, & delicationibus alimentis, ad communes cibos se transtulit. Ideoque cooperante gratia Dei, in breui decorem, & fortitudinem cum salute corporis, & animæ pariter induit. lib. 7. Specul. hist. Vicent. c. 108.

EXEMPLVM XXIX.

Furari solitus nouitius guloſſus a dæmonibus gallinam assam offerentibus extractus deprehenditur, a dæmone possidetur, furit, & moritur.

CVm adhuc nouitius esset deuotus frater Achardus, venerabilis Abbas Bernardus, quadam die intrauit ad consolandos nouitios suos, sicut frequenter facere solebat. Terminato autem sermone prædictum Achardum, cum alijs duobus nouitijs traxit in partem, & præmonuit eos, in spiritu prophetico loquens ita. Futurum est (inquit) vt nouitius ille (designauit autem virum ex nomine) ante diem crastinum furtiuè recedat. Vos itaq; vigilate, & estote parati, & fugientem cum rapinis, eum fugere non sinatis. Quo audito, mirati sunt, & cum silentio præstolati sunt exitum rei. Profunda verò nocte, duo ex illis cum fugitiuum in lecto firmiter dormientem aspicerent, tunc & ipsi dormire cœperunt, veruntamen Achardus, quia certissime credidit verbum a sancto Patre prolatum, haud posse irritum fieri, somnolentiæ spiritum, qui ei molestissimus erat, virili cõstantia repellebat. Nunc.n. frontem, nunc tempora fricando, modo pilos capitis, & barbæ vellicando, modo manus, & faciem lotitans, nunc ad locum de loco ambulando, se excitans, tandem fallaciæ somnum quo premebatur eiecit. Cumque prope esset, vt signum ad vigilias pulsaretur, ecce duo quasi giganteæ magnitudinis æthiopes nigerrimis capis indutis, per ostium domus visibiliter ingrediuntur. Is verò qui præcedebat gallinam assatam in hastili portabat. Porro in ipso verò, columber ingens per caput & caudã infixus erat, & eandem gallinam hinc inde cingebat. Cum tali itaque pompa, accedunt ad lectum falsi nouitij, & gallinam fumantem narib. applicant dormientis, quo statum expergefacto dæmones egrediuntur, & quid intus in corde eius inuisibiliter actitaret, horrendo hoc visibili signo demonstrauerunt. Cumq; euigilasset, miser ille continuo surrexit, & vestimentis onustus post dæmones exijt venienſq; ad ostiũ armarii, quod erat in claustro, machinamentis suis moliebatur firmatum effringere, ac secum tollere libros. Porrò prædictus Achardus, celerrimè socios excitat, & prophetatam apostate fugã signis ac nutibus insinuat. Itaque recedentem pariter insequẽtes, reperiunt illum pessulum ostij concutientem. Quos vbi ille persensit, ilico datis salutibus euolat, & præcipiti cursu per ostia pomerij ruens murorum tandè septis retinetur, atq; reducitur. Dei autem facto, cum malorum impœnitens resipiscere nollet, quia iam datus erat in reprobum sensum, dimissus est tandem vt abiret in locum suum. Eodem verò die arreptus a dæmone dementiam incurrit, & vsque ad mortem fuere non cessauit.

EXEMPLVM XXX.

Pœnitentiam durissimam quidam eremita circa Treuerim nudus incedens peregit.

CVm in partib. Germaniæ, idem Dei seruus Achardus, pro construendo cœnobio, quod in territorio Treuerorum situm

ſtrum clauſtrum nominatur, aliquando mo rareturꝰ, cęlitus conceſſum eſt et uidere, & alloqui hominem ſanctum, hominem uerediuitem, magnum quendam ſolitarium, qui in partibus illis multo tempore per montes & ſiluas ſine tecto, & ueſtimento pro Chriſti nomine nudus oberrans, herbis agreſtibus, & earum radicibus more ferarum uitam ſuſtentabat, & æſtatis ardores, hyemiſque aſperrimos algores incredibili patientia tolerabat, ita ut quadam uice cum bruma li tempore gelu ſolito amplius in horrueſſet & uix multa valde de nubibus flueret, & ipſe non habens quo ſe contra imbris, & frigoris huius fugeret, ſed in terra nudus iacens, non modica ſpiſſitudine niuis totus operiretur, nullumque indicium corporis eius illic eſſet, excepto quod uirgula fumantis anhelitus ab ore procedens, ſuperiniectam niuem aliquantulũ reliquibat. Huius beati uiri admirandas uirtutes, & humanæ fragilitatis modũ excedentem patientiam, dominus Achardus nouitiis ſuis referebat, quib. rudimenta tyrocinijs ipſorũ magnificè roborabat, atque in amorem uirtutum non mediocriter accendebat.

EXEMPLVM XXXI.

Diſcordiæ cuiuſdam magnę dans occaſionem quidam ſanctus Epiſcopus acerbas purgatorij pœnas exoluit, & quidam e purgatorio liberatur propter liberalitatem.

BAlduinus quidam diues in ſeculo, doctrinam reuerendiſſimi patris Bernardi ſecutus, ſpreuit uniuerſus mundi pompas, & uoluptates, & in Clareualle uiuere cœpit. Cum autem iam non ſoli ſibi uiueret, ſed etiã multis alijs uerbo, & exemplo prodeſſet in ſalutem, uocante Deo Piſana Eccleſiæ (quæ eſt Metropolis Tuiſcię) Archiepiſcopatum ſortitus eſt. Conſecutus uero amplæ huius dignitatis eminentiam, tanta ſpiritalis ſapientiæ luce refulſit, tantaque auctoritate, ac ſpiritus libertate officium ſuum exercuit, tanta nihilominus manſuetudine, uerum ſe monachũ in pontificali culmine demonſtrauit, ut nõ ſolum Ciſtercienſis ordo uerumetiam uniuerſi fideles intra Italiam gratularentur, gratias agentes Deo, qui ſplendidiſſimam hanc columnam, & fulcimentum incõcuſſum ſanctæ Eccleſiæ luæ, temporibus ipſorum conceſſit. Sed quoniam in rebus humanis, nihil ex omni parte poſſe beatum eſſe plangimus, contigit inſtigante diabolo, vt propter ipſum inter Piſanos, atque Lucenſes populos, grauis, & periculoſa guerra oriretur, quæ etiam poſt obitum ipſius, contenſione partium inflammata, atque protelata per aliquot annos durauit, & uix tandem ad pacis concordiæque vinculum reuocari potuit. Qui fuerit occaſius huius diſſenſionis nihil intereſt, hoc ſolum dicimus, damnoſam & pœnalem tanti pontificis animæ gueram illam extitiſſe, ſicut diuina reuelatione declaratum eſt. Poſt dormitionem nempe huius beati præſulis, aliquanto tempore elapſo fuit in inſula Sardiniæ, ſacerdos quidam honeſtæ conuerſationis, qui etiam ſibi præerat, & cuidam Eccleſiæ parochiali, erat autem Eccleſia extram uillam ædificata, atque ab omni hominum habitatione remota. Quadam itaque die, cum miſſam celebraret hora perceptionis inuenit hoſtiam ſacram ſuper corporale fractam, atque in duas partes a ſeipſa diuiſam, quam ante conſecrauerat integram, & ſanam. Quod ubi conſedixit, turbatus, & anxius cum metu, & admiratione ſacrificium conſummauit. Expleto autem myſterio cæterisque dimiſſis ſolus ibi remanſit. Cumque triſtis eſſet pro ſigno quod acciderat, egreſſus foras uenit, & ſtetit ad orientalem plagam eiuſdem Eccleſiæ, dorſo adhærens parieti templi, & facie verſa ad orientem, qui dum ita poſitus, ibidem aliquamdiu ſtaret, & de re qua ſibi euenerat, timide & ſolicite cogitaret, ſremuit ſpiritu, & inhorruerunt ſubito pili capitis eius. Tunc irruente in eum, neſcio quia uirtute externa, ita defigi, atq; arcta cœpit, ut nullo modo poſſet ſe mouere. Et ecce apertis oculis uidit innumeræ multitudinis turbas equeſtres, & pedeſtres coram eo citatis greſſib. tranſeuntes, erãt aũt in eis hoĩes promiſcui ſexus, diuerſæ ętatis, & cõditionis, in quib. ẽt multos deprehẽdebat, quos uiuentes in carne, ante cognouerat. Vnus ergo ex eis ipſi presbitero, quõdã notus & charus ad eũ acceſſit, & ſixo gradu cœpit familiariter cũ eo lo-

eo loqui. Percontante verò presbytero, quænam esset, aut quid ageret, seu faceret tanta turbarum infinitas? Respondit: Animæ hominum sunt carne solutæ, quæ omnes pro varietate culparum, variis subditæ pœnis, ita semper discursu reciproco longe lateque vagantur, hinc inde in mundo. Quædam autem ex eis ocius, quædam tardius liberandæ sunt, quarundam verò pœnæ insolubiles permanent. Deum hæc ille loqueretur, respiciens presbyter vidit supradictum Episcopum, demisso vultu coram se prætereuntem, tanquam districti iudicis, sententiam patienter ferentem. Viso ergò eo, sacerdos uehementer obstupuit & cum terrore magnæ admirationis exclamauit, dicens. Væ mihi misero peccatori, quid est hoc quod uideo? Nunquid ille est Dominus noster Balduinus, Pisanus quondam Archiepiscopus, de monasterio Clareuallis assumptus? Respondit is qui loquebatur ad eum: Ipse est uerè. Et presbyter ait. Hiccine ergo tantæ professionis monachus, & tantæ perfectionis Episcopus, deputatus est pœnis, quem uos sperabamus iam in cælo gaudere cum Angelis? Ille verò respondens ait. Pro certo scias, & nullatenus dubites, quia ipse est uere sanctus, celsique meriti pontifex, & magna erit gloria eius coram Deo. Sed quoniam propter ipsum, inter Pisanos atque Lucenses populos, diuturna iam guerra versatur, propterea differtur a requie, donec inter illos ad pacem discordia reuocetur. Post hoc, apparuit eidem presbytero columna quædam iubaris immensi, cuius claritas vltra communem solis ualentia, coruscare videbatur, de cœlo usque ad terram porrecta, per quam anima quædam angelico ductu, ad sidera contendebat. Scisciante uero presbytero, quid nam hoc esset? Respondit alter; Ipsa est anima Constantini quondam iudicis, & domini Turritani, hæc autem per nouem annos uentis, & pluuiis, & algoribus semper exposita, a die exitus sui usque nunc in stillicidio domus tuæ constitit, ibique suorum excessuum pœnas luit. Sed quia misericors, & liberalis in pauperes extitit, & iudicium iniuriam patentibus fecit, insuper etiam de malis quæ commisit, confessa, & pœnites a corpore exiuit, idcirco misericordiam a Deo consecuta hodierna die meretur ab omnib. malis liberari, & ab omnibus bonis satianda, ad æternam beatitudinem introduci. Hæc & multa alia sacerdos ille uidit, & audiuit de secretis alterius vitæ. Inter quæ etiam dictum est ei, quod eodem anno esset moriturus, quodque subsecuta mors eius, verum esse coprobauit. Sic omnipotens Deus, ignorescere uoluit dilecti sui pontificis animam quamuis sanctam, quantulacumque tamen rubigine culpæ fuscatam, non potuisse regnum puritatis intrare, nec fulgorem meridianæ lucis, in qua cœlestis sponsus cubat inueri, donec ipsius gratia expiata, & pax inter dessidentes confirmata esset. eod. lib. exordiali ordinis Cisterc. & in Conclaui d'Assig. c. 39.

EXEMPLVM XXXII.

Eskillus postea Dacorum Episcopus, deinde monachus conuertit, quem B. Virgo quod non legisset Aue Maria durius increpauit.

VIr magnificus, & cum omni reuerentia nominandus, Eskillus, quondam Dacorum Archiepiscopus, postea uero humilis Cistercienſis ordinis monachus, cum adhuc esset adolescens annorum duodecim, transmissus est a parentibus causa studii, in Saxoniæ nobilissimam ciuitatem Hildensemensem, ubi tandem grauissimam incidit ualetudinem. Cumque diu lecto decumberet, tandem omnium membrorum, & sensuum officio destitutus est, ita ut fere mortuus putaretur. Exemptus ergo carnis sensibus, ductus est in spiritu ad quandam mansionem, totam interius quasi clibanum ardentem, Ad quam cum propius accedens, curiosius inspicere vellet subito erumpens uapor incendij apprehendit incautam moxque in illam fornacem flammiuomam traxit inuitum. Qui dum protinus ardere cœpisset, iamque nihil nisi mortem, & ignem eternum sibi super esse cogitaret, ecce miserabile Deo apparuit ei in uno diuersorij latere meatus quidam quasi tramitis angusti, de ostio ad ostium ducens, qui etiam flammis uacuus esse videbatur, quem cernens & ipe euadendi animatus, conatu quo potuit reptans, ad locum illum refrigerij peruenit & per illum ad ostium tendens, celeriter exijt,

exijt, & fugit palpitans & tremens. Moxq; palatium quoddam regale, & amplum reperiens & illud ingrediens, vidit reginam cælorum in throno gloriæ residentem, ad quã paulatim accedens, flagitabat obnixe ut sui misereatur.

Quem protinus illa designanter prospiciens, atque minaciter alloquens quod ausus fuisset, in conspectu eius apparere, mandat quantocius egredi, & cruciandum ad ignem reuerti. Porro inter alios matri misericordiæ assistentes, apparebant ibi tres viri venerabiles, sanctus Episcopus Hildensemensis, Decanus, & alius quidem nescio quid gerens officij in eadem ecclesia. Hos itaque intuens, & recognoscens lachrymabiliter deprecabatur, quatenus pijssimę Dominæ, pro ipso supplicare dignarentur. Quod cum deuotissimè facerent, misericordissima dissimulatrix respondit eis, dicens. Quid est, quod rogare præsumitis, pro isto adolescente vanissimo, meo conspectu indigno? Hic enim peruersus, & lubricus nunquam honorauit me, nunquam salutationem meam mihi, vel vna vice repræsentauit.

Cumque instarent vt delicta iuuentutis & ignorantiam eius, solita pietate dimitteret, & ipse se de cætero emendaturum promitteret, accessit iterum tremebundus adolescens, eam, dicens. Miserere mihi pijssima Domina, quia paratus sum a modo tibi vsque in sempiternum seruire, & te super omnia post Deum, venerari, quod si genitor meus istam calamitatem meam agnosceret, maxima auri pondera pro mea liberatione libenter impenderet. Talia itaque dum lamentabili voce depromeret, mater misericordiæ serenata facie respiciens eum dixit. Quid igitur? Putas ne quia valeas te ipsum apud me condigno pretio redimere? In hoc enim fortassis placere me posses, si cõgruum mihi pretium pro tua redemptione persolueres. Tum ille, non modice exhilaratus in verbo isto, fiducialius accessit dicens. Etiam atque etiam clementissima Domina, ego me optimè redimã, & quicquid mihi dignatio tua præceperit libentissime faciã, tantum modo esto mihi propria, nec in ignem amplius cruciandum remittas. Cui virgo beata respondit. Volo igitur, vt de quinque generibus annonæ, quinq; modios mihi non negligas reddere. Quo ille audito, gratanter accepit, respondensque alacriter dixit. Charum est mihi charissima Domina, quod imponis, & ego mensuram bonam, & confertam, & cogitatam, & superefluentem, dabo in horreum tuum. Quod cum in fide sua, firmiter promisisset, datis fideiussoribus prædictis intercessionibus, dimissus est, atque beatæ Mariæ virginis intercessione, ab igne ereptus est, & ad pœnitentiam agendam vitæ amissæ restitutus. Redditus itaque sibi, confestim aperuit oculos, surrexit, & sedit in lectulo. Moxque in iubilum erumpens, clamauit cum gaudio magno, dicens: Benedictus Deus, ego liberatus sum, & amplius non ardebo. Gratias ago tibi sancta Maria, quia de incendio liberasti me, & amplius non ardebo. Videntes itaque qui aderant illum, de mortis ianua reuocatum, cum gaudio gestientem, atque clamantem, scisciabantur ab eo tantæ lætitiæ causam.

Ipse vero per multum temporis spatium dicere nil valebat, nisi tantum, Deo gratias, quia amplius non ardebo. Et cum sæpius illud repetisset, conuersus tandem ad astantes, quid vidisset per ordinem indicauit rem. Porro in prædicta visione significatum est ei, quia prædicti tres venerabiles viri, quos interceſſeros habuit, tum adhuc in carne degeret, eodem essent anno de corpore migraturi, quod & factum est. Processu vero temporis, cum præfatus adolescens ætate, pariter & sapientia crescens, assumptus esset ad regimen Lundensis Ecclesiæ, quæ est Metropolis Daciæ, non immemor voti sui, nactus opportunitatem de remotis Galliarum partibus, vbi fontem religionis esse cognouerat, non solum quinque, sed etiam plures spiritualis professionis conuentus euocare curauit, inter quos etiam duo de ordine Cistercienſi obtinuit, vnum de Cistercio, alium de Clareualle. Postquam autem audisset famã sancti Bernardi, non contentus ipsum videre in filijs, expositis periculis se, & suis omnibus, Clareuallem venit persona humilis, atque sublimis, vbi cum magna deuotione faciens dies non paucos, tunc quidem cum sancti Bernardi benedictione, in patriam reuersus est. Sed post audita morte beati Bernardi, relictis omnibus, atque alteri commisso Episcopatus officio, exuli deuotus Clareuallem venit, atque habitum ipsius

ſum religionis accepit, vbi quanto ſecretius ab omnibus negotijs vacauit, tanto deuotius diuinis obſequijs intendere curabat, orationibus vacare, pro peccatis præteritis myrrham contriti cordis Deo offerre, & gratiam ſupernæ benedictionis ſollicitus implorare. eod. lib. quod dicitur Narratio ordinis Ciſtercien. ex Conclu. d'Aſſignies c. 40.

EXEMPLVM XXXIII.

Moriturus Alquirinus diligens peregrinorum, & pauperum ægrotantium curator mirabiliter à Domino conſolatur.

FVit in cœnobio Clareuallenſi monachus quidam, profeſſioni ſuæ morum integritate concordans Alquirinus nomine, vir religioſus atque ſpiritalis, ſobrius in victu, humilis in veſtitu, & durus admodum caſtigator corporis. Ita namque circũciſus, ac tẽperatus erat in his quæ ad vſum corporis pertinere videbantur, vt omni voluptate, & vanitate depulſa, ipſis neceſſarijs, etiam parciſſime vteretur, licet occaſio certum limitem excedendi ſe ei frequenter ingereret. Erat. n. peritus in arte medicinæ. Et quamuis magnates, & nobiles terræ, operam eius inceſſanter expectarent, & inuitum, & renitentem per diuerſa loca diſtraherẽt, ipſe tamen ſuper egenos, & pauperes intelligens, magis omnimoda eorum curationi ſollicitudinem impendebat. Nec modo ipſorum ægritudines, liuoreſque curabat, ſed & languentium putridas carnes & ſanie defluentia membra ita dignanter, ita diligenter proprijs manibus contrectabat, vt Chriſti vulnera, ſouere putaretur. Et vere ſic erat. Vnde & ipſe Dominus, famulum ſuum ſecretis conſolationibus ſæpius viſitabat, & ad opus miniſterij huius, mirabiliter incitabat. Quadam igitur vice, vidit huiuſmodi viſionem in Clareualle. In primis audiuit quaſi quendam præcurſorem cæleſtem, præconia voce clamãtem, & dicentem. Ecce Ieſus Chriſtus venit, ſurgite, occurrite cito obuiam ſaluatori. Cumque omnes certatim ad videndum Dominum properarent tunc & ipſe cucurrit, & ſteterit in oſtio clauſtri, per quod uenturus eſſe ſperabatur. Itaque ingrediente Domino, acceſſit, & adorauit eum, flagitans vt acciperet benedictionem, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Qua percepta, capit eum attentius intuere, & miro pietatis affectu compatiebatur ei. Siquidem apparebat ei, tanquam dolens atque infirmus, confixus clauis, & lancea perforatur, ac ſi eadem hora, de cruce depoſitus eſſet, ita vt ſanguis vberrim de plagis recentib. emanaret. Porro ipſe Dominus, linteolos mundos, quaſi corporalia tenens, eiſdem vulneribus imprimebat, & cruore deterſo, in terram proijciebat, quos frater ille cum ſumma veneratione recolligens, ac multa deuotione deoſculans, quaſi redemptionem animæ ſuæ, in ſinu ſuo repoſitos conſeruabat. His, & huiuſmodi reuelationibus, frequenter a Domino recreatus, non ceſſauit vſque in finem, operari bonum ad omnes, maxime autem ad peregrinos & pauperes ægrotantes. Quam vero rigidus in pœnitentia ſeruanda, quamque diſtrictus caſtigator corporis ſui fuerit, ex hoc ſatis apparebat, quod cũ indigentibus cunctis, cum feruore charitatis operam impenderet, ſe ſolum in huiuſmodi cura excipiebat, licet enim valitudinarius eſſet, & debilis corpore, nũquam tamen acquieuit carnalem ſibi impendere medicinam, ſed totum ſe Deo committebat, quoniam ipſi cura eſt de nobis. Sciebat nimirum virtutes animæ in corporis infirmitate perfici, nec poſſe monachum ſpiritales a Domino conſolationes percipere, qui circa conſolatiunculas carnis ſuæ tenere ſolicitus, guſtare, & videre negligit quã ſuauis eſt Dominus. Curſu itaque vitæ ſuæ laudabiliter peracto, cum iam tempus inſtaret, quod pro laboribus, & ſanctæ pietatis operibus æternam mercedem acciperet, infirmitate correptus ad extrema peruenit. Cumque venerabilis abbas Pontius ad eum gratia viſitationis veniſſet, quæſiuit ab eo quid ageret, vel quomodo ſe haberet? Ille vero reſpondit: Bene chariſſime pater, bene omnino mecũ agitur, quia vadens vado ad Dominum meum. Quod ergo (inquit) corporalem moleſtiam, ægre non toleras, & mortis anguſtias non formidas? Ego (inquit) omnia tranquilla, omnia læta conſidero, quia iam præuentus ſum a Domino in benedictionibus dulcedinis, quæ omnem mihi mœrorem a corde, & omnem pene dolorem a corpore tulit.

sit. Respondens itaque abbas, dixit ei. Obsecro te dilecte mi frater, vt propter Deum dicas nobis ad ædificationem nostram, si tibi diuinitus est aliquid reuelatum. Tunc ait illi: Modo antequam huc intrasses, apparuit mihi misero, & indigno Dominus Iesus Christus, qui propitio ac sereno vultu me intuens, ac signa beatissimæ passionis suæ ostendens, ait: Ecce peccata tua delenda sunt a facie mea, veni ergo fecurus, veni & vide, & deosculare vulnera mea, quæ tantum dilexisti, & tories confouisti. Tali ergo promissione firmatus, mori non timeo, quia posita est hæc spes mea in sinu meo. Et scitote quia proxima nocte, ante vigiliam beati Martini migratus sum, dum opus Dei celebrabitur in Ecclesia, & tali hora defunctus est.

EXEMPLVM XXXIIII.

Contritus ero peccatis deuotus frater, repetitis vicibus mirabiliter a Domino consolatur.

FRater quidam dum pro peccatis suis, quibus Deum nimis offenderat pauidus, & anxius tota die contristatus ingereretur, fletibus & lamentis finem imponere recusabat, sciens nimirum confessionem oris, absque contritione cordis ad promerendam veniam minus sufficientem coram Deo iudicari. Cumque volumen timoris Dei, in quo scriptæ sunt lamentationes, & væ salubri amaritudine ventrem conscientiæ eius aliquamdiu amaricasset, diuina tandam aspirante gratia, membrana charitatis Dei, in qua scriptum est carmen, facta est in deuotione cordis eius, tanquam mel, dulcis. Cœpit namque primitias quasdam laborum suorum prægustare, & experimento discere, quoniam sacrificium spiritus contriti, & humiliati cordis Deus non despicit. Nam cum in tanta amaritudine, quam prædiximus continuè conuersaretur, nocte quadam vidit in visione Dominum nostrum Iesum Christum, tanquam sacerdotalibus ornamentis innutum, missam celebrantem. Quoties verò iuxte ritum sacrificij, se ad populum conuertebat, tollens in manib. suis calicem de altari, cunctis qui aderant vt dandum offerebat, Porro in ipso calice, nihil aliud erat quam tantummodo lachymæ quibus Beata Maria Magdalena, pedes eius in domo Simonis flendo, & pœnitendo rigauerat. Cumque prædictus frater, circa pedes Domini positus, ita videret, percontatus est cum dicens; Obsecro te Domine, vt quid ostendis nobis calicem illum cum lachrymis quæ in eo sunt? Vt videant (inquit) & sciant vniuersi, quantum nihil placet contritio cordis, & pœnitentiæ luctus, qui ad exemplum pœnitentium, tandiu seruaui lachrymas huius peccatricis ad pedes meos flenti, & pœnitentis. Quanto ergo diuinæ maiestatis acceptabiliores esse lachrymas pœnitentiæ didicerat, tanto magis incitabatur, & inflammabatur spiritus eius in ipso, ita vt legendo, psallendo, meditando nihil aliud quæreret, nihil aliud intenderet, nisi vt mentem ad lamenta formaret, & compunctionis gratiam in se excitaret, sciens quoniam regnum cœlorum vim patitur, & violenti talibus armis diripiunt illud. Addidit autem Dominus adhuc consolari seruum suum, qui malorum suorum pœnitudine in frixorio disciplinæ continuè macerabatur. Vidit namque in visu noctis se quasi in lacu profundissimo fluctuantē, ac periclitantem.

Cumque iam euadendi spes nulla esset, subito affuit adiutor in oportunitatibus, Dominus noster Iesus Christus nudis pedibus ambulans super aquas, qui cum ad eum veniisset extractum de aquis, dignanter leuauit miserum in sinum suum, ac posuit in prato iocundissimo viriditate amœno. Considerans autem frater ille, tantæ dignationis gratiam, procidit ad pedes Domini Iesu, & præ immensitate lætitiæ gestiens animo, cœpit insatiabili pietatis desiderio sibi astringere, ac deosculari pia vestigia saluatoris. Cumque euigilasset, sagaci discussione examinās, lacum in quo submersus fuerat, profundum vitiorum, sinum gratiæ in quem dignanter leuatus est, remissionem indulgentiæ, pratum floridum in quo transpositus est, æternæ quietis viriditatem interpretatus est. Et propterea tota mente conuersus ad Dominum, tanquā præteriti labores ipsius parui fuissent, in anteriora se extendere cœpisset, ieiunijs, vigilijs, orationibus continuis lachrymis, & gemitibus inenarrabilibus a Domino postu-

postulans, quatenus indulgentiæ ipsius largitatem, in visionis imagine sibi præostensam, dulci gratia in rei veritate experiri mereretur, & hoc ei aliquantis indicijs diuina pietas insinuare dignaretur. Dominus vero virtutum omnium distributor, & earum moderator cum laborantem continuo in gemitu suo, & panem doloris assiduè comedentem consolari decerneret, quadam nocte desiderio, quo supra diximus, valde effectus, fratrum vigilijs intererat, & ecce subito psallens, & orans venit in mentis excessum, & vidit. Et ecce persona quædam nouaculam acutam, & quasi insensibilem leniter ac suauiter ducens, per caput ipsius, in momento, in ictu oculi veluti rasit ei barbã, collum, & coronam, diuinę bonitatis indulgentiæ bonitatem signo hoc flenti & suspiranti declarans, veruntamen paucos pilos in vno tempore deserens, vt reor negligentiarum, sine quibus ista vita non ducitur homini denotauit. His & huiusmodi consolationibus idem frater sæpius releuatus, inspirante Domino dicit in spe veniæ respirare, & de perceptis beneficijs gratias agens, ad ampliora suspirare.

EXEMPLVM XXXV.

Communicans frater asperè correpto fratre inconsolato amaritudinem pro dulcedine in ore sensit.

FRater quidam in sanctæ religionis obseruantia feruens, & sollicitus dum aliquando dominica die secundum consuetudinem ordinis, corpori & sanguini Christi participasset, visum est illi tunc, & per totam deinceps diem, quod fauum mellis dulcissimum in ore teneret. Sequenti quoque dominica dum eucharistiam similiter percepisset, per continuum triduum similem expertus est gratiam. Tertia verò dominica, dum diuinam nihilominus alimoniam re accepisset, tota iam hebdomada semel indultam suauitatem sentire promeruit. Ex tunc ergo deinceps hanc panis vitæ dulcedinem multiplicier ex multo tempore sensit. Factum est autem, vt aliquando quempiam de amicis suis pro culpa sua obiurgans, iustæ inuectionis mensuram supra modum excederet, nec tamẽ antequam diuinorum sacramentorum munus ab altari sumeret, exasperatam fratris conscientiam per satisfactionem lenire curauit. Vnde factum est. Vt hostiam pacificam fratre necdum pacificato percipere præsumens, pro mellea spirituali dulcedine suauitatis, qua antea refici & recreari consueuerat, super fel, & absinthium amarissima amaritudine fauces suas infectas, nimirũ horrereret. Quocirca reatum suum ad memoriam quantotius reducens, & pro culpa minus discretæ inuectionis humillima satisfactione pœnitentiam agens, apostolicam illam sententiam de caritate sollicitus obseruare curauit, in qua ait. Vos qui spirituales estis huiusmodi corripite in spiritu lenitatis. Attendant quæso istud exemplum quicunq; æmulatores ordinis sunt, quicunque zelo iustitiæ accensi, feruent spiritu, ne verba fortè iustæ correctionis, in arma vertant furoris, & emendationis poculum quod fatrib. propinare conantur, tam sibi quam alijs per indiscretionem in perniciem trahant, dum & seipsos per iram vulnerant & quos emendare debuerãt, dum exasperant, exulcerant, & ad excusandas excusationes in peccatis prorumpere compellunt.

EXEMPLVM XXXVI.

Spectaculis nimium deditus iuuenis, crebris ictibus inuisibili quadam manu percutitur.

DElicatus quidem adolescens aduertere nolens, ideo ferias a clericis, & sanctis patribus institutas, vt vacarent, & viderent quoniam ipse Dominus est Deus, non vt leuis aleis, aut quibuslibet diabolicis nugis intenderent, solebat frequenter cum cocuis, & sodalibus suis, spectaculis, & ludis varijs diem perdere. Quadam igitur vice, cum ad aliquam domum iocandi causa multi confluerent, vt theatricis plausibus, & lusibus diem ipsum solito more consumerent. Accessit etiam illuc præfatus adolescens, vt & ipse pasceret hædos suos, de spectaculo vanitatis. Erant autem illic aleatores quidam, cum aleis ludentes, quos vt melius ex alto prospiceret, super mensam ibidem positam pronus accubabat. Et ecce facta est super eum, subito quasi manus hominis, ipsum inuisibili flagello diutius cædens, quæ caput illius, & hume-

humeros, & dorſum totum veluti pila deſuper feriente, crebris ictibus tundebat. Ipſe vero iacebat immobilis, quid faceret, quo ſe verteret, ignorans. Volebat enim præ nimia doloris anguſtia, in vocem clamoris & planctus erumpere, ſed præ pudore propter frequentiam circumſtrepentis populi non auſus, ne velut inſanus reputaretur, moleſtiam verbum ægerrime ferebat.

In ſemetipſo vero reuerſus, & mortem quaſi iam imminentem præoculis habens, arguebat ſe, in conſpectu Domini gemens & in amaritudine animæ ſuæ dicens. Eia mi Domine nunc inuenerunt me peccata mea, & ecce iam morior, & ad inferos cum dolore deſcendo, carens pœnitentiæ fructu. O pater miſericordiarum Deus meus, ſi me iniciens videris afflictionem peccatoris in anguſtia conſtituti, & me licet indignum de præſenti periculo miſericorditer eripueris, promitto quoniam non ero ingratus beneficijs tuis ſed continuo ſpretis cunctis quæ ſunt mundi, ſeruum me tibi tradam temporalem. Dum hæc & his ſimilia in corde coram Domino loqueretur, facta eſt vox ad ipſum, dicens. Si Clareuallem conuerſionis gratia adire volueris, & in anima, & in corpore ſaluus eris. Ad quā vocem reſpirans, & à Domino ſe viſitatum intelligens illico reſpondit. En trado me ſeruum Deo, & domui Clareuallis. Adhuc eadem verba in corde voluebat, cum mox recedente flagello totus etiam dolor euanuit. Sentiēs autem factam in ſe miſericordiam, continuo non acquieuit carni, & ſanguini etſi equitatura ad manum fuiſſet, ne vnius quidem horæ moram ſuſtinuiſſet, quin in continenti votum quod vouerat perſolueret, neque enim carnalem illam cogitationem admiſit vt domum rediret, parentes & amicos conſuleret, domum familiamque diſponeret, reditus, agros, cenſuſque locaret, ſed omnia hæc abrumpens potius, quam ſoluens, & cuncta hæc propter Chriſtum arbitratus vt ſtercora, eadem die cōparata equitatura, in craſtinum ſummo mane iter arripuit, à facie ſeculi, tanquam à facie leonis fugiens, vt maneret in ſolitudine. Feruentiſſimo itaque deſidero veniēs Clareuallem (quæ prius vallis abſinthealis dicebatur) fratribus quoque modum, & ordinem ſuæ conuerſionis exponens, tanto iucundiori charitate ſuſceptus eſt, quanto per hæc indicia Domino vitam, conuerſionemque ſuam placere, fratres illi humiliter præſumebant. Suſceptus itaque & probatus, Domino quoque donante fidelis inuentus, vetrem hominem cum ſuis actib. exuit, & nouum qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, induens, tanta inſtantia Ciſtercienſis ordinis arduos labores, vſque in finem vitæ complexus eſt, vt cunctis ſanctiſſimam eius conuerſationē intuentibus, liquido pateret primam illam conuerſionis eius vocationem, vere ab illo fuiſſe, qui eos quos amat arguit, & caſtigat, omnemque filium quē recipit, paterna pietate flagellat.

EXEMLVM XXXVII.

Obediens frater in nocte Aſſumptionis in Grangijs extra monaſterium manēs, mirabili deuotione a Deo donatur.

INſtabat aliquando, ſacratiſſima ſolemnitas Aſſumptionis, ſi rite memini, intemeratæ & immaculatæ virginis Dei genitricis Mariæ, & fratres Grangiarum Clareuallis ob reuerentiam tantæ diei ad abbatem feſtinabant, verum in vna ex his Grangijs quæ viciniores erant, fuit conuerſus quidam religioſus, ac timēs Deum, qui & ſi pro ſimplicitate ſua perfectiora quæq; ſacræ religionis apprehendere ne quibat, bonæ tñ voluntatis, & deuotionis exiſtens, pijſſimam Dei genitricē Dominam noſtrā ſincero venerabatur affectu. Cum autē magiſter Grangiæ ordinaret quiſnam ad abbatiam ire deberet, vel qui ob tutelam domi remanerent. Inter cæteros qui remanſuri erant, eidem fratri cura cuſtodiendarum odium commiſſa eſt. Quam commiſſionē licet ægerrime ferret, quoniam ſperabat, & multum deſiderabat diuinis hymnis, & cātilenis ſpiritalibus intereſſe, quas in honorem reginæ cœli a ſancto illo conuētu, deuotiſſime perſoluendas fore ſciebat nihil tamen auſus contradicere, obedientiſſimē paruit imperanti. Vnde accidit vt deuotio ſancta quam mente conceperat, quamque per inquietudinem terrenæ occupationis, quam obedientia inuexerat perdere timebat, eadem obedientia promptam uo-

luntā-

luntatem ipsius remunerante, velut ignis scintillans, & æstuans in præcordijs eius magis, ac magis dilatata feruentior efficeretur. Nocte itaque sacratissimæ celebritatis, dum tollicitas excubias, super gregem suum in pascuis quiescentem seruaret, factum est vt sonitus signi matutinalis, quo fratres ad diuinas laudes persoluendas in cœnobio excitabantur, quodque ob conticinij silentium procul audire poterat, aures ipsius reuerberaret. Tum vero concaluit cor eius in ipso, & in meditatione ipsius, exarsit ignis cogitantis sanctæ illius multitudinis frequentiam, qualiter sincero affectu pijssimæ matri misericordiæ celestis armoniæ laudes in commune persoluerent, seu qualiter singuli quinque apud se in secreto suo eiusdem beatæ virginis patrocinium, votis & inspirijs implorarent. Protinus ergo exurgens, tantæque deuotionis pro modulo suo particeps effici cupiens, versus illam plagam cœli qua monasterium situm erat, vultu, & animo intentus stabat de hinc consuetudinarij præcibus quæ conuersis vice matutinarum statutæ sunt, quanto potuit deuotius expletis, cum in paupere armariolo cordis sui enixius quæreret, quid præcis, seu quid laudis Dominæ nostræ offerret, vnde protelatas, & in longum valde productus fratrum vigilias aliquo modo recompensare potuisset, nihil aliud præter salutationem eiusdem piæ Dominæ, quam vicumque didicerat, de scire inuenit. Hanc itaque tanquam verbum consummans & abbreuiatum, in quo plenitudo totius deuotionis inuenire posset assumens, & oculos ad cælum dirigens, venias venijs, suspiria suspirijs, salutationes salutationibus superaddit, in tam religioso negotio, reliquum noctis & diluculi partim sine tædio transegit. Denique quod non frustra in gemitu suo laborarent, nec in cassum misericordiam a matre misericordiæ quæsierit, Dominus reuerendissimo abbati Bernardo per spiritum reuelare dignatus est. Qui diuinis hymnis expletis, cum in conuentu fratrum ob tantę solemnitatis prærogatiuam commendandam, sermonem faceret Spiritussancti gratiam uehementer ignitum inter cætera sic ait. Et quidem fratres mei dulcissimi, dubitare fas non est vos Domino Iesu Christo vero regi nec non, & gloriosę Virgini matri ipsius sanctum, beneplacens, & acceptabile deuotionis nostræ sacrificium, hac nocte obtulisse, ideoque fructum laboris vestri mercedem æternam apud Dominum, & eandem benignissimam, & protectricem nostram vobis repositam esse, certissima fide tenere debetis. Veruntamen scire vos volo vnum ex minoribus, & simplicioribus nostris conuersis. quem obedientia hac nocte in montibus & siluis istis tub diu tantæ festiuitatis gaudia celebrare coegerat, tam iucundum, tam deuotum, tam festiuum Dominæ nostræ matutinarum exoluisse seruitium, vt nullius quantacumque sublimis contemplatio, seu intensa deuotio ipsius deuotioni, quam non alta contemplationis sublimitas, sed submissa sanctæ simplicitatis humilitas efficit, præferre potuerit. Quo audito, mirati sunt vniuersi, præcipue non solum mirati, sed & gratulati sunt, & vehementer ædificati fratres laici, quos obedientia tam festiuis, quam priuatis diebus frequenter in diuersa opera trahebat, certissime scientes quoniã sicut septa claustri, & parietes templi sanctum non faciunt timorem Domini negligentem, sic etiam negotia, quæ causa terrenæ necessitatis obedientia iniunxerit, nil obesse poterunt, puras manus in oratione leuanti.

EXEMPLVM XXXVIII.

Pœnitens frater moriturus ex fiducia spei inaudita carmina decantauit.

COnuersus quidem cum de domo Clareuallis leuitate sua tertio fuisset egressus, tertioque receptus, tandemque salutaribus monitis, & sanctis precibus beati Bernardi abbatis compunctus, cæpit apostasiæ suæ præcipitium in quo iam tertio grauiter pericliatus fuerat, totis medulis cordi, horrere, quid pœnitentiæ, vel satisfactionis homino pro tam enormi reatu suo offerre posset, enixius quærere, & inspirante Domino cogitauit, & intellexit ad promerendam veniam delictorum. & obtinendam gratiam virtutum nihil efficacius, nihil in conspectu Domini acceptabilius esse sacrificio cordis contriti, & spiritus humiliati, quod solum regnum cœlorum penuium facere prævalet,

&

& formidabilem cunctis diuinæ iustitiæ districtionem gemitibus inenarrabilibus flectere consueuit. Hæc itaque pietatis arma corripiens, & semetipsum contra seipsum erigens, primo quidem vniuersas ordinis obseruantias sine dissimulatrice negligentia, quantum potuit obseruare studuit, & insuper quotidianis præcipibus, & lamentis præterita sua peccata diluere sollicitus fuit, salubri prorsus exemplo, stantes ne laberentur, lapsos, vt erigerentur informans. Cæterum Deo disponente, qui fortioribus plagis fortiora solet adhibere medicamenta, quique ineffabili pietate sua qñ que vasa contumeliæ transfert in vasa honoris, & gratiæ, ingressa est putredo in ossibus fratris prædicti, & percussus est circa femora vlcere pessimo, apostemate cãceroso. Et crescente in dies angustia doloris, totus distabuit, ita vt carnibus circa locum vlceris vndique corrosis, ossa nudata patescerent, & vulnera vermibus scaturirent. Annis itaque plurimis in grabato carceratus. & diuinę animaduersionis flagellis humiliter subditus, quot horis viuebat, totidem pene intentionibus subiacebat. Erat ergo patienti animæ miserabilis dolor, & angor à facie putrescentis corporis sui, simulque seruitoribus eius angustia cordis immensa præ horrore, & fœtore quem tabiosum vlcus continue exhalabat, sed laboris, & patientiæ huius nihilominus remuneratio copiosa penes Deum vtrisq; reposita. Satagebat autem frater idem infirmus, in doloribus, & pressuris suis semper gratias agere, corde credens, & ore confitens se se recipere lõge adhuc imparia meritis.

Cum autem iam ad purum fuisset in eo scoria excocta peccati, vt secũdum Sapientis dictũ, ablata rubigine de argento, egrederetur vas purissimum, tandem educta est anima illa beata, conflatorio purgationis, & velut argentum igne examinatum, munda, & nitida cum cæteris misericordiæ vasis, translata est ad palatium summi regis. Sed antequã de lacu miseriæ, & de luto fœcis educeretur, ad consolationẽ omniũ vere pœnitentium, meruit in hac vita prælibare fructum laboris, & patientiæ suę, & nescio quid de ineffabili illa superna dulcedine, ad qua sine fine fruendã in proximo erat admittenda, prægustare. Qua gustata tanquam musto cœlesti inebriatus, protinus erupit in iubilum præconij cœlestis. Et serenata facie cæpit idiota, & qui nunquam cantare, aut legere didicerat, cum suauissima melodia quosdam nouos, multumque delectabiles hymnos, ac modulos cantare de canticis Sion. Facta autem hac voce, conuenit multitudo fratrum videre eum grandi miraculo hominem tantis miserijs, & calamitatibus oppressum, in ipso mortis accessu, cantando, ac tripudiando morti insultantem, & quodammodo dicẽtem. Vbi est mors victoria tua? Ita ergo præcentor noster modulizans, & alleluia quod in plateis cœlestis Hierusalem frequentatur, quodammodo præoccupans. quid post mortem carnis factuus esset, in carne adhuc corruptibili positus, præsago miraculo declarauit. Sicque lętabundus, & laudans in voce exultationis, & confessionis beatam animam illam exhalauit.

De cuius fęlici consummatione beatus Bernardus hilaratus, sermonem deuotissimum ad fratres in capitulo fecit, commendans in eo dignum pœnitentiæ fructũ, admirabilem patientiam eius, omnibus proponens exemplum.

EXEMPLVM XXXIX.

Obediens frater confidenter moritur, nec reprehensione beati Bernardi pusillanimis efficitur.

COnuersus quidam de fratrib. Clarevallis innocentis vitæ, & cõuersationis honestię, cum grauiter aliquamdiu ægrotasset, tandem ad extrema deuenit. Intrauit ad eum gratia visitationis beatus Bernardus, & confortans eum, ait. Confide fili, quia migraturus es iam nunc de morte ad vitam, de labore temporali ad requiem sempiternam. Ille vero cum ingenti fiducia respondit. Quidni pergam ad Dominum, & Creatorem meum, vere confido. & quantũ de misericordia Domini mei Iesu Christi præsumere audeo, certus sum quia cito visurus sum bona Domini in terra viuentium. Porro B. Bernardus, vt erat medicus sapiens, pastorq; solicitus, timens homini rusticano, ne tam fida responsio de præsumptionis magis temeritate, quam conscientiæ puritate procederet, ait. Signa cor tuum frater, signa cor tuum,

quid est quod locutus es? vnde tibi subrepere potuit tanta præsumptionis audacia? Enim verò tu es ille pauperculus, & miserabilis homo, qui cum nihil aut propè nil habeas in seculo, necessitate forsitan magis quam timore Dei cogente ad nos confugisti, & multis precibus tandem aditum impetrando. Nos verò caula Dei collegimus inopem, & patrem te fecimus victu, atque vestitu, cæteris communitatib. his qui nobiscum sunt sapientibus, atque nobilibus viris, & factus es quasi vnus ex illis. Quid igitur tibi visum Domino pro omnib. istis? Ecce nó sufficit ingratitudini tuæ, gratias accepisse de tot beneficia de manu Domini nostri, & regnum ipsius hæreditario iure vendices tibi. Ad hæc ille respondens blando vultu, & tranquillo animo dixit. Bene pater charissime, bene vtique perorasti, & vera sunt omnia quæ dixisti, veruntamen si iubes, loquar ad te Dominum, & patrem meum, & paucis aperiam vnde mihi pauperi, & misero suggeri potuit tantę nó præsumptionis, sed (vt ego spero) deuotionis occasio si tamen vera est illa prædicatio vestra quàm nobis sæpius inculcastis, qua scilicet regnum Dei, non carnis nobilitate, non terrenis diuitijs possidetur, sed sola obedientiæ virtute acquiritur. Hanc, inquam, sententiam, tanquam verbum abbreuiatum a Domino, sedula commemoratione apud me continui, ponens illud quasi signaculum supra cor meum, assidue meditando, & super brachium meum, solicitè operando. Quærite si placet ab omnib. magistris, & socijs quibus me obsequi, ac seruire iussistis, si cuiquam illorum aliquando inobediens fui, si de fratribus nostris, quêpiam verbo, aut signo vel quolibet aliomodo, quantum in me fuit contristaui. Quia si operam dedi omnib. in Christo obedire, omnibus seruire, cunctosque per Dei gratiã diligere, quis prohibere me potest, vt de misericordia ipsius non confidã. Beatus itaque pater, cum tale responsum ab homine rustico accepisset, gauisus est gaudio magno, & ait. Vere beatus es fili charissime, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi sapientiam hanc, sed pater cœlestis ipse te docuit, ipse posuit animã tuam ad vitam, rectissimoque tramite perduxit ad patriam. Iam ergò securus egredere, quoniam patefacta est tibi ianua vitæ. Defuncto itaque fratre, & exequijs celebratis venerabilis pater de conuersatione, & consummatione eius sermonem in capitulo luculentum suæ illa deuotione, & facundia perorauit, omnesque illius exemplo, ad amorem obedientię mirabiliter accendit, vehementer namque affectus fuit in respõsione illius, & magis congratulabatur ei super obedientię virtute, & super ipsius animæ puritate, quam si vidisset eum signis & prodigijs coruscantem.

EXEMPLVM XL.

Orans pro se admonentibus, & pro se spoliantibus sicarijs, inimicos ad pœnitentiam conuertit, & moriens lætus in cœlum recipitur.

IN cœnobio Clareuallis, conuersus quidam extitit vir religiosus, & magnę mãsuetudinis, qui per magisterium diuinæ gratiæ didicerat esse mitis, & humilis corde. Huic cæteri fratres testimonium perhibebant, quod nunquam visus fuisset irasci, & nunquam quibuslibet iniurijs prouocatus, ad impatientiam erumpere. Hic inspirante Deo, statuerat firmiter in animo suo, vt quoties a quibuslibet fratribus iustè, siue iniustè proclamaretur, toties pro illis oraret, & pro singulis Pater noster, ad minus vna vice diceret. Cuius etiam exemplo informati multi Clareuallensium fratrum, eandem consuetudinem vsque nunc quasi per legem custodiunt. Veruntamen si accepta Deo, & grata hominibus erat deuotio, videant quæso, quid respõsuri sint Deo, in die tremendi examinis eius, qui e contrario nituntur, qui si forte ab aliquo proclamati, vel corripti fuerint, exasperantur, & ad impatientiæ verba prorumpunt, & eos qui se proclamauerant, vel corripuerant, cum quãta possunt exaggerationem culpæ reclament. Prędictus autem frater, quadam vice pro negotijs Ecclesiæ Clareuallensis, in via directus, necesse habuit per fauces cuiusdam memoris, solus transire. Contigit autem eum ibidem, in manus incidere latronum, qui etiam despoliantes eum, iumentum quoque quo vehebatur, cum sarcinulis rapuerunt, & nil penitus præter solam charitatem reliquerunt. Recedentibus vero latroni

tronibus cum iam paululum proceſſiſſet, ipſe ad orationem proſternitur obſecrans Dominum, ut hanc eis impietatem remitterret. Quidam autem ex ipſis nutu Dei reuerſus, & fratrem illum à longè ſubſecutus, curioſus obſeruabat, nolens ſcire quid ageret. Et uidens eum orationi diutius inſiſtentem, celeri curſu ueneritur ad ſocios, percutiens pectus ſuum, & dicens. Væ nobis miſeris, & damnatis, en moriemur omnes, qui hunc tam ſanctum hominem, & tam ſancti monaſterii fratrem, malo noſtro tam male tractauimus. Si quidem ipſo reuelante cognouerunt, quod de Clare ualle eſſet. Hinc (inquit) ex quo receſſit à nobis, non ceſſat orare cum gemitu, & lachrymis, nec dubium eſt, quin ipſe Dominum roget etiam pro ſuis inimicis. Quæ audientes latrunculi illi, compuncti ſunt animo, uelociterq. redeuntes inuenerunt illum adhuc in oratione flexi genibus intentũ. Cui mox uniuerſa quę abſtulerunt, reſtituunt, & uenia ſuppliciter poſtulata, in pace dimittunt. Quo uiſo, frater ille ſaluatori Chriſto immẽſas gratias referens, gauiſus eſt gaudio magno ualde, de compunctione prædonum magis, quam de receptione ſpoliorum. Ille ergo uir bonus, cum in propoſito ſuo uſq. ad finem uitæ ſuę laudabiliter perſeueraſſet, tandem uocante ſe Domino, collectus eſt ad patres ſuos, uiſurus bona Dominĩ in terra uiuentium, amodo & uſque in ſempiternum. De cuius glorificatione, uiſio talis apparuit eadem qua defunctus eſt die. Erat in monaſterio longius a Clareualle remoto. monachus quidam religioſus, qui & ipſe moriens, ad extrema deuenit. Cumq. iam morti proximus uideretur, raptus ab humanis, ita ut a mane uſque ad horam nonam iaceret immobilis. Tandem autem ad ſeipſum reuertitur, uirtuteq. recepta, lingua iterum in uerba laxatur. Stupentes uero qui aderant, cauſam ab eo repentiuæ diſceſſionis, ac reuerſionis flagitant. Quibus ipſe reſpondit. Hodie inueni me ſubito introductum uelut in Paradiſum uoluptatis, in locum præclarum nimis, cuius amplitudinem, pulchritudinem, ac amænitatem humani ſenſus anguſtia çſtimare non ſufficit. Videbatur illic prætioſorum vaſorum aliorumque ornamentorum gloria magna, & diuerſitas multa, infinita quoq. deliciarum præparatio, quomodo fieri ſolet in aduentu cuiuſpiã potentiſſimi Regis, aut Imperatoris. Erans etiam illic ſancti innumerabiles, immenſa claritate coruſcantes quorum alij iam aduenerant, alij adhuc de cunctis partibus ueniebant, quaſi ad grande ſpectaculum certatim properantes, & uelut ad diem ſolemnem undiq. confluentes, Audiebatur præterea ibidem ſuauitas armoniæ cœleſtis, & reſonabat vndique gratiarũ actio, & uox laudis. Ego uero cum in his quæ uidebam & audiebam nimis obſtupuiſſem, ſciſcitatus ſum ab Angelo ductore meo, quænam eſſet tantę ſolemnitatis, & lætitiæ occaſio. Ipſe uero reſpondit. Hęc eſt celebritas noua noui cuiuſdam ſancti, hodie de domo Clareuallis aſsumpti, & in gaudia iſta modu ſolemniter introducendi. Hoc itaque dicto, iuſſit me citius egredi, atque ad humana reuerti. Quod cum nimium deteſtarer, obſecrabam medullitus ut ad miſerias corporis, amplius non remitteret. Ille uero reſpondit. Modis omnibus oportet te ad fratres tuos regredi, donec annuncies quæ uidiſti, quo facto protinus reuerteris. Huius rei gratia miſſus ſum ad uos, ut & ipſi benefacientes perficiatis, & perſeueretis in bono, ſcientes utique, quia non deerit merces operi ueſtro. Et cum hęc dixiſſet obdormiuit in Domino. Illi ergo ſollicite tempus, horamq. notantes, cum requiſiſſent in Clareualle, cognouerunt fratrem ſupradictum eadem die fuiſſe defunctum. Beatus uero Bernardus, cum quidam de fratribus hanc viſionem coram eo, cum grandi admiratione referret, ita reſpondit: Et uos ita miramini? Ego uero magis admiror incredulitatem, & duritiam cordis ueſtri, qui adhuc minime creditis, aut minus forte aduertitis uocem illam uiuificam quæ de cælo clamatur. Beati mortui qui in Dño moriuntur, amodo enim iam dicit Spiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis.

EXEMPLVM XLI.

Inconſtans frater a beato Bernardo, & Malachia corrigitur.

ALius quidam frater, cum inſtinctu diabolico in mente corruptus eſſet, ut ita apoſtataret a Deo, & pactum cum inferno faceret, i. ad ſeculum redire diſponeret,

vidit in visu noctis beatum Bernardum sanctumque Malachiam reuerendissimo ipsius loci patronos, in dormitorio deambulãtes, & fratres in lectis suis pausantes singillatim visitando benedicentes. Qui cum in ordine visitationis ad lectum uidetis hoc deuenissent, nec tam benignè eum respicere, nec benedictione qua cæteros firmauerant, voluerunt roborare: sed magis quasi indignantes aduersus eum stabant. Sicque beatus Malachias ad B. Bernardum locutus est. Homo ille prauus, & inquietus, nihil omno boni gerens in animo non timet iniquitatem meditari in cubili cordis sui iamque prona voluntate diabolicæ suasioni assensum dedit, ut ac uomitum seculi quã citius poterit, reuertatur. Quo auditor beatus Bernardus dixit ei. Tu de monasterio meo fugere quæris, & quo fugies? Crede mihi, quia malo tuo talia cogitasti. Scio, scio, quia sola uexatio intellectum dabit auditui, & qui per timorẽ Dei corrigere neglexisti, dignis uerberib. castigatus, vlterius fugere non tentabis. His dictis, cæpit eum crebris ictibus tundere baculo, quem tenebat, & ait: Ecce stipendia quę mereris, surge nunc, & fuge si potes. Euigilans frater inuenit se totum quassatum, ita ut lecto detineretur. Tremens itaque, Priorem quam citius ad se fecit uenire. Quo accersito cum cordis contritione confessus est malitiam, quam mente conceperat, Priore quoque dehidiam, & socordiã eius corripiente, & pro reatu pœnitentiam iniungente, frater idem perfecte resipuit, non habens vlna desiderium fugiendi.

EXEMPLVM XLII.

Vestes pretiosę cuiusdam abbatis post mortem eius igne uisæ sunt horribiliter scintilare.

CErta relatione agnouimus quia abbas quidam in Saxonia, quoddam cœnobium Cistercienſe regens, panno terræ illius nequaquam uti dignabatur, sed prætiosos de Flandria pannos, annuatim sibi comparari faciebat. Quo defuncto, cum monachi vestimenta eius inter se patirentur, prior domus vnam de tunicis eius sibi retinuit, quam cum quadam solemni nocte quasi pro reuerentia indueret tanquam si candentibus laminis candentis æris uteretur, terribiliter exclamauit, & detestabilem vestẽ longius a se proiecit. Quæ proiecta, velut candens ferrum scintillas ex se emittere visa est. Attoniti autem stupore miraculi, cæteri qui de anathemate illo aliquid rapuerãt, cum omni velocitate partes singulas in medium proferunt, & in unum locum componunt scintillis creberrimis undique quasi de clibano ardenti micantibus. Nec cessauit exitiale prodigium, quousq. vicini abbates in testimonium tam tremendi iudicii Dei acciti sunt.

EXEMPLVM XLIII.

Blasphemus iurans per membra Christi, & Mariæ cælesti gladio vulneratur.

ÉRat igitur in partibus illis, homo quidam carnalis, qui dum aleis aliquando luderet, & tesseris sibi male cadentibus perderet, quicquid in buccam dementis ueniebat, ore furibundo iurabat. Cumq. iam pene omnia amisisset, alius nefandus quidã aleator accessit, & tumida illum indignatione amouens ait. Cede iners, cede, ego ludam pro te, quia tu nescis ludere, neque iurare. Cumque & ipse (ut erat filius perditionis) similiter perderet, diabolico furore inflammatus, cœpit omnia Domini nostri Iesu Christi membra, tam exteriora quam interiora, quasi per ordinem iurare nihil omnino iniuratum dimittere uolens. Proferrebat igitur iurationes quasdã, seu blasphemias horribiles, atque inauditas quemadmodum cordis, & oris eius instructor, imo uero destructor diabolus excogitabat. Ad vbi Dei, & hominis Domini omnia membra, furioso & blasphemo ore comsumpsit, adiecit ad cumulum suæ damnationis, etiam uenerandæ matris eius sanctissima membra iurare, terribili nimis satagens temeritate uniuersa singillatim, atque seriatim uenenato dente discerpere, ita ut sanæ mentis omnes qui aderant, a facie blasphemantis, & obloquentis aures obstruerent, & pectora tunderent, nedum iuramenta omnia, sacrilegus iurator expleuerat, & ecce repente ultio digna & diuina, inuisibili & quasi fulmineo ictu feriens, & perforans sceleratum, maiestatis iratæ terribile dedit experimentum. Percussus itaque blasphemus, corruit, & putans qd̃ aliquis eũ materiali gladio confodisset, horren-

horrendo gemitu exclamans ait. Heu, heu miser, quis es qui me interfecisti? Cumque diutius in terra palpitans, & mortiferos gemitus effluans, volutaretur, tandem vrgente maligno cui traditus fuerat, abominabilem animam tartareis ignibus concremandam expuit. Nudato itaque corpore ad lauandum, inuenta est in dorso eius plaga recens, terribili apertura dehiscens, ac si aliqua securis amplissima ibidem immersa fuisset, ita vt penetralia cordis, hepatis, & pulmonis funditus apparerent. Quo viso, conterriti sunt iuratores, videntes quia zelus Domini exercituum, tam graui animaduersione mulctauit iuratorē impium, atque blasphemum. Cumque rumor velocius peruolans, tremefactos vndique vicinos traheret ad videndum quidam de vicinis eius mœstus accelerabat ad illū. Huic autem itinerāti apparuit quidam mortuus homo, quem viuentem ipse cognouerat, & ait. Agnoscis ne me? Ego sum ille defunctus olim tibi non ignotus. Noui ergo quo tendas, sed incassum te fatiga, iam enim morte absorptus est, quem viuentem inuenire te putas. Porro vnum est quod te latere nolo, quia Dominus Iesus Christus a suis contumeliosis, multas iniurias, & patitur patienter, & expectat, tanquam patiens creditor, verumetiam immaculatæ genitricis suæ læsiones, atque conuitia non facile sustinet, sed aut præsenti supplicio citius punit, aut si forte reseruat in posterum, cæteris malis acerbius ferit. His itaque peroratis, defunctus ille qui loquebatur euanuit. Is vero ad locum perueniens, amicum iam mortuum iuxta mortui vaticinium reperit, & referens quod audierat, terrorem terrori, & miraculum miraculo adiecit.

EXEMPLVM XLIIII.

Alius blasphemus diuinitus punitur.

ITem alium quendam iuratorem impudentem, & execrabilem circa fines ciuitatis Cardocij fuisse, affirmabat venerabilis abbas Gherebaldus, qui cum beatæ, & intemeratæ Dei genitricis, & virginis Mariæ sacrata, & secreta membra ore spurcissimo iurare præsumeret, mox immundo spiritu traditus, durissima passione diu vexatus atque dilaceratus est, ita vt oculis euersis, & facie tota enormiter intumescente, linguam ardentem, atque eiecta longius ab ore porrigeret. Qui cum ita fuisset longo, & horrendo tormento, excruciatus, tandem miserabilem animā dæmoniacis spiritibus reddidit, linguamque effrænem quā extraxerat, nec in morte retraxit.

EXEMPLVM XLV.

Inobediens frater cucullæ petiam sine licentia assuit, & ob id moriturus dæmones lætantes vidit.

QVidam Cistercienſis, cum infirmitate tactus loquendi officium perdidisset, vidit dæmonem tanquam simiam in pertica sedentem, vbi scapulare ipsius pendebat. Porrò in ipsum scapulare vetus atque diruptum idem monachus scisturam panni modicum, siue licentia nuper assuerat, quam ille immundus spiritus, suauiter attrectans, & sæpè deosculas etiam lingua lingebat, & manu tractabat. Quod cum ille videret, ingemuit. Et quia loqui non poterat, protensione digiti, verbisque semiruptis, quomodo poterat innuebat, vt deterrorem pessimum amouerent. Fratribus verò mirantibus, & percontantibus quid diceret, aut intenderet, diuina tandem miseratione, recepit linguæ officium, & ait. Nunquid non videtis dæmonem sedentem in nostro scapulari, & ore spurcissimo lambētem illam petiam, quam nuper in eo fine licentia consuere præsumpsit? Expellite ergo quanto citius sceleratum, & tollite de indumento petiam, ne mihi in finē impius ille derisor insultet. Fratres ergo non videntes quem illē videbat, amouerunt scapulare de loco, & protinos recessit dæmon. Frater verò infirmus accepta pœnitentia pro peccato suo, rursus obmutuit, atque post paululum in bono fine decessit.

EXEMPLVM XLVI.

Confessionem imperfectam faciens fœmina, nisi beata Maria subuenisset, in æternum peiisset.

ERat in territorio Linionicensi matrona quædam religiosæ valde conuersationis, quæ licet maritali vinculo teneretur, tamē ieiunijs, & orationibus, atque ele-

Digitized by Google

monijs exteris de religiosis actibus insistens, in habitu, cuita rutiam regularem quod iamm- to ducere videbatur. Veruntamen in adolescentia sua, piaculum quoddam grande commiserat, de quo vehementer erubescens, nunquam illud alicui homini præ nimia verecundia confiteri volebat Quoties autem presbytero suo confitebatur, palliatam de ipso crimine mentionem faciebat, ita confessionem suam cõcludens De omnibus peccatis meis, quæ modo protuli, & quę non protuli, culpabilem me fateor coram Deo, & vobis. Cumque hunc in fine confessionis veluti sigillatim sermonem emitteret, trahebat eximo cordis longa suspiria, & tota protinus in lachrymis soluebatur.

Hoc igitur cum per annos plurimos, frequenter atque vniformiter actitabat, sacerdos vt erat prudens, & sollicitus, aduertit aliquid pestiferum latere in corde ipsius. Vnde etiam tentabat multis argumentis, idipsum abea per confessionem elicere. Sed dum nihil hac sollicitudine proficeret, monuit eam, vicini monasterij Calacensis adire priorem, & ei tanquam viro sanctissimo, suam conscientiam totam exponere. Porrò sacerdos eundem priorem, super huiuscemodi verbo, secretius premunire curauit.

Cum ergo veniisset ad eum mulier, & ipsi confiteretur, nihil ab ea potuit extorquere, nisi quod presbyter solebat audire. Factum est autem vt infirmata, & minimè cõfessa moreretur. Cũ diutius mortua iacuisset tardante filia eius, quæ de alia remotiori vico ad materni corporis exequias vocabatur, dilata est interim sepultura. Quecun tandem concito gradu aduenies magnis eiulatibus fleret, & omnes qui aderant ad lamenta conuerteret, repente misericordissima Dei omnipotentis virtute, fœmina quæ defuncta erat iam reuixit, & redeunte in proprium corpus anima, post triste mortis diuortium, factum est dulce spiritũ & carnis consortium. Tunc quasi de graui somno euigilasset, flenti, & lamentanti filię sic locuta est. Noli timere filia, cessent oculi tui; quia iam miserante Deo reuixi. Discinge velaminum impedimenta, quib. amictior vt surgere queam. Solutis itaque cum omni velocitate ligamentis, erecto capite fœmina resedit. Tunc illa iubente, sacerdos properanter ascisciur, & secedentibus cunctis contagium venenosum protinus per confessionem emittitur, atque diluitur.

Postea verò confluentibus populis ad miraculum inuuendum, ipsa mulier inestimabilis gratię Dei in se factæ testis, & prænunciatrix effecta, rei gestæ ordinem cunctis expoluit, & qualiter per interuentionẽ piissimæ Dei genitricis, & virginis Mariæ liberata fuisset hoc modo dicens. Ego miserabilis peccatrix, dum in hac vita cum hominibus conuersarer, propter bona quæ faciebam, & religiosam conuersationem quam prætendebam, videbar quidem coram oculis hominum stare, sed coram oculis omnipotentis Dei in ruina mortis iacebam, cuius mandati præuaricatrix esse, impia temeritate non pertimuit.

Constituit enim in sancta Ecclesia sua, neminem absque confessione posse saluari, ego autem misera licet de cæteris peccatis meis, puram frequenter confessionem facerem, tamẽ quoddam graue peccatum, quod in adolescentia mea commisi, præ nimia verecundia, nulli vnquam hominum ausa fui confiteri, propterea opera bona quę faciebam, infructuosa, & inutilia mihi reddebam. Veruntamen eundem lapsum meum, solebam singulis ferè diebus beatissimè Dei genitrici Mariç coram ipsius altari, vel imagine, seu vbicunque potueram pœnitendo lugendo, & flendo, & ipsius misericordiam miserabili quęrimonia implorare, ne me pro hoc peccato meo, paterętur ęternę damnationis sententię subiacere. Postquam autem mortis debitum solui, protinus a malignis spiritibus vndique vallata crudeliter rapiebar, impellebar, discutiebar, & cum amarissima exprobratione peccati mei, ad inferni supplicia damnanda trahebar. Itaque omni consilio & auxilio destituta, recordata sum quod hoc ipsum peccatum meum pro quo iustam damnationis sententiam excipiebam beatissimę Dei genitrici Marię flendo, & eiulando frequenter confiteri solebam, & continuo modicum spei aliquid concipiens, ipsam veram matrem misericordię, & vnicam spem miserorum, ne me miserã in summo necessitatis articulo constitutam derelinqueret, vocis magis atque suspirijs, quam verbis orabam. Nec mora,

eadem

eadem consolatrix, & protectio omnium ad se confugientium, tanquam stella matutina, & fulgor meridianus aduenies, terruit, & increpauit dæmones, qui mihi illudebant, quod suam ancillam inuadere præsumpsissent, iussitque quanto citius deponere prædam, ibique dimittere eam, donec a Domino egrederetur sententia, quid inde iuberet fieri. Cumque dicto citius paruissent nequam Spiritus, ipsa mater misericordiæ accedens ad benedictum filium suum, ait. Obsecro misericordiam tuam fili, ne tradas bestijs animam illam, quæ suam transgressionem coram imagine mea toties deplorauit. Cui Dominus. Nosti dilecta mater, quod sine confessione saluari non potest quisquam. At illa: Domine tibi omnia possibilia sunt, ne quæso confundas faciem pauperculæ huius, quæ fiduciam habuit in me, & per multa bona, & iusta opera faciē tuam, licet non secundum scientiam, placare curauit. Ait Dominus: Quoniam fas nō est, vt pro quauis petitione repulsam a me patiaris. Et quoniam extra carnem, locus confitendi, & pœnitendi non est, placet vt hæc anima proprio corpori reddita, quod male deliquit, & peius apud se retinuit, humiliter pœnitendo confiteatur, statimq; reducta debito tandem ordine misericordiā consequatur. Mox itaque Domino impetrante, & pijssima Domina nostra sollicitè procurante, missus est ad me Angelus bonus, qui me de omni expectatione Spirituum erripiens, proprio corpori (sicut cernitis) restituit. Nunc ergo confessione peracta, tempus est vt ab eam minime iam reditura, sed in æternum misericordiam Dei cantatura, qui me licet indignam, tremendo suo iudicio, eadem misericordia præueniente, & subsequente tam dignanter subtraxit. Cum hoc illa dixisset, caput in feretio reclinauit, & signaculo crucis se muniēs spiritum exhalauit.

EXEMPLVM XLVII.

Ordines sacros ambiens graui purgatorij pœnæ subiacuit, & fratrum suffragia postulauit.

MOnachus quidam Cistercienſis ordinis, religiosa admodum conuersatione vitam suam consummans, tentationibus, & ærumnis huius miserabilis vitæ, morte interueniente subtractus est. Quo defuncto, sacrista illius domus, nocte quadam imminente in tempore vigiliarū dum præstolaretur signum horologij, vigilans sedebat in lecto suo. Tu ecce spiritus eiusdem defuncti fratris, tanquam solido, & palpabili corpore vestitus, repente astitit coram ipso. sicque lamentabili voce allocutus est eum. Domine sacrista, ego sum ille frater nuper defunctus, sed cur ad te venerim, quæso vt pietatis intuitu pensare digneris. Ego enim dum adhuc essem in corpore, licet per gratiam Dei vigilanter satis in obseruantijs ordinis meipsum exercitarem, in vno tamen grauiter deliqui, quòd scilicet sacrum diaconatus ordinem carnaliter concupiui, & vt ad hunc honoris gradum ascenderem sine respectu timoris Dei, valde inquietus fui. Quodque adhuc grauius est, absque condigna pœnitentia huius delicti, de corpore exiui, quia nec tanti ponderis hoc fore putabam quanti post moriem inueni. Sed pius Dominus mihi tibi apparere cōcessit, quatenus qui iam per meipsum mereri nil possum, fratrum nostrorum qui adhuc tam sibi quam alijs misericordiam Dei promereri possunt, orationibus debeam adiuuari. Itaque obsecro per pietatem Domini nostri Iesu Christi, quatenus calamitatem meam priori exponas, ipsum roges vt in capitulo me absoluens, generalem orationem pro meam liberatione fratribus iniungere dignetur. Vt autem noueris hæc quæ vides & audis, phantasticam nequaquam esse illusionē, in augmentum veritatis, psalterium quod portarius ante aliquot dies in capitulo requisiuit, & nondum inuenit, in illo tali loco repositum inuenies. Verum cum sacrista hæc audierat, & viderat, & multum miraretur tam insolitam nouitatem rei, tamen cum esset homo maturi consilij, ipso die nemini quicquam super hoc verbo locutus est, reputans ne forte tanquam somniator aut a dæmonibus illusus derisui haberetur. Nocte verò sequenti dum sicut prius uigilans, & sedens in lecto suo, de his quæ sibi præterita nocte contigerant attentius cogitaret, rursus ille defunctus sicut antea vigilanti, & stupendi apparuit, dixitque ei. Non recte agis domine sacrista, non rectè agis erga me, qui iram Domini porto, quo-

Digitized by Google

niam peccaui ei, in cuius manus quam horrendum sit incidere, vtinam & tu non experiaris. O si scire posses, quam grauis est etiã minima pœna animæ a carne solutæ profecto non tam negligenter ageres, sed totis viribus succurrere festinares. Qua propter etiam atq; etiam contestor te propter Deũ, ne vlra dissimules, sed petitionem meam effectui mandare festines, quia spero me per orationes fratrum nostrorum, apud clementissimum iudicem Deum misericordiam adepturum. Vt autem totius dubietatis scrupulus, de corde tuo tollatur, & me ipsum esse quem paulo ante viuentem in carne bene noueras, non dubitas, ecce tolle de manibus meis psalterium, quod portarius in capitulo quæsiuit, & nondum inuenit. Tulit itaq; sacrista de manib. eius psalterium, super tam inauditis mirabilib. Dei, vehementer obstupefactus. Porro cum iam ipse idem scripta, scire volens vtrum nam solidum, & palpabile esset corpus, quod videbat, vtrumne sic subiaceret tactui, sicut visui, cum haberet propè se virgam, tulit eam, & quasi tangendo experientiæ satisfacturus, leui ictu vibrauit illam, sed mox nullo penitus obstaculo resultante, quasi per vacuum aerem, sic per corpus quod apparebat traducta est. Mane autem facto, priori, & fratribus quæ viderat, & audierat innotuit, psalterium etiam quod acceperat, tanquam veritatis pignus protulit. Sicque fratris illius anima per communes fratrũ orationes, & missarum celebrationes pœnis (vt credimus) absoluta, beatitudinis æternæ consortium Deo miserante promeruit.

EXEMPLVM XLVIII.

Inobediens conuersus, & priori suo rebellis a dæmonibus rapitur.

COnuersus quidam Cistercienſis ordinis, priori suo inobediens, quod sibi imperabatur, superba mente facere despiciens, nullo respectu diuini timoris, nullis fratrum blandis admonitionibus ad hoc poterat induci, vt obediret imperanti, quin imo tumidis, & indisciplinaris responsionibus, hoc se nunquam facturum garriebat. Interea sole ad occasum vergente, clauditur dies, & ipse rancoris, & amaritudinis felle plenus, & in contumacia sua perdurare non pertimescens, tanquam pausaturus in lecto suo se collocauit. Ecce autem primo conticinio noctis, cum nec dum dormisset, sed adhuc de æ superbiæ vitio, corde machinando malium satisfaceret, assunt duo nequam spiritus fulgine teterriores, draconibus crudeliores, stantes ante lectum ipsius, quorũ vnus sic alteri quasi interrogando locutus est. Quisnam est iste qui iacet hic? Respondit alter: Conuersus quidam. Rursus ille prior qui locutus fuerat quasi suo stomachando, nequaquam (ait) sed inobediens quidem, & peruersus est. Et cõtinuo subiecit alter. Ego si inobediens est, trahamus eum ad portã, nec segnius dicto quod dixerant exequuntur. Nam manus misero iniicientes, & de lectulo minus suauiter excutientes, os etiam ipsius ne clamare posset obturantes, de dormitorio & cœtu fratrum obedientium, inobedientẽ, & contumacem traxere crudeliter, deinde per aera eum ferentes, cum venissent extra septa monasterij, cœperunt illudere ei, ad alterutrum eum iaculantes, sicut solent homines ludẽtes, pilam iacere & capere. Cumq. diutius illusissent ei, dimisẽrũt eum, ad horam recedentes ab eo, sed post paululũ reuersi, cũ sicut prius cœpissent illudere ei, signum omnipotentis seruitij subito insonuit, ad cuius tinnitum, tanq̃ si tonitruum de cœlo cum fragore super eos fuerit, territi fugerunt. Miserum vero conuersum iam non superbum, & cõtumacem, sed etiam ad instar damulæ pauidum, & tremebundũ, in quandam plaudem quæ ibi erat, proiecerũ. Qui se inde prout poterat precipiens, subtus quandam arborem consedit, totus ex fuligine paludis denigratus, & fœdatus. Vbi cum mœrore & angustia depressus sederet, & tanquam in continenti redituras larvales dæmonum effigies formidaret, astitit ei repente persona quædam reuerenda, dicens ad illum. Confortare, & noli timere, quoniã maligni illi tenebrarum ministri, superbiæ & contumaciæ vltores, tibi vlterius nocere nequaquam præsument. Hæc autẽ iusto Dei iudicio tibi acciderunt, quia tam superbè inobediens, & rebellis esse seniori tuo non timuisti. Mane autem cum conuersus idem inter cæteros fratres non appareret, & licet multum per officinas quæsitus inueniri non posset, suspicati sunt oẽs clandestino eum discessu, ad seculi vomi-

tum

tum rediſſe. Erat autem ſitus loci talis, ut coquinarios oporteret ad miniſterium coquinę mundam aquam extra portam haurire. Vnde fratres qui tunc coquinæ officio inſeruiebant, ſummo mane ad hauriẽdam aquam egreſſi, uiderunt conuerſum illum velut amentem, ſub arbore ſedentem, feſti natoque redeuntes, priori, & fratri quod viderant indicarunt. Prior itaq. aſſumptis ſecum aliquot fratribus, exiuit foras ad eum, uidenſq. eum ſic miſerabiliter ſe habentem, quæſiuit quare ita ſederet illic, vel quid illi mali accidiſſet? Ipſe uero caninis rictibus morſum intentans, fratrib. ad ſe accedere volentibus, & toruis oculis ſingulos reſpicians, dicebat. Vos tota nocte hac, uiditis me ludibrio fuiſſe malignis ſpiritibus, & nemo ex uobis auxilium mihi ferre curauit. Protinus itaq. intellexerunt fratres, eum pro culpa inobedientiæ & contumaciæ ſuæ aliquas pœnas ſoluiſſe, & præcipiente priore ductus in infirmatorum, didicit ex his quæ paſſus eſt, contumax & rebellis non eſſet, & ſicut ſcriptum eſt, tantummodo ſola vexatio intellectum dedit auditui.

EXEMPLVM XLIX.

B. Virgo Maria cultui ſuo deditum præpoſitum monialium ob inobedientiam ſuam noluit ſecum in cælum deuehere.

IN prouincia quæ dicitur Germania trans Rhenum quę etiam Saxonia uocatur generali nomine, in territorio ciuitatis Padeburnenſis, quam Carolus Magnus Imperator condidit, ſibique in ea palatium ædificauit, extat cœnobium ſanctimonialium Aroſdiſſe vnde nuncupatum, quod ſanctorum Apoſtolorum filiorum Zebedæi ſacro nomine intitulatum, magnę antiquitus religionis, & diſtrictiſſimæ diſciplinę fuiſſe dignoſcitur. Hic monaſterio quodam tempore præfuit uir uitæ venerabilis nomine Petrus, de ordine regularium canonicorum aſſumptus, quoniam & ipſius monaſterij inſtituta, ſecundum regulã beati Auguſtini depoſita ſunt. Erat ergo homo ille mandatorum Dei ſcrutator ſedulus, & executor deuotus, clarus charitate, humilitate ſubmiſſus, caſtitate præcipuus, quique tanquam fidelis paranymphus, & amicus ſponſi ſponſarum Domini ſui ſibi commiſſarum caſtitatem, peruigili ſollicitudine zelabat. Cumq. bonis polleret moribus, hoc in conuerſatione ſua præcipuum, velut pretioſam margaritam habebat ſacrę, ſcilicet, uenerationi Dei genitricis ſincera cordis affectione inſiſtère, hoſtiam ſalutarem, & ſacrificium ſingulare, per quod peccata mundi tolluntur, in eius honore multa cum deuotione frequenter immolare, ipſam ſibi in cunctis neceſſitatibus ſuis inuocatam eligere, ipſiuſque ſuffragia lachrymoſis & continuis precib. implorare. Porro laudabilem conſuetudinem talem effecerat, ut quoties melliflŭum eiuſdem beatæ Virginis nomen nominari audiſſet, ſi opportunitas petendæ ueniæ deeſſet, inclinato reuerenter capite, genibus etiam aliquantulum incuruatis ſalutationem Angelicam eidem matri miſericordię quanto deuotius poterat, recompenſaret. Denique optimi agonis certamine fœliciter conſummato, aduerſa ualetudine, febribus cœpit ęſtiuare, & quanto uiciniorem eſſe mortam, ſigna mortis erumpenti annũciabant, tanto ſpecialis patronæ ſuæ Dominæ noſtræ auxilium cœpit enixius flagitare, conſuetudinariam ſibi ſalutationem ipſius frequentius iterare, & ut ad ſeruuli ſui exitum occurere, ſeque a malignorum ſpirituum nequiſſima crudelitate tueri dignaretur, attentius orare. Itaque paucis diebus ante dormitionem ſuam, vocauit ad ſe prioriſſam eiuſdem loci, nomine Gislam prudentem ualde, & religioſam virginem, quadam etiam de ſenioribus ſororibus, dixitque ad illas. En ego ingrediar viam vniuerſæ carnis, & licet pro modulo meo puram Domino ſtuduerim exhibere ſeruitutem, tamen quia neſcit homo, vtrum amore dignus ſit, an odio, diſtricti iudicis ancipitem adhuc ſententiam reformido. Porro notum uobis facio, quod beata Dei genitrix uirgo Maria Regina cæli, Domina mundi me cras qualem cumque ſeruulum ſuum circa horam ſextam viſitare, atque (ut ſpero, credo, atque confido) de huius mundi exilio eruere, ſecumq. ad cæleſtis patriæ luſidas manſiones aſſumere dignabitur. Quod enim meis meritis, conſequi poſſe nullatenus præſumo, hoc per ipſius ſanctiſſimæ merita, mihi fidu-

fiducialiter uſurpo. Vos ergò domum totam mundari quantotius facite ſedilia cõponite,& ornare, ac circa horam quã prædixi, vniuerſas ſorores cum thimiamate, & cæteris adeſſe præcipite. Cumque ergò verſiculum illum ſequentiæ Aſſumptionis beatæ Virginis,te cæli regina, incepero, cunctę ſimul ſorores in iubio cordis, & uocis ſequentiam ab eodem verſiculo vſque ad finẽ,alacri deuotione decantent. Verum prioriſſa cæteriſq. ſororibus quæ aderant, fidem continuò dictis eius adhibentibus, vt pote ſanctitatis, & innocẽtiæ ipſius conſcijs,conuerſus quidam, Theodoricus nomine, ad caput ſectuli, in quo homo Dei iacebat, ſtans & increpulus his quæ dicebantur, talia in corde ſuo loquebatur. O verè mobile, & infirmum, omnique verbo credens pectus fœmineum. Ecce enim homo hic in vicino mortis conſtitutus, deficiente ſenſu aliena loquitur, & illæ ſorores verba eius, tanquam ex ratione procedentia, vel ueritate ſubnixa, putant continuò effectui fore mancipanda. Talia eo cogitante, ſanctus ſacerdos, virtute qua poterat eleuans caput, & ad partem illam ubi conuerſus ſtabat, oculos dirigens, es ne(inquit) hic frater Theodorice? Quo reſpondente. Sum Domine. Accede (ait) huc ad me. Illo quoque protinus accedente. Da (inquit) manum tuam. Obſtupefactus conuerſus, & adhuc eum quaſi minus compotem conſiderans, non auſus tamen contradicere ſermonibus ſancti, tedit manum ſuam. Quam uir Dei apprehendens, & digitis ſuis digitos eius foriùs ſtringens,ſic ait: Sicut verum eſt,quod ego manu mea manum tuam teneo, digitisque meis digitos tuos ſtringo,ſic uerum eſt, quod ergo per virtutẽ gratiæ Dei, locutus ſum. Quod autem tu in ſecreto cordis tui loqueris,falſum eſſe ſcias, me ſcilicet delirare, ſenſuque turbato neſcire quid dicam. Sic itaque per vnius increduli prophetiam, ac vere diuinam correptionem, omni dubietatis nubilo a cordibus cæterorum detorſo, tantam gratiam ſpiritali patri ſuo cælitus fuiſſe collatam, omnes in communi gratulabantur. Iam altera dies illuxerat, & hora quam uir Dei prædixerat, ſole ad centrum feſtinante proximabat uniuerſitaſque ſororum cum fratribus laicis adunata,pijſſimæ reginæ cœli aduentum tanto certius præſtolabantur, quanto eam is qui prædixerat, manifeſte miraculo comprobaret. Tanta uerò reuerentia mentibus cunctorum qui aderant, circa prætaxatam horam infuſa eſt, ut diuinam aliquam aduenifſe virtutem,nemini aſtantium dubitare fas eſſet. Ipſe uero beatus ſacerdos, mirum in modum ſerenata facie, eleuatis in cœlum oculis, manibuſque ſurſum protenſis, verſiculum quem predixerat,cantando intonuit,dicens. Te cæli regina,hęc plebecula pijs concelebrat mentibus. Sed quis digne effari queat, quanta deuotione, & compunctione, quantoque pietatis affectu, eadem ſequentia a ſororibus percantata ſit. Iacebat interim ſeruus Dei in agonia, raptuſque in extaſim, multa de ſecretis cęleſtibus, & de ſtatu eiuſdem cœnobij, per reuelationem cognouit,quæ poſtea prioriſſę,ſenioribuſque ſororibus indicauit. Omnium uero oculis in eũ defixis, ſubito obnubilata eſt facies eius,& corrugata fronte, mœroris cuiuſdam & anxietatis magnæ dedit inditium, erumpenſque in uocem miſerabili lamentatione,talia edidit uerba. Cur Domina pijſſima,& miſericordiſſima ſeruum ſuum pauperculum, in hac fece mortalitatis relinquis quem licet indignum, tam benigna viſitatione conſolari dignata es? Dulciſſimam præſentiam tuam, tantis deſideratam votis,expetitam precibus, & lachrymis, iam iamque morituro dignanter indulſiſti,& nunc ad patriam uitæ miſero comitatus tu conſortium negas. Cumque frequenter iterando, Domina pijſſima, Domina miſericordiſſima, ne derelinquas me,tecum uolo,tecum uolo,cunctos in fletum,& lamenta conuerteret, repente redditus ſibi, poſtquam propter nimiam defatigationem, corpuſculum modicum conquieuerat,dimiſſis cæteris,& prioriſſa cum paucis ſenioribus ſecum retenta, ſic locutus eſt Refocillandi gratia, modicum aliquod liquori, afferte mihi, quatenus aridita te lingua delinita, fauciumque reumate deterſo, expeditius proferre ualeam, quod dicere debeo. Feſtinato itaque prioriſſa per ſemetipſam modicum uini in uaſcolo afferente, mox ut limen domus in qua homo Dei iacebat, attigit, ille cum neque olfatu,neque ullo corporis ſenſu, percipere poſſet, quid illa geſtaret, exclamabat,

bat,dicens.Non domina ptioriſſa, nequaquam afferatis nobis vinum,quia vinum arcana denudat,& vinum apoſtatare facit ſapientes. Audiens illa tam euidenti ſpiritu prophetiæ ſe eſſe deprehenſam,adeo in re muit, vt gradum vix reflectere poſſet. Dehinc modica aqua refocillatus, ita exorſus eſt.Quanta ſit pœna inobedientiæ, & culpæ vtinam ego miſer antequam pœna experirer,ſubtilius intellexiſſem,vt hoc mentibus veſtris, ſicut neceſſe eſt imprimere valuiſſem.Ecce enim pro reatu inobedientiæ, pijſſima Domina mea in hac lachrymarum valle nunc me reliquit, nec dignum cẽſuit, vt ſub protectione ipſius, aereas pertranſiens poteſtates, cœli ſecreta penetrarem. Qualis autem ipſa inobedientia mea fuerit,audite.Accidit aliquãdo,vt plurimi diœceſis huius presbyteri, improuida calculatione decepti, ieiunium quatuor temporũ menſis Septembris, illegitimo tempore cũ parochianis ſuis celebrarent, in quo errore & ego, canonum ſcita minus vigilanter attendens,prolapſus ſum.In proxima vero ſynodo, cum hi qui ieiunium legitimo tempore celebrarunt, hanc tranſgreſſionem accuſarent, præceptum eſt in virtute obedentiæ, vt quicunque huius delicti ſibi cõſcius eſſet,veniam peteret, & ſe culpabilem redderet. Cumque cæteri quos acculabat conſcientia,malentes periclitari famam,quam conſcientiam quod iuſſum fuerat humiliter facerent,ego miſer plus deferens ordini, & opinioni meæ quam veritate,quia & vnus ex prælatis Eccleſiæ eram,& nonnullius religionis eſſe putabar, hoc confuſionis opprobrium non ſuſtinens, publice veniam petere erubui.Hoc eſt delictum inobedientiæ, propter quod hodie tanto bono priuatus ſum,& repulſus ab introitu æternę vitę, & ſempiternæ gloriæ ad ærumnas mortalitatis huius reuocatus ſum. Porrò prioriſſa inquirentem,vtrum nam peccati illius maculam,per confeſſionem, & pœnitentiæ lauacrum non diluiſſet? Illeque ſe hoc non ſemel,ſed pluries confeſſum fuiſſet, aſſeruiſſet,cum magno admirationis ſtupore,prioriſſa ſubiunxit.Væ mihi peccatrici,Domine pater,quid ergo dicemus de ſacramento cõfeſſionis,ſi tibi non ſemel,ſed pluries confitenti,indulgentia eſt negata?quis iam alius mediante confeſſione delictorum veniam ſperare poterit? At ille dignum memoriæ verbum reſpondit,dicẽs.Scire debetis, quoniam ſecundum intentionem,vel contritionem pœnitentis, ſiue confitentis, intenſio iudicij,ſiue remiſſio indulgentiæ Dei reformatur. Quia.n.ego miſer peccatum meum ſecundum veram æſtimationem ponderare neglexi, nec quanta oportuit contritione,& compunctione cordis confeſſus ſum propterea necdum indulgentiam conſequi merui.Cumque tanta triſtis, & mærens locutus fuiſſet, ſororum quæ præſentes aderant,corde magno terrore concuſſa ſunt & ad obedientiæ puritatem ſectandam non medioc.iter accenſa.Triduo(ſi bene memini) poſtea ſuperuixit, tanto amarius lugẽs peccatum ſuum, quanto diuini iudicij diſtrictionem euidentius fuerat expertus.Moriens autem mortalitatem magnam, in eadem domo futuram eſſe prædixit,quæ etiã mortem eius eueſtigio ſubſecuta eſt.Sicque in pace conſummans dies ſuos, plenus operibus bonis,appoſitus eſt ad patres ſuos.Veruntamen feſtiuam illam, & omnino glorioſam Aſſumptionem, quam cum beata Dei genitrice Maria,ſanctorumque Angelorum frequentia,aſſumi meruiſſet, ſi culpa non interueniſſet, merito inobedientiæ perdidit.

EXEMPLVM L.

Diſcordiæ & diſſenſionis auctor conuerſus quidam propter nouas botas terribili morte interijt.

APud prouinciam Germaniæ territorio ciuitatis Vangionum,quæ eſt Vormacia,extat cœnobium Ciſtercienſis ordinis,de linea Clareuallis,quod Germanica lingua,Schoenaugia vocatur, quodque interpretatum latine, pulchra inſula dicitur. In hoc monaſterio temporibus bonæ memoriæ domini Godifridi abbatis, facta eſt aliquando inſtigante maligno, grauiſſimi ſcandali occaſio, talis. Superiori tempore per negligentiam, ſeu potius indiſcretam beneuolentiam prælatorum,conſuetudo cõtra formam ordinis præſumpta, in eadem domo inoleuerat,ſcilicet vt conuerſis, ſicut & monachis annuatim nouæ botæ derẽtur. Cum autem prædictus ſtrenuus, de altera

domo

domo assumptos inuenisset conuersos, temerario hoc factu delectari, laudabili zelo accensus, præsumptionem pessimam cœpit esse corrigendam. Itaque priuatim in consilijs, & publicè in fratrum capitulis caput ingenuè de præsumpta fratrum vanitate cauſari, monere rogare, tandem etiam præcipere, vt praua consuetudo ordinis rectitudini non conueniens, absque scandalo dissensionis si fieri posse amputaretur. Sed quia viscus diræ præsumptionis, carnalium fratrũ mentibus tenacissimo glutino miserę obliuionis, sic inhæserat, vt absque scandalo auelli nequaquam posset, maluit vir prudẽs vt secundum beati Gregorij sententiã, scandalum magis oriretur, quam veritas relinqueretur. Cœperunt itaque conuersi, primo quidem in angulis susurrantes mutuare, dehinc conspiratione paulatim inualescente, seditionem publicam effœnata insania meditari.

Totius vero mali incentor, & conspirationis auctor extitit conuersus quidam, cui dormitorij fratrum seruandum botarum cura commissa fuerat, qui diabolico repletu repletus, in omni loco silentium proijciens nunc singulos, nunc simul plures conueniebat, suadebat, horrabatur, vt nunc consuetudinem suam, insolentiæ fomitem, elationis iucentiuum, quacunque prę cumque, seu minarum occasione, sibi paterentur auferri. Cum enim Dominus abbas susurria eorum primum deprehendisset, præcepit per virtutem obedientiæ, vt quicunque ex eis silentium rumperet, si ante cibum hoc faceret, eodem die, sin vero postea, sequenti die in pane & aqua ieiunaret. Quod is cuius supra memorauimus, non conuersus, sed peruersus, nequaquam virtutis amore sed vt inuidiam abbati suo suscitaret, tanquam cœlitus datam sententiam seruare curabat. Nam cum pene quotidie conspirationem conflando, silentium frangeret, singulis etiam fere diebus, in pane & aqua ieiunabat, vt vel sic animos fratrum, in odiũ abbatis inflaret, qui tam duram, & in humanam sententiam promulgasset.

Interea sacratissimi dominici aduentus celebritas superuenit, & conspirationis procella clandestinis susurijs aucta, & robora vndique intonabat, iamque publicum scandalum & ipsum grauissimum imminebat. Dederat namque prædictus pseudo cõuersus, consilium pessimum, scilicet, vt vigilia natalis Domini congregatis fratribus de Grangijs, vnanimi consensu dormitorij monachorum tempore labor is accenderẽt, atque de singulorum lectis botas auferentes, minutatim eas ferro secarent, manibusque discerperent.

Licet verò prodigiosa hæc, & infamis eorum nequitia, venerabilis abbatis conscientiam non lateret, dissimulauit. Cæterum quanto in tantis angustijs, longius aberat humanum consilium, pariter & auxilium, tanto enixius diuinæ pietatis viscera statuit interpellanda, monachisque generalem orationem indicens monebat, vt singuli secundum possibilitatem suam Domini misericordiam peterent, quatenus de tanta insolentia carnalium fratrum, melius aliquid disponere de sua pietate dignaretur.

Instabat iam præcipua, & festiua natalis Domini solemnitas. Et ante paucos dies eiusdem solemnitatis Domino abbate capitulo conuersorum præsidente, prædictus signifer dissensionis, & minister Sathanæ de indiscreta abstinentia, & quia barbam suam nouacula penitus abrasisset, (quod quidem miser ille) intentione commouendi scãdali fecerat, a quibusdam complicibus suis nequaquam zelo ordinis, neque fraternæ charitatis intuitu, sed studio exercendæ malitiæ proclamatus est. Cumque dominus abbas blando affatu quæreret ab eo, cur hoc feciſſet? & ex tumidis inordinatisque responsionibus eius intelligerent malitiam ipsius esse completam, laudabili quodam iustitiæ zelo accensus, sic ad eum præsago spiritu coram omnib. locutus est. Debueram quidem frater, salutaribus monitis aggredi cõtumacem animum tuum, si forte resipiscere a laqueis diaboli, a quo captiuus teneris ad ipsius voluntatem, sed trabs superbiæ oculum cordis tui adeo obnubilauit, vt eam per humilitatem meam eijci non posse præsumam, & quoniam sic te sensu alienatum video, vt monita nostra irrideas potius, quã recipias Idcirco nunc omnibus hic sedentibus, de te fiducialiter pronuncio, quia nisi celerius, & sine dilatione resipiscas, atque humiliato spiritu ad satisfactionem venias, omnipotentis Dei terribile iudicium in breui sentiens; Ecce iterum ac tertio, dico omnibus hic sanum intelle-

lectum habentibus, quoniam ſicut pius, & miſericors Dominus, humilibus dat gratiam, ſic terribilis Deus indeclinabili linea rectitudinis ſuæ ſuperbis reſiſtit. Ideoque tu qui pacis, & inſtitutionis, quam ſancti patres ſanxerunt, publicus hoſtis es, ſi in malitia perſeueraueris, duriſſimum infra paucos dies portabis iudicium. Confido enim in Domino Ieſu, & in glorioſa Virgine matre ipſius, cuius nos inutiles ſerui ſumus, quia domum iſtam ab ipſa ſua fundatione fraternæ charitatis glutino, laudabiliumque morum diſciplina conſpicuam, non patietur tua nimia improba peruicacia corrumpi. Iam preces fratrum, ſuper inteſtinæ diſcordiæ tabo gementium, ad aures Domini Sabaoth aſcenderant, & Angelus Domini accepta ab eo ſententia, miſerum conſpirationis auctorem percuſſit, ac ſine mora extinxit, pariterque cum eo totius ſcandali turbinem, & præſumptionis nebulam diſſipauit. Veſpera namque diei vigiliam natalis Dominis præcedentis cum poſt completorium de dormitorio deſcendiſſet & infirmarius conuerſorum, qui quaſi ſecundarius eiuſdem conſpirationis eſſe videbatur, cum quo etiam venenata diſſenſionis conſilia frequentius tractabat, ei occurriſſet, ſubitò uocem cum gemitu doloris valido cœpit emittere, & pallante facie, naribus contractis, oculis etiam de ſtatu ſuo euerſis, mortem incontinenti affuturam, triſtia ſigna declarabant. Turbatus alter cum iam nutantem cerneret, ne fortè repentino lapſu terræ illideretur medium complexus eſt.

Sed adeo ſubitanea mors fuit, vt antequam terram petere poſſet, inter manus tenentis ſe funeſti ſodalis, miſeram animam exhalaret. Tunc turbati ſunt princeps conſpirationis, robuſtos in contumacia ſua obtinuit tremor, obriguerunt omnes diſſenſionis, & ſciſmatis intentores.

Accurrerunt vndique ad ſigniferum ſuum conuerſi, & quem poſtero die ad inauditum ſcelus perpetrandum, quaſi ducem ſequi decreuerant, eius (Ieſu bone) cadauer extinctum, miſerabili tumultu in infirmatorium deferens, in area vbi fratres vita excedere ſolent, conſternati metu, & tremore, collocarunt. Non enim paſſus es Domine ſacratiſſimam ſolemnitatem tuam, in qua primum miniſterio Angelorum pax terris annunciata eſt, diſcordiæ, & ſciſmatis perturbatione fœderi. Cumque tabula defunctorum ſignum dante, vniuerſorum aures percellerentur maximè propterea, quia neminem illic ſic proximum morti ſciebant, Dominus Theobaldus tunc ſubcellerarius, poſt modum verò eiuſdem loci abbas, uehementer admiratus iudicium Dei, dominum abbatem, qui tunc fortè de dormitorio deſcenderat, ad commendationis officium defuncto perſoluendum quantotius inuitauit. Illo quoque celerius accurrente, cum remoto a parte capitis operimento, quo corpus tegebatur faciem iacentis intuitus eſſet, complosis manibus, & ex intimo cordis ſuſpira trahens. Heu (inquit) miſerrime, ecce quomodo ſine pœnitentia malitiæ tuæ, diuino iudicio extinctus iaces. Et hoc ipſum ſecundo, & tertio ingeminans. Vtinam (inquit) monita mea contumaci animo non ſpreuiſſes, vtinam miſericordiam Dei æternaliter a te non excluſeris. Aliquamdiu ergo quid ſibi faciendum eſſet, deliberatus, tandem conſultius eſſe credidit, vt commendationis officio ex more peracto, corporeque in Eccleſiam delato, poſtero die fratres omnes, tam monachus, quam conuerſos maturius reuocaret, quatenus quid ſibi in tali articulo faciendum eſſet, in commune decernerent. Conuentione autem facta, ſic Dominus abbas in audientia cunctorum locutus eſt. Noſtris fratres chariſſimi, in quam peruerſo propoſito praui cordis, & malitioſæ voluntatis ſuæ homo iſte deprehenſus ſit; quem niſi diſtricta diuini iudicij cenſura, quantotius de medio tuliſſet, domum iſta optima pace, & concordia hactenus durãtem, grauiſſimi ſcandali cauterio, cum complicibus ſuis, quos ad hoc ſuſureis, improbiſque perſuaſionib. illexerat, maculaſſe non timuiſſet.

Quapropter quoniam peruerſitatem omnes ſcimus, confeſſionem vero ſeu pœnitentiam ipſius non nouimus; corpus eius, inter corpora fratrum noſtrorum, nequaquam poni debere cenſeo, neq. hoc temeritate aliqua, ſed libramine iuſti iudicij decreuere confido. Quo audito continuerunt, & expalluerunt conuerſi, vtique ſibi cum ſenioribus monachis ſeorſum loquendi licentia daretur, ſupplici ter poſtu-

labant,

labant. Sanè hoc per indulgentiam domini abbatis consecuti, cum in partem diuertissent consilij gratia, post paululum reuersi, & solotenus coram ipso prostrati tam monachi, quam conuersi, vt misericordia defuncto nõ negaretur, multa precum instantia petierunt, spondentibus conuersis, atq; sub attestatione diuini nominis asseruantibus, quia si Dominus districtionem sententiæ temperaret, ac defuncto licèt minus digno communem sepulturam non negaret, sese ab omni intentione conceptæ malitiæ cessaturos, & super repetitione nouarum botarum, verbum vlterius nullo modo se moturos. Dicebant quidam præterea de senioribus, excepto sermone hoc alijs virum extitisse satis probabilem, nec debere ab hominib. iudicium sine misericordia decerni in cum, quem fortassis diuina misericordia idcirco temporaliter punisset, nè conceptã malitiam effectui mãcipare posset, pro qua æternaliter damnari meruisset. Considerans itaq; dominus abbas ita tempori expedire, & ne fortè nouissimus error, peior fieret priore, si conuersi qui hac occasione facilè sedari poterant, in maius aliquod scandalum prorumperent, simulq; metuens sibi præproperè austeriorem, quam oporteret sententiam dare, quoniã sententia conspiratorum, necdũ a capitulo generali promulgata erat, annuit petitioni eorum. Celebratisq; ex more missarum exequiarum solemnijs, inter corpore fratrum, defunctus frater terræ commendatus est. Cæterum Dominus Theobaldus (cuius supra mentionem fecimus) cum esset eidem defuncto fratri, ex antiquo intimæ familiaritatis amicitia coniunctus, seq; inuicem tam in vita, quam in morte, cum alterutrum eorum decedere contigisset, orationum suffragijs astrinxisset, qm̃ idem conuersus, ante conspirationis etus binem, non contemnendæ religionis extiterat sciens summa necessitate amicum probari, dolenq; valde de periculo animæ ipsius, quem in vita dilexerat, statuit apud seipsum annuam pro ipso facere orationem. Indubitanter namque credidit, quod & si exigentibus meritis, precum impendia defuncto nihil emolumenti ferrẽt, sibi tamen bonæ voluntatis suæ fructũ perditum ire non posse. Cumq. toto illo anno, supplices pro eo preces ad Dominum fudisset, reuoluto anni circulo idem defunctus, ei in visu apparuit, lugubri vultu tristã sese subijsse sententiam significans. Interrogatus quo se haberet? respondit se ab hora exitus sui vsq. ad tempus illud, in vltionem contumaciæ, & rebellionis grauissimorum suppliciorum pœnas luisse, non tamen misericordia Dei vsquequaque desperare BOTAE de quibus in hoc exemplo fit sermo, sunt calciamenta quæ cothurni dicuntur.

EXEMPLVM LI.

Excommunicatus pro furto coruus miseræ cœpit infirmitate pedetentim deficere.

IN Saxonia extat monasterium a Ludouico Imperatore fundatum, quod Corbia noua appellatur. In hoc monasterio temporibus piæ memoriæ Federici Imperatoris, erat abbas quidam nomine. Conradus, qui secundum pompaticam consuetudine Imperialium abbatum, inter cæteras secularis gloriæ illecebras annulis aureis vtebatur, longè aliter (vt credo) affectus, quam ille vere pauper, & humilis spiritu Clareuallis primus abbas, quem (sicut de eo scribitur) plus delectabat rastrum, & sarculus, quam thiara, & annulus. Contigit vero vt quadam uice haberet annulum aureum, qui erat illi pretiosus. Quem cum vna die ũ sedens ad mensam, iuxta morem curiæ causa abluendarũ manuum deposuisset, nugis nescio an serijs interuenientibus aliquanto negligentius sic super mensam relictus est. Aduolans interea domesticus ales coruus, quem curiales abbatis in deliciis habebant nullo penitus aduertente rapuit ore anulum, nec furti se rerum esse intelligens, peruio volatu in nidulum suum asportauit. Verum postquam exempta est fames, epulis, mensisque remotis surrexere omnes, abbas damnum suũ intelligens ministrorumq. negligentiã culpans, anulum quaqua versum quæri ecius iubet. Sed auctore sceleris conscientias omnium illudente, minimè reperitur. Itaque tam conuiuas quam ministros suspectos habens abbas, grauiq. indignatione cõmotus mandauit plebanis oppidi, quod amplissimũ, & ditissimum haud longè a muris cœnobii situm, abbatis subiacet ditioni, quatenus acerrimam excõmunicationis sententiã publicè intor-

intorqueret in eũ, qui ſe hoc ſcelere maculare non timuiſſet. Quo facto, cœpit improbus quidem, ſed tamen culpæ ſuæ inſcius fur, paulatim langueſcere, cibum faſti dire, ludicras crocitationes, cæteraſque irrationabilis creaturæ ineptias, per quas ſtultorum hominum timorem Dei negligentiũ animos oblectare ſolebat, ſegnes exercere. De hinc etiam pennas proijcere, ad extremum vero, ipſis quoque plumis tabeſcẽtis carnis corruptionem fugientibus miſerabilis cunctis ſe cernentibus apparere. Factum eſt autem quadam die, domeſticis abbatis ipſo præſente de tam prodigioſa alitis illius immutatione inter ſe quærentibus, rẽque tam inſoliam nequaquam ſine cauſa fieri poſſe aſſeuerãtibus, vt & vnus ſic quaſi iocando diceret. Conſiderandum nobis eſt Domine, ne forte iſte ſit quem quæritis, & hæc horrenda plaga quam cernitis, vinculo anathematis quo innodatus eſt indicium det. At ille ad hoc verbum cũctis, vni ex minoribus præcepit abbas laborem in qua cubile alitis illius erat, & feſtinato aſcẽdere ſtramen ſtipula & ſarmentorum repugijs ſubornatum diligentius reuerſare. Qui mox vt aſcendit, reperto anulum ob iniuriam ſordidum vendicante, nec ſine ſtupore omnium qui aderant manibus abbatis reſtituit. Ita miſero fure qui atrociſſima furti pœnas luebat, nec tamen furti ſe reum intelligebat, diuino, vt credimus nutu prodito, ad conſilium diſcretorum virorum, Dominus abbas qui excommunicationis ſententias dederant, mandauit quatenus anathema quod reo intorſerant, reſtituto damno celerius relaxarent. Quod poſtquam factum eſt, ſicut prius paulatim deficere, peſtiferaque tabe de die in diem lãgueſcere prædictus ales viſus fuerat, ita poſtmodum per incrementa reuiuiſcere quo tammodo, atque reuireſcere cœpit, quo vſque priſtinæ formæ ſanitatique amiſſæ, non ſine magno Dei miraculo integraliter reſtitutus eſt.

EXEMPLVM LII.

Excommunicatæ muſcæ à beato Bernardo repentina morte per pauimenta ſternuntur.

INuenitur etiam in geſtis beati patris noſtri Bernardi, quia cum ad dedicationem nouæ baſilicæ Suſciacenſis cœnobij inuitatus eſſet, tam innumerabilis multitudo muſcarum, propter fœtorem nouæ calcis in Eccleſiam recens linitæ conuenerat, tantamque inquietudinem intrantibus generabat, vt fratres valde timerent, ne forte dedicationis ſolemnitas, quæ poſtea die celebrãda erat, earum improbitate impediretur. Quod cum patri ſancto intimatum fuiſſet, ſolita confidentia, quam in Deum habebat vſus, excommunico (inquit) eas. Mane autem facto, vniuerſæ muſcæ illæ anathematis ſpiculo percuſſæ & mortuæ, ita pauimentum omne repleuerunt, vt palis eas in congerium adunari, geruliſque exportari neceſſe fuerit.

EXEMPLVM LIII.

Excommunicati militis panem etiã canes edere recuſarunt.

SEd & de milite quodam audiuimus, qui ob prauitatem ſuam publice excommunicari meruerat, qui cum ſedens ad mẽſam panem canibus proijceret, canes ſolo odore polluti panis exterriti, retrocedebant, & eum tangere nullatenus acquieſcebant. Petrus Damianus epiſt. 2. ad Hildebrandum Papam.

EXEMPLVM LIV.

Confiteri volentem protrahens abbas in deſperationem duxit, ſed mirabiliter poſt allatus ſibi manus confeſſionis gratiam accepit.

IN vno ex monaſterijs ordinis Præmonſtratenſis, quidam de fratribus aliquando infirmarij officium ſortitus eſt, qui ſecũdum ea, quæ in facie ſunt, competentis religionis, & honeſtæ conuerſationis eſſe videbatur, ſed heu foris per hypocriſim ſobriũ pariſi nonnæque amatorem ſe eſſe ſimulabat, intus vero, in ſecreto ſuo gulæ, & voracitatis laxans habenas, obſonium quod forte ſuauius infirmis præparaſſet, ciboſque delicatiori fidei eius ob neceſſitate infirmorum creditos, non veritus iudicium Dei ſceleratiſſime inſumebat. Contingit vero vt cùm huic nequiſſimo vitio puniendo temere aliquamdiu ſubiacuiſſet, neſcio quo iudicio compunctus, ad horam confiteri deliberaret.

raret. Itaque in ſacra vigilia Pentecoſtes circa horam nonam cum iam abbas eiuſdem loci, ad celebrandum officium ipſius diei ſacris veſtibus ornandus eſſet, accedens ad eũ ſigna confeſſionis, ſicut moris eſt confiteri volentibus fecit. Abbas autem putans eum de quotidianis negligentijs aliquid habere dicere, renuit, ſignificans vt competentiorem potius horam ad confitendum quæreret, ſe ad celebranda ſacroſancta myſteria incontinenti eſſe proceſſurum. Repulſus igitur abijt triſtis, eo quod ſcelus omni confuſione, & ignominia plenum dicturus, effectum confeſſionis habere non meruiſſet timebatque ne forte igniculus ille timoris Dei, qui ad præſens in eo accenſus fuerat, hac dilatione repeſceret. Tali igitur mœrore affectus, atque ad deſperationem procliuus incẽdebat. Denique ab hora qua repulſam paſſus eſt, vſque ad horam veſperam factione dæmonum varijs, & perniciosis cogitationibus fluctuans, factus eſt inſipiens elongatus à ſapientia Dei, & Iudam proditorem, qui cœlo terroque peroſus inter virumque perijt, infæliciſſima demẽtia ſtatuit imitari. Iam ſacratiſſimæ ſolemnirati veſpertina ſinaxis a fratribus agebatur, & ille quaſi pro infirmantium ſolatio remoraretur, ſtationem ſuam deſerens, cerui fratrum ſe ſubtraxit, non intelligens miſer tanto ſe malignorum ſpirituum inſidijs facilius decipi poſſe, quanto ſe a concilio, & congregatione iuſtorum Deum laudãtium magis elongare præſumebat.

Quid plura? Victus tandem tædio, & deſperatione, ipſius quoque uitę ſuę odium incurrens, iniit ſtultus pactum cum morte ſæderis cum inferno pepigit, atque in ipſi ſancta nocte Pentecoſtes, cultrum guttu & cuius voluptati dedecoroſo lenocio ſatisfacerat immergens, eundem in ſceleratiſſime interfectione ſui incentorem habuit, cuius inſtinctu ciclopicam voracitatem ſectari non timuit.

Tunc vero apoſtatæ ſpiritus nequiſſimo triumphantes gaudio quo ſpecialius, & profundius exultare ſolent, ſi quando aliquem per numero religioſorum ſupplantare potuerint, ignoranteſque præſumptionẽ ſuã, diuina cenſura celerius eſſe reprimendam tamquam iam plena victoria potiri, conſilium iniere, quatenus ſic ſeminecem de medio tollentes abſentarent, ne forte antequam penitus expiraret, inuenius à fratribus, quacunque pietatis arte ad confeſſionis, & pœnitentiæ ſubſidium reuocaretur, ſicque prædam nefariam tartarei principes amitterent.

Cæterum cum neque in veſperis, neque in ſacris vigiliis frater ille in ordine ſuo in choro appareret, recordatus abbas ſigni confeſſionis quod fecerat, & repulſæ quam ſuſtinuerat, totus intremuit, & quaſi iam præſagiente ſpiritu ſuo, ſibi ne forte fieret, quod factum eſſe neſciebat, grauiſſima cor dis confuſione cœpit vereri. Velociter igitur quibuſdam fratribus accitis, ad inquirẽdum eum, pauidus & anxius miſit. Quæſitus itaque in infirmatorio cæteriſque locis in quibus inueniri poſſe ſperabatur, minime repertus eſt, ſed tandem curioſius his qui miſſi fuerant, etiam obſtruſos quoslibet angulos perſcrutantibus, in neceſſariis infirmorum, culter horrendi ſceleris miniſter cruore infectus, pauimentum quoque multo ſanguine rubens, triſtem euentum recenter admiſſi homicidij, indubijs declarauerunt indicijs. Quo viſo, expauere, & expalluere fratres ad inquirendum deſtinati, atque illius qui ab initio homicida eſt, crudelem malitiam, aduerſus fratrem puſillanimen præualuiſſe ingemuerũt. Sed cum quidnam de cadauere vt putabant extincto factum fuiſſet, abdita & obſcura quæque loca perluſtrando, & perſcrutando diligentius explorarent, nec vllum omnino veſtigium viuentis, vel defuncti reperire valerent maiore ſtupore percuſſi ſunt, celeriterque regreſſi lamentabilem fratris, exitijs euentum abbati, & fratrib. pandere maturauerunt. Oritur mox mœror, & luctus, omnium vox vna fratris ruinam, pro cõpaſſionis affectu plangentiũ, ſed is præ cęteris impatientius luget, qui paſtoris nomen & officium tenens, miſabili ouiculæ perditionis occaſionem dediſſe notabatur. Illuxit interea feſtiua deuotione colendus dies Pentecoſtes, & fratres optatæ diei reuerentia miſſarum ſolemnia deuotiſſime celebrantes, omnipotentis clementiam ſuppliciter poſtulabant, quatenus ſolita pietate quidnam de fratre illo factum fuiſſet, ipſis manifeſtare dignaretur. Et ecce dum ſacra myſteria celebrarentur, quidã de fratribus ſeorſum ſtans ſub turri, quæ campanas ſuſtentabat, ſurſum forte reſpexit, viditque hominem illum

illum sui ipsius infelicitate verè miserum, sed planè magnifica Dei gratia beatum, super murum quendam prœruptum, pronunciare, ita vt renibus deorsum de ipso muro pendens, incontinenti casurus esse videretur. Attonitus is qui viderat, atque cæteri curiosius considerantes, ipsum esse deprehendunt, quem fraudibus inimici circumuentum, corpore, & anima perijsse reputabant. Rati verò, cadauer extinctum sese solummodo reperturos, allatis scalis ascenderunt. Sed miseratione illius, qui neminem prædestinatorum suorum perire patitur, spirantem adhuc hominem inuenerunt. Quod postquam clamore mixto gaudio, ab his qui ascenderant cæteris innotuit exultantibus omnibus, præcipuè tamen abbate, quiflens, & eiulans mortis illius esse se reum clamitabat. Gloria tibi Christe Deus, gloria tibi Spiritus Deus a cunctis ingeminatur. Dehinc præcipiente abbate, summa cum cautela, diligentiaque depositus in infirmatorium delatus est, cunctisq; in gutture ipsius horrendi vulneris hiatum cernentibus, & mirantibus præ gaudio, quonam modo sic mutilatus viuere posset in lectulo collocatus est. Cumque paululũ conquieuisset, accedentes fratres aperturã hiantis enormiter gutturis, manibus compresserc ne flatus vitalis contrario mearu erumperet, tentantes, si vel hoc modo qualitercunque verba edere posset. Sed misericors Deus, eiquem de tyrannica hostis antiqui malitia potenter eripuerat, faminis quoque officium ad laudem gloriæ suæ contra vim deficientis naturæ, confessionis gratiam concedere dignatus est. Quod vbi pia explorantium fratrum curiositas aduertit, contra omnem legem mortalis naturæ etiam fratrem illum sanitati restitui, mox cædentibus cunctis, abbas confessionem incautè dilatã, vere magno munere Dei stupendo miraculo tandem recepit. Confiteti quoque pœnitentiam congruam iniunxit, vt plenum, & absolutum esset donum, quod Spiritussanctus, qui pietas Dei dicitur, excellentissimo solẽnitatis suæ die prorogare dignatus est. Qui tanto propensius & deuotius puritatem sanctæ conuersationis postmodum æmulatus est; quanto in semetipso certius expertus fuerat, Leuiatha serpentis antiqui virulentis patere morsibus eos, qui scimare religionis insigniũ, conscientias suas latebrosis scelerib. maculare non verentur, &c.

EXEMPLVM LV.

Communicans irreconciliato fratre sacerdos, porcellum interimes, osculum dulcissimi Iesu consuetum, amisit.

SAcerdos quidam religiosus, dum pacem quam cœli rege in terræ nato, cœli ciues terrigenis annunciauerunt, in proximo suo violare non timuit, admirandam quandam gratiam specialiter à Domino sibi collatam perdidit, quod ad cautelam torpentium describere non pigebit. Hic igitur laudabilis vitæ presbyter, ignauiæ nequaquam marcens ocio, satagebat quatenus conuersationis suæ qualitas, ab excellentia gradus sui non discreparet. Præcipue igitur in oblatione hostiæ salutaris, in qua filius immolatur patri vt tollat peccata mundi, per sacrificium cordis contriti, & spiritus humiliati semetipsum in præsentia summæ diuinitatis mactare curauit. Habebat verò parochianum quendam, qui licet secularis vitæ negotijs implicatus esset, fidei tamen integritate, deuotionisque sinceritate pastoris sui meritis fortassis impar non erat. Eius namque doctrina, & exemplo religiosè institutus, ecclesiæ limina sine cessatione terebat, missarũ celebrationi sedulus obseruator interesat, sanctarumq; precum instantia cœlos pulsans, in simplicitate cordis sui tempore diuini sacrificij cum Domino loquebatur. Volens autem Dominus vtrorumque meritum ad laudem, & gloriam nominis sui manifestare, laici illius tam spirituales quam corporales aperuit oculos, cœpitque infra sacri mysterij actionem, Iesum Christũ beatis oculis videre super altare, stantem iuxta calicẽ sanctum, qui amborum conscientias perungebat mira suauitate præsentiæ suæ misericorditer. Consecratione verò diuinorũ sacramentorum rite peracta, cũ pacis osculum in populum esset diffundendum, & sacerdos iuxta morem quorundam, sacram hostiam primitus oscularetur, in ipsa hora pius Dominus accedens, eidẽ ministro suo pacis osculum dignantissime porrigebat. Is ergò qui ad diuinæ contemplationis

participare faciebant. Postero itaque die, præpositus paruipendens scandalum sororum, perturbatus ipse cum grauius turbatiis eisdem sororibus, vt pacificam hostiam immolaret, ingressus est ad altare. Peracta ex more diuinorum munerum consecratione, etiam patientem illam causa percipiendæ Eucharistiæ sibi præsentare fecit. Tum verò spiritus nequam, mirum in modum recalcitrans, truculentas, & horrisonas cœpit edere voces, ipsumq; præpositum amarissima inuectione redarguens dixit: O miserrime & infelicissime homuncio, quid facis? Lætale virus rancoris, & discordiæ toto pectore spirans, insuper etiam grauis scandali pusillorum Domini, coram oculis summæ maiestatis reus, ad consecrandam, tractandam, & manducandam carnem altissimi impudenter, simul & irreuerenter irrũpis? Noueris pro certo, quia consultio fecisses, si domum Dei hodie non intrasses, quã tantæ præsumptionis cauterio conscientiam tuam vstulasses. Cumque exorcismis, & orationibus multis cogeretur, quatenus diuinis sacramentis reuerentiam exhibens cederet, quoadusque mulier, quam torquebat communicasset, per multas difficultates vix cogi poterat, vt de manibus illius, qui dissensionis & contentionis vitio sordebat, Eucharistiæ gratiam eam suscipere permitteret.

EXEMPLVM LVII.

Pacificus frater sua probitate, inuidi fratris improbitatem beata Maria iuuante deuicit.

IN monasterio quodam Cistercien sis ordinis, contingit aliquando inter duos quosdam fratres dissensionis, & odij seminaria causa simultatis cuiusdam pullulare, verum vno eorũ in malitia, & discordia perseuerante, alter per gratiam Dei cito resipiscens, quod malum in se pullulare recognouit, rastro compunctionis eradicare quantotius festinauit. Quantoque male uolus ille clanculis, seu apertis iniectationibus, irrisionibus, detractionibusve fratris animum ad amaritudinem perducere nitebatur, tanto ille humilitate timoris Dei semetipsum submittens liuoris, & patientiæ stimulos, quos in corde ipsius aduersarius exacuere tentabat, confitendo, flendo, & orando vigilanter retundebat. Quicquid autem patiens iste, & humilis frater conscientiæ suæ præstabat, dando locũ iræ, hoc totum peruersus, & tumidus ille, sinistre interpretando superbiæ contemptuique suo deputabat, quantoque is efferos animos eius patientia sua linire tentabat, tanto ille malitiæ suæ furijs agitatus, ad persequendum innocentem misero liuore magis ac magis incendebatur. Cernés namque inuictum robur mentis colluctatoris sui, de cunctis nequitiæ adinuentionibus sublimiter triumphare, fortique patientiæ pede, malitiæ suæ collum calcare, acriori sæuiens inuidia, abbatem suum lupus sæuissimus adijt, innocentem illum confecto mendacio accusaturus, vt quem decus innocentiæ, glorioſum reddebat, pessimi mẽdacij fermento corrupta fama si fieri posset, humiliaret. Vbi verò frater falso accusatus, in causam vocatus est, sciens scriptum esse. Crudelis est, qui famam negligit, se huius criminis sibi conscium nõ esse ingenue protestatus est, seque ad comprobãdam innocentiam suam, examen quodcunque placuisset, spontanea voluntate subiturum. Cæterum totam vim grassantis in se doloris, ad negotium transtulit pietatis, assiduis orationibus, iugibus fletibus, tam pro se, quam pro æmulo suo, Domini misericordiam, beatissimæque Dei genitricis pietatem exorans, quatenus diuina gratia, & se in charitate firmaret, & in æmulo suo magnitudinem malitiæ suæ comprimeret, & ad tollendum scandali fomitem unctionẽ dulcedinis suę coniungeret. Nec frustra laborauit in gemitu. suo impletum enim est in eo, quod sapientissimus Salomon ait. Cum placuerunt Domino viæ hominis, et inimicos eius conuertet ad pacem contigit. n. quadam nocte, vt in choro stans in ordine suo, vigiliarum solemnijs interesset, & ecce ad memoriam calamitatis suæ simul & fraterni periculi, cœpit ebullire de intimis cordis eius medullis fons lachrymarũ. Inebriatus itaque vino sinceritatis charitatis, non se poterat in medio fratrum patri, sed cito secretum petens, coram vno de altaribus ad orationem prosternitur, ibique non tam verbis, quam immenso

rugitu cordis, largissimoque lachrymarum imbre ipsam matrem misericordiæ, quæ spes miserorum esse dignoscitur, vt suam adueniatque sui causam suscipere dignaretur suppliciter postulabat. Nec fefellit simplicitatem fidei eius, magnificus euestigio subsecutus pietatis effectus. Ecce enim dum in multa contritione cordis sui se penitus iactaret. Pie Domine miserere, Pia Domina Dei genitrix Maria succurrere misero, prorsus omni consilio, & auxilio destituto. Et adhuc pij murmuris verba corde, & ore voluenti adest illa specialis paupertum susceptrix, & peculiare miserorum refugium Dei genitrix virgo Maria. Vidit enim illam sublimem Dominam Angelorum spem miserorum, quasi a dextro latere altaris gradientem, ad se venire, vultu & habitu reuerendam, immensi quoque luminis iubare coruscantem. Sequebatur vero eam iuuenis splendidissime, cœlesti & ipse gloria insigniter adornatus, interim dum finito psalmo, fratres gloriam sancti Trinitati dicerent, & sicut moris est, ob reuerentiam summæ maiestatis omnes pariter inclinarent, subsistit beata virgo, illumque tam humilem, quam excellum verticem reuerenter submisit, & quousque fratres Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto perdicerent, tanquam vere humilis ancilla Domini incliuis permansit. Post hæc, erigens se, vultumque ad fratrem in angustia constitutum dirigens, mellifluis verbis consolata est eum, dicens: Homo Dei cessent iam lachrymæ ab oculis tuis, & amaritudo mæroris, quo cor tuum vehementer affligitur, recedat a te, quia est merces operi tuo. Quapropter noueris me ob fidei tuæ deuotionem tam tibi gloriam, quam æmulo vno veniam a Domino impetrasse. Frater vero ille nil territus, neque enim turbari poterat, qui suauitatis & securitatis matrem videbat, fiducialiter dixit ad eam: Obsecro Domina, quæ es tu, quæ sic dignanter loqueris ad cor seruuli tui, vel quis est iuuenis ille, qui tecum est? Ego sum, ait, Maria mater filij Dei. Iuuenis vero iste Ioannes est Euangelista, cuius castis obsequijs benignissimus filius meus in cruce pro nostra pendens salute me commisit. Et frater ait: Si ergo tu es illa, per quam salus humano generi venit, quam reueretur & laudat vniuersitas creaturæ; cur quæso tu tanquam vna de cæteris ipse etiam Angelicis potestatibus honorandum caput tuum inclinas? Pijssima Domina respondit. Scire debes, quia quotiescunque gloria sanctæ Trinitati cum metu & reuerentia exhibetur in terris, toties omnes virtutes cœlorum commouentur, & ad laudem sui creatoris excitantur. His dictis visio beata videntis sublata est. Porro tam mirifica nectarei odoris suauitas eadem hora apparitionis beatæ Virginis non solum fratris illius, qui mœrore & anxietate tabescebat, verum etiam cunctorum tunc in choro deuote psallentium penetralia cordis, adeo gratio inspiratione refecit, vt facile daretur intelligi non materialem aromatum fragrantiam illam, sed diuinæ plane virtutis fuisse. Tum ecce liuidus ille detractor innocentis fratris, sui suauissimi illius odoris fragrantia, quæ de virgineo corpore intemeratæ & immaculatæ Dei genitricis erupit, inter cæteros, qui hac gratia digni habiti sunt, attactus, & mox uehementer compunctus, cœpit iam scelus suum ueritatis lance trutinare, se reum, se miserum, seque omnibus tormentis dignum reputare, fratris quoque sui, quem falso crimine infamauerat, innocentiam consequenter beatificare. Mane autem facto fratribus non sine magna admiratione inter se quærentibus, quidnam tanti odoris suauitatis, quam nocte psallentes senserant, portenderet? is qui tanti mysterij conscius erat abbatem secretius adijt, quæ uiderat, quæque audierat simpliciter pandens, illam horam apparitionis beatæ Dei genitricis fuisse, qua psallentium naribus suauitatis fragrantia infusa est, asseuerans. Abbate uero stupente, difficiliusque fidem dictis adhibente, ecce in a stipulatione ueritatis mali iosus ille infamator innocentia fratris suis pallens & tremens aduenit, detestandi criminis scenam inuidia cogente fictam prius à se, quam ueritate subnixam flens & eiulans confitetur, seque multis modis multoque tempore in persecutionem ipsius exarsisse cum magna cordis contritione deplorat. Porro requisitus unde illi tam repentina compunctio, & peccati sui tam repentina cognitio accedisset, respondit se licet indignum eadem gratia suauissimi

odo-

odoris, quâ, & ceteros fuiſſe perfuſum, moxque vt doni cęleſtis vnctio cordi eius intima penetrauit, in odium malitiæ, & amorem innocentiæ mirum in modum reſpiraſſe. Abbas autem quibuſdam ſpiritualibus ſenioribus refert, & ſuper tantis mirabilimus diuinæ pietatis gratiæ Domino in commune referuntur. At verò frater ille prius, locum, in quo cęleſtia myſteria cognouerat, tota auiditate repetens, cum deuotiſſimè adoraret illic, vbi ſacros pedes reginæ cœleſtis ſtetiſſe meminerat, ad confirmandum viſionis veritatem melliſluum ſuauitatis odorem, quem in ipſa viſione ſenſerat, lapides ipſos reſpirare lætus deprehendit. Quod vbi abbas ipſo celerius nunciante comperit aſſumptis ſecũ quibuſdam religioſis fratribus deſignatum locum cum metu, & reuerentia adijt, quod verbis audierat rebus probatus. Suauitatem quippe mirifici odoris naribus hauriens, communicato cum fratribus ſuis conſilio, eoſdem lapides erui, atque in ſacrario loco competenti in memoriam tanti miraculi reponi pręcepit. Ecce ad literam, & quodammodo manu palpantes probare poſſumus beatos eſſe pacificos, quoniã filij Dei vocabuntur.

EXEMPLVM LVIII.

Somnolentia grauatus miles ſub matutinis audiuit, Talia poſſe pati ſoli meruere beati.

CVm ſanctus pater Bernardus per orbem vniuerſum diuerſa ſui ordinis fundaſſet monaſteria, rogatu Archiepiſcopi Moguntinæ vrbis Erbacenſe monaſterium duarum leucarum ſpatio à menibus præfatę vrbis iuxta ripam Rheni fluminis fundauit. Sanè vicini fideles, necnon, & remotiores nonnulli bono odore virtutum ſanctæ congregationis atracti de plenitudine eius conſilij grauitatem, orationum ſuffragia, periculorum tutamina quærere, & de abundantia ſua pauperum Chriſti inopia largiter ſupplere, pręcipuas etiam ſolennitates quidam deuotionis intuitu illic agere conſueuerunt. De quorum numero milles quidam armis ſtrenuus, nec non natalibus clarus, deuotione non infimus, nomine Conradus, ſolennem diem Purificationis beatæ Mariæ Virginis, & matris ibidem celebrare, ſacriſque vigilijs ob reuerentiam tantæ diei in longum valde productis a principio vſque ad finem deuotus intereſſe ſolebat, quatenus ſanctæ illius multitudinis precib. adiutus, & exhortatione ſolennis ſermonis recreatus, diuinis miſſarum ſacramẽtis munit⁹, la es ,pprios lætior repetens, benedictionem domui ſui reportaret. Licet.n. ſecularis vitæ caſibus interitus, etiam ea quæ mundi ſunt cogitans, vitã fructiferam ſe non habere humiliter recognoſceret, tñ velut vlmus promptiſſima vitem ſpiritalem cum ſuis fructibus temporalia impendendo ſuſtentare ſatagebat. Accidit verò vt quadã vice vrgentioribus rei familiaris occupationibus impeditus, ad prędictam feſtiuitatẽ minus tẽ peſtiuè occurreret, ideoque profunda iã nocte cubitum vadens, dum ex laſſitudine itineris fatigatos artus in lectulo collocaſſet, alto ſopore depreſſus ſignum vigiliarum, quo fratres ad diuinas laudes perſoluendas excitabantur, nequaquam audiuit. Poſt horam expergefactus, dum concentus melodiæ in auribus eius reſonaret, celerius delectulo exiliuit. Venienſque in Eccleſiã in parte auſtrali eiuſdem Eccleſiæ, vbi hoſpites diuinis intereſſe ſolent, coram vno de altaribus mœſtus conſedit. Sedens igitur, negligentiamque ſuã recompenſare volẽs, nitebatur ſanctæ deuotionis, quæ per totam Eccleſiam illam tam in cantib. quam in orationibus certatim feruebat, aliquo modo particeps fieri ſed fallacia ſomnolentiæ preſſus, ad vigilandum, & orandum ſeminus expeditam eſſe dolebat. Vnde ſibimetipſi iratus, dum in longum extenderentur vigiliæ, nunc quidem ſtabat, nunc verò ſedebat, interdum etiam frontem, & tempora manu fricabat, ſicque quaſi arte quadam ſomni violentiã euincere conabatur. Interim conſiderans cum quanta alacritate vocum, & mentium fratres diuinis laudibus inſiſterent, ſimul etiam carnis ſuæ imbecillitatẽ per horreſcens, non ſine magnæ admirationis ſtupore, & quaſi cauſando loquebatur ad Dominum, dicens; Domine Deus, quæ eſt hęc tolerantia vltra poſſibiliratem humanæ fragilitatis extenſa, qua fratres iſti velut metas corruptibilis naturæ exceſſerunt, propter te morte afficiuntur tota die, & tota nocte. Ecce.n. cum in

perbiæ fratris illius, aperuit oculos eius, viditque fratre illo de stallo se mouente, & ante gradum altaris solum capite modicũ quid inclinante, ostiumque chori egredi festinante, teterrimum dæmonum collo eius insilientem, ipsumque vsque ad introitum infirmatorij miris modis gesticulando, atque cachinnando, vt verbo inusitato ineruiæque digno loquar, equitantem. Post modicum verò de infirmatorio egredientis humeris ferus agitator rursus insilijt, & tanquam vere irrationabile iumentum capistro socordiæ tractum, flagello turpissimæ mollitiei vsque ante spondam lectuli, in qua malo suo pausare gestiebat, minauit. Denique quia nullus corrigere valet eum, qui timorem Dei neglexerit, miser ille optimi prioris, quæ de eo vidisset intimantis monita spernens, nec claustralis, disciplinæ rigorem, nec salutem superficie tenus tenere curauit, sed sessoris sui mortifera consilia secutus ordinem deseruit factus apostata vilis, vt in falsis bonis, vel potius corruptionibus huius mundi duceret dies suos, & in puncto ad inferna descenderet.

EXEMPLVM LX.

Purgatorium graue negligentes monachi sustinentes, seu anseres assari videntur.

MOnachus quidam in extremis agens antequã decederet raptus est in spiritu, ductusque ad loca pœnarum infernalia, viditque quod sine horrore referre non possumus, animas scilicet multas verubus, & contis acuminatis infixas ad rogum maximum in modum anserum torreri, & assari, ipsosque crudelissimos tortores cum sufflatorijs, alijsque igneis instrumentis miserorum tormenta totis nisibus aggregantes. Alij verò patellas, & sartagines ignitas de subtus iacentes ponebant, adimpemque, qui de ardentibus iacentium membris fluebat, diligentissimè colligentes eundem rursus bullientem, & nimis feruentem super eos, a quibus fluebat, refundebant, quam pœnam cæteris cruciatibus intolerabiliorem eis esse considerabat. Post hæc ductus est ad quendam refrigerij locum, vbi multitudinem animarum quasi post grauem aliquem laborem quiescentium inuenit. Interrogatusque ab angelo ductore suo, si sciret quæ hæc essent? se ne scire respondit. Sanctus verò angelus dixit ei: Hi quos vidisti ad ignem illum per maximum assari, homines sunt ordinis tui, qui licet criminalibus peccatis se nequaquam fœda uerint, non tamen sicut monet scriptura seruire Domino in timore, & tremore curauerunt, non disciplinæ censuram tenere, non quietis & silentijs patiens esse, non denique vigiliarum, & orationum solemnem deuotionem, neque laboris sanctæ psalmodiæ executionem strenuè sicut oportet æmulari studuerunt, sed magis curiosi, faceti, vagi, superflui, desidiosi, pigri, somnolenti, signis, iocis, & leuitatibus indulgentes, monasticæ professionis puritatem violare non timuerunt, qui postquam secundum æquissimam iusti iudicis Dei sententiam in supra visis pœnis alij breuius, alij prolixius pro quantitate, & qualitate excessuũ suorum purgati fuerint, mediante gratia Dei in hunc refrigerij locum introducuntur, atque hic post horrenda supplicia illa pausantes perfectionem beatitudinis suæ cum patientia præstolantur. lib. 7. Specul. hist. Vincent. c. 19.

EXEMPLVM LXI.

Cantor lasciuiè vocem inflectendo in diuinis laudibus a dæmone irridetur.

DIcebat abbas Norimundensis fuisse monachum quandam in vno de cœnobijs Cisterciensis ordinis, qui dono nobilissimæ vocis exultans, vigorem eius in omni labore seruitij Dei expendere dedignabatur: sed magis propriam gloriam captans, festiua quæq; responsoria, quæ pro singulari priuilegio vocis suæ ipsi assignabantur, lætus, sed non timoratus, hilaris, sed minimè deuotis solemnizando cantabat. Factum est autem in quadam festiuitate dum in omnibus, quæ a conuentu fratrum ad laudem Dei decantabantur, velut mutus, & elinguis staret, & versum responsorij sui non planè in grauibus, sed in acutis, uel potius in acutissimis vocem quatiẽdo, tinnulos modulos flexibilitate vocis formando solita lasciuia decantaret. Quo finito, vt a quo merces ridiculosi cantus spe

randa esset intelligeret, tam ipso, quam cæteris qui circa ipsum erant videntibus, apparuit dæmunculus teter & fuscus in modum pueruli, qui manibus impuris faciens plausum, & miro modo cachinnans, exclamauit, dicens; O, ò, bene, bene cantauit, optime cantatum est.

EXEMPLVM LXII.

Diuina reuelatione virgo quædam cognoscit in religiosis Deo specialiter displicere multiplicationem agrorum, ædificiorum superfluitatem, & vocum lasciuiã.

QVod etiam nostris temporib. eximiæ religionis, & specialis abstinentiæ sancta virgo quæ iam de hac lasciuia cantus diuina reuelatione instructa prodiderit non tacebimus. Cum enim dominus abbas Cisterciensis, qui est pater Patriarchalis totius sancti ordinis nostri, ad eam gratia visitationis aliquando venisset, interdulcia æternæ vitæ colloquia, cœpit abbas attentius rogare, quatenus eadem Dei famula diuinitus sibi reuelari deposceret, quod in ordine Cisterciensi puritati veræ religionis magis contrarium per negligentiam irrepsisset? Illa verò post acceptas inducias, fusasque ad Dominum preces, ita respondit. Sciatis Domine tria esse in ordine vestro, quæ specialiter oculos summæ maiestatis offendunt, multiplicatio, scilicet agrorum, superfluitas ædificiorum, atque lasciuia vocum.

EXEMPLVM LXIII.

Affectu carnali abbas moriturus consanguineum suum in abbatem substituens, graui defunctus pœna mulctatur.

ABbas cuiusdam cœnobij monachum quendam neporem suum a puero enutrierat, & vsque ad spectabiles mores prouexerat. Contigit verò vt idem abbas extremæ sortis articulo sibi imminente, viam vniuersæ carnis ingressurus esset. Fratribus itaque quos sub cura sua habuerat de illius ordinationem suam lugentibus (fuerat enim vir prudens) cum de substitutione alterius tractaretur, diuersis diuersa sentientibus, ne forte ex studijs partium res in contentionem veniret, communi consensum decretum est, quatenus vota sua ipsi, vt patri spirituali, committerent, qui conscientias singulorum plenius nosset, & quem ille sibi successorem deprimeret, hunc absq; refragatione vnanimiter in abbatem eligerent. Cum autem prædictus abbas in illa hora tremenda exitus sui memorari debuisset iustitiæ Dei solius, & pure secundum Deum puram sibi exhibentibus obedientiam consulere, carnis & sanguinis affectione male illectus, ante fatum neporem suum fratribus illis designauit, dicens eum bene esse religiosum, & in exterioribus negotijs prouidum, & consideratiuum. Quod licet ex parte verum fuisset, quia tamen nequaquam sincera intentione, fratrum videlicet vtilitatibus consulendo consilium dederat, sed quantum ex pœna quæ subsecuta est intelligi datur, magis eo intuitu, vt parentela ipsius nepotis sui promotione illustrior redderetur, quam districtæ sententiæ pro hoc reatu suo moriens addictus sit, Dominus eidem successori minus canonicè adepto dignitatis demonstrare dignatus est. Erat nãque in eodem monasterio locus quidam amenus, & ad refrigerandum accommodus atque in ipso loco fons perspicuus, fluenti murmure scaturiens, qui per crepidinem alueoli sui luxuriantibus herbis iocundus, tam viuacitatem sui, quam etiã herbarum gratiosa viriditate animas, & oculos attendentium mulcebat. Hunc locum defunctus abbas dum vitales adhuc carperet auras refrigerandi gratia frequẽtare solebat ibi animum omnium mordentium curarum æstibus defatigatum relaxans, tanto liberius, quanto secretius euaporare sinebat. Cuius relaxionis consuetudinem successor ipsius eodem modo tenere decernens, locum frequentabat & ipse. Vna verò dierum cum solito more ad prædictum locum accederet, audiuit quasi de fundo fontis vocem lachrymabiliter plangentis, & heu, heu, me miserum ingeminantis. Tertius vero vehementer & consternatus, vbi proprius accessit diligentius auscultans, hanc esse prædecessoris sui defuncti abbatis voce ex olim nota sibi qualitate vocis recognouit. Tunc verò trementibus præ stupore labijs, quærenti, quisnam esset, qui illic ita plangeret? eadem vox quasi de sub aquis respondit, dicens. Ego sum ille cõsanguineus tuus quon-

iam

dam abbas, nunc autem miſerabilis ſpiritus, cui tu ad multam confuſionẽ, & infœlicitatem meã ad regimen monaſterij huius ſucceſſiſti. Interrogatus, cur ita plange ret, quia ardeo, inquit. Rurſus interrogatus, cur ardere, cum religioſa uita ipſius, quam in corpore geſſerat, requiem magis, quam tormenta meruiſſe videretur. Tu inquit, incendij mei cauſa es. Et ait abbas. Ego quare, vel quomodo? Quia, inquit, fratribus quibus indignus præeram perſonam animarum ſuarum ſaluti proficuam quæ rentibus, & mihi poſt Deum vota, & conſilia ſua cõmittentibus, heu, affinitatis, qua mihi conjunctus eras, lenocinio cœcatus non ſecundum timorẽ Dei, ſed ſecundum propriæ voluntatis inſipientiam dedi conſilium, vt te ad apicẽ huius dignitatis proueherent. Idcirco iuſto Dei iudicio in hoc aquæ alueolo cruciatibus addictus ardeo, liquiſco, deficio, & in nihilum penereda ctus, ad eadem tormenta rurſus toleranda reſtauror. Quod ſi certius probare vis friuola non eſſe quæ audis, fac afferri candelabrum æneum, & lenta ſubmiſſione in aquam mitti. Mox præcipiente abbate, allatum eſt candelabrum æneum, & ſenſim in aquam miſſum, ſtupendo miraculo ita a facie frigidæ illius aquæ liquefactum eſt, ſicut fluit cera a facie ignis, &c.

EXEMPLVM LXIV.

Defunctorum animas Domino quoties pro cœmeterium iret, recommendans quanta iucunditate poſt mortem ab ipſis animabus ſuſceptus ſit.

IN partibus minoris Britanniæ erat aliquando homo ſecularis, qui licet ſecularibus, negotiis deditus, curæque rei familiaris intentus eſſet, erat tamen fidelis, & timoratus, atque in obſeruantia mandatorum Dei pro modulo ſuo deuotus. Inter cætera uero bona quæ vel publice, vel priuatim ſolo Deo teſtante faciebat, talem ſibi fecerat conſuetudinem, vt ad Eccleſiam vadens, uel inde rediens, ſeu quacunque alia occaſione cœmeterium tranſiens pro animab. fidelium ibidem pauſantium deuotam Domino precem libaret. Contigit uero, ut expleto tempore vitæ ſuæ de hoc ſeculo nequam migraturus lecto decũberet, cumque iam morte ſe uicinum ſentiret, mediis noctis tenebris miſit ad presbyterum ſuum, rogans ut ad uiſitandum ſe Dominico ſacramento uenire dignaretur. Presbyter uero ſeguitie preſſus, & hen plus diligens carnis ſuæ commodum, quã ſalutem animi parochiani ſui, pergere recuſauit, diaconum tamen ſuum, nomine Danielem, bonæ conuerſationis uirum vice ſua deſtinauit, qui libenter obediens, & iuſſa celeriter complens, poſtquam morienti viaticum tradidit, ad propria redire non diſtulit. Mox ergò ut pauperculus ille, ſed meritis diues infimus, perpetuæ ſanitatis non perituræ, diuiturnarum largitorem Chriſtum Dominum ad munimen ſui recepit lætus, hominem exiuit, & cum illo, ut credimus, qui pauperum ſuſceptor fieri dignatus eſt, paradiſi portas ingreſſus, lucidas beatorum ſpirituum manſiones accepit. Diaconus uero rediens ubi oſtio Eccleſiæ appropinquauit, inuenit illud apertum quod clauſum, firmiſſimeque obſeratum dimiſerat. Vnde cum multum obſtupuiſſet, & ancipites mente uerſaret cogitationes, mox diuina uirtute in eodem loco defixus eſt, ut ſe inde mouere non poſſet. Et ecce repente in cœmeterio illo audita eſt vox clamantis, & dicentis. Surgite fideles vniuerſi quantocius, & exite de tumulis veſtris quotquot in cœmeterio eſtis, uel requieſcitis, vt conuenientes in Eccleſia commendemus animam huius defuncti chariſſimi noſtri, & rependamus ei uicem beneficii ſui, quoties enim per hoc cœmeterium tranſire ſolebat, toties pro nobis orationem ſpecialem facere conſueuerat. Ad hanc uocem defuncti cœpere uelociter exurgere mortui, factusque ex hoc fragor atque tumultus gradis, cum egrederentur de tumulis ſuis. Porro in Eccleſia uidebantur cerei multi hinc inde parietibus affixi, qui eandem baſilicam copioſo lumine illuſtrabant, quam cum defuncti illi ingreſſi fuiſſent, cœperunt melodia ſuaui ibi dominum in communi laudare, & commendationis officium ſolenniter decantare, ita vt vno dicente collectas, & orationes alij ſubiungeret amen, cæteraſque reſponſiones quemadmodum in choro pſallentium fieri ſoler. Commẽdatione uero completa declamatum eſt denuo, vt ſinguli reuerterentur ad loca ſua. Quibus egreſſi de oratorio, fa-

ne primi fratricidæ immolare feſtinabant, ecce repente vident armatorum multitudinem magnam totum cœmeterium repleſſe, quam defunctorum animas fuiſſe, pro quibus ille orabat non improbabiliter credimus, quæ etiam interceſſorem ſuum ſtipata corona ambientes, vt orationem quam pro eis inchoauerat, abſque impedimento perficere poſſet ſancta ſolicitudine obſeruabãt. At vero Deo odibiles illi, ſolo maligno deſiderij voto homicidę, videntes, tam ſubitam rerum mutationem, & armatorum turbam ſibi imminente ſtupefacti, & mente cõſternati fugam velociter inierunt, & qui alienam uitam crudeli occiſione perimere venerant emolimenti maximi loco reputabãt ſi ſuam ſuge præſidio ſeruare potuiſſent. Deuotus autem ille orator nil temporale vidēs aut ſentiens poſtquam orationem ſuã compleuit curſum, quem pietatis intuitu tantæ neceſſitatis articulo conſtrictus omiſerat repetens peruia celeritate velut inſequẽtium inimicorum ſe, manus fugiens propere aufugit, & quia gladios furentium inimicorum de tam proximo ſibi imminentium euadere potuiſſet, miratus expauit. Cęterum poſt aliquantulum temporis, paciſque pulchritudine inter partes ſtabiliter reintegrata cum familiariter inuicem quærerent, illi quidem quid clauſæ extitiſſet, quod mortis periculo ſibi imminente ſic immobilis ſtãs de loco motus non fuiſſet, ille cur vitæ ipſius peperciſſent cum opportunitatem perdendi eum nacti fuiſſent, cognita ab alterutrum myſterij veritate Dominum, qui fecit mirabilia magna ſolus, magnifice collaudabant, & tam ipſi quam etiam plures alijs, qui tam grãde miraculum percipere potuerunt, ad orandum pro fidelibus defunctis, non mediocriter accenſi ſunt.

EXEMPLVM LXVI.

Defunctorum animæ ſacerdoti oranti pro eis, Amen reſponderunt.

APud Prouinciam quæ Germania trãs Rhenũ dicitur, quæ vulgò Saxonia dicitur, in cœnobio quod de Cluniacenſi Eccleſia infra muros Padeburnenſis ciuitatis conſtructum nomini ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli intitulatum eſt, fuit priſcis temporibus, dum adhuc Cluniacenſis ordo in ſtatu ſuo vigeret, monachus quidam ſecundum nomen ſuum Chriſtum amans, qui Vamanio naturali homine vocabatur. Hic cum eſſet ſacerdotali honore prædituſ officium ſanctum, moribus ſanctis adornare curabat, & diuina myſteria deuotione, qua ſpiritalem miniſterium decebat, celebrabat. Vt autem tanto deuotius, quanto ſecretius incontaminatum ſacrificium in arca contriti cordis offerre poſſet capellulam quandam in honore ſancti Alexij conſecratam, & ab oratorio eiuſdem loci cœmeterio tantum interiacente remotam, cauſa dicendæ miſſæ frequentare ſolebat. Vnde & ipſum cœmeterium reciproco itinere aſſidue terere neceſſe habebat. Ad ſacram vero ædem vadens aut inde rediens manum deuotè orationis, abſque tædio identitatis porrigebat fidelibus defunctis, & quo ſe tranſactis diebus ſuis incinerandum fore, recogitabat eo incineratorum pericula pie penſans eorum ſupplicia mitigari ſuppliciter precabatur. Factum eſt autem in vna dierum, dum celebratis ſacris myſterijs redire pignus ſanctæ orationis, his quibus eum debitorem pietas effecerat, ſicut ſolebat perſolueret, completaque oratione in concluſione ſubiungeret. Requieſcant in pace, audiuit manifeſtè multitudinis turbam reſpondentem: Amen, amen, Quod vbi audiuit totus intremuit, & has voces eſſe animarum, pro quibus orabat putans, tam contiguas ſibi viſibiliter eſſe miratus expauit, bonæque conſuetudinis vſum, quem deuote eatenus ſeruauerat, tanto deinceps propenſiori diligentia proſecutus eſt, quanto deuotionis ſuæ obſequium acceptabile Deo fidelibuſque animabus gratum & fructuoſum exiſtere, tam inuſitati miraculi nouitate latus agnouit. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur.

DISTINCTIO QVARTA.

EX SPECVLO HISTORIALI VINCENTII BELVACENSIS,

Ordinis Prædicatorum,

Et ex ſcriptis Helinandi, ordinis Benedictis, quæ refert idem Vincentius ibidem, & ex tripartita hiſtoria Marci Aurelij Caſſiodori.

EXEMPLVM I.

Beata virgo furia repentine fatigatum clericum ſibi deuotum ſanat, & os illud quod ſæpe in eius laudibus aperuit reddidit ſanitati.

CLericus quidam ſuppetente rerum copia ſeculo deditus matris Domini amorem & reuerentiam eius, animo ſic omnino indixerat, vt quandocũque Eccleſię ingreſſus, vel per Eccleſiam ei contingeret tranſitus, nulla ſeculi ſolicitudo, nulla ſurrepere poſſet obliuio, quin cum omni deuotione, & humilitate genuflexo illa Angelica ſalutatione eam honoraret, dicẽs: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, &c Rurſum genuflexo. Beatus venter qui te portauit Chriſte, & beata vbera, quæ te lactauerũt Dominum Deum Saluatorem noſtrum. Hic aliquando moleſtia corporis tactus deſperatus eſt, tantumque dolor inualuit, vt linguam ſuam, & labia ſua dentibus ſuis commanducaret, idipſum de membris cæteris facturus ſi permitteretur. Cumque iam lingua, & labijs penitus conſumptis, vehementer a ſuis ne in alijs membris hoc facerent teneretur, iaceretque horrendus aſpectu, ſenſibus corporis exemptus, vidit iuxta lectuli ſui caput perſonam conſiſtere, pulchra facie, & reuerendo aſpectu, qui quantum datur intelligi, Angelus eius erat, hic ægroti ſui ærumnas deplorans, in hunc modum lamentari videbatur. Quid, ò Domina miſericordiæ, fons pietatis, hoccine eſt gloriæ, & gratiæ tuæ ſalutatorium, hæccine eſt lingua in beatificationem ventris, & partus tui longo vſu, de ardenti affectu ficaſſue facta, vt pene nihil aliud ſonare noſſet in Eccleſia Dei. Domina, Domina, ſi tu dees tuis, quis aderit ſuis? Non ſic Domina, non ſic, ad nihilum deueniet ſpes hominũ, ſi in te non incipiunt habere refugium. Hęc cum ille in auribus ægri declamaret, apparuit vtrique matri Domini, & quaſi ſatisfaciens de negligentia in ſeruulum ſuum, de qua inſimulabatur, ad lectum propius accedit, extractaque vbera viſa eſt protinus immittere in os ægri, & ſancti lactis fui rore infuſo, ſubito ſuæ linguæ integritatem, & labijs antiquum decorem in toto eius corpore priſtinam reſtaurauit ſanitatem, redditus igitur ſenſibus, continuo ſurrexit ſanus, & incolumis, & factam circa ſe miſericordiã, etiamſi lingua taceret, repentina vitę, & morum mutatione omnibus cœpit prædicare, etenim ſe, & ſua Dei ſeruitio mancipans, de cætero duxit vitam religioſam. lib. 7. c. 84.

EXEMPLVM II.

Votum ſuum ne infringeret quidam clericus a beata virgine minis deterretur.

QVidam pueri clerici, ante quandam Eccleſiam ludum pilæ exercebant. Quorum vnus qui habebat in manu annullum, quem ei puella quædam donauerat, carnali amore ducta, timens ne forte aſſidua pilæ percuſſione frangeretur diuertit ad Eccleſiam, vt alicubi eum reponeret, donec

donec post ludum ipsum reciperet. Ingressus itaque ante imaginem Virginis Mariæ intuitus eam, & admirans eius pulchritudinem, genuflexo deuotè salutauit virginem, & addidit. Verè in omnibus formosiores, & illa etiam, quę mihi hunc annulum amoris munere condonauit. Ideoque ei renuncio teque deinceps amare, & tibi deseruire decerno, ita duntaxat, vt ego vitæ reddita amore tuo dignus inueniar. Sic igitur præfatus puer annulum suum digito imaginis, quem habebat sursum erectũ indidit. Quo accepto, quasi conditum comprobans, & fidem adhibens, mirabile dictu digitum suum imago constrinxit. Quo visu puer stupore permotus circunstantes aduocat, & rei nouitatem mirantib. salutationis ordinem, & voci conditionem enarrat. Quod illi audientes eum seculo renunciare, & votum persoluere hortabantur, quatenus Dei genetricis seruus & amicus sicut dixerat haberetur. At ille spinis diuitiarum obstantibus, ægre quod monebatur audiens ingratus extitit, & post modicum imagini mentitus, vxorem ducere non expauit. Sed prima nocte nuptiarum, B. Virgo Maria, quasi inter ipsum, & vxorem eius media recumbens apparuit, annulum digito prætendẽs, & infidelitatis eum arguens. Excitatus ille de somno, circa se palpitabat quærens imaginem, & non inueniens eam credidit esse phantasma. Iterum a somno detentus, vidit eam assistere, non sicut prius blande alloquentem, sed cum indignatione vultum auertentem, & tormẽta durissima pro contemptu sui, & voto irrito comminantem. Euigilãs igitur, & iterata admonitione perterritus, relictis omnibus, quæ habebat eadem nocte in eremum clam secessit, vbi habitum monachi vitamq; professus, Dominæ, & amicæ suæ correctis dieb. vitæ suæ deuoto animo deseruiuit. Maluit enim fidem seruare Reginæ cęlorum, quam ei ante nuptias promiserat cum mundicia animæ corpore impolluto, quam sponsæ mortali cum integritatis iactura copulari contra votum quo obligatus erat lib. 7. cap. 87.

EXEMPLVM III.

Beata Virgo Maria Imperatricem castissimam, marito fidelissimam, & propter corporalem pulchritudinem multa perpessam, a tribulationibus liberat.

FVit quidam Romanus Imperator, qui prouidit Dei clementia vxorem genere, & moribus nobilissimam ac pulchritudine honestissimam, nec turpis ac carnalis delectatio illos captiuabat, sed inuicem sobrie, & iuste sub legali coniugio se non mediocriter diligebunt. Venit autem in mentem Imperatoris vt pergeret longè, lateq; per orbem visitare loca sanctorum. Accepto itaq; assensu a coniuge, & regnum, & quendam fratrem suum adolescentem attentius ei commendans digressus est. Is se autem dictus adolescens specie deceptus Imperatricis in amorem eius vehementer exarsit & tandem etiam quo stimulo ille vrgeretur, ei aperuit. Cumq; Imperatrici pluries molestus esset, & illa penitus renueret, tandem iuueni cœcato ad eius amplexus se ventura simulate promisit. Interim verò turrim quandam parare non distulit, in qua duos adolescentes, & duas puellas ad seruiendum iuueni mittere curauit, vt necessaria quæque illi sursum cum funibus traherent. Determinato autem die quo Imperatrix, & iuuenis turrim illam priuatim conscenderent, vt ille quod desiderabat expleret gauisus est. Sed illo præeunte, & intrante pudica Domina in domum redijt retento iuuene in turri. Sedit autem sub Imperatrice Roma pacifica, donec Imperator rediret ad propria. Post quinque annos audiens aduentum eius, gauisa est valde, iussitque nobiles, & maiores clerici in occursum eius secum exire, & vicos ciuitatis ornari decenter. Fratrem quoque Imperatoris inconsulto de turri emisit, vt fratris obuius exiret. Qui in occursum illius reginam præuenit, & versa vice eam malè infamauit. Requisitus enim a fratre, cur tam afflictus, & pallidus, ac crine deformis esset? Respondit cum lachrymis. Mi frater charissime, pessima meretrix coniunx tua, sicut cum multis fornicari consueuit, & ira me in sceleus præcipitare secum tẽtauit, nullus enim ab eius impudico amplexu ex quo recessisti prohibitus est.

Quod

Quod ego ferre non potui, ſed ab ea recedens in quodam turri me nunc vſq; incluſi. Audiens Imperator, quas non ſperauerat de vxore contumelias nunciari, dolore cordis percuſſus, penè exanimis in terram corruit. Poſt ſpatium vnius horæ ſurrexit, & confortatus aſſantium conſolationibus, equum aſcendit. In craſtinum autem Imperatrix cum comitatu multo ad virum ſuum peruenit, quæ cum illum, vt dignum erat, amplecti vellet, percuſſa ab eo in faciem grauiter confuſa cecidit, vocatis quoque duobus ſeruis Imperator, dixit. Quia non eſt cum meretrice certandum, ite in ſiluam profundam, & ducite eam ad decollationem. Qui cum ad locum, vbi decollanda erat, peruenissent, admirante eius pulchritudinem dixerunt ad inuicem: Priuſquam interficiatur cognoſcamus eã, quia non eſt in mundo pulchrior illa. Irruentibus illis in eam, illa ſuſpiciens in cœlum voce lachrymabili Dei reſpectum, & virginis ſanctæ Mariæ afflagitabat auxilium. Quidam autem nobilis Heros non longè iter faciens cum comitatu multorum, qui limina Apoſtolorum, & loca Sanctorum Romæ viſitauerant, audientes clamoribus reſonare ſiluam, primò putauerunt aliquam feram in rebus corruiſſe, & veloci curſu illuc venerunt. Videntes quem tam venerabilem perſonam ſeruos impudicos diſtrahere, morti eos concitè tradiderunt. Requiritur mulier quæ eſſet, & cur illi talia contingerent? At illa celata ſublimitatis altitudine ſupplici vultu, & humili voce rogauit, vt eam Dominus eorum ſecum duceret, & ab ea ancillare obſequium ſaluo honore pudicitiæ reciperet.

Qui petitioni eius libenter annuens, illam ad propria perduxit, quam vxor eius honorifice recipiens, vnicum ei filium educandum commiſit. Paruulo autem ſuſcepto illa maiorem adhibuit diligentiam, quam ſi ipſa eum genuiſſet. Fugiebat laſciuiam, frequentabat Eccleſiam. Sed nec ibi malignus ſpiritus tentare deſijt, vincere tamen eam non valuit. Erat quidam miles in curia, qui ad amorem eius pertingere cupiens blandis ſermonibus ac multis promiſſionibus eam, vt ſibi coniugio copularetur tentabat. Illa vero caſtè ſe eum diligere reſpondens, amore Domini ſui, cuius frater erat, nubere ei omnino negauit, quamobrem cœpit miſer tractare in animo, quid mulieri, quæ in tanta eum viritate habebat, pararet vt occideretur, vel fugaretur. Itaque intempeſta noctis hora ductu diabolico venit, vbi illa dormiebat, & infans ſinu eius ſibi commendatus, gutturque pueri filij fratris ſui cultro per medium ſecuit, & gladium in manu mulieris dormientis relinquens receſſit. Cum ergo ſanguis pueri per medium lecti decurreret, & latus mulieris inficeret excitata vehementer expauit. Et cum ſe miſeram procla maſſet, ſolita mater, & pater de filio ſurgentes concito de lecto venerunt cum lumine ad filium, quem iugulatum videntes, & in manu mulieris cultum, quantus dolor eos inuaſit, & omnem familiam vix explicari poteſt. Venit deniq. ſceleratiſſimus homicida fictas lachrymas fundens, & voluit occidere tanti ſceleris ignaram, dicens fratri ſuo: Adduxiſti huc meretricem pro multis criminibus in alia patria iudicatam interfici, iam vt igni tradatur dignam eam facit mors filij tui. At Heros ille nobilis, & vxor eius eam interfici prohibentes, mandauerunt nautis ad portum proximi maris, vt eam in alienam terram ducerent. Venit ergo perfuſa lachrymis faciem, comam diſcerpens, cum ſeruis ad mare, & intrauit nauim. Cumque nauis per altum mare nauigaſſent, conſiderata eius ſpecie, allocuti ſunt eam, vt eis aſſentiret, reſiſtentique ob amorem pudicitiæ dixerunt. Vnum e duobus elige, aut nobis commiſceri, aut in mare præcipitari. Reſpondit illa ſe libentius inter fluctus deficere, quam eorum libidinoſis petitionibus aſſentire. Qui mutato conſilio in quadam alta rupe, quæ ante eos in mari eminebat. Domino prouidente eam reliquerunt, ubi cum totam noctem duxiſſet inſomnem, ſummo diluculo mœrore, & triduano ieiunio afflicta parum obdormiuit. Apparuitque ei ſancta virgo Maria Regina gloriæ, admirabili facie, ſtellante oculorum acie, dicés ei. Quia multa propter caſti coniugij ſeruandam fidem ſuſtinuiſti aduerſa, omnis amodo tentatio impiorum a te expellanda eſt, & quas paſſa es, iniuriæ manifeſtabuntur. Collige herbam, quæ eſt ſub capite tuo, & quibuſcunque leproſis dederis hinc bibere in nomine Ieſu Chriſti ſanabuntur. Excitata autem mulier, & viſione lætificata

cum

cum deuotis orationibus herbam collegit cui ſimilem ante non viderat, & chirothecas de manibus extrahens ſuis, impleuit. Hora autem tertia nautæ a Deo miſſi, iter facientes, iuxta rupem illam vocati ab ea applicuerunt, qui videntes eam tam venerabilem eſſe perſonam, conſolentes ei, receptam in nauim duxerunt ad portum. Egreſſa autem de naui inuenit leproſum vultu miserabilem, attulitque herbæ portiunculam cum vino, dedit ei bibere, & confeſtim ſanatus eſt. Exijt fama eius longe lateque, & venit ad ciuitatem illam, in qua erat impius ille leprosus effectus, qui fratris filium in ſinu huius Domine ceciderat. Ad hunc multis precibus adducta, ſed nec ab ipſo, nec ab vllo de familia domus cognita, rogatur omnibus a fratre illius leproſi, vt ei ſubueniat, & quicquid mercedis inde velit recipiat. Illa ſe ſubuenire promittit, ſi de omnibus peccatis ſuis coram ea, & ſeptem perſonis confeſſus fuerit. Et ille quidem cõfitens multa, dixit, ſed celabat ſcelus quod in eam commiſit. Reſpondit ei mulier nihil ei proficere medicinam ſuam abſcondito vllo criminali, ſed oportere eos prius animam purgare & ſanari ab vniuerſis ægritudinibus antequam medicina aliqua corpori prodeſſe poſſet, nec prodeſſe peccatorum omnium confeſſionem, & detectionem, ſi vnum ex eis conſulto cenſetur, quoniam largitas diuinæ miſericordiæ vnum peccatum abſque alijs minime relaxat. Tunc ait frater ſuus, cuius filium interfecerat. Aperi cor tuum, & emunda ab omni peccato, & quid aduerſum me male egiſti, totum tibi dimittetur. Reſolutus itaque in lachrymas, qualiter egerat manifeſtauit. Audiens autẽ Heros expauit vehementer, dicens ſe plus de amiſſione nobiliſſimæ mulieris, quam de morte ſui fratris triſtem eſſe. At illa reſpondit: Domine mi, noli contriſtari, ego enim ſum mulier illa, quæ malum pro malo non reddam, ſed bonum pro malo tribuam. Reſtituto illo ſanitati, rogabant eam, vt ibi maneret, & quem ſanauerat in ſponſum acciperet. Quibus non adquieſcens receſſit, & ſanando leproſos nonnullos Romam incognita petijt, ibique pluribus a lepra mandauit. Sed & fratrem Imperatoris, vlciſcente Deo, inuaſerat lepra grauiſſima vſque ad mortem, ad quem curandum adducta, ſed a nullo agnita, ſimili modo & hunc peccatum ſuum, quod in eam commiſerat, confiteri coram Papa, & ſenatu Romano fecit. Quo audito Imperator flens, & pugnis faciem pectuſque percutiens, miſeriam ſe exclamauit. Flebant quoque omnes, qui aderant & audierant recordationem Imperatricis egregiæ. At illa fletus eorum non ſuſtinens, ſanato prius iuuene, dixit. Ego ſum illa. Tunc quanta lætitia Romanum populum impleuerit non eſt facile dictu. Voluit eam Imperator quaſi a Deo reſuſcitatam in vxorem, & populus in Dominam accipere, ſed intra ſe aliter agens, dixit ad Papam; Votum feci in tribulationibus meis Domino, me nulli vlterius viro coniungere, ſed in monachali veſte caſtimoniam ſeruare. Requiritur ergo anima mea de manu tua, ſi timens, vel diligens hominem plus, quam Deum veſte ſancta nõ velaueris me. Tunc ille mox eam benedixit, & induit. lib. 7. c. 90. 91. & 92.

EXEMPLVM IV.

Confeſſione, & beatæ virginis auxilio nobilis quædam fœmina quæ ſancte cum marito vixerat, & poſt eius diſceſſum in grauia peccata ceciderat, etiam ab infamia à diabolo procurata liberatur.

FVit quidam diues Romæ cum vxore ſua, vterque genere nobilis, moribus laudabilis, ſola eis proles deerat, cum ad votum cætera cederent vniuerſa. Conuerſi quæ ad Dominum poſtulabant filium effuſi in miſericordijs pauperum, commendantes ſe ad omnem continentiam ſecundum Deum.

Deus igitur videns afflictionem eorum, dedit mulieri cõceptum, & peperit filium. Quo nato regales apparãtur delitiæ ſonant organa, chori ordinantur. Interea dum de charo filio pater minus cauto amore gratulatur, charitate a carnalitate aliquantiſper ſuffocata, non ita deuote, vt prius, in datoris gloriam aſſurgit, vel gratiam quærit. Ali quotiens tamen ad ſe reuerſus compungebatur, nec illius carnalitatis impunitatem ferebat eſſe impunitam. Tandem pepigit fœdus cũ Deo, vt ſumptis pennis colũbæ in peregrina regionem, vel in ianuã ſolitudinem

nem auolaret, ubi ignotus viueret, & puritatis, atque pacis internæ ſoliditatem ſeruaret. Sed quia alligatus erat vxori, cor eius ad ſui propoſiti inclinauit aſſenſum. Quæ quidem querulos gemitus ingemina re cæpit, & ſingultibus concuſſo pectore, cu n lach ymis dixit. Quamuis moleſte dulciſſimi vultus tui fuſtineam abſentiam, hoc ſolum tamen amaricati cordis habeo ſolatium, & gio i ndi priuilegium, quod amori meo ſolam video præponi Chriſtum. Et quia votum hoc ſanctiſſimum ſcio liberum te dimitto, tantum, vt amore caſto me corde retineas. Illo exultante, & in gaudio vict ieis conſcientiæ exultante, materfamilias ſoluta à lege viri, iam licentius quæ Chriſti erant cogitabat, & liberalitatem in pauperes exercebat. Interea parvulum ſuum a lacte ſuſceſum, a cunis abſtractum, propenſius nutriebat, & delitijs reficiebat, omni die aut matris hærebat gremio, aut pendebat a collo, omni nocte inter matris vbera morabatur, omni in loco in memoria verſabatur. Sic ſuccedentibus, infantiæ pueritia, & pueritiæ adoleſcentia, etiam nunc mater non cum ab amplexibus arcebat, non ab oſculo repellebat, non etiam a lecto. Quid plura? Carnalis amor, quia non inuigilauit cautela, ſe inclinauit corruptelæ, filius pro marito admittitur concepto fœtu mater miſera corde, & corpore angustiatur, & impellente hinc inde uerecundiæ & doloris æſtu pene in deſperationem labitur.

Spe autem veniæ ducta & animata, non deſiſtebat a ieiuniis, orationibus, vigilijs, eleemoſynis. Interim veſte ad hoc cõgrua, uentris celato tumore, & per falſam hilaritatem vultus cordis diſſimulato dolore, uentum eſt ad diem partus, & tunc magna uelut mare contritio eius. Hinc enim dolenti ſuadebat ſilentium timor, & verecundia, hinc imbellebant ad planctum dolor, & angustia, ſic naſcitur infælix puer, ſum purus de ortu occaſum, de initio finem. Nam ſæua tigris, vix bene natum arripiens ſuffocauit, & ſuffocatum in ima latrinæ proiiciens, propera ſepultura damnauit. Et tunc quidem homines tam grande piaculum latuit, ſed mundi princeps, cum in anima captiuam mulierem teneret, cogitauit vt commune trophæum de ipſa ſtatueret, uolens etiam in eam ſæuire flagellis, quæ ſibi ſeruierat in flagitijs. Sumptõ igitur dæmon ſcholaris clerici ſchemate Romam uenit, cui iam intrauit, proceres ſalutauit.

Interrogatus, quis eſſet? Clericus, inquit ſum potens in ſcripturis, nullus mihi ſimilis in quæſtionibus ſoluendis, in ſecretis edicendis. Et vt peritiæ meæ certam habeatis experientiam, dicat quiſque quicquid perdidit, & ego illi manifeſtabo furti auctorem. Auditiſque omnium cauſis, certo ueritatis reſponſo ſingulis ſatisfaciebat, & furti rerum, fugam etiam, ſi fur aufugiſſet, propalabat. Ad noui famam coniectoris tã exteri, quam indigenæ conueniebant, latrones fugiebant aut eſſe quales fuerant Ac tenebant. Interea dum ſic placens Regi, & optimatibus eius plebi ſua damna referaret, Rege ipſo præſente turbam circumſtãtem ſic alloquutus eſt. Si uos credulos, & attentos polliceremini auditores, mira loquerer, & quiddam vix credibile auditu, horribile dictu, crudele actu vobis enarrarem. Miſericordia Domini, quod non eſtis conſumpti, quod Roma funditus non corruit, ac omnino periit, cum facinus præ omnib. detestabile in ea perpetratum ſit. Mulier enim illa, quam ſanctiſſimam dicitis, quæ in urbis veſtræ plateis & angulis ſibi per hypocriſim famæ titulum erexit, ſceleratiſſima eſt & omnium crudeliſſima fœminarum. Commiſit enim crimen quoddã non ſolum horrendum relatu, ſed etiam turpiſſimum memoratu. Nam de proprio filio conceptum filium, propriis manibus truci dauit, & ne videretur, in latrinam proiecit. Ad hanc uocẽ omnes conſternati. Noli, inquiunt, blaſphemare munditiæ ſacrarium, pietatis templum. Multę enim fæminæ congregauerunt virtutum diuitias, ſed hęc ſupergreſſa eſt vniuerſas. Hoc eſt, inquit ille, quod dixi, quia difficile crederetis mihi, veniat vt examinetur, & interium rogus in media platea paretur, in quo ſi cõfeſſa, vel conuicta fuerit, viuens incendatur ſin autem, ergo ligatis manibus a tergo mediis iniiciat flãmis Placuit Regi, & Satrapis conſilium eius, & miſſis ſatellitib. iuſſit eam honorifice introduci. Cui intranti palatium omnes aſſurrexerũt. Rex autem ipſe ſedem ei parari fecit, & ſibi conſidere iuſſit, facto que ſilentio, ait ei. Non te latet noui fama vatis, quem ſuſcitauit Deus in-

ſalutem

ſalutem Romanę gentis, quod autem non parum dolemus in multis te accuſat, & nō ſatis credibilia nobis contra te dicit teſtimonia. Confitere ergò ſi quod feciſti peccatum, & da gloriam Deo, vel purga te a crimine obiecto. Ipſa autem a Spiritu ſancto edocta reſpondit. Quoniam grauis eſt cauſa, & nil ſine conſilio facere docet ſapiens, nec ego tutum fore credo coram Rege, & proceribus eius, ſine conſilij patrocinio allegationem meam exercere, & ſine deliberatione me de obiectis mihi criminibus purgare. Acceptis igitur inducijs egreſſa eſt, non confiſa in homine, ſed toto corde per pœnitentiam confugit ad Chriſtum. Vir autem vitæ venerabilis Luciānus, vel Lucius nomine, tunc temporis Romanam ornabat cathedram, cuius pedibus prouolura, cum gemitu cordis, & torrente lachrymarum, calamitatis ſuę recenſuit hiſtoriam, ruptiſque veſtibus, & euulſis crinibus, requiſiuit ab eo, vtrum per quodcunque malagma pœnitentiæ curari poſſet vulnus peccatricis conſcientiæ. At ille videns compunctionem in ea eſſe vehementem, & totus ſuper eam pietatis viſceribus affluens, confiſus de Dei miſericordia reatus veniam, & vitæ remedium promiſit, dicens. Animæ quior eſto filia, quia maior eſt Dei pietas, quā quæuis iniquitas. Nam, & Petrus per lachrymas non ſolum reatus ſui veniam, ſed, & Apoſtolici principatus obtinuit dignitatem. Sic Maria Magdalena per ſanctificationem lachrymarum, de vaſe contumeliæ meruit eſſe vas gloriæ. Matrem verò Ieſu Mariam conſulo, vt prę omnibus inuoces, eamque aſſiduis precibus frequentes. Ipſa enim vnica ſpes humanæ reconciliationis, ipſa pręcipua cauſa æternæ ſaluris. Nolo autem tibi multa iniungere, quia tempus habes breue, ſed Dominica oratio tibi ſit abſolutio pro peccato. His ſermonibus animata mulier manus in cœlum, cor ad Mariam leuabat, orans eam in multo fletu, vt eius liberaretur interuentu ab impetione aduerſarij, & à confuſione communi. Statuta ita que die cum familiaribus perrexit ad curiam, & erat eius ſpes de cęleſti adiutorio pēdens, & cor maxime in Maria fiduciam habens. Nec deeſſe potuit mater miſericordiæ tam miſerabilibus ſuſpirijs pœnitentis, ſed inuiſibiliter eam protegens prę ſentia ſuæ maieſtatis, iudicandæ aſſiſtit ante tribunal terreni iudicis. Hac igitur beata comite mulier intrauit conſiſtorium, & à Rege, & populo reuerenter accepta, conſedit in medio omnibus facta ſpectaculum. Tunc omnium ore clauſo, & aure aperta, rex ait clerico. En quam accuſatti Domina prę ſens eſt, narra ſi quid habes. At ille intuitus mulierem mirabatur, quæ hęc eſſet. Reuera enim non ipſa erat, quę prius, ſed altera, quia per gratiam Spiritus ſancti alterata. Cumque omnes inſtarent, vt loqueretur. Non eſt, inquit, hęc inceſtuoſa, & homicida illa, quā accuſaui. Hæc eſt enim ſancta, hęc ſpecioſa inter filias Hieruſalem quod enim dicere timeo, & tacere nō poſſum. Maria mater Ieſu ei aſſiſtit, eamque conſouet, & cuſtodit. Ad hanc vocem omnes in ſtuporem verſi, frontes ſuas vexillo crucis armauerunt, & diabolus virtutem ſigni ſalutaris non ſuſtinens, quaſi fumus euanuit ex oculis eorum, omniſque concio gaudens, Mariæ iura gratiarum per ſoluit, & mulier ſis liberata a macula conſciētiæ, & famæ, coram populo inuenit nomē grande, iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra. lib. 7. cap. 93. 94. 95.

EXEMPLVM V.

Diues cattis apparentibus ad inferna deducitur, ſed paupercula vidua morituræ à beata virgine conſolatur.

CVuidam parochiæ præerat prębyter in ſeculo potens, & glorioſus, ſed nō minus vitijs, quam diuitijs plenus, hic ſub cura ſua habebat diuitem nobilem, & paupe culam viduam, qui vno tempore decumbentes, reſponſum mortis acceperunt in ſemetipſis. Vocatus eſt prębyter, vt morientem diuitem viſitaret, & accepta confeſſione, data communione, exitu ram animam Deo commendaret, qui de rapienda ſolummodo lana, non de oue curanda ſollicitus, vt diuitis nuncium vidit, ire feſtinauit. Intrauit palatium, penetrauit cubiculum, ubi iacebat diues, purpura, & ſerico circundatus, auro, & gemmis ornatus, ſuper plumarum mollitiem reſupinatus. Ibi inuenit circunſtantium

multitudinem, ſeductiora adulatione diuiti tollĕtia perſoluentem, coniunx, & filij, atque omnis familia Dominum lamentabatur. Sed, & quamplures ex ipſis ad rapiēdam hæreditatem ſuſpenſi, licet verbotenus mortem audaciæ, & præſumptionis damnarent, eam tamen tacito cogitationum æſtu precabantur citius venire, & hominem de medio tollere.

Itaq; presbyter ſecretum petijt, & qualemcunque confeſſionem extorſit. Deinde ſeſſione firmata numi captator, charitatis affectum ſimulans compati cœpit, & condolere, quærere quid vellet, quæ pars corporis grauius ſe haberet. Inter anciptes gladios ſecuritatem, & pacem falſus prophęta pollicebatur, verbiſque mendacioris liniebat parietē, cui Dominus ruinam minabatur. Interim ſuperuenit quidam ex parte viduæ, qui diceret eam in extremis agere, & chriſtianæ ſalutis remedia poſtulare. Sed presbyter cum ſenotum daret ad lactandum peccatorem nihil reſpondit. At diaconus propè aſſiſtens, pro muliere deſolata ad cor eius loquens, ait. Grande nobis piaculum, & fœminæ periculum, ſi noſtra negligentia ſine confeſſionis, & ſacri myſterij participatione eam migrare contigerit. Requiretur enim à manibus noſtri ſanguinis ouium noſtrarum, quæ nobis à Deo iuſto iudice creditæ ſunt, nec minus pauperum, quam diuitum curam habere nos oportet, nec minorem de illis, quam his rationem ſumus reddituri. Properemus ergò, ne noſtra culpa ſine viatico hinc paupercula illa recedere compellatur. Cui felle commoto presbyter ait. O ſani capitis conſilium, pro vili vidua nobilē relinquere patronum. Nē turberis, inquit diaconus ego ſi iubes infirmam viſitabo. His fauente presbytero, diaconus diſceſſit citò, ſumptaque ſalubri hoſtia ad viduæ tugurium peruenit, quę rebus quidem vacua, ſed bonis operibus plena, ſuper humum duram, & paruo ſtramine conſtratam collidebat membra ieiunijs exeta.

Ille itaque interno lumine oculos leuās, famulæ Chriſti in cœno iacenti vidit exiſtere excubias de cœlo. Mater enim Ieſu Maria aſſiſtebat cum choro virginali, quæ præferebat linteolum, & vultum eg otantis a ſudoribus mundans, ſatagebat circa frequens miniſterium.

His viſis diaconus ſtupens, ſtet eminus. Sed cęli regina ſuo filio toto corpore in terram p ctrata, adorauit cum eum ſuis virginibus. Quibus cęcis, data ſicutia, vi. Dei intrauit, Maria etiam ſedem patrę ac ne timeret hortante, ſedit, cōfeſſionē viduę accepit, communionem dedit, & pſalmis obitum eius præmunnit. Inde cum gaudio ad domū diuitis properauit, aditumq; in limine vidit nigros cattos circumuallantes lectum diuitis. Quos miſer ille videns, & nimis in ſenios ſentiens, fugiebat clamans: Tollite cattos, tollite, miſero ſubuenite. Venit tandem ęthiops voce minax, vultu terribilis, vinctum, quem in manibus geſtabat, faucibus immerſit pectoris. Infęlix animā nullam in tota domo ſalutē ſuā refrigerium conſcientię reperiens pauet, & trepidat, miſeratum mors paulatim occupat. Deniq; ęthiops ille furens vinctum violenter de palpitantibus faucibus extrahit, & ille horribilem dans vocem, infęlicem ſpiritum dedit. Irruerunt cęteri complices, & peccatricem animam flagris, & vulneribus afficientes, immergunt in locum tenebrarū, & lacum mortis ętern. Cum hoc aſpiceret diaconus, timor tenuit eum, & cadens factus eſt in mentis exceſſum. Sed mox ei apparens mater regis gloriæ. Ne timeas, inquit, chariſſime, non ubi diabolica nocebit malignitas, cui parata eſt beatitudo cęleſtis. His blanditijs recreatus, poſtquam ad ſe rediit, conſolatrici ſuę gratias rependit, & ex his reuelationibus non parum profecit. lib. 7. cap. 96.

EXEMPLVM V.

Beata virgo Maria, amico ſuo ſancto Bonito Epiſcopo, pulcherrimam ueſtem in amoris ſignum tribuit.

SAnctus prælul Bonitus Aluernenſis, cum cor ſuum perfectè dediſſet, ut perfectè Ieſum, & eius matrem diligeret quadam die templum beati Michaelis cum turba intrauit, & in angulo baſilicę, licet inter multos, ſolitudinem cordis ſibi fecit. Conſummatis myſterijs quique in ſua redierunt, & ipſe ſolus in lambulo ſuo remanſit, & cuſtodes quidem, ne quis remaneret, perſcrutari ſunt Eccleſiam, ſed Dei

nunc ſancti uiri non potuerunt inuenire latebram, qui obſeratis iam Eccleſiæ foribus, eo ſecurius, quo ſecretius effudit in ſe animam ſuam, factus que in agonia prolixius, & enixius orans uidit huiuſmodi uiſionem. Ecce repente de cælo ſonuit quaſi vox dulcis cantilenæ, & mircantibus luminaribus limen templi cepit tremere, tanquam intrante multitudine. Aſpiciebat uir ſanctus, & ecce virgo Maria intrabat cum candidato ſanctorum Angelorum, & animarum, cætu, ſicut regina, circumſtante exercitus chorus ille cæleſtis decantabat Dominæ eiuſque filio, ipſo quoque vocem ſuam exercuit in Chriſti præconio, per medium chori facta eſt illa proceſſio. Cumque ventum fuiſſet ante altare, quæſitum eſt a quibuſdam ſanctorum, quis haberet miſſam celebrare? En, inquit beata virgo, adeſt Bonitus præſul vere bonus, & ſatis dignus, cui hoc officium debeat committi. Audiens hoc ille pauebat. & retrahebat ſe, cuius rei lapis, qui ei ceſſit, adhuc ſeruat indicium. Tandé quæſitus, & inuentus eſt, deductus, & præſentatus illi beatę congregationi, & miniſtrantibus ſanctis ueſte nuptiali ornatus eſt, ac diuino altari applicitus. Et poſtquā dedit in celebratione ſancti operis operam, ac decenter conſummauit, beata virgo calefaciens dilecto ſuo, pro munere cæleſtem ueſtem ei dedit. Res eſt nota ſatis, & apud Aluernenſes admodum celebris, maxime autem in ciuitate Aluerniæ, quæ dicitur Mons clarus, & uſque hodie monſtratur populo ueſtimentum illud cæleſte, cuius materies & contexturæ modus à nullo hominum dignoſci poteſt, & eſt eximij candoris, miræque leuitatis, ac lenitatis. lib. 7 cap. 97.

EXEMPLVM VII.

Beata virgo Maria uirum propter male dicta ſua infirmitate percuſſum reſtaurat.

QVidam pauperculus homuncio in uicinia Aquicinctenſi habitans, cum quadam die per uiam deambularet, lapidis offenſione pedem, quem nudum habebat, ſibi læſit, & ui doloris ſubſtomachans diabolum nominauit, dicens lapidem illum in nomine diaboli ibi fuiſſe poſitum. Et ecce vix adhuc ſermone finito, repēte quaſi uiolenta iniectione aquæ feruentis faciem totam perfundi ſentiens, ſtatim ſubſtitit, & ſe de loco mouere non potuit. Ex oculis eius multa aquarum abundantia guttatim defluere cepit, ita quod nihil omnino videre, potuit, ſed ad domum ſuam reductus, cæcitate oculi dexteri perdurante, lumen ſiniſtri recepit. Et ecce tota facies eius in tumorem conuerſa, oculi, naſus, os, ita tumore excreſcente diſparuerunt, ut non niſi deforme monſtrum videretur. Quatuor autem diebus euolutis inflatio illa paululam exinaniri, cæpit, ſed tota facies eius ita ignitis poſtulis, & veſicis turgentib. repleta eſt, ut ab omnib. elephantico morbo percuſſus diceretur. Poſt hoc morbus ad inferiora deſcendens, a renibus uſque ad ſummos pedū articulos tam miſerabiliter occupauit, ut curuatis poplitibus tali natib. adhærerent, adeo ut horrenda contractione totus quodāmodo in globum unum redigeretur. Sicque tota illa inferior corporis pars inſenſibilis manſit, vt ſi quis igne adureret, ardere quidem poſſet, ſed omnino ſentire non poſſet. Num§ de lecto per ſe ſurgere, nunquam ſe ad ſedendum erigere, uel in quodlibet latus reclinare potuit, ſed ſemper reſupinus iacuit. Per feneſtellam uero, quæ lecto eius contigua erat, a tranſeuntib. ſibi eleemoſynam mitti miſerabiliter uociferando implorabat, unde ſe ſuoſque ſuſtentabat, quamuis autem eum & paupertatis inopia, & infirmitatis anguſtia grauiter affligeret, ſtudebat tamen in dolorib. ſuis Deo ſemper ac continue gratias agere, & pro benefactorib. ſuis aſſidue, ac diligenter orare, ieiuniis quoq. operā dare, peccata ſua ſemper præoculis habere, & pro eis humiliter Deo ſupplicare. Habebat in illud ſummę in corde. Quem diligo, caſtigo. Credebat enim quicquid ſibi aduerſitatis euenerat, eſſe peccatorum ſuorum medelam. Idcirco ſine omni murmuratione ſed cum patientia quæ ſibi acciderant perferebat. Appropinquante autem tempore miſerendi eius, quo Deus eum liberandū prouiderat, quadam die reſurrectionis Dominicæ cum longa fatigatur inedia peruigil iaceret, & apud Aquicinctum ad nocturnas laudes ſigna pulſari audiret, caput erigens, &

uerſus præfatum locum protenſis manib. reuerenter inclinans, Saluatoris clementiam exorabat. Tum ecce ſubito cernit ſibi quandam in ſpecie mulieris, pulcherrimam, ac reuerendi aſpectus & habitus perſonam aſſiſtere, quæ commemorans ei patientiam, quam in dolore habuerat, & quæ bona fecerat, addidit. Noueris præces tuas eſſe exauditas a Domino, face ergo quod moneo, & Aquicinctum te deferri facito, atque in Eccleſia beatæ virginis & matris Dei Mariæ coram imagine ipſius pro ſalute tua interueni, & virtutem diuini ſenties auxilii. Quod cum ille feciſſet. Dei auxilio, & eius matris piæ ſuffragio ad plenum ſanatus eſt lib. 7 c. 97.

EXEMPLVM VIII.

Beata uirgo Maria militem, qui virginem Mariæ nomine inſignitam, ſibi que deuotam in ſabbatho ſtuprare renuit, ad æternam vitam perduxit.

ERat miles quidam diues, & in bellis famoſus, qui matrimoniũ ocium reputabat, licet in concupiſcentiis fœminarum eſſet totus. Hic ad quoddam torneamentum in Normanniæ partibus celebrandum cum multo apparatus pergens, cum per quoddam caſtellum tam oculis, quam corde uagus tranſiret, iuuenculam quandam in itinere uidit, cuius pulchritudine captus cuidam famulo, & familiari ſuo dixit. Vade, curre, interroga patrem & matrem puellæ, ſi mihi eam conceſſerint hac nocte, dabo eis decem libras, & ea uti uellem ad opus, & ornatum filiæ ſuę. Qui cum iuſſa compleſſet, illa mutatoriis indutus, & ad patris impetrium, ut iuuenem ſequeretur, inducta, ipſo duce ad militis diuerſorium uenit, & poſt cibum & potum communis lectus ambos recepit, Cumque ille congreſſum cum pudica virgine pararet, & illa ſuſpitioſo corde, ſuæ virginitatis captuitatem expectaret. (Erat autem nox ſabbati, quod deuotio fidelium memoriæ uirginis matris conſecrauit.) Miles ait Chariſſima, quod nomen eſt tibi, cur tale ſuper me aſſumpſiſtir lamentum, cur me accipis quaſi hoſtem, & non amicum? an non diligis, qui te tradidit mihi, patrem tuum? Cui illa uoce tremula reſpondit. Maria uocor, digneq. lachrymis afficior, & plãctum facio, quia melius eſt mihi mori, quã turpiter uiuere cum uirginitatis detrimento, maxime cum Mariæ continentiam uouerim & deſponderim me uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto, uoluerant quidem mortes, & habitum ſãctimonialiũ imitari, niſi patris mei pauperras reclamaret, nam & agnoſco literas, & ex ſcientia Mariæ didici horas, a quodam pauperculo clerico, qui apud patrem meum diuerſorium habet. Tunc ſpiritus Domini deſcendit in mentem militis, & excuſſit de cogitatione eius flammã libidinis, ita ut diceret, qui nox ſabbati eſt, & quia tu uocaris Maria-ſtmari ſtella, propter noctis, & nominis huius honorabile ſacramentum, iã nunc ceſſauit, & cor meum a tua inquietudine, & corpus a tua inquinatione, nec operor in te opera tenebrarũ, ſed nox hæc quam diei æternæ mater ſibi dicauit, mihi ſicut diei illuminabatur, ad morum conuerſionem. Et quia, ut dixiſti, uoluntarium tibi eſt Chriſto ſeruire in cętu ſanctimonialium, teſte Deo promitto, quod ſatisfaciam deſiderio tuo, ſi uenerís mecum Tunc illa ſub hac pactionis, & pacis forma, dormiuit tota nocte ſecura. Quam mane facto militi familiares equo impoſitam furtim aſportauerunt, mileſq. eam in monaſterio, quod iuxta torneamenti erat, locum, contubernio ſanctimonialium tradidit, promittens ſubiureiurando, quod pro mercede eius, locum multis donariis honoraret, & ſi uita comes eſſet eam ſingulis annis uiſitaret. Sed poſtea inde digreſſus, feria ſecunda in torneamentis congreſſu occiſus eſt, & in eodem loco, ſicut tunc moris erat gloriæ ſæcularis, ad titulum ſui nominis ſepultus. Interea virgo Chriſti uirgini matri Chriſti, cui ſe probauerat placere, contendens, & ad ſpiritualis illius dilecti ſui tedium pendens, cũ gemitu & lachrymis illum Chriſto, & Maria commẽdabat. Sed cæteris militib. ſine illo redeuntibus iamq. ſpe reuerſionis penitus amiſſa cum abbatiſſa ſub fallaci promiſſione mercedis turpẽ uirginis intruſione accuſaret, illa beatã Mariam lachrymoſis interpellebat precibus, ut de militis ſtatu reuelationem aliquam uel modicam tanto dolori procu-

rare,

paret. Cui ipſa Beata virgo Maria ſemetipſam per viſionem, exhibuit, dicens? Parce chariſſima, parce fletibus, & ſuſpirijs. Ego tum mater Ieſu Maria, conſolatrix tua, ſcitò, quia quam citò receſſit à te ille tuus in Chriſto dilectus, in torneamenti congreſſu occubuit, eodemque in loco ſepulturam accepit, qui quoniam mihi detulit in te, & bona tibi contulit propter me, veraciter in morte compunctus æternam meruit ſalutem.

Ibis ergò ad abbatiſſam, & nunciabis ei ex me, quatenus illuc citius pergat, & corpus huc translatum in cœmterio reponat, vt per eccleſiaſticorum ſuffragiorum communionem adiuuetur. Hoc autem erit ſignum, quod tibi locuta ſum, roſam ſuper ſepulchrum virantem reperies in ſuperficie, cuius radix de ore ſepulti pullulat in viſceribus terræ. Illa igitur gaudens Dominæ cœleſtis imperium abbatiſſæ retulit. Sed ab ea hypocriſis, & confictæ viſionis improperium recipiens, cum lachrymis ad beatam virginem recurrit. Cui illa, ſicut prius, mandatum ad abbatiſſam iniunxit, & addidit de quo iam peccato eius occulto, quod ipſa confiteri, & lachrymis deberet punire, & ſic cum ſuo conuentu nudis pedibus ad faciẽdum, quod iubebatur, puro corde, & prompto greſſu ire. Quod abbatiſſa audiens, & ſignum recognoſcens, confeſſione data, & ſatisfactione indicta, ad locum properauit, & indicio roſæ corpus militis inuentum, in monaſteriũ ſuum translatum, honorificè ibid. ſepeliuit. lib. 7. c. 102. & 103.

EXEMPLVM IX.

Beatæ Mariæ imaginem pulchram, & dæmonis terram pingens pictor ne à dæmone caſu læderetur ab imagine beatæ Mariæ retentus eſt.

PIctor quidam pro vitæ ſuæ meritò Dominæ noſtræ familiaris, in partibus Flandriæ fecerat ſibi nomen doctæ manus artificio. Hic quotieſcunque pingere diabolum neceſſe habebat, turpem turpiter ſicut ars ei ſuggerere poterat expreſſius figurabat. Cui ille in viſione noctis apparuit, & cur eum ſic irritaret cum furore, & ira quæſiuit. Pictor reſpondit: Bene hoc ago, quia ſemper te paſſus ſum omnium, quæ feci, malorum incentorem, & adhuc turpium cogitationum moliris inſidias quibus emollitam animę meæ demoliaris conſtantiam. Et Sathan graues minas intentans, monebat, vtà ſua læſione ceſſaret. Sed ille ex hoc ipſo animatus eſt, & magis quàm ante paratus fuit ſuſcitare Leuiathan. Poſtmodum verò vna dierum, ipſe in porticu cuiuſdam Eccleſiæ beatæ Mariæ virginis imaginem pinxit. & iuxta poſſibilitatem artificij, ſicut decebat, opere vario picturæ eidem gloriam & honorem dedit, ac contulit. Sed & iuxta illud, quod ſerpenti dictum eſt. *Ipſa conteret caput tuum* ſubtus pedes imaginis diabolum figurauit, nigris coloribus, turpẽ, & tenebroſum, ſicut decebat amatorem turpidinis, & principem tenebrarum. Quod ille non æquis oculis aſpiciens, malignandi à Deo poteſtatem expetijt, & accepit, ſed ſibi ad contumeliam, Chriſto, & matri eius ad gloriam. Adhuc enim ſuſpenſis nocleis, & ſuppoſito firmiter tabolato, monſtrum illud pingebatur, & ecce turbo vehemens omnes illas artis pictoriæ machinas concuſſit, & in terram excuſſit. Quod vt perſenſit homo ſtupidus ad imaginem Dominæ leuauit cor pariter, & manum, quæ mirum dictu, donec venirent, & qui ei ſubuenirent, manu iniecta ipſum retinuit, & ſeruauit illæſum. Tunc omnes qui aderant Chriſtum in matre ſua glorificabant diabolum in fraudis ſuę fruſtratione cum riſu, & cachinno blaſphemabant. lib. 7. cap. 104.

Ex ſecunda parte Speculi hiſtorialis.

EXEMPLVM X.

Sollicitudinem ſuam iactans in dominum ſanctus Fronto cum fratribus ſuis miraculoſas eſcas recepit.

FVit quidam ſanctus nomine Fronto, qui à prima ætate Deo deuotus, & à Petro Apoſtolo Romæ ordinatus, atque in vrbem Petragoricam, in quantus eſt, primus deſtinatus Epiſcopus, lxx monachos ibidem ad ſeruiendum Domino congregauit. Dumque cum eis habitans in opere Dei creſceret, a Squirio ciuitatis illius præſide perſecutionem patiebatur. Nam quos Epiſcopus pro Chriſti nomine baptizabat, ille gladio deputabat. Tandem relicta ciuitate cum mobilib. eremum decreuit petere nudus, vocatiſque fratribus omnibus ait, quid nobis cum mundo, quē crucifiximus nobis. Magnum gerimus animæ detrimentum inter homines habitantes. Cumque placuiſſet ecc. biſacutis, ſeu manticis, & ſeminibus olerum acceptis exeuntes de ciuitate, Chriſto duce per deſertum venerunt ad quendā locum ſuper fluuium Dordoniæ, vbi draco magnus habitabat cum ſerpentum multitudine, quos vidētes hi, qui Epiſcopum ſecuti fuerant, metu ducti, cœperunt retrocedere. At ille in Domino confidens, orationi ſe proſtrauit, nō baculum terreſtrem, ſed virtutem cœleſtem inter eos oſtēdens, & nuſquam comparuerunt. Conuerſantibus autem eis in eodem loco ab omni delectatione alieno, cęperūt murmurare fratres, dicentes. Nunquid ſola in eremo, caſtitatis eſt cuſtodia, & in vrbibus nō eſt? An in eremo ſola Deus exaudit orantes, quem ferarum delectat ſolatium? Cur itaque non regreſſi in locum noſtrum benedicimus Deum? Audiēs vir ſanctus eorum murmura æſtuabat, & pro eis orabat. Nunquam inter eos diuinorum cāticorum ceſſauit officium, nec in penuria laſſeſcentes vigilijs defuerunt. Quadam igitur die poſt vigilias vocauit eos ad ſe, & ait. Filioli mei, ſi regnum Dei quærimus, quid de eſcis corporalib. cogitamus. Non oportet carnem fragilem pinguē vermibus exhibere. Onere ieiuniorum aſellus grauandus eſt nè geſtire incipiat, quando hordeo paſcitur.

Comedat ergò paleas, nè recalcitret, q̄d nos carnis cura torquet morituræ poſt modicum? Curam ergò noſtri Deo dimittamus, & eius teſtamentum teneamus dicentis, non derelinquam te. Orante igitur eo pro illis indefinenter. Dominus precem ſerui ſui non oblitus, ſed per Angelum ſuū præſidem Squirium viſitauit, eidemque dixit. Epularis in diuitijs ſplendidè, & ſerui mei in deſerto pereunt fame, feſtina ergò diluculo ex donis, quæ tibi dedi, ſeruis meis eſcas mittere, q̄nod ſi diſtuleris, in te Dei furorem excitabis. Hoc vt audiuit ille, cor eius conſternatum eſt in ſe tota nocte. Mane autem conſurgens mœſtus amicos ſuos, & domeſticos vocauit, viſum expoſuit, & ſi quis viam noſſet, vbi famuli Chriſti in eremo habitarent, interrogauit, ſed nullum q̄i ſe noſſe diceret inuenit. Alia vero nocte a prędicto Angelo viſitatus, graui plagarum cæde percuſſus, mane iterum amicos adducit, cauſam exponit, plagas oſtendit, & quid faciendum eſſet conſilium requiſiuit. Tandem vnus eorum cunctis ſapientior reſpondit. Multitudo camelorum tibi abundat, onera eos his eſcis quibus eremitæ vtuntur, & dirige eos per viam onuſtos abſque homine ductore, & ſi tibi a Deo cœli viſitatio eſt, ipſe ad cuneum puerorum ſuorum eos deducet, & depoſitis oneribus animalia tua reuocabit illæſa. Quod, & factum eſt. Erant ergò ſeptuaginta camelicum oneribus directi. Factum eſt ergò dum hora nona fratres hymnos omnes in vnum celebrarent, primus ante fores excubauit camelus, quē videns Epiſcopus lætus Deum laudauit, & prędicit dicens; Camelis nobis alimoniam ferentibus pedes lauate, eiſque cibaria date. Quod, & fecerunt. En, inquit, omnipotens Deus noſtri recordatus, nobis alimoniam per gratiam ſuam direxit, nobiſque ſedentibus Angelus eius camelos perduxit. Non omnia tollamus, ſed dimi-

diorum

diorum onerum eulogias, ſeu charitatiua dona Domino reuocemus. Quod cum placuiſſet omnibus, trigintaquinque ſaccos in horreum reducendos abſtulit. Aliorum vero camelorum trigintaquinque onera in omnium ſaccos refudit, nè alij portare viderentur, alij leues abirent, & benedicens eos dimiſit abſque iudicio viæ, qui per viã qua venerant regreſſi ſunt. Tunc Squirius exultatione fretus, quia camelos omnes ſuſcepit illęſos, exclamauit. Magnus eſt Deus Chriſtianorum rogo te, vt oſtendas mihi viam qua ambulem, vbi famuli tui habitant, & mihi baptiſmi gratiam præbeant. Tunc profectus ad locum peruenit, & a ſancto Epiſcopo baptiſmum petens obtinuit, & vocauit nomen eius Gregorium. Et exinde qui pridem ſeruis Dei pabula miſerat, anniuerſario tempore onera eiſdem camelis impoſita dirigebat. lib. 9. c. 43. & 44.

EXEMPLVM XI.

Negans Chriſtum a dæmone poſſidetur, & repentina morte percutitur, & virgo quædam nè a duabus laſciuis iuuenibus ſtuprarentur ab Angelis cuſtoditur.

CVm Decius ad ciuitatem Troadem perrexiſſet, oblati ſunt ei tres, Andreas, Paulus, & Nichomachus. Qui cum omnes chriſtianos ſe profiterentur eſſe, iuſſit Nichomachum apprehenſum proconſul torqueri. Cumque nimium torqueretur, & iam propè eſſet vt emitteret ſpiritum, exclamauit ſe nunquam fuiſſe chriſtianum, ſed dæmonibus ſacrificatum. Tunc iuſſus deponi, cum ſacrificaſſet, arreptus eſt a dæmonio, & elisus in terra, comedens lingua ſuam dentibus expirauit. Puella autem quædam virgo Dionyſia annorum, xvij exclamauit dicens. O te infideliſſimum hominum, qui propter vnius horæ ſpatium perpetuam, & inenarrabilem pœnam tibi adquiſiſti. Interrogata ergò, confeſſa eſt ſe chriſtianam eſſe, & ideo infœlicem illum plangere, quod non adhuc modicum toleraſſet, vt perpetuam requiem inueniret. Proconſul iuſſit eam duobus iuuenib. corrumpendam tradi, Andream verò, & Paulum recludi. Cumque iuuenes virginem ad hoſpitium ſuum duxiſſent, pugnantib. eis vſque ad noctem, vt vim turpitudinis inferrent, inardeſcebat eorum libido. Apparuit autem eis per totam noctem iuuenis ſplendidus, domum illuminans, vnde timore percuſſi ceciderunt ad pedes virginis, rogabantq; vt pro eis intercederet, ne quid mali eis contingeret. Videns autem proconſul, quod non poſſet Pauli, & Andreæ perſeuerantiam ſuperare, flagellis cæſos tradidit eos populo, qui traxerunt eos pedibus extra ciuitatem, vt lapidarentur. Quod audiens Dionyſia, cuſtodib. euadens, cucurrit ad eos, iactauitq; ſe ſuper eorum corpora, dicens, Concidam & ego vobiſcum beati famuli, nec ab hac colluctatione veſtra inueniar aliena. Quod audiens proconſul, iuſſit eam gladio interfici. Paulus verò, & Andræas lapidibus obrupti ſunt. lib. 11. c. 16.

EXEMPLVM XII.

Societate pudica virginis fretus rex barbarorum conuertitur, & martyrij palma decoratur.

25. Iunij.

PAſſa eſt Romæ ſancta virgo Lucia, quę Vrbica fuit natione, ſed rapta fuerat ab Ancela barbarorum rege. Qui cum eam ductam in patriam ſuam vellet violare, videns illa libidinoſam eius inſaniam, habeo, inquit, ſponſam, qui ſtatim vindicet iniuriam meam in te. At illa ira repletus ait. Et quis eſt ſponſus tuus vel cuius poteſtatis eſt, vt iniuriam tuam vindicet? Illa fiducialiter reſpondens, & vt ancilla Chriſti nihil metuens, ait. Deum, cui me deuoui, habeo defenſorem, qui in cœlo eſt, & habens poteſtatem vniuerſæ carnis, qui his qui eum cognoſcunt petentibus omnia præſtare poteſt. His ille auditis valde territus eſt, ita vt ex tunc eam vt deam honorare inciperet. Iuſſitque ſtatim ei cubiculum ſeparatim fieri, vbi nullus virorum haberet ingreſſum, & lectum diſſimum, poni in cubiculo illo, ac puellas ei honorifice obſequi. Vbi illa ingreſſa cœpit orationibus, & ieiunijs vacare, deoque die ac nocte gratias agere, eo quod ancillam ſuam dignatus eſſet in captiuitate reſpicere, tantumque ei præſtitiſſet a rege alienigena inuenire. Pro quo etiam frequenter orabat Deum, vt nihil mali ei contingeret, vel do-

mui eius. Sed & ipse ad bellum procedens rogabit eam, vt Deum suum peteret, quatenus deuictis hostibus saluus ad domum suam rediret. Quod cum semper fieret, eâ magis vt matrem honorare cœpit, intelligens quod eius oratione omnibus Deus illum in omnibus adiuuisset. Nam quotiescunque contra aduersarios, siue sponte, siue ab illis prouocatus perrexit, illis profligatis victor ad domum rediit. Completis autem ibi viginti annis sancta Lucia præceptum in somnis acceperat, vt Romam rediret, eo quod eam ibidem complere martyrium oporteret. Quod cum illa regi retulisset, ille respondit: Si tu hinc subducis te, mihi non expedit hic remanere. Nam venient aduersarij mei, quos Deus semper interfecit te orante, & occident me. At illa: Si placet tibi, veni. Credo enim in Deo meo, quod & te sibi seruum adoptabit, & socia bit gregi suo sancto. Hæc ille cum statim audisset, domum suam, & matronam, ac filios, & omnia sua derelinquens, cum ancilla Christi comitatus est, non iam vt barbarus, sed vt ciuis, non vt lupus, sed vt ouis, simulq; Romam venerũt tempore persecutionis. Post paucos dies comprehensa Lucia adducitur ad supplicium. Quod cum audisset Anicia sponsa occurrit, & cervicem suam cum ea gladio suppoſuit, profitens se esse christianum. Et sic ambo decollati pariter in paradiso Dei suscepti sunt. 12. c. 97.

EXEMPLVM XIII.

Baptizatus lusoriè Genesius minus conuertitur, & sic ex theatro ad martyrium, de inde ad serium peruenitur.

TEmporibus Diocletiani, & Maximiani passus est Romæ martyr Genesius, qui cum esset in vrbe magister artis mimicæ, quadam die voluit Imperatori Diocletiano ludum exhibere de mysterijs obseruantiæ christianæ. Huius rei gratia spectante Imperatore, & omni populo in medio theatri, quasi ægrotus decumbens, se baptizari deposcit, & mimicè in hæc verba prorupit. Eia nostri grauem me sensio, leuis fieri volo. Qui responderunt. Quomodo leuem te facimus, nunquid fabri sumus, & ad tuncinam te missuri sumus? His verbis populo in risum excitato, Genesius a Domino visitatus, ait. Vesani, christianus desidero mori. Quare, inquiunt? Ne, inquit ille, in illa die velut fugitiuus inueniar. Hoc Diocletianus audiuit, & risum tenere non potuit. Tunc sicut fuerat ordinarium intrare faciunt exorcistam, & presbyterum, qui iuxta lectũ eius sedentes, dixerunt. Quid ad nos misisti, filiole? At ille iam non simulatè, & fictè, sed ex puro corde respõdit, quia gratiam Christi consequi cupio, per quam renatus liberet a ruina iniquitatum mearum. Cumque sacramentorum mysteria complessent, & vestibus albis esset indutus, quasi per ludũ a militibus est raptus, & ad similitudinem sancti horum de Christi nomine discutiendus Imperatori est exhibitus; sed cum ad fidem adducitur passionem, ad veram accessit confessionem. Ascendens namque super basim, vbi statua fuerat Veneris ita concionatus est. Audi Imperator, & omnis exercitus, sapientes, & populi vrbis huius. Ego semper christianum nomen exhorrui, & in confessione permanentibus insultaui, ac super eos accendebam furias populi. Parentes quoque meos, & affines execratus sum causa nominis christiani, & in tanta derisione christianos huiusmodi, vt eorum secreta mysteria diligenter perquirerem, non vt crederem, sed vt de his ludum ac risum vobis exhiberem. Mox autem vbi me nedum in conspectu vestro aqua illa perfudit, & interrogatus credere me respõdi, vidi super me manum de cœlo venientem, & Angelos Dei flammeo radiantes aspectu iuxta me stantes, qui omnia facinora mea, quæ a iuuentute mea commisi, scripta libro recitantes, dixerunt mihi. Aqua hæc delet omnia illa, quæ te fecisse cognoscis. Cum ergo aqua baptizatus fuissem, simul, & liber ille perfusus, niue candidior effectus est, ita etiam vt signum scripturæ præteritæ non demonstraret. Itaque dum vobis terrenis imperatorib. placere concupiui, cœlesti regi cõplacui, & dum omnibus risum extorquere studui, angelis risum feci. Nunc ergò, ô Imperator, & vos omnes populi, sicut his sanctis mysterijs per ignorantiã mecum rettitistis incredduli, ita mecũ ab hac irrisione cessate, credẽtes verũ Deũ esse Iesum Christum Dñm, hunc esse verũ lumen, veritatem, pietatem, salutem, & per

per ipſum uos ad indulgentiam poſſe contingere. Tunc Imperator accenſus furore, iuſſit omnes, qui cum eo luſus meditati fuerant, ante ſe adduci, & uirgis fortiter cædi, æſtimans eos ſimiliter credere. At illi cœperunt nomen ſanctum blaſphemare, cum exprobatione dicentes, nos aliter meditati ſumus, ille autem inſanus factus lætitiam ſuam dimiſit, & planctum ſibi chriſtianitatis aſſumpſit, ac per hoc ſolus experiatur, quod ſolus fecit. Tunc Imperator ſæuiens in Geneſium, in conſpectu populi iuſſit eum cædi fuſtibus, tradiditque Pluriano præfectio, iubens eum tormentis ad ſacrificia cogit. Cumque diu in eculeo poſitus, vngulis atrectatus, lampadib. inflammatus, in ſancta confeſſione perſiſteret, dicebat iudici. Si centuplicaueris, contra me illa tormenta, Chriſtum mihi de ore, ipſum mihi de corde non poteris auferre Hæc omina relata ſunt Imperatori, qui iuſſit eum occidi. Sicque cum gaudio coronam martyrii, capitis obtruncatione promeruit. viij. kalendas Septembris. lib. 12.c.104.

EXEMPLVM XIIII.

Martyres quadraginta pulchro, & glorioſo martyrio cæleſtes coronas meruere.

SVb Licio paſſi ſunt, vii. idus Martii apud Sebaſten Armeniæ minoris, milites quadraginta ſub Agricolao præſide, quorum præcipui erant. Quirion, & Candidus. Qui Candidus ait Agricolao. Digne hoc nomen tibi impoſitum eſt, agreſtis.n. blanditores. Sanctus autem Quirion taliter ait ad ſocios. Sæpe pauci multos in fugam conuertimus, nunc uero tres ſunt, qui nos impugnant. Sabanas, & dux Liſias, & præſes Agricolaus, & hi tres unum ſunt, Abſit autem, ut hic vnus quadraginta vincat. Iuſſit ſunt deinde lapidibus cædi, ſed miniſtri lauantes lapides alterutrum ſe cædebant. Exardeſcens autem dux Liſias, & tollens lapidem, ut aliquem ſanctorum percuteret, in faciem præſidis adduxit lapidé, & comminuit faciem eius. Stantibus ſanctis autem faciem præſidis apparuit eis diabolus, tenens dextera manu gladium, ſiniſtra uero draconem, qui dicebat in aurem præſidis. Meus es. Erat autem in Sebaſte ſtagnum habens aquam multam, quod tũc vehementer frigidum erat tempore hyemis. Poſiti ſunt ſancti in medio nudi ad verſperum, poſitum eſt aũt & balneum iuxta ſtagnum, ut ſi quis vellet reſipicere, fugeret ad balneum. Et ibi poſiti ſunt iuxta cuſtodes milites, & clauicularius. Vnus autẽ ex illis xl, puſillanimis effectus, refugit ad balneum. qui mox, ut attigit calorem, reſolutus eſt. Quod uidentes alii, dixerunt quaſi ex uno ore, ne in fluminib. iraſcaris domine. Clauicularius autem uigilans, & auſcultans, cæteris cuſtodib. dormientibus, uidit de cœlo deſcendentes coronas triginta nouem. Expergefaciens cuſtodes proiecit ueſtimenta in facies illorum, & exiliuit nudus in ſtagnum clamans. Et ego chriſtianus ſum. Victus autem ſabanas, & transfigurans ſe in uirum ligatis manibus, dicit in conſpectu omnũ. Vę mihi, uictus ſum ab illis, & factus ſum ridiculus omnibus, quia non habui vnanimes miniſtros. Vnius autem mater perdurat cum ipſis, cuius filius cæteris erat iunior, quæ timens pro filio ſemper confortabat eum, cuius nomen erat Melithon. Iuſſum eſt igitur omnium crura confringi, & ſimul omnes præter illum iuuenem animas reddiderunt, quorũ corpora iuſſa ſunt comburi. Iunior autem relictus eſt ad oram fluminis quem mater ſuſcipiens in humeris portabat poſt cæteros. Qui dum portaretur lætus emiſit ſpiritum, cuius corpus mater proiecit ſuper ſanctos, & omnes combuſti ſunt. Quorum cineres iactati ſunt in amnem, ſed in loco præcipiti & uadoſo reſtiterunt, & congregati ſunt, & nihil eorũ imminuit fluuius. Poſt tres dies reuelati ſunt Epiſcopo ciuitatis ab ipſis ſanctis. Qui accipiens clerum, & populum perrexit illuc, & uiderunt reliquias in aqua fulgentes tanquam lumina ſuper quas aqua decurrebat, illarum nil ſecum trahens, & ſi quid alicubi relictum fuerat, a ſplendore demonſtrabatur. Iſti omnes martyres milites fuerunt natione Cappadoces. lib. 13. cap. 59.

EXEMPLVM XV.

Iudicii diuini turbam timere germanũ fratrem rex docuit, eundem germanum ſuum innocentem mortifera quadam turba citari faciens, item docuit proceres magnates ſuos veſtibus humilibus indutos, frequenter precioſis virtutibus intus ornari.

QVidam ex fuit magna glorioſus, & factum eſt procedente illo in curru ſuo aurato cum regali obſequio, obuiaſſe illi duos uiros attritis & ſordidis indutos veſtibus, attenuata macie, & pallidas facies habentes. Vt ergo rex uidit illos, deſiliens confeſtim de curru, & in terram procidens adorauit, & ſurgens amplexatus eſt eos, & affectuoſe oſculatus. Magnates uero illius, ac proceres de hoc indignati ſunt, arbitrantes eum feciſſe indigna regali gloria, non tamen auſi in facie illum reprehendere, germano fratri eius ſuggeſſerunt, ut ei loqueretur ne tantæ excellentiæ diademati tantam inferet contumeliam, qui eum fratri iſta diceret, & eius humiliationem reprehenderet, ei rex reſponſum dedit, quod tamen ille non intellexit. Conſuetudo autem erat illi regi, quando ſententiam mortis contra aliquem dictabat, præconem ſuum ante ianuam illius cum tuba huic officio deputata mittere. Cuius voce omnes cognoſcebant mortis rerum illum eſſe. Veſpere igitur veniente, miſit rex buccinam mortis tubicinare ante ianuam fratris ſui, quam dum audiſſet ille, de ſalute deſperans tota nocte, ſua diſpoſuit ac ſummo diluculo nigris & lugubrib. indutus veſtibus cum uxore, & filijs pergit ad fores palatii flens, ac lugens, quem res ad ſe ingredi fecit, & uidens eum lugentem, ait. O ſtulte & inſipiens, ſi tu ſic timuiſti præconem germani fratris tui, aduerſus quem te nihil deliquiſſe cognoſcis quomodo mihi reprenſionem intuliſti, quia in humilitate ſalutaui, & oſculatus ſum præcones Dei mei ſonorabilius tuba mihi mortem ſignificantes, & terribilem Domini occurſum, cui multa & magna meipſum peccaſſe conſcius ſum. Ecce denique tuã arguens inſipientiam iſto vſus ſum modo. Nunc vero & illorum, qui te ad me miſerunt reprehenſionem, ſtultitiam arguere curabo, & ita fratrem inſtructum remiſit domum. Præcepit autem fieri de lignis quatuor arcellas, & duas quidem undique auro coopartas, oſſaque mortuorum potentia mittens in eis, auris obfirmauit ſeris. Alias uero duas pice & bitumine liniens, repleuit lapidibus pretioſis, & ineſtimabilib. margaritis, & omnium unguentorum odoribus, funiculiſq. cilicinis attrinxit. Deinde accerſiri fecit reprehenſores ſuos, magnates ſ. illos, & proceres, & poſuit ante eos ipſas quatuor arcellas, vt æſtimarent quanto quidem iſtæ, quanto uero illæ pretio ſint condignæ. Illi itaque de auratas magni pretii iudicauerunt. Expedit enim, inquiunt, in ipſis diademata regalia imponi. Quæ uero illinitæ pice & bitumine erant, vili quodam, & exiguo pretio dixerunt. Rex autem dixit ad illos. Sciem & ego talia uos dictu ros, exteriorib. enim oculis exteriora cerniuis, & tamen non ita oporterat facere, ſed interuis oculis intus inſecus recondita expedit uidere, ſiue honorem, ſiue contumeliã. Et nox præcepit, vt aperirentur arcellæ deauratæ, ex quib. reſeratis dirus fœtor exhalauit, & fœtidiſſimus uiſus eſt aſpectus. Ait ergo rex Iſte typus eſt eorum, qui ſplendidis quidem & glorioſis induuntur veſtibus, & potentia elati ſunt, ſed intrinſecus mortuis & fœtentibus, maligniſque operibus referuntur. Deinde picatas, bituminataque præcipiens diſſolui & aperiri, cunctos qui aderant lætificauit eorum, quæ intus erant, ſplendore & odore. Tunc ait ad illos. Scitis quib. ſimilia ſunt iſta? Humilib. illis, qui uilibus operti erant veſtimentis, quorum uox exteriorem attendentes habitum, contumeliam putatis meam antè faciem eorum in terra adorationem. Ego uero intellectualib. oculis reuerentiam illorum, & decorem conſiderans animarum, glorificatus quidem horum tactu omni corona, & regali uniuerſa purpura pretioſiores iſtos exiſtimaui. Illos igitur confundens, docuit ne errarent in his quæ foris apparent, ſed interna attenderent. lib. 15. ca. 10. ex hiſtor. Damaſceni de Barlaam & Ioſaphat.

EXEM-

EXEMPLVM XVI.

Delitijs huius ſæculi intendentes illi ſimilantur, qui vnicornem fugiens in barathrum prolapſus propter mellis guttam periculum ſuum negligit.

QVidam a facie furentis vnicornis,nõ ferens ſonum vocis illius, & terribilium mugituum,ſortiter fugiebat ne deuoraretur ab eo,Dum ergo velociter curreret, in magnum quoddam barathrum decidit. Dum autem caderet, manibus extenſis arbuſtulam quandam apprehendit, & fortiter tenuit, & baſe quadam pedibus impreſſis, viſum eſt ſibi in pace de reliquo fore & ſtabilitate. Reſpiciens ergo vidit duos mures,vnum album,& alterum nigrum,corrodentes inceſſanter radicem arbuſtulæ, quã apprehenderat, & iam propè erant vt eam abſcinderent. Conſiderans etiam ipſius barathri fundum, vidit draconem aſpectu terribilem,ignem ſpirantem, & feralibus oculis ipſum aſpicientem, vſque terribiliter aperientem,& deuorare eum cupientem.In tuens vero rurſus baſem illam pedib. eius ſuppoſitam,contemplatus eſt quatuor aſpidum capita de pariete prodeuntia,vbi conſiſtebat.Eleuans autem rurſum oculos, vidit de ramis arbuſtulæ modicum mel diſtillans. Dimittens ergo conſiderare quæ circundabant eum mala, ſcilicet ſurſum vnicornem inſanientem, & eum quærentem deuorare, deorſum vero draconem inhiantem, & arbuſtulam cito excidendam, & quod pedes ſuper lubricam baſem & infidelem poſuerat, tantorum ac talium malorum oblitus, ſeipſum illius mellis modici dulcedini tradidit. Hæc ſimilitudo eorum eſt,qui ſeductioni præſentis ſeculi adhęſerunt.Cuius expoſitionem tibi dicam.Vnicornis quidem mortis figuram tenet, quæ ſemper perſequitur, & comprehendere vult genus humanum.Barathrum vero mũdus eſt iſte malis plenus,& laqueis mortiferis. Arbuſtulam, quæ a duobus muribus inceſſanter incidebatur, quam apprehendimus,vitæ noſtræ menſura eſt,quę conſumitur, & diminitur per horas diei, & noctis, & inciſioni appropiat.Quatuor vero aſpides de quatuor fragilibus, & inſtabilibus elementis conſtitutionem humani corporis ſignificant.Quibus inordinatus, & conturbatis,corporis compago diſſoluitur.Cũ his crudeliſſimus draco terribilem inferni ventrem figurat,cupiens ſuſcipere eos, qui præſentes delectationes futuris pręponunt bonis.Stilla vero mellis ſignificat dulcedinem mundi, per quam ſeductor ille ſuos amicos non finit propriam videre ſalutem. lib.15.c. 15.ex ead.hiſt.

EXEMPLVM XVII.

Amici falſi ſunt peccata,mundus,& diabolus,ſed amici veri ſunt virtutes, & opera virtutum & honeſta.

SImiles ſunt amatores ſecularium delectationum,& qui harum dulcedine illiciuntur, atque futuris & ſtabilibus fluida & fragilia præferunt,homini qui tres amicos habuit, quorum quidem duos præcordialiter, & affectuoſe honorabat, ac vehementer eorum charitate afficiebatur, & vſque ad mortem pro ipſis agonizans,& periclitari deſiderans, aduerſus tertium multo ferebatur deſpectu,neque honore, neq; decenti eum aliquando gratificans dilectione,niſi quandam modicam ad eum ſimulans amicitiam. Venerunt ergo terribiles die quadam quidam milites acceleranteſ hũc ad Imperatorem ducere, rationem redditurum pro debito decem millium talentorum. Coarctatus vero ille quærebat adiutorem ad ſubueniendum ſibi in terribili rationis poſitione apud Regem. Currẽs igitur ad primum præ omnib. eorum amicum,dixit ei:Noſti,ò amice, quomodo animam meam ſemper pro te poſui,nunc autem indigeo auxilio tuo in die iſta detinente me neceſſitate.

Quomodo ergo promittis mihi nũc auxiliari,& quę apud te repoſita eſt mihi ſpes dilectiſſime?Reſpondens ergo ille ait:Non ſum amicus tuus,ò homo, neque ſcio quis ſis: habeo enim alios amicos, cum quibus oportet me hodie lætari, & amicos iſtos a modo poſſidebo.Præbeo tamen tibi cilicio la duo, vt habeas ea in via qua ambulas, quæ tamen nihil tibi proderunt. & nullam aliam ſpem a me præſtoleris. Hoc audiens ille,& diſſidens de auxilio,quod ſperauerat ab eo, ad ſecũdum perrexit amicum,cui & ait:Recordare,amice, quantum accepiſti à

me

me gratiæ, hodie vero corruens in tribulationē & aduerſitatē, auxiliatore opus habeo quantum vero vales ſubuenire nunc indica mihi. Ille vero ait. Non vacat mihi hodie, vt tecum ſubeam agonem curis enim & ſollicitudinibus circundor, & in tribulatione ſum, modicum tamen tecum pergā, quamuis tibi non ſit profuturum, & ſtatum domum reuerſus proprijs vacabo negotijs. Vacuis ergo manibus inde reuertus, vndique deſtitutus, lamentabatur ſeipſum de vna ſpe ingratorum amicorum, & de inutilibus laboribus, quos ſæpe pro eorum ſuſtinuit dilectione. Pergit ergo ad tertiū amicum, de quo nunquam curam habuit, nec ſocium lætitiæ ſuæ hunc aduocauit, & ait ad eum confuſo, & in terram vultu demiſſo. Non habeo os loquendi ad te, cognoſco enim diligenter, quia nunquam tibi bene feci, nec amicabiliter circa te habui me, ſed aduerſitas apprehendit me duriſſima, & nullam ſpem ſalutis in cæteris amicis meis repperi, veni ad te rogans ſi eſt tibi poſſibile quodlibet auxilium, vel modicum impendere, ne tardes memor ignorantiæ meæ. Tunc ille reſpondit ei hilari, & ſereno vultu. Certè amicum meum chariſſimum te confiteor eſſe, & modici illius tui beneficij non immemor cum vſura retribuam tibi. Ne timeas ergo, ne formides ego enim præcedam te, ego interueniā pro te apud Regem, & non tradam te in manibus inimicorum tuorum. Confide ergo dilectiſſime, & non triſteris. Tunc cōpunctus ille, dicebat cum lachrymis: Heu mihi, quid prius lamentabor, aut quid potius plangam? vanum affectum meum reprehēdam, quem falſis exhibui amicis, an amentiam meam plāgam, quia huic vero, & germano amico nullam oſtēdi familiaritatē. Primus amicus eſt diuitiarum poſſeſſio, pro quibus homines multum laborant, de quibus nihil accipiunt, in morte, niſi viles panniculos. Secundo vxor, filij, & amici, qui non pergunt niſi cum mortuo ad ſepulchrum. Tertius amicus bona opera ſunt, & virtutes, quæ defendunt nos coram iudice. libro 15. capitulo 16. ex eod. hiſtor.

EXEMPLVM XVIII.

Mundus ſibi ſeruientes, niſi prouidētia ſua ſibi ipſis prouiderint, in æternum exiliū & miſerias deſtinabit.

RVrſus ait Barlaam. Ciuitatem quandam didici fuiſſe magnam, cuius ciues talem habebant conſuetudinem antiquitus, vt aſſumerent extraneum aliquem, & ignotum virum nihil legum ciuitatis ſuæ, vel traditionum ſcientem, & hunc ſibi Regem conſtituebant, qui omnem poteſtatem accipiebat, & ſuarum voluntatū faciēdarum facultatem habebat, vſque ad completionem vnius anni. Deinde eo in omni ſecuritate manente, delicijſque, atque tuitatibus abſque formidine, & regnum ſibi permanſuram exiſtimante, repente ſurgentes ciues illic contra eum, regali ablata ſtola, nudum trahentes per totam ciuitatē exulem tranſmittebant in magnam, & longius remotam inſulam, in qua neque cibū, neque veſtimentum inuenies in fame, & nuditate malè attenebatur, præter ſpē conceſſis ſibi delitijs, & gaudijs, in triſtitiam rurſus præter ſpem omnem & expectationem tranſmutatus. Interea ordinatus eſt quidam vir in regno, qui non exiguo mentis intellectu vigebat, qui tanta ex improuiſo accedente ſibi abundantia non eſt diſſolutus, nec ab ea raptus, neque eorum qui ante eum regnauerunt, & electi miſere fuerant incuriam ſecutus, ſed ſollicitudine gerebat, & laborabat animo quomodo ſe & ſua diſponeret. Dum ergo aſſidua meditatione diligentius iſta tractaret, cognouit per quendam ſapientiſſimum conſiliarium ſuum conſuetudinem ciuium, & locum perennis exilij, & quō ſemetipſum oporteret cuſtodire, ſine errore edoctus eſt. Hoc ergo vt agnouit, & quia oporteret illum poſt paululum ad inſula applicare, & regnum caducum alienigenis dimittere, aperis theſauris ſuis, quorum tunc habebat liberam facultatem ex illis quod vellet facere, accepit pecuniarum multitudinem, auri videlicet & argenti, & lapidum pretioſorum ampliſſimum pondus, & fideliſſimis commiſſis famulis in illam præmiſit, ad quam ducendus erat, inſulam. Peracto igitur anni termino, in ſeditionem verſi ciues, nudum,

dum, ſicut & illos, qui antè eum fuerant, in exilium tranſmiſerunt. Tunc cæteri, ſtulti & temporales reges fame malè cruciabantur. Ille verò prouidus in abundantia viuès perpetua, delitias infinitas, atque diuitias habens, timore magno prorſus incuſſo infidelib. & malignis ciuibus, ſapientiſſimo ſeipſum beatificauit conſilio. Ciuitatem ergo intellige vanum illum, & deceptorem mundum, ciues autem principes & poteſtates dæmonum, mundi rectores, ſiue ſeculares homines, ſapientem qui regem præmonuit de conſuetudine ciuitatis, quemlibet ſanctum doctorem, & prædicatorem, exilium futuram vitam, vbi qui anno ſuo, id eſt, tempore huius vitæ, delitijs ſeruierunt, in perpetuas miſerias detrudendi ſunt. Qui verò de futuris ſolliciti opera bona tanquã diuitias præmiſerunt, æternis deliuijs fruituri ſunt. lib. 15. c. 17. ea ead. hiſt.

EXEMPLVM XIX.

Gratias agens de modicis Dei beneficijs fœmina nobilem iuuenem in maritum accepit, qui hanc ſapientem vxorem, & non diuitem eligens magnos, & inſperatos theſauros promeruit.

QVidam fuit filius ditiſſimorum parentum, cui pater ſuus deſponſauit filiã cuiuſdam nobiliſſimi, & præ omnibus locupletiſſimi Regis nimis pulcherrimam. Mouit ergo ſermonem cum puero de nuptijs, & quomodo facere meditabatur annunciauit, quod ille quaſi rem malam ac nefariam reſpuens, relicto patre in fugam elapſus eſt. Ambulãs autem declinauit in domum cuiuſdam ſenis pauperis, propter æſtum diei ſemetipſam repauſaturus. Tunc filia ſenis virgo, quæ erat ei vnigenita, ſedens ante ianuam operabatur manibus, ore autem ſuo Deum laudabat, aſſiduè gratias agens ei de imò cordis. Huius autem laudes iuuenis auſcultans, ait. Quod eſt iſtud, ò mulier, ſtudium tuum, cuius autem rei gratia, cum ita ſis pauper, & tenuis, quaſi pro quibuſdam magnis donis gratias referendo ſic laudas Dominum? Quæ reſpondens ait. Neſcis, quia ſicut exigua medicina de magnis laboribus ſæpius liberat hominẽ, ita & in paruis Dei donis, gratiarum actio, magnorum auctrix bonorum efficitur. Ego quidem filia ſum ſenis pauperis, gratias tamen refero Deo pro modicis iſtis donis, & benedico Dominum; certa quoniam qui hæc contulit, & maiora valet dare. Et iſta quidem de his quæ extrinſecus ſunt, & noſtra non ſunt, ex quibus nec multa poſſidentibus lucrum aliquod peruenit, ne dicam, quia, & ſæpius damnum ſuſtinent, neque minora accipientibus accidit detrimẽtum, eandem vtique iuſque viam pergentibus, & ad eundem peruenientibus finem. Eorum verò quæ magis ſunt neceſſaria, & perfectiſſima, multa & maxima accepi Dei dona, quæ innumerabilia, & inæſtimabilia ſunt. Nam ſecundum imaginem Dei facta ſum, & ipſius notitiam habere merui, & ratione præ omnibus animalibus ſum prædita, & ab ipſo Deo inuitata ſum ad vitam per viſcera miſericordiæ eius, cuius & myſteriorum particeps eſſe merui, cui & paradiſi ianua parata eſt, facile ſi voluero introitum mihi præbitura. Pro tantis igitur, & talibus donis, quæ indifferenter diuites percipiunt, & pauperes, vt dignum eſt gratias agere penitus eſt impoſſibile. Si autem, & modicam laudationem largitori bonorum non obtulero, qualem excuſationẽ habebo? Iuuenis itaque eximium illius ſtupens intellectum, eius patrem accerſiuit, cui dixit: Da mihi vxorem filiam tuam, adamaui enim illam propter intellectum, & pietatem. Tunc ſenex ait; Non licet tibi accipere pauperis filiam, cum parentum diuitum ſis filius. Rurſus autem iuuenis ait; Etiam hanc accipiam, ſi tamen mihi non negaueris eam. Nobilium quippe, & diuitum mihi filia fuit deſponſata, ſed hanc reſpuens fugam arripui, filiam quoque tuam propter pietatem, quam habet in Deum, & prædictum illius intellectum adamans, copulari mihi præ omnib. cogitaui. Senex autem dixit ad eum; Non poſſum tibi filiam meam dare, vt ducas in domum patris tui, & ab vlnis meis ſeparet eam, vnica enim mihi eſt. Sed ego, inquit iuuenis, apud vos manebo, & veſtram ſuſcipiam conuerſationem. Deinde, & ſplendidum deponens veſtimentum, ſenis habitum poſtulans induit. Tunc ille ſenex in multis tentans eum, & variè ipſius examinans cogitationes, poſtquam cognouit iuramenti illius ſtabilitatem, & quia

non

non amore inſipientiæ detentus petijt eius filiam, ſed pietatis amores elegit pauperrimè niuete, hanc præponens ſuæ gloriæ. & nobilitati, tenens eum manu introduxit in ſuum cubiculum, & oſtendit ei diuitias multas ibi repoſitas, & immenſum pondus pecuniarum, quantum nō viderat aliquando iuuenis ille, & ait ad eum, Fili, hæc omnia tibi do, eo quod elegiſti meæ fieri hæres ſubſtantiæ, quam tenens hæreditatem ille omnes ſupergreſſus eſt glorioſos terræ, & diuites.

lib. 15. cap. 19. ex ead. hiſt.

Ex tertia parte Speculi hiſtorialis.

EXEMPLVM XX.

Infirmus quanto ſtudio vxor Theodoſij Imperatoris miniſtrauit.

MVlier quædam Theodoſij Imperatoris vxor, nomine Placella, claudorum atque debilium maximam habebat curam, non ſeruis, non aliis vtens miniſtris ad hæc officia peragenda, ſed per ſemeipſam hæc agens, ad eorum habitacula veniebat, vnicuique quod opus erat præbens, quæ per Eccleſiarum xenodochiam diſcurrens, ſuis manibus infirmis miniſtrabat ollas eorum extergens, ius guſtans, offerens cochlearia, panem frangens, cibos miniſtrans, calices diluens, & alia cuncta faciēs, quæ ſeruis, & miniſtris mos eſt ſolemniter operari. His autem qui eam de rebus niebantur talibus prohibere dicebat: Aurum diſtribuere imperij eſt opus, ego autem pro ipſo imperio hoc opus offero bona mihi tribuenti. At viro ſuo ſæpe dicebat. Oportet te, marite, ſemper cogitare quid dudum fueris, & quid modo ſis, nam ſi ſuper hæc cogitaueris, ingratus benefactori non eris: ſed imperium, quod eo largiente ſuſcepiſti, legaliter gubernabis. Itaque his, & ſimilibus optima mulier proficere virū ſuum in virtutib. ſedulè hortabatur.

EX FLORIBVS ERACLIDIS, qui dicitur Paradiſus.

EXEMPLVM XXI.

Superbus frater quomodo dæmonum factione, & illuſione in Angelorum ſe formam transformantium decipitur.

QVidam Palæſtinus, nomine Valens, peruenit ad eremum, in qua plurimis annis vixit cum alij fratribus. Difficiliſque vitæ ſtudium aſſecutus, ad tantum cacumen ſuperbiæ aſcendit, vt diabolicis illuſionibus falleretur, neſcio quid magnum ſe eſſe putans, tanquam Angelorum bonorum viſione, miniſterioque quotidie frueretur. Referebant igitur eius notiſſimi, quod vno die dum in tenebris opus faceret, acus ei, qua ſportulam conſuebat, è manibus cecidiſſet, & dum eam in obſcuro cernere non poſſet, lampade ſibi miniſterio dæmonis accenſa eandem inuenit. Eo igitur ex ipſa inflatione refecto accidit, vt quidam illic peregrini venirent, variaque leguminum, & fructuum genera fratribus exhiberent. Quæ cum ſuſcepiſſet ſanctus Macharius fratrum presbyter, ſingulis fratribus puſillum miſit, inter quos & Valenti fratri partem ſuam deſtinauit. Qui latorem ipſum iniurijs confecit, dicēs ei. Vade, & dic Machario, quia non ſum deterior illo, & benedictiones ad me tranſmittat. Quo itaque audito Macharius ad eum veniens, & conſilium ei humilitatis dedit, ſed perſuadere non valens, de ruina eius triſtis abceſſit. Denique diabolus in effigiem Saluatoris transfiguratus, nocte venit ad eum cum choro mille, vt finxerat, Angelorum lampades accenſas tenentium, & cum flammea rota, in qua Saluatorem ſedere ſimulauit, vno ex eis præcedente, eique dicente; Placuit Chriſto conuerſatio tua, & probabilis vitæ fiducia. Et ecce venit ad te tantum egredere de cella tua, & venientem eminus cernens adora. Egreſſus igitur illum vt Deum adorauit, & ſequenti die congregatis ad Eccleſiam fratribus ait. Ego iam communione non indigeo, Chriſtum enim ipſum hodie vidi. Tunc ſancti patres ferreis vinculis eum illigatum ſecularis vitæ conuerſationi dederunt, vt ex eo tumor eius animi

bat ceſſaret, quod nihil commune cum ſanctis haberet, & ſic eum per totum annum proprijs orationibus curauerunt.
libro 7. c. 55.

EXEMPLVM XXII.

Abſtinens Serapion vt proximos conuertat ſeipſum vendit, & omnibus paſſionibus denueris voracitatem ventris ſe non poſſe ſuperare cauſatur.

QVidam vir nomine Serapion, qui & Syndonius vocatur, quia veſte non alia, quam Syndone vtebatur, Apathes etiam, id eſt impaſſibilis vocabatur, qui nullum poſſidendi denarium pauebatur, & abſtinentia nimia omnium rerum, & aſſidua meditatione diuinorum librorum vnius cellulæ quiete non poterat eſſe contentus, ſed per diuerſa trahebatur mens eius. De hoc referebant patres ſancti, quod in quodam oppido vigint ſolidorum pretio ſe paganis nimis cruciauerit, & in eorum permanſerit, ita vt eis pedes quoque lauaret, donec eos chriſtianos efficeret, & a ludis theatralibus ſepararet, nullumque cibum niſi panem, & aquam ſumere conſueuerat, nec diuinas ſcripturas legere ceſſabat. Illis autem ad pœnitentiam & caſtam vitam conuerſis, cum ei libertatem offerrent, dicentes, quia per ipſum a turpi ſeruitio liberati eſſent, viginti ſolidos, quos pro ſe acceperat, & apud ſe ſeruiuerat, reddit eis, dicens. Quia per me Deus in vobis impleuit, quod volebam, nunc aurum, quod pro me dediſtis, recipite, vt alios quoq; quibus ſubuenire poſſim reperiam. Cumque rogatus adquieſcere nollet, vt cum eis tanquam pater eorum, & Dominus remaneret: Dabis ergo inquiunt, aurum illud pauperibus, quod nos velut arras quaſdam pro ſalute noſtra dediſſe cognouimus. At ille: Date ait vos. Ego enim alienas pecunias non do, Saltem, inquiunt hoc precamur, vt vel poſt anni circulum nos Athenis requiras. Itaque ſeruus Chriſti peregrinando frequenter ad Helladam venit, ac per triduum moratus Athenis à nullo panem quo veſceretur accepit. Neque uero pecuniam habebat, nec peram, vel pellem, vel aliud quicquam ſecum præter ſyndonem, quo erat amictus, ferebat. Cum ergo ieiunus vſque ad quartam diem peruenisſet, ſeſurire fortiter cœpit. Nihil enim peius illo ieiunio, quod extorqueretur inuito, ex cuius neceſſitate ſæpe etiam, perfidia procedit. Stetit ergo ſuper colliculum vrbis, vbi primates eiuſdem oppidi conſilium habere conſueuerant, & illuc manus ſuas percutiendo vim ſe maximam pati clamabat, dicens: Athenienſes viri ſuccurrite. Concurrentes itaque ſimul omnes pallijs, & byrris induti, quæſierunt vnde veniſſet, vel quid pati diceret? Ille reſpondit: Genere ſum Aegyptius, conuerſatione monachus, ex quo autem de patria mea vera diceſſi, in trium fœneratorum manus incurri, quorum duos quidem quocunque modo debitum ſoluens potui euadere, tertius autem adhuc retinet me, nec habeo poſſum ei ſatisfacere. Illis autem quis eſſet, vel vbi degeret requirentibus, qui ei moleſtus eſſet, in omnibus adiutores ſe pollicentibus, ſi hoc eis indicaret, ait. Cupiditas pecuniæ, deſiderium voluptatis, & voracitas ventris, hi tres ſemper mihi moleſti fuerunt a principio iuuentutis.

Ex quibus primos duos euaſiſſe iam videor, nec vltra mihi moleſti ſunt, tertium vero ferre non poſſum, cum enim quarto die iam ex neceſſitate ieiunem, vrget me ſeueriſſimus fenerator exigens debitum, & niſi reddidero mortem minatur. Tunc quidam prophetarum obtulerunt ei ſolidum vnum, quo ille ſumpto, & cuidam, qui panes vendebat dato, vnoquoque tantam abeo pene ſuſcepto, mox ab vrbe profectus eſt, & nunquam poſtea in eam reuerſus. Vt autem circa Lacedæmonis loca veniens, vnum illic de primoribus vrbis, bonum in cæteris rebus virum, omneſque de domo Manichæos eſſe cognouit, iuxta ſuperius exemplum ſe vendidit, & intra duos annos ab execrabili ſecta tam ipſum, quam coniugem eius, totamque familiam abſtracto: Eccleſiæ tradidit. libro 17. cap. 85.

EXEMPLVM XXIII.

Ioannes Damaſcenus Deiparæ virgini deuotus, capitur, Domino gratus, filium eius inſtruit, ab Imperatore Theodoſio vocatur, & fraudulenter proditionis accuſatus manu truncatur, ſed eam beata virgo reſtituit inuocata.

IOannes Damaſcenus floruit tempore Theodoſij Hic ab infantia græcis litteris eruditus, infra duodecim annos omnem liberalium artium ſcientiam comprehendit, in amore Dei, ac glorioſæ matris eius ſe exercens, monachalem habitum aſſumpſit, virgo permanẽs, reginæ virginum horas quotidie ſtudioſiſſime decantabat. Factus presbyter in eius honore miſſas deuotiſſime, ac frequentiſſime celebrabat. Inſuper etiam orationes antiphonas, reſponſoria, proſaſque facere conſueuerat, quas in eius ſolemnitatibus ad ipſius laudem dulciſſime decantabat. Tradebant ei nobiles viri proprios filios erudiendos, quos ille non ſolum litteris inſtruebat, ſed etiam ad timorem, & amorem, in omni morum honeſtate diligenter informabat. Quadam die cum egreſſus ciuitatis mutos cum ſcholaribus ſuis pauliſper ſpaciaretur, Saraceni ſubito irruentes more ſolito, cum hominum, & animalium multitudine ipſum quoque rapuerunt, ac ſecum in Perſidem detulerunt. Et cum inter prædones prædæ fieret diuiſio contigit vt cuidam inter illos diuiſſimo Ioannes in partem veniret, qui cæteris ad ſeruitutis opera deputatis, nutu diuino meritis beatæ virginis erga ipſum miſius ageret. Captiuus namque ſeruitutis penſum ſolitũ reddere non negligebat, ſed & ieiunijs ac vigilijs inſiſtens, orationes ad beatam virginẽ deuotiſſimas quotidie dirigebat. Quod ille gentilis animaduertens, eius bona conuerſatione tanquam ſpirituali prædicatione conuictus, ipſum ire ac redire liberum quo vellet infra palatij ſpatia permittebat. Et die quodam ſic eſt eum allocutus. Mi Ioannes chariſſime, miratus ſum prudentiam tuam, dictandi curialitatem, ſcribendi vtilitatem, cantandi, & organizandi ſuauitatẽ, ſanctum quoque propoſitum, & conuerſationem. Habeo filiolum non minus meipſo mihi charum, quem precor, ne in artibus liberalibus eruditus, & in dictando, ſcribendo, legendo, cantando ſic eum tibi conformare ſtudeas, vt ſi forte aliquando a nobis liber recedere is, in ipſo tamen apud nos quodammodo totus remaneas. Qui puerum obediẽter, humiliterque ſuſcipiens, & à primis elementis erudire incipiens, infra paucos annos in omnibus artib. liberalibus inſtructum adeo reddidit, vt ſi magiſtri ac diſcipuli rhetoricum dictandi genus attenderes, ſi litteræ formam aſpiceres, ſi vocis melodiam audires, nullum eſſe differentiam inter vtramque clamares. Porro cum Imperatori Theodoſio pro vitæ merito, & morum honeſtate, necnon pro eloquentiæ nitore in quibuſdam cauſis neceſſarius videretur, miſſa legatione ſub pœna capitis Domino mandat, vt ei quantotius mitteretur. Qui præcepto imperiali contradicere non auſus, Ioannem Conſtantinopolim ad ipſum honorificè deduci fecit, Imperator ad eum cũ honore ſuſcepit, & ei monaſteriũ, in quo cum fratribus Deo quiete ſeruiret, in vrbe dedit, vbi & ipſemet ſæpius veniebat, ac de ſtatu regni, & ſalute animæ ſuæ familiariter cum eo tractabat. Vt autem bonus Ioannes ad meritorum augmentum probaretur adhuc in camino tribulationis, iuuenis, quem in Perſide docuerat ſuum genus dictandi, & propriam manum ſcribendi, nequitiæ ſpiritu exagitatus, epiſtolam proprio ſenſu ingenioque dictauit, ſcriptamque Conſtantinopolim furtiuè direxit, & in palatij loco, vbi citius à miniſtris inueniri poſſet, iactari præcepit. Eratque talis: Dilectis amicis, qui ſunt in Perſide Damaſcenus Ioannes monachorũ minimus, Salutem. Noueritis Imperatorem robur exercitus ad diuerſa bella in nationes extremas miſiſſe, vrbemque regiam, & finitimas hominibus uacuas remanſiſſe. Quoniam ergo ſapientes eſtis, ſecurè venite, & victoriam vobis paratam abſque mora viriliter obtinere. Inuenta eſt igitur à miniſtris epiſtola, & coram Imperatore perlecta, traditio ab omnibus exclamatur & quis huius proditionis actor eſſe inquiritur, forma litteræ, ingeniumque ſcribendi reſpicitur, & Ioannes eſſet Imperatori nuntiatur. Statim Ioannes quæritur, & cum iniuria multa ad Imperatoris præſentiam trahitur, ipſo mirante vnde tam ſu-

bita

bito talis tumultus & contra ſe conſpiratio oriretur. populus uniuerſus intorquens conuitia mille, non facerdotem, ſed proditorem, non monachum, ſed apoſtatam proclamabat, & furibundus vix manus ab eius oculis continebat. Tunc imperator facto ſilentio, ſuſpirans ait. O nequiſſime Ioannes beneficiis meis ingrate, malum pro bono mihi reddidiſti, Sarabica peſſime, quantum eſt in patriam tradidiſti, mihiq. ac meis auferens libertatem, in captiuitatem nos retruſiſti Oſtenſaque illa epiſtola, reſpondit ita. Vere Domine formam ſcribendi, & dictandi genus meum hoc eſſe cognoui, ſed teſtis eſt mihi Deus, quod eam omnino non feci. Cumque omnes in eum perſtreperent, eo quod ueritatem occultare, uelle uideretur, undique clamabant, ut abſque dilatione morte puniretur. Iudices facto conſilio pari aſſenſu dicunt ipſum, quia ſpecialis amicus imperatoris fuerat, non debere occidi, ſed manum, qua tantum facinus perpetrauerat, abſcindi, quo facto Ioannes de dolore vulneris, ac diminutione corporis gratias egit Deo ſed quod in eius honorem amplius offerre ſacrificium non poſſet, pauliſper condoluit. Abſcita itaque manus officio ſpiculatoris, iuſſu Imperatoris ad teſtimonium tanti ſceleris ſuſpenſa eſt in monaſterio, ac reſidentiæ loco ipſius Ioannis. Ille mox ad imaginem ſpecialis Dominę ſuæ mancus aduenies, diſcooperto vulnere & extento ac oſtenſo brachio, cum ea pie affixabatur, inquiens. Hæccine Domina noſtrorum præmia meritorum ſunt? Hęccine tuorum beatitudo ſeruorum? Eſto, Domina mi, digne pro meritis peccatorem me flagellari uoluiſti, ſed ut quid inſtrumentum officii ut permiſiſti penitus abſcindi. Hæc quippe manus hymnorum laudis tuæ cantica ſępius ſcribendo parabat, & Deo patri ſacratiſſimum corpus & ſanguinem filii tui multoties in bono e tuo ad peccatorum ſalutem offerebat. Cumque talia ſæpius ibi lamentando peroraret, contigit nocte quadam, ut poſt huiuſmodi lamentationem in lectulo feſſus, nec dormiens, nec uigilans ex toto paſſaret. Et ecce regina virginum affuit cum ingenti lumine, hilari facie, tali eum conſolans affamine, Quid agis, inquit, puer meus? Heu, inquit, ille, Domina quid me interrogas? Quinto interrogo te ego. Cum hæc pateret ubi eras? Ecce ad meum, imo ad tuum dędecus in Eccleſia pendet abſciſſa clientis tui manus. At ille. Confortare, inquit, fili in Domino, manum tuam tibi reſtaurare poteſt, qui totum hominem plaſmauit ex nihilo. His dictis eo uidente ecclesiam illa petiit, delatumque inde membrum eius, brachio cum mira benignitate in momento reſtituit. Tunc ille gratias ineffabiles agens redditas diei luce ſurgit, fratribus conuocatis manum oſtendit, eoſque ſecum ad magnalia Dei glorificandum animauit. Mox ſolenniter indutus, alta uoce miſſam de beatiſſima uirginis celebrauit. Imperator auditu miraculo pedes ad eum uenit, & ore proprio manum deoſculans, poſt Dei laudem, & gloriosæ uirginis, ab ipſo diligenter inquirit, ſi quem alicubi cognoſceret, qui ſuum dictandi genus, ac ſcribendi formam haberet? Quod ille quidem ei retulit, & ſic rei ueritas inquiſita diligentius innotuit lib. 17. c. 103. 104. & 105.

EXEMPLVM XXIIII.

Ambitione ſeductus Theophilus Chriſtũ negat, chirographum ſignatum dæmoni tradit, ſed pœnitens per beatam Dei-param uirginem & gratiæ reſtituitur & uitę.

QVidam uir nomine Theophilus, ſub anno iuſtiniani nono, fuit in una ciuitate Ciliciorum ſanctę Eccleſiæ Vicedominus, moribus & conuerſatione precipuus, quiete & moderate ad eccleſiam pertinentia optime reges. Qui affectualiter a populo & clero dilectus, mortuo eiuſdem ciuitatis Epiſcopo in Epiſcopum eſt electus. Sed cum plurimum reniteretur, conteſtans ſe indignum tanti honoris officio, ut ad Metropolitanum Epiſcopum perductus, ab eo cum gaudio ſuſceptus eſt, & ut uoluntati plenum aſſenſum præberet commonitus. Videnſque eius nimiam in renitendo conſtantiam dimiſit eũ & aliũ in loco eius promouit ad Epiſcopatus officiũ, Porro ordinato Epiſcopo cum ad propriam remeaſſet ciuitatem, quidã de clero inſtigauerunt Epiſcopum, ut amoto illo aliũ Eccleſiæ ordinaret Vicedominum,

Quo facto callidus hoſtis, & inuidus immittens ei Vicedominatus zelum, & ambitionis æmulationem, intantum eum ſeduxit, vt etiã maleficorum poſtularet auxilium. Itaque cum ingenti deſiderio ambitionis vteretur, ad quendam acceſſit in ciuitate Iudæum diabolicæ artis operatorem nequiſſimum, qui iam in infidelitatis, & perditionis foueam multos immerſerat, ac gemibus eius prouolutus, ait: Quæſo adiuua me, quoniam Epiſcopus meus me ad opprobrium adduxit, & hęc in me fecit. Reſpondit ille; Proxima nocte veni ad me, & ducam te ad patronum meum qui ſubueniet tibi quomodo volueris. Quo facto duxit eum ad circum ciuitatis, & ait: Quodcunque videris, vel quemcunque ſonum audieris, ne terrearis. Signum quoque crucis nullo modo tibi imponas. Illo hoc ita ſpondente, ſubito, oſtendit ei albos clamidatos cũ multitudine candelabrorum clamantes, & in medio principem ſedentem. Erat enim diabolus, & miniſtri eius. Tenens autem Iudæus manum Theophili, dixit eum ad illud flagitioſum conſilium. Et ait ei diabolus; vt quid nobis hũc hominẽ adduxiſti? Reſpondit, ab Epiſcopo ſuo præiudicatum, & veſtrum auxilium poſtulantem. Cui diabolus: quale adiutorium dabo homini ſeruienti Deo ſuo, tamen ſi ſeruus meus eſſe cupit ego ei ſubvenio, ita vt plus facere poſſit, quam prius, & imperare omnibus, etiam Epiſcopo. Audiens Theophilus, ſpopondit omnia ſe facturum quæ diceret: cœpitque deoſculari pedes eius, & rogare eum. Qui ait ad Iudæum: Abneget filium Mariæ, & ipſam, quia odio mihi ſunt, & firmet ſcripto ſe per omnia vtrumque abnegare, & poſt hæc quæcunque voluerit a me impetrabit. Tunc reſpondit Theophilus; Abnego Chriſtum, & matrem eius; faciensque chirographum, impoſita cera ſignauit annulo proprio. Et abſceſſerunt cum nimio perditionis gaudio. In craſtino autem epiſcopus procuratione diaboli, aut diuina, vt reor, prouidentia motus remoto Vicedomino, quem turpiter promouerat; hunc cum omni honore reuocauit, & duplo quam ante fuerat denuo ſublimauit, ita vt peccaſſe ſe clamaret, quod tam idoneam perſonam aliorum delationibus eiecciſſet, & illum inutilem promouiſſet.

Reſtitutus itaque Theophilus cœpit ſuper omnes eleuare ſe, omnibus ſibi obedientibus cum metu, & tremore. Cumque paruum tempus in huiuſmodi iactantia moraretur, creator omnium, & redemptor, qui non vult mortem peccatoris, recordatus qualiter prius ille fideliter eccleſiæ ſuæ miniſtrauerat, & quam pius in miniſtrando egenis extiterat, non deſpexit creaturam ſuam, ſed dedit ei pœnitentiam. Nam in ſe reuerſus, ſobrietate recepta, cœpit affligi in his quæ geſſerat, & ſe ipſum acriter arguere. Væ, inquit, mihi miſero, quo ibo? quem rogabo? cuius auxilium implorabo, qui diuino me ipſum defraudaui adminiculo? Chriſtum & matrem eius negaui, & fecit me ſeruum diaboli per chirographum nefandæ cautionis. Quis putas illam abſtrahere poterit de manu vaſtatoris? Cum hęc, & alia ſermocinaretur, tandem inſpiratus diuinitus cum fletibus ait: Licet ſciam Chriſtum Dei filium, quem infœlix infideliter negaui, de virgine Maria natum, ibo tamen ad ipſam, & toto corde ipſam ſolam interpellabo, donec miſericordiam Domini per eius interceſſionem obtineam. Tunc animatus fortiter, cum omni humilitatis deuotione procidit coram templo beatæ virginis, quadraginta diebus, & noctibus perſiſtens in orationibus, & ieiunijs eam inceſſanter deprecando, vt a maligno dracone, & ab illa, quam geſſerat abnegatione, per ipſam eriperetur. Quibus expletis apparuit gloriosa virgo media nocte, dicens ei. Confitere homo. Chriſtum, quem ego peperi, & tu abnegaſti, miſericors enim eſt, & ſuſcipiet lachrymas pœnitentiæ tuæ. Ideo enim ex me carnem ſumere dignatus eſt, vt peccatores ſaluaret. Tunc ille cum reuerentia ſubmiſſo vultu, cum magno vlulatu proteſtatus eſt, dicens. Credo in Deum Patrem, & adoro Filium Dei ex patre ante ſecula, & in nouiſſimis diebus ex te ſancta Maria virgine natum, pro nobis peccatoribus pati dignatum, hoc confiteor, hunc colo, & amplector. Cum ergo hac precatoria cautione offer me ſancta virgo filio tuo. Quod ſpondens beata virgo, cum dies illuxiſſet abſceſſit. Illo uero enixius triduo Dominum poſtulantem cum lachrymis, rurſum illa nebula clarifica apparuit ei hi-

ei hilari vultu & lætis oculis, dicens. Homo Dei, ecce ad petitionem meam ſuſcepit Deus lachrymas tuas, & precibus annuit, ſi tamen vſque ad mortem perſeueraueris in his, quæ filio meo me teſte promiſiſti. Qui reſpondit. Etiam Domina, obſeruabo enim, & non præteribo ſermones meos. Sed ego peccator, & impius rogo perennem fontem benignitatis tuæ, qui in profundum cœni demerſus ſum, vt recipere valeam illam execrabilem abnegationis meæ chartulam ab illo, qui me cœpit, diabolo ſignatam, nam hoc eſt quod ſupra modum titillat animã meam. Cum in hæc triduana poſtulatione perſeueraſſet, iterum eadem virgo Maria in viſione ei apparuit, & eandem cautionis chartulam habens in manu de cera ſigillatam exhibuit, atque eius pectori dormienti ſuperpoſuit, quam ille à ſomno ſurgens inuenit, & lætus effectus, in craſtinum cum eſſet dies dominica peregens ad Eccleſiam, in qua cum populo Epiſcopus aderat, poſt lectionem euangelii proſtrauit ſe pedibus Epiſcopi, eique omnem impietatis ſuæ hiſtoriam retexuit. Poſt hoc etiam qualiter ad fontem miſericordiæ beatam virginem confugiens, eius meritis & precibus per pœnitentiam, & lachrymas à Deo ueniam meruit, nec non qualiter chirographum ſignatum peſſimæ ſcriptionis cæperit, adiunxit. Et obſecrans, ut coram omnib. legeretur, Epiſcopo porrexit. Omnes itaque clerici, & mulieres tenta Dei miſeratione permoti, diuiſſime Deo gratia retulerunt. Epiſcopus quoque gaudio repletus, clamabat ad populum, multis exhortationibus eos prouocans ad gratiarum actionem, & Chriſti, ac ſanctæ matris ſuæ virginis glorificationem. Interim autem Theophilus ſolo iacebat proſtratus, quem poſt orationis laudem Epiſcopus ſurgere iuſſit, & ei chartulam illam nefandiſſimam in conſpectu omnium comburere præcepit. Quo facto ingreſſus Epiſcopus miſſarum ſolennia peregit. Cumque percepiſſet Theophilus ſacræ communionis myſterium, ſtatim refulſit facies eius ſicut ſol. Videntes autem omnes ſubitaneam uiri transfigurationem, magis glorificabant Deum, qui facit mirabilia ſolus, & beatæ Mariæ diuiſſime laudes referebant. Beatus autem Theophilus in locum illum, in quo beatam uiderat uiſionem, declinans tanquam fixus perſtitit in illo per triduum. Poſt triduum uero omnib. fratribus valedicens, oſculum tribuens, animamque ſuam ſanctæ Trinitati, & beatæ Mariæ liberatrici ſuæ commendans, uitam hanc in eodem loco fœliciter finiuit, ubi & corpus eius ſepultura fuit. lib. 21. cap. 69. & 70.

EXEMPLVM XXV.

Tribulari in præſenti uita Mauricius Imperator maluit, quam in futura uita puniri.

MAuricius Auguſtus Deum timens, malebat in hoc ſeculo facinorum ſuorum corporali ſupplicio uindictam perſoluere, quam tormentis, gehennalib. cruciari, quod cum iugiter in orationibus ſuis Dñm deprecaretur, exaudiri meruit. Quadã igitur nocte dum in ſtrato ſuo quieſceret, nidit per ſomnium ante ſe æneam ſtare Saluatoris effigiẽ, quæ erat ante portam palatii, ex qua eſt emiſſa uox ad eum, dicens Date Mauricium. Et tenentes eum quidam iudiciarij miniſtri exhibue unt ei. Tunc ait ad eum Saluatoris magno. Vbi uis reddam tibi mala, quæ meruiſti, hic, an in futuro ſeculo? Et ille. O amator hominum Domine, hic potius, quam in illo. Tunc iuſſit diuina uox tradi eum, & Conſtantiam eius vxorem, & omnem eorum cogitationem Focæ militi. Expergefactus uero miſit ad accerſiendũ Philippicum generum ſuum, cui ſibi aſſiſtenti dixit Mauricius. Scis inter agmina noſtra aliquem militem nomine Focam? Cui ille. Scio unum. Et Imperator. Cuius eſt qualitatis? Qui ait. Iuuenis tumidus, & temerarius. Tunc referens Auguſtus Philippico ſomnium, glorificauit magnifice Dominum pro huiuſmodi reuelatione. Poſt hoc autem Mauricius Auguſtus in hoſtili terra poſitus, cum milites ſuos ferro, & rapinis abſtinere compelleret, nec tamen eis conſueta ſtipendia largiretur, Focam rogare cœperunt, ut imperii regnum ſuper eos acciperet, quibus ſæpe dictus Focas obaudiens, regalem purpuram ſumpſit. Quod audiens Mauricius animo diſſolutus, rebus aduerſum ſe flentib. ceſſit, & in quandam ſiluam mari

Inde Deo gratias referimus, sed, & tu fili hoc præuide, ne quid incautè sumpseris de illo pane, vel flascone, quos tibi in quodam abscondisti loco, quia serpens iam est in illo vasculo, & in pane illo venenum mortiferum. Tunc puer illico terrore obriguit. Moxque reuersus cum vasculum aperuisset & inde anguê exire vidisset, illum panê attingere non audebat, sed tremefactus, & cõfusus de hoc quod gesserat ad seruũ Dei rediens pœnitentiam egit. lib. 23. c. 21. & 22.

EXEMPLVM XXVII.

Loquentes scurrilia à Deo, vt meruere, plagantur.

IDem amicus Dei cum de quodam loco Caldis ad septa monasterij tempore hyemis repedaret, contigit vt per austeritatem frigoris in domum cuiusdam presbyteri cũ sodalibus suis ad calefaciendum se declinaret. At illi, qui tantum hospitem eximio cultu venerari debuerant, vt huius sacro eloquio, sicut ei mos erat, instruerentur, magis ei turpia, & inhonesta verba vna cum iudice loci illius audacter, & contumaciter loquebantur. At ille, ut semper consueuerat, putridis hominum cicatricibus salubria verbi Dei medicamenta imponebat, dicês: Filij, nunquid in euãgelio non audistis. De omni verbo otioso rationem reddituri sumus in die iudicij? Sed illi contempto eius præcepto, magis ac magis imputissimis ebulliebant sermonibus. Tunc ille: Volui, inquit, propter rigorem frigoris, corpusculum meum ab igne paulisper refouere, sed vestris prohibeor sceleratissimis verbis, & nunc etiam exire a vobis non calefactus compellor. Egressus itaq; de domo puluerem ibi de pedibus suis excussit, & ad locum destinatum iter direxit. Sed illos infœlices, & procaces vltio diuina mox subsecuta est. Nam ille presbyter, qui rectè sibi, vel alijs prouidere neglexerat, oculorum subito lumen amisit, & iudici ipsius loci statim emarcuerunt vitilia. Tunc sera pœnitentia ducti, supplicabant humiliter, vt iterum famulus Dei domum illã vellet intrare. Sed ille precibus eorum non assensit, itaque vnus in cœcitate sua permansit, alius contracto corpore, & putrescentib. genitalibus de hoc seculo migrauit. lib. 23. cap. 23.

EXEMPLVM XXVIII.

Dedicatur ecclesia sancti Dionysij ab ipso Domino Iesu.

INstante semel die dedicationis Ecclesiæ sancti Dionysij Parisijs vj. Kal. Martij, noctè quæ die ipsum præueniebat, populis ab Ecclesia seclusis, quatenus die crastina liberior Episcopis præpararetur ingressus, res contigit digna memoratu, quæ, & temporum futurorum ætatibus fideli innotescat relatu. An ianitorum ignorantia incertum habemus, an industria contigerit. Leprosus quidam, excubitoribus tamen non incognitus, in Ecclesia prædictorum martyrum fide plenus pernoctauit, secretumque locum vigiliarum gratia solus occupauit. Reliqui si quidem, vt dictum est, populi, & ipsius Ecclesiæ custodes forinsecus excubabant. In ipso autem noctis conticinio tantum iubar totam illam Ecclesiam illustrauit, ut multorum cereorum splendor illi iubari cederet, vtpote quam sol diuinus suo iubare illustrasset. Insomnem ducebat leprosus noctem illam, & præclaritate ineffabili obstupuit, & si quid subsequeretur lucem illam solertissimus expectare cœpit. Ecce autem repentè Dominus Iesus pontificum põtifex cum illis suis familiaribus beatis Apostolis Petro, & Paulo affuit, sanctumq; illud collegium sibi adiunxerat martyres glorioſos Dionysium, Rusticum, & Eleutherium. Quam visionem nequaquam, sicuti prouenire frequenter assolet, somniantis more videbat, sed omnes, & omnia visibilibus oculis perpendebat. Videbat namque ipsum Dominum Iesum niueis vestibus indutum præcedentem, & signa suæ dedicationis luculenter illis parietibus imprimentem, & officium episcopale seriatim complentem, ipsumque venerabilem fidelium suorum processionem subsequentem. Inter quos specialiter, & prædilectos Apostolos, & inclytos martyres annotauit. Completoque de more dedicationis officio, ad leprosum Saluator accessit, eique voce quæ posset intelligi dixit. Intrepidus audi, & foris expectatibus nostris Episcopis quæ vidisti, & quæ tibi mandauero aperi, ne solicitentur de cætero pro dedicationis Ecclesiæ officio, quoniam, &

Digitized by Google

cum, ac deformem fecit in corpore, quo eum a culpa ſanaret, & pulchrum faceret in mente. Ad quod dictum ipſe expergefactus, pedibus calciatus, cum faciem ſuam aqua linire deberet, accerſita coniuge coepit ei explanare quid in ſomnis vidiſſet. Vt autem peruentum eſt ad hoc qualiter ipſe martyr naſum eius tenens falſatorem eum vocauit, extenſa manu naſum ſuum eę ſum recepit ſtatimq. in vaſe quo aqua de manibus eius diffluebat cecidit, qui nimium territus ad Placitum quo ipſa die pro præfata filua deberet ire diſtulit. Nec tamē hoc ſupplicio coercitus, inſuper ob ſuperbiæ faſtū aureum ſibi naſum fabricare, catenuliſque aureis aptare conatus eſt. Quem iterum idem ſanctus viſu admonit, dicens. Nonne tibi naturalem abſtuli naſum, vt te omnib. monſtrarem falſum teſtimonium diziſſe, & nunc ob ſuperbiam auſus es aureum ſuperponere? Vade igitur nunc, & proijce illum abs te, & cunctis innoteſcere ſtude te falſum teſtimonium protuliſſe. Ob indicium ergo fidei naſus ipſe ex auro multis dieb. ad me meriam futurorum ibidem ſeruatus manſit. lib. 23. c. 90.

EXEMPLVM XXX.

Pulchritudinem ſuam tanquam perditricem puderis ſui virgo Angadriſina petit in turpitudinem commutari.

SAncta Angadriſina illuſtris Roberti fuit filia, qui generoſa ſtirpe proditus gerulus fuit annuli Regis Lotharij. Hanc religioſiſſima virginem illuſtris Sinuinus a præfato Roberto expetijt, volens eam Ausberto filio ſuo ſociari, quo ſcilicet Roberto præbente aſſenſum, caſto iuueni caſta deſpondetur puella. Denique ambo integritatem mentis, & corporis caſtè ſeruare cupientes, deprecabantur Dominum, vt voluptatum venena a cordib. eorum dignaretur repellere. Denique orante beata Angadriſina virgine, vt ſpecioſitas illius in deformitatem verteretur, illico Dominus preces eius exaudiuit. Nam facies eius ita exulcerata eſt, ac immundiſſima lepra cooperta mox apparuit, vt a conſortio hominum quicunq; eam vidiſſent exemplo ſegregandam decernerent. Medicorum deinde cucurrit frequentia, ſed quanto inſtantius inſiſtebant, tanto Chriſti ſponſa deformior vlceroſiorque apparebat. Tum pater diuinitus hæc fieri intelligens, inquirebat ab ea, vtrum in virginitatis voto vitam elegiſſet finire. Opto id, inquit, mi genitor, & totis niſib. exoro. Nam Chriſtus quem concupiui ſponſum, ipſe mihi hanc corporis infert moleſtiam, vt animæ tribuat nitorē. Delectat hæc vita præſens pater piè, ſed decipit, quia omne quod eſt in mundo vanitas eſt. Hæc audiens pater illuſtrem accerſiuit Sinuinum, & quæ circa ſuam filiā geſta erant lucide pandit. Ad hæc Sinuinus reſpondit. Voluntatem Domini in omnibus ſequi oportet, neque eius nutui vllo modo contraire volo. Vocatuſque affuit & beatus Ausbertus, qui diſſociabilem condidit libellum, vt ſancta virgo Angadriſina non ſua, ſed Chriſti Domini vocaretur ſpōſa. Hoc facto ad Rothomagum vrbem ſancto Antiſtiti dirigitur Audeono, vt eius benedictione percepta, & velamine operta, in virginitatis propoſito conſecrari mereretur, quo patrato priſtinæ pulchritudini, & ſpeciei elegantiæ extemplo eſt reddita, ita vt cuncti auditorum dicerent, quia Chriſtus eam ſibi ſponſam & famulam elegiſſet perennem. Denique efficitur gubernatrix cœnobij, quod ſitum eſt iuxta muros vrbis Beluaci. Erat autem ſicut cæteris prælata, ita cunctis humilior, in veſtitu uilis, in cibo mediocris, ab infantia iugi orationi dedita, pudicitia exornatiſſima, hilaritate cordis & corporis clara, patientię virtute, charitatis obſequio, eleemoſynarumque largitionibus abundantiſſimè cumulata. His virtutum ſanctarum operibus adornata, in medio virginum veluti lampas refulgebat accenſa lib. 23. c. 99.

EXEMPLVM XXXI.

Periturus quidnam crepantibus primum oculis perfidum tertia die ſpiritum exhaluit.

VIr quidam ſceleratus, & auarus ſolidum argenteum a compatre ſuo mutuatus, poſtea fide fraudata, quod acceperat ſe nunquam ab eo accepiſſe iuramento negauit. Tum ille reſpondit, qui commodatum requirebat. Iura mihi ſuper corpus

Digitized by Google

crucis ductor ille tranſijt in diabolum, & domus autem in luctum. Remanſit q. diaconus, & Friſo in medio locorum paludrū, quæ plena erāt longiſſimis uigultis & carectis. Triduoque immenſi itineris conficientes iter, reuerſi ſunt ad oppidum, & ducem mortuum inuenerunt. Narrauerunt quæ uiderant ſancto. VVlfráno, Friſo autē baptizatus, eſt, qui dicebatur Ingomarus, uel Cuningus, qui & ſecutus eſt ſanctum VVlfrānum ad monaſterium Fontenellæ lib. 23. c. 146.

Ex quarta parte Speculi hiſtorialis.

EXEMPLVM XXXIIII.

Periurus quidem crepuit medius, & poſt duas uitam finiuit.

DVæ ſorores cuiuſdam ducis Francorum venerunt ad Regem Carolum, conquerentes de fratre ſuo, quod hæreditatem eis auferret, conuentus ſuper hoc a Rege, reſpondit ſe nihil eis auferre. Rex autem fecit eum iurare ſuper corpus ſancti Saluij, quod nihil ſororibus ſuis deberet ex his quæ petebant. Qui cum iuraſſet lætus, ſtatim medius crepuit, & per ſecretam alui ſtercora, proruperunt, & exiuit ſanguis ex oculis eius, & auribus, & ore, & naribus, & poſt duas horas uitam finiuit lib. 24. c. 24.

EXEMPLVM XXXV.

Carolus magnus per beatum Iacobum a dæmonum poteſtate eripitur.

QVidam uir nomine Turpinus erat apud Viennam in Eccleſia ante altare orans, & cum raptus in extaſim pſalmum Deus in adiutorium cantaret, uidit tetrorum ſpirituum agmina prætereire, & tendere Lotharingiam, quos omnes quidam ſimilis æthiopi longe in ſequebatur tento grado, Cui dixit, quo tenditis? Aquiſ granum, inqui, ad mortem Caroli, ut eius ſpiritum ad tartara rapiamus. Tunc ille. Adiuto te per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut peracto itinere ad me redeas. Vix expleto pſalmo ad eum redierunt eodem ordine, & dixit nouiſſimo, cui primū locutus fuerat. Quid egiſtis. Galicianus, inquit, ſine capite (ſanctum Iacobum ſignans) rot, & tantos lapides, & ligna innumera baſilicarum ſuarum in ſtatera poſuit, quod magis appenderunt bona, quam mala, & idcirco animam eius nobis abſtulit & his dictis euanuit. lib. 24. c. 25.

EXEMPLVM XXXVI.

Eleemoſynam ſimoniaci ſacerdotis Stephanus abbas nullatenus acquieuit ſuſcipere.

ERat abbas Stephanus religionis, pauperatis, & diſciplinæ regularis ardē tiſſimus amator, & fideliſſimus æmulator, ēt antequam abbas fieret: Memini enim me audiſſe magiſtrum Petrum cantorem Pariſienſem uirtutū iuſtiſſimum, atque doctiſſimum referentem de abbate iſto Stephano Ciſtercienſi, quod cum ei quadam denunciatum eſſet a ſuo cellario nihil haberi in ſuo monaſterio, vnde uel una die illa fratrum paucitas ſuſtentari poſſet, reſpondit. Sternite nobis duos aſinos. Qui cum ſtrati fuiſſent, fecit ſecum aſcendere conuerſum unum, & iuſſit ei, ut in quodam uico panem mendicaret oſtiatim ad opus fratrum, & ipſe ſimiliter in alio faceret. Et poſtquam ſic feciſſent, & ad unum locum, quem ei deſignauerat, conuenient. Factum eſt ita, in loco prædicto ſibi iam redeuntes obuiabant. Tunc ecce abbas uidet ſaccum cōuerſi multo pleniorem, quam ſuum, ſubridendo ait. Vbi mendicaſtis, ut uideo incraſſiori palea collegiſtis, quam ego, ubi obſecro collegiſtis, quis nobis plus donauit? Reſpondit conuerſus. Preſbyter ille quē uos optime noſtis, ſaccum meū impleuit fere ſolus totum. Quod audiens abbas ingemuit, & ait. Væ uobis quare ibi aliquid accepiſtis, neſciebatis, quod presbyter ille ibi ſimoniacē ordinatus, ſit, & quod accepit, eſt lepra & rapina. Viuit Dominus, quod de omni quod dedit nobis nil guſtabimus, abſit enim quod peccatum illius, comedamus, & nobis in-

incorporemus. Conuocatiſque paſtoribus ouium, qui non longe erant, totum conuerſi ſaccum infinus eorum euacuauit. lib. 26. cap. 2.

EXEMPLVM XXXVII.

Silentium regulare frangere uolentes monachi duo a barbaris capti, grandi miraculo ab hoſtium manibus liberantur.

TEmpore quo ſæuiſſima gens Northmannorum Pictauorum, & Turonum fines veſtabãt, duo fratres ordinis Cluniacenſis Turonis mittebantur. Qui dum caperentiter, & in quandam locum gratia quieſcẽdi diuertiſſent, ab eiſdem Northmannis nocte capti ſunt, & capere quidem eos, ac ligare manus eorum potuerunt, deinde minari, ſed eorum ſilentium corrumpere nequiuerunt. Mane autem cũ ad locum conſtitutum applicuiſſent, fratres ut erant ligati ſe paululum ab eis ſeque ſtrantes, in terra ſe proſtrauerunt, ut peracto pſalmorum curſus ſilentio finem impo nerent. Nondum uero oratione completa uenit pars reliqua Northmannorum multa prẽda capta, quorum dux cernens fratres in terra iacere, audito quod illi nullo modo poſſent eos loqui facere, barbarica immanitate turgidus, inclinato uelut ad feriẽdum conto, irruit ſuper eos metum mortis in cutiens, cẽteris quoque barbarico ritu manibus plauſum dentibus. At illi ut erat ut animo conſtantes in corpore permanſerunt immobiles, quod fiebat iure, & obſeruantiæ ſanctæ regulæ, ſub qua & mori cupiebant, & viuere. Sed omnipotentis manus eorum exhilaratum ſpectaculum conuertit in luctum. Mox enim ut ille barbarus ad eos appropinquauit, equus, phaleratus cui inſidiebat in obliquum reſiliuit, & ſeſſorem eius in terra inſtrauit, & colliſit, quam colliſionem ſtatim febris lætalis ſecuta eſt. Conticuerunt omnes, & uerſi inſtuporem cæperunt quærere inter ſe, quid ex eis deberent facere. Tandem rẽpertio conſilio dignum eſſe cenſcerunt, ut pro uita ſui ducis venus ex eis cæderetur. Deinde cœperunt ſorte quærere, quem ex eis deberent intermiere. Sed ſuper uirtutum viros, & ſorte Chriſti connumeratos nullo modo diabolica cadere poterat ſors, ita ut illi obſtupeſcerent, dicentes eos ultra homines eſſe ſuper quos eorum ſors non potuiſſet cadere. Tunc manus eorum uelociter diſſoluerunt, & abire fecerunt. lib. 24. cap. 60.

EXEMPLVM XXXVIII.

Beneuolentia ſancti Odilonis conuertitur latro, qui factus monachus gulæ impetum domare volens funibus uentrem ſtrictiſſime colligauit, eiq. ante mortem apparet beata uirgo.

QVodam die dum ſanctus Odo Cluniacenſis Abbas iuxta prædonum fines inter haberet, quidam inſigniſſimus latro iuuenis intuens uultum ſancti, & affabilitatem, illico compunctus eſt corde, & pedibus eius aduolutus, ut ſibi miſereretur humiliter deprecabatur. At ille. Vade, inquit, & prius mortes tuos corrige, & poſtea monaſticam vitem appete, Cumq ille inſtaret, præcepit ei, ut ad monaſterium eum præcedet, quod & factum eſt Factus ergo monachus cellario ad obediendum ſubditus eſt. Et cum idiota eſſet, utrumque ei impoſuerunt, ſcilicet obedientiæ iugum, & ſtudium literarum, quod ita deuote perageret, ut unam manum obedientiæ porrigeret, altera uero pſalterium ferret. Cum aũt in extreme uitæ laboraret, uocauit pium patrem, ſingularem ſupplicans locutionẽ. Cui cum ueniam peteret, interrogauit, ſi in aliquo poſt monachatum exceſſiſſet. At ille. Nudo cuidam te ignoraute mea culpa tunicam noſtram tribui, & funem filijs contextum de cellario abſtuli. Quem cum interrogaſſet, quid ex eo feciſſet. Refrenando, inquit, ingluuiem, quam dudum male contraxi, uentrem meum ex eo circumligaui. Tunc ſtupefactus, patet, cum eum a uiſceribus eius ſoluere uellet, cutis quæ ei adhæſerat una cum ſanie ſecuta eſt. Poſt hæc adiecit, & ait, Hac nocte pater in cœlis per uiſionẽ electus ſum, & obuiauit mihi glorioſiſſima perſona, quæ ait. Cognoſcis neme? At ego. Nequaquam Domina. Et illa, Ego, inquit, ſum mater miſericordiæ. Cui ego. Quid iubes, ut faciam Domina. At illa reſpondit. Poſt triduum ueniens huc tale hora quod & factum eſt. Nam tertia die hora qua dixerat defunctus eſt lib. 24. capi. 61.

EXEM-

EXEMPLVM XXXIX.

Gulosus frater miserabili morte punitur.

SAnctus Odo cum discipulos suos regularibus disciplinis instrueret, diuersorũ monachorum mirabilem narrauit. His, inquit, diebus duos fratres rapidissima rapti sunt morte, non in vno loco, nec in una die veniens vnus ex eis in domum cuiusdam suæ sororis, vehementissime se esurire dixit, & refectionem petijt. Cui protinus illa pisces abundanter se habere respondit, ut comederet qua hora, & quales vellet. Ille quasi indignatus pisces se fastidire respondit, nec iam eos se posse videre dixit. Tunc armum cuiusdam animalis sibi assari præcepit, sed non ferens assandi moram, portiunculam incidit, & eam in prunas proiecit. Deinde vinum afferri sibi iussit, & carnis morsum auide sumpsit, sed hoc quod sumpsit, nec insumere, nec reijcere potuit, sed uitam cum cibo perdidit. li. 26. c. 67.

EXEMPLVM XL.

Item aliud simile.

ALius frater veniens ad domum cuiusdam parentis sui statim ad comedendum quæsiuit. Cui cum respondissẽt, quia nec dum hora comedendi venit, cum indignatione adiecit. Heu tota nocte equitando post iniunctam mihi obedientiam laborauí, & nunc vos ieiunare me cogitis: afferte ergo mihi si quid habetis. Cui cum dicerẽt pisces se habere, indignatus huc illucque oculorum intuitus circumferens (ibat autẽ circa pedes eius gallinarum grex) quasi furens baculum arripuit, & eam quæ ei placuit percussit, ac furibundo ore dixit. Hæc est mihi hodie pisces. Qui autem circumstabant cum quodam robure dicebunt: Licet tibi carnem comedere, pater? At ille; Volatile, inquit, non est caro, volatilia. n. & pisces vnam habent originem. Apposita est ergo coram eo gallina quam occiderat iam assata, ex qua offam abstulit, & momordit, quem morsum nec euomere potuit, nec glutire, sed eum vita priuauit lib. 24. c. 67.

EXEMPLVM XLI.

Inobediens frater sine licentia phlæbotomiam suscipiens, vsque ad spiritus emissionem sanguinis fluxum non potuit cohibere.

QVidam alius frater ex prædicti patris Odonis congregatione illicito tempore noctis phlebotomiæ curationem adhibuit. Super quo facto commotus est eius animus, quia quamuis eum necessitas coegisset, tamen absque eius licentia hoc præsumere non debuit, mox vena, per quam sanguis prius effluxerat, dirupta est, & quousque animam redderet a quocunque medicamine non fuit restricta. lib. 24. c. 67.

EXEMPLVM XLII.

Poetę Virgilij liber serpentium & ferarum multitudini venenatæ similatur.

QVodam tempore cũ dormiret pater Odilo, uidit per somnium sub capite suo cubare serpentium multitudinem, & ferarum. Subito capitale excutiens, & exquirent supposita, inuenit librum Maronis forte ibi collocatum, mox abiecto codice seculari in pace quieuit. Cognouitque modũ materiæ libri visioni congruere, quem scematibus & gentilium ritibus plenum indignum erat ceruicali sancti substerni.

EXEMPLVM XLIII.

Defunctorum animæ a sancto Odilone, & suis fratribus a dæmonum manibus liberantur, & defunctorum commemoratio instituitur.

QVidam religiosus reuertens a Hierosolymis, dum mare transiret, eumq; cum alijs multis ventorum horror impelleret, applicuerunt ad insulam quandam, uel rupem, ubi quidam sanctus manebat inclusus. Illic ergo aliquamdiu tranquillitatem maris expectans, dum cum illo incluso frequenter colloquium haberet, inquisitus est vtrum cœnobium, quod Cluniacum dicitur, & Odilonem eius abbatem nosset, optime se nosse perhibuit, quo scisciante, cur hoc ab eo seruus Dei inquireret. Sunt, inquit,

quit nobis, ex quib. graviſſima flãmarũ euo muntur incendia, in quibus etiam locis animæ diuerſa luunt pro meritorum qualitate tormenta, ad quorum ſemper exaggeranda ſupplicia ſunt innumerabiles dæmones deputati, qui intolerabiles eorum pœnas quotidie renouant, & eos ad rediuiua ſupplicia indefinenter inſtaurant, quos ego frequenter audiui querulis lamentationibus eiulantes, quod orationibus, & eleemoſynis quorundam frequenter ex eorum manibus eriperentur animæ damnatorum. Inter cætera quoque per maximam de Cluniacẽſi cœtu, & eorum abbate querimoniam faciunt. quia quam ſæpe per eos ſui iuris uernaculos perdunt. Quamobrem te per Dei nomen obteſtor, vt ſanctis fratribus illis, hæc quæ tibi dixi, fideliter referas. Ex noſtra quoque parte denuncies, vt orationib., & eleemoſynis magis ac magis inſiſtant, præſertim huius intentionis intuitu, ut de manibus dęmonum eos qui ab illis cruciantur educant. Ille ergo regreſſus in patriam cum hoc abbati Odiloni, & fratribus eius retuliſſet, idem pater Odilo per omnia monaſteria ſua generale decretum conſtituit, vt ſicut primo die Nouembris Omnium Sanctorum ſolemnitas agitur, ita ſequenti die in pſalmis eleemoſynis & pręcipue miſſarum ſolemnijs omnium in Chriſto quieſcentium memoria celebretur. li. 24. c. 105.

EXEMPLVM XLIV.

Defuncti Benedicti Papæ anima meritis ſancti Odilonis a purgatorio liberatur.

BEnedictus Papa dum viueret ſanctum Odilonem affectuoſe dilexit, & Apoſtolorum limina frequentati, neceſſarios ſumptus ſæpe miniſtrauit: qui cum deceſſiſſet Ioanni Portuenſi Epiſcopo, & aliis duobus per ſpeciem nocturnæ viſionis apparuit, eiſque quia in pœnalibus tenebris conſtitutus eſſet indicauit, hoc inſuper addens, quia beati Odilonis meritis eum ſuperna cenſura liberare decreuit a tormentis. Protinus idem Ioannes Epiſcopus Papiam venit, & per monachos cœnobii ſancti Maioli omnem ſancto viro Odiloni ſeriem uiſionis exponit, qui mox pſalmodias, & orationes ab omnibus in monaſterio Cluniacenſi fieri, eleemoſynas largiri, & ſacrificium Deo myſterii ſalutaris offerri pro illo præcepit. Per omnia quoque regiminis ſui monaſteria eius ſanctionis edita mandauit. Cumque fratres inſtantiſſima deuotione, hoc facerent, Edelbertus monachus, qui hoc obedientiæ fungebatur officio. ſuis ino pes aleret, & neceſſaria miniſtraret, per ſopo rem vidit quendam pulchrum & ſerenũ aſpectu magno candidatorum agmine conſtipatum ingredi monaſterium, qui capitulum, vbi pater Odilo cum fratribus reſidebat, intrauit, & ad eius genua caput humiliter flexit, & ei gratias egit. Cumque frater ille. i. Edelbertus, inquireret quiſnam ille eſſet, reſponſum eſt illi, ipſum eſſe Benedictũ Papam, qui idcirco uiro Dei gratias ageret quia piis eius, ſanctorumque fratrum precibus & tartari cruciatum euaſiſſet, & cum beatis ciuilibus quieturus ſupernæ Hieruſalem ingreſſum meruiſſet. lib. 24. c. 105.

EXEMPLVM XLV.

Guloſus quidam Elphegi diſcipulus ęterna inferi pœna damnatur.

DIſcipuli quidam ſancti Elphegi magiſtri monita ſpernentes, profeſſionis immemores, nihilique communem uitam habentes, mediis noctibus conſueuerãt furtiuos cibos edere, ebrietati operam dare, laſciuire, & prorſus inhoneſta quæ latẽs finebat audacia perpetrare. Sed ira Dei illũ, qui in hoc ſcelere capitalis erat, horrendo ſubitoque iudicio inuoluens occidit. Nocte vero, quæ diei ſepulturæ illius ſucceſſerat Elphego ſacras de more excubias celebrante, & ſe Domino ſacrificium offerente, cõtigit infra ambitum monaſterii validas uoces audiri quaſi vim inferẽtium, vel illatam ſuſtinentium, vir Dei ignorans quid eſſet concite ad monaſteriũ tendit. Attonitiſque auribus ſonum captans, verba diſcernit, domum irrumpit, & ecce qui nuper obierat miſer afflictus ſolo iacebat, ſuper quẽ horrendi aſpectus homines ſtabant, qui taureis & igneis ſerpentibus eum flagellabant. Illoque præ doloris anguſtia vlulante, hoc illi improperabant. Nec tu Deo, nec nos tibi. Eademque ſæpius repetentes, e loco captiuum extraxerunt. Tunc ſanctus rediens,

ciens, quod reliquum, erat noctis flens in ſomnie duxit. Orto autem ſole diſcipulos in ſimul compulit, & quę manifeſtate Deo viderat retulit. Videres alios paliere, alios pſallere, omnes trepidare. At hi, quos mortui ſcelus ſodales habuerat medij pro filium, errorem factum fatentur, praue geſta ſeu male facta poſtulant vlcisci, ne diuinæ vltioni remaneant obnoxij. Requiſiti autem vbi conueniendi, & conuiuandi locum habuiſſent, illi eum locum deſignant, quo defuncti animam ſpiritus nequam cruciauerat. Sic pius Deus propter optima viri merita dum vnius ſcelus noluit latere, omnium mala voluit detegere & dum vni noluit parcere, omnium morbos voluit ſanare lib. 25. c. 2.

EXEMPLVM XLVI.

Choream ducentes in nocte Natiuitatis maledicti a ſacerdote integro anno choreizarunt.

COntigit in quadam villa Colbech Halberſtadenſi Saxonię, decimo Hęnrici ſecundi Imperatoris anno, vbi erat Eccleſia ſancti Magni martyris, tale quid in vigilia Natalis Domini. Robertus presbyter primam miſſam inchoauerat de nocte. At in cęmeterio Othbertus quidam cum ſodalibus octodecem, viris quindecim, & mulieribus tribus, choreas ducens, & cantilenas ſeculares perſtrepens, ita ſacerdotem impediebant, vt ipſe verba eorũ inter ſacra miſſarum ſolemnia, iniurius reſonare ferret. Ille mandauit eis, vt tacerent, quo neglecto imprecatus eſt dicens. Placeat Deo, & ſancto Magno, vt ita cantantes permaneatis vſque ad annum. Verba pondus habuerant, filius presbyteri Ioannes ſororem ſuam cantantem per brachia arripuit, & ſtatim illud a corpore auulſit, ſed gutta ſanguinis inde non exiuit. Illa verò toto anno cum cęteris permanſit choream ducens, & cantitans, & pluuia non cecidit ſuper eos, non frigus, nõ calor non fames, non ſitis, non laſſitudo eos affecit, indumẽta vel calciamenta non ſunt attrita, ſed quaſi vecordes cantabant, primum vſq. ad genua, deinde vſque ad femora terræ demerſi ſunt. Euoluto anno Herebertus Colonienſis Epiſcopus eos abſoluit a nodo, quo manus eorum ligabantur, & ante altare ſancti Magni reconciliauit. Filia presbyteri cum alijs duabus continuò examinata eſt. Cæteri continuis tribus noctibus dormierunt, alij poſtea obierunt, & miraculis, vt fertur coruſcarunt, quia valde pœnituerunt. Cęteri pœnam ſuam membrorum tremore prodiderunt lib 25. c. 10. Albertus Kantz 4. lib. hiſt. Saxonicæ c 33. Truthemius in chronice monaſterij Hirſaugienſis.

EXEMPLVM XLVII.

Silentium ſeruans iratus monachus Echeredi ducis pietate præmiatur.

ANno Henrici ſecundi Imperatoris decimonono Echeredus quidam nomine, Danos fugiens, venit Northmanniam ad Richardum fratrem vxoris ſuæ Emmæ, filium Richardi ducis, qui cœnobium Fiſcanenſe, quod pater ſuus inchoauerat, perfecit. Hic noctibus cuſtodias famulorum fallens, ad matutinas monachorum ibat, genua flectens in oratione vſque ad lucem. Quadam nocte ſic faciens oſtiũ monaſterij inuenit obſeratum, qui excuſſo violenter peſſulo ſoporem ſacriſtæ turbauit, qui ſurgens a ſomno. & videns eum plebeio amictu veſtitum in capillos in volat, & multos colaphos intulit. Ille incredibili patientia nec reſponſum ei dedit. Poſtero die in capitulo querelam depoſuit, & monachum illum ad vicum Argenas ſibi præcepit occurrere, minitans ſe ſic vindicare, quod tota de hoc Gallia loqueretur. Die dicto monachus a iudicibus adiudicatus eſt, quem ille mox abſoluit, & vicum eundem, qui optimi vini ferax eſt, officio ſacriſtæ addixit, pronuncians eum optimum eſſe monachum, qui bene cuſtodiens munus iniunctum, nec etiam iratus ſilentium fregit. lib. 25. c. 13.

EXEMPLVM XLVIII.

Henricus tertius Imperator clerico, qui exulare, quam euangelium poſt peccatum præcedenti nocte commiſſum legere maluerat, Epiſcopatum donauit.

IMperator Henricus tertius habebat clericum ſatis litterarum, & bonæ vocis, ſed valem meretriculam amantem ardentius,

dentius. Cum qua nocte quadam solemni voluntatis, mane ad missam Imperatori astabit, Imperator dissimulata scientia mandat ei, vt se ad euangelium legendum pararet, quod. s. eius melodia delectaretur. Erat autem diaconus ille. Abnuit ille, vt male sibi conscius: vrget Imperator, vt probaret eius constantiam, ad extremum renuentem parere iubet a patria exulare. Quam sententiam amplexus, continuò recessit, mittitur post eum, qui iam compilatis omnibus, in sarcinula que compositis, iter maturauerat. Violenter ergò rectratus ante Imperatorem sistitur, qui lætum subridens, probè, inquit, fecisti. Et ego probitati tuæ gratulor, quod timorem Dei pluripenderis quam patriam, plus irem Dei, quam meã, quapropter habeto Episcopatum, qui primus in imperio vacauerit, tantum indecenti amori renuncies. lib. 25. cap. 18.

EXEMPLVM XLIX.

Pentecostes diem litibus superborum violatum Henricus Imperator operib. pijs sanctificat.

IDem Henricus Imperator celebrabat Pentecosten apud Moguntiam, paulò ante missam, cum sedilia pararentur in ecclesia, ortũ est iurgium inter cubicularios Archiepiscopi, & Abbatis Fuldensis cœnobij, vtrorum Dominus iuxta Imperatorem sederet. Nam Fuldense cœnobium in Saxonia sancti Galli corpore est insigne, & prædijs ditatum per magnificis, cuius loci Abbas sexaginta millia armatorum præbet in hostem Imperatori, & habet ex antiquo priuilegium, vt in magnis festiuitatibus ad dexteram eius sedeat. Itaque ventum est ad pugnam, furoreque per ecclesiam grassante, pauimentum sanguine inundauit, sed statim episcopus conuolantibus, pace inter reliquos dissidentes statuta, templum purgatum, & missa festiuis clamoribus est acta. Sequentia autem cantata, & vltimo eius versu dicto. hunc diem glorioſum feci sti, vox ab aere lapsa est. Hunc diem bellico sum ego feci, rigentibus omnibus præ timore, Imperator diligenter intendens lætitiã inimici. Tu, inquit, omnis malitiæ inuentor simul & incentor diem bellicosum, & & arrogantib. luctosum fecisti, sed nos per Dei gratiam, qui illum glorioſum fecit, pauperib. gratioſum reddemus, & mox reincepta sequentia solemni ploratu Spiritus sancti gratiam inuitabat. Intelligens illum aduentasse illis implorantibus. Illis cantoribus, omnib. simul pectora tundentib. missa acta egenis per præcones conclamantis omnes dapes, quæ sibi, & curialibus præparabantur, in vsus eorum exhausit; ipse obsonia apponens, ipse iuxta disciplinam ministrorum de longè consistens, ipse superflua ciborum abstergens. lib. 25 cap. 14.

EXEMPLVM L.

Idem aspero morbo laborauit, quia Episcopatum clerico propter ablatam fistulam argenteam dederat, eo autem clerico deposito conualuit.

IDem Henricus tempore Conradi patris sui a quodam clerico fistulam abstulerat argenteam, qua pueri ludentes aquam iaculantur, pactus ei episcopatum, cum foret Imperator, adultus repenti pollicitum impigrè dedit. Non multo post aspero morbo correptus decubuit. Episcopi præsentes triduano ieiunio indicto pro vita eius Domino supplicabant. Conualescens accitum episcopum, quem pro fistula fecerat, concilij sententia deposuit, confessus se toto illo triduo dæmones infestos, ac valde molestos sibi vidisse flammam in se per fistulam iaculantes, flammam dico adeo pertinacẽ, vt noster ignis respectu ignis illius iocus putetur. Quemadmodum enim se habet dictus ignis ad ignem verum, & ardẽtem, ita ignis infernalis ad hũc nostrum ignem qui est naturalis. Interim verò iuuenem semiustulatum aduentasse ferentem calicem aureum immensæ magnitudinis plenum aqua, cuius visione, & lancis aspersione extinctos ardores euaserat. Hic erat beatus Laurentius martyr glorioſus, cuius Ecclesiæ tecum lõga in curia dissolutum compaginari fecerat, & præter alia munera calice aureo eandem ecclesiam honorauit. Eundem Henricum aliquando inimicos fugitantem, cerua quædam vltra inuadabilem fluuium euexit. lib. 25. c. 19.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM LI.

Incantationibus dedita fœmina ab Eccle sia,in qua defunda iacebat, a dæmonib. extracta, & equo infernali impoſita, cũ clamore ad inferna trahitur.

MVlier quædam apud Berbeliam Angliæ villam tempore Henrici tertij Imperatoris anguratrix, & maleficafuit, quæ cum quadam die conuiuaretur, cornicula,quam habebat in delitijs,vocalius ſolito neſcio quid cornicata eſt: quo audito dominæ cultellus de manu excidit ſimul, & vultus palluit, ingemiſcens diutiſſime ait.Hodie ad vltimum ſulcum peruenit aratrum meum, hodie audiam, & percipiam grande incommodum. Adhuc ea loquente venit ad eam nuntius, dicens: Hodie mortuus eſt filius tuus, & tota familia ſubita morte interijt. Quod audito continuo dolore ſaucia decubuit, vocarique præcepit ſuperſtites liberos, monachum, & monacham, quibus ſingultiendo ait: Ego miſerabili quodam facto meo dæmoniacis artibus ſemper inſeruiui ego vitiorum omniũ ſentina,& illecebrarũ magiſtra fui, & ſperabam tantum in religione veſtra, à meipſa deſperaui. Nunc ergo ſcio dæmones me habituram exactores,in pœna,quos babui ſuaſores in culpa. Rogo vos per materna viſcera,vt mea tenetis alleuiare tormẽta,nam de anima ſententiam damnationis non reuoaabitis. Corpus ergo meum inſulte in corio ceruino, & includite in lapideo ſarcophago,& operculum ferro, & plumbo conſtringite, & lapidem ipſum tribus magnis catenis circundate.Si tribus noctibus ita ſecurè iacuero,quarta die infodietis me in humo,quanquam verear ne terra nolit me recipere pro maleficijs meis. Pſalmicines quinquaginta ſint tribus noctibus,& miſſæ cantentur pro me et diebus. Factum eſt vt præceperat, & nihil valuit. Primis enim duabus noctibus cum chori clericorum pſalmos canerent circa corpus, ſinguli dæmones oſtium Eccleſiæ immani obice clauſum leui negotio confringentes, duas extremas catenas diruperunt, media, quæ laborioſus elaborata erat, illibata durauit. Tertia nocte circa gallicantum ſtrepitu aduenientium hoſtium omne monaſterium à fundamento viſum eſt moueri. Vnus autem cæteris vultu terribilior, & ſtatura celſior, ianuas maiori vi concuſſus in fragmẽta deiecit,& arroganti geſtu acceſſit ad ſarcophagum, & inclamatoque nomine, vt ſurgeret præcepit. Qua reſpondente, Nequeo præ vinculis.Solueris,inquit,& malo tuo.Statimque catenam,qua cæterorum ferociam eluterat, nullo conamine vt ſtupã dirupit, & apprehenſa manu palam omnibus ab Eccleſia traxit ad fores, vbi paratus erat equus niger ſuperbe hinniens, vncis ferreis per totum tergum plenus, ſuper quem miſera illa impoſita,ab oculis intuẽtium cum toto ſodalitio diſparuit. Audiebantur clamores per quatuor ferè milliaria miſerabiles.lib.25. c.26.

EXEMPLVM LII.

Puella Edburga,vix trima euangelia & calicem armillis & monilibus prætulit,& poſtea ſanctimonialis facta, furtim acceptos monialium ſoccos lauit,& lotos ſecrete reſtituit.

QVidam Rex Angliæ, Eduuardus nomine,ex vxore Edelſpiria habuit filias multas. Quarum vna Edburga, dum vix trima eſſet, ſicà patre probata eſt. Poſuerat ille in triclinio diuerſarum profeſſionum ornamenta, hinc calicem & euangelia, inde armillas & monilia. Illuc paruula virgo allata eſt a nutrice,& genibus parentis aſſedit, iuſſaque vtrum vellet eligeret, toruo aſpectu ſecularia deſpiciens, prompte manibus reptans,euangelia & calicem puellari innocentia adorauit. Exclamat cœtus aſſidentium futuræ ſanctitatis auſpiciũ. Exoſculatus enim puellam pater altioribus eam oſculis dignam æſtimauit: Vade, inquit,quo te vocat diuinitas. Itaque ſanctimonialium habitũ induta,in vrbe VVintoniæ ſanctitate multa emicuit, ita vt ſingularum ſociarum ſuorũ ſoccos furtim nocte ſurriperet, & diligenter loto inunctos lectis, & earum rurſum apponeret. libro 25. capitulo 33.

EXEM-

EXEMPLVM LIII.

Mundum relicturus Lanfrancus pauperrimus, atque abiectissimum conuentum expetijt, ubi etiam male correctus, dum bene legeret ad mensam, male pronunciauit.

LAnfrancus Papia ciuitate Italiæ oriũdus omni scientia seculari perfecte imbutus, Alpes transgressus in Northumaniã venit, & in Ambricacensi ciuitate aliquandiu docuit. Unde mortalium auram captare vanitatem esse considerans consiliũ salutis arripuit, & statuit vt propter eum omnia relinqueret, qui omnia fecit. Cumque ire vellet Rothomagum, vespere in silua vltra fluuium Tillam in latrones incidit, qui cuncta quæ habebat tollentes, ligatis à tergo manibus, & capitio cappæ ante oculos eius admoto, adduxerunt eum in deuia & interclusa saltus frutecta dimiserunt. Talibus angustijs compreheſsus, nescius quid ageret, infortunium suum lamentabatur. Tandem nocturno silentio in se reuersus, & ad Deum conuersus; ait Domine Deus, tantum tempus in discendo expendi, & corpus animumque in studijs literarum attriui, & adhuc quomodo debeã orare & laudare te non didici; libera me de hac tribulatione, & ego sic vitam corrigere, & instituere curabo, vt tibi seruire valeã & sciam. Surgente aurora audiuit viatores iter carpentes, & cœpit ab eis vociferando auxilium petere, qui accedentes, & eum soluentes, reduxerunt ad viam. Rogauit autem vt vilius & pauperius cœnobiũ, quod in regione nosceret, sibi demonstrarent. Nolebat enim adire locum vbi literati essent, qui eum honori & reuerentiæ haberent. Igitur de consilio eorum Decũ adijt, vbi venerabilis Abbas Herluinus eiusdem cœnobij fundator ac nuper ex grandæuo milite in clericum promotus, cum gaudio susceptit. Qui monachus effectus, in discendis officijs curam maximam impendebat, vt sciret laudes Deo persoluere, sicut nouerat. Sic per tres annos vixit solitarius, gaudens quod nesciebatur, fere ab hominibus ignotus omni vilitate & extremitate in cœnobio contentus. Et, vt fertur lectionem in ecclesia nolebat legere, nisi prius cantor eũ audiret. Quadam etiam die dum ad mensam legeret, quidnam inter legendum dixit sicut dicere debuit, quod præsidenti nõ placuit, & aliter dicere iussit, velut si dixit ducere, media producta, iussit ille eam breuiari, non enim prior ille literatus erat, sed vir sapiens scies magis obedientiam Christo deberi, quam Donato dimisit quod bene pronunciauerat, & dixit quod non recte videbatur dicere. Cum autem rumor & fama viri longe lateque percrebuisset, clerici accurrunt, illo de licentia Abbatis sui scholam tenente. Laici quoque potentes & nobiles multa pro eius amore eidem ecclesiæ contulerunt.

lib.25.nu.36.

EXEMPLVM LIIII.

Odio habens Anselmum, ab Anselmo ab infernalibus lupus liberatur.

FRater quidam, qui veteri odio plurimum infestus erat Anselmo cuidam, postea episcopo, tunc Abbati, nec poterat vllatenus respicere simplici oculo, infirmitate est depressus, & ad extrema perductus. Cumque fratres meridie in lectis ex more quiescerẽt, ipse in domo infirmorum iacens cœpit miserandas voces emittere, & quasi quorundam horrendorum aspectus subterfugere gestiret, pallens, & tremens vultum suum delitescendo hinc inde commutare. Territi fratres qui aderant, quid haberet quærebant. At ille. Geminos immanes lupos inter brachia sua me tenere compressum, & guttur meum impressus dentibus, iam iamque suffocare videtis, & quid mihi sit quæritis? Quo audito vnus ex eis ad Anselmum, qui in claustro emendandis libris intendebat, concitus perrexit, & ei extra claustrum educto quid circa infirmum fratrem ageretur patefecit. Tunc ille in secretiorem locum solus secedens, post modicum, domum in qua iacebat infirmus, ingrediens leuata manu signum crucis edidit dicens. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ad quod factum statim æger conquieuit, & exhilarato vultu, intimo cordis affectu Deo gratias agere cepit, dicens, quod Anselmo ostium ingrediente, & manu extẽsa signum sanctæ crucis edente, vidit ex ore eius flam-

mam

mam ignis ad modum lanceæ procedẽtem, quæ in lupos iaculata eos deterruit,& celeri fuga dilapſos procul abegit. Tunc frater Anſelmus fratrem de ſalute animæ ſecretius alloquens, ad pœnitentiam, & confeſſionem eius cor inclinauit. Paterna dehinc auctoritate abſolutum, dixit, hora qua fratres ad nonam ſurgerent, præſenti vita diſceſſurum,quod factum eſt.lib.25. capit.69.

EXEMPLVM LV.

Prælati nonnunquam nimio rigore ſubditos peruerſos efficiunt.

CVm Abbas quidã, qui admodum religioſus habebatur, cum beato Anſelmo de his quæ monaſticæ religionis erant loqueretur, & inter alia de pueris in clauſtro nutritis verba conferret,adiecit. Quid obſecro fiet de iſtis, non ceſſamus die ac nocte verberantes eos, & ſemper fiunt deteriores? Hebetes enim ſunt, & beſtiales. Ad quem iratus Anſelmus ait. Quam bene nutrimentum veſtrum expendiſtis, qui de hominibus beſtias nutriſtis. Dic mihi quæſo, Abba, ſi plantam arboris in horto tuo plantares, & mox illam ex omni parte concluderes, vt ramos ſuos nullatenus extendere poſſet, qualis arbor inde prodiret? profectò inutilis, incuruis ramis, & perplexis, certè hoc facitis de pueris veſtris. Plantati ſunt per oblationem in horto Eccleſiæ,vt creſcant,& fructificent Deo. Vos autem intantum eos terroribus, minis, & verberibus vndique coarctatis, vt nulla eis penitus ſit aditus libertate potiri, vnde fit quia nihil amoris, pietatis, dulcedinis circa ſe in vobis ſentiunt, nec illi alicuius boni in vobis poſtea fidem habeant, ſed omnia veſtra ex odio, & inuidia contra ſe procedere credant. Contigitque modo miſerabili ſicut deinceps corpore creſcunt, ſic in eis odium, & ſuſpitio omnis mali creſcat,ſemper proni, & incurui ad vitia.

Cumque ad nullum fuerint in vera charitate nutriti, nullum niſi depreſſis ſupercilijs oculove obliquo valent intueri.lib.25 cap. 70.

EXEMPLVM LVI.

Prælatis eccleſiæ dæmones de multimoda animarum perditione grates refundunt, & pœnas infernales ſentiens clericus, mũdo relicto monaſterium intrauit.

IN Nannetis ciuitate, tempore Henrici quarti Imperatoris,erant duo clerici nondum patientibus annis præsbyteri, litteris affatim inſtructi, inter ſe multum amici. Hi pactum inierunt inter ſe, vt vter eorum prior moreretur, alij vigilanti, vel dormienti appareret infra xxx. dies. Data,acceptaque corporali fide, non multum poſt vnus obijt, & triceſima die alteri uigilanti aſtitit, neſcio quid operis molienti, & multu exangui,& pallido, ad eum ait: Agnoſcis me? Agnoſco, ille ait, & miror quod tamdiu moratus fueris. Ille prius moram excuſans, tandem ait Et aduentus meus ſi uolueris tibi fiet commodus, mihi omnino infructuoſus, nam ſempiternis damnatus ſum ſupplicijs. Ego,ait alter,iuuabo te precibus, ieiunijs, & eleemoſynis multis At ille reſpondit. Sine pœnitentia ſunt iudicia Dei in inferno. Dum rotat aſtra polus, dum pulſat litora pontus, pro criminibus meis puniar. Si totus mundus mihi remedia exquireret, æterna tamen, & innumera pœnarum genera patiar, & ut aliquam ex meis irreuocabilibus pœnis cognoſcas, en una. Protenditque manum ſanioſo ulcere ſtillantem, Videturne,ait, tibi leuis? Cum ille leuem ſibi referret uideri, ipſe mortuus curuatis in uolam digitis, tres guttas defluentis tabi ſuper eum iaculatus eſt, quarum duæ tempora, una frontem contingentes, cutem ſicut ignito iaculo penetrauerunt, foramen nucis capax efficientes, illo magnam pœnam eſſe doloris proteſtante clamore. Hoc, inquit mortuus erit tibi quamdiu uixeris, & pœnarum mearum graue documentum, & niſi neglexeris, ſalutis tuæ ſingulare monumentum. Vade ergo dum licet, muta habitum ſimul,& animum, & eſto monachus, Redonis iacens apud ſanctum Melanium. Cumque uiuus ad hoc reſpondere nollet, mortuus eum oculi uigore perſtringens. Si dubitas,inquit,conuerti miſer, lege litteras iſtas. Et hoc dicens manum protendit tetris notis inſcriptam, quibus Satha

S nas,

Digitized by Google

nas, & omne facellitium infatorum omni ecclesiastico ęquitatis tenore emittebant, quod cum ipsi in nullo suis voluptatibus deessent, tantum numerum subditarum animarum paterentur ad inferna descendere, prędicationis incuria, quantum nunquam viderant retroacta secula. His dictis loquentis aspectus disparuit. Audiens hęc, omnia vendens, & dans pauperibus, sanctum Melanium adijt, & monachus, ibi factus optimè conuersatus est. lib 24.c. 89.

EXEMPLVM LVII.

Cœlestem ciuitatem non nisi per pœnitentiam suas vestes lauantes intrabunt.

ANno Domini MCIIII. quidam clericus de Vendopera, cum studeret in scholis apud Lugdunum, vidit in visione noctis quandam vallem sub quodam monte, super quem ciuitas quædam pulcherrima sita erat cuius aspectus nimium delectabat intuentes, ita vt quisquis eam videret de aspectu illius satiari non posset, & modis omnibus laboraret quomodo ad eam peruenire valeret. Interea vidit fluuium quendam sub pede montis, imò circa pedem currentem; quem dum circumiret quęrens artem quomodo illum transmearet, vidit super ripam fluminis duodecim pauperes lauantes in flumine tunicas suas. Inter quos erat quidam veste candidissima indutus, multum alijs dissimilis, qui iuuabat alios in tunicarum suarum ablutione, qui postquam adiuuerat vnum ibat postea adiuuare alium. Tunc clericus, qui hoc videbat, accessit ad illum, qui cęteros adiuuabat, & dixit. Quæ gens est his vos? Qui ait. Isti pauperes, homines sunt pœnitentiam agentes, & se à peccatis suis lauantes, & ego filius Dei Iesus Christus, sine cuius auxilio nec isti, nec alij possunt bene facere. Ciuitas hęc pulchra quam vides paradisus est, vbi ego maneo, & quando quis tunicam suam lauerit i. pœnitentiam peregerit, in illâ intrabit. Tu ipse satis diu quæsisti uiam, qua itur ad illam, sed nulla alia via, quam ista, ducit ad eam. His dictis clericus à somno euigilauit, & mirari cępit de visione. Cumque non multo post rediisset de schola in patriam suam, narrauit Episcopo Cabilonensi visionem hanc, cui familiaris erat, qua audita Episcopus suasit ei, vt seculum relinqueret, & religionem intraret, commendans ei super omnes ordines nouellum illum ordinem. Cistercien sem. Ille venit Cistercium, & inuenit locum inultum, & desertum, & fratres inter bestias conuersantes. Ad portam verò monasterij, quæ de vimine facta erat, pendebat malleus ferreus, cuius sonitu ad portam portarius compellabatur ab intrare volentibus. Hoc verò sonitu portarius vocatus, uenit ad eum foras, & inclinans se ad eum salutauit eum. Quem clericus intuens, statim recognouit se eundem uidisse inter eos, qui tunicas suas in flumine lauabant. Rogauitque eum, ut adduceret ad se abbatem. Abbas igitur, & totus etiam conuentus uenit ad eum, & recognouit clericus omnes se uidisse, tunicas suas in flumine lauantes. Statimque cecidit ad Abbatis pedes, rogans cum lachrymis, ut susciperetur, qui susceptus non multo post factus est prior. lib. 25.c. 106.

EXEMPLVM LVIII.

Verba iocosè proferre solitus grauiter, post mortem inde punitur, sed silentio fratrum a purgatorio liberatur.

FRater quidam Durannus nomine de Bredon, prius idiota apparens, postea Mosyacensis Abbas non incongruus deinde ad Tholosanum Episcopatum sapientiæ prærogatiua promotus, inter operarios agri culturæ Dei merito sollicitudinis, & industriæ claruit. Hic circumspectus per cętera, uerba risum mouentia sępe incautius proferebat. Qua de re uenerandus pater Hugo Abbas, cuius monachus fuerat, multoties eum increpans, nec satis proficiens, de futuro interminans prophetice sic commonuit. Ecce frater charissime, nisi ludica uero monacho prorsus interdicta uiuens diuiteris, post mortem enormiter apparebis. Quod sane uaticinium eo migrante constat fuisse completum.

Nam Siguino cuidam capellano patris spumoso ore apparens, postulauit flebiliter eius adiumamen, cui noluit obedire dum uiueret. Hoc ubi dominо Abbati Siguinus retulit, cępit ut fratres una hebdoma-

da

da pro defuncto taciturnitatem proprii oris continerent. Ad hoc ſeptem fratribus electis, cæteris obedientibus unus eorum uoti contemptor ſilentium interrupit. Rurſus Pontifex eidem denuo reuelatus eſt, ualde conqueſtus ſuper illo fratre perfido, qui dum non ſiluit, ſanitatem illius interpolauit. Audiens iſta piiſſimus Hugo præcepit, ut fractura ſilentii, quæ per unum contigerat, aliorum ſeptem dierum ſilentio ſarciretur, quo facto anima Pontificis tertio reuelata, in ſtatu Apoſtolico ſe exhibens, purgatori ſuo memorato, ſemperque memorando Hugoni gratias ſuæ integritatis reportauit. lib. 26. cap. 5.

EXEMPLVM LIX.

Moriturus dux Damaſci linteamen, quo inuoluendus erat, per vexilliferum ſuum in Damaſco circumferri fecit.

ANno MCXIII. Philippus rex exercitu collecto cæpit Giſorcium, & paulo poſtrotũ VVlcaſinum Northmannicum, quod rex Anglie iniuſte poſſidebat. Eo autem tempore Saladinus obiit apud Damaſcum. Cum autem ſciret ſibi mortẽ imminere, uocauit ſigniferum ſuũ, dicens. Tu qui ſoles ferre vexilla mea per bella, fer uexillum mortis meæ per totum Damaſcum, ſ. vilem panniculum ſuper lanceam, clamitando, Ecce Rex Orientis moriens non ferit ſecum niſi hoc pallium vile, & ſic mortuus eſt. lib. 29. ſpecul. c. 54. & Antoninus par. 2. tit. 17. c. 9. §. 18.

Ex ſcriptis Helinandi.

EXEMPLVM LX.

Maledicens ſibiipſi, & dæmonibus commendans ſubito ſubmergitur, & graui pœna purgatorii mulctatur.

ARCHIDIACONVS quidã nomine Burcardus cognomento de Piſanto iturus erat Romam. Rogauit autem Ioannem quendam Aurelianenſem canonicum, vt quendam clericum Natalem nomine domus ſuæ œconomum ei ſocium daret, qui Tantalus erat in rei familiaris cuſtodia, bonus diſpenſator, & prudens, & fidelis, quod rariſſime in diſpenſatoribus inuenitur. Volebat ergo idem Burcardus hũc habere ſocium itineris ſui, non tam ideo qui cum diligeret, quam quia pecuniæ ut auariſſimus valde tineret. Ille autem tam nobili perſonæ, & Archidiacono ſuo non potuit negare. Præcepit ergo Natali clerico, ut cum iret, & ei tanquam ſibi obediret in omnibus, quod ille inuitus annuit, timens mores Burcardi, cuius auaritiã non ignorabat. Inierunt ergo Dominus & Natalis fœdus quoddam ſecretiſſimum, quod vter ex illis duobus moreretur, intra xxx. dies ſi poſſet an ſocium ſuum rediret, nil ei in apparitione terroris incutiens, ſed blande illum commonefaciens, & de ſtatu ſuo certificãt. Cum autem iam prope Romam eſſent, accidit quadam die, ut præfatur Burcardus cũ Natali clerico rationem ponere deberet de quotidianis expenſis, & de magna ſumma ſingulos numos euigeret, qui in quo vſus abiſſent. Natalis autem, qui tam minutas rationes reddere Domino ſuo non conſueuerat, quippe cui ille tanquam ſibi credebat, iratus aduerſus uirum nobilem ſordidiſſimæ prouidentiæ, cum in reddenda ratione deficeret, ſe quod auditu quoq. horrendum eſt dæmonib. commendauit. Eodem autem die cum quandã aquam tranſuadarent Burcardus, & Natalis, idem Natalis, ſubmerſus eſt. Sequẽti uero nocte proxima, cum in lecto ſuo priſtinus Dominus Natalis iſtius quieſceret uigilans, & coram ſe lumen fulgeret in lampade, quia ſemp noctis conſueuit tenebras horreſcere, ecce Natalis clericus eius ante ipſũ aſtitit cappa indutus pluuiali, & ſicut ſibi uidebatur pulcherrima coloris plũbet. Ipſe autem nihil omnino tertius quaſi gra-

tulans cœpit ad eam dicere. Natalis bene ueneritis, nunquid iam redijt Archidiaconus. Non inquit, Domine, ſed ego ſolus redij iuxta conſtitutum, mortuus enim ſum, nolite ergo timere, ergo nullum timorē uobis inferma, ſed precor ut ſuccurratis mihi, ergo enim in magnis tormentis sū. Cur inquit, ſatis enim honeſte uixiſtis apud me. Domine, inquit, uerum eſt, bene quidē mihi eſſet, niſi hodie præuentus ira me cæmonibus commendaſſem. Rogo autē uos, ut quoſcunq. potueritis moneatis, ut nunquam faciant, qui enim ſe commendat dæmonibus, dat eis poteſtatem ſuper ſe, unde poteſtatē habuerunt, ut me ſtatim ſubmergerent, & propter hoc ſolum torqueor. Nam bene confeſſus eram de omnib. peccatis meis, & in nullum recideram. Tunc ille. Quomodo tam pulchram cappam habetis, ſi in tormētis eſtis? Domine, inquit, hæc cappa, quæ uobis tā pulchra uidetur, multo ponderoſior eſt mihi, quam turris Pinarienſis, ſi mihi ſuperpoſita eſſet. Pulchritudo autem iſta ſpes eſt ueniæ, quam habeo propter confeſſionem quam feci, ſi mihi tamen ſuccurratur. Cui ait. Certe, inquit, ego uobis ſuccurram quantum potero. Vincent. in Spec. hiſt. lib. 29. c. 118. hæc recitat ex Helinando.

EXEMPLVM LXII.

Defunctorum animæ in equis infernalibus uitę ſunt equitare.

REferebat Elebandus Henrici quondam Remenſis Archiepiſcopi cubicularius, ducens Dñs meus Archiepiſcopus mittebat me apud Atrebatum. Dum aūt circa meridiē apud quoddā nemus appropinquaſſemus ego & famulus meus, qui me præcedebat celerius equitans, ut qui mihi pararet hoſpitium, audiuit ille tumultum magnum in nemore, quaſi multiplices & uarior equorum fremitus, armorum ſonitus, & uelut uoce multitudinis impetum proeuntis in bellum. Expauefactus ergo ipſe, & equus eius continuo regreſſus eſt ad me. A quo cum quærerem quare reuerteretur, ait. Equus meus non fuſte, nec calcaribus cogi poteſt, ut procedat, & ego etiam adeo territus ſum, ut omnino procedere non audeam, mira enim uidi, & audiui, nemus enim iſtud defunctorum animabus, & dæmonibus eſt plenum. Audiui autem illos clamare, & dicere. Iam habemus præpoſitum de area, in proximo autem habebimus Archiepiſcopum Remenſem. Ad quod ego reſpondit. Signum crucis noſtris frontibus imprimamus, & ſecuri procedamus. Cum ergo proceſſiſſem, & ad nemus perueniſſem, iam umbræ proceſſerāt, & tamen uoces quaſdam confuſas audiui, & fragores armorum, & equorum fremitus, ſed nec umbras uidere, nec uoces intelligere potui. Cum autem rediſſemus iam Archiepiſcopum inuenimus in extremis, nec poſt has uoces quinquaginta dieb. ſuperuixit, unde conijcitur eum a ſpiritibus raptum, a quibus auditum fuerat rapiendum. Hinc apparet quales equi ſint, illi ſuper quos aliquando defunctorū animę uidentur equitare. Sunt enim dęmones ſe in equos transformantes, quorum ſeſſores ſunt animę miſerimę peccatis oneratæ tanquā armis quibuſdam, & clypeis onuſtata, ſed reuera proprij ſceleribus in formis talibus onuſtatę, iuxta illud propheticū, Deſcenderunt in infernum cum armis ſuis, i. membris ſuis, quę fecerunt arma iniquitatis peccato, nolentes ea facere arma iuſtitie Deo. Certum eſt autem equum animal eſſe ſuperbum, & contumax, contētionis & belli cupidum, feruens ad coitum, & in libidine prępotentem. Dęmones igitur in equos tranformati demonſtrant ſeſſores ſuos ſe huiuſmodi ſceleribus oblectaſſe. Vincent. lib. 29. c. 119.

EXEMPLVM LXIII.

Adultera quędam poſt mortem ab equite quodam gladio transfoditur, & flamis uenda injcitur, & eques ille, qui eo modo propter peccata puniebatur, ſe miſſis & orationibus petijt adiuuari.

HViuſmodi equus erat ille, quem Carbonarius monſtrauit Comiti cuidam Niuernenſi. Erat enim Carbonarius iſte uir pauper in ſeculo, ſed diuens in Deo, religioſus, & timens Deum, ob quod familiaris erat prędicto Comiti. Huic nocte quadam cum uigilaret, & cuſtodire foſſam ſuam carbonificam incenſam acriter, ecce quædam fœmina nuda currens apparuit,

& poſt

& poſt eam eques quidam equo nigro inſidens, euagina togladio velociter equitans, vt fugientem apprehenderet mulierem. Quę dum fugiens foſſam circumiret, comprehenſa eſt ab eo, & perfoſſa gladio, & facta eſt quaſi mortua. Quam ille proiecit in ignem, & exultem rurſus extraxit, & poſuit ante ſe ſuper equũ, & abijt. Hæc viſio plurimis noctibus illi oſtenta eſt. Cum autem quædã de huiuſmodi viſioni ram frequenti nimis anxius cogitaret, ſic cogitabundus e triſtis obuiauit Comiti. Miratus Comes traxit eum in partem, & ſecretè requiſiuit ab eo qui haberet, dicens: Si quis tibi fecit iniuriam, vel moleſtiam aliquam intulit, ne celaueris a me, ego. n te bene vincabo. Si inegeſtate es, ego tibi ſubueniam. Qui reſpondit: Nihil neceſſe habeo de nullo conqueror, ſed hęc, & hæc toties vidi. & vtinam vos vidiſſetis. Certe, inquit Comes eius, tecum vadam, & videbo viſionem hanc magnam. Igitur Comes confeſſus omnia peccata ſua, mutat habitum, & aſſumit ſecum Carbonarium, & abijt cum eo ſolus in ſiluam. Et cum vigilarent circa mediam noctem audiuit quendam buccinante torniter, & ſignauit ſe per totum. Et ecce mulier illa accurrens nuda ſicut prius cepit foſſam fugiens circumire, quaſi eques ille inſequens, & comprehendens gladio peremit, & in ignem proiecit, & iterum reſumpſit, quaſuper equum ante ſe poſita cum fugere vellet; comes adiurauit eum in nomine Domini, vt ſtaret, & diceret ei quis eſſet, & cur hoc faceret. Tunc ille ſubſiſtes ait: Ego ſum veſter ille miles, & hęc eſt illa mulier nobilis vxor illius militis, quem pro amore meo interfecit, vt licentius atque frequentius meo concubitu fueretur, & in hoc peccato ambo mortui ſumus, niſi quod heu ſerò in hac ipſa morte pœnitui mus: nunc autem tale tormentum patitur quod ſingulis noctibus à me interficitur, & comburitur. Tantum enim dolorem patitur ictu gladij, quo eam ferio, quantum vllus vnqua in morte paſſus eſt, & multo maiorem in combuſtione. Ad hæc Comes Quis eſt ille equus, ſuper quem ſedetis? Diabolus, inquit, quidam eſt, qui nos ineffabili vexatione torquet. Poſſemne nobis, ait, aliquis ſuccurrere? Poſſet, inquit, ſi vos faceretis in cunctis congregationibus, quæ vobis ſubiectæ ſunt, orare pro nobis, & à presbyteris celebrari miſſas, & pſalmos de ricis decantari. ibi. cap. 120.

EXEMPLVM LXIII.

Bona iniuſte per mortem occiſi mili is retinens comes terribile equo impoſitus ad inferna portatur.

TAlis equus erat, ſuper quem aſcendit infœlix ille Maciſconenſis Comes, de quo refert Petrus Abbas Cluniacenſis lib. 2. miraculorum capit. 1. quod cum militem quendam iniuſtè occidiſſet, & bona eius occupans hęredes eius exhæredaſſet, apparuit ei miles occiſus terribiliter ſemel, & iterum, admonens vt ſaltem ablata hęredibus ſui reſtitueret. Quod cum dixiſſet aliquibus de ſuis, illi hoc ſomnium & figmentũ reputauerunt. Tunc tertia vice terribilibus apparens occiſus aſſignauit ei diem, quo vellet nollet traheretur alibi reſponſurus. Tunc territus uocauit magnam multitudinem armatorum vita exponens, & rogans ut ſi aliquam uiolentiam ſibi uiderent fieri ſubuenirent. Cum ergò aſſignata die in proprio palatio reſideret multi militibus diuerſi ordinis conſtipatus, repente ignotus homo inſidiens equo per oſtium palatij ingreſſus, cunctis uidentibus, & admirantibus atque ad ipſum peruenit, dicens ſe uelle ei colloqui, imperans ei ut ſurgeret, & ſe ſequeretur. Qui inuiſibili potentiæ non ualens reſiſtere, ſurrexit, & uſque ad oſtium domus proceſſit, ubi equum paratum inuenit, quem iuſſus ſtatim aſcendit, cuius habenas ille accipiens, qui propter illum uenerat, uelociſſimo curſu per aera cunctis uidentibus ferri cœpit. Ille autem miſerabiliter clamans. Succurrite ciues, ſuccurrite, totam ciuitatem commouit. Omnes autem curientem cum per aera conſpexerunt quamdiu naturali oculorum acie potuerũt. Sicque tandem ſubtractus uiſibus hominũ, factus eſt æternus ſocius dæmonum Vinc. lib. 29 cap. 120.

EXEMPLVM LXIIII.

Abſtinens in clauſtro formoſus, & ſanus efficitur, qui in ſeculo crapulæ deditus deformis, & debilis exiterat.

AD conſeruandam ſanitatem nihil efficacius facit, quam cibi & potus idem

inuenem illum, inquit, repeto abs te, & animam fratris. Tunc grauiter suspirans senior, & in lachrymas resolutus. Ille, ait, mortuus est. Quomodo, ait, aut quali morte? Deo, ait, mortuus est, quia pessimus, & flagitiosus euasit, ad vltimum etiam latrocinium aggressus est. Denique nunc montem quendam cum multa latronum multitudine occupauit. Quibus auditis Apostolus vestē continuò, qua erat indutus scidit, & cum ingenti gemitu feriēs caput suum. Bonum te, inquit, custodem animæ fratris dereliqui, sed iam nunc mihi equus paretur, & dux itineris. Et confestim equum ascendēs, illuc concitus properabat. Cumque peruenisset ad locum, tenetur ab his latronibus, qui custodias obseruabant. Sed ille neque fugere, neque prorsus declinare vsquam nitens, ingenti tantum voce proclamabant quia ad hoc ipsum veni, adduci te mihi principem vestrum. Qui cum veniret armatus, eminus agnito Ioanne Apostolo, pudore tactus in fugam vertitur. Ille equo post eum admisso confestim insequitur fugientem ætatis oblitus, simul & clamans. Quid fugis, ô fili, patrem tuum, quid fugis inermē senem? Miser hære, noli timere, habes adhuc spem vitæ, ego Christo rationem reddam pro te, certe & mortem pro te libenter excipiam, sicut & Dominus excepit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum, & crede mihi, quia Christus me misit. At ille audiens restitit, & vultum demisit in terram, post hoc arma proiecit. Tunc deinde tremefactus flebat amarissimè, & accedentis ad se senis prouoluitur genibus, gemitibus & vlulatibus quib. poterat satisfaciens & vberrimus lachrymarum suarum fontibus iterum baptizabatur, occultans solum manum dexteram suam. Apostolus verò sacramento se ei a Saluatore impetraturum veniam pollicens, simulq. gemb. eius prouolutus, atq; ipsam dexteram, ex cuius cædis conscientia torquebatur, tanquam iam per pœnitentiam purgatam deosculans, ad ecclesiam reuocat, & indesinenter pro eo orationes profundens, & cum ipso pariter ducens crebra ieiunia indulgentiam a Deo quam ei pollicitus fuerat expectabat. Sed & variis consolationibus sermonum quasi quibusdam præcationibus efferos, & exterritos eius animos mitigabat, nec prius abstitit, quam eum emendatum in omnib. etiam ecclesiæ præficeret, præbens per hoc exempla veræ pœnitentiæ, & documentum ingens nouæ generationis, atque insignia quædam trophæa visibilis in eo resurrectionis ostendit. Euseb. lib. 3. histo. Eccl. c. 23. Vincent. lib. 10. c. 42.

EXEMPLVM LXVI.

Virginem ne verbis & iniurijs illuderetur defendens Basilides, subito ad fidem conuertitur.

IN nostram vsque memoriam ab incolis loci perennis virtutum Potamianæ fama celebratur, quod immensos & innumeros agones primo pro virginitate, & pudicitia desudauerint, deinde etiam pro martyrio exquisita, & inaudita tormenta pertulerit, atque ad vltimum una cum uenerabili matre Marcella ignis supplicijs consummata sit. Tradunt igitur Aquilam (hoc enim erat iudicis nomen) postquam crudelibus eam supplicijs lacerauerat, ad vltimum ob iniuriam & nobilitatis eius, & castitatis cōminatum esse Potamianæ, quod cum crudeliſſimis gladiatoribus, vel impudiciſſimis lenonibus traderet. At illa, cum ab ea quid mallet, quidue eligeret, quæreretur, prorupisse dicitur aduersus tyrannum vocem liberam, quæ ob superstitionem Romani ritus sacrilega uideretur, & ideo sine mora in eam latam esse sententiam. Cumque Basilides vnus ex his, quibus implere spiculatoris officium mos est, suscepiam eam duceret ad supplicium, ac multitudo impudicorum pariter, & impiorum Potamianæ verbis & iniurijs conaretur illudere, Basilides abigere impudentius irruentes, ac deturbare cœpit humanitatis, & miserationis obtentu. At illa religiosum viri votum erga se ad propositum humanitatis amplexa. Certus esto, inquit, quod cum abiero ad Dominum meum, sine mora boni huius tibi remunerationem parabo. Post hæc autem verba constanter suscepit statuta supplicia picis calidæ paulatim per artus & membra diffusæ, & hoc modo beata virgo è terris migrauit ad cœlum. Non multis autem post diebus, Basilides cum inter collegas suos ob causam quan-

dam iuramentum poscere ur, aut ibi non licere. Tunc deinde cum constantius affirmaret, perducitur ad tribunal, vbi cum perseueraret in confessione, uinculis traditur. Tunc verò visitantibus eum nostris, & causam subitæ, ac laudabilis huius permutationis inquirentibus, dixisse fertur quod Potamina post diem tertium martyrij sui noctu astitens coronam capiti eius imposuerit, dicens, deprecatam se pro ipso Dominum & impetrasse, vt secundum quod scriptum est. Qui perseuerauerit martyrem, merc dem martyris consequatur. Quibus auditis confestim fratres signum ei dominicum tradũt, & die posteriore ob Domini martyrium capite punitur. Euseb. lib. 6. c. 5.

EXEMPLVM LXVII.

Diffamantes sanctum Narcissum falsi testes, iustas mendacij sui pœnas percepe-runt.

ANimi virtus quanta fuerit in Beato Narcisso vno ex eius gestis opere declarabitur. Is namque cum inter cætera virtutum suarum bona esset valde constantis animi, & iusti, rectiq. indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam male sibi conscij, metuentes ne criminum suorum si arguerentur non possent effugere vindictam, præueniunt factionibus, & circumuenire parant eum, cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur aduersus eum infame satis, & noxium crimen. Conueniunt auditores, testes ex semetipsis producunt, qui sub sacramento iuramenti quæ obijciebantur confirmarent, quorum unus testis ita, vt igni consumeretur si non uera diceret, imprecabatur, alius vt regio morbo corrumperetur, tertius vt luminibus orbaretur. Et quamuis ne iuramentis quidem illis quisquam fidelium, & Deum timentium crederet, eo quod vita Narcissi, & institutio, & pudicitia ab omnibus noscerentur, ipse tamen eorum quæ mota sunt indignitatem ac molestiam nõ ferens, simul & secretam ac philosophicam vitã habere semper desiderans, subterfugit ecclesiæ multitudinem, & in desertis locis, atq; angulis secretioribus delitescit annis quam plurimis. Sed non ille magnus diuinæ prouidentiæ oculos quieturos longum, sed in impios vltionem per ea ipsa, quæ sibi in periurijs statuerant, maledicta molitur. Primus namque ille testis parua ignis scintilla noctis tempore domo tua succensa, cum omni genere suo, omnique familia flammis vltricibus conflagrauit, alius repente ab imis pedibus vsque ad summum capitis verticem morbo regio quem fuerat imprecatus, repletus consumitur. Tertius autem priorum exitum videns, & oculum diuinum non se latuisse prospiciens, prorumpit in medium & audientibus cunctis fera pœnitentia vsi uersum concinnati sceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis immane commissum facinus deflet, vt luminibus orbaretur, & sic figmenti sui huiusce modi pœnas exoluit. Euseb. lib. 5. c. 7.

EXEMPLVM LXVIII.

Dæmon gentili sacerdoti responsa præbens, nisi licentiatus a sancto Gregorio, loqui non potuit, quo visto sacerdos ille conuertitur.

ITer Sancto Gregorio Ponti Episcopo fuisse quondam per Alpes dicitur hyemis tempore, & cum peruenisset ad summum Alpium iugum, niuibus repleta erãt omnia, nullum vsquam diuersorum. Fanum ibi tantum Apollonis erat, vbi illa nocte quieuit. Sacerdos erat quidã fani eius, cui consulere simulachrum Apollinis mos erat, & reddere responsa poscentibus, ex quo etiam alimoniæ quæstus esse uidebatur. Igitur post digressum Gregorij, offerre consulta, & responsa poscere sacerdos accessit ex more, nihil inde responsi veniebat. Repetit victimas, silentium permanet, iterum, atque iterum litat, surdis ingerit fabulam. Cumque stupore noui silentij æstuaret sacerdos, noctu ei assistens in somnis dæmonium, dicit. Quid me illic inuocas, quo iam venire non possum? Percontanti causam, aduentu se Gregorii dicebat expulsum. Quid nunc remedij daretur, cum perquireret, ait. Non aliter licere sibi ingredi locum illum, nisi Gregorius permisisset. Quibus auditis sacerdos occupat uiam, multa apud semetipsum uoluens, atque animo recusante pertractans

venit

uenit ad Gregorium, adoratuſq. eum rem pandit ex ordine. humanitatis ſuæ atque hoſpitalitatis, admonuit, quæ realem depul ſi numinis ponit, ademptam facultatem quæſtus deplorat, ac reſtitui ſibi omnia in priſtinum ſtatum depoſcit. At nihil moratur, ſcribit epiſtolam in hæc uerba, Gregorius Apollini, permitto tibi redire ad locum tuum, & agere quæ conſueuiſti. Hanc epiſtolam ſacerdos accepit, & ad fanum defert, poſitaque ex iuxta ſimulachrum, affuit dæmon, & dedit reſponſa poſcenti. Tum ille in ſemetipſum conuerſus, ait. Si Gregorius iuſſit, & Deus iſte diſceſſit, non potens redire niſi iuſſus, & rurſum iubente Gregorio reſtitutus eſt, quomodo non multo melior eſt iſto Gregorius, cuius hic obtemperat iuſſis. Clauſis ergo ianuis fani, deſcendit ad Gregorium, epiſtolam ſecum quam acceperat deferens, omnemque apud eum rei geſtæ ordinem pandens, ſimulque ſe ad pedes eius proſternens, rogat ut illi ſe Deo offerat, cuius uirtute dijs gentium Gregorius imperabat. Cumque enixius & pertinacius perſiſteret, catechumenus ab eo factus eſt, & cum ſe uitæ caſtiſſimæ, & abſtinentiſſimæ derelictis omnibus non ſolum errorib. dæmonum, ſed & ſeculi actibus mancipaſſet. etiam baptiſma conſecutus eſt, & in tantum uitæ merito, ac fidei uirtute profecit, ut ipſi beato Gregor. in Epiſcopatu ſucceſſor exiſteret. Euſeb. lib. 6. c. 25.

EXEMPLVM LXIX.

Diſcordiæ ſedandæ cauſa Gregorius quidam ſtagnum in aridam orationc conuertit.

STagnum erat in Ponti regionibus piſcibus copioſum, ex quorum captura prouidites reddituſ dominis præſtabantur. Iſta poſſeſſio duobus fratribus ſorte obuenerat hæreditaris, ſed pecuniæ cupiditas fraternam neceſſitudinem uiolauit. Coibatur a fratribus tempore captionis non tam ad capiendos piſces, quam ad homines capiendo, cædes ac bella mouebantur, humanus ſanguis pro piſcibus fundebatur. Sed Dei prouidentia affuit aliquando auxilium, adaduentuſque Gregorij: uidit prælia, & mortes uirorum, furentesque germanos, quid cauſæ exiſteret, pro quem exitium ſui, ſuorumque fratres accenderentur, inquirit, nullam niſi capturam piſcium competit. Tum ille cum pro honore aduentus ſui utrasque partes paululum ſiluiſſent. Nolite, inquit, o filioli, rationabiles animas pro mutis animalibus uiolare, fraternam pacem quæſtus cupiditate diſſoluere Dei leges & naturæ iura pariter temerare, ſed una mecum ad oram ſtagni exitialis accedite, ego iam uos per uirtutem Domini, omni certamine cruentæ contentionis abſoluam. Et cum hæc dixiſſet, in conſpectu omnium uirgam, quã in manu tenebat, ad primas lito is undas defigit, & ipſe poſitis genibus palmam tendit ad cælum, atque his uerbis excelſo ſupplicat Deo. Tu Domine Deus patrum noſtrorum, qui dum ibi primus homo Adam peccaſſet, & mandatum tuum præteriſſet, pœnam culpæ illius moderatus ad terram maledictionem detorſiſti, dicens. Maledicta terra in omnibus operibus tuis, tu nũc miſeratus horum iuuentum, fratrumque ſanguinis, qui periclitatur, præcipe ut maledictæ ſint aquæ iſtæ in omnibus iſtorum, pro quibus furore ſuccenſi fraternę pietatis oblitiſunt, ita ut nunquam in hoc loco uel piſcis appareat, uel aqua reſideat, ſed ſit campus aratri patiens, ac frugum ferax, & cuſtos in æternum fraternæ concordiæ perſeueret. Statim ut ille orandi finem feci, ſe undæ ſubducens, & curſu ueloci ori refugiens, e conſpectu ſuperno iuſſa recedere, abyſſis ſuis redditur, & arentem campum germanis iam concordibus dereliquit. Sed & in hodiernum diem frugum ferax dicitur eſſe ſolum, quod ante fuerat nauium ferax. Euſeb. lib. 7. c. 25.

EXEMPLVM LXX.

Caſtitatis amore nobilis fœmina cum filiabus ſuis fluminibus ſe mergendam iniecit.

ADmirabilis quædam fuit, uenerandaque fœmina, pulchritudine pariter & pudicitia formoſa, genere nobilis, & copioſa facultatibus cui erant duę filiæ uirgines honeſtæ ſatis, & ad maternæ pudici-

tiæ

tiæ regulam nutritæ, specie simul, & moribus æmula sibi probitate certantes, quas religiosa mater secundum præceptum diuinum in timore Dei educauerat. Sed pro his, quæ supra diximus, uel naturæ, uel institutionum bonis, prauorum hominum multa erga uirgines, earumque matrem cõtẽtio exagitabatur & summo studio, summaque diligentia perquirebantur. Cumq. declinandi turbinis gratia fuit absentiam procurassent, agitur omni intentione ut earum præsentia fieret, missi in hoc ipsum milites, repertas eas uenire Antiochiam cogunt. Sed cum per uigentibus militib. uehiculo impositæ iter agerent, talibus religiosa, & pudica mater ad filias utitur verbis: Scitis dulcissimæ mihi filiæ, quomodo in disciplina Dei nos educauerim, scitis quod a paruulis nobis Deus nutritor, & institutor exiterit, & castitatis bonum ita mecum pariter delexitis, ut ne oculus quidem uester unquam, sicut vobiscum conscia sum, lasciuio e fuerit maculatus aspectu. Quid ergo nunc agimus uidetis, quia omnis ista uis aut a Deo nos studet, aut pudicitia separare. Prostituentur ergo publicis lupanaribus membra, quæ aer pene ipse publicus habuit incognita. Nunc quæso filiæ, quia nec tam parua nobis in Deo fides, est ut mortem pertimescamus, nec tam despecta pudicitia, ut uiuere etiam cum turpitudine cupiamus. Præueniamus carnificum impias manus, & impudicorum præripiamus incestus, mundumque hunc, qui nos ad impuram & impudicam compellit, accepto traiiit vitam, pura ac pudica morte dãnemus. Cumque talib. exhortationibus filias ad simile propositum uidet accensas, ad fluuium quendam in itinere positum uenerunt, vbi se humanæ necessitatis causa descendisse cum simulassent, & paululum custodes cogente naturali reuerentia secessissent, adductis diligentius hinc inde uestibus, minacis se fluuij rapidis iniecere fluentis. Sed & aliæ duæ virgines per omnia insignes sorores, genere nobile, vita mirabiles, primæ adhuc ætatis, specie pulchræ satis, sed animæ pulcheriores, ornatis moribus magis, quem monilibus, studi sæ apprime probabiles, non ferentes uiolari publicis edictis, ac legibus castitatem, maris se fluctibus dimerserunt. Euseb. lib. 8. cap. 12.

Annotatio. Non debet quis sibi mortem inferre ad tuendam pudicitiam, sed hę & aliæ similes creduntur ex instinctu Spiritus sancti hoc fecisse, & ita non peccasse.

EXEMPLVM LXXI.

Adulterium execrata nobilis fœmina Romana proprium pectus effe transfodit.

Silere æquum non puto nobilissimę fœminę in urbe Roma mirabile factum. Sofoniæ cuius tur per ętas annos Romæ sub Maxentio tyranno agebat. Qui cum de supradictæ fœminę pulchritudine cognouisset, uetus mos erat, mittit stupratorum ministros, ducat ad se fœminam iubet. Illa item ad maritum detulit, qui cum comperisset, multa secum uoluens, ad ultimum altius ingęmiscens. Et quid, inquit, faciemus, quibus aut hæc tolerauda sunt, aut anima ponenda. Tum illa, ut maritum uidit metu mortis peccatum prodidisse pudicitiam. Paulum, ait his qui missi fuerant, expectate, donec composita ut decet & ornate procedam. Dehinc ingressa cubiculum, cum prius defixis genibus orasset, tanquam pudicitiam suam Deo immolatura, pectus ac uiscera correpto mucrone trãsuerberat, extremos huiusmodi nuncios ad tyrannum persilientes famulos mittens. Tales, ait, magis placeant Christianæ fœminæ tyranno. lib. 8. Euseb. c. 17.

EXEMPLVM LXXII.

Detractionum libellos, quos contra se christiani episcopi offerebant Constantinus Imperator exussit.

In Niceno illo solemni concilio cum ex omnibus pene locis episcopis conuenissent, & ut fieri solet diuersis ex causis inter se quædam iurgia detulissent, interpellabatur Constantinus frequenter, a singulis offerebantur libelli, culpæ prosequebantur, & magis ad hoc, quam ad id pro quo uenerant animos dabant. At ille uidens quod per huiusmodi iurgia causa summi negotij frustraretur, diem certam statuit, qua unusquisque episcoporum si quid querimoniæ habere uideretur deferret.

Et

Et cum reſediſſet ſuſcepit a ſingulis libellos, quos ſimul omnes in ſinu ſuo continens, nec in eis quod contineretur aperiens ait ad epiſcopos: Deus vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & idcirco nos a uobis recte iudicamur. Vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari, propter quod diuinum expectare iudicium, & veſtra iurgia quæcunque ſunt, ad illud diuinum referuentur examen. Vos etenim nobis a Deo dati eſtis dij, & conueniens non eſt, ut homo iudicet deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit. Et ideo his omiſſis illa, quæ ad fidem Dei pertinent abſque ulla animorum contentione diſtinguite. Cum hoc dixiſſet, omnes ſimul querimoniarum libellos iuſſit exuri, ne innoteſceret vlli homini ſimultas ſacerdotum. Euſeb. lib. 8. c. 2.

EXEMPLVM LXXIII.

Doctrina ſimplici ſancti epiſcopi philoſophus conuertitur, qui nullis Doctorum virorum argumentis potuit ad fidem inflecti.

CVmque in Niceno conſilio eſſet confeſſorum magnus numerus ſacerdotum, omnes Arrii nouitatib. aduerſabatur. Fauebant ve o ei vi i in quæſtionibus calli di, & ob id ſimplici tu fidei aduerſi. Quartam vero vi tute habebat ſimplicitas fidei, etiam ex his quæ ibi geſta referuntur agno ſcimus. Etenim cũ pro ſtudio religioſi Imperatoris Cõſtantini ex omni terra ſacerdotes Dei conſſent, opinione commoti phyſici quoque & dialectici valde nobiles, & opinatiſſimi conuenerunt. In quibus quidã inſignis in arte dialectica per ſingulos dies cõflictus ſummi certaminis cum epiſcopis noſtris viris æque in dialectica non improbabiliter eruditis mouebat, & fiebat ingẽs ſpectaculum conuenientib. ad audiendum doctis, & literatis uiris, nec tamen ullo genere philoſophus concludi a quoquam poterat, aut conſtringi. Tanta etenim dicendi arte obiectis quæſtionib. occurrebat, ut ibi maxime putaretur aſtrictus, uelut anguis lubricus laberetur. Sed ut oſtenderet Deus, quia non in ſermone regnum Dei, ſed in virtute conſiſtit, quidam ex confeſſoribus ſimpliciſſimæ naturæ vir, & nihil aliud ſciens, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum, inter cæteros auditores Epiſcopos aderat.

Qui cum vidiſſet philoſophum inſultantem noſtris, & callida ſe diſputationum arte iactantem, poſcit ab omnibus locum, dicens velle ſe paucis cum philoſopho ſermocinari. Tum verò noſtri, qui ſimplicitatem viri, & imperitiã ſermonis dumtaxat noſſent, pauere cęperunt, & velut pudorem quendam pati, ne forte apud callidos homines riſui eſficeretur ſancta ſimplicitas, perſtitit tamen ſenior, & hinc mouit ſermonis exordium. In nomine, inquit, Ieſu Chriſti philoſophe, audi quæ vera ſunt. Deus vnus eſt, qui fecit cœlum, & terram, quique hominem, quem de limo terræ formauerat, ſpiritum dedit, vniuerſa quoque quæ videntur, & quæ non videntur, virtute verbi ſui creauit, & ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc verbum ac ſapientia, quem nos filium dicimus, humanos miſeratus errores ex virgine naſcitur, & per paſſionem mortis a perpetua nos morte liberauit, ac reſurrectione ſua æternam nobis contulit vitam, quem expectamus iudicem omniũ, quem credimus eſſe venturum. Credis hæc ita eſſe philoſophe? At ille, velut ſi nunquam vllum ſermonem contradicendi didiciſſet, ita obſtupefactus uirtute dictorum mutus ad omnia, hoc ſolum potuit reſpondere: Ita ſibi uideri, nec aliud eſſe, quam quod dixerat. Tum ſenior. Si hęc, inquit, ita credidiſti, ſurge, ſequere me ad ouile Dominicum, & huius fidei ſuſcipe ſignaculum. Et philoſophus conuerſus ad diſcipulos ſuos, uel ad eos, qui audiendi gratia conuenerant. Audite, inquit, ò eruditi uiri. Donec uerbis mecum res geſta eſt, uerba uerbis oppoſui, & quæ dicebantur dicendi arte ſubuerti, ubi uerò pro nobis uirtus proceſſit ex ore dicentis, non potuerunt reſiſtere uerba uirtuti, nec honeſto aduerſari potuit Deo. Et ideò ſi quis veſtrum potuit in his quæ dicta ſunt ſentire quæ ſenſi, credat Chriſto, & ſequatur hunc ſenem, in quo locutus eſt Deus. Ita philoſophus chriſtianus effectus tandem gratulatus eſt ſe uicti. Euſeb. lib. 8. c. 3.

EXEMPLVM LXXIIII.

Conuertitur India ad fidem, per captiuos Ediſſum & Frumentium.

METHODORUS quidam philoſophus inſpiciendorum locorũ & vrbes perſcrutandi gratia vlteriorem dicitur Indiam penetraſſe, cuius exemplum imitatus Metropius quidam Tyrius philoſophus ſimili ex causa ad eandem Indiam voluit, habens ſecũ duos paruulos, quos liberalibus litteris, vtpote propinquos, inſtituebat, quorũ vnus, qui erat iunior, Edeſius, alter Frumentius vocabatur. Igitur peruiſis, & in notitiam capitis his quibus animus paſcebatur, cum philoſophus redire cœpiſſet, aquæ vel cæterorum neceſſariorum cauſa ad portum quendam nauis qua vehebatur applicuit. Mos is eſt inibi barbarorum, vt ſi quando fœdus ſibi cum Romanis turbatum uicinę gentes nunciauerint, omnes qui apud eos ex Romanis inuenti fuerint iugulentur. Inuaditur nauis philoſophi, cuncti cum ipſo pariter perimuntur. Pueruli reperti ſub arbore meditantes, & ſectiones ſuas legentes barbarorum miſeratione ſeruati, dicuntur ad regem: Horum ille alterum, id eſt, Edeſium ſibi pincernam fecit, Frumentio vero, quem quaſi perſpicaciorem deprehenderat, & prudentiorem, rationes ſuas ſcriniaque commiſit. Ex quo, & in honore magno apud Regem habiti ſunt, & amore. At vero moriens Rex vxorem cum paruo filio regni reliquit hæredem, adoleſcentibus autem quid vellent agendi liberam dedit facultatem. Quos tamen regina ſuppliciter exorat, tanquam quæ nihil haberet in toto regno fidelius, vt ſecum vſquequo adoleſceret filius regendi regni gubernaculo potiretur, præcipu Frumentius, cuius prudentia ad moderandum ſufficeret regnum. Nam alius fidem puram, & ſobriam mentẽ ſimpliciter exhibebat. Iuque cum agerent & regni gubernacula Frumentius haberet in manibus, Deo mentem eius & animos inſtigante, requirere ſolicitus cœpit, ſi qui inter negotiatores Romanos Chriſtiani eſſent, & ipſis poteſtatem maximam dare, ac monere, vt conuenticula per loca ſingula facerent, atque Romano ritu orationis cauſa confluerent. Sed ipſe multo magis eadẽ facere, & ita cæteros cohortari, fauore, & beneficijs inuitare præſtare quicquid oportunum fuiſſet, loca ædificiis, aliaque neceſſaria præbere, & omnimode geſtire, ut chriſtianorum inibi ſemen exurgeret. Sed cum adoleuiſſet regius puer, cui procurationem regni gerebant, expletis omnib. & ex fide traditis, multum licet detinentib & rogantibus vt manerent regina, & filio, ad orbẽ tamen denuo noſtrum reuertuntur. Et Edeſio feſtinante Tyrum, patres, propinquoſque reuiſere, Frumentius Alexãdriam pergit, dicens æquum non eſſe opus occultare diuinum. Igitur rem omnem, vt geſta eſt, exponit Epiſcopo, ac monet, ut prouideat aliquẽ dignum virum, quẽ cõgregatis iam plurimis chriſtianis, & eccleſijs conſtructis in barbarico ſolo Epiſcopum mittat. Tum vero Athanaſius (nam is nuper ſacerdotiũ ſuſceperat) attentius, & propenſius Frumẽtii hæc dicta, geſtaque conſiderans, in conſilio ſacerdotum ait. Et quem alium inuenimus talem, in quo ſit ſpiritus Dei, ſicut in te, qui hæc ita poſſit implere? Et tradito ei ſacerdotio, redire eum cum Domini gratia iubet, vnde uenerat. Qui cũ Epiſcopus perrexiſſet ad Indiam, tanta ei data eſſe a Deo virtutum gratia dicitur, ut ſigna per eum fierent apoſtolica, & infinitus numerus barbarorum conuerteretur ad fidem. Ex quo in Indiæ partibus, & populi chriſtianorum, & eccleſiæ factæ ſunt, & ſacerdotium cœpit. Quæ nos ita geſta non opinione vulgi, ſed Edeſio Tyri presbytero poſtmodum facto, qui Frumentii comes prius fuerat, referente cognouimus. Euſe. lib. 10. c. 9.

EXEMPLVM LXXV.

Oratione captiua mulier Reginã, puerumque gentilem ſanauit, & totam gentem Hiberorum ad fidem conuertit.

PER idem tempus etiam Hiberorũ gens, quæ ſub axe Pontico iacet, uerbi Dei fœdera, & fidem futuri ſuſcepit regni. Sed huius tanti boni præſtitit cauſam mulier quædam captiua, quæ apud eos reperta, cum fidelem ſatis, & ſobriam uitam duceret, ac pudicam, totoque diebus, ac noctibus obſecrationes Deo peruigiles exhiberet, admirationi eſſe ipſa rei nouitas barbaris

Digitized by Google

baris cępit, & quid hoc ſibi ſvelit curioſius perquirebant. Illa ſimpliciter vt res erat, Chriſtum Deum ſe hoc ritu colere fatebatur, nihil ex hoc barbari amplius præter nouitatem nominis mirabantur. Verum, vt fieri ſolet, ipſa perſeuerantia curioſitatem quandam mulierculis inferebat, ſi quid emolumenti ex tanta deuotione caperetur. Mos apud eos eſſe dicitur, vt ſi paruulus ægrotet, a matre circumferatur per ſingulas, quo ſcilicet ſi aliquid remedij nouerint cõferatur ægrotanti.

Cumq; mulier quædam paruulum ſuũ per omnes circumtuliſſet ex more, nec aliquid remedij cunctas domos luſtrando cępiſſet, venit etiam ad captiuam, ut ſi quid ſciret oſtenderet. Illa ſe humani quidam remedij nil ſcire teſtatur, Deum tamen ſuum Chriſtum, quem colebat, dare ei deſperatam ab hominibus ſalutem poſſe confirmat. Cumque cilicio ſuo paruulum ſuperpoſuiſſet, atque ipſa deſuper orationem fudiſſet ad Dominum, ſanum matri reddidit infantem. Sermo defertur ad plures, factique fama magnifici vſque ad aures Reginæ prolabitur, quæ dolore quodam grauiſſimo corporis afflicta in deſperatione maxima erat, rogat ad ſe captiuam deduci. Illa ire obnuit, ne præſumere amplius aliquid quam ſexus fineret videretur, ipſa ſe Regina ferri ad captiuæ cellulam iubet, quam ſimiliter ſuper cilicium ſuum poſitam, inuocato Chriſti nomine, continuo poſt precem ſanam, & alacrem fecit exurgere, Chriſtum eſſe Deum Dei ſummi filium, qui ſalutem hanc contulerat docet, eumque qui ſibi auctor fuiſſet incolumitatis, & vitæ commonet inuocandum, ipſum eſſe qui & regibus regna diſtribuit, & mortalibus vitam. At illa cum lætitia domum regreſſa, maritò percunctanti cauſam tam ſubitæ ſanitatis aperuit, qui cum pro ſalute coniugis lætus mulieri munera deferri iuberet, illa, horum, inquit, o rex, nil captiua dignatur, aurum deſpicit, argentum reſpuit, in ieiunio quaſi cibo paſcitur, hoc ſolum muneris dabimus, ſi eum qui me illa inuocantem ſanauit Chriſtum Deum colamus. Ad hoc Rex tunc ſegnior fuit, & interim diſtulit, ſæpius licet ab uxore admonitus, donec accidit quadam die venante eo in ſiluis cum comitibus ſuis obſcurari denſiſſimis tenebris diem, & per terræ noctis horrorem luce ſeducta cæcis iter greſſibus denegari. Alij alio diuerſis ex comitib. oberrant, ipſe ſolus denſiſſima obſcuritate circumdatus, quid ageret, quo ſe verteret neſciebat. Tum repente anxios ſalutis deſperatione animos cogitatio talis aſcendit. Si verè Deus eſt Chriſtus ille, quem vxori ſuæ Captiua prædixerat, nunc ſe de his tenebris liberet, ut ipſum ex hoc omiſſis omnibus coleret, & adoraret. Illico ut hoc nondum verbo, ſed ſola mente deuouerat, reddita mundo dies Regem ad vrbem perducit incolumen. Quique reginæ rem protinus vt geſta eſt pandit, & dixit euocari iam iamque captiuam, & colendi ritum ut ſibi tradere expoſcit, nec ſe ultra alium Deum, quam Chriſtum veneraturum eſſe confirmat. Adeſt Captiua, edocet Chriſtũ Deũ, ſupplicandi ritum venerandique modum inquantum de his aperire fas erat fœminæ, pandit, fabricari Eccleſiam monet, formamq. deſcribitur igitur. Res totius gentis populo conuocato, rem ab initio quæ erga ſe ac reginâ geſta, & facta fuerat exponit, idemq; edocet, & nondum initiatus ſacris fit Apoſtolus ſuæ gentis & populi. Credũt viri per regem, fœminæ, per reginam, cunctiſq. idem uolentibus eccleſia conſtruitur inſtanter, & eleuato iam perniciter murorum ambitu tempus erat, quo columnæ collocari deberent. Cumque erecta prima, & ſecunda, uentum fuiſſet ad tertiam, cõlumpuis omnibus machinis, & boum, hominũque uiribus, cum media iam in obliquum fuiſſet erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur, & reperitis ſecundò, & tertio, ac ſæpius uiribus, nec loco quidem attritis omnibus moueri potuit. Admiratio erat totius populi, Regis animoſitas hebeſcebat, & quid fieri deberet omnes ſimul latebat. Sed cum interuentu noctis omnes abſceſſiſſent, cunctique mortales, & ipſa opera ceſſarent, Captiua ſola in oratione pernoctans manſit intrinſecus. Tum eccleſmatutinus, & anxius cum ſuis omnibus ingrediens Rex uidit columnam, quam tot machinæ, ac tot populi mouere non quiuerant, erectam, & ſupra baſim ſuam librate ſuſpenſam, nec tamen ſuppoſitam[e] ſed quantum unius pedis eſt ſpatium in aere rependentem. Tum uerò omnes populi conuenientes, & magnificantes Deum,

ueram

veram esse Regis fidem, & captiuæ religionem præsentis miraculi testimonio perhibebant. Ecce adhuc mirantibus, & stupentibus cunctis, in oculis eorum sensim supra basim suam nullo cõtingente columna deposita summa libratione consedit. Post hoc reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est, vt omnes quæ superfuerant ipsa die locarentur. Postea verò quam Ecclesia magnificè constructa est, & populi Dei fidem maiore ardore sitiebãt, Captiuæ monitis ad Imperatorem Constantinũ totius gentis legatio mittitur, res gesta exponitur, sacerdotes mittere exhortatur, qui cœptum erga se Dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio, & honore transmissis, multo amplius ex hoc lætatus est, quam si incognitas Romano imperio gentes, & regna ignota iunxisset, Euseb. li. 10. cap. 10.

EXEMPLVM LXXVI.

Orationes Iacobus episcopus ciuitatem suam a grauissima obsidione Saporis Regis tutauit.

ANtiochiam ciuitatem Romanis subditam Persarum exercitus cum suo rege Sapore obsidebat. Et cum lxx. dies iugiter obseruaret, & multa quidam circa hanc molimina posuisset, & vallos atq; fossas pro capienda vrbe fecisset, eam nequaquam valuit obtinere. Postea verò Persæ impero Migdonij fluminis p ciuitatis mediam properantis a longè retinentes, & utrasque ripas eius facientes celsioris, vt aqua in se collecta concresceret, quo vi maiori posset irruere, cum vidissent iam etiam illas, quas fecerant sublimes, ripas impleri, subito auferentes quas fecerãt catharactas, dimiserunt impetum fluminis contra murum. Qui uehementis aquæ pondus non ferens, est inclinatus, & cecidit, quo facto ingrediens aqua cum magno impetu etiam aliam partem muri, vnde fluuius solebat exire, cum magna ruina deposuit. Hoc Sapor inspiciens credit se sine pugna capere ciuitatem. Et illa quidem die quieuit, vt fundus fluminis purgaretur, & posset ambulari per fluuium. Altera verò die cum omni militia credens per loca ruinosa murorum ciuitatem intrare, vidit murum ex vtraque parte fabricatum. Sacratissimus namq; Iacobus ciuitatis episcopus orationibus milites coarmauit, & alios urbis habitatores. Quo facto, & murum restituit, & propugnacula fecit, quibus repelleret accedentes, & hoc non ad murum ueniens egit, sed intra templum sacratum Domino supplicans adimpleuit. Porro Saporem non solum muri fabrica terruit, sed etiam altera uisio perturbauit. Vidit enim illãrem super murum quendam imperiali schema te circumamictum & tam purpura, quam diademate resplendens. Arbitratus autem esse Romanorum Imperatorem, mortem minatus est eis, qui nunciauerant non eam illic esse præsentem. Quibus affirmantibus uera se dixisse. & Constantium Antiochiæ commorari, ex vultu quem videbat agnouit eorum uerba esse ueracia, & ait Deum bella gerere pro Romanis. Cumq; hoc graiter haberet, infœlix sagittam dimisit in aerem, & cum uidisset quia in corpus eius iaculari non potuit, tamen a uesaniæ suæ impetu non recessit. Tunc ergo uir quidam egregius sacratissimo Iacobo supplicabat, ut ueniret ad murum, & uidens barbaros maledictionis iacula emitteret contra eos. Flexus ergo uenerabilis homo ascendit in quandam turrim. Et cum multa millia uideret exercitus, aliam maledictionem eis non petijt, nisi ciniphes, & culices, ut per parua animalia supernam virtutem potuissent agnoscere. Orationẽ uero secutæ sunt nebulæ cimphum, & cusicum, & elephãtorum quidem promuscidas, cum sint cauæ, equorum uero, aliorumq. iumentorum aures simul & nares impleuerunt. At illi ferre paruorum animalium importunitatem non ualentes, sessores suos, ductoresq. suos excessos dorsis proiecerunt, & diruptas acies confuderunt, exercitumq. relinquentes summo impetu fugiebant. Per hoc territus miserrimus Imperator, paruam clemẽtemq. correptionem in se cognoscens factam a Deo habente prouidentiam animarum eum pie colentium, suum exinde reduxit exercitum, confusionem non uictoriam ex illa obsidione percipiens. lib. 5. hist. tripart. cap. 25.

EXEM-

EXEMPLVM LXXVII.

Negans Christum quidam iuuenis a patre repellitur, nec ad Iuliani Imperatoris preces in gratiam recipitur.

INterminabatur impijssimus Imperator apostata Iulianus per ecclesias dæmonum se statuere simulacra. Post has ergo minas ab vno viro in Beræa debellatus est. Is enim nobilis erat, eiusque ciuitatis curię prędidebat, quem zelus Christi reddidit clariorem. Videns namque filium in impietatem, quæ tunc vigebat, fuisset demersum, expulit sua domo, & coram omnibus abdicauit, qui in vicinæ ciuitatis itinere aggressus Imperatorem suam voluntatem, & abdicationem patris innotuit. At ille quiescere iuueni imperauit, placandum p. omittēs patrem. Cumque venisset in Beroeam, nobiles & honoratos conuocauit ad prandiū, inter quos erat & huius pater, quem cum filio in suo p. andere iussit accubitu. Tunc circa medias epulas dixit ad patrem. Non mihi videtur iustum vim facere voluntati ad aliud declinandi, & animum ad alia iuuitare quæ non vult. Noli itaque esse filio violētus sequi tua dogmata respuenti, neque. n. ego tibi vim facio me sequi, licet cogere ualde possim. Ille causam diuinę religionis mēte percipiens. De isto, inquit, ò Imperator, oneo dicis, & Deo odibili, & ueritati pręponente mendacium. Cui ille rursus mālue tudinis induens multum, cessa, inquit, detrahere. Declinans ab eo vultum, adolescenti dixit. Ego tui curam habeo, quoniam patri tuo vt hæc faceret suadere nō possum. Hæc itaque non frustra retuli, sed volens ostendere non solum illius mirabiiis uiri fiduciam, sed quoniam contempta Iuliani a pluribus sit potestas, lib. 6. hist trip. c. 43.

EXEMPLVM LXXVIII.

Misericordis in pauperes Epiphanij œconomus a quodam inuisibili saccum pecunia plenum accepit.

EPiphanius Cyprorum Episcopus, ad cuius sepulchrum hactenus dæmones expelluntur, dum substantiam propriam necessitatem sustinentibus erogasset & multis ei quoque offerentibus pecunias manu largissima dispensaret, contigit ut pecunijs deficientibus œconomus ecclesiæ murmuraret. Quo facto assistens quidam in domo, in qua manebat œconomus, saccum multarum pecuniarum dedit, & ita disparuit, ut nec qui dedit, nec qui misit cognosceretur, quod factum omnes diuinum esse indicauerunt. lib. 9. trip. hist. c. 49.

EXEMPLVM LXXIX.

Eleemosynam ab Epiphania per illusione ficta morte recipere volens, vera morte defungitur.

QVidam etiam pauperes studetes Epiphaniū arte deluderet, ut eis aliquid daret, dum iter ageret, vnus eorum supinū se prostrauit in terra, alter stabat quasi mortuum deflens, nec habens vnde eam sepelire potuisset. Epiphanius autem superueniēs orauit, vt sub quiete dormiret, & sepulturæ necessaria præbuit, simulque consolatus est flentem, dicens. Quiescens fili a lachrymis, non enim fletu resuscitati poterit, est enim ineuitabile quod euenit. Cumque discessisset Epiphanius, cæpit ille pulsare socium, vt resurgeret Et cum hoc semel, & secundo fecisset, dicens. Surge, hodie tui laboribus epulemur, & ille penitus non sentiret, cognoscens uere mortuū, cucurrit ad Epiphanium flens, & petēs, ut eius socium suscitaret. At ille consolatus est eum hortans ne ferret grauiter quod euenerat, non tamen defunctum denuo suscitauit. Hoc n. credo prouide gestum, ut ministri Dei non facile deludantur. lib. 9 trip. hist. c. 48.

EXEMPLVM LXXX.

Negare Christum nolens quidam nobilis nudus exercitum camelorum ducere cogitur.

HOrmisda quidam ualde nobilis apud Persas erat, qui patrem præfectum habuerat. Hunc dum Rex agnouisset esse christianum deduci fecit, & imperauit, ut salutarem negaret Deum. At ille nec iustū, inquit, nec vtile præcipis Imperator. Nam si summo supplicio dignus est, qui tua sceptra contempserit. Imperator, multiplicibus tormentis subdendus est, qui cunctorum negauerit creatorem. At Imperator

cum

Digitized by Google

eum debuiſſet mirari prudentiam, fortiſſimum diuitiis, & dignitate nudauit Athletam, iuſſitque vt nudus traheret camelorũ exercitus. Cumque plurimi tranſiſſent dies reſpiciens de ſuperioribus Imperator, vidit illum eminentiſſimum virum ſolis radijs inflammatum, & pulueris ſqualore cõpletum, patriæque nobilitatis memor, eum ad ſe iuſſit adduci, & laneis veſtibus operiri. Deinde putans, quia tam præcedenti afflictione, quam eius miſeratione mollireſtur. Vel nunc, inquit, illa obſtinatione exutus nega filium fabri. At ille zelo Dei completus diruꝑit veſtem, & iactauit, dicens. Si propter hoc putas me a pietate recedere, habe hanc cum impietate quam poſſides. Hanc eis fortitudinem contemplatus, nudũ eum a ſuo proiecit imperio. libro 10. hiſtor. Trip. c. 31.

EXEMPLVM LXXXI.

Docere alios, quidam viam vitę etiam ſub uitæ ſuæ perditione non potuit.

BEniamin Diaconum idem Perſarum Imperator comprehendẽs clauſit in carcere. Cumque duo tranſiſſent anni ſuperuenit legatarius Romanorum pro aliis cauſis acturus. Et dum agnouiſſet, poſtulauit a Rege, vt dimitteretur diaconus. Porro Rex iuſſit, vt promitteret Beniamin, quia nulli Magorum doctrinam Chriſtianam prædicare præſumeret, & dimitteretur exire. Tunc legatarius quidem cuſtodire Beniamin quæ rex præceperat compromiſit, Beniamin autem audiens monita legatarii. Impoſſibile eſt, inquit, non me participare lumen aliis, quod ipſe percepi, quanto enim ſupplicio dignus ſit, qui talẽta abſcondit ſacra euangeliorum teſtatur hiſtoria. Sed Rex tunc horum nihil agnoſcens, iuſſit eum abſolui a vinculis. At ille prędicare nullatenus quieſcebat, & capiens eos qui ignorantiæ caligine tenebantur, intelligibili luci iugiter offerebat. Cumque tranſiſſet annus, Regi geſta illius nunciantur. Tunc deductum ad ſe, negare iuſſit quem adoraret Deum. Verum ille requiſiuit a Rege, dicens. Quo dignus honore eſt qui ſuum relinquens regnum inuadere ſtuduerit alienum. Cumq, dixiſſet Rex, morte, nouiſſimoque ſupplicio, ſapientiſſimus vir ille reſpondit. Quid ergo non iuſte pẽtiatur homo, qui factorem, mundique creatorem deſerens vnum conſeruorum ſuorũ deificare voluerit, & debitum illi cultum iſti magis obtulerit. His ſermonibus Rex accenſus, viginti clauos acui, & totidem vnguibus digitorum eius manuum atque pedum præcepit infigi. Cumque hoc ſupplicium ab eo derideri conſpiceret, alium rurſus calamum acutum in eius ſermore, unde humana origo deſcendit, iuſſit immitti. Cumque crebro eijceretur, & rurſus induceretur, ineffabiles ei dolore operabatur. Poſt hoc vero ſupplicium impius atque ferox virgam groſſam ſpinis vndique plenã per eius meatum iuſſit induci, & ſic ſpiritũ fortiſſimus de certator emiſit. libr. 10. Trip. hiſt. c. 33.

EXEMPLVM LXXXII.

Conuertitur gens Burgundionũ, eo quod Deum Chriſtianorum, ſuorum fidelem adiutorem eſſe audierit.

QVędam gens ultra Rhenum fluuium eſt Burgondionum. Iſti uitam quietam agunt, & penes omnes fabri lignorum ſunt, ex qua mercede paſcuntur, quorum regionem Huni vaſtabant crebra inuaſione, & plurimos occidebant. At illi licet anxietate conſtricti, ad nullum ſe tamen hominum contulerunt, ſed alicui Deo ſe committere cogitabant. Tunc audientes, quia Romanorũ Deus fortiter adiuuat ſe timentes, omnes communi conſilii ad credulitatem Chriſti confugiunt, uenientes in unã ciuitatem Galliarum rogabant ut ab epiſcopo Chriſtianorum baptiſma mererentur. At ille eos ſeptem diebus faciens ieiunare, & imbuens fide, baptizatos, octaua die abire præcepit. Qui ſumpta fiducia contra tyrannos alacriter feſtinantes, ſpe ſua priuati non ſunt. Nam rex Humorum nomine Subtarus cum per noctem fuiſſet ciborũ nimia voracitate corruptus Burgondiones gentẽ inimicam ſine duce reperientes, & pauci pluribus reſiſtentes facta congreſſione uicerunt. Nam cum eſſent iſti tua millia, circa decem millia peremerunt. Et ex illo die cũcta gens feruentiſsime in chriſtianitate permanſit, lib. 12. hiſt. Trip. c. 4.

DISTINCTIO QVINTA.

EX LIBRO APVM

THOMAE CANTIPRATENSIS,

SIVE DE BRABANTO SVFFRAGANEI

CAMERACENSIS ORDINIS Prædicatorum.

EXEMPLVM I.

Prælatus effectus quidam iuuenis leuissimus mores mutauit.

ACcidit vt quidam canonici in electione Pontificis conuenire concorditer non valentes, ea conditione in Præpositum,& Decanum vota sua singuli transtulerunt, vt nullum extra gremium Ecclesiæ postularent. Illis autem in partem secedentibus, vt de Pontificis electione liberius ordinarent, vnus canonicorum prandij horam differre recusans, extra capitulum in tabernam proximam cucurrit, prandiumque ad tesseras ludere cœpit. Erat autem iuuenis vitæ leuissimæ, sed mirabili supra modum callebat ingenio, affabilis, omnibus bonis naturalibus insignitus. Facta ergo collatione inter se. Præpositus.& Decanus videntes, quia in suis omnibus spiritualem, vel idoneum neminem inuenirent, conuenerunt in hoc quod canonicum illum iuuenem, qui tam mirabili callebat ingenio, in Pontificem eligerent. Facta ergo denunciatione capitulo, ordinatur processio, pergunt processionaliter in tabernam, inueneruntque iuuenem ludo nudatum, renitentem cum lachrymis in aera rapiunt, portant ad Ecclesia, oportuno reuertente tempore consecratur. Qui ratum vt se uidit Episcopum, mutatus est in virum alterum. Omnia quæ erant digna officio adeo in se perfectissime ordinauit, vt nullum antiquæ vitæ vestigium remaneret. sed ut credi posset omni tempore præfuisse. Negotia autem Episcopatus tali modo gubernabat exterinsecus, vt nihil horum eum in exercitio spiritualium impediret. Quid mirum? Donum superueniens uirtutis gratuitæ,naturalis boni conuenientiam infra mauit Hinc Seneca dicit. Si uis tibi omnia subijcere subijce te rationi. Multa regere peteris,si te ratio rexerit.lib 3.c.2.par.3.

EXEMPLVM II.

Prælatus malus iudici præsentatus est,accusatus,denudatus, & ad inferos detractus est.

IVuenis quidam in Theutoniæ partibus ex sanguine principum plenissimè generosus,sed moribus,& uita degener, Episcopatum,malè functus, accepit, qui rapinis, & luxurijs uerecunde primò, sed inuerecundissimè postmodum operam dedit,Castigauit autem eum Dominus flagello multiplici,sed cum abuteretur eo in superbiam, dedit eum Dominus in reprobam mortem Quia in hora uenerabilis Conrardus Deo dignus Hildemensis Episcopus ad matutinas intempestatæ noctis silentio surrexerat, illisque dictis resedit ad studium, factusque in die sermonem. Nec mora, raptus in spiritu, uidere se uisus est Episcopum quendam uelata facie, sed in stulis insignitum ad tribunal iudicis rapi. Mox adsunt truci uultu satellites, accusant Episcopum, unus in rapinas alius in cædes hominum, atque alij in luxurijs lubricantem. Tunc iudex assessoribus suis ait. Accusata discutite,librate iudicium, ferte sententiam, nec mora, assessores parent iudici, ferunt in commune sententiam, iudex

approbat latam. Accedunt ministri super fuliginem nigriores, & abiecta Mitra de capite, Anulum, Casulam. Dalmaticam, ac reliqua Episcopalia vestimenta detracta, ad pedes iudicis ponunt, nudumque relictum, cum clamore rapiunt etiulantem, & à facie iudicis trahunt ad tartara, nihil secum, præter peccata, protantem. Mox assessores iudicis surgent, & cum cantu sonoro subiungunt: Dum tempus habemus, bonum ad omnes operemur. His visis in spiritu, dictus Hildemensis Episcopus in se reuersus, cogitare cæpit, quinam fuerit ille miserabilis præsul. Tum ecce quidam ad ostium pulsans introemissos est, cum lachrymis clamans talem Episcopum in proxima illa venisse de vespere, & sub eadem noctis hora repentina morte subtractum. Quo audito sanctus præsul miserrimo illi defuncto condoluit, & licet inaniter quantum ad suuentionem, pro pietate tamen lachrymas amarissimas fudit. lib. 1. capit. 3. parte 4.

EXEMPLVM III.

Præsulus malos accepto primum infernali poculo ad inferna detrahitur.

COnsimilis in malitia, vt mihi fertur alterioris ordinis, & vitæ retulit, quidã Archiepiscopus Theutoniæ fuit, qui infœlicissima morte defunctus, cuidam sanctissimo in vita viro inuisione ostensus est tali modo. Vidit quod anima illius cum miro cruciatu a corpore trahebatur, & in inferno dæmoniorum principi in cathedra residenti præsentabatur. Quem officiose salutans, poculum ante se positum obtulit venienti, dicens. Bene venias, Archipræsul, bene venias, ecce bibas de poculo meo quia mihi longo tempore fideliter, & infatigabiliter deseruisti. Quod quidem Archiepiscopus acceptare recusans (conscius enim erat nihil mali esse in poculo) tandem a ministris violenter est compulsus accipere poculum de manu principis, et bibere quod horrebat. Nec mora per aures, oculos, os, & nares sulphurea flamma surrexit, & sic æternis incendijs est addictus. Ecce qualis finis indigne suscipientes pastoralem curã accepit, & indigne regentes quam terribilis vindicta damnauit. lib. 1. c. 3. par. 5.

EXEMPLVM. IIII.

Gulosi, & lasciui monachi repentina morte percussi interierunt, quorum vnus socio viuenti apparens fœtoris grauissimi pœna torquens se demonstrauit.

ERant in quodam monasterio nigri ordinis nes monachi, in omni lasciuia dissoluti. Cumque vna dierum seorsum in thalamo ad epulas confedissent, unus buccella panis inuersa, subitò strangulatur, cuius morte nec verecundiam saltem passi duo residui, derelicto loco eminus iuxta prandium perfecerunt, & sic in claustro socij euentum mortui nunciauerunt. Nec diu postea, dum dicti duo socij, non recogitando quid actum sit, ad balneandum in fluuium iuxta cœnobium nudati vestibus descendissent, vnus ad profundiora digressus, submersus est extractus, & sepultus. Relictus post hæc tertius, cum vespere dormitum perges, discalciasset se, monachus submersus nudus apparuit ei, dicens. Ecce quanta pœna damnatus sum, tu autẽ quid facias tunc saltem recogita. Ego quidem immundus, & lubricus dignè punitus excrucior, sed illud multum ad verecundiam damnationis accumulat, quia sine habitu nudus à dæmonibus irrideor. Tu autem da mihi in quo signum meæ damnationis ostendam. Hæc autem audiens turbatur monachus, & citò detrahens togam tibiæ femoralem, roganti dedit, & sic defunctus repentè disparuit. Mirantes, vix dies illuxerat, cum tantus fœtor claustri ambitum occupauit, vt se omnes extingui horrore fœtoris præangustia conclamarent. Narrante autem monacho quid sibi vespere contigisset, quæsita est vndique dicta toga, & tandem inuenta est fœtidior omni cadauere, & super fuliginem denigrata: qua humo celerius cooperta, in admirationem conuersi monachi, plorauerunt. Dictus verò socius defuncti ad ordinem fratrum Minorum repentè transiuit, & vsque nunc tantæ rei certus testis, & fœlix viuit. libro 1. cap. 7. parte 3.

EXEM-

EXEMPLVM V.

Mundanam pompam in quodam abbate vox quædam cæleſtis increpauit.

VIdi Abbatem Ciſtercienſis ordinis, uirum eruditum ſcientia, atque probatum. Hic cum die quadam aquam menibus ſumeret, & manutergium coram eo magnates quidem ex utraque parte tenerent, facta eſt uox huiuſmodi dicens latine. Quare pannus ante pannoſum. Quod ut uenerabilis ille Abbas audiuit cum, timore & errore manutergium dimiſit repent. lib. 1. cap. 7. parte. 6.

EXEMPLVM VI.

Veſtibus pretioſis ſuperflue uſa Comitiſſa Campaniæ, defuncta miſerrime ſpoliatur.

PRope noſtra tempora fuit mulier nobiliſſima Maria Campanie Comitiſſa, hæc nupta nobiliſſimo Henrico Campanię Comiti, filia fuit Ludouici Pii, Regis Francorum. Philippi Regis ſoror, æque Regis Francorum, quatuor Reges fratres in Anglia habuit, filium Regem in tranſmarinis. Hæc multis annis mortuo marito & cum pompoſiſſima ambitione circuiens & moriens, talem finem ſortita eſt. Labouit hæc in extremis, & Abbatem Perſaniæ ſanctiſſimum, & eloquentiſſimum uirum migratura uenire mandauit. Qui ut uenit intromiſſus non eſt, & præ foribus expectauit. Iam enim Comitiſſa deceſſerat, & diſtrahebantur a militibus, & miniſtris, & ſuis omnibus utenſilia uaſa aurea, & argente, ueſtes preciosæ, culcitræque purpureę, & tandem linteamina ipſa cum peplis. Extremo unus ex garſionibus, mora munia retardatus, lectum per cornua cõprehendit, & reſupinatum corpus emortuum, eminus in ſtramenta diuoluit. Moras autem Abbate cum tædio ſuſtinente, quidam nobilis ex circunſtantibus indignatus, oſtium infregit uiolenter, & uirum uenerabilem intromiſit. Qui cum introiiſſet, & nobile illud corpus nobiliſſima Comitiſſę, nudum in ſtramẽto reperiſſet, uolente quodam ex familia illud ſtraminibus operire. Abbas, exempli prouidus, non finebat, ſed libera uoce clamabat. O nos omnes, cernita pompam nobiliſſimę Comitiſſę Mariæ, uidete illud declicatiſſimum corpus, quanto dedecore pudoris obuoluitur, uidete quid ei pro multiplici honore, & gloria mundus exoluit, ecce quam ſtulta illi mundus commutatioue concluſit. Si ergo honor ſecularis in tam nobili perſona damnatos ex, qui fiet cum clerico, qui cum uerecundia etiam mundi, ambit glorias ſęculares. lib. 1. c. 7. parte. 7.

EXEMPLVM VII.

Prædicatorum ordo magnifice per Conrardum Cardinalem commendatur, & prelatus quidam reprehenditur, quia præſumeret ſolus pro nouem millibus animabus Domino reſpondere.

VIdimus uenerabilem Conrardum, uirum nobiliſſimum, primo Abbatem Villarienſem, poſtea Ciſtercienſem, demum Romanæ Curiæ Epiſcopum Cardinalem, qui licet in adminiſtratione prælationis ſuæ mirabili ſagacitate uigebat, nihilominus tamen deditum contemplationi diuine, quotieſcunque uacare poterat ſibi ſoli. Hic cum legatus in Alemanniam, vnde nobiliſſime natus erat a ſede Apoſtolica mitteretur, neuit Pariſios, & uidens fratres ordinis Predicatorum, qui de nouo illuc aduenerant, uiſitauit eos. Dubium autem quid gerens de eis in corde, orauit Dominum, ut ſibi, ad quid ordo iſte aduenisſet oſtendere dignaretur. Nec mora oblato & aperto libro, ad quid ordo Prædicatorum aduenisſet reſponſum eſt cogitationi eius. Laudare ſcilicet benedicere, & prædicare. Qui ſtatim effuſus in Laudem Chriſti, coram eis dixit: Licet alterius profeſſionis ſim habitu, frater tamen veſter ero quamdiu ſubſiſtam in vita, nec vlla unquã aduerſitate diuellar. Proinde dictus Cardinalis poſtea verbum memoriale reſpondiſſe fertur cuidam in Colonia ſacerdoti. Illi enim in Synodo præſidenti, quidam ſacerdos parochialis conqueſtus eſt, dicens: Ecce fratres ordinis prædicatorum, qui in damnum noſtrum Coloniam intrauerũt, falcẽ mittunt in meſſem alienam. Audiunt confeſſiones ſubditorum noſtrorum, & per hoc attrahunt ſibi homines in fauorem. Cui mox Conrardus legatus reſpondit: Qui eſt numerus hominum tibi in

Digitized by Google

parochia subditorum. Et ille. Nouem millia, inquit. Et configuans se cruce legatus, dixit; Quis tu es miserrime, qui tot millibus solus sufficis debitam gubernationis curam impendere? Nescis hominum perditissime, quia debet in tremendo iudicio ante tribunal Christi de his omnibus respondere, & tu quia tales habes vicario, querularis, qui onus tuum gratis releuant, sub cuius onere nescius conquassaris. Ergo ex hac querula indignum te cura omnimode iudicasti, & ideo priuo te omni officio pastorali. Hoc facto publicauit auctoritatem quia sede Apostolica fratribus ordinis Prædicatorum specialibus priuilegiis prædicare populis, & audire confessiones, per sanctissimos patres Dominum Innocecium tertium, Dominum Honorium quartum. Dominum Gregorium nonum, commissum & iniunctum est. lib. 1. c. 9. parte. 2. 4. 6. & 7.

EXEMPLVM VIII.

Moritura sanctissima Abbatissa a Domino consolatur.

VIdi Abbatissam Cisterciensis ordinis in partibus Barbantię, in monasterio quod Valis Florida nuncupatur. Hæc mulier Genta nomine, nobilis genere, sed nobilior uirtute, pulchra facie, sed mente decentior. De hac fœmina ueritate testatissima referebant, quia cum annis fere xxx. in monasterio præfuisset, nunquam pro cibo uel potu extra conuentum quinque solidos expendisset; lectus ei in dormitorio communis erat, refectorium in conuentu. Si hora prandii fessa itinere a foris aduenisset, conuentum intrauit, & socias sodales infirmariam mittebat. Si moniales suas ad solatium educebat, in medio omnium consedebat, & aliquid de Deo, vel de scripturis, uel etiam de moribus proponebat. Affectus uero monialium talis erat circa ea, ut uix possent eius visione & colloquio satiari. Hæc ante mortem per longum tempus elanguit, ut breui compendio in hoc corpore totaliter purgaretur. Cum autem ego ipse languidam uisitarem eam super statu suo secretius requisiui. Quæ humiliter respondens, dixit. Noueris charissime intima cordis mei in pace locata per gratiam Dei, & animam meam in omni tranquillitate spiritus uenientis Dominum prestolari. Nec frustrabor, ut spero, de eius misericordissima pietate, desideratissima facie eius solutis carnis uinculi satiar, qua me interdum uiuentem dignatus est consolari. Hæc dicens, de lectulo prout potuit surrexit, & uidentibus monialibus, quę ei sedulæ ministrabant, locum ante fenestram cui incumbebat, digito demonstrauit, & ait. Hic coram nobis omnibus quæ astamus tribus noctibus lucidissimi splendoribus globus apparuit, & per maximum noctis spacium immobilis perdurauit. Cui ergo nescio quid respondens presagium futuri minime dubitauit Nec mora, cum uale dicto omnibus recessissem, audiui non multo post, beatam mulierem ab hoc seculo ad Dominum transmigrasse, globumque lucidissimum ignis eius transitum præcessisse, quo foret claritate siderea migratura.

lib. 1. c. 10. part. 3.

EXEMPLVM IX.

Angelorum dulcissimos cantus, frater qui eam in consolationem suæ tribulationis audiuit.

NOui secretius canonicum in ordine Regulari, qui assiduam orationibus, et meditationibus deditus, & ordinis sui scrupulosissimus obseruator, uix poterat prælatos suos erga se aliquatenus mitigare. Et cótra obsequiosus in omnibus, & deuotus, tentabat in bono uincere malitia, sed non poterat. Vespere ergo quodam, super id quod ferre poterat tribulatus, lachrymas amarissimas fudit, & ad exorandos sanctos martyres, quorum dies solemnis instabat, Mauritii scilicet, sociorumque eius ut eorum mererentur consolari precibus, & iuuari se prostrauit. Nec mora, ubi post longas uigilias intrauit cubiculum, uix somno leuissimo releuatus audiuit choros Angelorum cantantium in sublimi: Gaudent in cęlis animæ sanctorum, qui Christi uestigia sunt secuti, et quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo regnant in æternum. Dixit autem mihi, quia descensus notularum in ipso cantu, quos Gallice aualles dicimus, tantæ melodiæ & tantæ dulcedinis existebant, quod nisi Deus, aliter

ordi-

ordinaſſet, ferè eius animam extra corpus ſine reditu rapuiſſent. At quoniam illo in tẽ poregrauiſſima infirmitate detentus erat, in ſola delectatione ipſius cantus, & corpore, & ſpiritu ita integrè ſoſpitatus eſt, vt vix eũ poſtea vlla perturbatio, quantumcunque magna, lædere potuiſſet. lib. 1. c. 11. par. 3.

EXEMPLVM X.

Oratione pauperis Comitem defraudantes duo diſpenſatores eius, præcipiuntur à Papa ſoluere eidem Comiti nummum aureum mundo quantitate & qualem.

REfertur de nobiliſſimo quodam Comite Campaniæ, qui in remotis orbis partibus receſſurus, virum quendam pauperem, & languidum, atque deuotum, quemdiu eleemoſynis pauerat, ſuppliciter exorauit, vt pro ſe quotidie rogaret Dominum vt eum ſanum, & ſine periculo euntem duceret, & reduceret redeuntem. Cui pauper. Sine diligenti, inquit, ſuſtentatione corporis orare non poſſum, cum ſim eximanitus cerebro, corde debilis, & viribus penitus deſtitutus. Mox Comes duobus diſpenſatoribus, quos in cuſtodiam ſuæ domus relinquebat, præcepit, dicens: Languidum iſtum cibis, & omnibus neceſſarijs corporibus diligentiſſimè procurate. Quod illi promiſerunt ſe facturos, & ſic Comes profectus eſt. Et primum quidem per dies quindecim diſpenſatore, illius pauperis recordati, ei neceſſaria miniſtrauerunt. Deinde minus ac minus, ad vltimum penè eius obliti ſunt. Quid plura? Neglectus pauper, orare ceſſauit. Comes autem in via non modicè tribulatus, poſt moram multam ad patriam eſt reuerſus. Nec mora, pauperis recordatus quærit an viuus ſit, an defunctus, quem adhuc viuum intelligens, viſitauit, dicens. Mortuum, inquit, te putabam chariſſime, iuxta ſolitum orationum tuarum ſuffragia non expertus. Exceptis enim quindecim diebus, aut non multo plus, poſtquam ter arripui, vſque in diem qua ad propria ſum reuerſus, nunquam mihi tribulationes, & anguſtiæ defuerunt. Mox igitur pauper ob ortis lachrymis, dixit. Quando tua beneficia ceſſauerunt a me, auditorium Dei mei ceſſauit a te. Et Comes poſteriorum oblitus: qualia, inquit, in te beneficia mea defuerunt? Cui pauper. Recedens, ait, hinc duobus domus tuæ diſpenſatoribus præcepiſti, ut me debilem in omnibus neceſſarijs procurarent, quod parum plus quam diebus quindecim impleuerunt. Ego autem viribus deſtitutus, ad mortem fere deductus ſum, & ſi pro te preces mittere, ac orare non potui. Stupefactus ergò Comes dictos diſpenſatores præcepit aduocari, & eis coram omnibus dixit. O cunctis ſeruientibus nequiores, qui contra præceptum meum nequiſſime bonis meis peperciſtis, & pauperem hunc, quem patronum ſalutis, & pacis mæ frequenter expertus fueram, non pauiſtis. Et nunc fruſtratus orationum eius ſuffragijs, pericula, & tribulationes inueni, quales nunquam ante in vita mea ſuſtinui, quas quidem, ut certus ſum, euitaſſem, ſi pauperis ſuffragium habuiſſem. Vos ergò reos periculorum meorum bonis omnibus priuo, & exules a terra mea conſtituo. Depulſi ergò a terra Campaniæ, exules per tiennium extiterunt. Inde per interuentum nobilium in conſpectu principis ſunt admiſſi. Quibus ille dixit. Nullam prorſus aliam gratiam uobis exhibeo, niſi quam vobis Dominus Papa, veritate narrata, dare cenſuerit. Qui mox illic cum inſperato gaudio iter rapientes, cum literis ſecretum Comitis continentibus, qui eos non exhęredare, ſed pro culpis vexare uolebat, ad ſummum Pontificem peruenerunt. Cui narrata aduentus ſui cauſa, litteras Papæ in hanc ſententiam retulerent Comiti, quòd quilibet nummum aureum ſolueret Comiti, & ſic adepti gratiam, facultatibus redderentur. Tunc Comes, Latitudinem, inquit, nummi, & ſpiſſitudinem abore, Pontificis volo ſcire, & ſic vos ad gratiam quam mandauit, admittam. Denuo ergò reuerſi ſatellites. Domino Papæ reſponſionem Comitis oſtenderunt. Mox Papa conſcius quid reſponderet, reſcripſit Comiti nummum aureum debere habere latitudinem terræ, & ſpiſſitudinem eius extendi uſque ad altitudinem cœli, eo quòd oratio iuſti, qua Comitem fruſtrauerunt, cœlos penetret, & virtus eius corroboret vniuerſa. Ad hoc mandatum Gomes ſatellitibus ait. Videte miſerrimi, quid mihi Dominus Papa reſcripſit? Hunc

nummum aureum exoluere quis sufficiet? Videte quanta vos pœna dignos existimet qui vos debitores tam ę solutionis addixit, quam nec totus mundus soluere praualeret. Hinc ergò tertiò redeatis ad Papam; & litteras absolutionis vestrę pro culpa, qua in me peccastis enormiter, apportate: & sic pœnis sufficienter exactis, liberi ad propria redeatis. Sic inclytus Comes ille, & infernus quod deliquere puniuit, & alijs post futuris dignam orationis fiducia dereliquit. lib. 1. c. 1. parte 2 & 3.

EXEMPLVM XI.

Exterioribus semel deditus abbas, qui vix ab ambitu monasterij euelli potuit, totus externus efficitur.

ABbas sancti Mathiæ monasterij Treuerensis, vir nobilis, & stirpis regiæ patrem, & fratrem duces illustres habuit. Hic ab adolescentia in omni puritate innocentis, & contemplatiuæ vitæ fuerat dilectatus. Electus ergò a suis omnibus in Abbatem, annis pluribus adeo deditus fuit actibus spiritualibus, & monasticis ordinis disciplinis, ut cum difficultate non modica, nisi maioribus vrgentibus causis, ab ambitu claustri poterat euocari. Quod vidit, & inuidit diabolus, & suos officiatos hostiliter instigauit, vt quasi importunis impulsibus Abbatem ab ipso secreto vitæ cęlestis detraherét. Quod ille quidem in primis grauiter pertulit, sed paulatim exterioris vitę delectamentis illectus, totas tandem terrenis actib. manus dedit. Ipse tamen adhuc honestate seruata, & spirituales diligit, & vitiis decus i alijs benedicit. Quod utique etsi bonum in alijs est, melius tamen, & optimum sibi, & suis tam in temporalibus, quàm in spiritualibus extitisset, si gratioris vitæ primordia teuuisset. lib. 1 c. 13. parte 2 & 3.

EXEMPLVM XII.

Prælatus bonis exemplis subditos prouocãs ad meliora moriturus maxima luce perfunditur.

DIlectum valde socium in scholis habui, coæuum ferè, & prope parilium studiorum; hic a puero vsq; ad finem vitæ a mulieribus incommixtus omnino sẽper fuit. In adolescentia sacerdos factus, in Barbantię partibus suscepit regimen animarum, quibus tam diligenti, tamque sincera cura prælatus est, ut quos in bono vincere admonitione non potuit, multimodis prouocare studeb, exemplis. Alijs comedentibus, ieiunus ipse manebat; alijs dormientibus, manebat insomnis; atque alijs intẽtis ad aleas, ipse orationibus incumbebat. Quicquid in suos vsus duptatum est, commune pauperibus faciebat. Si quam ex ouibus aberrare videbat, importune & opportunè ad reuocandum inuitabat; hæc foris, prętera illa quæ intrinsecus maiora latebant. Talibus actibus fermè viginti annis cunctis imitandus anteuit, & cùm Altissimo placuit, tali fine defunctus est. Febre acutissima per aliquot dies laborauit. Et ecce, ubi sacramentis salutaribus pręmunitus est, & attenuato spiritu animam fœlicem emisit, mox sine ullo intersticio coruscatio tanti luminis resplenduit, ut per una leucam circumquaque, & eò amplius, quasi dies esset clarissimæ, in lucem subitam noctis tenebræ verterentur. Quid mirum? Illum recedere sine luce non decuit, q multis illustratis exemplo altioris vitæ, volatus primos fœliciter vendicauit. Facta est in morte beati viri dicta coruscatio lucis, diffusa per patriã prima hora noctis, adhuc vigilantibus plurimis, & ipsum lumen emissum multa millia hominum undecunque viderunt, qui ad maioris, & gratioris agnitionis, & veritatis lucem in visione tanti miraculi profecerunt. Beatus ergò ille prælatus qui subditis suis viam vitæ exemplaris ostẽderit, & volatus altioris exercitij vendicauerit principatum. lib. 1. cap. 14. parte 2.

EXEMPLVM XIII.

Puer nobilis ordinis sancti Benedicti priori post mortem gratias retulit, quòd eum insolentijs correxisset.

IN monasterio nigri ordinis puer quidam nobilis à parentibus traditus est disciplinis regularibus educandus. Et quia erat decorus forma, naturaque donis insignitus, & supra talem ætatem morum honorificentia gratiosus, seniores maxime, & qui officijs præerant, puero ultra

quam

quam necesse erat habenas libertatis relaxabant. Prior autem, qui conuentum sub Abbate regebat, discretiori mente, & regimine, ipsius licet peroptimæ naturæ in tali ætate credendum non putabat, quia vt dicit philosophus, pueri non tantum monendi sunt verbis, sed etiam arctandi verberibus. aggressus est iam aliquantulum insolescentem puerum verbis, interdum & verbere, ab illicitis refrenare. Qui puer ad omnem informationem boni, statim, quasi mollis cera, prioris correptionem accipiens, in adolescentem sanctum & perfectum creuit, & circa viginti annos ætate finita, mortuus, priori apparuit, dicens. Tuæ correctioni gratias ago, prior, qui me cum tua prouidentia id egisti, ne insolentia puerili paulatim defluerem, & tandem prolaberer in damnanda. Hæc ut dixit beata anima, tanto splendore resplenduit, vt vix in loco angulus remaneret, qui ab illo lumine expers fuit. lib. 1. c. 17. par. 4.

EXEMPLVM XIII.

Pœnitens canonicus correctionem humiliter accepit, & occisus occisori veniam impetrauit.

IN Theutonia parvib. circa annum Domini M.CC.XLII. adolescens quidam nobilis cum ipse in lubricitate corporis excessisset, a senib. canonicis & decano ab ingressu ecclesiæ arctatus est, & infra septa monasterii, quasi pro agenda pœnitentia, in loco ad hoc deputato reclusus. Qui humiliter valde pœnam suscipiens, flagellabatur interim a Decano & grauibus cõuentus culpabatur. Eo autem adhuc in pœnitentia existente, contigit eum a concanonico suo innocenter de nocte, & latenter occidi. Vno ergo eadem nocte, ex concanonicis, sancto viro post matutinas orantes supplicitet, & secreto, audiit subito totam ecclesiam illustrari, & apparentem multo comitatu sanctorum gloriosam virginem matrem Christi in medio omnium, velut magistram, & Dominam considere, & super diuersis negotijs uniuersalis ecclesiæ tractatum habere. His finem datis, patronus ecclesiæ ipsius exorsus est, dicens. Et quis ex vobis miserebitur mei canonici, vt præsente domini nostri matrem interrogemus, ut super piaculo eius solita pietate flectatur? Et mox supplicantibus sanctis allata est anima, & omnib. dicitur. Quia locus ille specialiter, disciplina viguit, & adolescens iste mortuus disciplinam libens accepit, & ex corde pœnituit, pro purgatorio cedat ei mors innocens, quam ipse sustinuit, tu autem anima, pete quod vis, & fiat. Et anima: Pro occisore, inquit, meo peto, qui me occiso statim ualde pœnituit, & ad Dominum Apostolicum iter arripuit, ut misericordiam consequatur. Et mox responsum accepit, sicut digne petisti anima, fiet tibi. Hæc ut orans audiuit canonicus, quod uidisset exposuit. Intrantesq; locum, occisum inueniunt, & deplãgunt, occisorem uero mox post factum de nocte iter arripuisset ad Apostolicum: e pererunt. Seduli ergo priores in cœnobijs, & Decani in cãonicis in corrigendis, & extirpandis uitijs semper sint, ne etiamsi proprias non habuerint, subditorum negligentijs obruantur. lib. 1. c. 17. par. 5.

EXEMPLVM XV.

Bonis monasterii iniuste ditatus repente pauper & mirer efficitur, sed Dei iudicium agnoscens, benedicens, seque humilians, & laborans, paulatim cœpit resurgere.

ERat cliens quidam natus ex rusticis, qui in ditissimo monasterium patruũ habuit assumptum a monachis in Abbatem. Vocatus autem a patruo, eques ire didicit, qui prius ire pedes consueuerat. Ad mollas seruire ineptus ponitur, & qui solum aratrum contorto collo regere, & tenere didicerat, erecta ceruice cibos inferre principibus cogebatur. Quod plura? Ex rustico pauper factus est diues, & inclytus, domui domum coniunxit, redditus auxit redditibus, agro agrum distinctius copulauit. Hinc uillas emit & prædia, & qui olim fuit unus ex rusticis, factus est Dominus rusticorum. Tandem eum ad hoc fortuna fallax leuauit, ut spreto connubio mulierum simplicium, factus miles uxorem sibi nobilem copularet. Nec diu post in hac eo gloria constituto, pes ei succisus est cui innixus stabat, & recidit miser tanto deiectius, quanto sublimius fuerat eleuatus. Statim enim mortuo Abbate patruo eius,

non poſſe. Hoc determinauit prædictus Epiſcopus. Hoc frater Hugo ordinis Prædicatorum, poſtmodum Romanæ curiæ Cardinalis. Hoc frater Guerric' & frater Gaufridus eiuſdem ordinis, frater Ioannes de Rupelia ordinis, fratrum Minorum, & alii complures magiſtri Theologiæ determinauerunt in ſcholis proprijs ſucceſſiue. Fuerat autem habita diſputatio longa ualde, & multo ſolemnior, ante tres annos, in qua etiam omnes magiſtri Theologiæ exceptis duobus, determinaſſe probantur idem per omnia, quod & ſupra, quorum unus fuit, magiſter Philippus Cancellarius Pariſienſis, & alter magiſter Arnoldus, poſtmodū Epiſcopus Ambianenſis. Quid aūt de ſillo Philippo contigerit, audiamus. Agonizantem in morte dictus Gullielmus Pariſienſis Epiſcopus paterna ſolicitudine uiſitauit, rogauitque eum, ut ſingulari opinioni cederet de pluralitate beneficiorum, & omnia beneficia ſua, excepto uno in manus Eccleſiæ reſignaret, hac conditione media, ut ſi conualeſcere, ei ſupplere uellet de ſuo proprio quod dimiſiſſet. Renuit ille, experiri ſe uelle dicens, utrum eſſet damnabile beneficia plura tenere. Mortuus eſt ergo ſic Poſt paucos dies, cum dictus Pariſienſis Epiſcopus finitis matutinus orare uellet, uidit inter ſe & lumen quaſi umbrā hominis tetram nimis. Eleuata ergo manu conſignat ſe, & ſi ex parte Dei ſit, præcipit ut loquatur. Cui reſpondit apparens Alienus a Deo ſum, ſed tamen miſera factura eius. Et præſul. Tu quis es, inquit. Cui ille reſpondit. Ego ſum Cancellarius ille dudum miſerimus. Rurſus Epiſcopus elato altius gemitu. Et quomodo, inquit, tibi eſt ſic dolenti? uiale, ait. imo quam peſſime, quia damnatus ſum æterna morte. Et Epiſcopus. Heu, ait, chariſſime, quæ cauſa damnationes tuæ eſt? Tres ſunt, inquit, cauſæ quare morte perpetuſum damnatur. Vna eſt, quod recreſcentes fructus annos contra pauperes timide reſeruaui. Secunda eſt quod contra ſententiam plurimorum, de pluralitate beneficiorum quaſi licite tenendorum, opinionem propriam defenſaui, & in hoc me periculo mortalis culpę commiſi. Tertia eſt, & illa grauiſſima omnium, quod abominabilis carnis uitio in ſcandalum multorum multo tempore laboraui. Et ad Epiſcopum mox adiunxit. Eſtne, inquit, finitus mundus? Et Epiſcopus: Miror, ait, te literatiſſimum quondam virum hoc quærere, cum me adhuc uiuum cernas & omnes nos uiuentes adhuc mori neceſſe ſit, antequam mundus inſtante iudicio finiatur. Et ille. Non mireris, inquit, quia nec ſcientia, nec opus, nec ratio eſt apud inferos uenienti. Et hæc dicens, umbre ab oculis mirantis euanuit. lib 1. cap. 19. par. 5. & 6.

EXMPLVM XVIII.

Beneficiorum pluralitatem quidam poſt mortem apparens dixit ſolam eſſe cauſā ſuæ damnationis ęternæ.

SImili modo, cum quidam clericus maxime litteraturæ, pro me, agonizans in morte, mandaret, & conſilium quæreret, quaſi in proximo migraturus, reduxi ei ad memoriam diſputationem illam ſolemnem, & determinationem de pluralitate beneficiorum Pariſijs factam, cui ille interfuerat doctor magnus, conſuluiq. illi cum magna inſtantia lachrymarum, ut unam præbendarum dimitteret, quia duas contra animam ſuam tenuerat, quarum una ad omnem uitę copiam omni clerico ſufficere potuiſſet. Tunc ille facie conuerſa diſſimulans, hoc tantum reſpondit. Orate Dominum, ut inſpiret.

Nec diu poſtea cum receſſiſſem, & tenuiſſimo ſpiritu uix hærente, hoc idem qđ conſulueram ei cuidam conſobrino ſuo iuuenculus cum maximis lachrymis inclamaret, cum uoce non poſſet, manu innuēs expirauit. Poſt cuius obitum, cum quidam ex noſtris ſtupefactus nimium, cogitaret cur tantus homo, & tantus clericus, ſi mortale peccatum eſſe plūra beneficia retinere, in tali ſtatu mortuus extitiſſet: mox quaſi ſemiuigilanti defunctus apparens, dixit. Hęc ſola præbendarum cauſa eſt, pro qua infælix ego æternaliter ſum damnatus lib. 1. capit. 19. parte 7.

EXEM-

EXEMPLVM XIX.

Beneficia plura, habere, dummodo vnum competens esset ad victum, quidam Cardinalis moriturus dixit esse peccatum mortale, & plures alij doctissimi uiri hoc sensisse uidentur.

SVper hac eadem quęstione cum beatæ memoriæ Iacobus de Vitriaco, tunc quidem Achonensis Episcopus, postea vero Romanæ curiæ Cardinalis, magistrũ quondam Theologiæ probatissimum Robertum de Corthon, Romani apicis Cardinalem morientem ante primam Damiatæ ciuitatis obsidionem interrogaret, respondit Dico iam migraturus a uita, quod mortale & damnabile est, dummodo unũ competens sit, plura beneficia retinere. Hoc idem magister Petrus Cantor sanctæ Mariæ Parisiensis dixit, & scripsis. Hoc idem magister Guiardus Cameracẽsis Episcopus uerbo huiusmodi confirmauit. Nollem, inquit, pro toto auro Arabiæ una tantum nocte duo beneficia retinere, & certus tamen essem quod de mane vnum illorum, domini idoneo conferretur, & hoc propter uitæ incertæ discrimen. Super hoc etiam, narrante fratre Bernardo, quondam pœnitentiario Domini Papæ, & fratre ordinis Prędicatorum, cum beatissimæ memoriæ Papa Gregorius nonus interrogaretur, si posset de plenitudine potestatis suæ cum plurimorum beneficiorum detentoribus dispensare? Respõdit. Non possum, inquit, nisi super vexatione tantum detinentium dispensare. Quis ergo erit sapiens, qui fallat se, & sibi super dispensatione aliqua blandiatur lib. 1. c. 19. par. 8.

EXEMPLVM XX.

Beneficia ecclesiastica pinguia, & plura habentes quidam canonici prælati mala morte moriuntur.

EGo in quadam ciuitate Episcopali annis undecim adoleui, ubi sexaginta duo canonici sub præbendis pinguissimis ducentarum fere librarum Parisiensium in matrice Ecclesia seruiebant, quorum plures erant detentores plurium beneficiorum. Vide ergo qualem vindictam uidi in ipso turpes detẽtores. Mihi testis, & & index sit sancta Trinitas unus Deus, qđ paucos eorum uidi communi morte defungi, sed omnes subito & reprobe mori, ita quod quidam eorum, audito quod unus sociorum in nocte sanus mane mortuus inuentus esset, complosis manibus dixit. Et quid vultis? secundum usum & consuetudinem Ecclesiæ mortuus est, ut uidetis. Vidi ego ipse in Ecclesia eadem infra paucum tempus quatuor Archidiaconos sic defungi. Vide ergo lector, & mirare miraculum. Primus eorum de equo phalerato & grandi cecidit, & fractis ossibus expirauit. Secundus mane in cathedra sedens, mortuus est repertus. Tertius in choro stans, cum ad missam, elevatio corporis Christi fieret, cecidit resupinus & subtracta loquela cum sensu, quasi brutum animal, die tertia sine sacramentis ecclesiasticis est defunctus. Quartus confessionem peccatorum, & sacramenta recusans, mortuus est, & extra cœmiterium tepultus lib. 1. c. 19. par. 10.

EXEMPLVM XXI.

Prælatus quidam a beato Petro coactus legere. Quando reduces animas, &c. conuertitur, & deserto sæculo Cisterciensis efficitur.

PRincepsApostolorum Petrus cuidam prælato nubis, annis male regenti infirmitate cuidã seuerus apparuit, librum que tenens apertum, legere compulit refutãtem. Erat autem hæc scriptura in textu libri. Mortificas animas, quæ non moriuntur, & uiuificas, quæ non uiuunt. Cumque ille horret nimium amplius legere, vultuque refugeret Apostolus Petrus seuerius instituit, & uti gloſam textus legeret, quæ in margine uidebatur, præcepit. Legit ergo coactus. Quando reduces animas de inferno, quas per tuum destitutas exemplum æterno supplicio tradidisti. Et cum ille præ horrore & confusione respondere non posset, de uisione ad rediens, se fudiatem & cretionem mouit. Nec mora, de consilio cuiusdam uenerabilis uiri sæculum dereliquit & Christi deinceps seruituti, in monasterio Hannoniæ Cisterciensis ordinis, quod Cãberonum dicitur, beatissimo fine quieuit. lib. 1. c. 20. par.

EXEM-

EXEMPLVM XXII.

Prælationis statum recusans quidam regularis, postea cum lumine apparens, dixit se de numero damnandorum fuisse, si fuisset de numero prælatorum.

APud sanctum Victorem Parisiis, referentibus canonicis audiui, quod quidam canonicus regularis erat, uita genere, & literis pollens. Electus ergo in Episcopū renuit, & pertinaci constantia contra pluriorum & maiorum cōsilium se subtraxit. Moriturus autem post multos annos, socius quidam eius, qui eum multum dilexerat, adiurauit eum, quatenus ad se, si Deus permitteret, reuelatus morte rediret. Et annuit ille, statimque defunctus est. Nec dies multi post mortem eius effluxerant, cum ecce anima, secundum quod promiserat, rediit, eminus in pariete crucis signum impressit, dicens: Ne dubites, nec uacilles in usu, sed quære quod uis. & me tinas ad potiora trāsire. Mox socius ad uisionem exultans, sollicitus, inquit, ualde fui, ne grauissimam ad minus pœnam in purgatorio sustineres, quia refutasti contra maiorum consilium tam pertinaciter prælatorum, in quo ad salutem animarum tot & tanta bona facere potuisses. Cui anima. In me, inquit, hæc ordinauit clementissima bonitas Saluatoris, & quia ex tunc timui & nunc scio quod si Episcopatus cathedram ascendissem, perpetuæ damnationis periculum incidissem. Et hoc dicens, quasi cum ingēti coruscationis lumine pertransiuit. lib. 1. c. 20 par. 4.

EXEMPLVM XXIII.

Prælatos Ecclesiæ principes tenebrarum lęti salutant, & de perditione animarū grates eis refundunt.

CLericus quidam in synodo Episcoporum prædicare compulsus, angustiabatur non modicum, quidnam digne posset coram tot prælatis ecclesiæ prædicare. At ubi accessurus in oratione iaceret, venit ad eum diabolus, dixitque ei. Quid angustiaris illis clericis prædicare? Dicas eis illud, & non aliud. Principes infernalium tenebrarum principes ecclesiarum salutāt. Læti omnes nos gratias referimus eisdem quia cum ipsis prælatis, nobis, eorum, subditi deuoluuntur, vel offeruntur, & per eorum negligentiam ad nos fere pariter deuoluitur totus mundus. Iauitus quidem tibi dico quod dico, sed altissimi iussione coactus. Respondit clericus. Mihi quidem, si hæc narrauero, non credent. Tunc diabolus tangentes maxillam eius: Ecce, ait, signum, nigredo insolita faciei. Hanc antequā prædices, non contingas, quia frustra post prædicationem vero aqua benedicta delebis. Processit clericus prædicaturus in synodo, & admirantibus cunctis in signo indito faciei, illa quæ sibi iussa sunt recitauit, & ad horrorem maximum cunctorum corda permouit. Hæc eodem anno ab incarnatione Domini M. ccxlviij. fuerunt Parisiis coram omni populo & clero solemniter recitata. lib. 1. c. 20. par. 8.

EXEMPLVM XXIV.

Inobediens Fulgo graui infirmitate usque ad mortem fatigatur.

VEnerabilis Fulco de Gandauo natus, canonicus apud Insules fuit. Hic ergo, ut ipse nobis narrauit, a magistro Iacobo de Vitriaco legato, & prædicatore crucis contra Albigenses, rogatus ut secum crucē per Flandriam prædicaret renuit. Cui cum instisteret per amicos, vt eum adiuuaret in negotio ecclesiæ tam necessario & deuoto, renuit illo secundo, & nullo modo se facturum asserui. Tunc Magister Iacobus illum magis præceptum timere cōfidens. Et ego, inquit, præcipio vobis auctoritate qua fungor, vt in nomine Domini Iesu Christi, in remissionem omnium peccatorum uestrorum illud negotium assumatis. Cui dictus Fulco. Nullo modo, inquit, assuma, & ego rogo vos, ut nequaquā me de hoc ulterius fatigetis. Mox Magister Iacobus graniter commotus in corde, & fere usque ad lachrymas fatigatus, ait illi. Cum utique digne possem vos excommunitate auctoritate commissa, & omni beneficio iam priuare propter inobedientiam contumacem, nolo tamen, ne grauamen tantum ingerere videar tanto uiro. Rogo tamen Deum, qui omnium cordium est inspector, quatenus reddat uos, non solum ad istud, quod ipernius,

nitis, ſed prorſus inutilem ad omne opus. Mira res, mox ad hæc verba quart na f. bris eum cum fluxu ventris inuaſit, & vſque ad finem vitæ ſuæ per viginti quinque annos irremediabiliter fatigauit. Et audi le ctor mirum Dei iudicium de hoc viro. Cũ talis & tantus eſſet, vt ei Dominus Ieſus Chriſtus (ſicut per Aegidium fratrem ordinis Prædicatorum in Gandauo percepimus) ante mortem quaſi recenter extenſus in cruce viſibiliter appareret, & eum ante finem menſis Auguſti prædiceret moriturum, nullo modo tamen Dominus illi in hac vita parcere voluit, quin eum pro inobedientia tanto ſpatio temporis flagellaret. lib. 1 c. 22 par. 2.

EXEMPLVM XXV.

Traditor poſt mortem ſepultus ab infernalibus canibus laceratur.

ERant in Flandria (ſicut a presbytero quodam terræ illius cognoui) duo uiri diuites, qui contra ſe grauiter inimici, opportunitatem quærebat, qualiter vnus alterum caperet, vel necaret. Erat autem quidã nequiſſimus, qui unius ſeruus fuerat, & nunc alteri ſeruiebat. Ad hũc ergo cui olim ſeruierat veniens, conquæſtus eſt de Domino cuius ad præſens erat ſeruus, ſibique fore perfacile, ut eius manibus illum tradat, qui gauiſus valde, continuo pactus pecuniam illi dare, & ſpopondit ſtatim. Et exin de nacta opportunitate Dominum ſuum tradidit in manus inimici. Quo occiſo, ſtatim venit proditor ille ad amicos partis aduerſæ, & ſimili dolo tradendum illis obtulit occiſorem. Credendum. n. ſcelus proditionis in primo, omnibus, niſi ſolis illis cũ quibus pactum inierat, latuiſſe, ſed non ſic erat. Comprehenſus ergo ab illis, quib. tradere voluit occiſorem oblatus eſt iudici, & ſuſpenſius turpi morte necatus eſt, ſed ſcelus eius facto turpiori poſtmodum claruit. Amicorum. n. precibus patibulo deponi permiſſus in terra ſepultus eſt. Nec mora, ſequenti die cum de nocte ſepultus fuiſſet, ignoti canes ſepulcrum multis videntib. extraxerunt. & membratim inter ſe miſerabiliter diſcerpſerunt. lib. 1. c. 24. par. 4.

EXEMPLVM XXVI.

Beata virgo Maria procurauit pauperculæ virgini pſalterium.

FIlia fuit viri pauperrimi, & cum puella nondum ſeptennis miro feruore ſpiritus interius traheretur, rogauit patrem cũ lachrymis, vt ſibi pſalterium compararet. Cui pater: Vnde filia pſalterium comparabo, qui vix tibi quotidie panem lucrari ſufficio? Mox illa conuerſa ad matrem Chriſti orauit, & dixit. O mater Chriſti, da mihi pſalterium, quod pater dare non poteſt, & ero perpetua ancilla tua. In hac ſimplicitatis prece perſeuerauit illa per annum, & ecce in ſomnis apparuit ei beata virgo Maria, ferens, vt ei videbatur, in manu duo pſalteria, dicens ei: Accipe nunc filia mea quodcumque ex duobus elegeris. Nec mora, ubi, cum maximo tripudio elegit, unum diſparente beata virgine, puella de ſomnis euigilans nihil inuenit in manibus ſuis, & illuſam ſe conqueretus a matre Chriſti, flere cœpit vberrime. Quod cum audiuit pater, irriſit filiæ, & demum conſolatus eſt eam. Vade, inquit, tantum diebus Dominicis ac feſtiuis ad magiſtram, quę filias diuitum pſalterium docet, & primo diſcas legere, & poſtea beata virgo pſalterium tibi forſitã procurabit. Mira res, quod vbi puella ſimpliciter accepit, & ad magiſtram quæ filias diuitum docebat uenit, pſalterium inſpexit, & legit. Et ſi beata Maria multo miraculoſius promiſſum ſuæ dignationis impleuit. Quo vbi viderunt honeſtæ perſonæ, & diuites matronæ parochiæ, emerunt puellæ pſalterium, & ſequenti tempore, cum eã in Chriſti ſeruitio alacrem cernerent, & deuotam, eidem iuxta eccleſiam cellulam pro recluſorio locauerunt. lib. 1. c. 23. part. 3.

EXEMPLVM XXVII.

Beatus Thomas de Aquino conuerſus a fratribus ſuis multis perſecutionibus fatigatur.

CVm quidam nobilis adoleſcens, Thomas de Aquino nomine, de Romanorum partibus veniret ſecularium ſacerdotium ac prælatorum periculoſum arripere

pere statum, iuuenis eligens, intrauit ordinem fratrum Prædicatorum Bononię. Qui cum Domino ibidem in magno feruore & alacritate spiritus deseruiret, inuidit diabolus, & intrigauit parentes eius, & maximè duos fratres eius potentissimos ac feroces, qui obtinuerunt a Papa, vt ad curiam per literas Apostolicas citaretur. Qui, vt compa ruit, iussus est habitum ordinis deponere, & dignitatib. ecclesiasticis insigniri. Quod cum sperneret mira constantia, a suis fratribus raptus est, quos prędiximus, & in carcerem clam detrusus, vbi cum graui inedia, frigore, & penuria affligeretur, nunquam tamen tortores eius efficere potuerunt, & saltem habitum ordinis susceptum, vel cibos mutare vellet. Et his omnibus aliquid requius cogitantes, per quod possent [illegible] tere animum iuuenilem, secum [illegible] carcere per tempus aliquod [illegible] Qui fortius quam prius [illegible] sic annis duobus, vel tribus in carcere perdurauit. Romam igitur adiens Magister ordinis Prędicatorum pię & beatę memorię Ioannes, super raptu & incarceratione fratris Imperatori Federico conquestus est. Qui re examinata, & inuenta, vt dictum est, præfatos nobiles quasiuit ad pœnam, nec vllo modo mortis sententiam in eum fecisset, si dictus Magister in quæ[illegible]monia peccasset, sed veritus est iudicium sanguinis, & Imperatoris etiam animum mitigauit. Grauiter enim, audita tanta inhumanitate fratrum in fratrem, Cæsar commotus erat. Deterriti ergo dicti fratres, soluerunt, fratrem, qui tranquillissimus est Parisios a Magistro ordinis eiusdem. Nec diu distulit Sathan insidias spargere adolescenti. Influxu enim fratrum suorum carnaliũ, & amicorum, quos habebat in curia, per literas Apostolicas iterum mandatus est. Venienti igitur mox a Papa præcipitur, vt regimen Abbatiæ Montis Cassini susciperet, quæ vtique maxima erat in Apuliæ & Campaniæ partibus prælatura. Septem.n. episcopatus subiacent Abbati illi, qui & ipse pontificale officium omnibus administrat. Renuit ergo præclarissimus adolescens, nec ordinem, vel habitum suum deserere vlla conditione consensit. Cui cum Papa concederet, vt in ordine & habitu suo præesset officio prædictæ Abbatiæ, noluit ille, & clam prolapsus a curia fugit, & in Coloniam Agrippinam venit, fuitque in loco illo, quousque præclarus lector fratrum ibidem, frater Albertus Parisios est translatus, & pro incomparabili scientia, Theologiæ cathedram fortitus est. Post quem, & idem frater Thomas consimilis solemnitatis regimen, & cathedram [illegible] prius est, & digno remunerationis [illegible] ad decus ordinis incolumis per[illegible]uerat. li. 1. c. 20. par. 10.

EXEMPLVM XXVIII.

Passionis Christi memoria cor deuoti viri diru[illegible]ptum est, & anima ad cœlum transmissa.

CIrca annum ab incarnatione Domini M.ccxvj. quidam vir fidelis, & bonus de oppido Dinantheo mare nauigauit, & ingressus terram sanctam, loca singula, in quibus pedes Domini stetisse quibusdam indicijs ferebatur, multa deuotione, & lachrymis visitauit. Cumque uenisset ad locum Caluariæ, vbi Redemptorem nostrũ audiuit mortis angustias, & crucis supplicium pertulisse, grauissimis suspirijs ingemiscens, cum clamore ualido, & lachrymis dixit. Quid tibi benignissime Domine, quid tibi Christe retribuam pro omnibus, quæ prius amator amabilis mihi mirabiliter retribuisti? Vidi prius loca, in quibus natus, & inter homines conuersatus, doctrinam Euangelicam prædicasti, & diuinitatis tuæ indicia per miracula demonstrasti. Hæc quidem ob amorem, & reuerentiã tui sincero corde complexus sum, hunc vero locum passionis & mortis tuæ æquo animo uidere non possum, vbi clauis crucifigi, terebrari lancea, & animam pro nobis tradere voluisti. Hæc vt beatus ille perorauit, exclamans, vt ipsis vitalib. cordis venis, spiritum exhalauit. lib. 1. c. 25. par. 5.

EXEMPLVM XXIX.

Passionem Christi Iesu frequenter in corde deferens prior, operosissimam crucem post mortem in pectore habere decernitur.

SEd & de priore ordinis Prædicatorum in Argentina, ciuitate Theutoniæ, res mirabilissimam, & deuotam propijs oculis

Digitized by Google

oculis vidi. Hic, vt fratres mihi teſtatiſſima veritatem narrauerunt, ſemper ferè ſine gradiens, ſiue ſedens pollice ſignum crucis in pectore depingebat. Cõtigit autem, vt Moguntiam veniens, infirmitate decumberet, & ingraueſcente morbo, cum mira alacritate ſpiritus moreretur, & apud fratres Minores ſepeliretur ibidem. Nondum enim tunc fratres Prædicatores in eadem ciuitate locum habebant. Quo audito, fratres Prædicatores Argentinenſes duos fratres pro fratris defuncti corpore direxerunt, ſed fruſtra, quia fratres Minores ſepultum reuere noluerũt. Contigit autem poſt paucos annos, vt fratrib. Minoribus ad locum alium tranſeuntibus, fratres iterum Prædicatores de Argentina duos fratres in Moguntiam pro dicto Prioris corpore deſtinarent. Qui ſine contradictione acceptis vel aſſumptis oſſibus in Argentinam proſperè redierunt. Quid plura? Oſſa diligentius fratres abluentes, os pectoris, cui ex vtraque parte cohærent conſtę, ſuperius inſignitum cruce operoſiſſima reperiunt, & hoc quaſi ſcutum cordis interitus. Erat autem crux (vt ipſe ad hoc videndum quadraginta milliaribus laboraui, & vidi oculis) in oſſis medio, ex ſubſtantia oſſea ſpiſſitudine euidentiſſima eleuata, tribus ſuperioribus brachijs crucis æqualis longitudinis, & inferiori brachio decentiſſimè longiori, extremitates verò trium brachiorum ſuperiorum inſtar repandi lilij recurnatas, & brachium inferius, quaſi trunco deberet infigi, exacuatum habebat. Quid igitur in ſigno corporeæ crucis in oſſe pectoris, niſi mortis Chriſti in mente pius habita ſtigmata paſſionis? Et quid in foliis repandi lilij in crucis extremitatibus deſignatur, niſi mũdiſſimæ caſtitatis inſigne, quod cum memoria mortis Chriſti fundatiſſimè fixum gerebat in carne? lib. 1. c. 25. par. 6.

EXEMPLVM XXX.

Paſſionem Chriſti habens ſemper in memoria quidam captiuus, nunquam lætabatur, a tyranno incidit, & crucifixi imago in corde eius pulcherrima inuenitur.

AD idem, de quodam martyre prope noſtra tempora, veridica relatione ſuſcepi. Cum captus cuidam gentili tyranno ſeruiret, & ille eum honeſtiſſime tractaret, martyr autem gemebundus incederet, miratus tyrannus, cauſam triſtitiæ quærit, & quare cum ſeruis alijs non gauderet? Cui martyr. Cum alijs, inquit, gaudeo, ſed ſemper triſtis incedo, quia mortis Dei mei memor, continuè in corde meo paſsionis eius ſtigmata porto. Hoc mox vt tyrannus audiuit, grauiter indignatus, & ego, inquit, experiar quæ dixiſti. Nec mora, exemptore vocato, iubet aperto pectore martyris cor eius euelli, & per medium cultro ſecari. Vbi ſtatim, mirante tyranno cum ſuis, res miranda conſpicitur: quia pro ſigillo pars vna cordis, & pro impreſſione pars cordis altera crucifixi Chriſti imaginem continens reperitur. Quo viſo, tyrannus mox credidit, & cum omnibus ſuis ſacrum baptiſma ſuſcepit. lib. 1. c. 25. part. 8.

Ex ſecundo libro Apum.

EXEMPLVM XXXI.

Puer Ieſus flens, & eiulans a deuoto monacho in niue reperitur.

ALgore niuium terra Brabantiæ, reſperſa per totum, monachus quidam Ciſtercienſis, præmiſſo in villam famulo, ſolus in campis perdeuia ueniebat. Et ecce inuenit puerum elegantiſſimæ formæ quaſi triennem, magno fletu & eiulatu, ſolum in niuis frigore reſidentem. Compaſſus igitur tali puero, equo deſcendit, & complexus flentem, flere cępit cum eo, & quærere quid haberet? Tacente autem puero, ingemeſcit quæreus, vbi eſt mater tua? nunquid perdidiſti matrem? Ad interrogationes illius puer fortius eiulans, tandem dixit: Heu me, heu me, quare non flerem, quare non eiularem? Ecce vides quòd egens, ſolus, & in frigore ſedeo, & non eſt qui colligat me, & hoſpitium præſtet. Mox monachus ſurgens,

&

& puerum in brachia cleuans, osculatus est, dicens. Cessa flere dilectissime, quia ad hospitium portabo te, & faciam enutriri. Hoc dicens, cum puero equum ascendere voluit, sed puer de brachio tenentis exiliens, disparuit repète quia Christus filius virginis fuit. In terram igitur cadens monachus, flere & eiulare cœpit acerrime. Et cum diu sic iacuisset eiulans, tandem quæsitus a seruo inuentus est, & leuatus est in equo, & ad hospitium ductus. Quæsitus cur fleret, nihil aliud vna nocte dicere potuit, quam, Heu me, puer bone, puer pulcherrime, quare me dereliquisti? cur abisti tam cito? cur te perdidi. Post hoc monachus consolationem recipiens, euentum cuidam retulit, qui illis per quos ciui tantæ rei miraculum, & piaculum stupendum patefecit. Quis enim hominum sine lachrymis audire potest piaculum tale & tantum, quod filius victus patri Deo, Deus exultens hospitium in terra quærit, eget cibo, algore contrahitur, & præabundantia iniquitatis refrigescente charitate multorum, non est qui eum recipiat cordis hospitio, reficiat patris placiti benefica voluntate, reuoluat & foueat deuotionis sinu, veste contingat charitatis. lib. 2. c. 1. par. 13.

EXEMPLVM XXXII.

Acerba mors boni non obest, sed prodest ad salutem.

ANnequam in VValatria sub rege VVillelmo moderatore Romanorum, a Comite Florentio, & Zelandensibus Flamingorum exercitus ferretur, oranti cuidam pro dicta gente. j. Flamingis, in oratione responsum est. Sine superbos humiliari. Quod tertia die post factum inspeximus, licet tamen multi cum eis & in eis occasi fuerint, qui nullo modo meruerant talem mortem. Sed notandum, quòd acerba mors bonis non obfuit, sed profuit ad salutem, quia terreno Domino obedire in bonis iustum est. Quod patuit in quodam fidelissimo viro, de quo a matre dicti regis VVillelmi, venerabili Mechtilde didicimus. Cum enim ipsa regis mater, Hollandiæ memorabilis Comitissa, post factam eadem in VValatria deuenisset, aggressa est cum duobus fratribus Prædicatoribus viuentes adhuc quærere, & colligere sauciatos. Inuenit autem & ad illud opus pietatis matronam diuitem. & præclaram, quæ cum fletibus matri regis, Comitissæ, narrauit. Transeunte me, inquit, hic, vocauit me voce flebili quidam saucius ex prostratis, ad quem cum venissem, caput eius locaui in sinu meo, & eum ad cognoscendum Deum hortabar, & vt poterat ille eleuatis in cœlum oculis cum manibus, dixit. Fateor me coactum in exercitium venisse, & hoc eo animo, quod nullum lædendi nec in corpore, nec in rebus. Hic læsus sum, & ecce iam morior. Occisori meo prorsus indulgeo, ut mei similiter misereatur omnipotès Deus, & contra eum mihi indulgeat quicquid feci. Viaticum corporis Christi vehementer exopto, quod licet ore non summam, in mente tamen virtutis eius gratia non frustrabor. Et hoc dicens cruce signauit se, & sic spiritum reddidit. Testor vobis, ait matrona, per salutem meam, quod statim vbi ad spiritum reddendum os aperuit, auicula tantæ pulchritudinis, vt ei nihil in creaturis comparari possit, de ore eius cum odore mire aromatico ad superos euolauit. libr. 2. c. 2. par. 5.

EXEMPLVM XXXIII.

Peregrinus extra patriam mori desiderat quidam nobilis a Saracenis captus, ut eo citius ad patriam cœlestem perueniat.

CIrca illud tempus, quo annus Domini millesimus ducentesimus tertius voluebatur, expeditio peregrinorum validissima facta est in terram sanctam, ut Saracenos qui christianorum fines inuaserant, propulsarent. Factis congressionibus plurimis, multi ex vtroque populo ceciderunt, plurimi etiam in captiuitatem deducti sùt. Inter quos ex populo Dei duo milites, vnus ex Gallia, alius ex Brabantia, cum nobilissimo viro in terram gentilium sunt adducti, & contra natales suos, & consuetudinis vsum, grauissimis laboribus manuum, annis tribus addicti sunt. Vt ergo mihi vnus militum narrauit, die quodam sedebant sub æstu solis grauissimis laboribus manuum fatigati. Cumque optarent milites cum graui suspirio cordis esse in terra sua, ille nobilissimus eorum in pœna socius, segnitiè co-

ãm precibus liberatum, & diſparuiſſe ſubito fœdum monſtrum. lib. 2. c. 7. p. 4.

EXEMPLVM XXXV.

De beata Mechtilde, & eius fratre Alexandro.

MEchtildis, quæ noſtro tempore obſoremiſſæ probatur, filia regis Scotiæ, vt probabili relatione didicimus, quatuor fratres habuit. Vnum Ducem, qui relicta vxore pro Chriſto pauperrimus exulauit. Item alium comitem, qui vitam eremiticam duxit. Item Archiepiſcopum, qui relicto regimine, ordinem Ciſtercienſem intrauit. Quartus fuit Alexander iunior frater, annorum ſedecim. Quem cum pater rex regnare cogeret, Mechtildis ſoror eius, virgo xx tantum annorum dixit fratri: Alexander frater chariſſime, quid nunc ages? Fratres tui maiores natu mundum terramq. deſeruerunt, vt cœlum adquirerent, regnum ſpreuerunt mortale, vt regna perpetua poſſiderent. Tibi ergo ſoli regnum relictum eſt, pro quo es, & cœleſtem gloriam, & animam perditurus. Nec mora, Alexander reſoluitus in fletus: Heu, ait, ſoror, quid conſulis facere? paratus ego ſum quicquid iuſſeris adimplere. Quo audito, gauiſa ſoror, accepit fratrem, & mutato habitu ad remotiora traduxit, vbi eum, & mulgere vaccas, & lac ad coagulum coadunare, & caſeos optimos facere docuit. Inde venerunt ad Gallias ad Fonij clauſtrum ordinis Ciſtercienſis, vbi ſoror locauit fratrem pro multore vaccarum, & probatus inuentus eſt in optimis caſeis faciendis. Hinc monaſterij fratrem conuerſum factum ſoror alioquitur, dicens: Multum, inquit, apud Deum meritum, adquirimus, quod in terram, & parentes dimiſimus. Sed in hoc ſpecialiſſimam remunerationem habebimus, ſi vſque ad tempus futurum, quo nos inuicem in cœlo ad conſolationem perpetuam videamus, ad præſens nos, vt noſtrum nullus amplius alterum videat, ab inuicem ſequeſtremus. Hoc audito, fleuit frater, grauius illud ducens omnib. quæ amiſit. Et licet indiuſus, imperat animo, & a ſorore totaliter ſeparatur. Illa autem ad nouem milliaria in villam, quæ dicitur Lapion, ibidem manſura ſeceſſit, domunculam paruam habens quaſi aucarum tugurium, ſolo manuum labore viuebat. Domum, vel eleemoſynam accipere cogi non poterat, nec rogari. Cum cæteris pauperib. in Auguſto ſpicas colligere recuſabat, vixque extrema cum porcis, quæ vix euaſerant diripientium manus, rariſſime colligebat, nix aliquid ſubtractum membris habebat, & caput iacens æquatum humeris: cibum & potum incumbens callo-ſis genib. capiebat. Hoc idem in prolixiſſimis precibus faciebat. In orationibus multotiens ita ſenſib. abſtracta erat, vt nec coruſcationes aduerteret, nec tonitrua audiret. Ne autem de fratre eiuſdem Alexandro quod gratius eſt prætermittam. Cum monachus quidam fiſtula ũ ex vlcere pectus haberet, oraretq. ad tumulum fratris eius iam defuncti, apparuit eidem frater Alexander, ſole lucidior, coronam geſtans in manibus, & corona capitis inſignitus. Cũ ergo monachus quæreret, quid corona duplicata ſignaret? Corona, inquit, quam geſto manibus, corona exiſtit temporalis, quam pro Chriſto deſeruiui. Corona uero quam geſto in capite, corona eſt quam communem cum Sanctis accepi. Et vt ibi fidentius in iſta viſione credatur, ſecundum fidem tuam ſanus eris ab omni incommodo quod torqueris. Et notãdum quod incognitus manſit vſque in diem mortis ſuæ. Et tunc cõſtrictus obedientia Prioris ſui, ſe fratrem beatæ Mechtildis de Lapione, & filium regis Scotiæ reuelauit. Fecerat autem eum in nobilitate ſuſpectum factum quoddam, quod multum poſtea doluit euenire. Vir enim nobiliſſimus dominus Hugo de Birmenio, aprum immanis magnitudinis venatu laſſauerat, &, vt natura beſtiæ eſt, ſtare cogerat ad reſidendum. Equo autem nobilis ille deſcendens, aptato pugione, cum beſtiam vellet impetere, & tamen eius truculentiam formidaret. Frater Alexander, qui vaccas in vicino paſcebat, arrepto pugione de manibus formidantis, beſtiam audaciter impetijt, & occidit. Quo viſo, nobilis ille in oſcula. Fratris Alexandri illico ruens, vere, inquit, nunquam vaccarum cuſtos, nunquam etiam ruſticus, vndecunque veneris, inuenieris. Soror vero eius beata Mechtildis, vnde & quæ eſſet, per quoſdam milites, qui eam in Scotia viderant, nouem annis innotuerat ante mortem, & tunc ſta-

Digitized by Google

tim à terra fugisset, nisi violenter retenta ab hominibus extitisset. Miraculis multis in vita claruit, & post mortem. lib.2. capit. 10.par.3.4.5.& 6.

EXEMPLVM XXXVI.

Statuta ordinis in infirmitate seruans regularem disciplinam non diminuit.

QVendam Cistercien sis ordinis laicum in monaste. io Aquiræ in Brabantia, Hermanum nomine, ægritudine continua laborantem, vexatum contumelijs fratrum falsorum obijcientium quòd non prodesset domui, sed obesset, eleganter valde respondisse cognoui. Dummodo, inquit, ordinem meum, secundum quod languor permittit, & dolor, in infirmitorio teneam, & animã meam in patientia saluem credo in oculis summi Dei melius, gratius, & sublimius monasterium promouisse, quàm si illud in mille marcarum copijs augmentarem. Verè dignè, iustè, & optimè duxit. Non enim propter monasterium animæ, sed propter animas monasterium institutum est, sicut non propter locum gentem, sed propter gentem Dominus locum elegit. lib. 2. c. 7. par. 2.

EXEMPLVM XXXVII.

Maria virgo ingeniosum fratrem, & in fide dubitantem informat.

VIdimus fratrem in ordine Prædicatorum de domo Brugensi in Flandria, Raynerum nomine, iuuenem sagacem ingenio, & secularibus litteris institutum. Hic statim vt ordinem ingressus est, acriter studio Theologiæ cœpit insistere. Sed cum nondum illuminata mens, nec orationibus præparata, stuperet ad lumen, & minus capax animus vento inconstantiæ fluctuaret, cepit cogitare velle discutere, quæ sectarum, Iudæorum, Gentilium, Christianorum potiori veritatis culmine fulciretur. Videbat quidem inter gentiles philosophos quod naturali ratione regebantur. Videbat, & Iudæos legem a Deo antiquitus accepisse. Videbat, & Christianos Euangelicis obseruationib gloriari. Sed quid in his certius tenendum esset regnius fluctuabat. Conuenit ergo Iudæos, discussionem legis proposuit. Sed cum Fratres ordinis videssent ex frequenti collatione hominem fluctuare, arcendum eum a talibus censuerunt. Atquoniam ardentior ignis crior consurgit in flammas, iuuenis in tantum, diabolo stimulante, grauatus est, vt media nocte fugam omnimodam attentaret. Statim ergo, vbi ad exitum portæ uenit, obuia illi fit maris stella, virgo Maria, ad portum salutis deuium reductura. Cui dixit. Fluctuasti à via deuius, & veritatem in fide filij mei te dubitas inuenisse. Noueris certissimè, quod diuersis erroribus scater per orbem gentilitas. Iudæi nihil solidi tenent, diuersas vmbras sequuntur, nequitiæ tenebris offuscati. Euangelium verò nouæ gratiæ per hoc veritatem habere probatur, q̃ charitate humilitate, castitate refulget, quæ tria in ordine quem intrasti purgato mentis oculo prærogatiuè videois. Ego autem sum mater Christi patrona ordinis tui, quæ non passa sum solita pietate tuam castam indolem decipi vel perire. Hæc dicens glorioſa uirgo disparuit, & iuuenem confortatum, ac formatum in fide, in magna cordis iocunditate reliquit. Hic idem in ordine tantum profecit, ut lector in ordine fieret, & cõsummatus in breui ad potiora trãsiret l.2 c.10.p.19.

EXEMPLVM XXXVIII.

Gulosi monachi repentina morte percussi interierunt.

ERant duo senes monachi ab ipsis puerilibus annis pares in scelere, dissolute valde in monastica obseruantia nutriti. Hi sibi plures ex iuuenibus in immunditia assidui, quotidie copulabant, seorsum vacabant epulis, risibus, & cantibus exultabant, & innocentibus, & simplicibus detrahebant. Cumque de illorum insolentijs conuentus quotidie non mediocriter turbaretur, nec esset qui corrigeret delinquentes, vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est. Vix enim finit turbationem piorum clausti alium inuitam. Accidit ergo quodam vespere, vt secundum consuetudinem suam esculento ore ad uoraginem inhiarent. Vix ori cibis oppositis, quartum aut quintum morsellum manus obrulerat, cum ecce vnus prædictorum senum,

subita-

subita inguinie strangulatus, euersus statim oculis exipirauit. Territi igitur omnes qui confederant, surrexerunt. Nec diu post superstes ueteris socij animaduersione, hac non fractus, licet ad momentum horruisset, sicut porcus occiso a carnifice porco, resumpta audacia resedit ad mensam. Et cum enormi crapulatus, sic est repletus, ut amens penitus portaretur ad lectum, quasi brutum animal expirauit. Horrore ergo hoc omnes exemplorum talium perturbati, uitam suam & mores in melius correxerunt, communemque uitam & cibum strictissime seruauerunt. lib 2. c. 12. par. 5.

EXEMPLVM XXXIX.

Silentium continuum seruans monachus flagrans igne monasterium oratione saluauit.

AFfligemium monasterium ordinis sancti benedicti in Brabantia religione probatissimum est, & in charitate præcipuum. In hoc cœnobio monachus erat ita silentio deditus, quod infra xvi. annos ab eius ore nec vna uerbi syllaba per tantum temporis audiretur. Contigit, (sicut a monachis ibidem audiuimus) vt in claustro grauissimum ignis incendium grassaretur. Tum idem monachus, uidens humanum auxilium non ualere, mox se cõtulit ad Dominum, oransque paululum in silentio, linguam diu mutam in hæc uerba laxauit. Sres ignis. Hac hora flamma penitus conquiescas. Mira res, uim uirtutis tuæ oblitus est ignis, steteritque in uerbo viri sancti, & flamma penitus exuncta est. lib. 2 c. 13. par. 4.

EXEMPLVM XL.

Morituras iuuenis omnes, etiam parentes inquietans, contra defunctorum patrẽ petit arma parari.

IN partibus Gallię quendam iuuenem sub Philippo Rege, nostri temporibus, uire religioso referente, fuisse cognouimus. Hic ab ineunte ætate peruicacissimę uitæ fuit, ita ut illud quod de Ismaele scriptum est. Manus eius contra omnes, & manus omnium contra, eum, in eo ita uideretur impletum, ut nec parentes proprios quiescere sustineret, sed ad amarissimum uitæ finem perduceret. Post quos & ipse miserabiliter infirmatus, & in agone mortis positus, sumptis ecclesiasticis sacramentis, subito inter manus assistentium, clamans horribiliter, exilliuit, dicens. Surgite omnes arma accipite, iuuate me contra proprium patrem, quia omnium inimicorum meorum ductor factus est, & me conatur occidere. Hæc dicens, quasi contra ingredientem multitudinem ad ostium conabatur. Nec mora, cadens, euersis terribiliter oculis, clamauit expirans. Heu me, pater meus modo ualidissimo lapide frontem meam percutiendo contriuit. Hi autem qui assistebant, neminem quidem uidebant, sed quasi turmas se comprimentium, & ingredientium audiebant. Vide ergo qui hæc patrem proprium habere propitium potuit, quantæ diuinæ uindictæ animaduersionib. dignus fuit. Non tamen absolute eum qui apparuit, illius partem dixerim, sed quemcumque forte ex spiritibus, siue bonis, siue malis, cum dictum sit, Armabit creaturam ad ultionem inimicorum contra insensatos. lib. 2. c. 14. par. 7.

EXEMPLVM XLI.

Correctionem disciplinæ subterfugiens Hugo de sancto Victore a dæmonib. grauissime uerberatur.

APud sanctum Victorem Parisijs, in monasterio canonicorum regularium, magister Hugo canonicus fuit, qui secũdus ab Augustinus. i. secũdus ab Augustino in scientia dictus est. Qui etsi uitæ valde laudabilis fuerit, in hoc minus perfecte fecit, quod disciplinas in secreto, uel in capitulo cum aliis, pro quo idianis excessib. non accepit. Habebat enim carnem tenerrimam, & nimis a pueritia delicatam quia ergo naturam, uel consuetudinem potius minus bonã, in se, virtutis exercitio, non euicit, audi quid eum sustinere contigerit. Ad extrema ueniens, a quodam concanonico, suo, qui, eum in uita sua valde dilexerat, adiuratus est, quatenus ei post obitum appareret. Libenter, inquit, si hoc mihi per uitæ & mortis Dominum concedatur. His conditionibus mediis, magister Hugo defungitur. Nec multo post, redijt

Digitized by Google

ad ſocium præſtolantem, dicens. Ecce ego quare quo ſatis, maio non poſſum. Tunc ille, etſi cum timore, non modice gauiſus, quomodo, inquit, dilectiſſime uiuet, bene, ut, nunc mihi, eſt, ſed quia dum uiuerem tenui accipere diſciplinam, uix illius dæmonum in inferno remanſit, qui non imm ſſum ualidum dederit ad purgatorium tranſeundi Ecce nunc charissimi, quanto leuius in uita, quam poſt mortem uir ille doctiſſimus uapulaſſet. Videant nunc qui in capitulis nec arguere uolunt, nec argui Ceſſant acculationes, & ideo accreſcunt exceſſus. Defert unus alterius, ut ſibi altero deferbtur. lib. 1. ca. 16 par. 5. & 6.

EXEMPLVM XLII.

Correctionem recipere uolentes duo inſolentes iuuenes terrentur dæmone, & in inſaniam uerſi paulo poſt obierunt.

ERãt in ſchola duo inſolentiſſimi ſcholares adoleſcentes, qui non ſolum correctiones magiſtri pati nolebant, uerum etiam & ad inſolentias & diſſolutiones alios ſtudere uolentes ſæpiſſime compellebant, & hoc quidem magiſter emendare non poterat, nec audebat. Contigit ergo magiſtrũ mori, & tertio die, aut quarto in media ſchola in effigie magiſtri, diabolum cum uirga ferrea coram omnibus apparere. Nec mora, cũ truci uultu in adoleſcentes dictos exurgens, & cum uirga illis mortem intentans repente diſparuit. Moxque illi præ pauore in furiam uerſi, poſt dies aliquot obierunt. Ex his ergo ſcholares diuinum aduertant iudicium, & magiſtris ſuis ſubdi diſcant, nec unquam refugiant corrigi, ne eis contingat poſtmodum ſub uirgi ferrea uapulare. lib. 2. c. 16. par. 7.

EXEMPLVM XLIII.

Prælatus uitiorum correctione remiſſus deponitur, & peruerſus efficitur.

VIdimus in monaſterio quodam monachum, naturali ingenio & ſcientiã præditum, uirtute caſtitatis, & omni morum honeſtate præclarum. In quo ſolus ille defectus erat, quod nullam contra peccata rigiditatem habebat. Quem defectum in eo corrigendum ſperantes monachi cum in Abbatem unanimiter elegerunt. At ille, factus Abbas, ut ante, in puſillanimitate & ignauia perſtitit, & ex hoc ordo monaſticus notam ſatis grauem diſſolutionis incurrit. Quod ſuperioris eius, ordinarii nimirum graue ducentes, illum ab officio remouerunt. Quod ille ſupra modum grauiter ferens, ad tantam paulatim impatientiam uenit, ut manus iniquitatis totaliter daret, & ſe impudentiſſime nequiſſimis in dilapidationem Eccleſiæ ſociaret. Nec diu poſt, cum eſſet poſitus in agonia, importunos exactores ſibi inſtare uidit, ſe que oportere reddere rationem, non ſolũ de ſuis exceſſibus, uerum etiam de illorum exceſſibus, quos quandoque corrigere debuit, & non correxit. Exactores ergo cum declinare uellet, nec poſſet, clamans inter angustias expirauit lib. 2. c. 17. par. 2.

EXMPLVM XLIV.

Diſcordias nolens deponere orante Iacobo de Vitriaco morbo caduto corripitur.

VEnerabilis Iacobus de Vitriaco crucem Hieroſolymitanam ob ſalutem multorum in Barbantia prædicauit. Contigit autem, ut pacificaturus quadam die mortales inimicitias, iniuriam paſſum, primo ſuppliciter, deinde poſtratus pedibus eius, ſemel, iterum, & tertio cum multitudine populi præſente rogaret, nec proficeret in rebellem. Conuerſus autem ad populum, dixit palam omnibus. Conteſtor uos, quia, qui ſpernit nos, ſpernit & eum qui mittit nos. Rogate ergo Dominum ut tale ſignum oſtendat in obſtinatum hominem, quo cunctis præſentibus pateat cum hoſtiliter contra ſe in retentione odii contra proximum hoc egiſſe. Nec mora, ubi uir ſanctus orationem expleuit, miſer ille euerſus oculis, ſemel, & iterum, & tertio in terram corruit, oreque cruorem ſpumans & ſaniem, horroris, maximum ſpectaculum omnibus præbuit. Tunc flente populo, reuerendus uir fuſa prece proſtratum erexit. Quimox integerrime ſoſpitatus, ubi ante ſe inimicum uidit, quaſi aliquid amiciſſimum rogaturus, cum lachrymis ueniam petiuit, ruenſque in oſcula eius, ad lachrymas & laudem

Chriſti

Christi omnium corda commouit. lib. 2. c. 18. parte 2.

EXEMPLVM XLV.

Dimittēs rustico fraternam mortem amorosas inclinationes crucifixi promeruit.

NObilis quidam in Germaniæ partib. fratrem uterinum à quodam ualde plebeio & inobili occisum perdiderat. Fugiente ergo de patria occisore, contigit ut nobilis ille cum multo comitatu peregre profectus, impręmeditate soli in agro occurreret occisori, qui mox extracto cladio ubi inimicum expetijt, in terram prostratus occisor, clamauit: Miserere mei nobilissime uir, pro illo qui tui misertus & omniū atque mundum istum sua morte redemit. Repente nobilis animus in lachrymas resolutus illam quam extenderat manum retraxit. Sed cum hoc ignauiæ adscriberetur a suis, & iterum manum extenderet in prostratum, iterato reo ob remissionem peccatorum eius ueniàm petente, secundo manū deposuit. Tertioque increpatus à suis, cum mortem certius intentaret, e miser ille ob euasione angustiæ, quam omnis caro esset in extremo iudicio perpessura, ueniam precaretur, respondit nobilis genere, sed nobilior mente: Et ego, inquit, tibi prorsus mortem fratris indulgeo. Nec mora, eadem die, ut audiret missam, ecclesiam ingressus, ubi coram imagine crucifixi tertio flexit genua, uisus est a quodam sanctō uiro, ad singulas genuflexiones illius nobilis, crucifixus caput suum humiliter inclinare. Seorsum ergo uir sanctus ille, qui solus hoc uiderat, nobilem euacuauit quis esset interrogat. Et ille: Miles, inquit, dicor in terra qua natus sum. Et rursum ille. Dicas, inquit, charissime, nihil celes: In quo confidis te magis diuinam misericordiam meruisse? Tunc miles. Peccator, inquit, sum, & seculo deditus, in nullo prorsus, nisi hodie forsitan, ueniam promerui. Et hoc dicens, quid actum sit retulit.

Mox ille, & quid uidisset exponens, ad actum uitæ gratioris & meriti nobilem exhortatur. lib. 2. c. 18. par. 3.

EXEMPLVM XLVI.

De duobus fidelissimis amicis quorum unus christianus alteri gentili in necessitate subueniens, eidem conuersionis ad fidem causa fuit.

ERat, ut memini, parum ante nostra tēpora, iuuenis quidam, sagax ingenio dites ualde, qui nuncios suos per diuersas mundi partes causa mercationis mittebat. Vt autem uenerunt quidam ex ipsis in partibus orientis, reperunt gentilem quendam omnibus copiis & rebus mundi super omnem modum ditissimum, liberalem in omnibus & fidelem. Quid plura? Nunciant illi se habere talem Dominum. Vadunt, & redeunt, munera ex parte Domini sui gentili deferunt, referuntque maiora iuueni Christiano. Et inde tantum amore admirationeque succenditur, quod properat cum multo comitatu & muneribus in orientem, uidere gentilem. Quem illa cum magna gloria & exultatione susceptum, expertus est honestum hominē moribus, sagacē ingenio, & præ omnibus liberalem, secumque tenet illum non paruo tempore, nec paruis expēsis. Et cum redire deliberat ad patriam, eum ad thesauros incōparabiles introduxit, sed cum aliquid ille accipere recusaret constantissime, tandem ostendit illi septem puellas uirgines in cōclaui, nobilissimas genere & pulcherrimas in decore, quas secundum ritū suum ducere proponebat tempore opportuno & dixit ei. Ex his tibi unam eligas in uxorem. Nec mora, iuuenis supra modum animo raptus & oculis, unam elegit, præstantiorem moribus, & decore. Cui gentilis. Optionem, inquit, dedi tibi, & tu quidem mihi præ omnibus dilectissimam elegisti. Et tu quidem, ut sapiens, experieris quid dederim tibi, & ego, ut minus sapiens propter te, quid dimiserim non causabor. Hæc dicens, sponsæ tradidit condigna munuscula, & eam tradidit christiano. At ille ad propria ueniens, sponsam suam in magna gloria baptizatam, accepit uxorem, & mulierem mirę uirtutis inuenit. Ipse autem auctus gloria & diuitiis, in uirum profecit maximum ciuitatis. Gentilis autem frequenter recolens quid in dicta iuuencula perdidisset, grauari cœpit animo ultra

Digitized by Google

quam credi meruit, & paulatim nequitiæ contabuit in eo species atque sensus. De die autem in diem, de anno in annum, de tempore in tempus decrescens rebus, cum nihil curaret de omnibus quæ haberet, tandem ad extremam miseriam deueniens, exul de patria, quasi infatuatus pulsus est ab inimicis. Qui cum quid ageret ignoraret, incidit cordi eius, amicum suum vilitare debere, pro quo ista pertulerat, nec posse credere eum futurum sui immemorem, & nunc tanti piaculi contemptorem. Aggressus ergo iter, venit ad locum ubi ille manebat. Pulsauit ad portam amici sui dixit qui esset. Neglexit nuncius verbum: non intromissus est. Quo facto gentilis contristatus ad mortem, vespere veniente, super vastum Ecclesiæ atrium se proiecit. Intempestæ ergo noctis silentio, quidam latrunculus insidiatus cuidam transeunti occidit eum, clamq; discessit. Mane autem inuentus est homo occisus iuxta gentilem, & item gentilis ignotus capitur, & ligatus nobilibus, & populo ciuitatis offertur & illi factum imponitur. Qui cum desperatione fractus, homicidium non negaret. ille quondam amicus eius, stans diutius stupefactus, contemplatus est hominē, & cognouit, statimque prosiliens cum ille duceretur ad mortem, clamauit. Innocens iste est, ego sum qui factum feci. Nec mora, dum cum maximo clamore, & mœrore populi procumberet de collandus], ille qui factum fecerat, prouidentia diuina, veritus tam nobilem, & innocentem hominem deperire, in medium prosiliens, exclamauit Innocentes ambo, & primus, & secundus. Ego sum ille nequissimus, qui homicidium perpetraui. Mox iudex, & proceres ciuitatis mirabiliter stupefacti simul capiunt dictos tres viros, & factum diligentius perscrutantes, cum veritatem per omnia cognouissent, innocentes absoluūt, & ipsum reum p̄ę admiratione piaculi dimittunt. Christianus autem ille obuijs manibus, & oculis amicum, suscepit. Et, ut breuiter dicam, inuitat ad fidem, annuit ille baptizatus est: accepit vxorem nobilem consobrinam amici, & eo cōgente dimidia cum illo bona partius est quæ habebat,

lib 2. cap. 20. parte 2.

EXEMPLVM XLVII.

Hospitalitatem exhibens ciuis quidam Romanus, inuento balsamo, & lapide pretioso, de paupere diues efficitur.

FVit Romæ uir pius & bonus, qui indifferenter homines religiosos, & pauperes ad hospitium inuitabat. Contigit autem eum confectum senio attenuari vel aporiari rebus temporalibus, & angustiabatur plus, quòd solitam hospitalitatem exercere non posset, quàm quod ad vlus suos sufficientiam non haberet. Cumque una noctium anxius pro talibus iaceret in lecto semiuigilans, audiuit vocem dicentem sibi. Vidi charitatem tuam, quam in exhibenda hospitalitate multo tempore infatigabiliter habuisti; & per hanc ad vitam deuenisti pauperem. Volo ergo non solum in futuro remunerare te, verum etiam in præsenti. Loquere illi diuiti, & de vinea tua quæ melior est, cum vinea illius concambium facies. Ipse autem libenter annuet uerbis tuis. Habita ergo illius uinea, in medio illius aceruum fodias in profundum, & sub eo reperies quod Romanis copijs est inuisum. Ad hanc igitur vocem cum protinus homo non obediret, secundo quoque, & tertio idem quod prius, vox diuina præcep. i. Tunc homo ad diuitem veniens obtulit concambium uinearum. Cui diues. Libenter, inquit, id faciam, & quo melior tua uinea mea, tibi soluam. Cui pauper: Nolo, ait, sed æquo valore concambium fiat, & factum est sic. Mox pauper communicato secretæ rei consilio filio quem habebat, & duabus pariter filiabus, ad aceruum cum eis supra dictum accedit in uineam, & incipiunt fodere cum spe magna. Cumque diu fodissent, nec adhuc effectus sui signum aliquod inuenissent, cœperunt patri suo filius cum sororibus insultare. Quibus pater: Nullo, ait, modo possum credere quod frustrabor. Aceruo igitur pater cum filijs uiriliter insistentes, tandem in profundo inter ingentes lapides, vas marmoreum plenum aqua, & in ore ipsius vasis ollam vitream plenam balsamo, & in orificio ollæ in uas parum fictile, & in eo tres lapides pretiosos, smaragdum, saphyrum, & carbunculum quantitatis non modicæ repererunt: Nihil ergo,

aquam

aquam in vase marmoreo reputantes, eam effuderunt, quæ mox vt est effusa, instrumenta ærea in quibus laborauerant perfusione contingens, æris colorem in pulcherrimi auri speciem commutauit. Erat enim aqua ex sanguine, & carnibus basiliſci in modum aquæ rosaceæ per eleuationem facta, qua solet ab Alkimistis aurum fieri sophisticatū, sed hac aqua Deus noluit dicti viri innocentiam maculari, & ideo effusa dispersit. Balsamo verò, cum dictus homo debilitatus visu, vsus fuisset ne scius, quasi communi oleo per dies aliquot, recuperauit integerrimè visum. Et postea cognito per presbyterum suum quod esset balsamum, vendidit illud inæstimabili precio, & pro lapidibus quos inuenerat pretiosis, pecunias copiosissimas, & multas accepit, factusq; diues, & inclytus, glorificauit Deū, & post se filios, & nepotes suos in multis copijs dereliquit. lib. 2. c. 21. p. 2.

EXEMPLVM XLVIII.

Vsurarij caput per imaginem vsurarij illiditur, & repentina morte mulctatur.

COntigit, vt in porta frontis ecclesiæ cathedralis in Gallia, imago vsurarij sculpta desuper de lapide, quasi cum sacculo pecuniæ euidentius præmineret. Vt aūt quidā maximus, & ditissimus vsurarius ciuitatis ecclesiā debuit intrare per portam, imago prædicta vsurarij desuper cadens super caput intrare conanti illi fit, & repente contritus, turpiter expirauit lib. 2. c. 22. p. 4.

EXEMPLVM XLIX.

Vsurarii animam duo infernales canes morituram expectant.

VIdi & ego ipse in Brabantię partibus, vsuratium nequam valde, qui multos nobiles, & potentes exhæredauerat, & ipsos pauperes spoliauerat super modum. Hic frequenter occurrens religiosis, rogabat quasi cum lachrymis pro se orari, sed in nullo se penitus correxit. Cumq. super hoc eum frequentius arguissem, nec tamen in aliquo profeciſſem, accidit vt repentina infirmitate correptus, ad exitum appropinquaret. Nec mirabile duo ingentes rembrarum canes lectum iacentis circuitibus ambiebant. Ipse verò protracta lingua prope ad longitudinem pedis, dehiscens horribiliter expirauit lib. 2. c. 22. par. 5.

EXEMPLVM L.

Misericors in pauperes VVillelmus abbas Villariensis bouem, quem propter prægnantem fœminam occidi fecit, viuum inuenit.

NOstro tempore, anno scilicet ab Incarnatione Domini M. ccxxij. Abbas VVillelmus nomine, monasterio Villariensi in Brabantiæ partibus præfuit, qui in pauperes largus ualde, & pius tali occasione miraculi exiuit. Curia erat cœnobio Villariensi in Loſſensi comitatu Hasbaniæ, quæ Herx dicebatur, in qua bos conuersis fratrib. ad laborandum fuit, elegans forma, pinguedine, & virtute, de cuius carnibus paupercula pregnans comedere irremediabili desiderio concupiuit. Flebat autem quotidie, & quasi cum vitæ periculo torquebatur. Dabantur illi bouinæ carnes pulcherrimæ, sed ad restringendam eius concupiscentiam non valebant. Veniente ergo abbate VVillelmo ad curiam, & narrante conuerso fratre periculum mulieris, respondit abbas: Melius est occidi bouem, quam hominem, sed secrete hoc facias, & complem desiderium mulieris. Introduxit ergo frater conuersus bouem uespere secretius in conclaui, & occisum excoriatumq; membratim diuisit, & reposuit. Particulam vero quam mulier concupierat in bouem eidem mox transmisit. Qua comesta, ea muliere ex toto conualuit. Mirares, horrendum spectaculum! Mane facto, cum frater conuersus famulos suos ad aratū sequeretur, vidit bouem occisum arantem in tratto, & supra quam credi potest, terribiliter stupefactus, recurrit ad domū, intrat thalamum, requirit carnes repositas, nihil de boue prorsus inuenit, nec carnes, nec pellem, nec saltem sanguinem quem effuderat. Huius rei tres fratres in domo, testes idonei pro veritate fuerunt, sed & ipse carnifex, vir fidelis & bonus, nec non super omnes ipsa mulier, quæ in sola bouis occisi carnes conualuit. Familiā autem curiæ res penitus latuit, quia diuul-

gari abbas strictè prohibuit. Apud ipsum autè abbatem res ad eo valuit, vt licut ipse dicebat, qui ante naturaliter parcus fuit, largus super omnes abbates ordinis, & pius in pauperes extitit. lib. 2. c. 25. par. 5.

EXEMPLVM LI.

Misericordissima in pauperes vxor militis miraculosam farinæ multiplicationem meruit, & dulciter canentem auiculam longè ante mortem audiuit.

ANno ab Incarnatione Dñi M. cxcv. multa per Gallias, & Theutoniæ partes miracula contigerunt. Ex quibus unum referam, quod cuidam matronæ in Brabantię partibus contigit, quam optimè noui. Erat in illo tempore, citra montes Alpium & Anglicum mare fames pertualida, ita vt communis multitudo populi per maxima moreretur. Tunc illa, quam diximus, matrona, genere clara, & opibus, egenis cępit fine pondere, mensuta, & numero liberaliter erogare. Quod cernens vir eius miles, arctauit eam, & eidem farinæ mensuram certam per singulas hebdomadas dari fecit. Quam, vbi die quadam, totam expenderat, instante paupere & petente, præcepit ancillæ Domina, vt diligenter scopata cista in qua farina fuerat reposita, pauperi, si quid inueniret, afferret, & fecit ancilla ut iusserat Domina. Post hunc venit & alter, qui se nihil comedisse infra biduum deplorabat. Quod vbi audiuit Domina, fleuit, & iterato iubet ancillæ scopare cistam, & pauperi aliquid impartiri. Iurat ancilla nihil penitus in cista remansisse. Sed instante Domina cum lachrymis vt atentaret, currens impatientius, & cistam aperiens, plenam florentissima similia mox inuenit. Ad cuius intuitum, ancilla clamans horrifice, cecidit in extasi resupina. Clamore audito, accurrit Domina, accurrit Dominus, accurrunt famuli, & viso miraculo, in commune Dominum benedicunt. Mox vir ipse horreum lætus aperiens, omnibus ex illa die aduenientibus dedit, nec defuit annona sitarcijs, donec superueniente Augusto propitiaretur Dominus populo quem afflixerat. Dixit autem mihi dictus miles maritus Dominæ, quòd nisi fuisset miraculum, nequaquam sibi tria vel quinque horrea sufficissent. Sed & ipsa venerabilis, & nobilis fœmina mihi sicut confessori suo, sincero animo & cum gaudio mentis dixit, quòd & nocte & die, septem horis quæ Canonicę nuncupantur, auis mirę pulchritudinis & decoris, eam dulcissimis, & ineffabilibus vocibus annis ante mortem plurimis consolaretur. Elanguit enim multo tempore in lecto iacens. Cumque quæsiuissem ab ea, cuius auis vocem imitari illa volucris videretur: Nihil, ait, interrenis est quod illius posset vocibus comparari. Nec solis auribus delector in illis, verum etiam ad eor interius transfunditur modulamen, & ex eo spiritus meus ad delitias æternales desiderantius excitatur. lib. 2. c. 25. par. 7. 8.

EXEMPLVM LII.

Hospitia pauperum militissa quædam lectum, in quo leprosum posuerat, rosis inuenit repertum.

QVòd autem egeni hospitijs sunt inducendi, venerabili, fœminæ Adæ de Belomeir tali miraculo demonstratur. Recedente virgo suo nobilissimo milite, nec, vt ipsa existimauit, diebus pluribus rediturο, petens leprosus hospitium, receptus est. Illo ergo gemente, & causante debilitatem corporis fatigati, petit in lectum suauissimum se deponi. Domina autem nullum lectum habens Domini sui lecto molliorem, in eo leprosum hominem mox deponit. Nec mora, ex insperato Dominus rediens, petit in thalamum intromitti. Dissimulante ergo Domina, coniecit ille aliquem esse in thalamo, & irruptione facta, hyemali tempore, lectum suum rosis fragrantissimis coopertum inuenit. Admiratus igitur, quærit quid factum sit, indicat vxor. Nec mora, in laudem Christi ambo cum lachrymis resoluuntur. lib. 2. cap. 25. par. 13.

EXEMPLVM LIII.

Eleemosynam Comes Carnotenſium eis ſeipſum uſque ad camiſiam ſpoliauit.

ILlustris Domina Alcidis Carnotensium ac Blesensium Comitissa, mihi de ami-

fine

suo retulit, dicens. Nobilissimus ac potentissimus in Burgundis Galliæ Comes Carnotensium ac Blesensium pariter Theobaldus, liberalissimus omnium suo tempore extitit in donando. Ille hyeme media, quæ tunc solito magis inhorruit, per uiam cum multitudine transiens, obuium habuit pauperem nudum. Quo clamante, respondit Comes, quid petis? Cui pauper. Da mihi cappam quam habes indutam. Nec mora Come, extractam cappam pauperi dedit, dicens, Si quid uis amplius, petas. Et pauper. Da & supertunicale quod habes. Quo statim habito, tunicam petiuit, quam ut Comes dedit, remansit in lineis. Cui pauper. Vides, inquit, o Comes, quod caput habeam rasum, & nudum da & pileum. Tunc Comes paulum erubescens (caluus enim erat) nunc, inquit, charissime, nimis insistis, quia hoc ipse carere non possum. Hoc dicto, relictis uestibus, pauper euanuit. Comes uero de equo cadens, facit lamentabilem planctum, & omni tempore postea tale quid cauens, omni se petenti tribuit. lib. 2. c. 25. par 4.

EXEMPLVM LIV.

Vsurarii pecuniam in quodam monasterio posita dæmon custodiuit.

ACcidit nostro tempore, ut certissima relatione didicimus, in quodam monasterio, ut congesta cuiusdam defunctis fæneratoris de Attrebato pecunia in ipso cœnobio seruaretur. Igitur die quadam cũ quidam famosissimę sanctitatis monachus frater Walterus de Beaumont, iuxta scrinium in quo pecunia seruabatur, oraret, desuper diabolum sedere uidit. Territus autem ad horam, sed signo crucis munitus interrogat, quid hic sedes? quid hic expectas nequissime humani generis inimice? Cui ille, Bene inquit, & iuste hic sedeo, hoc quod meum est conseruando. Nec mora, monachus ad abbatem currens, quid uidisset exponit. Abbas uero in Attrebatum pecuniam cum omni uelocitate remisit. lib. 2. c. 26. par. 4.

EXEMPLVM LV.

Vsurarij pecuniam refellens, & retinere nolens abbas in breui diues efficitur.

SEd & hinc quod nostro fere tempore, sub quodam religioso abbate in Villariensi monasterio in Brabantia contigerit audiamus. Maxima pecuniæ summa, librarum forte mille sexcentarum, mortuo quodam usurario in Namurco, in dictum monasterium est delata. Ex qua cum multæ possessiones emptæ essent, quidam uir arctę conscientiæ, abbas monasterio est electus. Quod ubi comperit factum, doluit, & uenditis ouibus, atque pecudibus, rebusque mobilibus, pecuniam in Namurco remisit, ut spoliatis singulis reddere ur, sciés sicut nefas est pauperes usuris spoliare (q vsurarii facere solent) sic etiam iniustum esse iniuste parta retinere. Nemine autem assumere uolente restitutionis negotia, pecunia iterum ad monasterium est delata. Pius ergo abbas reportantibus indignatus, iussit eam iterato referri, & in foro coram ciuibus, & omni plebe deponi, dicens. Pecuniam qui uelit accipiat, nostram esse renuo, quam iniuste adquisitam non dubito. Quod ubi uiderunt ciues, ædificati non modicum in hoc facto, communi consilio, per manus fidelium uirorum pecuniã ipsam iniuriatis singulis reddiderunt. Monasterio autem Deus non multo post in decuplo plura restituit, & quod ante tenuissimum & fere mendicum fuisse probatur, modo elegans, & multis copiis opulentum uidemus, & ampliatum. li. 2. c. 16. p. 5.

EXEMPLVM LVI.

Puer Achas septennis minor efficitur, pueros ad bonum exhortatur, patrẽ, & matrem arguit, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum moriturus petit, & post mortem ad eius sepulchrum psalmum De profundis dicere non potuerunt.

SVb nostro tẽpore nuper, in Thorouth oppido Flandriæ, puer Achas annorum quinque honestis ualde parentibus oriundus fuit. Qui primo uisis Minoribus Fratribus, a parentibus suis lachrymis multis obtinuit, ut eorum habitu uestiretur.

Sed

Digitized by Google

Sed cum hoc illi primum quaſi puerile iudicarent, crederentque ſecundum quod in aliis pueris uideri ſolet, obliuione temporis ſimiliter in illo aboleri, animaduerterunt parentes, & uicini eorũ omnes, quod ſerioſe puer cœpit conſuetudines ordinis modis mirificis obſeruare, increderе nudis pedibus, & dura corda præcingi. Argentũ & aurũ ſummopere uitabat attingere, & in hoc articulo caſus accidit mirus ualde. Negotiatores quidã ad hoſpitium patris eius hoſpitandi gratia declinauerant, qui uiſo in tali puero habitu, miratí ſunt. Et cum intellexiſſent puerum omnium uitare pecuniã, nummum in uaſis fundo, quo bibebant, latenter immittunt, & cum modico uini puero porrexerunt. Qui ubi exhauſto uino pecuniã uidit, exclamans horrifice, uas proiecit, tentiſque in cœlum oculis & manibus, cum lachrymis dixit, Tu noſtri Deus omnipotens, quod inſcius meum ordinem uiolaui. Hinc tremebundus expalluit, & quaſi ad mortem tendens nigredo eius faciem occupauit. Quod uidens eius pater, expauit, & curiens propere ſacerdotem adduxit, qui puero abſoluto manum imponens, cum a dolore & pœnitudine mitigauit. In platea puer ſedens pueros uicinorum diebus ſolemnibus conuocabat, & eos, ſi diſtortis eſſent in moribus, ſi ſuperbi, ſi ornati ueſtibus, arguebat, pœnas inferni pro eorum exceſſibus proponebat, bonis uero pueris cœlorum gloriam promittebat. Interdũ in eos docebat orationem dominicam, ſcilicet Pater noſter, & quam bonum eſſet matri Chriſti in ſalutatione Angelica, & genuflexionibus deſeruire. Ad has pueris conuocationes & exhortationes ſenes etiam ipſi cum iunioribus cõcurrebant, & miro modo defectabantur in prudentia, & reſponſis eius. Patrem propium iurantem, uel leuem in geſtibus, aut ebriolum ſi quando uideret, ei compatiendo, & quaſi cum lachrymis arguebat, dicens. Pater chariſſime, nunquid presbyter noſter in Eccleſia dicit, quia qui talia agunt regnum Dei non poſſidebant. Matrem quoque ſuam, cum in ſolemnitate quadam, optimus ſcarleticis & rubicundis ueſtibus uteretur, cum graui mœrore corripuit in Eccleſiam coram cõfidentibus, digitoque demonſtrans imaginem crucifixi. Intuere mater, intuere, & uideas Dominum Ieſum in cruce nudum pendentem ſanguine rubefactum, & tu te in contumeliam eius ueſtibus ſcarleticis adornaſti? Caue mater, caue chariſſima, ne pro rubore ueſtium pœnas æternalis ignis incurras. Nec mora, mater uerbum filii non modicum exhorreſcens ueſtes depoſuit, & eis uel talibus uti ulterius penitus abnegauit. Sed quid moror? Impoſſibile quidem eſſet uerbis unquam attingere, quanta dignitas morum eius, quanta in oratione ſedulitas, quanta oculorum grauitas, quanta incedentis humilitas, quãta in loquente congruitas. Et hoc quidem mirabilius omnib. excedebat, quod ætas tantum & membra exilis corporis, puerum oſtendebant, mores uero & geſtus eius perfectiſſimum uirtutis uirum in omnib. prædicabant. Hic nondum ſeptemnem impleuerat ætatem, & conſummatus in breui explenit tempora multa. Placita enim erat Deo anima eius. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ipſius, aut fictio deciperet animam eius. Appropinquans ergo morti, confeſſus eſt ſacerdoti, ſacramentũ corpus Chriſti poſtulauit. Sed cum hoc propter generalis Concilii uetitum, ne in ætate tali puero conferretur, ſacerdos facere, non auderet, puer cum maxima orationis gratias extenſis in cœlum manibus, dixit. Tu noſtri Domine Ieſu Chriſte, quod ſummum deſiderium meum eſt, te habere. Petiui te, fecique quod debui, & ſpero confidentius, quod tuæ præſentia non fruſtrabor. His dictis parentes circumſtantes & flentes conſolatus eſt, & ad meliora prouocans, inter uerba exhortationis, orationis, & laudis ſpiritum Deo reddit impollutum. Nec mora ſine ullo interſtitio habitus ordinis fratrum Minorum, tunica uidelicet cum aſſuto caputio, quæ ſuper eum extenta iacebat, repente diſparuit, & nunquam poſtea uiſa fuit. Igitur, poſt mortem eius, cum ad ſepulchrum illius ſtantes quidam de fratribus, pſalmum De profundis dicere uoluiſſent, nullo conatu, nulla iteratione, huc finire, uel dicere potuerunt, uidelicet ut hoc daretur intelligi, nullis iam ſanctam animam orationum ſuffragiis indigere. Credo quod & idem mihi ad ſepulchrum illius contigerit regitanti. Parentes uero pueri, poſt mortem eius, in tantum exemplo filii profecerunt,

Digitized by Google

vxoria obiectamenta ſeculi deſerentes, pater ordinem Prædicatorem, mater autẽ Ciſtercienſem ordinem, ſimul ijſdem temporibus intrauerunt. libr. 2. c. 28. part 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

EXEMPLVM LVII.

Affectum parentum, & amicorum Albertus puer vicit, prædicator efficitur, & per eum miro modo Pulcher Theutonicus conuertitur.

SImili deuotione, etſi non ſimili ætate, quia adultus magis, puer nobiliſſimus annorum tredecim, in Theutoniæ partib. fuit. Hic filius Comitis de Flandrebercha mater miſſus eſt ad regem Franciæ cognatum ſuum, cum eius filijs educandus. At quoniam mos eſt maxime in alienis partibus compatriotas ſibi inuicem congaudere, accidit vt dictus puer, Albertus nomine beatiſſimæ memoriæ fratrem Iordanum, magiſtris ordinis Prædicatorum, natione Theutonicum, eo tempore Pariſijs cõmemorantem, & alios fratres Theutonicos viſitaret. Cumque id ſæpius & diutius faceret, ex collocatione ſancti viri, puero cœperunt terrena vileſcere, & placere cœleſtia concepitque intrare ordinem, & apud magiſtrum Iordanum occulte pro ordine petere. Erat autem puer parum per imbutus literis. Sed Magiſter inconſtantem ducens affectum pueri, cum ad regimen Comitatus ſui, cuius ſolus puer legitimus hæres erat, vt manſuetudine ſubditos gubernaret, potius hortabatur. Factus ergo puer annorum ſexdecim, per ſolemnes nuncios a matre mandatus eſt, quaſi ducturus vxorem nobiliſſimam, & Comitatus gubernacula ſuſcepturus. Pater enim eius iam longa ætate ſenuerat. Dicit ergo puer militibus, & ſeruis ſuis. Eamus videre compatriotas noſtros fratres ordinis Prædicatorum Pariſijs, antequam redeamus veniés ergo cum ſuis omnibus ad domum Fratrum, in conclaui ſeorſum Magiſtrum vocauit, & fratres, quorum pedibus prouolutus, dixit: Conteſtor Deum coram vobis, quod hodie paratus ſum mundum deſere, & vobiſcum in ordine Chriſto Domino noſtro deſeruire. Quodſi volentem reſpuitis, videat, & iudicet ipſe Deus, & non inultum ita a vobis meum ſanguinẽ patiatur. Hæc vt dixit puer, Magiſter fleuit, & fratres, & attoniti in verbi eius arctati ſunt ſpiritu, & ſoli Domino negotium commiſerat. Conuocato conuentu, cauſam, & verba pueri diligenter expoſuerunt, & receptũ ſtatim habitu ordinis induerunt. Quod vbi ſuis innotuit, planxerunt valde, & ad patriam reuerſi rumores triſtiſſimos parentibus detulerunt. Cuius pater ſenex aſſumpta copioſa multitudine, venit Pariſios, & cum filium violenter extrahere conaretur, ferè a nouitijs fratribus laceratus membratim, ad patriam infecto negotio eſt reuerſus. Erat autem ea tempeſtate Pariſijs Archidiaconus quidã Theutoniæ, ſpecioſus forma præ omnibus clericis ciuitatis, Theodoricus nomine, nec abre Pulcher Theutonicus cognomento. Hic quidem ex matre dicti adoleſcentis auunculus erat, qui turbatus grauiter de conſobrino, diu diſtulit videre illum. Tandem autem cum repatriare deberet, mandauit ei per clericum ſuum, quòd ad uidendum eum ſequenti die ueniret. Quod vt audiuit puer, frater Albertus, cucurrit ad magiſtrum, currit etiam ad fratres magis ſpirituales, ſupplicat omnibus vt pro auunculi ſalute, quem ſincerius diligebat, Dominum exorarent. Quo facto, venit Archidiaconus auunculus eius: & in capella ad colloquium conſederunt. Et mox obortis lachrymis dixit puero: Quomodo hoc chariſſime: facere potuiſti, vt matrem tuam ſororem meam, quæ te ſolum in filijs ſuperſtitem habuit, & me auũculum tuum, qui te præomnibus diligo, deſereres? Et nunc, vt audio, mater tua præ triſtitia moritur. Ego autem poſt ingreſſum tuum ferè moriturus elangui: nec vnquam vllo ſolatio reuelabor, niſi videam te infra annum probationis, licite ad ſeculum redeuntem. Cui puer cum mira oris gratia reſpondens: quærit: Ecce trium imaginum figuræ pictæ in feneſtra vitrea coram nobis, quinam ſunt illi chariſſime, quorum memoriam repræſentant? Nõne Chriſti & matris ſuę, & Ioannis cõſobrini eius inter cæteros prædilecti? Ex his verè conijcias, quòd & Chriſtus multum dilexerat matrem, & in tantum ex paſſione cerneret cruciari, vt animam eius doloris gladius pertranſire: conſobrinum vero dilectum

Ioan-

Ioannem Euangeliſtam, grauatum vltra quam credi poteſt, doloris anxietate videret, tamen cum potens eſſet de cruce deſcendere, noluit propter illos, ſed in cruce perſtitit morturus. A ſimili me ſcias cariſſime huius religionis ſanctæ crucem cum Chriſto, & pro ipſo Chriſto Domino conſcendiſſe, & licet matrẽ mori videam præ dolore, & te cariſſime periclitari, in cruce tamen viq; ad mortem immobilis permanebo. Et hanc quidem ſi credis mihi, aſcendes & tu: nè te mundi huius, vt cœpit damnabilis labyrinthus inuoluat. Quid plura? Reſolutus Archidiaconus in maximas lachrymas, corde compungitur, conſcientiæ ſtimulis agitatur, & non ualebat reſiſtere ſpiritui, qui in puero loquebatur. Super hoc inſtitit orationibus iuuenis, & tandem in paucis diebus Archidiaconum flexit ad ordinem, mirante clero, & populo ciuitatis, quod tam cito leoninum animum ad tantã humilitatẽ verba pueri domuiſſent. Creuit autem puer frater Albertus in uirum perfectum & bonum: & uſque hodie prædicator nobiliſſimus declaratur. Hunc Dominus Papa Epiſcopum maximæ ciuitati præficere uolnit: ſed vir ſanctus reſtitit, memorabili uerbo dicens: Securius & lætius moriar frater ordinis, quam ullo unquam Epiſcopatus honore ſublimatus. lib. 2. c. 28. par. 11. 12. 13.

EXEMPLVM LVIII.

Beatæ Mariæ ſalutationem ſæpe repetens, & religens miles moritur, & ex eius ore lilium hanc ſalutationem continens excreuiſſe cernitur.

ERat quidam emeritæ militiæ ueteranus, qui ſeculo, etſi tarde, renunciãs, ſanctum Ciſtercienſem ordinem intrauit. Quæſitus autem a magiſtro nouitiorum ſi ſciret orationem Dominicam, ſcilicet Pater noſter, negauit, ſe nunquam diſcere potuiſſe conteſtans. Quid plura? Fit labor inanis ut diſcat, & cum non poſſet. præcepit Abbas ut ſalrem illi breuem Angelicæ ſalutationis uerſiculum inculcarent. Quod etſi multo & diuturno labore, factum eſt tamen. Cum enim ad exhortationem magiſtri ſui ipſum uerſiculum inter prandendum ad unamquamque bucellam fere, ne obliuioni traderet, ruminaret, ex frequenti, & longo uſu, tantam in ipſa ſalutatione mentis dulcedinem concepit, ut cordi eius & ori ſola memoria matris Chriſti indelebiliter adhæreret. Contingit ergo, ut poſt aliquanta annorum curricula ueteranus ille deuotiſſime moreretur, & ſepeliretur in cæmeterio inter fratres. Mira res. De tumulo eius non multo poſt a parte capitis, arbor naſci ignoti generis uiſa eſt, cuius folia literis aureis inſignita, Aue Maria gratia plena, notabiliter ſingula continebant. Quod ubi notum fit Diœcetano Pontifici, ad locum uenit ipſe miraculi, radicem arboris per effoſſionem diligentem ſcrutatus eſt, & eam de ore ueterani illius ortum habere probauit. Nec mora: ubi diuinæ oſtenſionis arbuſcula debitum officium exe cuta eſt, in oculis omnium aruit, & defecit. Quicunque ergo matri Chriſti cupis eſſe deuotus, ſalutationem iſtam frequens & deuotus ingemines. Nec credo illi quicquã gratius uocalis laudis offerri. li. 2. c. 29. p. 9.

EXEMPLVM LIX.

Mariæ ſertum ad inſtantiam auunculi perſoluens uagiſſimus iuuenis mirabiliter conuertitur, ſed mirabilius per Mariam ad cęleſtia regna uocatur.

IVuenem fuiſſe noſtro tempore in Germanię partibus certa relatione didicimus Hic mortuis parentibus prauorum conſilio depraũatus, hęreditatem pręclaram in ludo teſſerarũ & tabernis totaliter diſſipauit. Hic uagabundus & miſer per patriam ferebatur: qui etſi alias ſtultus, caſtitatem tñ corporis obſeruabat. Quem quidam miles, patruus eius, nõn modice miſeratus obuium die quadã alloquitur, dicẽs: Male te competit conſobrine chariſſime taliter oberrare, qui clarus genere probum uirum, & magnũ efficere potuiſſes, niſi te talis inſania rapuiſſet. Cuius verba cum quaſi muliebria iuuenis derideret, ſubiunxit miles: Eſt ne aliquid chare fili quod tu prò me facere curares? Cui ille: Eſt vtique. Cui miles; Volo ergo vt glorioſam Dei genetricem Mariã ſalutes quinquaginta vicibus omni die. Cui cum cachinnãdo reſpõderet: Hoc ſemel faciam, & non omni die. Patruus inſtitit, dicens; Hoc te facere omnibus modis oportebit, ſi quando te oculis miſe-

miſericordiæ ſuæ gloriosa uirgo reſpiciat, & pro tua miſeria filium tuum interpelles. Ad hanc ille uerba annuit iuuenis, & receſſit inde. Post annum contigit patruum uidere iuuenem, quem etiam ſi promiſſum ſeruaſſet interrogat. Et ille. Seruaui, & inquit, & nolle me uilatenus non obſeruaſſe. Remiſſius enim mihi eſt, quam ante in uanitate mundana. Cui patruus cum gaudio dixit. Ergo in ſequenti anno ſeruitium tuum Chriſti matri in ſalutationibus duplicabis. Et iuuenis. Fiat, inquit. Exacto autem ſecundo anno reuerſus eſt ad patruum dicens. Iam ſuffragente matre Chriſti, omnis uecordia miſerimi mei ſtatus euanuit & firmo benefaciendi propoſito, uoluntatis meæ conſtantia ſtabilitur. Cui patruus cũ lachrymis dixit. Benedicta ſit pietatis mater, & tibi quoque chariſſima grauitas refero, quod ſalubri conſilio credidiſti. Nihil ergo reſtat, niſi ut anno præſenti propoſitum tuum fixum experiar, & a dignum inuenero, condignas tibi nuptias procurabo. Tu autem medio tpe auxiliatricem tuam, in ſalutationibus trium quinquageſimarũ uel quinquagenarum ſedulus honorabis. Conſentit iuuenis. Stabilis inuentus eſt, & reuoluto anno perfecit patruus quod promiſit iuueni, conquiſiuit nuptias, & inſtaurato conuiuio, ex utraq. parte conueniunt parentalę. Poſitis itaq. menſis, & lotis manibus, cum iam ſponſus, & ſponſa comeſturi pariter conſediſſent, ex inopinato memor ſponſus, nondũ ſe ſponſionis debitæ ſalutationes, illa die gloriosæ uirgini, occupatus aliis perſoluiſſe, repente ſurgens, furrat patruo, ut paululum induciet fercula miniſtranda. Quo annuere, ſoluus iuuenis intrat thalamũ, ſoluit matri Chriſti, qđ nouerat tanto deuotus, quanto ſe clementius probauerat exauditum. Nec mora, ubi extremã ſalutationem tertiæ quinquagenę iam compleuit, apparuit illi gloriosa uirgo lucidior ſole, tres rogas in ſua tunica iuueni, unã anteriorem, & duas laterales oſtendens. Ecce, inquit, ſaluationis tuæ literis aureis ſcriptæ, quibus in tribus quinquagenis me ſedulus honoraſti. Et quoniam in tuo corpore, licet uanus & uagus, uirginitatẽ conſeruaſti, mox te febris lenta corripiet, & ad me die tertia ſine ulla carnis corruptio peruenies. Hoc dicto gloriosa uirgo diſparuit. Iuuenis autem egreſſus hortatur omnes lętari, epulari, & gaudere, ſe uero appetitu comedendi deſtitutum & ad præſens cum eis eſſe non poſſe. Singulis ergo ad menſam conſidentibus, & comedentibus, iuuenis interim lectum aſcendit, & facto prandio, ſpõſam ſuam, patruũ & amicos in thalamum conuocauit, & eis quid ſibi contigerit, uel dictum fuerit intimauit. Mortuus eſt ergo iuuenis tertia die, ut prædixit. Sponſa ne eius nulli poſtea nubere uolens, in ſancta uirginitate permãſit. lib. 2. c. 29. par. 6.

EXEMPLVM LX.

Bona iniuſte retinens nunquam mortis ſẽtentiam euaſiſſet, niſi per Mariam uirginem reuixiſſet.

VIdi, & cognoui iuuenem in Brabantiæ partibus generoſum, qui quamuis eſſet ſeculo peditus totaliter, beatæ tamẽ uirgini Mariæ deuotus, quotidie tres dictas quinquagenas in ſalutationibꝰ exoluebat. Infirmatus autem, ad extrema perductus eſt. Cumque per horas diei plurimas mortuus iacuiſſet, reuixit, ſubito, & ſorori moniali, quæ iuxta ſedebat, inclamauit, dicens. Soror ecce redii, cito aduocari facias ſacerdotem. Mirantibus omnibus presbyter aduocatur, & in maxima cordis lętitia palam omnibus confitetur, dicens. Ad tribunal Chriſti iudicis raptus cum in tribus maxime a dæmonibus accuſare, ferrique deberet ſententia contra me, piiſſima mater Chriſti rogauit filium, ut ad corpus reduceret, locum pœnitentiæ ſuſcepturus. Nec mora, factum eſt ut rogauit. Vnum de peccatis pro quo damnatur erã, erant decimæ, quas de bonis & agris meis ſubtraxeram ſacerdoti. Secundum erat, quod cum ſodalibus meis piſces quorundam religioſorum furtiue ſubtraxeram. Tertium erat, quod ſegetes & fruges pauperum cum canibus uenaticis uagabundus deſtruxeram. Hæc cum coram omnibus loqueretur, quidam ex manſionariis dixit Et cor, inquit, pro damno iſto extremo damnandus eras, cum nos illud uobis puro corde remiſerimus? Et ille. Mihi quidem veſtra remiſſio, nequaquam ſufficerat de ſalutem, cũ copioſios eſſem uobis

bis in iniurijs refundendis, quam vos mihi in iniurijs dimittendis. Et hoc dicens, reſtituenda damna protinus aſſignauit, ſicque, diſponens rebus & domui, in ſpe & pace mirabili ſpiritum exhalauit. lib. 2. c. 29. part. 8.

EXEMPLVM LXI.

Maria virgo inceſtam Agnetem contra dæmonis fallaciam iuuit, & per eam Iudæam quandam mirabiliter ad fidem conuerit, & eandem Agnetem a morte liberauit.

ERat in partibus Theutoniæ monaſterium virginum, quo bellorum euentu funditus deſtructo, ad domos parentũ puellæ redire compulſæ ſunt. Quarum vt pulcherrima, Agens nomine, ubi ad patrem militem rediit, ab eo violenter oppreſſa, mox imprægnata fuit. Ad partum ergo appropinquans, fuit anxia ad deuia, & partu edito, ad eſt diabolus in ſpecie monachi, qui ſe eius conſobrinum conteſtans, & conſcium facti eius, dixit ad eiulantem, & quaſi præ triſtitia deſperantem. Ne tu chariſſima per partum editum cum patre & parẽtibus confundaris, paruulum in ſtagnum proximum proijce, ſi enim vixerit, latere non poteſt. Tunc mater, miro certaminis pondere fatigata, tandem poſt lachrymas, poſt dolorem, vicit et ubeſcẽtia maternum pectus, & mox paruulum ſubmerſit in ſtagnum, & ſtatim diabolus admirè tabeſcentem dolore coniecit. O inquit omnium feminarum miſerrima quid nunc reſtat? Melius eſt, ut ſine ſcandalo tui & tuorum, & grauiore mortis periculo facta mihi cõfeſſione in aquã cum filio te ſubmergas. Hoc audito, inclamans mulier, exhoreſcit, & gloriоſam virginem matrem Chriſti inuocat contra diabolum adiutricem. Nec mora, vidit dæmonem cum fumo teterrimo diſparentem, & mox effuſa in laudem matris Chriſti ad ſpem meliorem in prece, & lachrymis confortatur. Venit ergò in proximam ciuitatem, & hoſpitio ſuſcepta ab honeſta matrona, locata eſt ab eadem cũ quadã Iudæa, Sara nomine, vt eius paruulum enutriret. Manſit ergo annis quinque cum eadem Iudæa, in tãta cordis triſtitia, vt vix eam quis poſſet uidere ridentem. Bis in pane, & aqua per hebdomadam ieiunabat. Interim Dominæ ſuæ Iudææ de fide Chriſti, & bonitate, & pietate matris eius, vt erat fœmina prudens, & eloquens, prædicabat, & ſenſim cor illius ue ba ædificantia, & efficacia penetrabant. Cuius hortatu orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem addiſcens, Chriſtum & matrẽ eius quotidianis præcibus inuocabat. Hinc factum eſt, ut nutrix ipſa, cuidam Fratris ordinis Prædicatorum, nomine Conrardo, confeſſa, mitteretur a Papam. Obtenta igitur abſolutione, ad patriam eſt reuerſa, & accelerauit viſitare Iudæam dudum Dominam ſuam. Quam illa gratulabundè ualde ſuſcipiens, rogauit feſſam quieſcere ſuper lectum. At ubi ueſpere Iudæus venit, & cognouit hanc eſſe nutricem, quaſi in furiam raptus eſt, ſuſpectam enim eam, quaſi peruertricẽ ſuæ vxoris habebat, Certè inquit, male venit huc inſidiatrix iſta, iam enim occidam eam. Et mox extracto capitulo, inuadit dormientem, & tria dedit ei vulnera circa & intra cor. Hoc viſo Iudæa horruit & intrans thalamum obſeruauit. Hinc noctis medio, facto ſigno, Iudæus ſynagogam cum vicinis intrauit. Iudæa autem poſt luctum obdormiens, in ſomnis vidit gloriоſiſſimam Dominam cum duabus puellis ad occiſam mulierem intrantem, & ex tribus pyxidibus quas ferebant, unamquãque vnguine ſalutari, in re diuinum ſtatũ, mortis vulnera reducentem. Intuere lector mirare miraculum. Iudæus mane rediens, occiſam fœminam non inuenit, credebatque quod uxor ſua cadaue mortuum ſubterraſſet. Hoc idem de uiro, uxor illuceſſente die, credebat, & ſuper hac re neuter alterum requiſiuit. Vix dies xl. completi ſunt, & ecce uenit mulier peregrina. Iudæamque, & uirum eius ex parte Agnetis officioſiſſime ſalutauit, & abijt. Tunc Iudæus uxori ait, quid eſt quod illa uiuit? nunquid occidi eam? Cui vxor. Potens eſt, inquit, Chriſtus Dominus eos mortuam ſuſcitare. Et Iudæus Hoc eſt, inquit, quod ſemper timui, quod te apoſtatam, duceret in errorem. Nec mora, hæc dicens comprehendit uxorem, & in thalamo duobus annis recluſit obſtrictam. Hinc accidit, ut ad remotiora tendens Iudæo, uxor euaderet, & cum duobus paruulis, tertium gerens in utero, ad eccleſiam fugit, & cum gau-

gaudio fidelium, qui eam ditissimam & honestissimam uerant, baptisma suscepit. Hanc postea tres filii eius adolescentes, & vna filia cum secuti sunt, & fidem alacriter susceperunt. Mansit autem post baptisma cum filiis dicta dudum Iudæa in Coloniensi diœcesi, & mutato nomine, uocata est Hertrudis, & inuenit Agnetem quondam nutricem suam, ibidem manentem, & de conuersione eius ualde gratulantem. Quæsiuit ergo ab Agnete Gertrudis quomodo reuixisset? Et illa mirata subrisit, dicens: Quare nunquam mortua suscitarer. Ad hæc stupefacta Gertrudis. Vere, inquit, uidi, quòd te uir meus tribus vulneribus cultro confodiens, occidit. Et ille ait. Nouit Christus omnipotens, quod, in somnis tantum me vidisse, & non sensisse, occidi. Mane vero offensam viri mei, si manssissem, præcogitans, omnibus insalutatis recedere festinaui. Nec mora, Gertrudis apprehensa veste circa collum Agnetis lacerauit eam, simulque cilicium quo induebatur ad carnem vsque ad pectus medium, & inuenit manifestissimas trium vulnerum cicatrices. Manifestata sunt hæc Archiepiscopo Colonienſi Domino Conrardo. Mortua est autem Agnes in maxima pœnitentia & feruore spiritus. Annus secundus M. scilicet CCLXV. eo tempore voluebatur, quo ipsa Agnes a Iudæo occisa est, & per gloriosam Christi matrem & virginem suscitata. Gertrudis uero superstes est, miro fidei calore succensa. lib. 2. c. 29. par. 15.

EXEMPLVM LXII.

Mariæ nomen libenter audiens Rachel Iudæa ad christianissimum conuertitur, & mirabiliter a beata vergine adiuuatur.

Vna in Brabantiæ partibus Cisterciensis ordinis monialem in qua conuersa de Iudaismo, opus diuæ Mariæ matris Christi gloriosius excellebat. Annorum nõ plene quinque, in domo parentum Iudæorum aduertere cœpit animo: cur distinctio nominum fieret Iudæorum pariter & Christianorum, cum vnius vultu atque loquelæ homines essent vtriusque gentis. Mira talis puellæ discretio. Inhærebat tamen, ut postmodum retulit, auidius audienti, magis Christianum quã Iudaicum nomen. Et specialiter beatæ Marię nomen lætabatur audire, cum Christiani aliquid inuicem petere solebant. Furabatur autem sua utraque assella panem de mensa parentum & pueris occultem mendicis partiebatur, ut regratiãdo sibi, Mariæ nomen audiret. In his ergo de tempore in tempus mire proficiens, ita sagaciter sagitabat, ut neuter parentum aliquid super cogitatu filiæ aduertere posset, vel audire. Contigit autem ut parentes eius a Colonia in Louanium Brabantiæ oppidũ cum filia deuenirent, ubi cum successu temporis in domum cuiusdam præclari presbyteri, magistri Reineri nomine, puella cum christianis pueris aduenisset, & eam ex nomine nouisset presbyter, eamque uenire libentius ad se frequentius aduertisset, interrogauit ea, dicens. Visne Rachael charissima, nam hoc illi nomen erat, fieri christiana? Et illa; Volo, inquit, dummodo erudias me quid sit fieri Christianam. Tũc presbyter, ut uir sanctus mire gaudens, in spiritu sentiebat de puella futurum nescio quid diuinum.

Et incipiens a constitutione mundi, cœpit illi scripturas exponere, per quas fides Christi, uel ipse Christus significari poterat, uel ostendi.

Quarum expositiones, vt mihi ipsamet dixit, ita integro sensu in illa ætate sex annorum tunc, & dimidij discretione spiritus intellexit, ut rarò oporteret presbyterum rationem aliquam iterare. Hæc eruditio fere per annum dimidium perdurauit, occulto aditu per quem furtiue, & opportune raptim puellam docebat. Et uide admirationis insigne prodigium. Nunquam Rachel auditu uerbi Dei gratiari poterat, uel lassari, cum tamen presbyter & Martha ministra eius, mulier religiosa, & prudens ualde, ambo frequenter lassari sibi inuicem succederent in docendo. Quid plura? Mox ut parentes in filia cœperunt aduertere cogitatum, conuenientibus Iudæis pluribus conuenerunt in hoc, ut missam filiam de Louanio ultra Rhenum sponso traderent arctius conseruandam. Quod ubi puella cognouit, presbytero cum lachrymis indicauit, ut si illam eadem nocte non raperet, & Christianam efficeret, perdita esset in perpetuum, & confusa. Quod audiẽs presbyter, puellæ præcepit, ut ad solitum

aditum

aditum ſummo mane veniret. Quod cum incunctanter annueret, de veſperi matri ſuæ dixit. Sola mater volo hac nocte iacere. Quod dum ſimplex puella dixiſſet, & diutius renuiſſet mater, conſenſit tandem, eidem ſuper cervical ad pedes ſuos lectulum præcipiens præparari. Iacente ergo puella vſque ad mane, & obliuiſcente penitus quod presbytero præcedenti nocte promiſerat, aſſitit illi gloriosa mater Dei Maria in habitu candido ſuperniuem & offerens illi virgam ſplendidam quam geſtabat, dixit. Surge Catharina, & ne tarda ſurripe, grandis enim tibi reſtat via. Hæc illa dicente: Rachel virgam apprehendere credens, de lecto cecidit & exclamauit, cuius clamore excitata mater, & quærente clamoris causam; filiaque cautius diſſimulante, mater protinus obdormiuit. Et Rachel ſurgens, ad cõdictum locum presbyterum mox inuenit. Qui lætus aſſumpſit eam, & venit ad monaſterium, quod Pratum Dominarum dicitur, quod erat ad leucam dimidiam a dicta illa, & gaudentibus cunctis baptizauit eam, nomen Catharinæ imponẽs ei, quo uocata prius erat a Chriſti matre. Statimq. habitu ordinis induit baptizatam. Nec mora, ut audiuit pater & amici eius quod geſtum eſt, conſternati ſunt, & per ducem Dominum terræ & per Epiſcopum Leodienſem, tandem per Papam honorium datis maximis pecunijs laborauerunt, vt infra ætatem legitimam filia ablata parentibus redderetur. Quæ ſi in domo parentum uſque ad duodenem ætatem, perſeueraret in fide ſuſcepta, tunc iuſte Chriſtiano nomini reddi poſſet, cogitantes nequiſſime medio tempore infantilem animum facilius inflectere poſſe, ut ad natiua parentum uota reduret. Horum fraudulenta conamina, proh dolor! multi magni & literati uiri, pecunia ſuſcepta tuebant. Pro quo presbyter ſupra dictus non modice tribulatus, ſolum Chriſtum & matrem eius, quæ auctrix fuerat huius facti, multis lachrymis inuocabat. Miraſtes, & uſque in præſens cunctis ſeculis inaudita. Petijt a presbytero ad omnem citationem, & iudice ipſa della deduci. Forſan, inquit, iudices flectentur ætate, & ad mei piaculum mouebuntur. Et factum eſt ut petiuit & dixit. Venit enim quadam die apud Leodium uenit coram Epiſcopo, clericis, & magnatibus diuerſis, aduocatos & iudices tam continuo, quam ueridica ratione confudit & mouit, ut uoces ululantium, & clamantium cum lachrymis præ ſtupore in Eccleſia ſancti Lamberti a locis diſtantiſſimus audirentur, ita ut omnes manifeſtiſſime discernerent & uiderent, in tam exili ætate diuini ſpiritus ſapientiam præualere. Hinc poſt annos duos ceſſatum eſt a litteris, & aliud deceptionis tendiculum præparatum. Iuuenis elegantis formæ Iudæus, conductus ad hoc, uenit ad monaſterium ſupra dictum. in quo erat puella. & ſimulato animo baptiſma ſuſcepit. Qui cum ſe fingeret nimio modo quærebat ut puellæ, quaſi cognatæ ſuæ, gratia eruditionis loqui poſſet. Dicebat enim, plus ſuper omnium ſermonibus mihi cognatæ uerbum ſalubrius imprimetur. Illa tamen (ut mihi retulit) ſtatim diſcernebat fictum ad fidem iuuenem acceſſiſſe, & ideo nec prece, nec precio, nec ulla obedientia flecti potuit, ut ſolum uerbum iuueni loqueretur. Hæc ut uiderunt Iudæi miſeri ceſſauerunt ab illa, iuuenis autem ad uomitum eſt reuerſus. Hanc poſtea tãta gratia potiri uidimus, ut nihil ea ſerenius uideri poſſet. Cumque nobilium parentes cum multa ambitione uenirent uidere filias, & cognatas, hæc coram imagine beatæ Mariæ virginis veniebat, & gratioſo vultu dicebat: Aliæ ſorores noſtræ moniales a matribus & amicos ſolatium habent, & gaudium: ego autem pauperecula, pupilla, & indigna ad te Dominã, & cognatam meam fidenter accedam: tu ſola præ omnibus mihi eſto refugium & ſolamen. Et hæc dicentem, quis dubitet eam a miſericordiſſima pietatis matre ſolatio, defraudari. lib. 2. c. 29. part. 14.

EXEMPLVM LXIII.

Maria virgo cuidam latroni ſibi deuoto poſt amputatum caput, confiteri poſſe conceſſit.

QVendam in Normaniæ partibus uirum flagitioſum ualde & impiũ fuiſſe audiuimus ſuis temporibus, rapinis, & cædibus hominum debaccãtem, quam

Digitized by Google

quem inimici ſui in decliuo montis cuiuſdam deprehendentes, amputato capite peremerunt. Cuius caput abciſſum, truncō corporis in loco manente, in uallem ſubiacentem deuolutum eſt, clamans horribiliter per hæc uerba? Virgo ſancta Maria da veram confeſſionem. Hoc non paucis horis inceſſanter capite clamantes, unus inimicorum pro ſacerdote cucurrit in uallem. Venit ille, ſed appropinquare non audebat, niſi relatum caput ſuo corpori compaginaretur. Quod ubi factum eſt, aduenit presbyter, fecit, & loquente capite compaginato confeſſionem illius audiuit. In fine ergo confeſſionis presbyter inquirit, dicens: Miro inquit miraculo de te facto, ſuper omne miraculum quod audiui: Et ille: Cauſa, inquit, miraculi hæc eſt. Audiui ad huc iuuenis, quod quicunque quartam feriam in Parabaſbarbum in honorem virginis Mariæ ieiunaret, ueram confeſſionem, antequā ab hac uita diſcederet, multis Chriſti precibus obtineret. Hoc ut audiui, in omni ſceleſtiſſima uita mea dictum ieiunium obſeruaui, alterius uero boni nihil aliud feci. Hoc ſacerdos audito miratus eſt, & ſta[illegible] ubi hoc dicentem & confitentem abſoluit, [illegible]ritum defunctos eſſiuit. Nō ergo lector me non credere neceſſariam ſuper hoc eſſe regulam, ut uirgo Maria hoc omnibus impetret, qui præfictis feriis uelint ieiunare: quamquam gloriosa uirgo in iſto peccatore tale uoluerit miraculum demonſtrare, ut ſedulos dilectores ſuos iuuā dos aſe, & honorandos altius comprobaret. lib. 2 c. 29 par. 18.

EXEMPLVM LXIV.

Maria uirgo cuidam Ciſtercienſi pro graui crimine tribulato ueniam a puero Ieſu mirabiliter impetrauit.

RElulit quoq; mihi frater ordinis Prædicatorum, de cuius ueritate, & ſinceritate non dubito, miraculum de gloriosa Chriſti matre Maria plane pijſſimum. Vir quidam longo tempore deuotus Deō, ordinem Ciſtercienſem intrauit, in quo erſi diu ſancte uixit, tamen tandem, diabolo tentante deuictus in peccatum cecidit, & multis ex hoc occaſionem ſcandali dedit. Pro quo, ut in illo ordine conſtitutum eſt, grauiſſime tribulatus eſt. Ad cor tamen cū amariſſima pœnitentia redijt, & ſe ad gloriosam Chriſti matrem in precibus, & lachrymis cōtulit. In magno igitur luctu per tempus non modicum poſitus, tandem ait quadam orauit, & raptus in exceſſum mentis, gloriosam Virginē uidit, & in brachio eius quaſi lactentem puerum paruulum, ſuper omne pulchritudinem ſpecioſum. Cūque uideret pie matrem filio ſupplicantem, inſtabat ille, ſe a peccato & tribulatione liberari rogitans, & ad gratiam prioris uitæ reſtitui. Sed cum puer quaſi renitens, vultum auerteret, & mater econtra puer in alteram brachij partem transferret, ut commodius vultui eius vultum ſuæ benignitatis ingereret: illeque iterum vultum auerteret: & auerſum mater frequentius regyraret atque rogaret, tandem poſt miram, & piam ſupplicationem, euicit mater in filio, & vultum eius ad placulum ſerenauit, vt peccatum homini ad indulgentiam, & ſtatum prioris uitæ ad gratiam condonaret. Quid mirum? Mariæ.n. ſpeciali priuilegio conceſſum eſt, vt ſecundum prophetam, vtrunque arguere poſſit, & mare tum ponere in ambobus lib. 2. c. 29 par. 25.

EXEMPLVM LXV.

Virgo ſanctiſſima Iachelina in viri habitu patriam fugit. ſiccis pedibus mare tranſijt, & mirabilem vitam duxit.

ROmæ quædam ſanctiſſima virgo fuit, nomine Iachelina. Hæc ſoror nobiliſſimi, & ditiſſimi Comitis Apulliæ, ſapiētia ac decore præſtantiſſima fuit. Quæ cū a fratre Comite tradi nuptijs cogeretur, aſſumpto virili habitu clā aufugit. Directis ergo nuncijs, per omnes vias, frater Comes eam inſequitur via qua fugiebat. Nullum autem effugium ſoror uidens, ad ouiū mare ſe contulit & crucis ſigno ſe ſignans, in mare ſe ex alta rupe proiecit. Quod ubi frater uidit eiulatu magno ſoroi de rupe clamauit. Super omnia mihi ſoror charisſima, reuertaris ad me: cōſtruam tibi monaſterium ditatum copiis, in[illegible]libere ſeruies ſoli Deo. Cuius clamores uirgo ſancta quaſi ſurda aure per

transiens per ampla maris spatia procedebat. Et vide quanta virtus diuini miraculi. Nimirum natandi artis ignara, oculis ac manibus in cœlum extensis, quasi per aridam ambularet, maris profunda transibat. Quo transito, in desertissimis Græciæ siluis trium annis sub virili habitu sanctissimo cuidam seni eremitæ seruiuit, vt sibi spirituale viuendi modum plenius informaret. Inde verens altioris inimici, & nequitias, ne se proderet fœmina, quia eremitæ erga se artifici solito amplius aduertebat, fugit citra mare, in propinquis Siciliæ desertis habitatura, & ibi super arborem adiutorio cuiusdam fidelis viri, arcto valde constructo, tugurio, per nouennium latuit, eodem sibi viro ter eleemosynam ministrante, vt nunquam propter victum descendere cogeretur. Hæc postea Romam spiritu cognate peruenit, & Innocentium Papam tertium, cum omni clero & populo ciuitatis, seuera & audaci redargutione permouit. Hic victus eius longissimo tempore fuit. Ter in hebdomada, nullo adiecto, panem cum aqua comedit, & super nudâ penitus terram, expiata cruce pedibus, requieuit. Talia & his similia de virginibus facta, & gesta meo tempore, si referrem potius mea tempus detereret, quam exempla. lib. 2. c. 29. p. 32.

EXEMPLVM LXXI.

Virginitatem suam filia Viennensis Comitis, inuitis omnibus cognatis suis inuiolata seruauit.

VIdimus enim plures filias Comitum, & Baronum, quæ spretis nuptijs, in monasterijs, vel congregationibus virginum vitam cœlibem elegerunt. Quarum inter ceteras vnam Iolendam nomine, filiam Viennensis Comitis vidi, quæ ad prædicationem cuiusdam fratris ordinis Prædicatorum VValteri nomine conuersa est. Hæc enim Romanorum moderatoris neptis, & Imperatoris Græciæ consobrina, & Achaiæ principis soror a parentibus, & amici præparabatur nobilissimis nuptijs copulari, vt per eam posset eorum posteritas sublimari. Illa autem alias intendens, sollicitauit animo matrem, & sorores in Valle Beatæ Mariæ in diœcesi Treuerensi ordinis Prædicatorum inuisere. Quo ubi venit, cum militibus ex familia, matre alijs intenta, sicut prius ordinauerat, vocatis in capitulum sororibus, votum religionis fecit, habitum induit, impositum responsorium, Regnum mundi ipsamet inchoauit. Quod conuentum lætissimis vocibus prosequentem audit mater, miratur conuentus repentinam lætitiam, mittit, vnum ex suis videre quid esset. Renunciat illa beatissimam Iolendam (hoc enim illi nomen erat) habitu sacri ordinis insignitam. Quo audito, mater attonita, accurrit rapere filiam furibunda, nec cunctata immanitatem loci violenter infrigere, secum abduxit, & in palatio Viennensi acctissimæ custodiæ mancipauit. Et vide qualis constantia vicerit. Cibis tantum regularibus secundum ordinem contenta, alios comedere nulla cogi violentia poterat. Alia quoque statuta ordinis, a quibus corpus uel animus arceri non poterat, vigilantius obseruabat. Detracto tantum illi habitu ordinis violenter, coloratis eam uestibus induebant. Nuditatem enim pati virginalem pudicitiam non dicebat. Quid moror verbis? Per Episcopos Abbates, & Prælatos, & per alterius professionis moniales, & religiosos diuersi generis tentabatur. Nec tamen infra triennium, uel ad reditum seculi, uel saltem ad laxioris uitæ ordinem animum eius conuertere potuerunt. Dicebat enim uerbis innitens Apostoli. In ea uocatione qua uocata sunt, immobilis permanebo. Parentes igitur & amici a reuocatione illius finaliter desperati, eam redire ad dictum locum, & ordinem permiserunt. Vbi tantis exemplis vitæ fulget, vt nulla in ea deesse virtus dignitatis videatur. lib. 2. c. 29. p. 63.

EXEMPLVM LXVII.

Sodomiæ labe se polluens fœmina dæmonem cum indignatione phi, phi, phi, clamantem audiuit.

MIhi per plures annos in episcopatu Cameracensi vices gerenti Episcopi confessionibus audiendis, quædam mulier cum maximo mœrore, & pudore est confessa, se assuefactam scelere sodomitico in lecto lasciuisse, dæmonemq; inter se, & parie-

Digitized by Google

parietem cum cacchino clamantem audiſſe, phi, phi, phi, interiectionem ſignificans indignantis. Qua uoce confuſa mulier, eadem hora cucurrit ad me, & beneficio abſolutionis accepto, pœnitentiam, etiam ultra quam ſtatui, amariſſime egit. lib. 2. cap. 30. par. 4.

EXEMPLVM LXVIII.

Sodomitica fœmina audiuit uocem dæmonis dicentem ſibi, Age miſera, age quod agis. &c.

SEd & aliam per idem fere tempus noui, quæ cum multis lachrymis mihi confeſſa eſt, fere ſe in conſimili uitio polluentem, audiſſem uocem dæmonis, & dixiſſe. Age miſera, age, quod agis, bene tibi ſoluetur in proximo quod nunc facis. Nec multo poſt, ubi mulier confeſſa eſt, & a peccato reſiliit, ex timore maximo mortem incurrit, & quod hic per pœnitentiam non expleuit, in purgatorio diris pœnis exoluit. lib. 2. c. 30. par. 4.

EXEMPLVM LXIX.

Sodomiticus iuuenis pro membro virili inter crura colubrum apprehendit.

VEnerabilis Bonifacius quondam Lauſanenſis Epiſcopus, nunc rector in Theologia Pariſijs, mihi tunc & multis aliis retulit, quendam clericum ſe in confeſſione audiſſe, qui malo aſſuefactus uſu, ſe cõtrectationibus illicitis ad libidinem prouocabat. Proh nefas auditu. Et uide quid ſequitur. Vbi hoc ſemel, ut erat, ſolitus attentaret, manu inter crura loco uirilis membri colubrum apprehendit. Quo facto horrore percuſſus, ad confeſſionem mox uenit, & ibi in multis lachrymis pœnitentiam egit. lib. 2 c. 30. par. 6.

EXEMPLVM LXX.

Sodomiticus quidam nobilis canonicus repentina morte præuentus clamauit, Væ illi, qui me hoc docuit.

ADoleſcens adhuc ſodalem habebam in ſcholis pariſiũ ſtudiorum, charum ualde, pudicum, & bonum, ſed heu poſtmodum a magiſtro quodam ſuo, per huius crimen uitii deprauatum. Admonitus autem per me & alios amicos & familiares ſuos, cur ipſe tantæ nobilitatis uir, talis turpitudinis infamiam pateretur, ceſſauit ille pluries, ſed ſemper iterum in priſtinum labebatur. Ad hunc igitur euentum damnabilem res nefanda peruenit. Venerunt ad eum in ciuitatem, in qua erat canonicus, uiri nobiles, conſanguinei eius, & apud eum hoſpitati ſunt, cũ multo ſeruientium comitatu. Facta autem cœna cũ ſe locatis hoſpitibus, iuuenis ſopori dediſſet, clama cæpit, & auxilium fortiter inuocare. Ad Domini ergo ſui clamorem clientes turbati ſurgunt, & rationem nullam in eius clamoribus aduertentes, concanonicos & Decanum accerſunt. Concitus ille uenit, ad lectulum reſidet clamitantis, confiteri iuuenem peccata adhortatur, & diuino, non humanum auxilium inuocare. Hæc cum Decanus ei magis uocibus inclamaret, tandem poſt diuinã Decani clamantis uocem, eũ terribilibus oculis in ſpexit, dicens. Væ illi qui ſeduxit me. Ad quid, ad quid ſuper me diuinum auxilium inuocabo. Ecce iam uideo paratum infernum, præſentes dæmones, & ad rapiẽdum me terribiliter inhiantes. Cumq. omnes, ut potius cruce ſe ſignaret, cum lachrymis inclamarent, ille quaſi nihil ad uertens, clauſis oculis auertit faciem, & cum diris clamoribus animam exhalauit. lib. 2. cap. 30. par. 8.

EXEMPLVM LXXI.

Sodomiticus quidam cum id malum per ageret, clamas, Vindicta Dei ſuper me, ſpiritum nefarium exhalauit.

SImilis in uitio quidam de Epiſcopatu Camaracenſi cum ſacerdote ſuo accedens ad me, rogabat ut cum abſoluerem quem recidiuantem per annos plurimos abſolueram, & pœnitentiam ei iniunxerã ſalutarẽ. Quem cum ad diœceſanum. Epiſcopum mittere uellem quaſi grauius affligendum, a ſacerdote rogatus ſum ut tali conditione abſoluere pœnitentem, ut flexis genibus coram nobis rogaret Dominum, ut ſi poſtmodum recidiuaret in

altioris ordinis iuuenculam sub religionis specie procurabat. Nacta ergo occasione, cum socia seniore iuuencula monialis presbyterum, uisitauit. Post lautos autem cibos, & potum immoderatum: moniales in uno loco, & presbyter in altero quieuerunt. Mane facto, vetula monialis sociam iuuenculam ad matutinorum executionē officii nisa est excitare. Quam cum strepitu primò, quia silentium tenebat, deinde pulsationibus attētasset excitare, nec profeciſſet, surgens quæsiuit sociam, nec inuenit. Turbata ergo cum tota familia monialis, cum factum præ confusione celare uellent, nec possent, cum horrore, & scandalo multorum, sicut iuuenta fuerant, amborum simul cadauera sunt sepultæ. lib. 2. ca. 30. par. 20.

EXEMPLVM LXXVII.

Oculorum inspicientium se lasciuiam veritaquædam casta, & pulcherrima mulier petiit a Domino deformari, quæ rursum oratione priſtinam formam recepit.

IN partibus Sueuiæ, quas Alemania continet, sicut a fratre VValtero nuper audiui, mulier quædam deuotissima erat, uxor militis, & nobilis, pulcherrima etiam secundum carnem inter omnes patriæ suæ fœminas reputata. Ad hanc uidendam cum multi nobiles, & potentes sæpius conuenirent, & illa pro uisitatione huiusmodi grauiter sępius turbaretur, ne scilicet curiosè uidentibus occasio scandali præberetur, quia secundum philosophum magno cum periculo custoditur, quod multis placet, oratorium tota suum semel intrans, fusius ad Deum lachrymis dixit. Video mihi Christe Iesu ex carne qua induisti me, aliis periculum imminere. Licet enim animum meum fortiter fixeris, ut nulla prorsus vanitate commouear, tamen non modicam pertimesco, dare me posse causam debilibus, ut tentationum cupidine aliqua tenus agitentur. Rogo ergo te misericordissime pater & Domine, ut speciem meā in tantam fœditatem commutes, ut carnis miseræ turpitudo in honore potior sit, quam pulchritudo fuerit in honore. Hoc dicto, statim fœtidissima lepra contabuit uultus eius, erupuerunt pustulæ, oculi tumuerunt, os laceram inepte patuit, nasusque gibbosa deformita e contortus, alienam penitus faciem demonstrauit. Nec mora. Egrediente illa, occurrit maritus. Qui uix eam tantum per habitum agnoscens, quærit si ipsa. Et ea dicente. Ego sum. Mox & illo totus in horruit, & ut uidi familias, omnes simul exclamat in planctum, mirantes i præcipue, quid tam subito Dominæ contigisset. Turbatis parentibus illius, notisque omnibus, & amicis, cō fluitur physicus. Respondet incurabilem esse lepram, nihil aliud esse consilii, nisi quod extra habitationem hominum collocetur. Quod ut factum est, & audiuit Frater ordinis prædicatorum, qui eius confessionem audire solebat, uenit ad illam, & mire gaudentem inueniens, quærit causam inopinati & subiti morbi. Quam ut illa per ordinem enarrauit, frater ille turbatus & miratus non modice, increpauit eā, dicens: O miserrima & stultissima mulierum, quæ in contumeliam & in periculum uiri tui opus Dei in te precum instantia destruxisti, & parentes & amicos tuos, qui Deum laudauerunt & uenerati sunt in te, ad blasphemandum nunc per tale infortunium coegisti. Age nunc charissima, insiste precibus, ut ad contrarium rei gestæ diuinam misericordiam interpelles. Hoc dicto, recessit frater. Illa autem totaliter in lachrymis resoluta orauit Dominū, dicens: Domine pater & dominator uitæ meæ, ut liberiori mente & puriori spiritu seruire tibi, hoc mihi flagellum lepræ a tua bonitate expetiui, sed quia audio a patre meo spirituali, cui tota deuotione con misi me, contra salutem meam hoc a te omnium Domino petiuisse, rogo te per tuam benignissimam charitatem, ut me tuum plasma restituas, secundum quod tuæ placuerit uoluntati. Mira res, uir uerba cumpleuit, & in tanta claritate cutis, & elegantia formæ subito sit facies restituta est, ut nec in ea unius rugæ uestigium, uel saltem tenuissima macula remaneret. Quo uiso gaudit miles, & uxorem reputat sibi quasi reddita rediuiuam. Exultat familia, fama rei gestę diffunditur, lætantur amici, applaudit & patria, & inclyta Christi pietas ore omnium collaudatur. Et uix quidem miles anno dimidio superuixit. Et inclyta mu-

gratulans. Et hinc, inquit, magis te diligo chariſſima. Hæc dicens abijt. Et poſt triduum reuerſa dixit. Veni mecum chariſſima, & eccleſiam pariter glorioſæ virginis viſitemus. Nihil ergò mali ſuſpecta ſimplex iuuencula, paret illi, & cum vetula vadit. At vbi ante portam diuitis tranſeunt, vt præordinauerat vetula, iuuencula rapitur, & protrahitur in conclaui. Anguſtiata ergò iuuencula, & eminus ad aures vetulæ ſe inclinans, ait: Mihi hac nocte contigit ſecundum conſuetudinem fœminarum. Ad horam nunc liberes me cognata dulciſſima, & fide data ſpondeo cras redire. Annuit vetula, conſenſit & diues. Hinc ergo, iuuencula domum rediens, quid fiat excogitat. Præparat de vicina tres fortes, & validas fœminas, & eas cum ſcopis clam in thalamo collocauit. Et quaſi vellet melioribus veſtibus indui, venientem vetulã, velut ad ſuum auxilium, introduxit. Firmatóque oſtio concurrunt fœmine, & nuda tam veſtibus, percutiunt ſcopis miſeram vſq; ad ſanguinis effuſionem. Nec ceſſant a uerberibus donec electuato conamine vetula oſtium exiliuit, & nuda penitus per plateas aufugit. Mirantibus cunctis, quid factum ſit audiunt, & conſtantem in caſtitate iuuenculam per totam ciuitatem extollunt, pluſque lucrata eſt in honore, & gloria bonæ famæ, quam fuiſſet in omnibus copijs, & diuitijs adeptura lib. 2. c. 30. parte 37.

EXEMPLVM LXXXI.

Adulterantem militem ob terrificam faciem homines, beſtiæ, pecudes ceu dæmonem fugiunt maledictum, ſed confeſſionis remedio priſtinam faciei effigiem recuperauit.

QVantum autem malum, & quam deforme luxuria ſit, & ſuper omnia adulterium, Deus omnipotens in quodam milite Theutonicæ demonſtrauit. Hic de latere coniugis intempeſtæ noctis ſilentio exurgens, completo cum aliena flagitio, domum luna lucente redibat. Cuius faciem per feneſtram intrantis vxor eminus contemplata, clamat horrifice. Ad cuius clamorem ancillæ domus, & famuli cõcurrentes mox ad conuitium Domini pariter clamauerunt, quaſi a conſpectu dæmonis deturpati. Quod vt miles vidit, animaduertit faciem ſuam a propria forma receſſiſſe, & diuino iudicio ſecundum vilitatem peccati confuſionis ignominiam induiſſe. Ergo vbi deliruit vſque mane, properat verſus eccleſiam, vt confeſſus ſacerdoti formã propriam recipere mereretur, cui cum vaccæ, & pecudes villæ procedentes ad paſcua longius obuiarent, mox diros dedere mugitus, & quaſi ſubitò minaci fulmine conterritæ, quæque quo poſſunt diffugiunt. Idem paſtores & obuij quique fecerunt. Sacerdos autem in oſtio eccleſiæ ad dicendas horas reſidens, mox vt illum vidit, ſignauit ſe intrans eccleſiam, oſtium poſt ſe clauſit. Tunc miles proſternens ſe ante fores eccleſiæ, Miſerere, inquit, pater ſancte, miſerere miſerrimo peccatori. Non enim ſum ille qui videor, ſed hoc mihi peccatis meis exigentibus accidit, vt in me quaſi larualis facies videatur, ſed pœnitenti iniuge quod vis, & ſic de me quod Deus voluerit expectabo. Nec mora, vbi miles cum mira contritione, & lachrymis eſt confeſſus, continuò larualis illa confuſio deterſa eſt, & propriam faciem cum ſua integritate recepit. lib. 2. c. 30. par. 40.

EXEMPLVM LXXXII.

Caſtus epiſcopus tentantem ſe fœminam cædens in faciem vi verberis deiecit in terram.

VEnerabilis Ioannis Boſnenſis epiſcopi, & poſtea Magiſtri ordinis Prædicatorum, vt a fratre ipſius ordinis percepi, factum commendatiſſimum audiamus Fredericum nuper Romanorum Imperatorem luxu corporis impudentiſſimum, hic beatus vir ſecretius arguebat. Quod licet Imperator patienter audire uideretur exterius, in corde tamen indignantiſſimè grauabatur. Præcepit ergo cuidam ſuæ pulcherrimæ inter cæteras concubinę, vt ſanctum virum ſecretius conueniret, & eum ſi nullo modo poſſet inclinaret ad lapſum. Quod vbi illa ſecretius, conuenientius, & malitioſus attentauit, clam in inſidiis Imperatore cum pluribus contuente, vir beatus manum erigens in ſublimi meretricem

dium in solemni conuentuali ecclesia canonicam est adeptus. Animarum ergo zelo ductus, prædicandi pro parochiali ecclesia commutauit. In qua cum per septennium fructuose multum & fideliter laborasset, prædicationeq. & exemplo animas lucratus esset Christo, quas diabolus conabatur auferre, accidit ut uirgo sexagenaria, quæ cilicium ipsius sacerdotis lauare & mundare solebat, sola sine teste uel socia thalamum ingrederetur. Quid plura? Adeo tam nefandum infortunium res deuenit, ut ambo, sacerdos & mulier antequam separarentur, diu seruato castitatis & uirginitatis lilio frustarentur. Ex qua re mulier in tantum doluit, ut præ nimia amaritudine mortem accelerauerit in planctu. Sacerdos uero expertus incognitam delectationem, in luxuria adhuc, ut credimus, uiuissimus perseuerat. lib. 2. c. 30. parte 47.

EXEMPLVM LXXXV.

Puella quædam casta ad oscula turpia sollicitata, recte sacerdotem percussisse docetur.

EXistens in oppido magno Brabantiæ, Bruxellensi, uenit ad me puella quædam rebus reuera, & formosa, cum multis lachrymis sibi postulans misereri. Quam cum hortarer dicere mihi quid haberet, illa cum ejulatu magno. Heu, inquit, me miseram, quia cum sacerdos quidam uiolenter me uellet opprimere, & oscularetur me inuitam, illum auersa manu percussi in faciem, & pro nares sanguinolentas reddidi, pro quo, ut mihi dicitur a clericis, Romam me adire modis omnibus oportebit. Tunc uix continens a cachinno, & quasi seriore locutus, terrui, illam tanquam grauiter excessisset. Tandem iuramentum eius accipiens, quod staret mandato meo, dixi illi. Sub præsidio iuramento præcipio tibi, ut si ille uel alius presbyter uiolentiam ibi in osculis, uel contrectationibus facere uoluerit, contracto pugno, ualide oculum si potes excutias contrectanti, nec in hoc ulli ordini parcas, quia castitatem tueri licet, sicut corporis uitam, uerbere. Hoc, ut dixi, omnes qui aderant, & ipsam puellam in risum magnum & lætitiam commutauit. lib. 2. c. 30. parte 52.

EXEMPLVM LXXXVI.

Aliud simile.

VIdimus in Galliæ partibus uirginem cuius uirtutem mirabilem non expedit subticere. Hæc utroque orbata parente, in domo fratris militis, loco pedissequæ seruiebat. Quæ cum nullius uirilocos prorsus, uellet admittere ea quadam die in præparanda talia manibus occupata, quidam ex satellitibus eam nisus est osculari, sed frustra. Nam pistillo, quo fabam terebat, cum in capite percussit. Tunc ille læsus; O nequissima, inquit quare me lætantem ludere percussisti. Cui illa subitomachans Ergo, inquit, ludo. In tali ergo rigore uirtutis uirgo nobilis perseuerans adeo famosa effecta est, ut Comes illa de Engolissimo eam cum filia sua regina Angliæ, ut illius instrueretur obsequiis, collocauit. Hæc cum nullo modo postea uirum accipere consentiret, cum multis regiis muneribus & honoribus ad Gallias est reuersa, & in domo hospitali apud Pruuinum humilis soror effecta est, quam nos uidimus eiusdem domus Magistram, & in seruitute Christi labore & senectute confessam. lib. 2. cap. 30. parte 53.

EXEMPLVM LXXXVII.

Sodomita quidam uxorem suam lasciue contrectaris, defluentib. uiscerib. incessum uita decedit.

VIrum quendam fuisse percipimus, qui tali uitio subiacebat, ut nullius ei sufficere delectatio coitus cum uxore, qui in etiam eam contrectationibus illicitis molestaret. Ergo, ubi nocte quadam, relamante uxore, & in precante uindictam Dei, maritus, uiolenter perpetrato scelere, ad uentris officium surrexisset more solito, uentre soluto per secreta naturæ in cloacam uiscera eius descenderunt. Nec mora, clamans reportatur ad lectum, & publica uoce confessus cum durissimo manuum cruciatu, quas quasi ignibus uerentur, abscindi petiit, in horam diei tertiam expirauit. lib. 2. cap. 30. parte 55.

EXEM-

extiterit, pietate commotus, pro eis ſuppliciter Dominum exorauit, vt a pœna purgatorij ſoluerentur. Nec mora, exauditus a Domino, & non tantum cum illis pro quibus orauerat, verum etiam cum alijs multis & ego pariter liberata ad cœlos cũ maxima gloria eſt ſuſceptus. Hæc dicens anima ab oculis mirantis euanuit. Ipſe uero in tranſmarinis partibus exiſtens, ſtatim directo cum litteris nuncio, ſicut anima pro ſigno dederat, diem horamque beati uiri migrantis inuenit. lib. 2. c. 31. part. 3. 4. 5.

EXEMPLVM LXXXIX.

Scandalum ponens ſaluti animæ & conſobrinum è monaſterio extrahens. Præpoſitus Leodienſis, citatus ad iudicem Deum venire compellitur.

MOnaſterium ſancti Iacobi apud Leodium notum multis eſt, & acceptũ. Ittud quidam adoleſcens conſobrinus Eccleſiæ maioris Præpoſiti, cauſa maioris deuotionis & religionis intrauit. Quod vt audiuit Præpoſitus, indigne tulit, & mandat abbati remitti ſibi conſobrinum per clericos. Renuit ille. Tunc Præpoſitus forti manu collecta ſatellitum, intrat uiolenter cœnobium, rapit iuuenem, & nudatũ ſancto habitu, induit ſeculari. Abbas ergo monaſterij collectis primoribus ciuitatis, Epiſcopo conqueritur & totum clerum pro tantis iniurijs interpellat. Hoc cum indignanter audire vix vellet Epiſcopus, & Abbatẽ potius impetereet duris verbis: Abbas flexis genibus, cum moderamine dixit. Iudicem contra te, ò Præpoſite in terra habere non poſſum, & ideo contra te Deum ſummum iudicem interpello, vt infra quadraginta dies vterque noſtrum compareat coram illo, ſententiam pro meritis accepturus. Ad hoc Præſul cachinnans cum ſuis irriſit hominem, atque ſpreuit, & repulit exprobratum. Quid plura? Quadrageſimo die circa horam nonam mortuus eſt dictus Abbas. Et cum pro eo ſolemniter pulſaretur, ſedẽs in balneo Præpoſitus, quæſiuit a circumſtãtibus, quid hoc eſſet. Mox quidam ingrediens, & requiſitus de ſonitu campanarũ, cum reſponderet Abbatem ſancti Iacobi iam defunctum, & pro eo pulſationem fieri tam ſolemnem: illico recordatus Præpoſitus quadrageſimam eſſe diem, qua ſe citatum coram ſummo iudice audierat ab Abbate, conſternatus animo dixit ſuis: Citò, videte quid faciam. Moriturus ego ſum, cõparere me hodie ſummi iudicis aſpectibus oportebit. Nec mora. Poſt hæc uerba, cum balneum egredi feſtinaret, in aſtantium manibus cum diro eiulatu & uocibus expiruit. Illic proculdubio reſpondere compulſus, ubi cauſarum ſtrepitus ceſſat, iuriſperitorum aduocatio conticeſcit, ubi nec preces, nec pretium laborabunt. libr. 2. cap. 55. par. 2.

EXEMPLVM XC.

Puer quidam innocens mirabiliter liberauit, chorizatricẽ a dæmones obſeſſam.

IN Mechlinia oppido Brabantiæ percepimus puella quandam ſacra die Dominicorum iuuenibus chorizaſſe diu valde. Fatigata ergo domum rediit. Nec mora: dormitum pergens, dæmone fit repleta. Qua clamante, ſurgit familia, ligant vinculis læuientem. Mane ad oratorium glorioſę virginis extra oppidum deportatur. Frequenter enim ibi Maria virtutum operatrix, miracula plurima demõſtrauit. Quod vbi ſcholares pueri perceperunt, ad locum vbi uexabatur puella, in oratorium cucurrerunt. Quorum vnus annorum ferè duodecim, audacior cæteris atque ſagacior, cępit compellere & adiurare dæmonium, ut corpus obſeſſum deſereret & exiret. Nec mora. Vbi dæmon circa umbilicum per tumorem ſe eſſe demonſtrauit, dictus puer cum pollice crucem in contrarium fixit, & ſic paulatim per crucem, uerſus os aſcendere compulit, donec eum in ſpecie hirſuti uermis, intra hiatum oris hærentem uidit. Quo, miro conatu, ad inferiora redire uolentes, clamauit populus. Puer inſtanter ſignum ſalutis oppoſuit, & cum maxima uiolentia dæmonem exire coegit. Eiectum ergo in modum hirſuti uermis, puer audacter dextra comprehendit, & in foſſam paruulam, ubi aqua pluuialis conſederat, mox proiecit. Qui ſtatim in oculis plebis totius diſparens, lætitiæ & laudis materiam dereliquit.

Digitized by Google

liquit. Proinde manus pueri a contactu vermis nigredine infecta remansit. Sed protinus aquæ benedictæ lauamento discessit. Sacrosancta ergo res est, esse ab omni labe criminum innocentē: sed simul esse conuenit simplicem & prudentem. li. 2. c. 36. p. 4.

EXEMPLVM XCI.

Castus iuuenis ab ardente fero non vritur, sed corruptus grauiter conflagratur.

PVer quidam in confinio Burgundiæ fuit, qui in monasterio ordinis sancti Benedicti apud Cluniacum ab ipsis, ferè cunabilis innocentissimus ac simplicissimus adoleuit. Adultum ergo iuuenem Abbas suus pro recreatione vel ioco secū profici scisci extra præcepit. Sufferandorum ergo equorum causa, Abbate cum suis ante domum ferraria descendente, miratus ex simplicitate iuuenis, eo quod nunquam tale quid viderat, ferrum cadens, nuda illud manu sine adustione aliqua vel læsura eleuans contrectauit. Stupefactus ergo Abbas, & omnes qui præsentes aderat, innocentiam in iuuene venerati sunt, & rem iterato ac pluries probauerūt. Post hoc, Abbate cum suis alias occupato, iuuenis interiora domicilij est ingressus, vbi vxorem fabri cū puero super genua inueniens miratus, cū parulo cui nunquam simile viderat, iocabatur. Illico mulier in iuuenem, quasi inexpertum malitia stimulata, si talem habere vellet inquirit. Et ille: Libentissime, inquit. Quæ mox nescium ad concubitū instruens puerū sic fieri promittebat. Ergo ubi iuuenis post concubitum innocentia spoliatus, egressus est, ferrum candens vt prius exilti mans contrectare, adustus grauiter exclamauit. Qua in re Abbas turbatus, non modicum admiratus, animaduertis ex interiori læsura animæ iuuenem foris læsum, & priori innocentia, quæ eum contra ignem protexerat, denudatum. Reductum ergo ad monasterium iuuenem Abbas super gestis diligenter inquit, veritatemque simplicissime confitetur. Et sic cum multis lachrymis damnum suum tremebundus expauit. lib. 2. c. 36. par. 2.

EXEMPLVM XCII.

Diffamans alios mendosè, furibundus linguam propriam dentibus laniauit.

NOui ordine, non re: nomine, non actibus sacerdotem. Hic in tantum vitio linguæ deditus erat, vt potius pessima mentiretur quam non iocios vel cohabitantes sibi criminibus infamaret. Hic ante mortem raptus in furiā, tanta in se debacchatus est cædē, vt proprijs dentibus linguā maliloquiam laniaret, & palam cunctis ostenderet, quod quia lingua sua dolosè egerat, & venenum aspidum sub labijs eius, quasi sepulchrum patens guttur illius fœtorem teterrimum exhalaret. li. 2. c. 37. par. 3.

EXEMPLVM XCIII.

Eucharistiam apes facta pyxide cerea, cum odoris concentibus laudauerunt.

NArrante mihi viro sancto Abbate, quodam audiui hominem pauperē in suburbio ciuitatis cuiusdam alueuria apum maxima habuisse. Cumque frequentius pauper apes solicitus visitaret, primū aduertit eas sæpius in die mira alacritate, concinere, & postea, cum curiosius indagaret, saxies interpolare concentus, nec vllis conuehendis cibis operam dare. Nec diu post hæc, cum casu media nocte surrexisset, vidit super apes totum aerem illustrari, & contra cōsuetudinem omnium apū, apes ipsas in nocte cantibus modulari. Stupefactus ergo vir, & frequentius rem probans, ad ciuitatis Episcopum cum suo presbytero venit, narrat de apibus quid agatur. Nec mora præsul in propria persona veritatem explorans, sicut ei dictum fuerat, inuenit. Communicatio ergo consilio probis viris, & euocato populo ciuitatis, quid in alueari sit aggreditur experiri. Et fracto vase, inuenit in modum pyxidis eburneæ vasculum ex cera candidissima in fastigio alueatis, & in ea sacramentum corporis Christi. Circa ipsum vero, apud choros, in modo phlangarum cœlestium, excubias celebrantes. Sublato igitur validissimo clamore cum lachrymis corpus Christi in Ecclesiam detulerunt, & in loco

vbi

vbi inuentum fuit, in remedium languentium innumerabilium, oratorium conſtruxerunt. Cumque tam narrata vbique terrarum fama celebri vulgarentur, duo fures, rei pertenui nouitate, ſponte confeſſi ſunt, quod in vicina eccleſia corpus Chriſti cum pyxide argentea rapuiſſent, & retenta pyxide, ſacramentum corporis Chriſti iuxta tranſeuntes, ſub alueari p dicto in fuga celeri proiecciſſent. lib 2. c. 40. part. 1.

EXEMPLVM XCIIII.

Miſſas indignè celebrantes duo ſacerdotes diuinitus puniuntur.

PRope villam in qua natus fui, ſacerdos lubricus atque immundus fuit. Et cum olim quidem immundis a mulieribus panem illum legalem ſabbathi, ſignificatem panem vinum corporis Chriſti, edere non ligeret, infœlix ille presbyter hunc quotidie, polluto ore, ſumebat. Et uide uindictam Dei. Os eius circa naſum, & mentum, & lingua computruit, vt vix præfœtore ab amicis ultimis ſuſtineretur. Sed & alius in Gallia fuit, vt quondam puer audiui, cuius manus in miſſa ſuper aram extenſæ, igne cœleſti vſque ad cubitos combuſtæ ſunt. lib. 2. c. 40. p. 6.

EXEMPLVM XCV.

Aſſumptionis B. Mariæ diem prior quidam regularium cum quibuſdam alijs occulte celebrans, Angelos reſponſorium, Fœlix namque concinentes audiuit.

VIdi Sueſſionenſem ciuitatem in Gallia excommunicationi ſubiacuiſſe diutius, & non niſi ſub ſilentio, diuina myſteria clericos miniſtrare. In vigilia igitur Aſſumptionis B. Mariæ Dominus Ioannes Prior Canonicorum Regularium ſancti Ioannis in Vineis iuxta muros eiuſdem ciuitatis, aſſumptis ſecum tribus canonicis deuotiſſimis viris, & nunc omnes defuncti ſunt, in montem proximum ciuitati, in loco vbi quondam eremita reſederat, ad celebrandam ſolemnitatem virginis glorioſæ ſeceſſerunt. Inclinato autem die cantantis veſperis, panem & aquam ore ſobrio libauerunt. Et Completorio dicto, poſt orationes deuotas, & longas, membra ſuper nudam humum (deſertus enim locus erat) vt quieſcerent paululum, proſtrauerunt. Nec mora detentior ſurgunt ad matutinas, cantant ſuppliciter & deuotè. At vbi ante Laudes Prior nonam lectionem ex more figuit, ſubito conuentus mirabilis inſonuit angelorum, & reſponſorium: Fœlix namque, altiſſimis vocib. cantauerunt. Quo vſque ad verſiculum dicto, tantum quatuor ex illa innumerabili multitudine verſum, & gloria ſingulariter decantauerunt, multitudine ſemper reſpondente. Poſt repetitionem verò ſecundam, iterato. Fœlix namque, iuxta morẽ Gallicum, quatuor angeli inchoauerunt, & proſequentib. omnibus communiter finierunt. Finito autem reſponſorio factum eſt ſilentium angelorum. Priore autem inchoante: Te Deum laudamus, matutinas cum ſuis laudibus perfecerunt. Quibus dictis, quot ſingultus, quot lachrymæ, quot ſuſpiria, in recordatione ſuauiſſimi modulaminis ab imo pectoris ediderunt illi quatuor beatiſſimi, nõ eſt noſtræ poſſibilitatis euoluere vel effari. lib. 2. c. 4. p 7.

EXEMPLVM XCVI.

Cantantibus, & deſcantantibus canonicis ſolus raucus exaudius eſſe cœleſti voce proteſtatur.

IN Gallia memorabile quoddam circa tempus Philippi regis filij Ludouici regis canoniſati accidiſſe refertur. In quadam eccleſia conuentuali canonicorum ſecularium, præcipua ſancti cuiuſdam feſtiuitas agebatur. In Completorio inter Pater Noſter, & Credo reſponſorium illud. In pace in idipſum, clericis cantantibus, & diſcantantibus ſtatim ubi ſecundam repetitionem poſt Gloria patri finierunt, & ſymbolum fidei, Credo, ſub ſilentio dicere debuerunt, vox cœleſtis omnibus audientibus dixit: Nullus exauditur niſi raucus. Stupefacti ergo omnes, aduerterunt deſpectum quendam cum voce lugubri, & diſcordanti in angulo conſtitiſſe. Nec aliquis ambigebat, eum ſuper quem uox deſcenderat extitiſſe. lib. 2. c. 40. p. 10.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM XCVII.

Sapientiam emens a philoſopho rex periculum proditoriæ mortis euaſit.

ERat quidam nobilis adoleſcens, qui valde ſagax ingenio, regi patri ſucceſſit in regno. Hinc accidit, vt in regia ciuitate nundinis conſtitutis. Rex cum ſodalibus ſuis ad inſpiciendos inſtitores, & res venales circuiret. Et videns hominē grandęuum ætate ſedentem in nundinis, quæriit quis ſit, & ſi quid venale haberet. Cui ille. Dicor, inquit, philiſophus, ſapientiam venalem habeo. Ad hoc gauiſus Rex, & ſubridens. Bene, inquit, vt iuuenem cōſtitutum in regimine mihi competit ſapientiam habere, tu autem videas quantum velis vendere centum marcis Et ſenex. Vnum, inquit, tibi pro ſtatuto pretio dicam, quod ſi bene tenueris, optimè per illud regeris, & reges. Temerè nil loquaris, temere nil attentes, niſi prius cogites quid ſequatur. Si plus volueris, addas, & pretium. Ad hoc igitur omnibus concitatis in riſum, Rex conſiderantius verbi pondus aduertit, & philoſopho ſtatim ſolui pretium promiſſum imperauit. Verbum autem quod acceperat, in ſuperliminaribus & palatij, & in menſis, & in cyphis aureis, & manutergij ſcribi fecit. Hinc poſtea ſucceſſu temporis rex in ſapientia, & virtute proficiens, inſtituit fortius animum, eripere populum humilē de manu potentium, qui a nobilibus terræ grauiter premebatur, & regnum ſuum in omni iuſtitia gubernare. Pro quo nobiles ſui in ſeditionem verſi, cum nequaquam in manifeſto, propter fauorem populi, contra eum auderent aliquid attentare, occultè quendam raſorem pretio conduxerunt, ut regem in conclaui radendum nouacula ingularet. Ergo ubi rex humectata barba ſe radendum exhibuit, dictus raſor in manutergio, quod erat circa collum regis, ſcriptū legit. Temere nil attentis, niſi prius cogites quod ſequatur. Et ſuper propoſito ſcelere pauefactus, expalluit, & manum tremulā mox retraxit. Quo viſo rex cauſam exegit, nec ſine cauſa eum nutum conſiderans, diſſimulantem raſorem, quaſi hoc ex infirmitate contigiſſet, extendit ad pœnam, & veritatem rei cum tormentis extorſit. Sic ergo rex liberatus a morte, vere dicit, quia melior eſt ſapientia cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non ualent comparari. lib. 2. c. 43. par. 2.

EXEMPLVM XCVIII.

Trinitatis myſterium humana ratione nō poſſe comprehendi puer Auguſtinum docet, qui paruo cochleari in paruam foſſam totum mare nitebatur infundere.

EO tempore quo beatus Auguſtinus librum de Trinitate compoſuit, illi tale miraculum Deus oſtendit. Hipponenſis ciuitatis Africæ nobilis, in qua Beatus Auguſtinus Epiſcopatum adminiſtrauit, ſuper littus maris pulcherrimè ſita erat. Beatus autem Auguſtinus in conſuetudine habebat, vt poſt diuinum ſtudium, & laborem, veſpere ſuper littus maris, ſequentibus a longe epiſcopis, & clericis, qui pro conſilio, & negotio uniuerſalis eccleſiæ eum frequentabant, ſolus antecedens deambularet, ne ſcilicet eius contemplationem aut ſtudium colloquentium fabulatio impedit. Cum ergo ſic ſolus incederet, puerulum mirę pulchritudinis ſuper littus maris ſedentem inuenit, qui facta in terra foſſa paruula (ſicut pueri in plateis ludente ſolent) cochleari argenteo aquam de mari hauriebat, & in illam foſſam paruulam effundebat. Quem ut beatus Auguſtinus ita ſeriosè ſedentem uidit, pedem mox preſſit, & ſtetit, procedens inde puerum ſalutat, & inquirit quid agat. Et puer cum magno ſerio reſpondit: Volo, inquit, totum iſtud exhaurire mare, & iſti foſſæ ſi poſſum infundere. Quo reſponſo, quaſi puerili vir ſanctus in riſum decentiſſimum concitatus, reſpondit. Et quomodo inquit, ò bone puer, hoc poteris? Ingens eſt mare, & paruum cochleor quo hauris, foſſa paruula in quam fundis. Et mox puer: Poſſibilius, inquit, mihi eſt hoc facere quod intendo, quam & implere quod cogitas. Ad hoc beatus Auguſtinus mirabiliter ſtupefactus, quid hoc eſſet interrogat. Et puer. Cogitatu, ait, voluis & æſtimas uolumine breui concludere, quid ſit illud indiuiduæ Trinitatis inexplicabile ſacramentum. Et hoc quidem antequam poſſis, iſti

foſſæ

foſſæ paruulæ potius maris vndas infundam. Hæc dicens puer, repente ruina uit. Beatus vero Auguſtinus Chriſtum in facto glorificatus, quam verum puer dixerat, mox adue. ut. lib. 2. c. 48. par. 3.

EXEMPLVM XCIX.

Superbia & ſcientia inflatus, luxurioſus & blaſphemus Simon de Tornaco horribili plaga percutitur, & omni ſcientia ſpoliatur.

MAgiſter Simon de Tornaco Pariſijs in Theologia regebat. Erat excellens doctor ille ſuo tempore, ſed contra decentiam talis officij inconuenienter & superbus. His cum ſuper omnes doctores ciuitatis auditores haberet, & in ſchola coram omnibus de humilitate altiſſimæ doctrinæ, Chriſti quæſtionem, diſputatione præhabita, terminaret, in fine tandem, datus in reprobum ſenſum, in execranda contra Chriſtum blaſphemia verba prorupit. Tres, ſunt, inquit, qui mundum ſectis ſuis & dogmatibus ſubiugarũt. Moyſes, Chriſtus, & Mahumetus. Moyſes primò Iudaicum populum infatuauit. Secundò Chriſtus a ſuo nomine Chriſtianos. Tertiò gentilem populum Mahumetus. Nec mora. Euerſis oculis pro humana, voce mugitum emiſit, & epilepſia ſtatim eliſus in terram die tertia eiuſdem morbi vindictam accepit. Plaga ergo inſanabili eum percuſſit omnipotens, & omni ſcientia vſque ad prima litterarum elementa priuauit: ſed grauiori in anima cum hac plaga percuſſus eſt cum vſque in diem mortis ſuæ quaſi mutus, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & in luxuriæ fæditate permanſi. Et vide ſummæ admirationis miraculum. Aleydem fornicariam concubinam ſuam nominare poterat, & ſciebat: Boetium vero de Trinitate, qui iuxta eum ad ſpectaculum ponebatur, quê olim corde tenus ſcierat, poſt indiram plagam, nec nominare nouerat, nec valebat. Non tranſgrediaris ergo terminos conſtitutos, & pium modum ſemper habeas in ſcriptaris. libr. 2. c. 48. par. 5.

EXEMPLVM C.

Torneamentis dediti mirabiliter & horribiliter a Deo plagantur.

ANno circiter ab incarnatione Domini M. ccxliij. iuxta Nuſſiam ſuper Rhenum oppidum nobile, ad torneamentum multi nobiles, Duces, Comites, Barones, ac milites congregati ſunt. Superuenit quidam frater Bernardus de ordine prædicatorum cum ſocio, rogauit ſuppliciter, & quaſi cum lachrymis, vt ſibi parcerent, & deſiſterent ab inani propoſito, compatiétúque chriſtianitati, & afflictæ matri Eccleſiæ, quæ illo tempore in Vngaria, Liuonia, & Polonia à Tartaris miſerabiliter vaſtabatur. At cum multi eſſent qui ad preces eius libentius deſtitiſſent, quidam Comes de Caſtris, alias de Marcha dictus, ſubſannauit fratrem, & conſentientes eidem. Et congregatis turmis militum, ferale illud torneamentum infæliciſſimus inchoauit. Mane autem eiuſdem diei, vt a pluribus ferebatur, quaſi gleba ingens & læta ſuper aera videbatur, & circa glebam ac ſupra, quaſi coruini generis uolucres crocitando diutius uolitare. Nec credo aliũ quam dæmones hos fuiſſe, qui futuri mali prodigium hoc dederunt. Nec mora. Cum torneamentum hoc fieret milites ac ſatelliteſ in tanta ſtrage, & in tanta multitudine plurimi ad mortem, nonnulli in veſaniam, plerique etiam in languores perpetuos ceciderunt, vt nullus ambigeret ludum hunc non tantum hominum, ſed ueriſſime ultione diuina dæmonum extitiſſe. Omnes uero mortui uſque ad trecẽtos ſexaginta quatuor computati ſunt. Inter quos etiam primus dicitur mortuus Comes. Ille de Caſtris, qui dicto fratri Prædicatori contumaciter contradixit. Sub eadem nocte quotidie hæc facta ſunt, in ſpeciebus militum armatorum iuxta uillam Brabantiæ, quæ Itcha maior dicitur, congregationes fieri a dæmonibus, presbyteroui læteſte cognouimus. Et hoc credo in ſignum lætitiæ tanti mali. lib. 2. c. 49 parte 4.

EXEMPLVM CI.

Torneamentis deditus miles mirabiliter poſt mortem a dæmonibus armatur.

FVit in Theutoniæ partibus, ſicut a fratre ordinis Prædicatorum audiuimus, qui

qui illius terræ incola fuit, milles potens mirè deditus torneamentis. Mortuus est autem miserabiliter sicut vixit. Reliquit autem vxorem valde deuotam, & sanctã, quæ mortuo marito, vt ipsamet magistro Alberto fratri ordinis Prædicatorum cum fletu magno narrauit, & ipse mihi narrauit, rapta est ad excessum mentis, & uidit circa animum viri sui dæmones in magna multitudine congregatos. Dixique vnus eminentior cæteris ad consortes. Ponite caligas in pedibus eius, quarum spicula penetrent a plantis pedum vsq; ad cerebrum. Hinc eum lorica induite, cuius spicula ante & retro penetrent totum corpus. Hinc galeam capiti eius imponite cuius similiter spicula descendendo transeant usq; ad plantas. Hinc scutum collo eius imprimite, cuius pondere membris omnibus conquasset ur. Hæc omnia cum ad iussum principis dæmonum, in animam miseram cõplerentur, dixit iterato dæmonibus: Consuetudo istius erat, vt post torneaméta balneis soueretur, & post balnea deponeretur in lectum, & iuxta eum puella teneriorem, cuius amplexibus & coitu fruebatur. His omnibus aptate similia. Nec mora flammis balnearibus anima cruciata, in lectum candentem ferreum deponitur, & iuxta eum bufo terribilibus oculis ad magnitudinem & longitudinem lecti, cuius complexu, contactu, & osculis adeo exhaustus est, vt magis eum bufonis illius horribilis, quam armorum prædictorum terribilium balnei, vel lecti vexatio cruciaret. Heu quam digna sit pœna talium. Illa autem beata mulier, quæ hæc dispensante Deo de anima mariti vidit, omnibus diebus vitæ suæ exte cordatione visionis adeo afflicta fuit, vt nullus posset ambigere, qui eam antea cognouisset, quin illa supra quam credi potest, cordis incommodo vexaretur. lib. 2. c. 49. par. 5.

EXEMPLVM CII.

Torneamentis deditus miles vulneratur, moritur, infernali equo post mortem insidere videtur, & corpus illius a coruis & milius discerpitur.

VIdi consobrinam patris mei, mulierem annorum centũ & triginta. Hęc in villa, in qua nata erat, iuxta Bruxellam in Brabantia factum huiusmodi suo tempore referebat. In hac villa sexaginta milites arma portantes sparsim per parœchiam morabantur, vbi nunc vix vnus est. Hi omnes cum alijs militibus circumiacentium regionum, sine vllo armorum præsidio, exceptis lancea, scuto, & galea, induti tantum plicata linea tunica, torneamẽta frequentius faciebant. Et contigit hoc frequenter. Vna autem dierum accidit, vt in congressu comparis miles male protectus clypeo, in corde lanceo feriretur. Cum gra ui ergo luctu ad domum propriam corpus examine sic delatum, in locello componitur. Excubias vero facientibus parentibus & amicis, fit media nocte circa corpus mira confusio. Et post horam egressio famulo, & misso pro negotio prope villam, obuius ei in equo nigro factus est miles occitus, & dixit illi: Ascendas retro me & feram te ad locum quo mitteris prope villam Territus autem famulus, vt iussus est ascendit: cum brachijs teneret se ad latera sedentis in equo & nescius, manu vulnus lateris tetigisset, dixit miles: Fortius infige manum vulneri, & extrahe ferrum lanceæ, quo percussus fuit. Tremebundus igitur famulus, fecit quod est iussus. Ad locum autem, vbi transmissus erat, famulo veniente, dixit miles. Descende nunc, & occisori meo specialiter dicas, & alijs omnibus quibusuis, vt veniant ad talem locum, vt uideant iudicium Dei factum de me, & in signũ huius quod me veraciter uideris, ferrum lanceæ ostendas eis. Mane autem facto, famulus ea quæ iussus est fecit Et cum ventum est ad locũ, vbi venire mandauerat, occisor cum alijs inuenit coruorum & miluorum multitudinem infinitam, qui ualidis morsibus cadauer miserabile discerpserunt. li. 2 c 49. p. 6.

EXEMPLVM CIII.

Christus cuidam uiro probo miserabiliter plagatus apparens dixit authores suæ tantæ læsionis fuisse quosdam qui tesseris ludentes iurabant, & blasphemabant.

IN Brabantiæ partibus, urbe Louanio, ciuem uidimus generosum & bonum

qui

qui in nocte sancta paraſceues ad matutinas ſurgens, tranſibat ante cellariũ in platea, in quo perditiſſimi adoleſcentes ad ludum teſſerarum ſedentes, blaſphemijs, & iuramentis ad inuicem contendebant. Tã ſiens autem ciuis, inuenit hominẽs platea ante cellarium, qui cum magno murmure plangebant hominem quendam ignotum plagatum miserabiliter, & ſanguine cruentatum. Qui cum quæreret auctorem læſionis tantæ quis eſſet, reſponderunt. Illi, inquiunt, iuuenes qui hic in cellario ad teſſeras ludunt. Mox igitur ingreſſus ciuis impropere at ludentibus tali nocte, & eos durissime verbis interrogat, cur hominem ignotum ingreſſum ad eos tam crudeliter verberaſſent. Attoniti autem iuuenes, negant aliquem ad eos intraſſe poſt quam conſederant, aſſerentes nullum ab eis verbo, vel verbere laceſſitum. Et mox cum ciue ſurgentes, omnes quærunt hominem cruentatum nec inueniunt. Conuerſique ſinguli ad ſeipſos, animaduertunt iuramentis ſuis terribilibus rurſum Chriſtum Dominum contumelijs affectum, rurſum improprijs cruciari. Hæc cum mihi frater Ordinis Prædicatorum ſub dubio retuliſſet, ergo ipſe indictum vrbem perueniens, interrogaui & quæſiui veritatem rei, & is qui rouit ſub præſtito iuramento narrauit vt ſcripſimus. Addidit quoque quod Dominus domus in cuius cellario luſores ſederant, in dicto facto tanta contritione permotus eſt, vt medi ciue illo qui hoc narrauit, cum vxore omnia bona diuideret, & quæ per vſuram rapuerat, iniuriatis reſtitueret, & vitam ſuam beatiſſime terminaret. lib. 2. c. 49 p. 10.

EXEMPLVM CIIII.

Luſibus teſſerarum ſpoliatus ſagittam in cœlum mittit, & ſanguine tinctam recipit.

FRater quidam Ordinis Prædicatorum bonus & veridicus narrauit mihi, d quidam nudatus ludo teſſerarum adeo deſperatus eſt, vt arrepto arcu, ſagittam in aere iaceret, quaſi ipſum cœli Dominum percuſſurus. Et mox ſagitta reuerſa ante faciem iacentis ſanguine recenti infecta reperta eſt. Qui mox irremediabilibus lachrymis reſolutus eſt, & confeſſus viram ſuam cum mira pœnitentia & deuotione conexit. lib 2. c. 49. p. 11.

EXEMPLVM CV.

Chorizare ſolita in feſtis baculo, quo pila percutitur, occiditur, & eius corpus ab infernali tauro diſſipatur.

IN villa quadam Brabantiæ, vt mihi frater Ordinis Prædicatorum narrauit, mulier procax, & vana erat, quæ in omni fere feſto choreas iungere conſueuerat. Et factum eſt, vt iuuenibus viris ad ſaltum iuxta choream ludentibus, vni eorum pilam ferire conanti, baculus de manu ſambucalis euaderet, & dictam mulierem ducentem choram percuſſam in capite mox necaret. Hæc viderunt omnes, confuſi ſunt, & corpus ad domum propriam detulerunt, & in feretro poſuerunt. Presbytero verò cum clericis, dicturo vigilias uenientẽ, ecce taurus niger immus, imò dæmon peſſimus, cum mugitu accurrens, ferentũ cum corpore deiecit, & cornibus illud diſſipans membratim confodit: ita vt viſcera ib. hinc inde diſperſis, fœtor intolerabilis ſpargeretur. Fugientibus ergo cunctis, cadauer laceratum uſque in craſtinum ſolum relinquitur, quouſq; euapurato fœtore proximi eius intrare poſſent ad corpus, & ſublatũ extra cœmiterium ſepelire. lib. 2 c. 49. p. 13.

EXEMPLVM CVI.

Feſtiuis diebus venationibus uacans monſtruoſam prolem ex uxore ſuſcepit.

FVit in Theutonia nobilis quidã venationibus in tantum deditus, vt nullo ſaltem Dominico uel feſto die miſſam audiret, ſed ſemper venationibus intentus eſſet. Corripiebat autem eum frequenter uxor ſua Deo deuota, & ille quaſi mulieb res monitus non curabat. Accidit autem, vt ipſa uxor, poſt multos partus editos, imprægnata, puerum pareret abortiuum, habentem caput uenatiui canis perdentibus auribus, & porrectis. Conſulta ergo matre, cum multis matronis nobilib. quæ aſtabant, conſilium fuit omnium, vt teratius partus obrutus regeretur. Veniente

Digitized by Google

ergo a venatione marito eius, quęsiuit quis puer esset, quem vxor peperisset. Dissimulantibus autem omnibus cum pudore, instat miles extractos gladio, vt ei partus ostendatur. Et mox timore compulsa mater, eijci de terra iubet prolem, in triste spectaculum, monstrosam, dicens: Ecce quam manifesto prodigio insipientiam tuam vindicauit omnipotens, qui nullum honorem diebus sacris, nullam reuerentiam sacramentis corporis Christi præbuisti, sed magis ludis venationum in discretis temporibus institisti. Hæc vt vidit nobilis correxit se, & egit pœnitentiam de commissis lib. 2. c. 49. par. 17.

EXEMPLVM CVII.

Confessione infirmus in corpore sanatur.

ERat vir multis notus & clarus in Burgundiæ partibus, qui quidem aliquanto tempore in iuuentute sinceriter conuersatus, postea a virtute tepescens, cœpit ad vitam malam declinare. Nec mora: squalenti mente tabescens, incidit in languorem, nec tamen Dei manum castigantis agnouit, sed mala malis accumulans, pallore vultus & macie, quasi homo ignis æterni miserabiliter habilitabatur ad pœnam. Cumque nulla medicorum cura proficeret, nec saltem languentis vitæ causam ei aliquis aperiret, tandem in se reuersus solam miseriæ corporalis causam, languorem animæ, diuina miseratione præuentus pœnitens intellexit. Confessus ergo cum lachrymis cuidam sanctissimo sacerdoti, statim vbi beneficium absolutionis accepit, similitudinem ferè bufonum habentia in facie, sed diuersificata posterius, septem animalia cute teterrima, & parua quasi vitiorum septem dæmonia, de ore simul eiecit. Mira res, vix modico spatio temporis interiecto, in tabem animalibus exoluris, reflorere cœpit ea ro prorsus, & facies pœnitentis, mente, & corpore integerrimè sospitatus, multis postea profui ad exemplum. lib. 2. cap. 50. par. 2.

EXEMPLVM CVIII.

Moriturus præsumptuose soluens frena lætitiæ a virgine Maria corripitur.

QVidam canonicus regularis in monasterio sancti Ioannis in Vineis apud Suessionem in Gallia, vir miræ sanctitatis, & innocentię, vt vidimus ante mortem infirmitate grauissima laborauit. Et ecce diabolus, qui semper insidiatur calcaneo nostro, immisit mẽti eius præsumptuosę exultationis tripudium, ita vt lingua & facies eius tanto iubilo resultaret, quod omnes ci. cumstãtes eum crederent iam cęlestem patriam & gloriam intueri & quod omnes sancti in magno deuotionis, & exultationis spiritu eius exitum expectabant. Solus autem quidam VValterus, cognomento paruus, magnus tamen merito sanctitatis, de huiusmodi tripudio morientis tacitus tristabatur. Cumq; moriens agonizare inciperet, per spatium temporis ab illa exultatione refractus, flere cœpit vberrimè. Ad eum ergo quidam accedens de fratribus, quærit causam tristitiæ post exultationem. Et ille: Facias mihi conuentum fratrum totaliter conuenire. Nec mora. Factum est vt rogauit, & mox omnibus dixit; Heu charissimi vidistis in me, suggerente diabolo, vanæ & præsumptuosæ exultationis audaciã, se non permisit me periclitari mater misericordiæ, & Domina, quæ me redarguit ab ineptæ vanitatis lætitia, & admonuit potius cum spe moderamine, & Dei timore diem vltimum expectare. Vos autem fratres charissimi Deum rogate, vt mihi de ista noxa, & alijs multis ignoscat, & iudicet me non secũdum opera mea, sed secundum misericordiam suam saluet me. Mox vt hæc verba complenit, & omnes respondissent Amen solutis in fletum oculis expirauit. lib. 2. c. 50. p. 9.

EXEMPLVM CIX.

Frater quidam moriens Christum sibi apparentem socio demonstrat, & dicens. In Galilæa Christum videbimus, &c. sanctam animam exhaluit.

QVidam Frater Ordinis Prædicatorũ in Brugensi Flandriæ domo lector fuit.

Digitized by Google

fuit. Hic grauiter infirmatus, cum lætissimo uultu appropinquare uideretur morti, quidam frater cum lachrymis flagitauit, ut si quid consolationis accepisset a Domino, sibi dicere dignaretur. Cui ille, silere non ualens, præ gaudio; Vere, inquit, accepi. quia Dominus ipse Iesus se morti meę præsentialiter adesse promisit. Cui frater. Et ego, inquit, per eundem Dominum contestor te, vt mihi digito uel nutibus innuas cum eum uideris præsentem. Cui ille. Faciam, inquit, libenter, si quidem permiserit Dominus. Die postmodum tertio mo bo ing auescente, tabula percussa est, & fratres infirmariam cucurrerunt. Præstolantibus ergo & orãtibus fratribus, frater moriens digitum cum manu ad certum locum extendit, & circumfusis oculis cum cantu. lenissimo dicere cœpit: In Galilæa Iesum uidebimus, sicut dixit nobis, Alleluya, Quo finito, statim expirauit.
lib. 2. c. 50. par. 10.

EXEMPLVM CX.

Pœnitentiam grauissimam in lecto ægritudinis faciens prophetare meruit, & sine purgatorio euolauit.

IN Germaniæ partibus quidam nobilis Comes, sed pauperum spoliator, ex misericordissima pietate diuina, graui infirmitate est correptus, & amarissime contritus, omnia ad restitutionem posuit quæ habebat, & irremediabilibus lachrymis quotidie lectum rigans, Angelos & sanctos Dei ad impetrandam sibi misericordiam inuocabat. Decumbens uero toto corpori suo tantum supplicium inherebat, ut talos pedum & crura fricaret ad lignum, & cutem, & carnem, ac neruos uiolenta assiduitate diuelleret, aquam frigidam in hyeme tanquam ad bibendum acceptam clam pectori superfundebat, ut ex hoc glaciali frigore torqueretur. Nec diu post hæc positus in agonia, tanto spiritu repletus est, ut sicut Christus est Publicano Euangelistam ita de isto faceret prophetam. De seipso enim præ dixit, quod sine purgatorio ad requiem euolaret, & eo mortuo, ac Henrico rege defuncto, tota Thuringia miximis calamitatibus subiaceret, quod ita etiam factum uidimus. lib. 2. c. 51. par. 2.

EXEMPLVM CXI.

Pœnitentiam acerbissimam egit quidam sceleratissimus uir ad decollandum adiudicatus.

QVidam in Theutonia multis rapinis & cædibus per patriam debacchatus captus & ad decollandum positus petiuit a iudice, & obtinuit tempus prolixius pœnitendi. Et mox astanti iuueni consobrino ait: Si vere meus amicus es, cooperator esto mihi misero in salutem. Affer obsecro instrumentum ferreum, quod dentrix dicitur, quo fœminæ subtiliant linum suum. Quod ut factum est, dixit iuueni; Successiue mihi manus, ulna brachia usq. ad humores, pedes vero, & tibias, & crura usque ad nates, postea genitalia, aures, oculos, nasũ, labia, caput autem ad ultimum amputabis. Iuuene igitur, etsi cum dolore, quod rogatus fuerat exequente, pœnitens ipse unumquodque membrum antequam cruciaretur instrumenti ferrei dentib. per inflexiones multiplices et perualidas diutius affligebat, dicens. Hic pœnam uestram pro parte, uilissima membra suscipite, quibus actu nefario scelera perpetraui, & Deum creatorem ac redemptorem meum offendi. Extremo igitur post omnem pœnam, trunco corporis cum solo capite superstite, hilari vultu dixit: O utinam tormentum istud, quod respectu scelerum meorum paruum fastinui, reiterare semel, iterum ac tertio liceret mihi miserrimo, & in eo diutius cruciari. Et hoc dicens orat cum lachrymis populum circunstantem se, quatenus sibi misero in eleemosynis pauperum, & orationibus subuenirent. His dictis extendit caput, & mox a iuuene decollatur.
lib. 2. c. 51. par. 3.

EXEMPLVM CXII.

Pœnitentiam minimam discretus confessor sceleratissimo imposuit peccatori, qui præ contritionis magnitudine expirauit.

AD venerabilem virum magistrum Petrum de Corboel Senonensem Archiepiscopum quidam peccator, qui propriam filiã oppressérat uiolẽter, gratia confessionis venit. Cõfessus igitur in maxima,

Digitized by Google

& mirabilis contritione & lachrymis, quæ fiuit, si unquam posset ullo dolore uel pœna à Domino ueniam impetrare Cui præsul: Ita, inquit, indubitanter, si pœnitentiam subire uolueris tanti mali. Et ille vehementer exclamans: Volo, inquit, etiam si mille mortes me sustinere uolueris. Collachrymatus ergo infœlici, imo iam fœliciſſimo peccatori; Et ego, inquit, ibi tepidem tantum pœnitentiæ pœnam impono. Tunc ille: Quid est, ait, quod pœnitentiam tantum mihi magnifiſſimo septennem, in imagis, qui si uiuerem usque in finem mundi, tantum facinus pœnis innumerabilibus diuere non uolerem. Cui præsul: Vade, inquit, & tres tantum in pane & aqua ieiuna dies. Tunc ambabus ille plorans & contundens se, rogabat ut pœnitentiam iniungeret salutarem. Supra modum ergo admiratus, & exhilaratus Episcopus, tandem diffinitiue præcepit homini, vt abiret, & tantum unum Pater noster diceret, sciretque pro certo peccatum iam sibi esse demissum. Nec mora, dirum ille eiulatum emittens, & in terram procidens, expirauit. Nec dubia fides est, sicut Deo dignus episcopus postea prædicauit, quin idem pœnitens sine ulla purgatorii pœna, tantum ualidiſſima contritione purgatus, ad gloriam euolauit lib 2. c. 51. par. 7.

EXEMPLVM CXIIII.

Contritus in ultima expiratione miles sceleratus quale purgatorium pertulit.

VEnerabilis & Deo digni magistri Bonifacii quondam Lausanensis Episcopi relatione cognoui ueridica, quod quidam nobilis suæ diœcesis uenatum circa montes Alpium pergens, familiam suam, inclinata iam die, cum canibus perdidit, solusque in silua est relictus. Illo ergo horrente solitudinem, & si quid audiret diutius expectante, tandem duo ex canibus latrantes auscultat. Quos uenabulo insonante confortans, reportando manibus & pedibus, ad locum conatur ascendere ubi latrantes caniculos audiebat. At cũ illuc cum difficultate peruenit, inuenit locum planum, pulchrum ualde atque gramineum inter montes. In quo quasi hominem magnum & elegantem forma, facie tenus prostratum uidens, duas clauas ferreas ad utrumque latus iacentes hortentibus oculis intuetur. Hunc miris plagis, & uulneribus cruentatum dicti duo canes uenatici latratibus circuibant, sed mox ad conspectum Domini sui militis obmutescunt. Post horrorem autem assumpto spiritu, dixi prostrato. Si ex parte Dei es loquaris, & quis sis aut unde ueneris edicito. Cui ille, Ex parte Dei sum, & ordinis natione diuina tibi talis appareo, ut in me misero pœnitentiæ sumas exemplum. Mortuus fui n, licet tibi corporalis appearem. Miles fui uiuens, peccator immaniſſimus ea tempestate, qua Richardus rex Angliæ contra Philippum regem Franciæ prælia concitauit. In illa ergo expeditione, quæ a Brabantigenis in Pictauia & Gascoria facta est, ego infœlix luxuriis homicidiisque debacchabar, nec in his alicui conditioni uel etiam sexui, flexus miseratione peperci. Medio igitur tempore ualidiſſimam febrem acutam incurri, & tamen nec tunc contritus sum, nec confessus, nec Christi corporis sacramenta suscepi. Instante autẽ hora mortis obmutui, & ecce supra spem misericordia diuina prœuentus sum, & ualida contritionem permotus, qui licet loqui non possem, tamen lachrymas excussi, & in his vitam, Deo propitiante, finiui. Nec mora, defunctus sum, & duobus dæmonibus traditus nequiſſimis, instar clauarum istarum ferrearum, tormentis usque in diem iudicii cruciandus. Et hodie quidem peracensum montium istorum meã miseram animam impulerunt, & iterum per abrupta eorum eam cum dicti clauis ferreis præcipitem depulerunt. Scias tamen tormentum istud tam magnum & tã diuturnum spe ueniæ, quam in fine mundi habiturus sum mirabiliter releuari. Nec mora, ubi spiritus ille hæc uerba finiuit, corpus quod uidebatur aereum cum dictis clauis ferreis quasi fumus euaniuit. Miles autem qui hæc uiderat & audiarat a rapinis pauperum & mala uita conuersus, correctius amodo uixit, & multos alios peccatores ad exempla pœnitentiæ sua narratione permouit.
lib. 2. c. 51. par. 4.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM CXIV.

Pœnitens in morte Præpositus ad cœlum venit, sic tamen quasi per ignem.

CONtigit ut quidam magnus Præpositus ciuitatem Magdeburgensem uespere quasi in castrinum recessurus intraret. Et ecce de nocte in primo somno, subita infirmitate compulsus. Priorem fratrum Prædicatorum cum festinatione uenire mandauit. Venientem ergo Priorem rogauit Præpositus instanter cum lachrymis, ut eum reciperet ad ordinem, & mox uestiret. Cui Prior, Cras, inquit, fiet, quia in hoc fratrum consensus est requirendus. Et Præpositus. Scio, inquit, scio quid sentio. Crastinum uix habebo. Si diligitis salutem animæ meæ festinate recipere pœnitentem, quia certus sum quod in seculo non saluabor, Vt ergo instantiam uiri Prior uidit perrexit domum, excitauit conuentum, requirit consensum, allegat sufficientum uiri ad ordinem, etiamsi adhuc adiuuat. Annuit mox conuentus, defertur infirmus in domum, receptus induitur, communicatur, iniungitur, & ante diem uita defungitur. Nec mora. In monasterio proximo ciuitati quædam monialis uidit in somnis, quendam patrem familias in loco commodo residere, ad quem cum multi fratres Ordinis Prædicatorum, quasi post laborem pro denario diuino accedere uiderentur, extremo quidam ignotus homo tarde tamen, protendit manum, ut denarium acciperet tanquam fratre. Qué paterfamilias diligenter intuitus. Denarium, inquit, sed non modo accipies, multis prius remediis expurgandus. Hæc cum dicta monialis presbytero monasterii recitasset, quæsiuisseque, si quis fratrũ Prædicatorum defunctus esset, & presbyter se fuisse de uespere in domo fratrum, & infirmum uel defunctum neminem inuenisse responderet, mane post primam uenit Superior fratrum. Prædicatorum, qui promiserat prædicare conueniui, dixitque prænicare le non posse, quia defuncti talis fratris sepultur ç intereſſe deberet.

lib. 2. c. 51. par. 8.

EXEMPLVM CXV.

Pœnitentiam, atque infirmitatem quamcunque huius uitæ paruipendit anima purgatorii pœnam experta.

QVantæ autem prudentiæ sit, pœnitentiam agere in hac uita, exemplum subiequens demonstrabit. Erat uir fidelis, & bonus, sicut magister Albertus frater Ordinis Prędicatorum sibi ab his, qui rem familiariter nouerant, traditum referebat, qui post diuturnam pœnitentiam, quam sanus fecerat, incidit in languorẽ grauissimum, quo per annum non modice tribulatus, rogauit cum lachrymis Dominum, ut tanto dolori finẽ imponeret, data morte. Nec mora. Missus ad eum Angelus Domini, dixit ei: Exaudiuit Dominus precem tuam, sed eligas quod uis, aut tribus diebus purgatoriis pœna torqueberis, si nunc discedis, aut si adhuc per annũ in languore manere uolueris, sine ullo purgatorio ad superos euolabis. Tunc ille præsentem pœnam recolens, nec futuram aduertens, respondit. Mori potius eligo, & non tantum trib. diebus, sed quantum Domino placuerit in purgatorio tribulari. Fiat, inquit. Angelus, secundum uerbum tuum. Nec mora, languens morte solus est, & eius anima in purgatorium deportata. Vno ergo exacto die uenit Angelus ad locum purgatorii, vbi aĩa torquebatur, & dixit. Quid nũc cagis, o anima, quę pro languore vnius anni tribus diebus elegisti in igne purgatorii detineri. Cui anima. O seductor, inquit, non Angele, qui me in pœnis multis annorum circulis, pro trium dierum spatio fefellisti. Et Angelus. Non mora, inquit, sed ineffabili tortura decepta es, quia non nisi unum diem de tribus purgatorio exestitisti, tamen adhuc si retractare nolueris, Dominus tui miseretur, ut ad corpus tuũ, quod nondum sepultum est, reporteris, ut per annum unum languorem quem expertus es patiaris. Cui anima. Annuo, inquit, ut non per unum annum tantum, sed usq. in finem mundi languore etiam detineat acriori. Hoc dicto aĩa reportatur ad corpus & per annum in lãguore detenta, multos quibus hæc retulit ad pœnitentiam animauit, & post unum annum iterato defuncta, transiit ad superna. lib. 2 c. 51. p. 11.

EXEMPLVM CXVI.

Virginea caro ſancti Theodulphi Imperatoris conſanguinei incorrupti poſt multos annos in Treueri reperitur, & quædam alia de eodem.

IN urbe Germaniæ Treuerenſi, totius Europe antiquiſſima ciuitate, ſtructura quædam mirabilis erat, quæ Helenæ Conſtantini matris palatium dicebatur. Hoc ne ab inimicis præoccuparetur in periculum ciuitatis, a ciuibus eſt deſtructum. In cuius latere a parte Aquilonari oratorium paruum inuentum eſt, in quo altare ex alabaſtro candidiſſimum erat, & in latere dextro ſepulchrum. Scriptura uero hæc ſuper ſepulchrum in pariete legebatur. Sancte Theodulphe noſtris peribus miſereri. Ad ſepulchrum igitur ciuib. pariter adunatis, uocati ſunt fratres Prædicatores, & ego caſualiter ſuperueni. Depoſito ergo lapide, corpus inuenimus in corruptum & apto ſchemate ad cooperiendum naturæ ſecreta, manus ſuper uerenda demiſſas. De permiſſione uero ciuium manum eius dexteram qua in ſacrificio corporis Chriſti uiuus extenderat, mox abſcidi, & in Louanium fratribus prædicatoribus dedi. Huius reliquias capillorum, & unguium in antiquiſſimo monaſterio iam dictæ ciuitatis, quod Horrenum dicitur, cum ſuperſcriptione ueteris, & aliis reliquiis ſanctorum inueni. De hoc beato uiro, & eius fratre beato Theodorico, qui in alia parte ſtructuræ ſupradictæ incineratus eſt, fama antiquiſſima ferebatur. Fuerunt ambo filii ſororis cuiuſdam Imperatoris Romanorum, quorum beatus Theodulphus iuſſu auunculi filiam regis Britanniæ deſponſauerat adhuc puer. Cumque adoleſcens factus, ſpe gationis uiræ, ſponſam nollet accipere in uxorem, ſed uirgo in perpetuum remanere, Cæſar, indignatione permotus, illum de patria expulit. Qui Treuerim uniens, & habitum monachalem ſuſcipiens, quaſi in arctiſſimo ſpecu, in loco quem diximus ſe reclusit. Erat autem & lectus eius lapideus cum ceruicali lapideo, iuxta oratorium quod prædixi. Scriptus uero hunc creditur fratre eius, & uitam beatam in eodem loco duxiſſe. Decreto autem & conſilio populi ciuitatis, ſacrum corpus iſti Eccleſiam fratrum Prædicatorum translatum eſt, & retro altare digna ueneratione locatum. Reuolui autem poſtea chronica temporum, & de his duobus fratribus ſcriptum legi, quod ſuo Clodoueo rege Francorum huiuſi ſancti & denoti floruerunt. Credo autem, ſaluo meliori iudicio, digne quidem beatum Theodulphum pro ſigno incorruptæ uirginitatis in carne, incorruptionis gloriam etiam in corpore ſuſcepiſſe. Vnde in libro Sapientiæ dicitur. Incorruptio facit proximum eſſe Deo. lib. 2. c. 53. part. 2.

EXEMPLVM CXVII.

Feſtiuos dies digne celebrans meſſor deuotus diuini operis drachmam in ſegete pendentem inuenit.

IN Theutoniæ partibus miles quidam ad deponendam herbam de prato condexerat falcatores. Illis ergo falcantibus in uigilia cuiuſdam ſancti, ubi tempus ueſpertinum aduenit, per uillas in circuitu compulſabatur. Et mox unus ad ſocios falcatores. Deſiſtamus ab opere, quia iam ueſperæ pulſantur. Sed cum illi nollent, imo magis uerbis eum confunderent, ipſe mox opere derelicto iuit ad ueſperas. Tertio autem die ad opus imperfectum cum cæteris redii, uiditque antecedentibus aliis ſe ſolum falcare poſterius oportere, & propter hoc ab omnibus eſt deriſus. Patienter tamen ferens riſus omnium & cachinos, ubi manum ad falcem poſuit, ante ſe pendentem in ſarculo garminis drachmam miræ magnitudinis auream mox inuenit. Curuatus ergo in genibus, cum lachrymis Dominum benedixit. Quo clamante, concurrunt ſocii, concurrit & miles prætorum Dominus, uidit diuinum miraculum, ſcripturamque miles literatus in numero uoce patria regens, hęc, ut interpretari potuimus, continebat. Manus Dei me compegit. & in donum me redegit pauperi, qui non infregit diem ſancto celebrem. Hanc drachmam uxor militis Martha erga pauperem emit, & multis poſtea in rei geſtæ teſtimonium oſtendit. lib. 2. cap. 53. par. 9.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM CXVIII.

Defunctorum missas omnibus diebus legens, infinitas animarum manus pro se coram Episcopo fideiubentes habuit.

ERat presbyter quidam admodum pauper & tenuis, sed deuotus valde erga animas quæ in purgatorio torquebantur, adeo ut omnib. diebus, nullo excepto, missam pro fidelibus defunctis celebraret. Accusatus ergo pro aliqua re apud episcopum citatus est, & confessus veritatem simpliciter, compellebatur vt mandato staret episcopi, iuraretque & fideiussorem poneret pro emenda. Iurauit igitur presbyter, sed angustiabatur vbi fideiussorē acciperet qui pro ipso responderet. Nec mora. Oculi episcopi compellentis sunt aperti, & plusquā mille manus in aere quasi ad spondendum pro presbytero vidit extensas. Quo visu præsul attonitus, dixit. Sufficientes habes qui spondent pro te, vade, & de beneplacito Dei, & meo missæ officium pro defunctis exerceas sicut prius. lib. 2. c. 53. p. 14.

EXEMPLVM CXIX.

Defuncti filij mortem nimium deflens mater, vt in missis pro eo lachrymas fundat admonetur.

MAtris relatione didici quod narro. Auia mea filium primogenitum habuit indole insignem, & decore præcipuū. Quo mortuo inconsolabiliter doluit, nec forte sine præsagio futuri mali. Nam post illum habuit alium, qui pompa vanitatis illectus, dilapidator rerum fuit. Matre ergo, vt dictum est, primogenitum inconsolabiliter lamentante, apparuerunt ei iuuenes in via quadam, vt uisum est ei, cum ingenti gaudio gradientes. Cumque memor filij, eum inter illos esse non videret, & fleret, ecce post alios filium suum lento gradu subsequentem agnouit. Cui mater cum graui clamore dixit. Et quid est fili quod solus, & non cum alijs graderis retardatus? Cui ille, in toga laterali magnum aquæ pondus ostendens. Ecce, inquit, mater lachrymæ, quas pro me inaniter effudisti, quarum pondere ab aliorum persecutione retardor. Ad Deum ergo lachrymas commutabis, & in præsentia sacrificij corporis Christi cum eleemosynis pauperum pro me cor pium, & deuotum affundas, & tunc liberator ab incommodo quo nunc grauor. Nota tamen lector dispensatione diuina, vel ad consolationem, uel ad correctionem matris, se dixisse mortuum iuuenem inanibus lachrymis a comitatu sodalium retardatum, quia meritis quidem viuentium, defunctorum animæ adiuuari possunt, sed prorsus non possunt demeritis impediri lib. 2. cap. 53. par. 17.

EXEMPLVM CXX.

Pœnitet in morte Ottho Imperator, & omni die sacerdotibus Christi corpus suum tradidit flagellandum, & post mortem orationes deuotorum pro se fieri postulauit.

OTthone Imperatore mortuo, quædam cognata eius in monasterio virginum præerat, qui zelo castimoniæ circa subditas mirè seruiebat. Obseruans ergo die quadam fenestram locutorij, summo mane quendam leniter pulsantem audiuit. Qua aperta, ecce Imperator apparens materterræ dixit: Defunctus ego sum, & in purgatorio pœnis excrucior. Dirigas ergo nuncios ad diuersa & deuota cœnobia, & decies mille psalteria pro me legi facias, ita ut ad singulos psalmos accipiatur decem ictuum disciplina, & ad unumquemque versum addatur salutatio Angelica Aue Maria, & oratio Dominica Pater noster, psalmus vero, De profundis, quando accipitur discliplina dicatur. Talibus remedijs post mortem viuens merui liberari. Et nota quod idem Ottho, benignissimus Imperator, anno præcedenti mortem suam, infinitam annonam tempore charistiæ diuersis monasterijs, & pauperibus diuiserat larga manu. Nec mora. Missis nuncijs ut præceperat materterræ, negotium eius ab omnib. summa cum deuotione susceptum est, & perfectum. Apparens ergo dictæ materterræ ad eundem locum fenestræ, quem diximus, in aurora, tanta claritate circundatus est, ut illa nullo modo cerneret eum, sed audiuit: Gratias reddo tibi, & pro me misericordissimo Domino gratias age, quia iam a pœnis creptus sum, & ad gloriam

tranſeo ſempiternam. Nec miretis lector, qui ab illis audiui, qui interfuerunt diutino languori eius, & mo ti, quod omni die ſacerdotibus Chriſti ſuum tradidit corpus flagellandum, & eius contritio tanta fuit, vt ille vere dignus Conradus Hildeſemenſis Epiſcopus teſtaretur, vix ſe poſſe credere, quod Ottho Imperator, poſt tantam cõtritionis pœnitentiam, vel ad horam poſt mortem purgatorium ſuſtineret. lib. 2. cap. 53. par. 19.

EXEMPLVM CXXI.

Defunctus contra militem, qui equum pauperibus dandum ſibi reſeruerat, durius inuehitur.

IN geſtis ſancti Caroli Magni Regis legimus quod ſubiungo. Eidem regi miles quidam in armis ſtrenuus ſeruierat annis multis. Hic ad extrema perductus ad ſe conſobrinum ſuum clientem, quem ſolum habebat ſuperſtitem, euocauit, dicens: In comitatu regis annis iam peſtiti ſexaginta, nihil in mundo proprij poſſidẽs, niſi quod ad militiam pertinebat, & ecce ſolũ equum optimum habeo, & ex hoc ſtatuo teſtamentum. Me ergo mortuo vendes equum, & pecuniam pro anima mea totaliter erogabis. Polliciſus eſt cliens, vt ei præceperat auunculus. Mortuo ergo milite, ſatelles vidit equum validum, & audacem, & eum nec vendidit, nec pecuniam pro eo ſoluit, ſed eum retinuit, ſtatutum auunculi paruipendens. Circa dimidij verò anni tranſactum ſpatium anima defuncti apparuit ſateliti manifeſtè dicens: Non curaſti facere quod pro anima ſtatueram liberanda, & ideo medio quo per eleemoſynas liberari debueram paſſus ſum graues pœnas. Sed ecce nunc iudicium dedit operum ponderator omnipotens, & omnes eius aſſeſſores Angeli eſſe iuſtum decreuerunt, vt anima mea ad requiem tranſeat, & anima tua pœnas recipiat quas exacturus adhuc fueram in tormentis. His dictis repente diſparuit, & mox ſatelles grauiſſimum infirmitatem incurrens, quæ geſta erant confeſſus eſt ſacerdoti, & mortuus pœnas quas merebatur exoluit. Vide ergò lector, quantum peccati ſit & delicti, amicorum aut parentum tardare, vel negligere teſtamentum, quibus ſi effectum haberent accelerarentur ad gloriam, aut ſi non habeant a gloria differantur. Alibi legitur, quòd anima defuncti poſt dies octo illi clienti apparuit, & dixit ei. Quia de te cõfidebam, res meas diſtribuendas fidei tuæ commiſi: tu verò tanquam infideles, & proditor res meas retinuiſti, quapropter conquæſtus ſum de te ſummo iudici, quia liberationem meam a purgatorio retardaſti. At ego iam purgatus ad regionẽ viuorum gaudens vado, tu autem noueris, quòd cras ac hora pœnas tantæ infidelitatis exoluens. Cum igitur confuſus, & ſtupefactus miſer ille, rei euẽtum expectaret, ecce ea hora, quam defunctus prædixerat, corui nigri ipſum rapientes leuauerunt in aera, & eo demiſſo ſuper rupem cecidit, & fractis ceruicibus miſerabiliter expirauit. lib. 2. c. 53. par. 25.

EXEMPLVM CXXII.

Bonis iniuſtis per mercationes parentum acquiſitis enutrita mater Mariæ de Oignies æternaliter ſe dicit damnatam.

MAria de Oignies ſãctiſſima mulier, cuius vitam venerabilis Iacobus Achonenſis quondam Epiſcopus, poſtea Romanæ curiæ Cardinalis, diſerto ſermone conſcripſit. Hæc ergo animabus valde compatiens quæ in purgatorio torquebãtur, ſuper anima quoque matris ſuæ defunctæ ſolicitabatur in ſpiritu. Sed hoc fruſtra, vt iam patebit. Hanc itaque propter eleemoſynas, & honeſtæ vitæ modum, quo inter mundanos ipſa quoque mundana uixerat, ſperabat quidem poſſe ſaluari, ſic tamen quaſi per ignem. Super hoc tamen dubio, cum ipſa timere, quia iudicia Domini abyſſus multa rogauit Dominum, ut eam certam reddere dignaretur. Cumque multas in hac re lachrymas funderet, accidit die quadam, ut ad miſſam in Eccleſia iuxta altare, quaſi ad pedes Domini Maria ſederet, & ipſa, horrore percuſſa, uideret prope ſe ſpiritum tenebroſum altare. Quæ mox ſigno crucis timore fugato, audacter quis eſſet interrogat. Et ſpiritus. Ego, inqt, ſum mater tua. Cui Maria: Quomodo, inquit, tibi eſt mater? Tunc illa: Male, inquit. Nihil me tuæ iuuare poterunt

preces,

preces, cum me damnatam perpetuo inferni clauſtra detineant. Mox filia elato gemitu. Heu, inquit, mater, quę causa damnationis tuæ? Cui illa. Enutrita, inquit, fui, & uixi in his quæ per iniuitia mercimonia & uſuras adquiſita fuerunt, & cõſcia mihi mali, ablata non reſtitui, non curaui aut aduertere volui quid contra Deum in meo hoſpitio, & a mihi ſubditis ageretur, ſed tortuoſas mundi vias ingreſſa, indignum miſera iudicaui, progenitorum meorum veſtigia declinare. Spreui arguentem te ſuper his & aliis malis me s, nec in ullo pœnitui, & ideo infructuoſam uitam morte commutans a futura ſeculi uita de perij. Hæc dicens mater repente diſparuit. Ancilla uero Chriſti conſideratis per ordinem omnibus, etiam in matre damnata iuſtum Dei iudicium benedixit, nec fleuit amplius perpetuæ morti traditam, per quam carnis initia ſumpſerat, quia ratio intellectualis animæ, quam ſolus creauit omnipotens, iudici uniuerſorum Deo ſubdita concordabat. lib. 2. c. 54. par. 18.

EXEMPLVM CXXII.

Debita non ſoluens fabro ferrario graui purgatorio poſt mortem affligitur, & quędam animam in purgatorio exultabat, quia ei reuelatum erat natum puerum, in cuius primitiis liberanda erat.

NArrantem fratrum ordinis Prædicatorum his uerbis audiui. Pater, ait, meus contra commilitonem ſuum virum diuitem & potentem inimicitias exercens fabrum habuit in uicino, qui equos ſuos, & eorum qui ſecum erant, multo tempore ſuſtinebat. Poſt hoc aber cecidit in languorẽ, & expenſas per obliuionem uel incuriam nullus fabro ſoluit. Mortuus eſt autem poſt annos fere triginta pater meus, & apparuit manifeſte per diem cuidam fideliſſimo ſeruo ſuo, gerens in manibus flammantia ferramenta equorum, dicẽs. Dicas uxori meę, ut ſoluat tali homini tale debitum, quo ſit vexor. Poſt hoc non multi dies effluxerant, & ecce ſeruus ille cum amariſſimis lachrymis uenit a fine, & quid ui iſſet expoſuit. Collachrymatus ſeruo ambo ad matrem ingredimur. Audi: illa quid factum ſit, audit & lachrymas. Acceſſit ad fabrum diuturna tabe prope conſumptum: quæſit ſi pater meus ei in aliquo moriens tenebatur. Tunc ille, cum lachrymis ſuſpirans, dixit: Heu chariſſima Domina imo etiam in una marcha, ſed affectus longo tædio morendi poſtmodum incidi in magnum languorem, & ſic filui uſque modo. Nec mora, mater ſoluit pauperi integrum debitum, & mox ſoluto iſto cum aliis multis debitis, ut mihi illa ſecrete narrauit, ei pater meus in hunc modum apparuit. Videbatur ei, videre illum in balneo a ſummo capitis uſq. ad ima pedum quaſi teſte longa totaliter in uolutum. Cum ille dixit. Apprehendem, & ſoluas me. Mox illa initium funis accipiẽs, paulatim ligatum exoluit. Et ſtatim illius ſolutioni congratulans & gratias agens: Sic inquit prius fueram obligatus in pœna, quoadusque ſolueres quo tenebar. Veridica ualde relatione didicimus, quẽdam defunctum ſubito & ad purgatorium tranſeuntem cuiuſdam ſanctiſſimi uiri precib. reuocatum ad uitam. Hic tale quid uiſum & auditum in purgatorio referebat. Anima cuiuſdam, quem prius in uita cognouerat grauiſſime torquebatur. In medijs ergo ignibus, ſubito exultabunda clamauit. Eia miſericordiſſime Deus, nec in finem oblitus es mei. Cui anima conſors in pœna: Vnde inquit, tibi miſerrima in tam horrendis ſupplicijs exultatio? Et illa. Merito inquit, exultabunda tripudio, quia mihi ſcire a Domino datum eſt, in hoc inſtanti puẽrum natum, qui longo poſt futurus eſt presbyter, in cuius miſſa prima quam celebrabit, ab his pœnis ad requiem euolabo. lib. 2. c. 53. p. 27. & 53.

EXEMPLVM CXXIII.

Fratres quidam de corporis refectione ſollicitj, reprehenduntur, eis prouiſum dici tur, ſollicitudinemque de cætero deponere docentur.

COntigit in partibus Galliarum illo ordine nouiter inchoato. Grandientibus duob. fratribus Prædicatoribus ieiuniorum tempore ante paſcha, cum iam inſtaret tempus prandij, hora nona, & ſecum quærerent, quis fidelium eos ad refectionem reciperet in terra rara hominibus, & ignota, ſubito affuit iuxta eos vir elegantis formæ, & habitus peregrini, dicens: Quid

confer-

conferuis inter uos fratres mei? Illis autem uerecundantibus dicere quid dixiſſent, ait eis. Modicæ fidei de hoc inter uos dubij quærebatis quis uos ad refectionem reciperet in terra hominibus rata & ignota. Chriſto credite ueritati, qui non hæſitantibus, & in ſe confidentibus repromiſit, dicens: Primum quæritæ regnum Dei, & hæc vobis omnia adiicientur. Credidiſti in hoc Chriſto, ut temporalia iſta pro illo dimitteretis, & paupertate regnum cœleſte quæretis, & nunc de Chriſto diffiditis, ne uos ſine refectione dimittat, & non quaſi filios paſcat? Abſit, & hoc vobis ſignum, tranſibitis campum illum, & in ualle quadam uillam paruulam inuenietis: illic intrantes eccleſiam, inuitabit uos presbyter affectu magno, ſed ſuperueniet miles, qui uiolẽter uos auferret ſacerdoti. Et cum uos deducet, perſona loci, qui alter patronus dicitur maximis precibus obtinebit uos a milite, & ambos inuitatores ueſtros militem ſcilicet, & presbyterum, uobiſcum largiſſimis ferculis reparabit. Confidite ergo in Deum, & fratres ordinis ueſtri exemplo iſto confidere faciatis. Hæc ut dixit, repente diſparuit. Illi autem per ordinem, ut eis prædixerat, omnia reppererunt, & reuertẽtes Pariſios fratri Henrico de Colonia, & fratribus quibusdam alijs quæ ſibi contigerant retulerunt. lib. 2. c. 54. parte 11.

EXEMPLVM CXXV.

Cæleſti gloria uiſa nobilis quidam de gente Tartarorum conuertitur.

CVm quidam nobilis, adhuc gentilis, in exercitu Tartarorum febere acutiſſima laboraret, & materia ad cerebrum aſcendente in furiã raptus eſſet dormientibus omnibus qui circa illum erant, aufugit nudus, & tribus noctibus, per eremum uaſtiſſimam oberrauit. Tertia igitur nocte, digeſta materia, certificauit, & ad ſe rediit compos mentis. Qui in tenebris horrens ſolitudinem quid faceret, quo ſe uertere neſciebat. Et ecce poſt inſtans modicum, diſcuſſis tenebris, uidit in montis cacumine ingens lumen. Reptans ergo manibus & pedibus, aſcendit in montem, & ecce ſuper omnem ſolis fulgorem, regem admirabilẽ uidit in throno aureo reſidentem, & ad eius dexteram reginam incomparabili decore fulgentem. Vidit etiam mixtim ſeniores & iuuenes in thronis aureis aſſidentes, miniſtroque ex omni parte uultibus ſidereis rutilantes. Hæc ut uidit gentilis, ſuper id quod credi poteſt obſtupuit. Nec mora, unus miniſtrorum rege miſſus, cum ueſtibus nudum, induit, & ad regem duxit. Cui rex: Nihil, ait in reb. humanis ſimile quid vidiſti? Et ille: Nihil, inquit, Domine. Et rex ad eum. Ego ſum, inquit, Chriſtianorum Deus, rex & Dominus ſempiternus. Tu autem redibis ad populum tuum, & perquirens inuenies in gente Hungarica, quæ immixta eſt genti tuæ, duos presbyteros chriſtianos, talis habitus, & talis formæ, a quibus erudieris ad normam Chriſtianæ fidei. Hæc ut audiuit gentilis, renuit bonorum ſocietate fruſtrari. Et mox ad eũ rex. Impoſſibile eſt, inquit, talem te remanere nobiſcum; ſed ſi Chriſtianorum fidẽ ſuſceperis ut præcipi, ſocietate iſta iocundiſſima perfrueris. Hoc dicto, miles ſedens in equo albo ſuſcepit illum, & in exercitũ Tartarorum, populo mirante, reduxit fuitque apud eum dieb. tribus, & poſt repente diſparuit. Nobilis autem ut iuſſus erat preſbyteros, quęſiuit, & inuenit, & eruditus ad fidem cum multis militibus Tartarorum ſacrum baptiſma ſuſcepit, & Chriſtiane poſtmodum ac ſancte uixit. Veſtes autem, quas, ut diximus, nudus acceperat, præcipui coloris erant & mollities, opus uero earum nec plumarium ideſt, ex actu factũ aduerti poterat, nec textrinum, ſed ſuper omne artificium homini diuina uirtute contextum.
lib. 2. ca. 54. parte 14.

EXEMPLVM CXXVI.

Animam propriam quidam ebrioſus dæmoni uendidit, & ab eo una cum corpore ad infernum deuehitur.

INgluuiei, iuramentis, & maledictionibus in loquendo Gallia præ cæteris fere terris ſtudet auidus. In hac, ut a fratre Ordinis Prædicatorum audiui, accidit quod ſubiũgo. Sedebant quidam uiri honeſti quantum ad ſeculum in taberna, & bibebant. Et cum incluiſſent mero, cœperunt conferre de diuerſis ad inuicem, & inue-

ctus

ctus est se mo quid futurum sit post hanc vitam. Tunc vnus; Vanissimè, inquit, a clericis istis decipimur, qui dicunt animas sine corporibus viuere post hanc vitá. Hoc dicto in risum omnibus concitatis, aduenit homo statura fortis & magnus, & residens cum illis, vinum postulat, bibit: quærit quis sit sermo inter eos. De animabus, inquit ille qui supra. Si quis esset qui eam vellet emere, forte optimo darem eam, & de precio eius in communi omnibus ad bibendum. Tunc omnibus cachinnantibus, ille qui superuenerat. Talem, inquit, mercatorem quæro, paratus sum eam emere, dicito, quanti dabis? Et ille elato vultu: Tanti, inquit. Mox conuenientibus eis in precio, soluit emptor statim pecuniam, & tantibus omnibus biberunt pleno calice non curante ad primum illo quod animam uendi disset. Vespere autem facto; Tempus est, inquit emptor, vt quisque nostrum ad propria reuertatur; vos tamen antequam separemur date iudicium. Si quis equum emerit capistri vinculo aligatum, nũquid cum equo in ius emendis cederet & capistrum: Cui omnes pariter responderunt. Vtique cederet. Nec mora, venditorem, quæstionis & responsionis horrore tremente, emptor cum anima & corpore videntibus omnib. sursum leuauit in aera, & secum, vt certum est, ad inferna protraxit. Diabolus enim erat in hominis specie. Quis enim alius se animarum diceret mercatorem, nisi ille in cuius figura olim ad Abraham dictũ est. Da mihi animas, cæteras tolle tibi. lib. 2. c. 56 p. 2.

EXEMPLVM CXXVII.

Vsurarij vineam ne læderetur dæmones cõseruant.

VInearum custos sub tugurio in campestribus imminentib. tempestatibus, latitabat, & audiuit clamantium voces in aere, Caue, caue. Et alius respõdebat. Quid cauebo? Et primus. Vineam Petri Richardi ne læseris. Sopita ergo postmodum tempestate, sola vinea Petris Richardi immunis est reperta a læsura. Erat autem Petrus Richardus (sic enim binomius dicebatur) vsurarius pessimus, & obnoxius multis malis. Ex quo considerandum est, quod in comitatu spiritum nefandorum amicos, imo potius inimicos, ut sanius loquar dæmones habuit, qui ei boni sua. & si ad vitæ solatiũ tamé ad perpetuæ damnationis cumulum conseruauerunt. lib. 2 c. 57. par. 3.

EXEMPLVM CXXVIII.

Chorizantibus tibicinans a fulmine percutitur, brachium a corpore diuellitur, corpus ex sepulchro ad inferna rapitur.

MArchia in Flandrię Brabantię distinctu villa populosissima est sita in qua dedicatio celebrata multos ad spectaculum traxerat, & ad lusum. Inter quos quidam tibicen erat, qui chorizantes iuuenes & puellas salutationibus & gesticulationibus suis ad carmina obscœna, & turpia cõcitabant. Hinc cœlo nubibus circa vesperas obscurato, quique ad propia redierunt. Solo autem tibicie, nondum lusibus satiato, peruiam ad solita remeante & canente tibia, ac saltante, & posteriorum sonitibus turpiter insonante, duo pueri pastores, ubi coruscationis, & tonitrua imminere viderunt, addumeta fugerunt, & eis videntib. in tibicinem fulmen cecidit & extinxit, & eius brachium amputauit. Nec mora, viderunt pueri, quod duo nigerrimi canes ex insperato venerunt, & inter se pendulum extincti brachium deportauerunt. Venientes autem amici, cadauer mortui ad propria detulerunt. Mane autem dicente presbytero, quia in atrio fidelium sepeliendus non esset, quem in ludis turpibus tam notabiliter tonitruum occidisset, respondẽrũt amici. Et si extinctus sit tonitruo tamen ad dedicationem ecclesiæ peregrinus, cum alijs occurrit. Permisit ergo presbyter, etsi dolens vt in atrio sit sepultus. Et vide rectitudinẽ diuini iudicij. Mane facto sepulchrum patens iuuentum est, & loculus, in quo iacuerat vacuus & eiectus. Cadauer verò, vt optimè credi potest, sicut & eius brachium a dæmonibus asportatum est. Nota ergo lector, quia tali vindicta digni sunt, etsi (eis parcente Deo) talis casus semper non puniat, qui turpibus ludis & cantibus sacra fidelium atria & ecclesiam inhonorant. lib. 2. c. 57. part. 4.

EXEM-

EXEMPLVM CXXIX.

Hæreticus quidam cum peruertere putat, ipſe conuertitur, dum per prędicatorem clam allata ſacroſanćta Euchariſtia præſtigiæ dæmonum denudatur.

ANno ab incarnatione Domini M. c.xxxj. prædicante in Theutonia Magiſtro Conrado contra hæreticos, & ab ijſdem fælici morte peremptо, hæreticus quidam ſeductus a dæmonibus, fratrem quendam ordinis Prædicatorem ad hæreſim inuitabat. Quem cum uideret inſtantiſſime renitentem, dixit fratri: Pertinax valde es in fide tua, nec tamē de hac, niſi per ſcripta quædam, aliquid certius inſpexiſti. Credere autem ſi velles dictis meis, Chriſtū tibi & matrē eius, ac ſancto oculata fide mōſtrarem. Mox ille illuſionē dæmonū ſuſpicatus, volens tandem probare quid eſſet: Non immerito inquit, tibi tunc crederem, ſi promiſſa duceres ad effectum. Gauiſus hæreticus diem fratri ſtatuit. Frater vero pyxidem cum ſacramento corporis Chriſti clam ſecum ſub cappa portauit. Duxit ergo fratrem hæreticus in ſpecu cuiuſdam montis in amplum valde palatiū, quod claritate mirabili relucebat. Nec mora: vt in inferiorem partem palatij peruenerunt, viderunt thronos poſitos quaſi ex auro puriſſimo, in quibus rex fulgore coruſco circundatus erat, & iuxta eum regina ſereno vultu pulcherrima, & ex utraque parte ſedilia, in quibus ſeniores, quaſi Patriarchæ, vel velut Apoſtoli reſidebant, aſtante maxima multitudine angelorum, & hi omnes luce ſiderea coruſcabant vt nihil minus quam dæmones putarētur. Hos, mox vt vidit hæreticus, cadens in faciem adorauit. Dictus autem frater immotus ſtetit: ſed tanto ſpectaculo vehementer obſtupuit. Et mox ad eum conuerſus hæreticus. Quare, inquit, filium Dei iuuenem, non adoras? Pronus accedens adora quem vides, & ab ore eius fidei noſtræ ſecreta ſuſcipies. Tunc frater accedens propius, extraxit pyxidem, & obtulit reginæ in ſolio reſidenti, dicens; Si regina es mater Chriſti ecce filius tuus, euem ſi ſuſceperis, te matrem Dei recognoſcam. Cum hac protinus voce totum illud phantaſti, cum cōcilium euaneſcit, & annihilato fulgore tantæ tenebræ deſuerunt, vt vix frater cum ducto ſuo ad montis exitum regredi potuerunt. Conuerſus ergo hæreticus, ad fidem rediit, & miram dæmonis aſtutiā ſtupefactus expauit. lib. 2. c. 57. par. 23.

EXEMPLVM CXXX.

Amore Chriſti carnalem amorem vincere docetur virgo audiens a Chriſto, Me diligas, qui ſum formoſus, &c.

ERat puella quædam in Brabantiæ partibus inter proceres generoſa, quę in amorem cuiuſdam iuuenis per multos annos miro dæmonum ſtimulabatur inſultu. Hæc cum mihi frequenter cum multis lachrymis in confeſſione diabolicas inſidias aperiret, conſuli vt ſummopere caueret, ne nutu aut verbo iuueni tentationis occaſio præberetur, & paruit illa diligenter ut monui. Cumque adeo grauiter tentaretur, ut ſomni & cibi perderet appetitum, accidit nocte quadam, ut tanto dæmonum agitaretur impulſu, quòd ſuperueniente aurora ſurgere cogitaret, & clā adire iuuenem, qui in uicino manebat. Nec mora: ubi ſurgēs oculos aperuit, uidit Chriſtum quaſi plagis recentibus crucifixum, leni ſermone dicentem ſibi lingua patria: Me diligas qui ſum formoſus, bonus, dulcis, generoſus. Vnde verſus; Dilige formoſum, dulcemque, bonum, generoſum. Hæc vt dixit, repente diſparuit, & puellā in omni pace & gaudio & gratiarum actione, ab omni tentatione liberrimam dereliquit. li. 2. c. 57. par. 25.

EXEMPLVM CXXXI.

Apoſtatare uolens propter gulæ tentationem, apparēte Chriſto paſſo, & panem ſanguine ſuo tinctum offerente reſipuit.

SImili prope modo cuidam militi ad Ciſtercienſem ordinem tranſeunti Chriſtus in uiſione ſuccurrit. Nam cum ille grauiſſime a diabolo ad exitum tentaretur, & de nocte in noctem meritaretur a poſtatare per fugam, ſemel parato ad exitum, & quaſi commodiorem horam in lectulo præſtolanti, & inuigilanti, Chriſtus apparuit in forma perſonatiſſimi uiri. Et cum ab illo quæreret, quid ſic iacens habe-

Digitized by Google

haberet mali, respondit ille: Dolorem cordis habeo, & magnum defectum debilitatis in membris. Cui Dominus grossum panem hordeaceum offerens, dixit. Surge, & comede panem istum. Quem ille turbatus intuitus: Quo modo, inquit, panem istum grossum comederem, qui panem similagineum manducare nó possum. Tunc Dominus detecto latere, vulneri pectoris, sanguine & sanie profluenti, hordeaceum panem admonuit, & tali profluuio madefactum iubet comedere languescentem. Mox ille cum horrore dissiliens. Heu, inquit, quo taliter pollutum comederem, quem impollutum recusabam. Et Dominus quasi minaci vultu innuens refutanti. Oportet, inquit, vt gustu saltem attendas quid sapiat panis iste. Cumque diffugium ille non haberet, & susceptum panem tremebundus summis vix labijs attigisset, sensit in pane super omnem suauitatem dulcedinem mirabilem. Quem hianti quidem ore contrectans, totum suauissimo cum mira auiditate comedit. Nec mora. Domino disparente, tentatus ille ad se reuersus est, & quid vidisset, & sensisset sincero corde retractans, ab omni dolore mentis, & carnis tentatione conualuit, & in magna tranquillitate spiritus, vsque ad finem uitæ permansit. Quid mirum? Hordeaceus enim panis autem ordinis mellea Christi lateris perfusione linitus est. lib. 2. c. 57. par. 26.

EXEMPLVM CXXXII.

Confirmatus cœcus non potuit, ut antea, de coloribus iudicare.

VEnerabilis Bonifacius quondam Lausanensis episcopus me audiente tale quid narrauit. Erat in villa quadam cœcus quidam, qui vaccas totius villæ in pascuis custodiebat, repellebat a frugibus, & ad cætera loca pascuis vberiora ducebat, & quod maioris erat prodigij, colores & status singularum vaccarum specialiter discernebat. Verbi gratia, ut sic vaccam talis coloris ab homine perijsse, sine difficultate vaccam talem tibi apprehensam in cornibus obtulisset. Ad locum autem illum cum quidam episcopus aduenisset, & de cœco audisset talia, & probasset, quæsiuit ab illo, si Confirmationis sacramentum suscepisset? At ille. Non, inquit. Nec mora. Episcopus confessum confirmauit cæcum, & mox ab eo vaccarum discretio est sublata, quoniam dæmonum operatione, & misterio hoc fiebat. lib 2. c. 57. par. 52.

EXEMPLVM CXXXIII.

Dæmon in specie monialis nisus est militem longioris vitæ promissione decipere.

ERat quidam nobilis in VVestphaliæ partibus, vir armis strenuus, & præpotens inter suos. Hic nocte quadam siluam terribilem transiens, audiuit uocem mulieris quasi in vicino cantantis. Et dixit suis. Estne quis vestrum qui mecum uadat mulierem uidere cantantem? Omnibus ergo simulantibus & dissimulantibus, & prohibentib. illum perrexit solus, & inuenit stantem sub arbore quasi nigram monialem extensis in cælum manib. cantantem. Quam cum interrogasset quid ageret, respondit: Hic laudo Deum meum. Credens autem ille aliquem sanctorum esse, rogauit eam, dicens Dic mihi obsecro quid futurum est mihi? Et illa. Multa, inquit, mala facies, & & adhuc facies, & deuictis inimicis tuis crucem transmarinam suscipiens, transfretabis, & in Christi seruitio morieris. Ad hæc uerba gauisus ille, recessit. Et vt illi, prædictum est, facta cæde hominum, inimicos deuicit. Qui cum præstolaretur crucis signationem, vt transfretaret, incidit in acutissimam febrem. Rogantibus ergo, & consulentibus physicis & amicis, vt confiteretur peccata, & pœniteret, communiterque se ecclesiasticis sacramentis, quia ei periculum imminere uideretur, noluit ille, nullo modo reputans se moriturum. Cumque super hoc physici mirarentur, fratrem illius carnalem magnæ indolis clericum mandauerunt. Cui fratris periculum intimantes, super salute animæ illius admonendum instantius consulebant. Mox ad fratrem ingressus clericus, arguit periculosius infirmantem. Cum ait miles. Et tu, ut alij, stultus instas mihi, qui optime scio, quod modo nequaquam moriar. Cui clericus cum lachrymis dixit. Et vnde hoc habes frater charissime? Et ille tandem: Sic, & sic dictum est mihi, quòd crucem accepturus sum,

ſum, & in terra ſancta moriturus in Chriſti ſeruitio. Ad hæc verba frater eius tactus dolore cordis intrinſecus. Verè, inquit, frater chariſſime, ille antiquus hoſtis diabolus tuo nunc inſidiatur calcaneo, qui mendacio ſuo te nũc nititur decipere moriturum. Age ergo ſalutis cauſam, & pœnitere, impleas quod rogaris. Nec mora, decumbens petit aduocari presbyterum, poſtulat veniam, crimina confitetur, ſtatuit teſtamentum, recipit corpus Chriſti, inungitur, exhalat ſpiritum, & ſicut credimus ab inſidijs dæmonum liberatur Nec diu poſtea, defuncti fratre clericus, bonitatem Chriſti in fratre mortuo recognoſcens, Prædicatorum ordinem intrans, multa cõſtantia ſeculum dereliquit. lib. 2. c. 57. p. 61.

EXEMPLVM CXXXIIII.

Deridens Ludouicum regem Franciæ contorto collo plagatur.

COmes Gelriæ Otho curſorem cum literis Pariſios miſerat, curſu præpeti rediturum. Quem redeuntem Comes Otho interrogans, quæuit ſi regem Franciæ Ludouicum uidiſſet? At ille, ubi more ſubſannantis cõtorſit collum. Vidi, inquit, vidi illum miſerum papellardum regem, caputium habentem capitis ſuper ſcapulas. Hæc dicens, faciem contorſit ex aduerſo, & ſic facies contorta remanſit toto tempore vitæ ſuæ. lib. 2. c. 53. p. 63.

EXEMPLVM CXXXV.

Dæmon mendacem ſe eſſe fatetur, & propter ſuperbiam dicere non poteſt, Domine Deus meus peccaui, ignoſce mihi.

VIdi in Brabantia mulierem quandam diuitem, & honeſtam, poſſeſſam a dæmonio. Quam, cum rogante presbytero religioſo viſitarem, inuenimus eam a uexatione dæmonis quieſcentem, & ſenſatè loquentem ut ſanam. Tunc occultè, nullo aduertente, verſum cuntici Moyſi in Deuteronomio, ſecundum quod olim a ſancto quodam viro audieram, tertio repetiui, ad prouocandum dæmoniũ in obſeſſa. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui Nec mora, mulier palle re cępit labijs atque vultu, & duæ venæ in collo eius ad groſſitiem pollicis intumeſcere. Tunc ego Quare (inquio) peſſime uexare fœminam præſumpſiſti? Et dæmon, Mortuo, inquit, viro ſuo compaſſa, in ſubſidium illius animæ contulit quicquid boni fecerat in hac uita, & ex hoc nacta occaſione vas vacuum mox intraui. Cui ego. Mentiris miſerrime, ex hoc enim quod dedit mediante charitate cumulatum eſt bonum eius. Et ille cum cachinno. Mendax, inquit, ſum, nec mirum ſi mentior. Mox ego Eſtne illa tam pulchra, ſicut dicitur, cœleſtis patria quam perdidiſti? Et retpondit. In infinitum pulchrior, quam dicatur. Et ego: Vel leſne redire ad illam patriam ſi poſſes? Et ille. Vellem, inquit, ut poſſem, & me vſque ad diem iudicij omnia excogitata ſupplicia ſuſtinere oportet. Cui dixi. Et ego promitto tibi in periculum ſalutis meæ promiſſæ ſi mendax inueniar, illam perditam gloriã recuperare te poſſe ſi tantum hęc dixeris, Domine Deus meus peccaui ignoſce mihi. Et mox ille contorto collo exclamat horrificè. Domine, Domine. Cumque hoc, ſæpius cum clamore ualido perſonaret, nec vltra in uerbis procederet, (impoſſibile enim ſciebam illi, ut Deum ſuum dominum recognoſceret, & ſe fateretur peccaſſe, atq; ſibi peccaretur ignoſci) tandem ſubiunxit. Domine Deus Margaretæ (ſic enim obſeſſa mulier vocabatur) Deum re cognoſcere Dominum ſuum indignatus. Tunc ego ad illum. O infeliciſſime omnium creaturarum, ſuperbia eliſit te, & de cęlo depulit, te redire inexpiabilis ſuperbia non permittitur. Nec mora cõfuſſus obmutuit. Et poſt paucos dies, non tamen tunc, fœminam dereliquit. lib. 2. c. 57. par. 67.

EXEMPLVM CXXXVI.

Hæreticus ſe fingens arreptum a dæmone, ut mortem euaderet, a clerico obſeſſo comburitur, quo facto clericus liberatur.

ERat circa Cameracum ciuitatem quidam hæreticus, aſtutus ualde, qui metuens inquiri, & comburi a fratribus Prædica-

Digitized by Google

dicatoribus, qui in dicta ciuitate eo tempore plurimos comburebant, finxit ſe arreptum a dæmone, & ob hoc ad ſanctum Arcadrum in Aſpera, obſeſſos curare potentem, ligatus ab amicis deductus eſt, ut in eo non hæreſim propalatam, ſed furiam putarent. Et, vt audiuit quidam clericus obſeſſus a dæmone, & ligatus, quod Eligius Boogris (ſic enim vocabatur) ligatus poneretur in loco, ſubſequenti nocte idem obſeſſus clericus diuino nutu ſolutus eſt, & aggregans mattas & ſtramina, atque eccleſiæ ſcamna, ſuper ligatum hæreticum, cumulauit. Ludum autem & furiam credens ille, diſſimulat quoadulque clericus ignem de lampade ſumens, comburere hæreticum cæpit. Et tunc hæreticus clamauit. Ad cuius vocem experfacti cuſtodes, cum ignem extinguere niterentur, clericus arrepto gladio, quem caſu iuxta lectum inuenit, omnes uiolenter abegit, & hæreticum in igne combuſſit. Nec mora: diuino exacto iudicio, clericus a dæmone liberatus, & plene ſoſpes apparuit. libr. 2. cap. 57. parte 68.

DISTINCTIO SEXTA.

EX ILLVSTRIVM MIRACVLORVM ET HISTORIARVM MEMORABILIVM

Libris Cæſarij Hiſterbachenſis, Ordinis Ciſtercienſis.

EXEMPLVM I.

Conuertitur poſt profeſſionem frater, qui ut aliquid furaretur religionem ingreſſus fuerat.

RE'ulit mihi frater Godefridus monachus noſter, quondam canonicus ſancti Andreæ in Colonia, cum eſſemus ſimul in probatione, rem digna memoria. Aſſerebat ſibi a quodam monacho Claræuallis bene noto relatum, quendam clericũ actu trutanum, quales per diuerſas vagari ſolẽt prouincias, veniſſe ad Claramuallem, non quidem zelo ordinis, ſed ut aliquid monaſterio raperet ſub pallio religionis. Factus itaque nouitius, cum per totum afinum probationis ſuæ inſidiaretur ornamentis eccleſiæ, & propter diligentem cuſtodiam ſatisfacere cordis ſui nequiuiſſet malitiæ, hæc intra ſe cogitabat: Cum factus fuero monachus, & licuerit miniſtrare, ſine nota ac labore ipſos calices ſubtraham, ſicque recedam. Ecce tali intentioni elegit profeſſionem, promiſit obedientiam, induit cucullam. Sed pius dominus, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, & peruerſam voluntatem mirabiliter mutauit, & venenum in antidotũ miſericorditer conuertit. Induto ergo habitu monachali, contritus & conuerſus adeo profecit in ſancta religione, vt non multo poſt propter meritum vitæ ad dignitatem prioratus aſcenderet in Clareualle. lib. 1. c. 3.

EXEMPLVM II.

Conuertitur per beatum Bernardum oratione Henricus germanus regis Frãciæ.

ACcidit tempore quodam, vt Henricus germanus regis Frãciæ ueniret in Claramuallem, locutus beato Bernardo ſuper quodam ſeculari negotio. Tum etiam conuentum viſitans illius ſe orationibus commendauit. Cui venerabilis abbas inter cætera vitæ ſalutaris monita reſpondit: Confido in Domino, te non moriturum in eo in quo nunc es ſtatu, ſed velociter experimento probabis, quantum tibi profit iſtorum oratio, quos expetiſti. Quod eodem die probatum eſt. Nam multis ſpiritualibus viris exultantibus de eius con-

conuersione, sui eum lugebant, & tanquã mortuum retinerent, ita inconsolabiliter eiulabant. Cum locij, ac tota familia Henricum, ut iam dixi, deplangerent, Andreas quidam paralitieus, ex nimia impatientia doloris, quasi in furorem uersus, Dominũ suum ebriũ, insanum, mentisque impotem uociferabat, neque conuitijs, neque blasphemijs parcens. Et cum Henricus uirum sanctum deprecaretur, ut pro illius cõuersione operam daret, respondit: Ne sis pro illo sollicitus, anima eius modo in amaritudine est tua est ille. Et cum repeteret audiẽte Andrea hoc uerbum, ille sanctam religionem plurimum abhorrens, talia in corde suo taciturne ut lubat, sicut postea cõfessus est: In hoc enim non fallum esse prophetam, de hoc enim certus sum, quod locutus est uerbum, & non fiet. Hoc tibi coram rege, & principibus, & celebri conuẽtu improperabo, ut falsitas tua omnibus innotescat. Et cum altera die recederet, mala omnia monasterio imprecans, & ualde funditus subrui desiderans, in ipsa nocte uictus, & quasi uinctus, trahẽtes se gratia, & uim faciẽte spiritui sancti, uix diem expectare potuit, & ad monasterium reuertens, cunctis mirantibus, alterum se exhibẽdo Saulum, beato uiro se dedit. lib. 1. c. 19.

EXEMPLVM III.

Votum religionis miles quidam emittens, repente sanus de infirmitate efficitur.

ANte hoc triennium miles quidã Ludouicus nomine acutis febribus laborabat, & uocatus est Dominus abbas, ut infirmum uisitaret. Ingrauescente infirmitate, cum miles idẽ iam omnino esset desperatus, monitus est ab abbate, ut se ordini redderet, & uotum conuersionis, ut mos est, uerbis exprimeret. Qui consilio adquiescens, mox ut ex consensu uxoris inter manus abbatis se reddidisset, facies eius cæpit immutari, & quodammodo alterari, ita ut pallor uerteretur in candorem, & color liuidus proficeret in ruborem, cunctis qui aderant stupentibus, & Dei donum in morbũ do mirantibus. Et ut pius Dominus adhuc manifestius ostenderet, quia propter uotũ ordinis infirmum dimisisset, cæpit miles sine sudore, sine sanguine, sine sternutatione, contra infirmitatis naturam, conualescere. Qui non ingratus beneficijs diuinis, deportauit se fecit ad monasterium nouitũ, in quo factus nouitius, & monachus, non multum post migrauit ad Dominum. lib. 1. c. 25.

EXEMPLVM IIII.

Infernales pœnas expertus quidam, qui scientiam per lapidem a dæmone præstitum acquisierat, in ordine Cisterciensi grauissimam pœnitentiam exegit.

ANte annos uiginti quatuor abbas quidam Moribundus fuit, quem talis infirmitas ad ordinẽ traxit. Cum esset iuuenis cum cæteris scholaribus studebat Parisijs. Qui cum esset duri ingenij, labilisque memoriæ, ita ut pene nihil posset capere, uel retinere, ab omnib. irridebatur, ab omnibus idiota iudicabatur. Vnde cœpit turbari, multisque doloribus cor eius affligi. Contigit autem, ut die quadam infirmaretur, & ecce Sathan affuit, qui diceret ei: Vis omni facere homagium, & ego tibi dabo scientiam omniũ literarum? Audiens hæc iuuenis, expauit, & diabolo talia suggerẽti respondit. Redi post me Sathanas, quia nũquam eris Dominus meus, neq; ego homo tuus. Et cum ei non adquiesceret, manũ illius quasi uiolenter aperuit, lampidemque imponens, dixit: Quamdiu clausum tenueris lapidem istũ in manu tua, scies omnia. Recedente inimico, iuuenis surrexit, scholas intrauit, quæstiones proposuit, omnesque disputando superauit. Mirati sunt omnes, unde idiotæ tanta facundia, nouitas tã inusitata. Ille uero negotium celatum habuit, nec alicui homini causam tantæ scientiæ exponere uoluit. Non multo post infirmari cæpit usque ad mortem, uocatus est sacerdos, qui dius audiret confessione. Qui inter cætera etiam confessus est, quo modo a diabolo recepisset lapidem, & cũ lapidem scientiam. Respondit Sacerdos, Proice miser a te hanc diaboli, ne expers fias scientia Dei. Tertius ille lapidem, quem adhuc manus tenebat, proiecit & cum lapide fallacem scientiam deposuit. Quid plura? Defunctus est clericus, & corporis

eius

Digitized by Google

eius poſitum in eccleſia, ordinatis circa feretrum ſcholaribus, qui more chriſtiano pſalmos decantarent. Dæmones autem animam tollens, & ad vallem profundam, terribilem, fumumque ſulphureum euaporantem illam portantes, ordinabant ſe ex vtraque parte vallis. Et qui ſtabant ex una parte, animam miſeram, ad ſimilitudinem ludi pilæ proijciebant, alij ex parte altera per aera volantem manibus ſuſcipiebat. Quorum vngues ita erant acutiſſimi, vt omne acumen ferri incomparabiliter ſuperarent. A quibus ita torquebatur, ſicut poſtea dicebat, cum eum iactarent, vel exciperent, vt illi tormento nullum genus tormenti poſſet æquiparari. Miſertus illius Dominus, miſit neſcio quam cęleſtem perſonam, virum magnæ reuerentiæ, qui dæmonib. tale nuntium deferebat; Audite, præcepit vobis Dominus altiſſimus, vt animam a uobis deceptâ dimittatis. Mox omnes ſimul animam dimiſerunt, nec eam amplius tangere præſumpſerunt. Quæ reuerſa ad corpus membra exanimata viuificauit, viuificata erexit, ſcholares circunſidentes in fugam vertit. Deſcendenſque de feretro, dicebat ſe viuere, & quid uiderit, quidve audierit magis opere, quam ſermone manifeſtauit. Nam ſtatim conuerſus in ordine Ciſtercienſis tam rigidus fuit ſibi, tam durus caſtigator corporis ſui, vt omnib. qui eum videre poterant patenter daretur intelligi, quia pœnas ſenſerat purgatorij, uel potius inferni lib. 1. c. 32.

EXEMPLVM V.

Bona iniuſtè ablata retinens Ludouicus Lantgrauius grauiſsimas pœnas inferni ſuſtinuit, clericus uerò uiſa infernali pœna conuertitur.

LAntagrauius Thuringiæ Ludouicus peſſimus tyrannus ſibi commiſſum populum indebitis exactionibus deprimebat, poſſeſsiones etiam eccleſiarum iniuſtè vſurpabat, & plura alia mala faciebat, vnde frequenter a religioſis viris admonitus, reſpondebat. Cęlum cęli Domino, terram autem dedit filius hominum. Is cum in ſuis peccatis moreretur, duos filios reliquit hæredes, Ludouicum ſcilicet, qui in prima expeditione Hieroſolymitana, quæ facta eſt temporibus Friderici Imperatoris, defunctus eſt, & Hermanum, qui eidé in principatu ſucceſſit, qui mox obijt. Ludouicus uero, qui ſatis erat tractabilis & humanus, &, vt uerius dicam, cæteris tyrannis minus malus, tale edictum propoſuit. Si aliquis eſſet, inquit, qui veris indictis uera mihi de anima patris mei dicere poſſet, bonam cortem a me reciperet. Audiebat hæc miles quidam pauper, qui fratrem habebat clericum in necromantia quandoque ſatis expeditum. Cui cum uerba principis indicaſſet, reſpondit ille; Bone frater, diabolum aliquando per carmina uocare conſueui, ſciſcitabar ab illo quæ uolui, iam diu eſt quod eius colloquiis artibusque renunciaui. Inſtante milite opportune, importune, ad memoriam eius reducens propriã paupertatem, promiſſumque honorem, precibus eius tandem clericus victus, dæmonem uocauit. Vocatus, quid uellet inquiſiuit. Reſpondit clericus Pœnitet me tanto tempore receſsiſſe a te. Indica mihi obtecro, ubi ſit anima Domini mei Lantgrauij? At dæmon: Si uis mecum pergere, ego illum tibi oſtendam. Et ille: Libenter illum uiderem, ſi ſine periculo uitæ meæ illum uidere poſſem. Cui diabolus. Iuro tibi per altiſsimum, & per tremendum eius iudicium, quia ſi fidei meæ te commiſeris, incolumen te illuc ducam, hucque reducam. Ponit clericus propter fratrem animam ſuam in manibus ſuis, collum dæmonia aſcendit, quem infra breue tempus ante portam inferni depoſuit. Introſpiciens clericus, contemplatus eſt loca nimis horrenda, pœnarumque diuerſa genera, & dæmonem quendam aſpectu terribilem ſuper opertum puerum reſidentem. Clericus ut hæc uidit, totus contremuit, & clamauit dæmon ille ad dæmonem baiurum. Quis eſt ille, quem tenes in collo? Adduc eum huc. Qui reſpondit: Amicus noſter eſt, & iuuauit eum per uirtutes tuas magnas, quia eum non læderem, ſed animam Lantgrauii Domini ſui oſtenderem, vt omnibus tuam immenſam prędicet uirtutem. Ille uero ſtatim operculum igneum, cui inſedit, amouit, & tuba ænea puteo immiſſa tam ualide buccinauit, vt uideretur clerico totius tremere mundus. Poſt horam, vt ei videbatur, nimis longam

ventem eructante flamas sulphureas, Lantgrauius inter scintillas ascendentes simul ascendens, uidendum se clerico collo tenus præbuit. Ad quem ait: Ecce præsto sum miser ille Lantgrauius, quondam Dominus tuus, & utinam nunquam natus. Cui clericus; Missus sum a filio uestro, ut ei renunciem: possim de statu uestro, & si in aliquo potestis iuuari, mihi dicere debetis. Respondit ille: Statum meum bene uides, hoc tamen scias, quia si filij mei restituere uellent tales possessiones talium ecclesiarum,(proprijs nominibus eas exprimens) quas mihi iniuste usurpaui, & sub titulo hæreditario ipsis reliqui, magnum animæ meæ conferrent remedium. Cui cum clericus diceret: Domine,non credēt mihi. Respondit. Ego dico tibi signum, quod nemo nouit præter me, & filios meos. Accepto signo, & Lantgrauio eo uidente puteo immerso,per dęmonem reductus est. Qui licet uitam non perdiderit, ita tamen pallidus & languidus rediit, ut uix agnosceretur: uerba patris filiis retulit, signa ostendit, sed modicum illi profuit. Nō enim in hoc consentire uoluerunt, ut possessiones restituerent. Respondit tamē Ludouicus Lantgrauius clerico: Signa cognosco,patrem meum uidisse non dubito,propositum tibi pręmium dare non renuo. Ad quem ille: Domine cottis uestra uobis maneat,ego cogitabo quid animæ meæ expedit. Relictis omnibus,factus est monachus in ordine Cistercienſi,contemnēs omnem laborem sustinere temporalem,dummodo pœnam euaderet æternam.lib.1. c.34.

EXEMPLVM VI.

Apostata monachus & sacerdos latro efficitur, & purgatorium duorum millium annorum a seipso sibi imponitur, sed duobus annis factis pro eo precibus, & aliis bonis operibus liberatur.

IVuenis quidam nobilis conuersus est in quadam domo ordinis nostri: habebat ante Episcopum, quendam cognatum a quo unice amabatur. Qui cognita eius conuersione, ad monasterium uenit, & ut rediret ad seculum uerbis quibus poterat suasit, sed persuadere non potuit. Anno probationis expleto, factus est monachus & non multo post gradatim ascendens, in sacerdotem est ordinatus. Qui suadente diabolo, a quo primus homo eiectus est de paradiso, oblitus uoti, oblitus sacerdotii,& quod pessimum est, creatoris sui,ordinem deseruit. Et quia ad parentes redire erubuit, prædonibus se coniunxit. Qui ita datus est in reprobum sensum, ut qui prius bonis erat melior, postea malis fieret deterior. Accidit,vt in obsidione cuiusdam castri telo percussus, & perfossus ad extrema deueniret. Deportatus est a socijs in quandam uillam, adhibitis quibusdam,qui ei ministrarent. Et eum nulla spes esset euadēdi mortem temporalem, hortabantur ad confessionem, ut saltem illius beneficio mortem euaderet æternam. Quibus respondit. Quid mihi prodesset confessio, qui tanta, & tam innumera feci mala, qui tam enormia commisi scelera? Ad hæc illi. Maior est Dei misericordia, quam iniquitas tua. Vix tandem,importunitate victus illorum,ait. Vocate sacerdotem. Qui cum vocatus adesset, & coram infirmo sederet, pius Dominus, qui potens est auferre cor lapideum, & dare cor carneum, tantam cordi eius contulit contritionem, vt sæpe confessionem incipere, & propter lachrymas, & singultus in voce deficeret. Tandem collecto spiritu in huiusmodi verba prorupti. Domine peccaui super arenam maris,& monachus sum ordinis Cistercienſis, in ordine sacerdos factus,ordinem, peccatis meis exigentibus, deserui, & non mihi sufficit quod apostataui,sed & prædonibus me coniunxi, quos in crudelitate superaui, quibus illi tollebant substantiam, ego abstuli vitam. Nemini parcebat oculus meus. Si illi quandoque parcebant humanę ducti miseratione, ego cordis mei impellente malitia nemini, quantum in me fuit, parcere potui. Multorum vxores, & filias violaui, incendijs plurima vastaui. Enumerauit, & alia quam plurima,quodammodo naturam humanam excedentia. Talibus sacerdos auditis, peccatorum eius enormitate territus sicut stultus fuit, ita & stulte respondit. Maior est, inquit, iniquitas vestra, quam vt veniam mereamini. Respondit ille. Domine literatus sum, sæpius audiui, & legi, quia nulla sit comparatio humanæ malitiæ ad diuinam bonitatem. Ait enim pro-

pro-

propheram Ezechielem. In quacunque hora peccator ingemuerit, saluus erit. Ité, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & uiuat. Rogo ergo uos intuitu diuinæ misericordiæ, ut aliquam mihi dignemini pœnitentiam iniungere. Et sacerdos Nescio, quid tibi iniungere debam, quia homo perditus es. Respondit monachus. Domine, ex quo non sum dignus a uobis recipere pœnitentiam, ergo mihi ipsi pœnitentiam iniungam. Eligo enim duo millia annorum esse in purgatorio, ut post illos misericordiam inueniam coram Deo. Ex quo ergo negatis mihi medicinam satisfactionis, pro ut non fraudetis me a uiatico sacræ communionis, Respondit ei stolidus sacerdos. Si tibi astus non fuit iniungere pœnitentiam, quomodo præsumo tibi dare Christi corpus, & sanguinem. Et cum ad neutrum acquiesceret, uincam tandem rogauit petitionem, dicens. Statum meum in scedula scribere uolo, & uos deferre eam debitis tali Episcopo cognato meo, (ex nomine eum designas) spero quia pro me orabit. Et promisit sacerdos, mortuus est monachus, & ad purgatorium deportatus. Et uenit sacerdos ad Episcopum, defuncti litteras ei deferes. Quas cum legisset amarissime fleuit, dixitque sacerdoti. Nunquã tantum dilexit hominem, dolui de apostasia, doleo de morte, dilexi uiuum, diligo mortuum, quia iuuari potest, & contritus obiit, orationib. Ecclesiæ meæ non carebi. Et euocans prælatus Episcopatus sui, Abbates. s. Decanos, Priores Pastores Ecclesiarum, quib. commissa fuerat cura animarum, & hoc ipsum demandans monasteriis sanctimonalium, rogans cum multa humilitate, & instantia, uiua uoce præsentes, literis absentes, ut omnes speciales orationes, quas ipse iniunxit, illo anno animæ iam dicti defuncti impenderent, a in missis, quam in psalmis. Ipse uero præmissas, & elemmosyna, ac orationes peculiares, quas pro eo fecit, singulis diebus hostiam salutarem pro absoluuone animę eius immolauit, quod si forte in maxima necessitates, uel infirmitate, hoc per seipsum facere non potuit, alter defectum illum suppleuit. Anno cõpleto, infine missæ post altare stãs defunctus apparuit Episcopo, pallidus exilis, macilentus, in ueste pulla, multu habituque statum suum bene declarans. Quem cum interrogasset, quo modo haberet, uel vnde ueniret, respondit. In pœnis sum, & de pœnis uenio, sed gratias ago charitati tuæ, quia annus iste propter eleemosynas, & orationes tuas, atque beneficia Ecclesiæ tuæ mihi exhibita, abstullit mihi mille annorum pœnas, quas sustinere habebam in purgatorio, qd si adhuc uno anno similem mihi impenderis opem, omnino liberabor. Audiens hoc Episcopus, lætus effectus, Deo gratias egit, missisque literis ad ecclesias siue monasteria, uisionem omnib exposuit, & ut adhuc vno anno iniunctas seruarent orationes obtinuit. Episcopus uero annum sequentem præcedenti continuauit, tanto in exhibitione feruentior, quanto iam deliberatione securior. Expleto anno cum Episcopus missam pro eo celebraret, iterum adfuit illic in cuculla niuea, & facie serenata, dicẽs sibi omnia optare succedere, & ait Episcopo. Remuneret. Deus omnipotens charitatem tuam, sanctissime pater, quia propter tuam sollicitudinem ereptus de pœnis, iam ingredior gaudiũ Domini, & ecce illi duo anni reputati sunt mihi pro duob. millibus annorum. Et non vidit eum amplius.
lib. 2. ca. 2.

EXEMPLVM VII.

Apostata monachus & fornicarius rursus a beato Bernardo conuertitur, & propositum eundem habens post mortem in habitu religioso inuenitur, cum tamen in clericali traditus esset sepulturæ.

BEatus Bernardus monachum quendam habuit, qui suadente inimico habitum deposuit, & parochiam quandã eodem cooperante regendam suscepit. Erat quippe sacerdos. Et quia sæpe peccatum peccato punitur, deserto ordinis in uitium labitur libidinis: concubinam, sicut multis consuetudinis est, ad sibi cohabitandum accepit, de qua & liberos genuit. Accidit autem, ut post annos plurimos, miserante Deo, qui neminem uult perire, sanctus Abbas uillam, in qua monachus habitauit, transiret, & ad domum illius hospitandi gratia diuerteret. Quem ille bene cognoscens,

scens, & quasi proprium patrem cum multa reuerentia excipiens, deuote ministrauit, & tam ipsi, quam sociis, ac iumentis necessaria copiose procurauit, non tamen recognitus est ab Abbate. Mane cum uir sanctus, dictis matutinis, paratus esset ad eundum, nec posset loqui sacerdoti, eo quod maturius surgens isset ad ecclesiam, ait filio ipsius sacerdotis. Vade, defer nuntium istud Domino tuo. Erat autem puer mutus a natiuitate. Qui præcepto obediens & etiam præcipientis uirtutem in se sentiens, ad patrem cucurrit, & sancti patris uerba, uerbis ualde absolute expressit, dicens. Hæc, & hæc mandat tibi Abbas. Pater primam uocem filii audiens, & prægaudio lachrymans, ut secundo & tertio eadē uerba repeteret admonuit, & quid sibi Abbas, fecerit, diligenter inquisiuit. Cui ille, Nihil aliud mihi fecit, sed solummodo uerbis dixit mihi. Vade, dic Domino tuo uerba hæc. Ad tam euidens miraculum sacerdos compunctus, festinanter ad sanctum, uirum uenit, seque cum lachrymis ad pedes illius prostrauit. Domine pater, inquit, monachus uester talis, ac talis fui, & tali tempore a monasterio recessit. Rogo igitur paternitatem uestram, ut licet mihi redire uobiscum ad monasterium, quia Deus in aduentu uestro uisitauit cor meum. Cui sanctus. Expecta me, & ego peracto negotio ocius reuertens ducam te mecum. Timens ille mortem, quam prius non timebat, respondit. Domine timeo interim mori. Ad hęc ille. Hoc pro certo scias, quia si in tali contritione, ac proposito mortuus fueris, coram Deo monachus inuenieris. Recessit, rediit, illum recenter mortuum, ac sepultum audiens, sepulchrum aperiri præcepit. Dicentibus qui aderant, quid facere uelet, respondit. Volo uidere utrum in sepulchro iaceat monachus, an clericus. Clericum, inquiunt, in habitu clericali sepeliuimus. Reiecta terra, non in uestę, qua sepultus fuit, sed in tonsura, & habitu monachi cunctis apparuit. Et magnificatus est ab omnib. Deus, qui uolūtatem pro facto reputat. lib. 2. capit. 2.

EXEMPLVM VIII.

Communicātis indigne hostiam niuea columba in nocte Natiuitatis absumens auolauit, & post confessionem reportauit.

ANte paucos annos in regno Franciæ erat sacerdos quidam, qui in ipsa nocte Natali Domini transire debebat per breuem campum de una villa ad aliam, ut ibidem secundum consuetudinem matutinas diceret, missasque celebraret. Operā diaboli, ut creditur, iuxta uillam solā mulier occurit, & quia sine teste fuit, solus cum sola peccauit. Perpetrata culpa tā nefaria, non eum retraxit a maiori contemptus accusatrix conscientia, sed magis timens humanam uerecundiam quam diuinam uindictam, ecclesiam intrauit, dictisq. matutinis, missam de nocte primo galli cātu secundum mortem solemniter inchoauit. Transubstantiatione facta, panis, uidelicet in corpus. & uini in sanguinem Christi, columba niuea ipso sacerdotes aspiciente supra altare descendit, totumq. ebibens quod erat in calice, rostro suo hostiam tulit. & auolauit. Videns ista sacerdos satis etsi non salubriter, est territus, & quid faceret non parum perplexus, canonem prosequitur populum circunstantem quantum ad uerba & signa compleuit, sed fructu canonis caruit. Post missam, decantatis laudib. cum missam de mane diceret, eo quod nō haberet qui uicem suam suppleret, eadem columba hora qua prius iterum uenit, sacramentum abstulit, & recessit. Presbyter non cessauit a præsumptione sua, sed tertio accedens ad altare celebraturus missam de die, per eādem columbā, eo modo, quo primo, & secondo, ei puer natus sacramentum corporis & sanguinis sui subtraxit. Tandem in se reuersus, & de culpa, licet indignus, Dei tamen gratia compunctus, uenit ad quendam Abbatē ordinis nostri, confessionē faciens tanti peccati, exposuit ei omnem ordinem rei cū multis lachrymis. Abbas uero, sicut uir prudens & discretus, contritum eum ex toto corde considerans, uirtutem contritionis probare uolens, pœnitentiam suspendit, & ut ocius iret celebrare præcepit. Ille uero quasi Deo obediens confessori suo, cum multo timore, & lachry-

lachrymis ad altare miſſam celebraturus acceſſit. Quem prius Dominus, qui nihil horum odit quæ fecit, ſed diſſimulat peccata hominum propter pœnitentiam, mirabiliter lætificauit. Ante horam ſumptionis columba rediens, tres hoſtias, quas ſingillatim tulerat, ſimul roſtro deferens corporali impoſuit, et trium miſarum liquorem de gutture, ſuo calici immiſit, ac receſſit. Videns hæc presbyter, gaudio repletus eſt maximo, gratias agens Deo, qui facit mirabilia magna ſolus. Reuerſus, quæ ad Abbatem, diuinam ei conſolationem recitauit, & ut ab eo in monachus reciperetur humiliter ſupplicauit. Cui reſpondit Abbas. Non te hic tempore ſuſcipiam, ſed uolo ut mare tranſeas, & pro peccato tuo tribus annis in hoſpitali infirmantibus ſeruas. Si tunc reuerſus fueris, nullã a me repulſam patier. Volebat enim, ut per laborem tanti itineris, & pericula maris, pœnam peccati deleret, & pauperes infirmos quæ propter opera miſericordiæ ſibi interceſſores facere. Fecit ille quod Abbas præcepit, & poſt tres annos reuertens, habitum religionis in eius domo ſuſcepit. lib. 2. cap. 5.

EXEMPLVM IX.

Deſperans Hildebrandus latro propter deſperationem maxime damnatum ſe eſſe dicit. & Bertolphus ſine ordine ſacerdotii munera eius exequens minis territus ſeculum deſeri, & a Deo punitur.

HIldebrandus, habitans in uilla quadam diœceſis Traiectenſis, quæ dicitur Holchoyn, die quadam ſiluam cum alio quodam conciue ſuo intrauit, quem, ſuadente diabolo, cum ſoli eſſent, occidi. Fuerant enim aliquando inter eos inimicitiæ, ſed tunc temporis penitus erant ſopitæ. Reuerſo Hildebrando in uillam, interrogabant eum amici occiſi ubi eſſet? Qui reſpondit. Neſcio. Expectantibus die illo, & altero, eum non rediret, qui iam redire non potuit, ſuſpectum habentes iam ductum Hildebrandum propter antiquas inimicitias, coram iudice in cauſam traxerunt, crimenque homicidii impoſuerunt, quo timide negante cæpit ipſe facies eum prodere. Et cum inſtantibus illis iam negare non poſſet, confeſſus eſt quia hominem occidiſſet. Statim data ſuper eum ſententia pœnæ rotali adiudicatus eſt. Cumque duceretur ad mortem, ſacerdos eiuſdem uillæ Bertholphus cum alio ſacerdote, qui uocabatur Ioannes, traxerunt reum in partem, ſatis diligenter cum monentes de confeſſione, atque contritione cordis. Et quia miſer homo per ſe ſurgere non potuit, nec manum ſe ſubleuantem ſenſit, miſerabiliter reſpondit: Quid mihi poſſent illa prodeſſe? Homo enim damnatus ſum. Reuera reſpondit ſicut homo induratur, & deſperatus. Et ait illi ſacerdos: Adiuro te per patrem, & filium, & Spiritum Sanctum, ut infra dies xxx. mihi appareas, & ſine omni periculo uitæ meæ de ſtatu tuo me certifices. Reſpondit; Si mihi licuerit, libenter hoc faciam. Sicque rotali pœna plexus, de tormento corporis tranſiuit ad tormentum æternæ damnationis. Nocte quadam infra ſtatutum tempus, Bertholpho dormiente in ſtratu ſuo, tantus eſſe cœpit circa domum fragor arborum, tam uehemens flatus uentorum, ut ipſa animalia ſtuperent, & uix ſuis lori infra clauſtra ſtabuli retineri poſſent. Expergefactus Bertolphus, reſpexit ad oſtium domus, & ecce ianuæ quaſi uentorum impulſu aperiebantur, uidiitque Hildebrandum in camino ardente reſidentem ſibique celerius propinquantem. Territus autem ſupra modum, ſe ſignauit, & ut ſtaret ſub inuocatione diuini nominis præcepit. Ecce hic ſum, ſicut promiſi, inquit. Sciſcitante illo de ſtatu ſuo, reſpondit. Aeternaliter damnatus ſum, æternisque incendiis propter deſperationem maxime deputatus. Si ſecundum tuum conſilium egiſſem pœnitentiam, per pœnam temporalem euaſiſſem eternam. Hoc autem ſcito, quia ſi non fuiſſem uiuus a te adiuratus, ne tibi mortuus nocerem, malo tuo huc ad ueniſſet. Conſulo tibi, ut uitam tuam emendes, ne poſt hanc uitam ſimiles pœnas recipias. Erat autem idem Bertholphus, ſacerdos nomine ſe non re. Nam uſque ad illud tempus ſiue ordines presbyterũ celebrauit. Qui cum adhuc miſerum amplius interrogare uellet, reſpondit: Non licet mihi hic diutius morari, quia multi dæmones foris ante oſtium præſtolantur reditum meum. Hoc dicto, ſtatim impulſus, & expulſus, cum ſtridore, & ululatu maxi-

maxime ab eo discessit, transiensque secus stabulum animalia, sicut prius, in stupore & commotionem conuertit. Bertholphus uero timore tam horrendæ uisionis sæculũ deseruit, & in domo quadam ordinis nostri religionis habitum suscepit. Abbas loci illius, eo quod intellexisset eum uirum esse literatum & eloquentem, ut ei ad ordines liceret accedere, satis apud Dominum Papam Innocentium laborauit, sed obtinere non potuit. Ante hoc biennium, sicut mihi retulit Prior de Campo, in manu quam extẽderat temere ad arcam Dei, graui morbo, qui anthrax dicitur, punitus est. Quę cũ ei, quasi pro remedio, eo quod morbus serpens sit, abscideretur, nihil illi profuit, imo dolori dolor additus mortẽ ei potius accelerauit. Voluit eũ Dominus, ut spero, punire in præsenti, ne puniret in futuro. lib. 2. c. 6.

EXEMPLVM X.

Desperans usurarius ab infernali equo ad loca pœnarum deuehitur.

EO tempore quo magister Ioannes Xantensis Scholasticus, & magister Oliuerus Coloniẽsis Scholasticus crucem contra Saracenos prædicabant in diœcesi Traiectensi, era tibi quidam rusticus, si bene memini, nomine Godeschalchus, opere usurarius. Ille cum cæteris, non ex deuotione, ut postea patuit, sed ex circumstantium importuna admonitione, crucem suscepit. Cumque dispensatores, ex mandato Innocentij Papæ, pecuniam redemptionis colligerent à senibus, pauperibus, & infirmis, idem usurarius se pauperem mentiens, cuidam dispensatoris circa summam quinque talentorum dedit, talique dolo sacerdotem circumuenit. Testati sunt postea uicini eius, quod dedisse potuisset quadraginta marcas, nec tamen exhæredasset liberos suos, quod ipse prætendebat. Deus autem, qui falli non potuit, eius fallaciam postea terribiliter conclusit. Sedebat miser in tabernis Deum prouocans, eiusque peregrinis exprobrans in hunc modum; Vos stolide mare transibitis, substantiam uestram expendetis, uitamque uestram multis periculis exponetis; ego uero cum uxore, & liberis meis domi residens, propter quinque marcas, quibus redemi crucem meam, similem uobis habebo mercedem. Sed iustus Dominus ut palam ostenderet quantum placeret labor, & expresse peregrinantium, & quantum eius oculis displiceret dolus, ac blasphemia detrahentis, hominem miserimum tradidit sathanæ, ut diceret non blasphemare. Nocte quadam dormiente eo cum uxore sua in proprio molendino domui suæ contiguo, motum quasi rotæ molentis audiuit. Clamantique ad puerum, dixit ei. Qui admisit molendinum? vade, vide quis ibi sit. Iuit puer, & rediit. Nimio enim horrore percussus, procedere non potuit. Cui Dominus: Dic quis est ibi? Respondit. Tantus horror ad ostium molendini me inuasit, ut compelleret redire. Et ille: Et iamsi diabolus ibi sit, ego vadam, & videbo. Iniectaque toga scapulis, eo quod nudus esset, ad molendinum venit ostium aperuit, introspexit, in quo horrendam uisionem uidit. Stabant ibi duo equi nigerrimi & uir quidam deformis eiusdem coloris iuxta equos, qui dicebat ad rusticum. Festina, ascende equum istum, quia propter te adductus est. Expalluit ille, & contremuit, quia iubentis uocem minus libenter audiuit. Cumque ad talem obedientiã imparatus esset, iterato clamat diabolus. Qui tarda? proijce vestem, & veni. Erat autem crux, quam susceperat, eidem uesti assuta. Quid plura? Virtutem diabolicæ vocis per desperationem in corde suo sentiens, & iam resistere non valens, vestem reiecit in molendinum intrauit, equum, imo diabolum, ascendit. Ascendit & diabolus equum alterum, & sub multa celeritate simul deducti sunt ad diuersa loca pœnarum. In quibus homo miser patrem & matrem miserabiliter vidit, aliosque plurimos, quos defunctos ignorauit. Vidit etiam ibi quendam honestum militem nuper mortuum, Heliam nomine de Reningem Burgrauium in castro Hurst, vaccæ furenti insidentem aduerso corpore, ita vt dorsum haberet ad cornua vaccæ, quæ huc illucque discurrebat, & crebris ictibus dorsum militis cruentabat. Cui cum usurarius diceret. Domine, quare sustinens tantam pœnam? Respondit. Vaccam istam rapui sine misericordia cuidam uiduæ, & ideo sine misericordia oportet me eab illa pœna hanc sustinere. Offensa est ei in eidem

Digitized by Google

dem locis ignea, ſedes, in qua nulla potuit eſſe quies, ſed ſeſſio pœnalis, & pœna interminabilis, dictumq; eſt ei. Modo reuerteris in domum tuam, poſt tres autem dies exuto corpore reuerteris in locũ tuum, & mercedem tuam accipies in ſede iſta. Mox adę mone reductus, & in molendino depoſitus, penè exanimis relictus eſt. Inuentus ibi ab vxore & familia, atque in lectum deportatus, cum requireretur vbi eſſet, vnde veniret, reſpondit. Ad loca infernalia ductus fui, hæc, atque hęc ibidem vidi, oſtendit mihi in eiſdem locis ductor meus ſedem vnã, & dixit, quia mihi foret præparata, & quia poſt tres dies recepturus eſſem mercedem meam in ea. Vocatus eſt ſub celeritate ſacerdos, & rogatus ab vxore, vt puſillanimẽ confortaret, deſperatum erigeret, & ad ea quæ ſunt ſalutis hortaretur. Quem cum ſacerdos moneret, vt contritionem haberet de peccatis ſuis, & ut puram faceret confeſſionem, dicens neminem debere de Dei miſericordia deſperare, Reſpondit? Quid proſunt verba iſta? Non poſſum conteri, ſuperfluum iudicio confiteri, quod de me diſpoſitum eſt, neceſſe eſt impleri. Sedes mea parata eſt, poſt tertium diem illuc veniam, & ſecundum quod geſſi in ea recipiam. Sicque ſine contritione, ſine confeſſione, ſine viatico, & ſacra vnctione, tertio die defunctus, in inferno ſepultus eſt. lib. 2. c. 7.

EXEMPLVM XI.

Fletu nimio præpeditus iuuenis contritus peccata ſua confiteri non prævalens, in ſcedula deſcribit, & miraculosè delentur.

A Viris religioſis, & literatis, ut ſunt Abbates, & Scholaſtici, contigiſſe Pariſijs veraciter intellexit. Erat ibi iuuenis quidam in ſtudio, qui, ſuggerente humani generis inimico, talia quædam, peccata commiſerat, quæ obſtante erubeſcentia nulli hominum confiteri potuit. Cogitans tamen quæ malis præparata ſunt tormenta gehennæ, & quæ bonis abſcondita ſunt gaudia perennis vitæ, timens etiam quotidie iudiciũ Dei ſuper ſe, intus torquebatur morſu conſcientiæ, & foris tabeſcebat in corpore. Quid plura? Tandem miſerante Deo timor ille ſeruilis verecundiam vicit. Veniẽs ad ſanctum Victorem, Priorem vocauit, & quia confitendi gratia veniſſet indicauit. Ille paratus ad tale officium, ſicut omnes ſunt fratres eiuſdem monaſterij, ſtatim venit, in loco ad hoc deputato ſedit, præmiſſaque exhortatione iuuenem confiteri volentem expectauit. Mira res. Tanta hora eadem pius Dominus, cuius natura bonitas eſt, cuius uoluntas poteſtas eſt, cuius opus miſericordia eſt, cordi eius contulit contritionem, ut quoties confeſſionem inciperet, toties ſingultibus intercepta vox deficeret. In oculis lachrymæ, ſuſpiria in pectore, ſingultus erant in gutture. Hæc vidit Prior dicebat ſcholari. Vade, & ſcribe peccata tua in ſcedula, & defer ad me. Placuit conſiliũ iuueni, abijt, ſcripſit, die altera redijt, & ſi confiteri poſſet iterum tentans, vt prius defecit. Et cum nihil proficeret, ſcedulam Priori porrexit. Legit Prior, & obſtupuit, dixitque iuueni. Non ſufficio tibi ſolus dare conſilium, vis ut oſtendam Abbati? Et licentiauit ei. Venit Prior ad Abbatem, & porrexit ſcedulam legendam, rem ei per ordinem exponens. Quid deinde geſtum ſit, audiant peccatores, & conſolentur deſperati, & recreentur. Mox enim ut Abbas chartulam ad legendũ aperuit, totam eius continentiam deletã inuenit. Et ait Abbas Priori. Quid legam in ſcedula iſta? nihil in ea ſcriptum eſt. Hæc ut Prior audiuit, ſcedulam ſimul cum Abbate reſpexit, dixitq; ad illum. Sciat pro certo paternitas veſtra, ſupra dictum iuuenem in hac ſcedula ſcripſiſſe peccata ſua, & cum a me fuiſſent lecta, uobis etiam donaui legenda, ſed, ut uideo miſericors Deus, qui maximam iuuenis contritionem attendit, culpam iam ſufficienter punitam, iuſtè deleuit. Deletio ſiquidem ipſius ſcripti, abolitionem ſignificat totius delicti. Et aduocantes ſcholarem oſtenderunt ſcedulam, dicentes eius peccata diuinitus eſſe deleta, quam cum perſpexiſſet, & ex ſignis bene cognouiſſet, in tantum cor eius ex magnitudine gaudij eſt dilatum, in quantum prius ex magnitudine triſtitiæ fuerat anguſtatum, & nullam ei iniungentes ſatisfactionem, monuerunt quatenus Deo de perceptis beneficijs gratias ageret, atque de cętero cautius viueret. lib. 2. cap. 10.

Digitized by Google

EXEMPLVM XII.

Contritione vehementi mulier incestum cum filio commissum confessa Papæ veniam peccatorum accepit.

MVlier quædam igne libidinis succensa proprium adamauit filiũ, de quo concepit, & peperit filium alterum. Terrore tam nefariæ commixtionis percussa, quo licet momento timens se tradi Sathanæ, vel morte subitanea interire, Deo misericorditer de satisfactione anxiari cœpit. Post habito prius consilio sacerdotis sui, infantulum secum tollens, Romam venit, & cum multa importunitate Domini Innocentij Papæ oculis se ingessit, cum tantis lachrymis, & clamoribus cunctis audientibus faciens confessionem, ut omnes verteret in stuporem. Gestauit in brachijs infantem, commissi facinoris testem. Videns Dominus Papa in muliere tantam contritionem, & quia verè esset pœnitens, misericordiâ motus super eam, sicut prudens medicus, volens infirmam plenè, & cito sanare, contritionem etiam probare, præcepit vt in tali veste ibi appareret, in quali venerat ad filium, cum peccaret. Illa confusionem æternam temporali anteponens, mox se exuit, vestes posuit, in camisia redijt, & quam paratissima foret ad omnem satisfactionem in tali obedientia satis ostendens. Considerans vir literatissimus tali obedientiæ, tali verecundiæ, tali pœnitentiæ, nullius peccati pœnam posse resistere, coram omnibus dixit ad mulierem: Dimissum est peccatum tuum. Vade in pace, & nihil amplius iniunxit ei. Audiuit hæc quidam ex Cardinalib. & cum Pharisæo contra Papam murmurans, iudicium eius reprehendit, dicens ad tantam culpam tam breuem pœnitentiam minus sufficientem. Cui ille respondit: Si ego iniuste egi cum muliere ista; & insufficiens est eius coram Deo pœnitentia, potestatem habeat diabolus ingrediẽdi corpus meum, & coram omnibus me uexet. Si vero tu iniuste me reprehẽdis, simile tibi fiat. Statim diabolus Cardinalem eundem vexare cœpit, per cuius uexationem perfectã mulieris pœnitentiam Deus palam ostendit. Tandem omnium oratione purgatus Cardinalis, didicit in sua vexatione, diuinæ misericordiæ de cætero non oblatrare. lib. 2. cap. 11.

EXEMPLVM XIII.

Mariæ virgo iuueni, qui negato Christo se negare noluit, veniam peccatorum impetrauit.

IN diœcesi Leodiensi adolescẽs quidam nobilis habitauit, cum pater moriens, vt pote vir magnus & potens, multas diuitias reliquit. Factus miles idem iuuenis, ut gloriam sibi conquireret temporalem, in breui ad magnam deductus est paupertatem. Cauta enim laudis humanæ tornearentis totus deditus erat, histrionibus larga manu sua tribuebat. Et quia ad tales effusiones redditus anni minus sufficiebant, hæreditatem paternam uendere compellebatur. Erat autem in proximo manens miles quidam honestus & diues, ministerialis tamẽ. Huic iuuenis iam dictus allodia, siue feuda sua partim vendebat, partim in vadimonio exponebat. Et cum iam non haberet, quod uenderet, uel exponeret, cogitabat exulare, tolerabilius indicans inter extraneos mendicare, quam inter notos, & affines egestatis confusionem sustinere. Habebat autem villicum, hominem quidem malignum, nomine, non re, Christianum, & dæmonum ministerio totum mancipatum. Videns hic Dominum sum tristem, & tristitiæ non ignorans causam, dicebat ei: Domine vultis diues fieri? Respondit: Libenter diues fierem, dummodo ipsæ diuitiæ esse possent cum Deo. Et villicus. Nolite timere, sequimini tantum me, & bene erit vobis. Statim secutus est miserum, tanquã serpentis vocem Eua, quasi sibilum aucupis auicula, in laqueum diaboli celerius deponendus. Et duxit eum in ipsa nocte per quoddam nemus, in locum palustrem, & cœpit quasi cum aliquo habere sermonem. Cui iuuenis. Cum quo loqueris? Respõdit Domino suo villicus ille iniquitatis: Tacete tantum uos nec sit uobis cura cum quo loquar. Cumq; secundo loqueretur, & iuuenis iterato suscitaretur, Respondit. Cum diabolo. Et cœpit iuuenis nimis horrere. Dicebat villicus diabolo. Domine, ecce virum hunc nobilem Dominum meum ad

duxi

duxi gratiæ veſtræ, maieſtati veſtræ ſupplicans, ut uel eo auxilio potiſſimis honoribus, atque diuitijs conſtitui mereatur. Ad quem diabolus: Si mihi uoluerit eſſe deuotus ac fidelis, dabo ei diuitias magnas, inſuper addam gloriam, & honores, quales non habuerunt patres eius. Reſpondit villicus. Libenter uobis obſequiolus erit, & fidelis, ſi talia fuerit conſecutus. Et ille. Si uoluerit iſta a me conſequi, abrenunciare debet in inſtanti altiſſimo. Quod cum iuuenis audiret, & facere renueret, dicebat ei homo ille perditionis. Qui timetis proferre verbulũ vnum? dicite, Abrenuntio. Tandem miſer iuuenis a uilico perſuaſus, creatorẽ ſuum ore negauit, diabolo homagium faciens. Hoc ſcelere perpetrato, diabolus adiecit. Adhuc opus imperfectum eſt, etiam abrenunciare debet matri Altiſſimi. Illa enim eſt quæ maximum nobis infert damnum, quos filius per iuſtitiã abiecit, mater (quia nimis miſericors eſt) ad indulgentiam reducit. Sibilauit iterum ſerpens in aure adoleſcentes, ut Domino ſuo in hoc obediret, vt ſicut filium, ita etiam & matrem abnegaret. Ad quod verbum iuuenis nimis expauit, turbatuſque ſupra modum, reſpondit. Hoc nunquam faciam. Quare, inquit, villicus, feciſtis quod maius eſt, facite nunc quod minus eſt. Maior eſt Creator, quam creatura. Et ille. Nunquam eum negabo, etiam, ſi oportuerit me oſtiatim mendicare, per omnes dies vitæ meæ, & non acquieuit. Sicque infecto negotio, ambo reuerſi ſunt, nihil quidem honoris conſecuti, ſed maximo peccati pondere grauati, villicus ſuadendo iuuenis verò conſentiendo. Pergentes verò ſimul, venerunt ad quandam eccleſiam, cuius ianuã campanarius exiens reliquerat ſemiclauſam. Mox iuuenis deſiliens de equo, commiſit equum uillico, dicens. Expecta me hic, donec reuertar ad te. Et intrans eccleſiam ante ortum auroræ, proſtrauit ſe ante altare, & ex imo corde ipſam matrem miſericordiæ cœpit inuocare. Erat autẽ ſuper idem altare imago ipſius virginis, & matris Mariæ puerum Ieſum in ſine tenens, & eccè, meritis ipſius præclariſſimæ ſtellæ maris, uerus lucifer oriri cœpit in corde ſæpe dicti adoleſcentis. Tantam enim ei Dominus propter honorem matris, quam non negauerat, contritionem donare dignatus eſt, ut pro fletu rugiret, & pro plãctus nimijs clamoribus eccleſiam repleret. Eadem hora ſupradictus miles, qui omnia eius bona habebat (diuino, ut creditur, nutu) ad eandẽ eccleſiam diuerſit, & cum uideret apertã, putãs ibi diuina celebrari, maxime propter clamore intus infecus, ſolus intrauit: inueniensque ante altare iuuenem ſibi bene notum lachrymantem, & putans quia ſuam ſolummodo deflere calamitatem, retro quandam columnam ſeceſſit, rei exitum expectans. Cumque terribilem illam maieſtatem, quam negauerat, nominare uel inuocare non auderet, ſed tantum pijſſimam genitricem lachrymoſis uocibus pulſaret, utroque audiente, per os imaginis ſuæ, beata & ſingularis chriſtianorum aduocata filio loquebatur in hęc uerba. Dulciſſime fili, miſerere huic homini. Puer uero matri nil reſpondit, faciem ab ea auertens. Cumque iterum rogaret, hominem ſeductum afferens, matri dorſum uertit dicens: Homo iſte negauit me, quid ei faciam? Poſt hęc uerba imago ſurrexit puerum ſuper altare poſuit, eiusque pedibus ſe prona proſtrauit, & ait; Rogo fili, ut propter me dimittas ei peccatum hoc. Mox que infans matrem eleuans reſpondit illi. Mater, nunquã tibi aliquid negare potuit. Ecce propter te totũ dimitto. Prius dimiſerat culpam propter contritionem, deinde pœnam peccati propter matris interceſſionem. Surgẽs autem iuuenis, exiuit ex eccleſia, triſtis quidem de culpa, ſed hilaris de indulgentia. Exiuit poſt eum ſæpe dictus miles latenter, & quaſi rem ignoraret, quęſiuit, quare tam humidos, & tumidos ipſemet habere oculos? Reſpondit. De uento eſt. Et ille; Domine, non me latet cauſa triſtitiæ ueſtræ, habeo autem filiam unicam, ſi vultis illam in uxorem ſuſcipere, omnia ueſtra uobis, cum ipſa reſtituam, inſuper hęreditatum mearum ſucceſſorem conſtituã.

Conſentit iuuenis. Reuerſus miles proponit vxori, adquieſcit.

Nuptiæ celebrãtur iuueni ſub nomine dotis omnia ſua reſtituuntur illi.

a.c.12

EXEM-

EXEMPLVM XIIII.

Contritionem ab extra moriturus ostendens, sed in corde propositum emendæ non habens damnatur.

PArisiis in Ecclesia sanctæ Dei genitricis Maria Canonicus nuper obiit, qui multa habens stipendia, delicatissime vixerat. Et quia ex delitiis maxime, & de his, quæ ad gulam pertinent, libido nascitur, nata nutritur, & quotidianis eius incitamentis augmentatur, idem iuuenis ualde tunicam carnis suę maculauit, & tam illo, quam aliis suis peccatis, iram Dei in se prouocauit. Tandem per infirmitatem tactus, timore mortis confessionem fecit, peccata defleuit, & emendatione promisit, viaticum accepit, inunctus est, & hominem deposuit, cuius corpus, utpote uiri nobilis, diuitisque, cum magna pompa secularis glorię tumulatum est. Et erat in illa die tanta seueritas, ut ipse aer eius obsequiis famulari uideretur. Dixerunt homines ad inuicem. Multa bona præstitit Deus homini illi, nihil enim ei defuit horũ, quę homo Christianus habere debuit. Dominicas sacramentis munitus est, cum magna gloria sepultus est. Sed homo uidet in facie, Deus autem intuetur cor.

Post paucos dies cuidam sibi ualde familiari apparens, dicebat se esse damnatum. Cumque mirarentur ille, & expauescerent, pœnitentiam eius, & confessionem, sacram etiam communionem, & inunctionẽ cõmemorans, respondit defunctus. Vnum bonum mihi defuit, sine quo nullum horum, quæ enumerata sunt, mihi prodesse potuit. Quid est illud, inquit? Respondit mortuus. Vera contritio licet enim Deo promittenti consilio confessoris continentiam, siue alia quæ salutis sunt tamen dicebat mihi conscientia, qua si conualueris obseruare non poteris. Et quia cor magis declinabat ad transgressionem, quam ad uoti obseruationem, nullius peccati meruit remissionẽ.

Deus requirit fixum propositũ pœnitendi lib. 2 ca. 15.

EXEMPLVM XV.

Communicans quidam magnus peccator, ex attrito contritus, & uere pœnitens efficitur.

COntingit in Remis quendam militem infirmari usque ad mortem. Instinctu diaboli idem mulier, si bene memini, habebat auunculi filiam concubinam, cui tanto conglutinatus fuerat amore, ut non admonitione, neque excommunicatione, neque aliqua uerecundia humana posset, uel uellet ab ea separari. Timore autem mortis uocauit sacerdotem, satis puram, & cum lachrymis de omnib. suis peccatis illi faciens confessionem. Quem cum sacerdos moneret, ut tam illicitam abiuraret commixtionem, ipsamque personam cognatam suam relinqueret, respõdit. Domine, non possum. Et ille. Si in tali uoluntate mortuus fueris, gaudio cœlestis uitę priuaberis, & æterna tormenta te suscipient. Milite in sua obstinatione perseuerante, recessit sacerdos cum corpore Domini, quod secum detulerat ad communicandum infirmum. Nutu autem diuino, extra domum sacerdotis occurrit sanctus Bernardus Abbas Clareualis. Quem cum interrogasset, quare infirmum non communicasset, causamque quæ nota erat omnibus intellexisset, ait sacerdoti. Reuertere me cum ad infirmum. Reuersi sunt. Cum autẽ sanctus uir militi tam morituro quæ salutis erant suaderet, & ille præter istam solam rem iam dictam, in omnib. obedientiam sponderet, nouissime subiunxit. Nunquid non doles quia non potes habere, uoluntatem recedendi ab illa? Respondit. Domine ualde doleo me de hoc non posse dolere. Auditu hoc uerbo Abbas, mox dicit sacerdoti, ut corpus Domini daret infirmo, Mirares, statim ut Saluator intrauit, facta est salus huic domui. Ab illa enim hora tam perfecte mutata est uoluntas eius peruersa, ut amplius odiret, quam illicite amauerat, ita ut sancto uiro cum multis lachrymis diceret. Gratias ago Deo, qui me liberauit, quia modo libentius uiderem bufonem, quam illam. Sicque in bona confessione, & perfecta contritione, migrauit ad Dominum. lib. 2. c. 17.

EXEM-

EXEMPLVM XVI.

Propter lachrymarum domum ab hominibus videri deſiderans, ab apparente dæmone conſpicitur.

MOnachus quidam magnę opinionis retulit mihi, quando nouitius fui, de quodam monacho, quòd die quadam, cum oraret in oratione ante quoddam altare, & Dominus ei tantam contuliſſet gratiam lachrymarum, vt etiam irrigaret terram, ex immiſſione diaboli, vt poſtea patuit, cordi eius ſuborta eſt inanis gloria, ita vt diceret intra ſe: Vtinam videret aliquis modo iſtam gratiam. Mox is, qui immiſit, adfuit, & ad lachrymas eius ſtans a latere diligentiſſime reſpexit. Transfiguauerat enim ſe in ſpeciem nigri monachi. Leuans oculos monachus, tam ex horrore mentis, quam nigredine veſtis, dæmonem totius ſuperbiæ auctorem eſſe deprehendit, & quem per virium inanis glorię inuitauerat per virtutem humilitatis, & ſignum crucis fugauit. Ob huiuſmodi pericula iubentur a Domino oraturi intrare cubiculũ, & claudere oſtium, hoc eſt vitare laudem humanam. lib. 2. c. 23.

EXEMPLVM XVII.

Confeſſione ſacerdos in ſtabulo ab infamia fornicationis eripitur.

MIles quidam in villa habitauit, cuius vxorem eiuſdem villę ſacerdos per adulterium maculauit. Dictum eſt militi, quia ſacerdos rem haberet cum vxore ſua. Ille, cum uir valde prudens eſſet, nec verbis facile crederet, nullam mentionem facere voluit vxori, ſiue ſacerdoti, veritatẽ verius volens experiri, non tamen ſine ſuſpicione fuit. Contigit vt in quadam villa non multum a militis villa remota, quidã obſeſſus eſſet, in quo dæmonium tam nequam erat, vt coram aſtantibus improperaret peccata, quæ per confeſſionem ueram nõ fuiſſent tecta. Quod cum miles ex multorum didiciſſet relatione, rogauit ſuſpectum ſibi ſacerdotem, vt ad colloquium quoddam ſecum ire non recuſaret. Et acquieuit ſacerdos. Cum veniſſent ſimul in villam, ubi erat obſeſſus conſcius ipſe ſibi ſacerdos, ſuſpectum cæpit habere militem, quia non latebat eum, quòd obſeſſus aptam nequam dæmone in eadem villa habitaret, timensque periculum vitæ ſuæ, ſi a dæmone proderetur, neceſſitatem naturæ ſacerdos ſimulans, intrauit ſtabulũ ad ſeruum militis, ipſeque pedibus eius proſtratus ait: Rogo te propter Deum, vt audias confeſſionem meam. Quem ſeruum expaueſcens, leuauit, audiens, quæ ab illo dicebantur. Facta vero confeſſione, cum ſibi ſacerdos iniungi peteret pœnitentiã, ſeruus ſatis prudenter reſpondit illi, dicẽs: Quantum alteri ſacerdoti pro tali crimine iniungeretis, hoc fit ſatisfactio veſtra. Sicque exiens iam ſecurior, cum milite ad Eccleſiam venit, in qua dæmonioſum offendentes, requiſitus eſt a milite in hæc uerba: Noſti aliquid de me? hoc enim ex induſtria factum eſt, vt iam dicto ſacerdoti tolleret ſuſpicionem. Cui cum dæmon neſcio quid reſponderet, adiecit: Quid tibi videtur de iſto Domino? Reſpondit ille: Nihil de eo ſcio. Et cum hoc dixiſſet lingua Theutonica, Latine mox ſubiunxit: In ſtabulo iuſtificatus eſt. Nullus tunc aderat clericorum. Non eſt permiſſus loqui Theutonice, nè miles factum intelligeret, nec tunc facere licuit, vt virtutem confeſſionis ſacerdoti oſtenderet. lib. 3. c. 2.

Hinc iuſtificari potuit non vi laico facta confeſſionis, quæ non eſt ſacramentalis, ſed virtute perfectæ contritionis, quæ elucet in illo qui confitetur etiam laico ex magna humilitate, & verecundia.

EXEMPLVM XVIII.

Virgo quædam mirabiles perſecutiones dæmonis ob amorem virginitatis ſuſtinuit, & peccatori confeſſione mundatus laudatur a dæmone, qui eum ante confuderat.

FVit in Brabantia puella quædam religioſa, & uoto virginitatis glorioſa, oriunda de Niuella: inuidens diabolus tantæ uirtuti in ſpecie viri admodum pulchri, ſatis decenter veſtiti apparens virgini, cæpit illam uerbis amatorijs ſollicitare, elenodia offerre, laudare coniugij fecunditatem, uirginitatis uituperare ſterilitatem. Cui uirgo, neſcius quis eſſet, reſpondit: Via

rum ducere non propono, Christi amori nuptias carnales: postpono, & contemno. Cumque lasciuus spiritus nimis esse importunus in diuersis locis ad illam ueniès, sciens puella multas esse uirgines sepulchriores nobiliores, atque diuiores cœpit amatorem phantasticum habere suspectũ, ita ut ei diceret: Bone Domine, quis, uel unde estis quòd tanto mihi desiderio copulari affectatis. Cumque ille inuitus se proderet, & urgo tanto propensius instaret, tandem dæmon necessitate compulsus, cõfessus est, dicens. Ego sum diabolus. Ad qđ uerbum illa expauescens, respondit; Vt quid ergo exigis carnale cõnubium, quod naturæ tuæ dignoscitur contrarium? At ille: Tu tantum mihi consenti, nihil enim aliud a te, nisi copulæ consensum requiro. Ad quod puella respondit: Modo omnino tibi contradico, fugans illum sanctæ crucis signaculo. Veniensque ad sacerdotem, reuelauit illi dæmonis insidias. A quo satis edocta nè maligno consentiret, reuersa est in domum suam. Dæmon uero post confessionem eam omnino non deserens, de remoto tamen alloquens, in tantum illã uexauit, ut quaslibet immunditias in eius scutellam mitteret cum manducaret, & unde & mulierum custodiæ ei adhibitæ sunt. In quacunque domo illa fuit, illic dæmon responsa dedit. Ab omnibus quidem audiebatur, sed a solla puella uidebatur. Eratque tam nequam idem spiritus, ut præsentium peccata dirigeret, crimina improperaret, nec aliquod peccatum eũ lateret, nisi quod uera confessio tegeret. Ostendit & alia signa nequitiæ suæ, stercora, ollasque confractas fimo plenas super confluentes spargebat. Dixerunt ei quidam: Nosti, o diabole, Dominicam orationem? Respondente illo: Optime scio. Rogatus est illam dicere. Et ait: Pater noster, qui es in cœlis, nomen tuum, fiat uoluntas, & in terra, panem nostrum quotidianes da nobis hodie, sed libera nos á malo. Et cum plures in eadem oratione feciſſet saltus, atque barbarismos, cachinando subiunxit. Ecce sic uos laici dicere soletis orationem uestram. Requisitus etiam de symbolo, dixit se bene, & optime scire, sic incipiens; Credo Deum Patrem omnipotente. Cui cum quidam dicerent, Dicere debes; Credo in Deum, illeque subiungeret: Credo Deo uiri literati, qui tunc erant præsentes, diaboli uerbum notantes, & uim accusauit intelligentes, institerunt ut diceret; Credo in Deum, & non poterat eum ad hoc inducere. Salutationem uero Angelicam idem dæmon incipere non potuit, cum tamen se illam scire professeretur. Interrogatus idem dæmon, cur ita raucam haberet uocem? Respondit, quia semper ardeo. Fuit in uicino uir quidam, qui supra dictum dæmonem audire nimis desiderãs, propter turpia quæ dam, quę commiserat, peccata appropinquare nõ audebat, timẽs sibi illa coram omnibus improperari, & ueniens ad sacerdotem confessus est uniuersa, uoluntate tamen peccandi retenta, factusque ex eadem confessione securior, ad domum uenit. Mirabiles, mox ut limen attigit, & introspexit, dæmõ in aere clamauit; Amice, ueni huc, ueni, certe te bene dealbasti. Et statim coram omnibus eius peccata turpia, licet confessa, prodidit, uehementer illum confundens. Tristis effectus, & conscientia accusante in se reuersus, ad sacerdotem redijt, quæ gesta sunt retulit, confessionem iterauit, & quia de reliquo emendatius uiuere uellet, de corde pollicitus est Deo & sacerdoti Tunc sacerdos: Modo, inquit, reuertere securus, non te cõfudet amplius. Et fecit sic. Intrante eo domum, quidem ex circunsidentibus dæmoni dixerunt ecce amicus tuus iterum uenit. Quibus ipse respondit; Quis est? Ille, inquiunt, cui paulo ante tam turpia peccata improperasti. Respondit dæmon: Ego ipsi nihil improperaui, neque aliquid de eo noui mali. Et æstimauerunt dæmonem mentitum fuisse hi, qui hominis ignorauerunt confessionem. Sicque per uirtutem confessionis ipse euasit notam maximę confusionis. li. 3. c. 6.

EXEMPLVM XLIX.

Beatæ Mariæ salutatione uirtus dæmonis Alhey dem ex fornicaria religiosam uexantis minuta est, qui tandem facta ab ea confessione generali, quam clamoribus impedire nõ potuit, ab eius uexatione cessauit.

BOnæ ciuitatis diœcesis Colonienſis sacerdos quidam fuit nomine Petrus

eiuſdem eccleſiæ vicarius. Ille, neſcio quo Dei iudicio, in cameræ ſuæ oſtio ſe ſuſpendit, cuius concubina, Alheydis nomine, á horrenda eius morte territa, ſeculum deſeruit, & in cœnobio quodam ſanctimonialium, quod Lancvvade dicitur, religionis habitum ſuſcepit. Die quadam, cum ſtans in dormitorio, de feneſtra proſpiceret, contemplata eſt iuuenem, imò in iuuene dæmonem, ſtantem iuxta puteum muro dormitorij contiguum, qui ea vidente vnum pedem ſuper lignum, quo ambiebatur puteus, poſuit, & alterum quaſi volitando ad ipſam in feneſtram depoſuit. Quam cum extenſa manu per caput rapere conaretur, tertia remotum cecidit, & clamauit pene exanimis facta. Audito eius clamore, accurrere ſorores in lectulum ſuum illam reclinantes. Recedentibus illis cum paululum reſpiraſſet, ſolaque iaceret, dæmon iterum adfuit, & verbis quibuſdam amatorijs eam ſollicitare cœpit. Quæ cum contradiceret, intelligens ſpiritum eum eſſe malignum, reſpondit ille: Bona Alheydis noli ſic dicere conſenti mihi, & ego te habere faciam virum honeſtum, probum, nobilem, diuitemque. Quare tame crucias te in hoc loco paupere, vigilijs, alijſque multis incommodis ante tempus te interficiendo. Reuertere ad ſeculum, & vtere delitijs, quas Deus homini creauit, nihil tibi me duce deeſſe poteret. Tunc illa: Doleo quòd tam diu te ſecuta ſum. Recede, quia non acquieſcam tibi. Poſt hæc verba dæmon ſuum naſum emurgens, contra eam ipſam immunditiã ad parietem tam fortiter proiecit, ut pars aliqua reſiliens veſtimento eius adhęreret, ſicque diſparuit. Eratque emunctio ipſa ſicut pix nigerrima & tanto fœtoris, vt tolerari non poſſet. Deinde cum ſpiritus ille nequiſſimus die nocteque eſſet ei infeſtiſſimus, ſuaſerunt quædam ex ſororibus, vt aquam benedictam ſemper paratam haberet, qua venientem aſpergeret. Aliæ verò vt eundem, ſi aquam non timeret, thurificaret. Omnia quidem hæc tentauit, ſed modicum ei profuit. Nam quoties contra ſe ſignum crucis factum vidit, aſperſionem etiam, ſiue thurificationem, ad modicum quidem ceſſit ſed ſtatim rediit. Tunc vna exterarum ſororum ab ea ætate maturior, atque prudentior, ſuaſit ei, quatenus dæmonem propius accederet ſineret, & tunc alta voce ſalutationem Angelicam in eius faciem iacularet. Quod cum feciſſet, diabolus ac ſi ſagitta eſſet percuſſus, vel turbine impulſus, aufugit, nec vnquam propius ei ex illa hora accedere præſumpſit, dicens, vt alibi habetur. Malus diabolus in buccam eius, qui te hoc docuit. Sanctimonialis vero tali iaculo munita, dęmonem ab illa hora vidit ſine terrore, & audiuit ſine timore. Die quadam de his loquens cum vno quodam religioſo, ſuaſit ei ille: dicens, Fac priori tuo confeſſionem generalem, pure, plene, ac de uotè, in quantum occurrit memoriæ, & liberaberis omnino a dæmonibus huius infeſtatione. Cui cum conſilium tale placuiſſet, mox accedens ad priorem, rogauit ſibi præfigi locum, & horam audiendæ confeſſionis. Mane dictis matutinis illa ſe præparans, feſtinauit ad locum prefixum, capellam ſcilicet monaſterio adhærentem, vbi prior expectabat. Et ecce dæmon occurrẽs in via feſtinanti, dixit: Alheydis, quo vadis? Et illa: Vado confundere me, & te. Tunc dæmon. O Alheydis, noli, noli, reuertere, reuertere. Reſpondit. Sæpius confudiſti me, ego modo confundam te, non reuertar. Quam cum non poſſet blanditijs, ſiue minis retrahere ſequebatur eam vſque ad locum confeſſionis, ſicut miluus in aere ſuper ipſam volitans. Quæ mox vt genua coram priore flectens, ad confeſſionem os aperuit, ille clamans euanuit, nec vnquam ab illa hora ab viſus, vel auditus eſt. Ecce hic habes manifeſtum exemplum, quantæ virtutis confeſſio pura. lib. 3. c. 13.

EXEMPLVM XX.

Dæmon paſtorem bonum primo prophetia mortis, deinde alijs pluribus tentationibus decipere laborauit.

ERat quidam ſacerdos admodum religioſus, & ob vitæ meritum multis dilectus, in parrochis noſtris parochiam regens. Inuidens gratiæ eius mille artifex diabolus, nolebat eum apertis tentationibus moleſtare, ſperans illum ſub ſpecie boni ad ſuum conſilium efficacius inclinare. In Angelum lucis ſe transfigurans miniſter ille tenebrarum, oſtendit ſe ſacerdoti, & ait. Amice Dei, miſſus ſum ad te, nunciare

ciare quæ uentura sunt, atque euenient tibi. Præparata etenim te, quia hoc anno morieris. Sacerdos autem, nullam habens de angelo malo suspicionem, sed ita credens esse futurum ut prædixerat, cœpit se diligenter quasi ad mortem præparare, conscientiam per confessionem mundare, corpus ieiunijs, vigilijs, assiduisque orationibus castigare, annonam suam cum supellectili egentibus erogare. Cumque multi ab eo quærerent, cur tam indiscretè sua distraheret, uni illorum sub typo confessionis causam aperuit, dicens. Angelus Domini reuelauit mihi, quod hoc anno moriturus sum. Ille uerò, cum hoc minimè posset celare, alteri cuidam sibi familiari dixit, sicque per eum ad notitiam totius paræciæ peruenit. Anno completo, sacerdos non est mortuus, & inuentus est falsus propheta diabolus. Et quia electis omnia cooperantur in bonum, in eo in quo vir sanctus videbatur a diabolo deceptus, est promotus. Nimis etenim de tam dolosa circunuentione erubescens, propter homines ad quos verbum peruenerat, nec habens vnde viueret, seculum cum parochia deseruit, & in quadam domo ordinis nostri, cuius nomen excidit, se conuertit. Facto eo nouitio, iterum diabolus adfuit, & huiusmodi verbis prædictum dolum palliauit. Ne turberis, inquit, homo, quod mortuus non es, ut prędixi, quia Deus sua prouidentia vitam tuam distulit ad multorum ædificationem. Missus sum ab illo, ut tibi assistam, instruam, & custodiam. Et credidit ei ille. Circa quem diabolus frequenter versabatur & semper, sicut postea notauit, ad ea quæ ad commodum carnis sunt eum hortabatur. Cum eum feruor quandoque impelleret amplius orare, vigilare, siue manib. laborare, arguit eum, dicens. Discretio mater virtutum est, diu adhuc poteris viuere, & ideo tibi debes parcere, vt possis Deo diu seruire. Quando lapidem leuare volebat maiorem, iterum dicebat. Nimis est magnus. Leua istum. Cum factus esset monachus, ait. Roga priorem, vt concedat tibi ire ad singulares labores, quatenus liberius vti possis colloquio meo, & ego tuo. Et licentiauit ei prior, vt causam cognouit. Nocte quadam valens diabolus dolum diu protractum perducere ad effectum, in tempesta nocte ad lectum monachi accessit: Dominus, inquiens, vult remunerare magnos tuos labores, vade ad cameram priuatam, & in tali trabe zona tua suspendas te, ut sic martyrem recipiat te. Audito hoc uerbo monachus expauit, & contra diabolum crebrius spuens, clamauit, Recede iniq; a me, recede, modo noui quis sis. Et signans se, fugauit illum. Statim surgens ad lectum prioris accessit, & dormientem excitauit, signum ei faciens confessionis, illo innuente ut expectaret usque mane, cum non acquiesceret, surrexit, atque cum eo capitulum intrauit. Mox se monachus prosternens ad pedes prioris, confessus est, qualiter a diabolo sub angelis specie sit multo tempore deceptus, & per consilium suspendij a se deprehensus. Confessus est & alia peccata sua. Cui cum prior aliquam pœnitentiam iniunxisset, & ut de cætero cautior foret monuisset, ad lectum suum redijt. Monachus verò ob necessitatem naturæ priuatam ascendens, dum in una sedium sederet dæmonem per confessionem exacerbatum cum arcu extento, sagittaque imposita contra se uidit stantem, & clara voce dicentem. Malo tuo confudisti me, ecce idoneo nunc occidam te. Cui cum ille respondisset. Vade maledicte, iam non timeo te, ad signum crucis euanuit, sicque per uirtutem confessionis liberatus amplius dæmonem non vidit.

EXEMPLVM XXI.

Confessione cuiusdam tempestas maris excitata, cito sedata est.

PEregrini quidam (sicut magister Ioannes Xantensis populo recitauit, sub stationibus crucem prædicans) cum tempore quodam transfretarent in succursum terræ sanctæ, orta est in mari tempestas tam ualida, ut nauis ipsa operiretur fluctibus. Fremebant uenti, excitabantur fluctus turbulenti, nutabant viri fortissimi, spes omnis nautarum defecit, videntes ante oculos mortem, cœperũt singuli, unusquisq; sibi vicino de peccatis suis facere confessionem, & merito. Nam propter unius hominis peccata, Dominus eandem excitauerat tempestatem. Erat enim in naui illa homo quidam miserrimus, homo fœdissimus, cuius

cuius peccata fuere tã grauia, tam turpia, tam horrenda, tam in quantitates quam in qualitate, vt nec ipsum mare pondus illorum posset portare Cum.n. natura eius sit ejcere immunditias quaslibet corporales, quo æquanimiter sustineret tantas immundirias spũales.j. peccata creatori tuo contraria? Timens homo ille peccator vitæ suæ, simul & animæ, & propter se omnes alios periclitari considerans, surrexit, & ait. Audite fratres, audite: si propter peccata tempestas, hæc orta est, ego occasio sum tanti periculi, rogo vt audiatis confessionem meam. Tacentibus omnibus cœpit voce ualida tantum venenum peccatorum euomere, vt aures humanę etiam horrerent audire. Mira clementia Dei: mox vt massam iniquitatis per confessionem eiecit, mare furens siluit, & facta est tranquillitas magna, ita vt omnes mirarentur. Miris miranda succedunt: statim vt nauis ad littus peruenit, audita peccata Deus de memorijs singulorum deleuit. Bene permisit vt quãdiu erant in naui concluſi confunderetur in conspectu illorum, sed ne exeuntes forte eius peccata propalarent, vel impropera rent, induxit eis obliuionem. Bene retinue runt se in mari fuisse periclitatos, hominẽ aliquem fuisse confessum, sed quid dixisset prorsus ignorauerunt. lib. 3. c. 21.

Vide notationem substãtiam exemplo 17. huius distinctionis, de huiusmodi enim confessione eadem est ratio, atq; de ista superiori.

EXEMPLVM XXII.

Confessionem sibi mutuo facientes, qui simul peccauerant, damnandi fuissent, ni si alteri confessi fuissent, & communicaturus sodomita rigefactus nõ valet procedere.

IN quodam monasterio, sacerdos quidam nuper defunctus est, cui abbas suus ob meritum vitæ iniunxerat, quatenus fratrum suorum confessiones audiret. Erat in eadem domo adolescens quidam, qui ad eum confitendi causa frequenter uenit, cũ quo, diabolo instigante, & humana fragilitate consentiente, idem confessor semel tantum modo peccauit. Statim opere perpetrato, cœpit dolere, & flere amarissime, dicebatque iuueni. Male fecimus, alijs hoc peccatum confiteri ob uerecundiam non possumus, sed consulo, ut tu mihi confitearis, & ego tibi, alterque ab altero suscipiat pœnitentiam. Quid plura? Placuit iuueni consilium, confessi sunt peccatum inuicem, & tam duram ab alterutro suscepit pœnitentiam, qualem nec Abbas, siue aliquis confessorum illis iniunxisset. Paruo post tempore sacerdos idem infirmatus est usque ad mortem, & cum iam in extremis ageret, & ad exitum ualde festinaret, timore gehennæ peccatum ut iusque Abbati dixit, personam uero, & peccati consortem non expressit, Defuncto eo Abbas uehementer doluit, quod scire non potuit cum quo peccasset. Ait tamen intra se. Ad confessionem ueniet tibi, quisquis est ille. Interim mortuus clara die apparuit adolescenti, cum ipse esset solus, facies luri da, & etiam uestis trita. Quem cum ille uidit, mox agnouit, timuit, & exhorruit. Cui mortuus. Sta, ne timeas, quia propter te ueni, ut indicem tibi de statu meo. Confortatus iuuenis uerbis eius, & animatus, cum interrogaret unde ueniret, uel quid quæreret? respondit ille. In maximis pœnis sum propter peccatum illud tantum quòd tecum commisi. Ignea enim catena genitalia mea astringit, qua suspensus torqueor. Confessio illa, quam fecimus inuicem, nihil mihi profuit, quia nihil fuit. Et nisi in extremis quoquo modo peccatum expressissem, æternaliter damnatus fuissem. Cui cum iuuenis dixisset. Est aliquid quod possit uobis prodesse? respondit ille. Si tu purè & plene confessus fueris peccatum nostrum, mihi multum prodesset, sinautem, æterna pœna te suscipiet, sicque disparuit. Territus iuuenis recenti uisione, cum facere uellet confessionem Abbati, nec posset propter Abbatis absentiam, interim distulit. Intercedente vero temporis dilatione, timor conceptus cœpit repescere, & uerecundia crescere, in tantumque est erubescentia uictus, ut cum Abbas uenisset, nihil ei confiteretur. Abbas uerò non immemor culpæ sibi confessæ, cum ad confessionem non ueniret, quẽ quotidie expectauit, cogitauit diligentissime qualiter male latentem salubriter deprehenderet. Præcepitque toti conuentui, sacerdotibus, & ordinis inferioris, sanis, infirmis, ut omnes, nescio in qua solemnitate,

tare ad maius altarent communicarent. Visum enim est ei, quòd nequaquam accedere auderet reus de culpa illa. Sedensque contra altare respexit ad ora singulorum. Adolescens vero hoc propter se factum putans, & si se subtraheret notari timens, cum cæteris accessit: qui cum propinquasset altari, tantus eum horror inuasit, tantus timor perculit, vt & præsumptuosus vetaretur procedere, & ocyus compellere tur redire veniensque ad Abbatem, fecit ei signum confessionis. Qui gaudens, & exultans, dicebat intra se; Eia certe cœpimus bestiam, inuenimus prædã, ille enim est. Et surgens intrauit cum eo capitulum: cuius pedibus iuuenis prostratus, fecit de peccato confessionem, & retulit uisionem suscepit pœnitentiam. Sic per prudentiam medici denudatum ac sanatum est vulnus stolidi ægroti. lib. 3. c. 24.

Potest quidem esse confessio valida, & absolutio data ab eo quo cum aliquis peccauit carnaliter, sed quia sæpe debita contritio abest cum aliquis confitetur complici, ideo potuit fieri, & potest sæpe accidere, vt talis confessio sit inutilis ad salutem.

EXEMPLVM XXIII.

Confessione videns diabolus homines cãdidari, voluit & ipse confiteri.

SAcerdos quidam cum tempore quadragesimali in ecclesia sua sederet, & sibi commissorum confessiones audiret, aliis recedentibus, atque alijs accedentibus, inter expectantes quidam stabat, quantum ad apparentiam corporis iuuenis & robustus, confitendi tempus expectans. Omnibus expeditis, ipse nouissimus accessit, coram sacerdote genua flexit, & ad confessionem, os aperuit; qui tanta & enormia confessus est crimina, tam multa homicidia, furta, blasphemias, periuria, discordiæ seminaria, & alia his similia, quorum se auctorem, incentorem, siue suggestorem dicebat, ut sacerdos tam horrore. quam tædio eorum grauatus, diceret ad illum; Si mille esset annorum, nimis esset, tã grauia, & iam multa te commisisse peccata. Ad quod verbum ille respondit: Amplius sum, quam mille annorum. Tunc amplius territus sacerdos, ait; Quis ergo es? Respondit ille; Dæmon ego sum vnus ex his, qui cum Lucifero ceciderunt peccata mea ex minima parte confessus sum, si uelles audire residua, quæ sunt innumerabilia paratus essem tibi confiteri. Sciens sacerdos peccatũ diaboli fore insanabile dixit; Quid tibi commune cum confessione, ò diabole? Respondit dæmon; Stabam ex opposito tuo, vndique peccatores ad te accedere, & iustos redire, auscultans valde diligenter quid illi dixerint, quidve eis responsum sit a te, & quod post grauia peccata promittitur eis indulgentia, uitaque æterna. Ego vero sperans idem consequi, ueni peccata mea confiteri, Sacerdos vero, exẽplo sancti Martini, diabolo fiducialiter respondit; Si volueris uti consilio meo, & agere pœnitentiam de peccatis tuis purè, sicut hi quos hinc exire uidisti, similẽ indulgentiam consequeris? Respondit dæmon; Si tolerabilem mihi iniunxeris satisfactionem, parebo tibi. Ego, inquit, sacerdos valde modicam, & minorem his, qui ante te confessi sunt, tibi iniungam pœnitentiam. Vade, & tribus vicibus in die iacta te in terrã, sicque prostratus dicas, Dominus Deus meus creator meus, peccaui tibi, ignosce mihi, hoc solummodo sit pœnitentia tua. Cumque diabolus diceret. Non possũ hoc facere, nimis est mihi graue, respondit sacerdos: Quare in tã modico grauaris? Non possum, inquit, me in tantum humiliare, aliud quicquid iniunxeris libẽs suscipiam. Tunc indignatus sacerdos, subiunxit. O diabole, si tanta est cordis tui superbia, ut nec velis, nec possis te in tam modico humiliare Creatori tuo, recede a me, quia neque hic, neque in futuro misericordiam ab illo consequeris. Ad quam uocem mox ille euanuit. lib 3 c. 26.

EXEMPLVM XXIIII.

Bona monasterij a germano suo Abbate iniustè accipiens depauperatur, quę cũ redderet, cępit ditescere.

IN monasterio sancti Panthaleonis in Colonia Abbas quidam fuit, fratẽ habens eiusdem ciuitatis conciuem, quẽ carnaliter diligens, sępè pecuniam monasterij illi occultè largiebatur, quam propriæ sub-

Digitized by Google

ſubſtantiæ admiſcens,& in ea negotians, quocunque perrexit, ſemper cum damno rediit. Factaque eſt ei, licet non aduerteret, monalterii pecunia tanquam ignis, & ſubſtantia propria quaſi ſtipula. Et cum eſſet in mercationibus ſatis gnarus, atque circumpectior cæteris ſuis ſodalibus. illorum proſperitatem, ſuumque diſpendium mirari non ſufficiebat. Compaſſus eius fœlicitati Abbas, cum ſemper ei daret, & illi non proficeret. imò ſemper minus haberet tandem ad paupertatem deuenit. Cui Abbas. Quid eſt frater, quod agis? Quare tam viliter conſumis ſubſtantiam tuam ad confuſionem tuam, atque meam? Reſpondit ille. Valde parce uiuo, mercatum meum diligentiſſime cuſtodio, & quid ſit quod circa me agitur penitus ignoro. Tandem in ſe reuerſus, uenit ad ſacerdotem, ei omnia circa ſe geſta aperiens per confeſſionem. Cui dixit ſacerdos. Vtere conſiliis meis, & cito diues eris Pecunia fratris tui furtum eſt & ipſa ſubſtantiam tuam deuorauit. De cætero nihil recipias ab eo, & de modico quod adhuc ſupereſt, negotiare, uidebiſq. manum Domini ſuper te bonam quicquid autem lucratus fueris, medietatem fratri tuo reddes, de reliquo tu uiues, & hoc tam diu facias, donec omniam pecuniam monaſterii tibi datam illi reſtituas. Mira clemẽtia Dei, obediens homo confeſſoris ſui cõſilio, in breui adeo ditatus eſt, ut ipſe abundaret, & fratri recepta reſtitueret. Cui cum Abbas diceret. Vnde tibi iſtæ diuitiæ frater? Reſpondit. Quandiu ſubſtantiam fratrum tuorum recepi, ſemper pauper, & miſer fui, & tu grauiter peccaſti, non tua mihi largiendo, & ego aliena recipiendo. Ex quo enim de his penitui, & furtum adhortui, benedicente domino noſtro abundaui. lib. 3. c 36.

EXEMPLVM XXV.

Iurare in mercantiis nolentes primum de pauperati ſunt, ſed poſtea multum ditati.

DVo ciues Colonienſes, inter cætera ſua peccata, confeſſi ſunt duo peccatorum genera, quę quidem in ſe nalde ſunt magna, licet propter uſum mercatoribus maxime parua uideantur, & quaſi nulla, mendacium ſcilicet, atque periurium. Domine, iuquiunt, pene nihil poſſumus emere, nihil uendere, niſi oporteat nos mẽtiri, iurare, & ſæpe periurare. Quibus cum diceret plebanus. Peccata iſta ſunt ualde grauia, & a Saluatore prohibita, ipſo dicente. Sit ſermo ueſter, eſt, eſt, non, nõ, Reſpondent. Non poſſumus hoc præceptum in negotationibus noſtris cuſtodire. Ait ſacerdos. Vtamini conſilio meo, & bene ſuccedet uobis. Nolite mentiri, nolite iurare, ſicut mercatum ueſtrum dare uultis, ſic ipſum laudare. Et promiſerunt ei, quia tentare uellent uno anno, hoc enim petiuit. Impediẽte eos ſathana, qui ſemper ſaluti humanæ aduerſatur, pene nihil anno illo uendere potuerunt. Reuerſique anno euoluto ad ſuum plebanum, dixerunt. Obedientia huius anni multum fuit nobis damnoſa, homines a nobis defluunt, nec aliquid ſine iuramento uendere poſſumus. Tunc ſacerdos. Nolite timere, quia tentatio eſt, fixum tenete in corde ueſtro, quod nulla aduerſitas, nulla paupertas uos a tali propoſito auertat, & Dominus uobis benedicet. Promiſeruntque ei Domino inſpirante, quia cuſtodire uellent eius conſilium, & Domini præceptum per omnes dies uitæ ſuæ, etiamſi oporteret eos mendicare. Mirãtes, ſtatim Dominus immiſſam compeſcuit tentationem, & cæperunt eos homines plus quã cęteros mercatores frequentare, factique ſunt in breui diuites, ita ut mirarentur. Et reuerſi ad ſuum confeſſorẽ gratias egerunt, eo quod per eius ſalubre conſilium a tam grauibus peccatis forent exonerati, & foris in rebus ditati. l. 3. c. 37.

EXEMPLVM XXVI.

Confitens quædam bona, quæ fecerat, a confeſſore quid ſconfiteri debeat informatur.

HErmannus Decanus Bonnẽſis, quando plebanus fuit ad ſanctum Martinum in Colonia, uenit ad eum quædam mulier tempore quadrageſimali peccata ſua confiteri, Flectens coram eo genua quicquid ſe boni meminerat commiſiſſe, cæpit enumerare & cum Phariſęo euangelico iuſtificare ſe, dicens. Domine, tot ſextis feriis ſoleo per annum in pane, & aqua

Digitized by Google

ieiunare, eleemosynas dare, ecclesias frequentare, & multa in hunc modum. Cui plebanus dixit: Ad quid, Domina, venistis? nunquid pro illis operibus vultis suscipere pœnitentiam? quare non dicitis peccata vestra? Respondente illa. Nihil mihi conscia sum, ait plebanus. Cuius estis officij? respõdit mulier. Ferrũ uendere soleo. Ad quod ille. Soletis aliquando minores ferri particulas in ligaturis maioribus intermiscere, vt sic totum simul vendatis. Dicente illa soleo respondit. Ecce hoc mortale peccatum est, quia dolus. Et adiecit: Soletis aliquando mentiri, iurare, per iurare, æmulis uestris maledicere? respondit illa, quia in talibus sæpe excedo. Plebanus dixit, & ista omnia sunt peccata mortalia, & nisi pœnitentiam egeritis condignam, ocyus ibitis in gehennam. Tertia illa in verbis eius, peccasse se recognouit, & quid de cætero confiteri deberet didicit. lib. 3. c. 44.

EXEMPLVM XXVII.

Angelus tentatum Liffardum subulcum per superbiam ostensis mortuorum sepulchris reuocauit.

IN Hemmenrode Conuersus quidam fuit natione Colonienſis, nomine Liffardus, uir satis humilis, ac mansuetus, huius erat officij fues monasterij custodire. Circa finem uitæ eius, sicut mihi retulit Dominus Hermanus tunc Abbas, illius tali ordine tentatus est a spiritu superbiæ. Cum esset senex, & diu porcos pauisset, talia cœpit in cogitationibus suis tractare. Quid est quod ago? homo sum bene natus sed propter hoc vile officium omnib. meis amicis despectus, non ero diutius in hoc loco subulcus ad illorum confusionem. Ex quo autem mihi non parcitur hic recedam hinc. Qui cum fixum teneret in animo, quod mane recederet de monasterio, tentationes diutius non valens sustinere, nocte eadem cum in lecto suo sederet, & vigilaret, persona quædam reuerenda illi apparuit, & ut se sequeretur manu signauit. Mox ille surgens calceamenta induit. & præcedentem secutus, ad ostium dormitorij uenit, quo cœlitus patefacto, simul ad ianuam accesserunt ecclesiæ, quam eadem potentia considerans apertam, simul ingressi sunt. Ita enim ei signis erat importunus, ut non posset non sequi præcedentem. Cumque duceretur per medium chorum Conuersorum, & coram altari sancti Ioannis Baptistæ transiens, profunde inclinaret more ordinis, inclinauit & ille, dicens. Bene fecisti sic profundè inclinando. Venientesque an meridionale ostium ecclesiæ, per quod itur in claustrum, uideret illud apertum, similiter ostium quod ducit ad cœmiterium. Vniuersa hæc ostia noctibus etiam claubus firmantur. His uisis frater Liffardus miratus est ualde, nec tamen ausus fuit illum interrogare. Tu quis es, uel quo me ducis? Ingressis eis cœmiterũ, statim aperta sunt sepulchra omnia mortuorum, & cum Cõuersum duxisset ad hominem recenter sepultum, dicebat illi. Vides hunc hominem, citò talis eris. Quo uis ire? Quem cum adhuc ducere uellet ad alia corpora putrida, multumque fœtentia, cœpit. Conuersus reniti, & clamere. Parce mihi Domine, parce, non enim illa possum uidere. Cui ductor respondit. Si non potes hoc quod citò eris uidere, ut quid propter modicam, superbiam uis de portu salutis recedere? Si ergo uis ut parcam tibi, promitte mihi quod non recedas ab hoc loco, & promisit. Quem cum reduceret, mox clausa sunt sepulchra clausa sunt post eos ostia singula, & cum transirent ante altare. Conuersorium, ibique inclinaret, denuo de hoc eum commendauit, satis ostendens quod Deo placeret inclinatio profunda. Ingressis eis dormitorium, statim post eos clausum est ostium. Mox uero ut conuersus in suum lectum se reclinauit, persona ducentis disparuit, & ab illa hora tentatio immissa cessauit. lib. 4. c. 4.

EXEMPLVM XXXVIII.

Virginitatem habentem, sed superbum diabolus non timuit.

OBsessum quendam amici sui ad quoddam cœnobium ordinis nostri, spe liberationis traxerunt. Ad quem egressus. Prior, assumpto secũ monacho magnæ opinionis adolescente, quem nouerat uirginem corpore, ait dæmoni. Si præceperit tibi monachus iste ut exeas, quomodo au-

des

des manere, Respondit dæmon: Non eum timeo, superbus est enim. lib. 4. c. 5.

EXEMPLVM XXIX.

Humilis Bernardus abbas calceos liniens a dæmone irridetur.

DIe quadam, humilitatis causa, sanctus Abbas Bernardus sibi iussit unguentum dari, & in calefactorio ignem fieri, qui super se ostium claudés, ne ex opere despecto laudem quærere uideretur, calceos suos inungere cœpit. Irridens tantæ humilitati superbiæ spiritus, officinam humilitatis in forma honesti hospitis intrauit, & ubi esset Abbas clara uoce requisiuit. Ad quem cum uir sanctus oculos leuasset, dæmõ clamauit: Vah qualis Abbas. Certe magis decret illius honestatem hospitib. occurrere, quam ad confusionem fratrum suorum in calceis inungendis occupari: Sanctum uir sanctus per sanctum spiritum illum intelligens spiritum esse immũdum, rursum ad opus humilitatis oculus reflexit, & spiritus ille uentosus in aerem resolutus nusquam comparuit. lib. 4 c. 7.

EXEMPLVM XXX.

Cantans cum elatione ad benedictionem cerei paschalis a dæmonib raptus esse putatur.

MOnachus quidam erat in monte Cassino uocem habens suauissimam. Hic cum in uigilia Paschæ in uestelevitia cereum benediceret, & uoce dulcissima, dulcissimam eiusdem benedictionis melodiam resonaret, & uox eius in aurib. omnium ut musica in conuiuio uini, bene dicto cereo, aliorsum translatus, nusquam comparuit, & nescitur usque in hodiernũ diem a quo sit translatus, uel in quem locum depositus. Puto tamen quod Angelus Domini eum non transtulit, quia qui uitã eius nouerant, tale sibi testimonium non dederũt. Magis timetur quod causa raptus eius fuerit uitium superbæ elationis, non autem meritum deuotionis. lib. 4. c. 8.

EXEMPLVM XXXI.

Cantantes clamorose cleri dæmonis saecum impleuerunt.

TEmpore quodam clericis quibusdam in ecclesia quadam seculari fortiter & clamorosè, non deuotè, cantantibus, & uoces tumultuosas in sublime tollentib. uidit homo quidam religiosus, qui forte tunc adfuit, quendam dæmonem in loco eminentiori stantem, saccum magnum & longum in sinistra manu tenere, qui cantantium uoces dextera latius extense capiebat, atq. in eundem saccum mittebat. Illis expleto cantu inter se gloriantib. táquam qui bene & fortiter Deum laudassent, respõdit ille qui uidit uisionem. Bene quidem cantastis, sed saccum plenum cantastis. Mirantibus illis, & interrogantibus, cur hoc diceret, uisionem eis exposuit. lib. 4. ca. 9.

EXEMPLVM XXXII.

Choream ducens proterua fæmina repentina morte percussa est.

CVm esset quidam Arnoldus pastor cuiusdam uillæ, & in die Apostolorum Petri & Pauli, eius parochiani quendam ludum annum in choreis, & musicis instrumentis recolerent, ipse habens prædicãdi auctoritatem, cum cruce ad choream accessit, & ut a ludo diaboli recederent, omnes monuit, rogauit & præcepit. Qui cum in eodem loco prædicare cœpisset, quidam obediẽtes ad prædicationem eius uenerũt, alii cum indignatione recedentes, contra choream steterunt nonnuli in sua pertinacia remanserunt. Inter quos erat uetula una stulta ac superba, quæ quoties ad sacerdotem Domini in chorea circumeundo uenisset, contra eum respiciens cantando sub sanauit, quæ infra triduum subito defuncta est, quam uir sanctus sic deflcuit, ac si manib. suis illam extinxisset. lib. 4. cap. 11.

EXEMPLVM XXXIII.

Vestium curiositatẽ fecero ludibrio, Rex in monachos strictos calceos portãtes irrisit.

NObilis quidam monasterium quoddam in Francia spoliauit, erat autẽ

de ordine nigrorum monachorum. Placuit Abbati & fratribus, ut unus ex monachis ad regem Philippum, qui tunc regnabat mitteretur, per quem ei uiolentia militis exponeretur. Missus est iuuenis sanguine nobilis, tãquam qui apud Regem propter cognatos aliquid amplius posse impetrare, quam cæteri. Veniens ad regem, ait. Domine, uir ille nobilis multum indebite monasterium nostrum damnis & iniuriis uexat, sæpe fratres ac familiam nostram minis ac contumeliis molestat. Rogat maiestatem uestram humilis conuentus noster, quatenus intuitu diuinæ remunerationis eundem nobilem ab iniuriis tantis compescatis, & ad satisfactionem condignam de ablatis compellatis. Considerans Rex gestus, & habitum monachi, ait, Domine quis, uel unde estis. Cui cum iuuenis diceret, Domine filius, iam illius patrem suum nominans. Respõdit rex. Bene nobilis estis. Cumq. Rex post hæc nescio quid diceret, monachus subiunxit. Vere Domine omnia quæ habemus rapuit, & iam pene nihil nobis dimisit. Ad quod respondit Rex. Vere Domine hoc bene apparet in calceis uestris, si aliquid dimisisset uobis corii, calcei uestri non essent tam stricti, quanto estis cæteris nobilior, tanto etiam esse debetis humilior. Tunc uolens post correptionem illum placare, adiecit. Non uos grauare debet correctio mea, quia ad bonum uestrum factum est. Reuertimini ad claustrum uestrum, & de cætero non molestabit uos nobilis ille. lib 4. c. 12.

EXEMPLVM XXIIII.

Aliud exemplum precedenti simile.

PHilippus Rex Romanorum simile uerbum, nescio si habuerit a iam dicto Rege Francorum, in quendam Abbatẽ ordinis nostri iaculauit. Ad quem cum Abbas in equo accessisset, de necessitate domus suæ cum illo locutus, Rex eius calceamenta, quæ nimis erant stricta, considerauit. Quem cum interrogasset, vnde esset, respondit ille. Domine, de paupere domo. Et Rex, Bene apparet in calceis uestris, qd domus uestra pauper sit, nam corium ibi charum est. De quo uerbo ualde confusus Abbas recessit. lib. 4. c. 13.

EXEMPLVM XXXV.

Sacraceni principis in Christianos humanitas, & quomodo uestimentorum lasciuiam, & alia uitia in christianis non immerito reprehendit.

FRater VVilhelmus aliquando camerarius noster, ante conuersionem canonicus fuerat apud Traiectum inferius. Hic tempore adolescentiæ suæ signatus cruce, gratia Dominici sepulchri transfretauit. Antequam nauis, in qua erat, portum Achonis attigisset, ignem facularum ante ortum auroræ circa ciuitatem in diuersis locis, tam ipse quam cæteri uiderunt. Qui cũ interrogassent nautas causam ignis, respondebant. Tempus est ęstiuum, & ciues propter calorem tentoria sua ob refrigerium circa ciuitatem metati sunt.

Hoc ita esse putantes, in portum Achonis deuenerunt, & tunc primam quia Saraceni obtinuissent ciuitatem cognouerunt. Eodem tempore, peccatis nostris exigentibus, data fuerat terra in manus Saladini Regis Syriæ, regnante Frederico Romanorum imperatore. Noradinus autem filiis Saladini, uir naturaliter pius beneficus, tũc erat in ciuitate. Hic cum nauim Christianorum in portu uidisset, & cum causa aduentus eius, eo quod esset sola, non lateret, misit Christianorum, quendam nobilẽ paganum in lingua Gallica satis expediti ad nauem cum galea misit, per quem ne timerent mandauit. Vsque ad illam horam ignorabant utrum esset occidendi, uel capiendi.

Interim nobilis quidam Christianus de Alemania oriundus, in extremis laborans, omnia sua arma uale decentia, cum tribus dextrariis per eundem paganum Noradino misit, pro uita fratrum illi supplicans. Ego, inquit, tribus annis uoueram Christo in his armis seruire, sed ut uideo non est eius uolũtas. Destinati sunt & nũcii Christiani, ex quibus unus erat frater VVilhelmus, propter scientiam linguæ Gallicæ, munera principi prętarent.

Noradinus uero, ut uidit xenia transmissa, cum multa deuotione suscepit, & singula, idest, loricam clypeum, galeã, gladium, necnon & dextrarios deosculans, quia

per

per ſemetipſum uiſitare velut infirmum, remandauit. Interim milite mortuo, & cauſe appenſo lapide in mari proiecto ac demerſo, alioque milite ægroto atque nobili uiro in loco infirmantis repoſito. Rex mane cum multis diuerſi coloris galeis egreſſus aduenit, nauem intrauit, & de tranſmiſſis gratias referens ante infirmum ſedit, atque cum medico, quem ſecum adduxerat, de conualeſcentia illius diſputauit. Obtulit & quædam nobiliſſimi generis poma, quæ creuiſſe dicebat in horto patris ſui apud Damaſcenum. Deinde ait infirmo, propter te omnibus Chriſtianis benefaciam. A quo cum peterent conductum ad ciuitatem ſanctam Hieruſalem, quam adhuc tenebant Chriſtiani, reſpondit. Non eſſet uobis tutum, neque mihi honeſtum, ſi latrunculi, qui modo per omnes uias illius uagantur, uos læderent, & cõductum meum uiolarent. Egreſſus uero de naui tam ægroto, quam cæteris ualedixit, dans eis licentiam repatriandi, contra impetus Saracenorum ſigno teli regalis illos muniens. Tunc ſupra dictus nobilis paganus, reducens ſecũ in ciuitatem fratrem VVilhelmum, interrogauit eum, dicens: Dic, ô iuuenis, quomodo ſeruant Chriſtiani legem Chriſtianam in terra ſua. Ille dicere nolens quod uerum fuit, reſpondit. Satis bene. Ad quod Admiraldus Ego dicam legem Chriſtianorum terræ huius. Pater meus erat uir nobilis, & magnus, & miſit me ad regem Hieroſolymitanorum, ut Gallicum diſcerem apud illum, ipſe uero uerſa uice miſit patri meo ſuum filium, ad diſcẽdum ibi idioma Saracenicum. Vnde omnis uita Chriſtianorum bene, & optimè mihi nota eſt. Non fuit aliquis ciuis adeo diues in Hieroſolyma, qui pro pecunia ſororem, filiam, uel (quod execrabilius erat) luxurię peregrinorum uxorem propriam non exponeret, ſicque illos mercedibus laborum ſuorum euacuaret. Ita omnes gulæ carnalis illecebris dediti erant, ut nihil omnino a pecoribus differrent. Superbiæ uero ſic in eis regnauit, ut cogitare non ſufficerent, quali modo ueſtimenta ſua inciderent, ſtringerent, atque cultellarent. Idem dico de calciamentis.

Et adiecit de ſeipſo. Conſidera ueſtimẽta mea, calceamenta mea, quam ſit rotunda, quam ampla, quam ſimpliciter, & humiliter formata. Sicut nobis retulit idem VVilhelmus, manicas habebat laxas, & amplas ſicut monachus, nulla erat in ueſtibus plicarum multiplicitas nulla curioſitas, licet ipſa veſtium materia foret ſatis pretioſa. Ecce, inquit, iſta ſunt vitia, propter quæ eiecit Deus Chriſtianos ſuperbos, & luxurioſos de terra iſta. Non enim diutius potuit tantas illorum iniquitates ſuſtinere. Putas quia noſtris uiribus obtinuerimus illã? nequaquam. Nouiſſimè etiam hoc adiecit. Nouimus, quia ex regibus veſtris Chriſtianus Imperator quidam ſurget, Otto nomine, qui terram hanc cum ciuitate Hieruſalem cultui Chriſtiano reſtituet. Nos iſta audientes, ſperabamus quia prophetia illa implenda eſſet in Otthone Imperatore Saxoniæ, qui ante aliquot annos defunctus eſt. Eodem tempore Saladinus humanitatem exhibuit Chriſtianis ſatis magnam. Cum eſſet exercitus Chriſtianorum partim ab eius exercitu occiſus, partim captus, & deſpoliatus, reliquias ciuitatum, quæ ſe ultro reddiderunt, in ciuitatibus eiſdem eſſe permiſit, ſub bona tamen cuſtodia. Dieb. aliquot elapſis, cum requiſiſſet a ſuis, qũo ſe haberent Chriſtiani? Reſponderunt illi. Domine, non aliter viuunt, quam pecora, ludis tantum, gulę, & illecebris ſeruientes. Tunc iratus, iuſſit eos de ciuitatibus expelli. lib. 4. cap. 15.

EXEMPLVM XXXVI.

Inuidi fratris venenum quidam victorioſa obſequioſitate deuicit.

FRater aliquis quendam ex fratrib. ſuis ita exoſum habuit, vt ſine cordis ſui cruciatu illum reſpicere non poſſet. Quod ille ſentiens, & vulnus cordis eius ſanare cupiens, fratrem tam periculosè tentatu, imò in ipſa tentatione omnino ſuperatum, obſequijs charitatis ad ſuum amorem quãtum potuit inclinauit, capitale eius vertit, & mollificauit, veſtes excuſſit, calceamenta circa lectum compoſuit, & quicquid ad illius commodum eſſe nouerat in quantum licuit, & potuit exhibuit. Sic ille inuidus obſequijs eius victus, & ad cor reductus, conceptum inuidię venenum expuit, & quem prius æquo oculo reſpicere non potuit, plus poſtea cęteris dilexit. lib. 4. c. 26.

Digitized by Google

uit, & quia hominem prudentem eundem eſſe conſiderauit, non multo poſt domui cuidam ordinis noſtri Abbatem eum præfecit. Eodem tempore illius fratres pro quibuſdam poſſeſſionibus cum quibuſdã perſonis ſecularibus contenderunt, ventilata eſt cauſa coram iudicibus & data eſt ſententia pro Abbate, & fratribus. Poſtea cellerarius abbati ſecrete dicebat. Domine, bene hodie placitauimus, ſciatis tamen cauſam noſtram non, ex omni parte fuiſſe iuſtam. Audito hoc verbo, abbas ſatis turbatus eſt, tacuit tamen. Sequenti die capitulum intrauit, cellerarium proclamauit, & depoſuit, eo quod auaritiæ ſuæ conſulens, ſuppreſſiſſet veritatem. Et miſſo pro aduerſarijs nuntio, ait illis: Boni homines, bona veſtra, veſtra ſint, ego a die hodierna non repetam illa. Qui cum gaudio recedentes, ita in abbatis ſimplicitate, & iuſtitia ædificati ſunt, ut compuncti ocyus redirent, & bona, pro quibus diu contenderant, grato animo monaſterio liberè conferrent, quæ cum non conſentiret abbas recipere, reſponderunt: Domine quicquid noſtri iuris fuit in his bonis remittimus, quod ad nos pertinebat Deo in eleemoſynam conferimus. Tunc primum abbas acquieuit ſua recipere, magis clauſtrum ſuum ædificans ſua ſimplici iuſtitia, quam cellerarius ſua aſtuta auaritia, lib. 4. cap. 61.

EXEMPLVM XLI.

Auarum Conuerſum Præpoſitus Steinuel denſis dure correptum a miniſtratione ſua depoſuit.

APud monaſterium ſancti Chryſanthi Scholaſticus quidam fuit, vir magnæ prudentiæ atq; ſcientiæ, natione Gallicus, nomine Vlricus, cui cum redditus ſcholaſteriæ non ſufficeret, neceſſa erat vt debitis obligaretur. Quidam autem ex fratrib. Steinueldenſis monaſterij ordinis. Pręmonſtratenſis, eo quod virum magnæ litteraturæ illum conſpiceret frequenter monuit, ut ad domum ſuam gratia conuerſionis ſe transferret. Tandem ille diuinitus inſpiratus, in hæc verba reſpondit. Pecuniam aliquantulam debeo, ſoluite illam, & veniam ad vos. Quod cum intellexiſſet. Præpoſitus prædicti monaſterij, pecuniam libentiſſimè ſoluit, & Scholaſticus ſtatim habitum ſuſcepit, qui non multo poſt eiuſdem cœnobij factus eſt Præpoſitus. Nondum enim in ordine Præmonſtratenſi erant Abbates. Sciẽs ille cum officio animas ſe regendas ſuſcepiſſe, non pecora, non poſſeſſiones, operam dabat extirpandis vitijs, non pecunijs congregandis, ſciens auaritiam radicem eſſe omnium malorum, & vitiorum, Habebat autem vnum Conuerſum in adminiſtratione exteriorum ita ſciolum, & circumſpectum, ita ſollicitum, & perfectum, & omnia per manus eius tranſirent, & cartibus eccleſiæ, quæ neceſſaria erãt tam in aratris, quam in pecoribus ſiue expenſis, ipſe quaſi ſolus vniuerſa prouideret, omnia ipſa erat diſponens, nihil negligens, agrum agro copulans, & vineam vineæ coniungens Præpoſitus iſta conſiderans, & in ſcriptis legens, nihil auaro eſſe ſceleſtius, die quadã conuerſum ad ſe vocans, ait: Noſti Barbate, quare uenire ad ordinem? Quia non bene exprimere potuit Theutonicum idioma, habere nõ potuit verba ornata, & ideo quicquid loquebatur Conuerſis, uidebatur eſſe peruerſum atque diſtortum. Reſpondit Conuerſus: Non noui Domine. Tunc ille: Ego dicam tibi. Ad hoc enim veni, vt peccata mea in hoc loco defleam. Quare ergo tu uenisti? Reſpondente eo: Domine ſimili de cauſa. Ait Præpoſitus: Si uenisti peccata deflere formam debueras pœnitentis tenere, hoc eſt, ut frequenter ſis in oratorio, ut vigiles, ut ieiunes, Deumque pro peccatis tuis iugiter exores. Non enim pœnitentis eſt quod tu facis, vicinos exhæredare, & denium luum contra ſe congregare.

Ad hæc Conuerſus reſpondit, Domine, bona illi quæ comparo agis, uel vineis eccleſiæ noſtræ continuantur.

Et Præpoſitus: Bene. Cum illa fuerint empta, neceſſe eſt ut etiam emas illa quæ emptis coniunguntur. Noſti quid dicat Eſaias? Væ, inquit, qui iungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Nunquid habitabitis uos ſoli in medio terræ? Tu vero auaritiæ tuæ nullum terminum ponis, cum omnia quæ in hac prouincia ſunt a te fuerint comparata, flumen k heni pertranſibis pede. Deinde procedes uſque ad montana, nec ſic quieſces, donec pueniasad mare. Puto quia ibi gradu ſiſtes, eo quod pela-

gus sit latum & spatiosum, gressus autem tuus strictus. Mane ergò in claustro tuo, frequenta oratorium, vt die noctuque possis peccata tua deplangere, expecta paulisper, & habebis satis terrę subtus te, & supra te, & iuxta te, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Hæc audientes quidam ex fratrib. senioribus, dixerunt; Domine, si Conuersus ille fuerit amotus, domus nostra subsistere non poterit. Ad quod ille respondit; Melius est vt domus pereat, quam anima, & non acquiescat petitioni eorum. Tempore illo, quo Reinoldus factus est Coloniæ Archiepiscopus, & essent Episcopij redditus obligati, certesque desolatæ, suasum est ei, vt ex diuersis domibus ordinis Cisterciensis diœcesis suæ conuersos fideles atq; prouidos accommodaret, qui & curibus præessent, & annuos redditus sua industria reformarent. Qui cum consilio tali acquieuisset, & tam ex Campo, quam ex Monte, domibus religiosis Conuersos aliquos collegisset, suasum est ei, vt etiam prædictum conuersum assumeret. Pro quo cum honestum misisset nuntium, & ille ex parte Episcopi salutasset Præpositum, adiecit. Dominus meus modicam petitionem petit a vobis, quam ei negare non debetis. Cui cum Præpositus respondisset. Non est Domine mei rogare me, sed præcipere. Subiunxit ille. Petit obnoxè, ut talem conuersum ad tales vsus ei accommodetis. Ad quod verbũ Præpositus satis humiliter, constanter, & mansuetè respondit. Habeo ducentas oues in tali grangia, in alijs verò tot & tot similiter boues, & equos, Dominus meus tollat ex illis quantum voluerit. Conuersum verò animæ meæ commissum ad tales vsus non habebit. Ego autem non de ouibus, & bobus, sed de commissis mihi animab. sum ano pastori in die iudicij rationem redditurus sum, & non concessit ei. Reliquit & aliud suæ liberalitatis iudicium contra auaritiam religiosorum utile satis exemplũ. Die quadam antequã amotus esset præfato modo supradictus Conuersus ab administratione sua, Præpositus ad unam grãgiarum suarum venit, in qua pullum equinum pulchrum satis vidit, de quo iam ductum fratrem, cuius esset, uel vnde veniret, interrogauit. Cui cum Conuersus responderet, ralis homo bonus, & fidelis amicus noster moriens eum nobis legauit. Ait Præpositus; Vtrum ex deuotione, vel ex aliquo iure legauit eum? Respondit Conuersus. Ex decessu illius emersit. Nam vxor eius, eo quod esset de familia nostra, iure curmedię illum obtulit. Tunc ille mouens caput, respondit pium verbum. Quia bonus homo & amicus noster fidelis erat, idcirco uxorem eius spoliasti. Redde ergo fœminæ destitutæ equum, quia rapina est, aliena rapere, uel retinere, tuus enim antea non fuit. lib. 4. c. 62.

EXEMPLVM XLII.

Oculus malè custodiens iuuenis monachus, qui considerauit fęminam non esse monoculam, graui disciplina percutitur.

QVia idem Præpositus Steinueldensis vir prudens erat, pro negotijs monasterij egrediens, secum iuuenes minus libenter ducebat. Nouerat enim hoc eis non expedire, propter tentationes diabolicas. Die quadam cum vnum ex adolescentibus secum adduxisset, & simul equitantes, nescio quid, vel vnde conferrent, obuiam habuerunt iuuenculam formosam. Quam cũ ex industria equum suum retrahendo Præpositus salutasset, officiosissimè stetit illa, & inclinato capite resultauit eum. Cum paululum recessissent, uolens Præpositus tentare iuuenem, ait. Puella ista uidebatur mihi multum formosa fuisse. Cui cum ille diceret, Credite mihi Domine, & hoc ipsum visum est mihi. Respõdit autem Præpositus, Vnum tantum deformat eam, s. quod monocula est. Respondit iuuenis. Vere Domine vtrumq; oculum habet, ego enim satis diligenter consideraui eam. Tunc motus Præpositus ait. Et ego bene cõsiderabo dorsum tuum. Tantæ debueras esse simplicitatis, vt verum esset mas, vel fęmina scire nõ posses. Reuersus verò ad monasterium dixit senioribus. Vos Dñi quandoq; arguitis me, quod mecum non educam iuniores. Et exponens eis causam, prædictum iuuenem durius arguit, atque castigauit. Tantæ erat litteraturæ, vt tempore quodam pro negotio ordinis sui Cistercium pergens, in capitulo generali faceret sermonem. lib. 4. c. 62.

EXEM

EXEMPLVM XLIII.

De ſententia illo Chriſti Domini, Date, & dabitur uobis.

ABbas quidam, ut puto, de ordine nigro, ſicut ex relatione cuiuſdam Abbatis ordinis noſtri didici, hoſpitalis erat ualde, & circa pauperes multum miſericors, & quia in operibus miſericordiæ feruens fuit, tales diſpenſatores domui ſuæ ordinare ſtudit, qui non eius feruorem impedirent, ſed magis incenderent. Quanto plures hoſpites ſuſcepit, quanto plus charitatis pauperibus exhibuit, tanto illi & domui eius Dominus amplius benedixit. Poſt cuius mortem, ſucceſſor eius ſtimulatus auaritia, pietatis officialibus amoris, & eis quos tenaciores nouerat inſtitutis, ait. Prædeceſſor meus nimis erat dapſilis, & indiſcretus, eius officiales nimis prodigi, ſic ordinare debemus expenſas monaſterii atque temperare, ut ſi forte ſeges noſtra grādinata fuerit, & tempora cara emerſerint, habeamus unde pauperibus ſubuiamus. Huiuſmodi uerbis auaritia ſuam palians, hoſpitalitatem prorſus excluſit, & conſueta beneficia pauperibus ſubtraxit, charitate ſubtracta proficere non potuit monaſterii ſubſtantia, imo in breui ad tantam deuenerunt paupertatem, ut uix haberent quod fratres manducarent. Die quadam uir quidam uenerandæ canitiei uenit admonaſterium quæſiuit hoſpitium. Quem ille quidem clanculo, & cum timore collegit, atque hoſpitalitatis officia pro poſſe, & tempore illi exhibens, adiecit. Non te ſcandalizare debet, bone uir, quod tam negligenter te procura, quia neceſſitas in cauſa eſt. Aliquando uidi talem ſtatum huius monaſterii, ut ſi ueniſſet Epiſcopus, cum magna charitate & abundantia fuiſſet ſuſceptus. Et ille. Duo fratres expulſi ſunt de iſto monaſterio, niſi illi fuerint reuerſi, nunquam bonus erit ſtatus eius. Vnus eorum uocatur, Date, & dabitur uobis uocatur alter, ſicque ab oculis eius receſſit Portarius autem cum eſſet clericus, nomina eadem retinuit, Abbati & fratribus audita recitauit. Reſumpta eſt hoſpitalitas, & cæpit mox Dominus eis benedicere, ut prius. lib. 4. c. 68.

EXEMPLVM XLIIII.

Inobdientiam Adę pertinaciter ſuggillans ſeruos, inobediens efficitur, & perdita gratia Domini ſui effugatur.

QVidam paterfamilias ſeruum habebat fidelem & utilem, omnium rerum ſuarum diſpenſatorem. Contigit autem, ut die quadam ſermo eſſet de inobedientia Adæ inter eos, de eſu pomi contra præceptum Domini, & ſeruus indignando illius inconſtantiæ diceret. Vt taceam de Deo, ſi mihi tam diſtricte aliquid a uobis præciperetur, nunquam tranſgreſſor efficeret. Tacuit tunc Dominus, & poſt dies aliquot cum illi minus ſibi caueret, nec ſermonem contra Adam prolatum in memoria haberet, pyxidem ei clauſam, ſed non firmatam porrexit, atque tradidit, dicens. Pyxidem iſtam ego cuſtodię tuæ commendo, quod ſi aperueris illam, totius laboris tui mercede priuaberis, & etiam gratia mea ſemper & perpetuo carebis. Hoc cum crebrius ei inculcaſſet, & ille in conclaui ſe recepiſſet, ſtatim multis ac diuerſis cogitationibus cœpit fluctuare, uariiſque tentationibus æſtiuare, quid eſſet in pyxide ſcire deſiderans. Et ſæpius illam uertens, atque circumſpiciens, ſatt intra ſe. Quid ſi aperuero, illam, ſolus ſum, nemo uidet, interrogatus negabo, non eſt teſtis, qui me conuincere poſſit. Victus tandem tentatione, pyxidem aperuit, & auicula, quæ intus era, clauſa, euolauit. Tunc triſtis effectus ualde, myſterium intellexit, & ad Domini pedes pyxidem requirentis ſe proſternens, ueniam poſtulauit, ſed non inuenit. Ad quem Dominus. Serue nequam, & contumax, tu primum patrem noſtrum de inobedientia iudicans, tuamq. conſtantiam apud me commendans, reipſum condemnaſti. Recede ergo a me, faciem meam de cætero non uidebis. lib. 4. c. 75.

EXEMPLVM XLV.

Aliud ſimile præcedenti.

HEnricus de Vuida miles fuit dives ualde habebat, autem uxorem nobilem ac dilectam. Die quadam cum ſermo inter eos haberetur de culpa Euæ, cœpit illa,

illa,ut mos eſt mulieribus, eidem maledicere,& de inconſtantia iudicare animi, eo quod pro modico pomo,gulæ ſuæ ſatis faciens,tantis penis ac miſeriis omne genus humanum ſubdiſſet. Cui maritus reſpondit.Noli illam iudicare,tu forte in tali tentatione feciſſes ſimile. Ego uolo tibi aliqd præcipere,quod minus eſt, & propter amorem meũ minime poteris cuſtodire illud. Reſpondente illa. Quod eſt mandatum? ſubiunxit miles. Vt die illa, qua balneata fueris, paludem curiæ noſtræ nudis pedib. non ingrediaris,aliis,diebus,ſi libet, intres. Erat enim aqua putens,& fimoſa,ex totius curiæ ſordibus collecta. Illa ſubridente,& præcepti tranſgreſſionem abhorreſcente, ſubiunxit Henricus. Volo ut pœnam addamus, ſi tu obediens fueris quadraginta marchas à me recipias, ſin autem totidem mihi ſoluas,& bene placuit ei: Ille uero,ipſa ignorante, ſecretos cuſtodes paludi adhibuit Mirares. Ab illa hora matrona tam honeſta, & uereconda nunquam per curiã tranſire poterat, niſi ad prædictam paludẽ reſpiceret, & quoties balneabatur, totius de eadem palude tentabatur. Die quadam exiens debalneo,dixit pediſſequæ ſuæ. Niſi ingreſſa fuero paludem illam, moriar, ſtatimque ſuccingẽs ſe cum circumſpexiſſet, & neminem uidere putaret, commitante ancilla, aquam illam fœtidam uſque ad genua intrauit, & huc illuc deambulando benè concupiſcentiæ ſuę ſatisfecit. Quod ſtatim nunciatum eſt marito eius. Ille gaudens,mox eam uidit,& ait. Quod eſt Domina,fuiſtis ne hodie bene balneata? Repõdente illa,fui, adiecit. In dolio, uel in palude? Ad quod uerba confuſa tacuit, ſciens eũ ſuum exceſſum non latere. Tunc ille, Vbi eſt Dña mea conſtantia ueſtra, obediẽtia ueſtra,iactantia ueſtra? Eua uilius tentata fuiſtis,tepidius reſtitiſtis, turpius cecidiſtis. Reddite ergo quod debetis. Et cum non haberet illa quod ſolueret, omnia ueſtimenta eius pretioſa tulit, & per diuerſas perſonas diſtribuit, ſinens eam per aliquod tempus benè tor queri. lib 4.c.76.

EXEMPLVM LXVI.

Gula acerbiſſimi pomi tentatus pœnitens miles animam expirauit.

Miles quidam ſicut audiui a qnodam uiro religioſo, multa ſcelera commiſerat, tandem ductus pœnitentia uenit ad ſacerdotem, de commiſſis facta confeſſionem pœnitentiam ſuſcepit, ſed ſuſceptam ſeruare non potuit. Cumque hoc ſæpius actitaſſet, die quadam dixit illi ſacerdos: Nihil ſi proficimus, dic ergo mihi: Eſtne aliquod quod pro peccatis tuis poſſis cuſtodire? Reſpondit ille Eſt pomus in poſſeſſione mea tali, cuius fructus tam amarus & peſſimus eſt,ut nunquam ex eo comedere poſſim. Si uidetur uobis bonum pœnitentia mea ſit,ut quoadusque uiuam, de eiſdem pomis non guſtens. Sciens ſacerdos maxime poſt prohibitionem,excitante carne atque diabolo, conſurgere tentationem reſpondit. Pro omnib. peccatis tibi iniũgo,ut nunquam de fructu eiuſdẽ arboris ſcienter commedas. Abiit miles pœnitẽtia iiunctã quaſi pro nihilo reputans. Sic ſita erat ipſa arbor,ut quoties curiã ſuã exiret,uel intraret, eandem arborem reſpiceret poſſet. Reſpiciendo ſemper prohibitionis recordabatur, & recordando mox grauiſſime tentabatur. Die quadam ante arborem eadem tranſiens, & poma in eo conſiderans ab eo, qui primum hominem per lignum prohibitum tentauit, & proſtrauit, tam valde tentatus eſt, ut ad arborem quidem ueniret, & ad pomum nunc manum extendendo, nunc extenſam retrahendo, totum pene diem contrariis niſibus continuaret. Tandem adiuuante gratia triumphans,in tantum, concupiſcentiæ reſtitit, ut corde coangũſtato,ſub arbore iacens ſpiritum exhalaret. lib.4.c.77.

EMPLVM LXVII.

De ſermone monachi illiterati ad Henricum Cardinalem Albanenſem.

Sanctæ recordationis Dominus Henricus Albanenſis Epiſcopus & Cardinalis,anno M.clxxxvii miſſus a Clemente Papa temporibus Frederici Imperatoris præ-

prædicare crucem in Alemannia contra Saracenos, quoſdam ſibi terræ noſtræ monachos ordinis Ciſtercienſis aſſumpſit. Die quadam cum ſimul equitarent,& ipſe diceret in generali: Quis ueſtrum dicet nobis aliquid boni? Reſpondit vnus: Ille,demonſtrato quodam conuerſo monacho laico, cuius nomen exciſit. Et præceptum eſt ei ſtatim à Cardinali, vt verbum proponeret exhortationis. Ille primum ſe excuſans, dicens, laicum non debere litteratis aliquid loqui. Tandem ſic exorſus eſt: Quãdo mortui fuerimus,& deducti ad paradiſum, occurret nobis ſanctus pater noſter Benedictus, viſis nobis monachis cucullatis,cum gaudio introducet,viſo uerò Henrico Epiſcopo & Cardinabili, mirabitur inflatum eũ,& dicet. Quis enim es tu? Et ille. Pater, ego ſum monachus Ciſtercienſis. Reſpondit ſanctus. Nequaquam,monachus corniculatus non eſt. Tunc Henrico ſatis pro ſe allegante, tandem huiuſmodi data ſententia,dicet oſtiarijs ſanctus Benedictus,Ponite eum ſupinum, & ſtomachum eius ſcindentes aperite. Si inueniretis olera inconditа,fabam piſam,lentem,pultes,ciboſq; regulares,cum monachis intromittatur. Sin autem ſed piſces groſſos,& cibos ſeculares atque delicatos,foris maneat. Deinde conuerſus ad Cardinalem,ſubiecit. Quid illa hora dicturus es,pauper Henrice? Ad quod verbum Cardinalis ſubridens, ſermonem commendauit. lib. 4. c. 79.

EXEMPLVM XLVIII.

Incantationibus necromanticis dieb. ſcholaris,e circulo per anulum raptus, ad loca pœnalia ducitur,ſed pallens & macer reducitur.

REtulit mihi bonæ memoriæ monachus noſter Godeũſcalcus de Volmneſtei, quod ſilere non debeo. Cum die quodam rogaret Philippum quendã necromanticum, vt aliqua ſibi recitaret de arte ſua mirabilia. Reſpondit ille. Dicam vobis rem ſatis mirabilem temporibus meis apud Toletum veraciter geſtam. Cum plures ex diuerſis regionibus ſcholares in eadem ciuitate ſtuderent in arte necromantiæ, iuuenes aliqui de Sueuia,atque Bauaria ſtupenda quædam,& incredibilia a magiſtro ſuo audientes,& utrumnam vera eſſent probare volentes, dixerunt illi; Magiſter volumus,vt ea quæ nos doces,oculo tenus oſtendas, quatenus aliquem ex ſtudio noſtro fruſtrum capiamus. Quos cum auerteret,& non adquieſceret, eo quod natio illa gens ſit mirabilis, hora idonea in campũ illos duxit,gladio circa illos circulum fecit, monens,ſub interminatione mortis, vt infra circulum ſe cohiberent,& ne al quid rogantibus darent,vel ab offerentibus recipe rent, præcepit. Recedens ab eis, dęmonib. carminibus ſuis aduocauit. Mox adſunt illi in formis militum decenter armatorum, militiæ ludos circa iuuenes exercentes. Nunc lapſum ſimulabant nunc lanceas,& enſes contra eos extendebant,omnib. modis ſatagentes, vt illos extra circulum extraherent,qui cum ſic nihil proficerent, in puellas ſpecioſiſſimas ſe transformantes choreas circa illos ſcholares ducebant, uarijſque anfractibus iuuenes inuitantes, ex quibus una forma cæteris præſtantior unũ ex ſcholaribus elegit, ad quem quoties ueniſſet chorizando, toties anulum aureum porrigebat,intus ſuggerendo,& foris motu corporis ad amorem ſuum illum inflammando. Quæ cum per multas uices hoc actitaſſet,uictus iuuenis digitum cõtra anulum extra circulum poterit,quem illa mox per eundem extrahens, nuſquam comparuit. Capta pręda conuentus malignãtium in turbinem reſoluitur, fit clamor & ſtrepitus diſcipulorum, accurrit magiſter, de raptu conſocij conqueruntur omnes. Quibus ille reſpondit; Ego ſine cauſa ſum, uos me coegiſtis ego uobis prædixeram, quia non eum amodo uidebitis. Ad quod illi. Niſi reſtituas eum nobis, interficiemus te. Timens ille uitæ ſuæ, ſciens Bauaros eſſe furioſos,reſpondit. Ego tentabo ſi ſpes aliqua poterit eſſe de illo. Vocanſque principe dęmoniorum, fidele ſuum miniſterium illi ad memoriam reuocans, dixit,diſciplinę eius multum eſſe derogandum, ſeque a diſcipulis occidendum, niſi iuuenis reſtitueretur. Cui diabolus compaſſus, reſpondit. Cras conſilium propter te in tali loco celebrabo, tu eſto preſens, & ſi aliquo modo illum per ſententiam obtinere poteris,gratum habebo. Quid plura? Ad impe-

imperium principis concilium malignantium cogitur, de violentia in discipulum facta a magistro conqueritur, ab aduersario respondetur; Domine, inquit, non illi fecit iniuriam, non violentiam, magistro suo inobediens ipse fuit, legem circuli non custodiuit. In hunc modum contendentibus illis, diabolus dæmonem quendam sibi collateralem de sententia interrogauit, dicēs. Oliuere, semper curialis fuisti, contra iustitiam personam non accipis, solue quæstionem huius litis. Respondit ille. Ego iuuenem restituēdum esse iudico magistro suo. Moxque ad aduersarium cōuersus ait. Redde illum discipulum, quia nimis importunus fuisti. Cæteris sententiæ eius assēsum præsentibus, ad mandatum iudicis eadem hora scholaris ab inferis reducitur, magistro suo restituitur, concilium soluitur, ad discipulos reducta præda magister lætus reuertitur. Cuius vultus ita erat macer & pallidus, color tam immutatus, ut hora eadem de sepulchro videretur resuscitatus: qui socijs apud inferos visa recitans, quam Deo contraria, & execrabilis foret illa disciplina, magis exemplo quam verbo ostendit, & a loco recedens, in quodam ordinis nostri monasterio monachum se fecit. li. 5. c. 4

EXMPLVM XLIX.

Gulosus infirmitatem claudicando simulauit, & a dæmone clauricante irrisus apostatauit.

IN Hemmenrode sacerdos quidam uenerabilis ad conuersionem uenit, nomine & opere Christianus. Huic dæmones multum importuni fuerunt, & sæpe illos uidit, tam ante conuersionem, quam post. Huius tempore alter quidam sacerdos, nomine Carolus, in eodem cœnobio factus est nouitius, & erat eius in probatione socius. Pater noster Isenbardus. Hinc instinctu diaboli, cuius consilio utebatur, gulæ & carnis suæ commodis nimis consentiens, infirmitates sæpius simulauit, qui cum positus in infirmatorio tantum carnem nutriret, & spiritū negligeret, vadens & rediens de priuata, cum claudicaret, & in coquinam respiciendo, quæ ibi præparentur infirmis cōsideraret, prædictus Christianus diabolum eum sequi vidit, qui eo modo, quo ille claudicauerat, & ipse claudicauit, & sicut intro spexerat introspexit, in nullo ab eius gestibus discrepans. Tandem infra annum probationis deficiens, reuersus est ad ollas Aegypti, & secuta est caro carnem. libr. 5. c. 6.

EXEMPLVM L.

Vestimentorum lasciuiam deridentes dæmones semper defluentem pompaticè fimbriam tanquam quadrigam consederunt.

REtulit mihi quidam ciuis honestus, asserens suis temporibus Moguntiæ, si bene memini, hoc quod dicturus sum contigisse veraciter. Die quadam Dominica, cum sacerdos in ecclesia, cuius erat plebanus, circuiret, & aqua benedicta populum aspergeret, ad ostium ecclesiæ ueniens, matronam quandam pompaticè venientem, & ad similitudinem pauonis varijs ornamentis pictam obuiā habuit. In cuius cauda uestimentorum, quam habebat post se longissimam, multitudinem dæmonum residere conspexit, erant enim parui, ut glires, nigri vt Aethiopes, ore cachinnantes, manibus plaudentes, & etiam sicut pisces intra sagenam concluſi saltantes. Reuera ornatus muliebris sagena diabolica est. Quod vt vidit, dæmonum quadrigam foris expectare fecit, plebem aduocauit, dæmones ne fugerent adiurauit, territa illa steterit, & ut visiones populus videre mereretur, quia vir bonus ac iustus valde fuit, orationibus suis obtinuit. Intelligens mulier ob uestimentorum superbiam sic se a dæmonib. esse derisam, domū redijt, vestimenta mutauit, & tam ipsi, quam cęteris fęminis, eadē visio occasio facta est humilitatis. lib. 5. c. 7.

EXEMPLVM LI.

Prælatus malus moriens plures circa se dęmones conspexit, quam erant calami in tecto horrei.

IN quodam sanctimonialium monasterio, quod in oppido Bonnensi situm est sacerdos quidam defunctus est, Adolphus nomine, vir valde secularis & lubricus, iā

dicti

Digitized by Google

dicti monaſterij Lebanus; hic, ſicut mihi retulit quidam ſacerdos qui fuerat Bonenſis canonicus, cum die quadam cum ſuo cognato quo tam luderet in aleis, quidam ex parochianis eius flens ſuperuenit, & vt matris ſuæ confeſſionem audire, eamque communicare dignaretur, humiliter, & cum lachrymis ſupplicauit. Reſpondente ſacerdote Non ueniam niſi expleto ludo; Et ille valde inſtaret, aſſerens infirmam expectare nō poſſe, commotus ſacerdos, ſecum ludenti dixit. Cognate, ego conquæror vobis de homine iſto, qui me quieſcere non ſinit. Videns ſe ille nihil proficere, triſtis ac gemās diſceſſit, & infirma ſine confeſione, atq. viatico ab hac luce migrauit. Die autem tertio is, qui cum ſacerdote luſerat, defunctæ filio occurrit, & ſacerdotis querimoniæ recordatus, illum ſine cauſa occidit. Poſt hoc, & alia peccata plurima, ſacerdos idem peremptoriam incidit infirmitatem, qui cum eſſet in deſperatione, quędam cognata eius ſedens coram illo, cum ſignum contritionis videret in eo nullum, triſtis ſic ait, Domine, debilis eſtis valde, præparate uos propter Deum, inuocate illum, ut peccata veſtra uobis dimittat, & ſpatium adhuc fructuoſæ pœnitentiæ concedat. Ad quod ille deſperatus reſpondit. Vides horrendum illud magnum ex oppoſito noſtri non ſunt in eius tecto tot calami, quot ſunt circa me dæmones congregati. Et hoc dicto, mox agonizans, expirauit, eos videns adeſſe moriturus, quorum conſilio vixerat ſanus, li. 5. c. 8.

EXEMPLVM LII.

Inuidus dæmon perdere animam maluit, quam cęleſtem gloriam obtinere.

DAemon quidam cum homine a ſe obſeſſum horribiliter torqueret, & diuerſis per os eius garriendo diuerſa reſponderet, dictum eſt ei a quodam ex circunſtātibus, Dic diabole, ſi poſſes ad gratiam, in qua fuiſti, redire, quid velles propter hoc laboris ſuſtinere? Reſpondit ille. Si hoc eſſet in meo arbitrio, mallem cum una anima decepta deſcendere in infernum, quam redire in cęlum. Mirantibus omnibus cur ita diceret, iterum hoc uerbū reſpondit. Quid de hoc miramini? tanta eſt malitia mea, & tam obſtinatus ſum in illa, vt non poſſim aliquid velle boni. Huic verbo alterius cuiuſdam dæmonis ſermo diſcordat. lib. 5. c. p 9.

EXEMPLVM LIII.

Gloriam cęleſtem expertus dæmon vſque ad diem iudicij, paratus eſſet pœniteret, ſi rurſus ad eam ſibi præberetur acceſſit.

IN Eccleſia beati Petri in Colonia, cum fœmina quædam a dæmone obſeſſa miſerabiliter tormentaretur, contigit ut alia obſeſſa ſuperueniret, idem ſpiritus malignus de reditu ad gloriam ſicut ſuperior interrogatus, verbum ſermoni eius ualde contrarium audiente me reſpondit. Si eſſet, inquit, columna ferrea, & ignita, raſorijs, & calamis acutiſſimis armata, a terra vſque ad cælum erecta, uſq; ad diem iudicij, etiāſi carnem haberem, in qua pati poſſem, me per illam retrahere uellem, nunc aſcendendo, nunc deſcendendo, dummodo redire poſſem ad gloriam, in qua fui. lib. 2. c. 10.

EXEMPLVM LIIII.

Apoſtata conuerſus dum feſtinat fieri epiſcopus, cum furto capitur, & ſuſpenditur.

IN Campo domo ordinis Ciſtercienſis, quæſita eſt in epiſcopatu Colonienſi, ſicut audiui a quodam ſacerdote ordinis noſtri homine viridico, quem res non latuit, Conuerſus quidam fuit, qui a monachus, cum quibus loquebatur, in tantum literas didicerat, ut textum Alexandri legere ſciret. Huiuſmodi occaſione illectus, & deceptus, libellos ſibi ad hoc idoneos occultè fecit conſcribi, cępitque in uitio proprietatis delectari. Cumque huiuſmodi ſtudium eidem Conuerſo ad hoc nimis conuerſo prohiberetur, amore diſcendi apoſtaſiam incurrit, modicum tamen propter ætatē profecit. Deinde ad monaſterium pœnitentia ductus rediens, & hoc uſq; tertio actitans, nunc ad ſcholas ſeculares exeundo, nunc reuertendo, diabolo copioſam in ſe præbuit materiam decipiendi.

Viſibiliter enim illi apparens in ſpecie angeli, ait. Diſce fortiter, quia futurum eſt,

est & a Deo diffinitum, vt Halberstadensis suus episcopus. Stultus ille diaboli dolos non obseruans, sperabat in se antiqua renouanda fore miracula. Quid plura? Die quadam seductor. Conuerso se ingerens, clara voce, & hilari facie, dicebat. Hodie episcopus Halberstadensis defunctus est, festina venire ad ciuitatem, cui a Deo Antistes destinans es. Ipsius enim consilium mutari non potest. Statim miser de monasterio silenter exiens, nocte eadem in domo cuiusdam honesti sacerdotis iuxta oppidũ Xantense hospitatus est. Vt autem gloriosè ad sedem suam veniret, nocte ante lucem surgens, equum hospitis valde bonum strauit, cappam eiusdem induit, ascendit, & abijt. Mane familia domus, damno cognito, apostatam insequens, apprehendit, ad iudiciũ seculare cum furto tractus, & per sententiã damnatus, non cathedram ut episcopus, sed sicut fur patibulum ascendit lib. 5. c. 16.

EXEMPLVM LV.

Apostatans conuersus ex cuculi vocibus longam sibi vitam promittens citius moritur.

NArrauit nobis anno præterito beatæ memoriæ Theobaldus Abbas Eberbacensis, quod qui iam Conuersus, cum nescio quo tenderet, & auem, quæ cuculus dicitur, a uoce nomen habens, crebrius cantantem audiret, vices interruptionis enumerauit, & viginti duas inueniens, easque quasi pro homine accipiens, pro annis toti dem vices easdem sibi computauit. Eia, inquit, certe xxij. annis adhuc viuam, ut quid tanto tempore mortificem me in ordine? Redibo ad seculum, & seculo deditus, viginti annis fruar delitijs eius, duobus annis qui super sunt pœnitebo. Haud dubium, quin diabolus, qui supra dictum conuersum, ut episcopus fieret, ad credendum induxerat, aperto sermone, & huic suaserit, vt tali augurio fidem adhiberet, occulta suggestione. Sed Dominus, qui augurium odit, aliter quam ille ordinauerat disposuit. Nam duos, quos pœnitentiæ deputauerat, annos eum in seculo viuere permisit, & annos viginti delitijs ordinatos ipso suo iudicio subtraxit. Ecce tales sunt promissiones diabolicæ lib. 5. c. 12.

EXEMPLVM LVI.

Ludens ad tesseras infaustus miles, visceribus tegulis domus hærentibus, a dæmone deportatur.

IN Susatia, quæ ciuitas est Colonien sis diœcesis, miles quidam Thyemo nomine habitabat, qui sic totus deditus erat ludo tesserarum, vt non die, nocte quiesceret, semper sacculum cum nummis secum portabat, ut se cum ludere volentib. obuiaret. Ita in ludis expeditus, & fortunatus erat, vt vix aliquis ab illo sine damno recederet. Vt autem posteris ostenderetur, quantum Deo tales ludi, in quib. iræ, inuidia, rixa, & damna suscitantur, peccati verba rotantur, contrarij forent permissum est diabolo, ut cum eo luderet, qui multis illuserat, atque euiscerat, qui multorum marsupia euacuarat. Nocte quadam domum eius in specie cuiusdam hominis ludere volẽtis intrans, saccellumq; nummis refertum sub ascella portans, ad tabulam sedit, denarios liberaliter apposuit, tesseras iactauit, & multa acquisiuit. Cui cum prospere succederet, & militi iam pecunia quam apponeret defuisset, iratus ait: Nunquid non diabolus tu es? Et ille: Nunc satis est. Appropinquat enim tempus matutinale, oportet nos ire. Tollensq; illum, per tectum traxit, cuius viscera tegulis retrahentib. miserabiliter excussit, & quod de eius corpore factum sit, uel in quem locum illud proiecerit, vsque hodie tam a filio eius, quam a cæteris qui illũ nouerant ignoratur. Mane vero uiscerum eius reliquiæ tegulis inhærentes repertæ sunt, & in cœmiterio sepultæ. lib. 5. c. 34.

EXEMPLVM LVII.

De dæmone, qui in specie hominis militi fideliter seruit.

DAemon quidam adolescentis uenusti speciem induens, ad quendam militem uenit, obsequium suum ille offerens. Cui cum multum placeret, tam in decore, quam in sermone, gratãter ab eo susceptus est. Qui mox multi seruire cœpit diligenter, & tam timide, tam fideliter, & tam iocundè, ut satis ille miraretur, nunquam

equum

equum ſuum aſcendit, nunquam deſcendit, quin ille eſſet præparatus, & genu flexo ſtrepa m teneret, diſcretum, prouidum, hilarem ſemper ſe exhibuit. Die quadam, dum ſimul equitarent, & veniſſent ad fluuium quendam magnum, miles reſpiciens & plures ex inimicis ſuis mortalibus poſt eos venire conſiderans, ait ſeruo. Mortui ſumus, ecce inimici mei poſt me feſtinant, fluuius ex oppoſito eſt. nullus ſupereſt locus refugij, aut occident me, aut capient. Tunc ille. Ne timeas Domine, vadum fluminis huius bene noui, ſequere tantum me bene euademus. Reſpondente milite. Nunquam homo fluuiũ iſtum in hoc loco tranſ uadit: Spe tamen euaſionis ſeruum ducem ſecutus, ſine pe iculo venit ad littus. Et ecce eis tranſpoſitis, hoſtes ex oppoſito litore conſiſtentes, mirati ſunt, dicentes. Quis unquam audiuit vadum in flumine iſto? non alius niſi diabolus illum tranſuexit. Timentes que reuerſi ſunt. Proceſſu vero temporis accidit, vt militis vxor infirmaretur uſque ad mortem, in qua dum omnes medicorũ artes defeciſſent, ait iterum dæmon Domino ſuo. Si Domina mea iniungeretur lacte leonino, ſtatim ſanaretur. Dicente milite. Vnde habere ur lac tale? Reſpõdit ille. Ego afferam. Qui vadẽs, & poſt ſpatium vnius horæ rediens, vas plenu n ſecum attulit, a quo cum fuiſſet perunc̃ta, mox meliorata, proſtinum recuperauit vigorem. Cui cum diceret milles. Vnde habuiſti tam cito lac iſtud? Reſpondit. De montibus attuli Arabiæ, recedens a te, Arabiam iui, leænæ ſpeluncam intraui, catulos abegi, & ipſam mulſi, ſicque reuerſus ſum ad te. Stupente milite ad verba iſta, & dicente. Quis ergo es tu? Reſpondit ille. Non f liciteris de hoc ſeruus enim tuus ſum ego Inſtante milite, tandem confeſſus eſt, dicens: Dæmon ego ſum, vnus ex illis, qui cum Lucifero cecide runt. Tunc magis milite ſtupente, ſubiũxit. Si naturæ diabolus es, quid eſt quod tam fideliter ſeruis homini? Reſpondit dæmon. Magna eſt mihi conſolatio eſſe cum filijs hominum. Dicente milite. Non audeo de cætero vti ſeruitio tuo.

Iterum ille reſpondit. Hoc pro certo ſcias, quia ſi me tenueris, nunquam a me, vel propter me aliquid mali tibi eueniet. Non audeo, inquit, ſed quicquid pro mercede tua poſtulaueris, licet dimidium bonorum meorum, libens tradam tibi. Nunquam homo homini ſeruiuit tam fideliter & tam vtiliter. Per tuam prouidẽtiam iuxta fluuium mortem euaſi, per te vxor mea recepit ſanitatem. Tunc dæmon. Ex quo te cum eſſe non potero, nil pro ſeruitio meo, utſi quinque ſolidos requiro. Quos cum recepiſſet, militi illi reddidit, dicens. Peto, ut ex eis nolam compares, & ſuper tectũ pauperis illius eccleſiæ ac deſolatæ ſuſpendas, vt per eam ſaltem Dominicis diebus fideles ad diuinum conuocentur officium. Sicque ab oculis eius diſparuit, & hoc idcirco dæmon petijt, vt hi, qui hactenus debitam horam officij præuenientes, cum ſumma deuotione expectabant, eo quod timerent tardius ad diuina myſteria concurrere, de cætero non niſi poſt auditum nolæ ſonum conuenirent. lib. 5. c. 36.

EXEMPLVM LVIII.

Prælatura ambientes monachi, Regi Franciæ munera pro Abbatia ſancti Dionyſij obtulerunt, ſed fruſtra.

ANte hoc triennium, defuncto Abbate ſancti Dionyſij gentis Frãcorum Apoſtoli, cum ditiſſima illa Abbatia uacaret, & ad eam plures aſpirarent, uenit ad Regem Philippum is qui in congregatione videbatur eſſe potior, Præpoſitus uideli cet, pro Abbatia ſupplicans, & dicens: Domine ecce quingentas offero vobis libras, vt propitius mihi ſitis in hac Abbatia. Cui Rex nihil promittens, ſed ſimoniacum muneris receptione quaſi in arce ſpei ponens, reſpondit. Date pecuniam camerario meo ſecrete. Recedente igitur Præpoſito, & quaſi de regio fauore certificato. Cellerarius de his nihil ſciens, eũdem Regem adijt, & Præpoſito ſimilia petens, ſimilem pecuniæ quantitatẽ obtulit a quo ſimile reſponſum accepit. Nouiſſimè venit theſaurorum infidus cultos, & ipſe pro Abbatia Regi quingentas libra offerens. Cui ſicut ſuperioribus reſponſum eſt. Et licet Rex, ſicut homo prudens, diſſimularet, plurimum tamẽ ei diſplicebat trium illorum monachorũ ambitio, & proprietatis vitium, imo tam execrabile furtum, ſciens oblatam pecuniã monaſterio

ſi more eccleſiæ uniuerſalis hodie beatę Dei genitrici impendis. Dum talia in mente uolueret, ſpiritus eius mirabilis Dei uirtute de corpore eductus ab Angelo intra cœleſtem Hieruſalem eſt deductus. In qua maximam uidit proceſſionem, ex diuerſis eiuſdem beata ciuitati ordinibus, Patriarchis uidelicet, Prophetis. Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, cæteriſque fidelibus, ex quibus binii, & bini ſimul incedebant, & candelas ardentes in manibus geſtabāt antiphonas, ſiue reſponſoria ad diem pertinentia, more eccleſiæ militantis, omnes decantabant, ſtationes debitas obſeruabant. Angelus uero uirginis ductor alteri cuidam uirgini, quam nouerat eſſe conſimilis meriti, illam ſociauit, candelam porrigens ardentem. Tantus erat decor omnium, tanta gloria, in diſpari tamen claritate ſingulorum, ut nulla lingua fari ſufficeret. Saluator uero, qui caput eſt omniū ſanctorum, ſplendor gloriæ, & ſol iuſtitiæ, indutus pontificalibus, mitram geſtans in capite ſuo, cum beculo, chirothecis, & annulo, & reliquis epiſcopalibus ornamentis, nouiſſimum locum cum matre tenebat, cuius pulchritudinem omnis cœleſtis exercitus mirabatur. Qui cum poſt tertiam ſtationem inchoaſſet antiphonā. Hodie beata uirgo Maria puerum Ieſum, &c. ing eſſi ſunt templum ex auro, gemmiſque cōſtructum. Deinde in cœptus eſt miſſæ introitus, & ab omnibus ſimus de cantatus. Interim Chriſto introeunte ad altare, poſtquā expletum eſt Kyrie eleiſon a choris alternatim, poſt Gloria in excelſis Deo, &c. qđ ipſe inchoauit, beat⁹ protomartyr Stephanus epiſtolam legit de libro Malachię Prophetæ Sanctus uero Ioannes Euangeliſta. Dalmatica indutus, legit euangelium ſecūdum Lucam ſcilicet. Poſtquā impleti ſunt dies purgationis, &c, Quo perlecto. Dominus ſecundum morem ordinis noſtri, ad gradum redlit, & ab offerentibus candelas ſuſcepit. Prædicta autem uirgo, per ſpiritū ſentiens ſe ad corpus reuerſuram, candelā ſuam offerre noluit, etiam Angelo ſuo præcipiente, uolens illam ſecum ad terras portare. Quod Angelus conſiderans, cādelam in manu eius fregit, ſuperiorem partem auferens, & inferiorem relinquens. Sicque ad corpus reuerſa, partem eandem manu concluſam ſe retinuiſſe inuenit, de qua plurimę fiebant, & forte uſque hodie fiāt uirtutes. Nam aquam ſuperfuſam infirmi bibunt, & conualeſcunt. Tam manifeſta & ſublimis erat uiſio, ut modum eius minime intelligeret, dicens illud apoſtolicum, dum de ea interrogaretur. Siue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit. Dominus Euſtachius Abbas de clauſtro uiſionator noſter, audiens hanc uiſionem quibuſdam Abbatibus referentibus nobis, de fide rè ueritatis cognoſcende uirginem principaliter adiit, & ab eius ore quę dicta ſūt audiuit. lib. 7. c. 20.

EXEMPLVM LXI.

Maria amputata lingam deuoto ſuo reſtituit.

ANte hos annos, cum Catholici contra Albigenſes hæreticos fuiſſent ſignati, & cum iam non modicum ab eiſdem hęretieis eſſent exacerbati, duo honeſti clerici per terram illorum tranſeuntes, cum eccleſiam uidiſſent in uia deſolatam, ait unus alteri. Sabbatū eſt, intremus eccleſiam hanc, dicamus miſſam in honore Dominæ noſtrę Portabant enim ſecum librum, calicem, & indumenta ſacerdotalia Antequam eſſet miſſa completa, hæreticis proditi ſunt, qui armata manu intrantes, & ſacerdotem de eccleſia trahentes, linguam eius radicitus abciderunt. Quem ſocius multo labore Cluniacum deducens, monachis commendauit. Illi uero, ſicut uiri catholici & religioſi ſacerdotem catholicum, & notum propter fidem Chriſti, & genitricis eius honorem tā crudeliter mutilatum, deuote ſuſcipientes, omnem ei humanitatem exhibuerunt. In nocte uero Epiphaniæ cum ſolemnes decantarentur vigiliæ, baculo parietem pulſans, miniſtros aduocauit. Qui cum quærerent quid uellet, & illa ſe in oratorium deportari ſignaret, nolentes ei parcere, non acquieuerunt. Tandem importunitate eius attediati in eccleſia eum ducentes, ante altare quoddam depoſuerunt. Qui cum matrem miſericordiæ tota mentis deuotione inuocaſſet, illa ei apparens, & eam in lingua formam habentem in manu tenens, reſpondit oranti; Quia propter fidem filii mei, & honorem mihi exhibitum lingua

ſineceſſanter tentatione laboraret, iamq. ei intolerabilis eſſet, ſubmota uerecũdia, Dominæ ſuæ quid pateretur aperuit. A qua re pulſam paſſus, amplius affligebatur. Caſta enim erat matrona, & uiro ſuo fidelis. Veniens ad quendam eremitam, de cuius conſilio totus pendebat, paſſionem ſuam illi cum lachrymis confeſſus eſt. Cui uir ſanctus fiducialiter reſpondit. O nihil aliud nocet tibi. Ego tibi dabo conſilium, ut deſiderium tuum conſequatur effectum. Per annum iſtum ſingulis diebus Dei genitricem Mariam centies cum totidem ueniis angelico uerſiculo ſalutabis, & quicquid uolueris per illam impetrabis. Sicebat.n. quod caſtitatis amatrix. iuuenem caſtum, licet in errore poſitum, non deſeret. Ipſa enim tantæ pietatis eſt, ut neminem ſe inuocantem, & ſibi fideliter ſeruientem periclitari ſinat. Cumque iuuenis in multa ſimplicitate Dominæ noſtræ iniunctum obſequium impenderet, die quadam ſedens in menſa Domini ſui recordatus eſt, quia dies eadem terminus eſſet anni. Et ſtatim ſurgens aſcendit equum ſuum, uicinamque intrans eccleſiam, orationes ſolitas expleuit. Qui cum exiret de eccleſia, uidit matronã pulcherrimam omnem decorem humanũ tranſcendentem, equum ſuum per frenum tenentem. Miranti quænam eſſet, illa reſpõdit. Placetne tibi ſpecies mea. Dicente mihi te; Nunquam pulchriorem te uidi. Illa ſubiunxit, Sufficeretne tibi ſi me poſſes habere uxorem? Qui cum reſpõderet. Cuilibet Regi bene ſufficeret ſpecies tua, & beatus iudicaretur tuo conſorito. Subiecit illa Ego enim ero uxor tua, accede ad me, da mihi oſculum, & coegit eum, dixique Modo initiatæ ſunt nuptiæ, & in tali diẽ coram filio meo perficientur. Ex quo uerbo cognouit eam eſſe matrem Domini. Apprehendenſque ſtrepam equi eius, ut aſcenderet præcepit, cuius auctoritate miles preſſus obediuit, ab illa hora tam plene libidinis tentatione prædicto miles liberatus eſt, ut etiã uxor Domini ſui miratur. Hæc cum eremitę recitaſſet per ordinem, ille genitricis Dei pietatem ſimul, & humilitatem admiratus, reſpondit. Ego intereſſe uolo diei nuptiarum tuarum, interim de rebus tuis diſponas. Quod cum feciſſet, & eremita ueniſſet ad diem prefixum, dixit iuueni. Sentis aliquid doloris? Reſpondente illo? Non. Cum ſecundo poſt horã idipſum ab eo ſciſcitaretur, reſpondit, modo ſentio. Qui poſt paululum agonizans, ſpiritum exhalauit, & cœleſtem thalamũ promiſſæ nuptiæ celebraturus intrauit. lib. 7. c. 31.

EXEMPLVM LXIIII.

Maria uirgo Beatricis monialis apoſtatę loco cuſtodis officio fungebatur.

IN monaſterio quodam ſanctimonialiũ, cuius nomen ignoro, ante nonullos annos quædam uirgo degebat, nomine Beatrix. Erat corpore ſpecioſa, mente deuota, & in obſequio Dei genitricis feruentiſſima. Quoties illi ſpeciale orationes ſiue ueniaſ ſecretius offerre potuit, pro maximis delitis reputauit. Facta uero Cuſtos, hæc egit tanto deuotius, quanto liberius. Quam clericus uidens, & concupiſcens, procari cœpit. Illa uerba luxuriæ ſpernente, iſto importunius inſtante, ſerpens antiqui tam uehementer pectus eius ſuccendit, ut flammam amoris ferre non poſſet. Accedens uero ad altare beatæ uirginis patronæ oratorii ſic ait. Domina, quanto deuotius potui ſeruiui tibi, ecce claues tuas tibi reſigno, tentationes carnis ſuſtinere diutius non ualeo. Poſitiſque ſuper altare clauibus, clam ſecuta eſt clericum. Quam cum miſer ille corrupiſſet, poſt dies paucos abiecit. Illa cum non haberet unde uiueret, & ad clauſtrum redire erubeſceret, facta eſt meretrix, in quo uitio eum xv. annos tranſegiſſet, die quadam in habitu ſeculari ad portum uenit monaſterii, quæ cũ dixiſſet portario. Noſti Beatricem quandoque huius oratorii Cuſtodem. Reſpondit: Optime noui. Eſt enim Domina proba, & ſancta, & ſine querela ab infantia uſque ad hanc diem in hoc monaſterio conuerſata. Illa uerba hominis notans, ſed non intelligens, dum abire uellet, mater miſericordiæ in effigie nota ei apparens, ait. Ego per xv. annos abſentiæ tuæ officium tuum ſupplui, reuertere tunc ad locum tuum, & pœnitentiam age, quia nullus hominum nouit exceſſum tuum. In forma ſi quidem & habitu illius Dei genitrix uices egerat cuſtodiæ Quæ mox ingreſſa, quamdiu uixit gratias egit, per confeſſionem circa ſe geſta manifeſtans. lib. 7. c. 35.

latronem, ſed ſicut Chriſti martyrem, in loco deſignato ſepeliuit. Ab illo tempore vſque hodie aliquis vix adultus in illa prouincia inuenitur, qui eius exemplo diem ſabbati in honorem Dominæ noſtræ non ieiunet. lib. 7. c. 59.

Non contemnitur hic confeſſio ſacramentalis, ſed maior confuſio quam quæ in confeſſione ingeritur deſiderata eſt ab eo, qui inter latrones vitam tranſegerat, parũ inſtructus in rebus religionis, & vſu Sacramentorum.

EXEMPLVM LXVI.

De virgine, cui Chriſtus apparuit in ætate trienni.

IN Francia virgo quædam Chriſtum in ætate trium annorum, quando iam loqui per naturam poterat, videre deſiderãs, hoc vt fieret precibus inſtabat. Erat enim tam perfectæ victæ, vt non immeritò talia præſumeret, & ſe exaudiri ſperaret à Deo, iuxta vaticinium prophetæ: Voluntatem timentium ſe faciet. Die quadam cum dicta miſſa, ipſa populo omni egreſſo ſola in eccleſia moram faceret, & oraret, infantẽ quaſi triennem circa altare deambulãtem conſpexit, putans à matre illum ibidem neglectum. Erat enim ſpecioſiſſimus, & tanta gratia vultus eius reſplenduit, vt in illius aſpectu delectata, ad ſe eum uocaret, & manibus demulceret, ſic dicens. Dic mihi, bone puerule, vbi eſt mater tua? Qui cũ nihil ei reſponderet, æſtimans illa, vtpote infantem, nondum poſſe fari, ſubiunxit: Noſti dicere Pater noſter tuum? Ad quod dum non reſponderet, vt prius, adiecit; Dic poſt me, Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum. Et dixit poſt eam infantulus eadem verba, tam hilariter, & tam diſtinctè, vt illa miraretur. Similiter factum eſt de clauſula ſecunda, ſcilicet, Benedicta tu in mulieribus.

Cùm verò ei prædiceret. Et benedictus fructus ventris tui, totius humilitatis magiſter, ſua inſpiratione ſciens ſcriptum. Nõ te laudet os tuum, ſed alienum, eandem clauſulam dicere noluit. Sed mox illa intuente per oſtenſam formam cœlos penetrauit. Tunc primum virgo venerabilis ſe exauditam intelligens, gratias egit Chriſto qui tam celeriter impleuit deſideriũ ſuum ex ſemetipſo. lib. 8. c. 8.

EXEMPLVM LXVII.

Miſericors in pauperes Epiſcopus, leproſorum horrendas manus exoſculatur, & leproſi nares lingens, gemmam decidẽtem ſuſcepit.

ERat in Regno Francorum Epiſcopus quidam, ætate iuuenis, ſed magnæ religionis, nominis eius ſiue diœceſis eius, non memini. Hic tantæ fuit pietatis, miſericordiæ, ac humilitatis, vt equitans in via neminem leproſorum ſibi occurrentiũ ſine eleemoſyna præteriret. Sæpe etiam de equo deſcendit, & petentes præueniẽs, nummis manibus illorum, tanquam Chriſti gazophylatio immiſſis, atque deoſculatis, iterum aſcendit, & proceſſit. Die quadam dum per ſtratam publicam incederet leproſus quidam ſecus viam ſtans in agro voce rauciſſima, vt ſibi miſereretur clamauit. Erat enim aſpectus eius tam horridus, & quaſi à lepra tam corroſus, vt oculus humanus non ſine cruciatu illum inſpicere poſſet, quem vt ſanctus Epiſcopus vidit, miſericordia motus mox de equo ruit & ante illum currens obtulit eleemoſynã. Ad quem leproſus: Non ſunt mihi neceſſarij nummi tui. Cui cum Epiſcopus reſponderet. Quid ergò vis, vt faciã tibi. Ille ſubiunxit. Vt putredinem huius infirmitatis meæ abſtergas, digito oſtẽdens ſaniem de naribus profluentem magni horroris, atq; fœtoris. Quam cum vir beatus, Chriſti amore ſuccenſus, manu tergeret, clamauit ille dicens: Ceſſa, ceſſa, aſperitatem digitorum tuorum tolerare non valeo. Cumque adhiberet partem camiſiæ ſuæ, quæ de panno fuerat ſatis ſubtili, ſimili clamore prohibitus eſt. Tunc Epiſcopus Si pati non potes manum, ſi non pannum delicatum, vnde vis, vt abſtergatur? Reſpondit autem leproſus Nihil aliud patiar, præter linctionem linguæ tuæ. Mox ad illud verbum lucta multum magna ſoboriri cœpit in corde Pontificis inter gratiam & naturam. Illa vt fieret volente, iſta contradicente, ſed gratia Dei cooperante, & naturæ vim

faciente, linguam apposuit, & promuscidē elephantinam linxit. Mira res: Mox de naribus eius, qui leprosus videbatur gemma preciosissima lapsa est in os Episcopi. Et, vt ostenderet se esse Christum, qui ad probandam Episcopi virtutem finxerat se leprosum, in oculis eius gloriosè cælos ascendit. Et quia eiusdem gloriæ particeps futurus esset Episcopus, ascendens repromisit. lib. 8. c. 32.

EXEMPLVM LXVIII.

Eucharistiæ sacramentum venerantes apes ecclesiam miri operis construxerunt.

MVlier quædam cum apes multas nutriret, & illæ non proficerent, imò passim morerentur, cum cōtra hoc remedium circunquaque quæreret dictum est ei, quia si Corpus Domini inter illas locaret, mox lues ipsa cessaret. Quæ ecclesiā adiens, & se communicare velle simulans, corpus Domini sumpsit, quod statim à sacerdote recedens extraxit, & in vno ex alueolis illud locauit. Mira Dei potentia. Vermiculi Creatorem agnoscentes, de fauis suis dulcissimis hospiti dulcissimo capellulam miræ structuræ fecerunt, in qua altare eiusdem materiei erigentes, sacratissimum corpus super illud posuerunt. Et benedixit Dominus operibus eorum. Processu temporis cùm fœmina idem vasculum aperuisset, & iam dictum oratorium considerasset, expauit, currensq; ad sacerdotem confessa est ei omnia, & quæ egit, & quæ vidit. Tūc ille assumptis parochianis suis, ad vasculum venerunt, apes circunuolantes, & in laudem creatoris resonantes abegerunt, capellulę parietes, fenestras, rectū campanile, ostium, & altare admirantes, Corpus Domini, cum laude & gloria retulerunt. Licet autem mirabilis sit Deus in sanctis suis, mirabilior tamen in his minimis prædicatur. lib. 9 c. 8.

EXEMPLVM LXIX.

Eucharistiæ virtute miracula hæreticorum Albigensium super aquas ambulātium cessauerūt, & ipsi in aquis suffocati sūt.

TEmpore illo quando manifestari cœperunt hæreses Albigenses, quidam maligni virtute diabolica suffulti, quædam signa atque portenta ostenderunt, quibus & eadem hæreses roborauerunt, & multos fidelium in fide subuerterunt. Super aquas ambulauerunt, & non sunt submersi. Cernens hoc sacerdos quidam fide catholicus, & vita religiosus, sciens vera signa cum falsa doctrina esse non posse, corpus Domini cum pyxide ad flumen, vbi illi populis suas ostensuri erant virtutes, deportauit, dixitque in audientia omnium. Adiuro te diabole per eum, quem in manib. porto, nè in hoc flumine adhuius populi subuersionem per hos homines tantas exerceas phantasias. Post hæc verba, illis super undas fluminis ambulantibus vt prius, sacerdos turbatus, Corpus Domini cum pyxide in flumen iactabat. Mira Christi potentia. Mox enim vt elementum tetigit sacramentū, phantaba cessit veritati, & pseudo illi sancti, quasi plumbum descēdentes in profundum, sunt submersi. Pyxis verò cum sacramento statim ab Angelis sublata est. Videns sacerdos hæc omnia de miraculo quidem exultauit, sed de iactura sacramenti doluit. Totam verò noctem in lachrymis & gemitu transigens, mane pyxidem cum sacramento reperit super altare. lib. 9. c. 12.

EXMPLVM LXX.

Eucharistiam à Deo iudex iustus recepit, quam sibi Episcopus negauerat.

ERkenbaldus de Burban vir nobilis erat & potens, tantus amator iustitię, vt nullam in iudicijs respiceret personam. Hic autem cum grauiter infirmaretur, lectoque decumberet, in proxima camera tumultum, clamoresque fœmineos audiuit. Qui cum de causa sciscitaretur, nullus ei circunstantium veritatem dicere præsumpsit. Tunc mittens vnum ex pueris, ait: Præcipio tibi sub interminatione oculorum tuorum, vt dicas mihi meam veritatem. Cui ille pauens respondit. Domine, domicellus meus filius sororis vestræ fœminam vi opprimere voluit, & hæc fuit causa clamoris. Ad quod verbum valde commotus, dixit militibus: Ite, & suspendite illum. Milites obedientiam simulantes, postquam egressi sunt, dixerunt adinuicem:

Digitized by Google

nicem: Si occiderimus iuuenem hunc nobilem, & Dominus noſter, ſicut opinabile eſt, mortuus fuerit, vel morte mulctabimur, vel erimus extorres. Omnia tamen iuueni intimantes, & vt præſentiæ auunculi ſe ſubtraheret commonentes, poſt horas aliquas ad Dominum ſuum ingreſſi, ſe eius impleſſe mandatum affirmauerunt. Quinto verò die, iuuenis æſtimans auunculum de culpa eſſe placatum, uel immemorem, aperto oſtio introſpexit, quem vt infirmum conſpexit, verbis blandis iuxta ſe ſedere præcepit. Vno verò brachio collum eius ſtringens, & manu altera cultellum ſuum clam extrahens, gutturi eius infixit, & occidit. Qui cum planctu & dolore multorum elatus eſt, & toti prouinciæ incuſſit horrorem. Sed Erkenbaldo additus eſt dolor dolori, adeo vt inualeſcente infirmitate, pro epiſcopo mitteret, petens ſacrum ſibi Corpus deferri. Qui cum veniſſet, ille cum multis lachrymis, & contritione cordis omnia peccata ſua confeſſus eſt, tacita tamen iuuenis interfectione, ſuper quo epiſcopus iratus, reſpondit. Quare ſubticetis parricidiũ, quod comiſiſtis in cognatum veſtrum? Dicente illo: Fuitne hoc peccatum? Subiecit epiſcopus: Etiam crudele nimis. Et ille: Ego neque peccatum iudico, neque a Deo mihi remitti depoſco. Reſpondente epiſcopo: Ego uobis Chriſti corpus non tradam, niſi parricidium idem confiteamini, ſubiunxit vir nobilis. Sciatis Domine, me non illum occidiſſe ex aliquo rancore, ſiue motu iræ, ſed ſolummodo ex Dei timore, zeloque iuſtitiæ. Nunquam aliquis filium ſororis plus diligere potuit, quam ego dilexi illum. Si mihi corpus Domini mei negaueritis, ego illi corpus, & animam meam committo. Hæc autem & dixit, & egit propter exemplum, nè iuſtitiæ, & iudicio derogare videretur. Vix Pontifex limen domus egreſſus fuerat, & ecce ægrotus eum reuocauit, dicens Reuertimini, domine epiſcope, reuertimini, videte ſi in pyxide habeatis Corpus Chriſti, quod cum feciſſet, nec aliquid in ea reperiſſe, ſubiunxit ille. Ecce quem mihi negaſtis ipſe ſe mihi non negauit, apparuitque hoſtia in ore eius. Et impletum eſt in eo, quod per ſapientem dictum eſt. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his, qui non tentat illũ, apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Epiſcopus verò pauens, tantum miraculum vbique diuulgauit. lib. 9. c. 38.

EXEMPLVM LXXI.

Euchariſtiam veram ab hoſtia nõ conſecrata deuotus epiſcopus nouit diſcernere.

MAgiſter Mauritius Pariſienſis epiſcopus ante mortem ſuam tam grauiter infirmatus eſt, vt materia rapta in cerebrum, ſenſum ei ſubtraxerit, in tali defectu poſitus, cum corpus Domini cum inſtantia poſtulaſſet, & hi qui circa eum erant propter ſenſus inopiam illud ei dare non auderent, procurauerunt cum ſacerdote, vt hoſtiam non benedictam apportaret. Qui cum veniſſet cum multa reuerentia, qualiter decebat epiſcopum communicare, mox ut limen domus ſacerdos attigit, epiſcopus clara voce clamauit. Tolle, tolle, non eſt Dominus Deus. Reuelauerat Deus auriculam eius, vt intelligeret quid circa ſe ageretur. Stupente ſacerdote nec non & alijs qui aderant, reuerſus eſt, verum Chriſti corpus deferens. Quod cum verbis catholicis valde, atque compunctis adorans deuote ſuſcepit, cum quo & ſenſum ad gloriam Dei ſubtractam perfectè recepit. Sicq; in bona confeſſione, plenus fide, & charitate migrauit ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. lib. 9 c. 43.

Hic hoſtia non benedicta accipitur pro nõ conſecrata.

EXEMPLVM LXXII.

Euchariſtiam venerans miles, veſtimenta in lutum procidens non maculauit.

TEmpore ſchiſmatis inter Philippum, & Ottonem dominus Vuido Cardinalis, aliquando Abbas Ciſtercienſis, cum miſſus fuiſſet Coloniam, ad confirmãdum electionem Ottonis, bonam illic conſuetudinem inſtituit. Præcepit enim, vt ad eleuationem hoſtiæ omnis populus in eccleſia ad ſonitum nolæ veniam petere, ſicque vſque ad calicis benedictionem proſtratus iaceret, præcepit etiam, ut quoties deferendum eſſet ad infirmum, ſcholaris ſiue

Digitized by Google

campanarius sacerdoté præcedens per nolam illud prodiret, sicque omnis populus, tam in stratis quam in domibus Christum adoraret. Retulit eis eodé tempore casum satis miraculosum. Miles quidam in Francia fuit tantæ deuotionis, vt quotiescunque Christi corpus eleuari siue deferri videret prostratus illud adoraret. Contigit, vt die quadam vestibus suis preciosis indutus, intraret ciuitatem. Cumque platea, in qua equitabat, nimis esset lutosa, ex improuiso obuium habuit corpus Domini. Quo viso, modicum intra se deliberans, ait. Quid facies modo? si in tanta profunditate te prostraueris, perdita sunt vestimenta tua, hæc delicata. Si verò non descenderis, salutiferæ consuetudinis trangressionem semper accusabit conscientia. Quid plura? Præualescente deuotione, de equo prosiliens, in lutum se misit, in quo flexis genibus, eleuatis manib. corpus Christi adorauit. Et quia dulcissimus Dominus honorantes se non solum in futuro remunerat, imò etiam in præsenti nonnunquam rehonorat, hoc egit sua potentia, vt totius luti nec vna quidem guttula vestimentis eius adhæreret. Tunc equum cum multa admiratione reascendit & amplius in fide confortatus Deum glorificauit, lib. 9. c. 51.

EXEMPLVM LXXIII.

Missam audiens peregrinus a Hierusalem in patria per longam terrarum spatia vna die perrexit

IN diœcesi Leodiensis villa, quæ Elselo dicitur, laicus quidam habitabat religiosus, nomine VVinandus, matris monachi nostri VVinandi, a quo nomen traxit, auunculus. Hic tempore quodam peregrinationis gratia, cum quibusdam prouinciæ suæ hominibus Hierosolymam profectus est. In die Paschę, cum post solemnia missarum se ad reditum illi præpararent, eisque prædictus VVinandus, vt homo valde deuotus, suaderet, dicens: Conueniens est fratres, vt in hac sacratissima die quiescentes, omnes eius horas peraudiamus, persuadere non potuit. Festinantibus eis ad portum, ipse remansit, omniaque diei officia illius peraudiens, solus post eos die sequenti iter arripuit. Cui persona magnæ reuerentiæ in equo occurrens, atque salutans, ait: Cur sic, bone homo, solus incedis, uel unde venis? Respondente eo: Ab Hierosolymis venio, & sic, atque sic mihi contigit; Ille protinus sic subiunxit: Ascende, & sede post tergum meum, bene sequemur socios tuos. Quod cum feciſſet, eadem die iuxta prædictam villam eum deposuit, dicens: Cognoscis ubi sis? dicente illo: Prouinciam quidé cognosco, sed quid circa me agatur ignoro, eques adiecit: Quia Christum Iesum honorasti, idcirco missus sum, ut te reducerem, ecce domus tua. Vade, & enarra mirabilia, quæ circa te gesta sunt. Quem cum noti eius vidissent, dixissentque, ubi sunt socij tui? respondit: Hodie fui in Hierusalem, & reliquerunt me ibidem præcedentes me. Et non crediderunt ei, dicentes: Senex iste delirat. Qui statim conciuum subsannationes declinans, cum pecunia quæ ei supererat ex gratia cęlestis conuectoris, limina B. Iacobi Apostoli petiuit, & antequam socij eius redirent ipse redijt. Duplici ergo testimonio ille glorificatus, peregrinorum videlicet, quod in Pascha in Hierusalem sit relictus, & conciuium quòd die sequenti in Elselo sit visus, ab vtriusque magnificatus est Dominus Iesus Christus, tanta mirabilia vbique diuulgantibus. lib. 10 c. 2.

EXEMPLVM LXXIIII.

Neque aduersis, neque prosperis motus frater multis miraculis claruit.

RETULIT nobis nuper Abbas quidam ordinis nostri de quodam monacho, cui tanta a Domino concessa est gratia, vt virtute vestimentorum eius multi sanarentur. Sępe, si tamen adhuc viuit, dum fratres vestes eius induunt, vel singulo se cingunt, sanãtur. Quod cum quodam tempore eius Abbas consideraſſet, nec aliquid specialitatis in illo vidisset, his verbis eum secretius allocutus est: Dic mihi fili, quę est causa tantorum miraculorum? Respondit ille; Nescio Domine, non plus cæteris fratribus oro, non plus vigilo, non plus ieiuno, non plus laboro, sed unum scio, quod me non potest extollere prosperitas, neque frangere aduersitas, siue de persona mea, siue etiam

etiam sit de persona aliorum. Cui dum dixisset Abbas; Non te turbauit, quòd miles talis nuper grangiam nostram incedit? Respondit; Non. Totum enim Domino Deo commun. Si modicum habeo, cum gratiarum actione accipio. Si multum, iterum gratias ago Domino. Et cognouit Abbas, quòd causa tãtæ virtutis esset amor Dei, & contemptus rerum terrenarum. lib. 10. c. 6.

EXEMPLVM LXXV.

De dæmone, quẽ Albertus Scothart, puellæ obsessæ compassus, iocularitet eiecit.

MIles quidã religiosus, Albertus nomine, cognomento Scothart, ante conuersionem in armis erat tam strenuus in militia tam nominatus, vt pene omnes nobiles terræ nostræ certatim ei sua munuscula, dextrarios videlicet, & vestimenta pretiosa dirigerent, quatenus illum sibi associarent. Die vero quadam, dum quędã obsessã pulla xij. annorum, cuiusdam militis filia in quadam sedens ecclesia, a religiosis exorcizaretur, in risum resoluta clamauit Ecce amicus meus venit. Requirentib. illis, de quo diceret? respõdit illa. Bene videbitis eum. Dicebat etenim de prædicto milite, qui illa eadem hora satis remotus fuerat ab ecclesia, qui quanto plus propinquauit, tanto plus illa exultauit. Qui cũ ecclesiam intraret, illa ei assurgens, & manibus plaudens, salutauit eum, dicens: Ecce iste est amicus meus, cedite, cedite, finite illum appropinquare.

Et enim indutus vestibus purpureis, atque cultellaris Qui cum accessisset ad eam & dixisset. Sum ego amicus tuus? Respondit per eos puellæ diabolus. Etiam amicus meus optimus, omnem enim voluntatem meam facis. De quo uerbo miles satis turbatus est. licet dissimulãret. Subridens tamen, sic ait. Tu dæmon stultus & fatuus. Si prudens esses, nobiscum ad torneamenta pergeres, in quibus homines capiuntur, & occiduntur. Vt quid sine causa vexas puellam hanc innocuam, quæ non peccauit. Dicente diabolo. Si vis vt tecum pergam, fine vt intrem in corpus tuum. Respondit miles. Certe non intrabis in me. Et diabolus; Concede, vt sedeam in sella tua. Quod cum negasset, petiuit locum in aliqua parte equi vel freni, quæ omnia negata sunt ei. Ad quem rursus diabolus. Non possum pedes curiere. Si vis, vt tecum vadam, aliquem mihi saltem locum concedas circa te. Miles verò puellæ compassus, ait dæmoni. Si illam volueris deserere, concedam tibi vnam lingulam pallij mei, tali conditione, vt in nullo me lędas, & tamdiu mihi adhæres, quamdiu torneamenta quæro, quando tibi præcepero, bona tua voluntate sine cõtradictione recedes, Et iurauit ei diabolus, dicens; Non te lædam, sed promouebo. Exiensque de puella lingula pallij eius insiliit, mirabili more se prodens. Ab illa hora tantum gloriæ in torneamentis militi accessit, vt quos lancea deijcere vellet, deijceret, quos capere, caperet, cum eunte ibat, & cum loquente loquebatur. Quãdo prolixius in ecclesia orabat, dicebat. Modo murmuras nimis, quando aqua benedicta te aspersit, iterum aiebat. Vide ne me tãgas. Cui miles. Si vna gutta te tetigerit, non mihi placebit. Tempore illo quo crux prædicabatur, cum miles intraret ecclesiã gratia signationis, diabolus eum retrahere ultus est dicens. Quid hic agis? Respondit miles, Deo propono seruire, & tibi renuntiare. Recede ergo a me. Hæc dicente milite, respondit Sathan. Quid tibi in me displicuit? nũquam te læsi, sed ditani, per me gloriosus factus es nimis Attamen tecum manere, nisi consentias, non potero, quia hoc tibi promisi, & iuraui, dum puellam relinquerem, quia te in nullo læderem, sed semper promouerem. Tunc dixit miles. Ecce crucem iam suscipio, & vt illico nunquam reuersurus recedas a me in nomine crucifixi te adiuro. Et reliquit eum diabolus. Qui mox cruce signatus mare traiisiit, vbi duobus annis Christo Domino militans, reuersus hospitale magnum atque ditissimum peregrinis & pauperibus ædificauit. Habebat enim annuatim plus quam trecentas libras genti in redditibus. In quo hospitali vsque hodie cum vxore sua in habitu religionis membris Christi seruit, & religiosorum omnium maximè ordinis nostri susceptor deuotus. Quibus in loco dicere solet; Vos Domini Abbates, & vos monachi, nõ estis sancti, nos milites torneamentis operam dantes sancti sumus, quia dæmones nobis obediunt. & absque vlla læsione nos sequuntur, illosque ab hominib. eijcimus. lib. 10. c. 11.

EXEM-

EXEMPLVM LXXVI.

De clerico, qui a meretrice infamatus, incendium non sensit.

SCholasticus Bonnensis nuper veniens de studio Parisiensi, historiam retulit satis mirabilem, recentiori tempore illam asserens gestam. Familiam, inquit, cuiusdam viri nobilis atque potentis de Francia meretrix speciosa sequebatur. Cum qua cum multi indifferenter peccarent, clericus quidam religiosus eiusdem nobilis capellanus, de subuersione familiæ dolens, Dominum his verbis allocutus est, dicens: Ois penè familia vestra meretricis huius contubernio corrumpitur, quorum peccata omnia Deus de manu vestra requiret. Et sciat nobilitas vestra, quod meo seruitio carebitis, si non fuerit amota. Mox illa vocatur, verba ei sacerdotis intimantur, ad quæ sic respondit; Domine ex inuidia loquitur hoc, quia voluptati eius consentire nolui, idcirco me persequitur, Illo respondente: Mē iris, vir enim castus est, illa mox subiunxit; Ego celerius faciam vos experiri veritatem. Statim accedens ad clericum sub forma pœnitentis, lachrymis perfusa, post fictam confessionem, adiecit, Domine, tam vehementer de persona vestra tentata sum, nisi mihi cōsentiendo ignem a vobis succensum extinguatis, viuere ego non potero. Ad quod verbum cum se vir iustus cruce signasset, sequenti die iterum venit, verba iam dicta repetiuit; hoc etiam adijciens. Si non feceritis quod postulo, ecce meipsam interficio. Quo audito, cū plurimum timere, nec tamen aliquo modo libidini consentire proponeret, respondit. Ecce tali die, tali in loco, si volueris tecum dormiam, dummodo te non interfeceris. Sic illa læto animo recedens, Dominum suum mox adijt, & quia capellanus suus sibi talia, ac talia promisisset, procacibus verbis indicauit. Interim clericus scholari suo præcepit, vt in designato loco lectum ex lignis planis componeret, ligna arida cum stramine subijceret, deinde linteamen decenter subextenderet. Quod & factum est. Die vero statuto venit clericus, venit & mulier, sed clericus stipula prius succensa, lectum ascendit, illam vt simul ascenderet vocauit. Quæ flammas ex omni parte cernens exurgere, retrocessit, crebriusq; vocata ad tam horrendos amplexus venire recusauit. Clericus verò Dei adiutus gratia non aliter sensit illum ignē, quam ventum roris flatem, nec est adustus capillus eius, neque vestimenta eius in aliquo sunt læsa. Quod vt misera illa vidit, territa, & ad horam de tam grandi miraculo compuncta, tam Domino suo, quā cæteris publicè confessa est, quod sanctum virum sine causa ex solo rancore, & inuidia ob vindictam præmissæ accusationis infamasset, ipse vero vir venerabilis non ingratus Domino Deo nostro, ad ordinem se transtulit Prædicatorum. lib. 10 c. 34.

EXEMPLVM LXXVII.

Cineres sacros deridens carnifex densitate cinerum suffocatus est.

REtulit mihi Theodoricus noster monachus, quōdam Comes in VVieda, rem satis mirabilem. Noui, inquit, Confluentia carnificem quendam, hominem in officio suo probum satis, nomen illius exprimens. Hic cum tempore quodam, tertia feria ante cineres, totam pene noctem in commessationibus expendisset, mane, quasi ad abluendas carnes, cum quodam suo collega tabernam intrauit. Cumque ad officium missæ pulsaretur, & fideles ad ecclesiam confluerent, necnon ex eadem taberna, iamque soli hi duo illic remanentes potarent, ait alter carnifici: Certè modo diu nimis expectauimus, eamus ergo ad ecclesiam propter sacros cineres, Cui ille, mysterium cinerum irridendo, respondit. Sede, ego tibi dabo cineres, & tu mihi, tollensque cineres de latere, iactauit super caput eius, & ecce mox pœna irrisionis sub se cuta est. Nam statim circa caput, & faciē, tātum sensis puluerem, ac si follibus ei insufflarerur. Cumque territus clamaret, tantum ore cineres hausit, vt pene suffocatus fuisset. Accurrerunt multi plagam tam mirabilem videntes, ductus est in proximam insulā, in qua non puluis, sed gramen erat, sed nihil ei profuit, in Rheno, in pomerio, in solario, neq; in aliquo loco à turbine cinerum se defendere potuit, a quibus tandem suffocatus, pœnam irrisionis soluit. lib. 10. c. 53.

EXEM-

EXEMPLVM LXXVIII.

Cœlestem gloriam quidam moriturus videns mira narrauit, multa prędixit, aliorum cordium occulta cognouit.

AEgrotauit in Hemmenrode cœnobio sacerdos, Ilsenbardus nomine, cultos Ecclesiæ, plus quàm tricesimum annum agens in ordine, & ad extrema perductus est. Media nocte cum super eum ministrorum vigilaret diligentia, audierũt eum leni susurrio verba sonare, timentesq; ne morti proximus aliena loqueretur, ori loquentis aure adhibita, intellexerunt verba sublimia ædificationis plena, de gloria cœlestium, & inenarrabili lætitia sanctorum. Dignum ergo iudicantes testem his idoneum adhiberi, nuntiauerunt hæc Abbati, qui & ipse graui laborabat infirmitate. Vocatus Abbas adfuit. Interim cecidit horologium, & occasione sumpta sic fari cœpit. Ah? quàm suauem noctem exegi, quam delectabili horologio temperando operam dedi, quàm dulces, & quàm suaues concentus audiui, choris in cœlo psallentium interfui. Ah? quàm concorditer, quàm delectabiliter psallebant. In nostro cantu solet esse dissonantia, tædium, lassitudo, ibi longè aliter est. In vnam omnes conueniunt melodiam, super omne quod delectat dulciorem. Infatigabiles laudare non cessant, & quanto plus laudant, tanto plus crescit amor laudandi, & mirabili atque ineffabili modo hoc prouenit in vsum grauissimæ quietis, quòd nunquam vacant a laude creatoris. Ibi enim vidi homines nostri ordinis super omnes alios eminere claritate, & dignitate, & gratia præcellere. Qui enim magis hic humiliati sunt, mediocribus pro Christo contenti, gloriosius ibi exultant, abundantiorem accipientes consolationem, facie splendidissimi, statura celsi, veste etiam glorioſi. Cum his autem familiariter conuersatus sum, & amico refectus colloquio, apparuerunt etiam mihi fratres nostri, Dominus VVernherus prior, & dominus Michael, & dominus Arnoldus, & dominus Cuno, & dominus Dauid honore celsi, candidissimis induti cucullis, quorum nitor oculis meis tam erat impenetrabilis, quam radius fulguris coruscantis. Tanta gloria vestium delectatus, sollicitè quærebam, si talem ego habiturus essem, & dixerunt: Qui viuit reprehensibiliter, talem vestem sperare potest, si verò vitium latuerit in conuersatione, macula apparebit in illa veste. Culpa enim vitæ, maculam generat in veste. Immaculatam ergo merebitur ille habere vestem, qui se a maculis seruat immunem. Et dixi; Quæ sunt maculæ? Et illi. Murmuratio, detractio, inuidia, negligentia, & quicquid sinceritatem cordis maculat, & confundit. Qui talia agunt, in gloria vestis maculam ponunt. Tu verò pro multis laboribus, & vitæ honestate, similem sortieris vestem. His dictis faucibus arefactis, viribusque exhaustis, defecit loquens. Post modicũ, instillata refocillatus aqua, resumptoque spiritu, ad loquendum se parans, spem fecit auditoribus. Et ait; Vtinam differret me Dominus, vsque dum completo opere Dei, Dominis nostris loqui possem. Ah quàm læti nuntij bajulus essem, quàm læta, quàm stupenda narrarem, quæ vidi, quæ audiui, & sensi, quæ parata sunt diligentibus Deum, & in laude eius vigilantibus. Et Abbas; Frater quomodo hæc vidisti? Et ille; Quater hac nocte raptus sum ante Deum, pectus meum apertũ est, & anima mea educta est, & statim fui inter choros Angelorum, & vidi Dominam nostram in immensa claritate, cum suis sacris virginibus, quæ se mihi promisit in necessitate adfuturam, & sanctum Michaelem cum multo exercitu Angelorum præparatum in auxilium mihi. Nam altari, & memoriæ suæ honorem solebam semper impẽdere, & innumerabilem multitudinem sanctorum, & quos ante non videram, statim cognoui. Rursum spiritu & viribus deficiens, loqui cessauit. Compulsus itaque de sorbitiuncula pauxillum accepit, & gustans ait. O quàm dulcis est Dominus gustantibus. O quantæ est suauitatis eius abundantia, quam larga, quàm indeficiens, & omnium deliciarum copijs affluens, qua me in hac nocte reficere dignatus est? O dulcedo illa, dulcedo gaudiosissima, optabilis, & præstantissima? O quam singularis, quàm excellens, & ineffabilis? Intus enim in corde vtcunque teneo, verbis autem explicare non valeo. Quam sentire potui, non possum effari, tei nimietate victus. Tam fœlici refectione pastus, hanc refe-

refectionem ſuperaddere ſuperfluum duco. Hæc breue & modicum nutrimentum præſtat, illa in perpetuum reficit, & ſaginat. O quàm beati ſunt, qui illa ſine fine fruituri ſunt? Iubente Abbate, vocati ſunt quidã nouitij, viri quondam in ſeculo clari, virtute militari inſignes, quos ita conſolatus eſt: Verè fœlices eſtis, & ter quaterque beati, qui de vana veſtra conuerſatione, atq; mundana vanitate per diuinam miſericordiam vocati eſtis, partem in cœlis cum iuſtis habituri. Conſtat enim de ſalute veſtra, ſi tamen perſeueraueritis. Nam Dominus Dauid indefinẽter pro vobis preces ad Dominũ fundit, quatenus, quod ſalubriter inchoaſtis, fęliciter compleatis. Vnum autem eorum nomine exprimens de eo dicebat, niſi portas Clauſtri ingreſſus fuiſſet, mortis æternæ portas non euaſiſſet. Aderant & hoſpites conuertendi gratia de ſedibus ſuis euocati, ſed nimio adhuc rerum temporalium amore detenti, rem arduam aggredi dubitabant. Qui fiducialiter accedentes ad uirum Dei, mentiſque fluctuationem confeſſi, quod videlicet uelle adiaceret eis, perficere autem bonum non inuenirent, ſupplicabant ut orationibus eius adiuti, mererentur in bono ſtabiliri. Et ille: Quãdiu mente adhæretis ſeculo, non poteſtis perfectè placere Deo, nec firmari in bono, habentes uoluntatem fixam in malo. Quapropter recedite omnino ab his, quæ inutiliter amatis, & non deerit uobis gratia Saluatoris. Si uidiſſetis quæ ego uidi, omnem gloriam mundi uilem reputaretis. Deinde multa quærebant, ille de patre, ille de fratre, ille de ſuo ſtatu futuro, ille de præſenti. Sed uir Dei ita ſingulis reſpõſum temperauit, ut ſecretorum reuelator, & conſcientiarum inſpector eſſe probaretur. Mox uocante Domino ſancta illa anima carne ſoluta eſt, ad dolores corporis ultra non reditura: ſed, ut credimus, immortalitatis luce ueſtienda, & perenni gaudiorum ſuauitate reficienda lib. 11. c. 3.

EXEMPLVM LXXIX.

Cęleſtem gloriam expertus anxie de ſuo reditu cauſabatur.

ERat in eadem domo ſimul laicus conuerſus, nomine Obertus, uir moribus ornatus, & actione circumſpectus, a primis adoleſcentiæ annis deſeruiens in ordine, ad omnis iubeoui imperium hilaris, & promptus. Hic cum annis circiter triginta fratribus infirmis tam deuotum, quam ſedulum exhibuiſſet obſequium, ipſe quoq; diuerſa corpori inęqualitate corruptus eſt, & in magnis laboribus ſuperuiuens annis quaſi uiginti, longum trahebat martyrium, uerumtamen, licet corpore inualidus animi prouidentia, non deerat fratrum neceſſitatibus, prudenter diſponens omnia. Tandem mortalitatis urgente procella, & languore inualeſcente, diem ſuũ fructus, uita ſimul & doloribus ereptus eſt. Nocte beati Stephani, quę proxima eſt natali Domini pulſata eſt tabula defunctorum pro eo, & ſurgentes feſtianter, aduenerunt fratres, orationibus munientes fratris exitum. Iacebat autem, ut moris eſt, poſitus ſupra mattam, extremum trahẽs ſpiritum. Dicta letãtia, cum adhuc aliquid ſpiritus amẽti ſupereſſe uideretur, incepti ſunt ſeptem pſalmi. Inter dicendum, tanquam de leui ſomno excitatus, reuixit, circumferẽs oculos, & iubente Abbate repoſitus eſt in lectum ſuum, & reuerſi ſumus. Quidam autem rei nouitate perculſi, manſerunt circa eum, expectantes donec conualeſceret ſpiritus eius, cupientes audire ab eo quid hoc eſſet miraculi. Poſtquam autem ſibi redditus eſt, ita dicere exorſus eſt. Hic ego quid facio? certè hic eſſe nolo. Eram inter Angelos, cęleſtis harmoniæ ſuauitate demulcebar, deputatus eram beato protomartyri, gloriæ ipſius conſors, & collega futurus. Hic ergo quid facio? certè redire uolo. Poſt modicum, iterum tabula pulſata eſt, & fęliciter obdormiẽs in Domino, ut credimus, non eſt fraudatus a deſiderio ſuo, partem habiturus in ſorte ſanctorum. lib. 11. c. 6.

EXEMPLVM LXXX.

De morte Cunonis de Malburg, cui penè quindecim dæmonum millia interfuerunt.

CVno magnus Dominus Caſtri de Malburg, uir potens & diues in ſeculo, tam ualẽs in militia, ne dicã in malitia, quã uigens in prudentia ſeculari, ante finẽ uitę in ſepe dicto Clauſtro habitũ ſuſcepit regu-

Digitized by Google

regularem. Et quia temporis longinquitate non poterat, morum probitate dies ſuos dimidiare ſtrugebat. Vbi adeo profecit, q̃ conſummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius. Vnde & qui vocauerat eum ad ſuum ſeruitium, non ſolum præſtitit ei veniam delictorum, ſed & in tali ordine præcognitum ei fecit finem ſuum. Habebat conuentus proletarium pulcherrimum, quem equanitiæ ſuæ propter ferum nobilem deputauerat, quem cum vir nobilis Henricus de Iſenburg concupiſceret, neque pretio habere poſſet, hoc actum eſt, vt abſconſe ſubtractus, ei tranſmitteretur. Quem cum minime redderet, miſſus eſt prædictus Cuno, qui eidem Henrico fuerat in ſeculo amiciſſimus. Et cum nihil proficeret, videns hominem obſtinatum, irruente in ſe, vt poſt patuit, ſpiritu Dei, ad diuinum eum iudicium appellauit, diem ei præfigens. Quid plura? Henricus appellationem contẽpſit, & Cuno domum rediens, omnibus modis quibus potuit ad eundem diem ſe præparauit. Dicebat igitur Abbati, Domine, ſexta feria crucem accepi. ſexta feria trãsfretaui, ſexta feria in capella mea me vobis tradidi, ſexta feria habitum indui regularem, Deus ſexta feria laborum meorum mihi reſtituit mercedem. Expletis verò iam tribus annis in ſancta conuerſatione, febre correptus eſt. Viſitatus ab amicis ſe dixit tertia die morturum. Illi autem recedere volebant, eo q̃ leuis eſſet eius infirmitas, & nulla adhuc ſigna mortis apparerent, ſed ipſe rogabat, ne ſolemnitati ſuæ deeſſent. Et factum eſt, vt moreretur die tertio, hoc eſt in vigilia ſancti Iacobi, ſicut ipſe prædixerat. Eo ſane tempore erat mulier obſeſſa in villa proxima, quæ hora mortis eiuſdem Cunonis liberata eſt, & venit ad ſacerdotem ſuum, dicens dæmonem exiſſe. Poſt paululum vero rediens diabolus, grauius vexare miſeram cępit. Adducta eſt igitur ad ſacerdotem, qui quaſi concionando cum diabolo cępit interrogare eum, & dicere. Miſer tu exieras? Ita eſt inquit. Et vbi ait, fuiſti infęlix? Ad quod diabolus. Cuno ibi ſuper matram iacebat, & debebat mori, ad cuius tranſitum feſtinantes penè quindecim millia ſociorum meorum cum maximo tripudio illuc tranſibant. Et videbatur mihi nunquam gaudium aliquod habiturus, niſi iuiſſem cum eis. Sciens autẽ vas iſtud mihi traditum amittere non poſſe, reliqui illud ad tempus, & iui cum eis. Dixit q̃ ſacerdos. Quid actũ eſt ibi? Reſponsit diabolus. Superuenerunt maledicti conſulatti illi, & circumſtantes cadauer, ita valdè populare cæperunt, q̃ nullus noſtrum propius accedere auſus fuit. Dixit iterum ſacerdos. Et vbi deuenit anima? Reſpondit diabolus; Ad pedes altiſſimi. Et videte boni homines, quanta nobis iniuria ſit illata. Homo ille nobis ſeruierat plus quam quadraginta annis, ad oẽm voluntatem noſtram nocte ac die paratiſſimus, & modo trib. annis tantũ alteri ſeruiuit domino, & ille nobis abſtulit eum. Cum igitur nobis anima auferretur, furore cõmoti, in nos inuicem tota debacchatione graſſari ſumus. Et ego modo nõ habeo, vbi me vindicem, niſi in hoc vaſculo, quod mihi traditũ eſt, ex cuius occupatione doloris remediũ aliquantulum recipio. lib 2. c. 17.

EXEMPLVM LXXXI.

Tentatus infirmitate cõuerſus miles, ſpem ſalutis accepit.

ERat quidam miles in Saxonia, Ludolphus nomine, ſed tyrannus actione. Hic cum die quadam veſtib. nouis, ac ſcarlaticis indutus in via equitaret, ruſticum cũ curru obuiã habuit. Cuius cum veſtimenta ex rotarum impulſu luto aſpergerentur, ipſe, vtpote miles ſuperb. commotus ualde, extracto gladio homini pedem amputauit. Qui poſtea, Deo miſerante, de peccatis ſuis dolens, in domo ordinis noſtri, quæ Porta vocatur, factus eſt monachus. Non multo poſt in infirmitatem grauem incidẽs, cum quotidie a ſe mala commiſſa deplangeret, & maximè abſciſſionẽ iam dicti pedis, infirmario ſe conſolanti reſpondit: Non poteram cõſolari, niſi videro ſigna Iob in corpore meo. Et ecce, poſt dies paucos cicatricẽ, inſtar fili coccinei, contemplatus eſt circa talium ſuum, in eodẽ pede, & in eodem loco, vbi ruſticè pedem truncauerat. Qui paulatim cępit cõputreſcere, ita vt vermes de eo ſcaturirent. Tunc repletus gaudio ait. Modo de venia ſpero, quia iã video ſigna Iob in corpore meo. Sicq; in multa cordis contritione, atq; gratiarum actione, inualeſcente morbo, ſpiritum reddidit. lib. 11. c. 18.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM LXXXII.

Bona iniustè retinens conuersus requiem cœlestem intrare præpeditur.

COnuersus quidam cum die quadam missus ab Abbate suo, nauigio transiret per fluuium Albim, qui fluit per Saxoniam, nauta ab eo nautum requisiuit. Qui cum diceret, nihil se ad manum habere pecuniæ, respondit ille: Date mihi pro pignore cingulum, vel cultellum vestrum. Non possum, inquit, carere his, & mox adiecit: Ego promitto vobis cũ ordine meo, quod dimidium denarium vobis remittam. Et dimisit eum nauta. Recedens ab eo conuersus, eo quod res modica videretur, promissum paruipendit, nihil remittens. Non multo post infirmatus, cum omnibus qui aderant mortuus videretur, anima egressa, cũ ad requiem ascendere vellet, prædictum dimidium denarium, cuius in confessione non meminit, ante oculos habebat, qui adeo creuit, vt mũdo maior videretur, cumque sursum intendenti obsisteret, neque aliud esset quod impediret, ad angelorum petitionem permissa est redire ad corpus Mirãtibus cunctis, visionem retulit, & missus ab Abbate nautæ integer denarius, summa omni celeritate, quem ut ille recepit, eadẽ hora conuersus expirauit. lib. 11. c. 35.

EXEMPLVM LXXXIII.

Confessione dæmon ipse fatetur vires suas super omnia eneruari.

MAgister Thomas Theologus, cum in præsenti expeditione in castro peregrinorum in camera quadam lecto decumbens esset moriturus, vidit diabolum in angulo stantem quem cum cognouisset, voce Martini allocutus est eum dicens: Quid his astas cruẽta bestia? Dic mihi quid est quod maximè vobis noceat? Cumque ille nihil responderet, subiunxit: Adiuro te per Deũ, qui iudicaturus est mortuos & viuos, & seculum per ignem, vt dicas mihi huius interrogationis veritatem. Ad quod dæmon respondit: Nihil est in ecclesia, quod tantum nobis noceat, quod sic virtutes nostras eneruet, quam frequens confessio, quando enim homo in peccatis est, peccatis dico mortalib. omnia eius membra ligata sunt, neque tunc potest se mouere. Cum vero peccato eadem confitetur, statim liber est, mobilis ad omne bonum. Quo audito doctor ille bonus, crucis Christi fidelis prædicator lætus expirauit. lib. 11 c. 38.

EXEMPLVM LXXXIV.

Auarus vsurarius dum cum sacello pleno pecunia sepultus est, dæmones nisi sunt cor eius pecunia adimplere.

IN ciuitate Metensis, sicut mihi narrauit Abbas quidam ordinis nostri, vsurarius quidam defunctus est, auarus nimis. Qui cum moriturus esset, supplicauit vxori suę, vt crumenam denarijs refertam iuxta se poneret in sepulchrum. Quod cum illa fecisset, quanto secretius potuisset, tamen latere non potuit. Accedentes aliqui sepulchrum latenter aperuerunt, & ecce duos ibi conspicantur bufone vnum in ore crumenæ, alterum in pectore. Ille denarios in ore de crumena extrahebat, iste suscipiens extractos cordi eius immittebat, ac si diceret. Nos pecunia satiabimus cor tuum insatiabile. Quib. visis illi timore perculsi, terram reijcientes, fugerunt. Quid putas animam huius pati in inferno a uermib. immortalibus, si tam horrẽda in eius corpore demonstrata sunt in sepulchro? lib. 11. c. 39.

EXEMPLVM LXXXV.

Vsuraria moritura coruos vidit, cuius etiã corpus dæmones è feretro proijcientes transtulerunt.

FVit in Bacheim villa proxima, famosa quædam vsuraria, hæc cum moritura esset, campum totum coruis ac cornicibus vidit repletum. Et clamauit fortiter, Ecce modo appropinquant foris ad me. Et adiecit, ò vvi, ò vvi, modo sunt in tecto, modo in domo, modo pectus meum laniant, modo animam meam extrahunt. Sicque cum vlulatu efflauit spiritum, a dæmonibus ad inferos educendum, qui eadem nocte corpus de feretro, multis qui aderant videntibus tollens vsque ad tectum leuauerunt, & cum trahi impingeret, iuxta limen ostij illud cadere finentes, confrige-

rum.

runt. Extincta ſunt luminaria, fugerunt homines, mane in iam dicto loco corpus reperientes, quod beſtiali ſepulturæ tradiderunt. lib. 11. c. 41.

EXEMPLVM LXXXII.

Aduocati lingua, quam frequenter in uita vendiderat, in mortui ore inueniri non poterat.

NArrauit mihi ante paucos menſes aliquis ſacerdos de Saxonia, dicés: Nuper in terra noſtra quidam decretiſta nominatus mortuus eſt, qui cum hiaret, lingua in ore eius defuncti non eſt inuenta. Et merito linguam perdidit moriens, qui illam ſæpe vendiderat viuens. Licet in illo diuino examine, vbi aperti erunt libri, & Hieruſalem ſcrutabitur in lucernis, nullus aduocatorũ, neque pro ſe, neque pro alijs, aſſignare poterit aliqua falſa loca ex legibus, ſiue decretis, iuſto tamen Dei iudicio, ad tribunal Chriſti iturus, linguam, qua multos uel iniuſte accuſarat, vel temere defenſerat, amiſit, lib. 11. c. 46.

EXEMPLVM LXXXVIII.

Luxurioſa puella diuinitus admonetur, ſed quia non correxit errorem, citius moritur, & canibus laceratur.

IN villa quadam diœceſis Colonienſis puella quædam, cuiuſdam honeſtæ matronæ ancilla, ante aliquos annos defuncta eſt: ſatis enim erat luxurioſa, ſatis vaga & valde ſecularis. Nocte quadam in ſomnis ante Chriſti tribunal rapta eſt, in cuius circuitu vidit Angelos, & Apoſtolos, Martyres, & reliquorum ordinum ſanctos infinitos. Animabus in medio deductis, illæ ad gloriam, iſtæ ad ſupplicia iudicabantur. Cumque hæc ancilla videret, & tremeret accuſante conſcientia, manus ſuppliciter ad iudicem tetendit. Cuius ille miſertus, ait. Quid me oras? da mihi digitum tuum, & ego dabo tibi manus meas, ac ſi diceret. Da mihi modicam fidem, quòd te de tuis vitijs emendes, & ego tibi dabo gratiam meam. Sic euigilauit. Quæ cum retuliſſet cuidam religioſæ matronæ, nomine Aleydi, quæ adhuc ſupereſt, de villa Gynzenich, reſpondit illa. Miſera, emenda uitam tuam, ſatis commonita es. Illa primum quidem timuit, ſed timor idem citius ceſſauit. Cumque, vt prius, vitijs priſtinis ſubiaceret, admonitioni flagella adduntur. Nam cum poſt acerrimas infirmitas expiraſſet, & nudata, ſuper aeream, tecta tantum linea mine, poſita fuiſſet, duo canes ante domũ in curia ſe momorderunt, ſuperuenit tertius, & quartus, deinde omnes canes villæ, qui ſe inuicem mordendo, domum intrantes, ſuperpoſitum abſtrahentes, dentibus ſuis comminuerunt, qui vix a ruſticis feſtibus expulſi ſunt. Cadauere vero ſepulto, canes fugati redeuntes, ſuper eius tumulũ interrupta bella renouauerunt. Timeo enim quod anima modicum habuerit pacis, ſicut nonnulli interpretati ſunt. lib. 11. c. 59.

EXEMPLVM LXXXVIII.

Habitus monachalis Ludouico Lantgrauio poſt mortem indutus parum profuit ad ſalutem.

LVdouicus Lantgrauius maximus tyrãnus fuit, de quo dictum eſt in principio, hic cum moriturus eſſet, præcepit amicis ſuis, dicens. Mox ut moriturus fuero, cucullam ordinis Ciſtercienſis mihi induite, ſed ne hoc fiat me viuẽte diligentiſſime cauete. Obedierunt illi, mortuus eſt, atque cucullatus. Quod vbi miles quidam vidit, commilitones ironicè allocutus eſt, dicens. Vere non eſt ſimilis Domino meo in omni virtute. Quando miles erat, non habuit parem in actib. militiæ; factus vero monachus, omnibus factus eſt forma diſciplinæ. Videte quam diligenter cuſtodit ſilentium ſuum, nec vnum quidem verbum loquitur. Anima vero eius, cum educta fuiſſet de corpore, principi dæmoniorum præſentata eſt ſicuti cuidam manifeſtiſſime reuelatum eſt ſedente eodem tartarico ſuper puteum, & ſcyphum manu tenente, huiuſmodi uerbis Lantgrauium ſalutauit. Bene ueniat dilectus amicus noſter, oſtendite illi triclinia noſtra, apothecas noſtras, cellaria noſtra, ſicque eum huc reducite. Deductò miſero ad loca pœnarum, in quib. nihil aliud erat, niſi planctus, & fletus, & ſtridor dentium, & reducto, ſic princeps principem affatur: Bibe, amice, de ſcypho meo. Illo ualde reluctante, cum nihil proficeret, imo coactus

biberet,

Digitized by Google

biberat, flamma sulphurea de oculis, naribusque eius erupit. Post hoc sic inquit. Modo considerabis puteum meum, cuius profunditas sine fundo est. A motoque operimento, eum in illum misit, & remouit. Ecce iste est puteus, in quo eum clericus uidit sicut prædictum est lib. 12. c. 2.

EXEMPLVM LXXXIX.

VVilhelmi comitis Iuliacensis, vita, mors, & pœna describuntur:

IN villa quæ in territorio Bonnensi est sita miles quidam nobilis & deuotus, VValterus nomine, habitans, erat tam Dominæ nostræ, quam ordinis satis obsequiosus. Huic cum tempore quodam grauiter infirmaretur, solusque iaceret, diabolus illi ad pedes lectuli uisibiliter apparuit. Erat autem, sicut ipse nobis retulit, facies eius ad instar simiæ dispositа, cornua habens caprina, in cuius aspectu cum terreretur, postea confortatus ait. Quis, vel quid es, unde venis, & quid quæris? Respondit monstrũ: Diabolus sum, animam tuam tollere veni. Dicente milite. Recede leccator, animam meam non tolles Christo me commendo, Subiunxit ille. Vualtere, si mihi consenteris, homagium que feceris, non solum incolumitati te restituam, quin etiam super omnem tuam progeniem te ditabo. Respondit miles Satis habeo, de diuitijs tuis fallacibus non curo. Vnde ergo tibi thesauri? Infra terminos, inquit, curiæ tuæ infiniti occultantur. Cum quo cum miles iam loqui delectaretur, ait. Dic mihi, vbi est anima domini mei VVilhelmis comitis Iuliacẽsis nuper defuncti. Respondit diabolus: Notti castra vicina VVolckenburg & Drachenfels? Noui, inquit. Et ille. Per fidem meam tibi dico, si ferrea essent, tam castra, quam eorum montana, & in illo loco, ubi mitterentur vbi anima ipsius est, antequam supercilium superius inferiori iungi possent, liquifierent. Quo dicto, mox cachinnando subiunxit. Arbor iste balneum lacteum est ei. In futuro, quando corpus suum anima resumet, tunc primum pœnam debitam recipiet Requisitus de anima Henrici Comitis Seynensis, respõdit. Certe illam habemus. De pœna tamen illius nihil expressit. Adiecit etiam interrogare illum de patre suo. Ad quod illi respondit ille. Viginti annis & vno illum habuimus, sed monocula illa, & caluus ille atque pediculosus, qui in solario iacet, nobis eum abstulerunt. Monoculam uocauit uxorem eius, quæ pro anima eius iugiter lachrymando oculum unum perdiderat. Caluum dixit filium eius Theodoricum monachum nostrum, qui ad uidendum germanum eodem tempore aduenerat. Interrogatus uero de prædicta matrona respondit. Nunquam potestati nostræ addita est, eo quod mulier esset bona & sancta. Fratrem autem tuum Lambertum sic sellauimus, ut nostrum ius euadere non possit, qui ante paucos annos defunctus est uir auarus, & pecuniosus. Dicente iterum milite: Dic mihi, de quo loco uenisti nunc ad me? Respondit dæmon. Ego, & socij mei eramus in exequijs cuiusdam Abbatissæ nigri ordinis, egressum animæ eius præstolantes. Tunc miles. Quot eratis tibi? Respõdit dęmõ? Nosti nem' in Cotrinforti? Optimè, inquit, noui. Et ille. Non sunt tot folia in arboribus, quot illic fuimus congregati. Non est tam grãdis sylua in prouincia nostra. Et quid obtinuistis ibi? respõdit: Heu nihil, fœmina fuit religiosa, sed & Michael Archangelus superueniẽs cum fuste ferreo, sic nos cecidit, & cedendo fugauit, vt dispergeremus quemadmodum puluis, qui a turbine impellitur. Requisitus etiã si fuisset in obitu Domini Geuardi Abbatis nostri tunc recenter mortui? respondit. Non est tantum arenæ in littore maris, quot ibi fuimus, sed modicum ibi obtinuimus, quia pediculosi illi, more porcorum, in humo iacẽdo grunnientes, non sinebant propius nos accedere. Habẽt præterea domum quandam sufurri (capitulum notans) in qua omnia nobis quæcunque delinquunt subtrahuntur. Et dixit miles: Quo stultissime ausus fuisti ad obitum uiri tã iusti uenire? Ausus, inquit: Ego præsens fui, ubi Dei filius expirauit. sedens super brachium crucis. Hoc uerbum a dæmone prolatum, & a laico recitatum, maxime mihi fidem fecit dictorũ, eo quòd in glossa legatur super Tobiam. Dicente VValtero Quæ fuit portio uestra in Christi morte? respondit: Nulla. Malo nostro illuc venimus, quia uirtute morientis turbati, & exagitati, detrusi sumus in infernum. Multa alia cum dæmone, quotiens

solus

ſolus erat, conferebat, quæ poſtquam conualuit multis recitauit. Vis nunc audire, qualis prædicti Comitis VVilhelmi finis fuerit, & pœna? Infirmatus in caſtro ſuo Nedeche, pro quadam contumelia ſibi illata venit Coloniam. Qui cum rediret, in via defectum cordis incurrit, & ait: Ooh nunquam de cætero videbo Coloniam. Cui in terram depoſito cum medicus eius diceret mortem eſſe in ianuis, ſubiecit. Conſulo tibi, vt vxorem tuam recipias. Reſpondente illo. Non faciam Supplicauit ei pro quodam milite, quem diu incarcerauerat. Nequaquam, inquit, egredietur me viuēte. Tunc medicus: Ergo ante diem craſtinum egredietur. Quod ita factum eſt. Cū vero moriturus eſſet, in ſinu cuiuſdam matronę, quam viro proprio tulerat, iacebat. Cui cum illa diceret; Domine, quid faciam poſt mortem veſtram? Iuueni, inquit, nubere debes militi. Hæc ei verba vltima fuere. Eadem nocte, ſicut mihi retulit Abbas quidam noſtri ordinis, ſanctimonialis quædam ſancti Mauritij in Colonia, in loco pœnarum tranſpoſita eſt, in quibus puteum magni horroris igneo tectum operculo inter flammas vidit ſulphureas. De quo cum ſuum ductorem interrogaſſet, reſpondit ille; Duæ tantum animæ in illo ſunt, anima videlicet Maxentij Imperatoris, & anima VVilhelmi Comitis Iuliacenſis. Mane viſum recitans, cum eadem die rumor inſonuiſſet Coloniæ de morte eiuſdem Comitis viſionem fuiſſe veram intellexit. Propter ſimilem culpam iuſtum fuit, vt qui pares erāt in culpa, conformes fierent in pœna. Vtriuſq; vitam noui, Maxētij ex lectione, VVilhelmi ex multorum relatione, vterque tyrannus, vterq; ſupra modum luxurioſus. Sicut legimus in chronicis, nulla fuit in vrbe Roma, ſiue extra vrbem, matrona tam nobilis, tam pudica, dummodo oculis Maxentij placeret, quin de domo mariti ſublatam corrumperet. Similia faciebat de virginibus, & viduis. Viderunt iſta viri, & ingemuerunt, parentes, & tacuerunt. Tanta erat illius crudelitas, vt cum nimio dolore cordis afficeretur, triſtitiam tamen diſſimularet. Tanta eius extitit tyrannis, vt paſſim ſenatores, ciues, milites occideret, de quibus aliqua habebatur ſuſpitio. VVilhelmus vero non diſſimilia operabatur his, & ſi non pari poteſtate, non tamen impari voluntate. Sicut auditui, ita deditus erat luxuriæ, & inceſtui, vt uix aliquem haberet miniſterialium, cuius vxorem, aut filiam non attentaret violare, nullam habens differentiam inter matrem & filiam, inter legitimā & ſolutam. Quantæ fuerit circa ſubiectos, ſiue cōprouinciales crudelitatis, omnis nouit Epiſcopatus Colonienſis. Maxentius uxorē propriam occidit, iſte incluſit. Ille perſecutus eſt Eccleſiam, multos propter fidem interficiendo, iſte tempore ſchiſmatis imperij Romani, perſecutus eſt ſedi Apoſtolicæ obedientes, ſacerdotes de ſuis ſedibus eijciēdo, quoſdam mutilando, & bona eccleſiarum diripiendo. Hæc acta ſunt in temporibus Innocentij Papæ lib. 12. c. 5.

EXMPLVM XC.

VVilhelmus Comes Iuliacenſis poſt mortem incluſæ cuidam terribili forma apparet, qui cum viueret dulciſſimos Angelorum cantus audiuit, nec tamen ideo conuerſus eſt.

ANno præterito canonicus quidam Aquenſis retulit mihi de eodē VVilhelmo uiſionem ſatis terribilem. Poſt mortem, inquit, ſuam cuidam incluſæ, cui bene fecerat, uiſibiliter apparens uultu lurido ac macilento, ait. Ego ſum miſer ille VVilhelmus quandoque Comes Iuliacenſis. Quem dum illa interrogaſſet de ſtatu ſuo, reſpondit. Totus ardeo. Et cum leuaſſet ueſtem uiliſſimam, qua indutus uidebatur, mox flamma erupit, & ſic cum eiulatu diſparuit. Huic adhuc uiuenti Deus, qui miſericors eſt, ut eum à peccatis reuocaret, aliquid gloriæ ſuæ oſtendit. In die quadam natalis ſui, in canone prioris miſſæ, uoces ſuauiſſimas, cum melodia dulciſſima, quaſi in cœlo eum audire permiſit. Qui mox interrogans Dominum Engilbertum tunc maioris Eccleſiæ in Colonia præpoſitum, nunc Archiepiſcopum, ſi uoces eaſdem bene audiret, & ille ſe audiuiſſe negaret, amplius mirabatur. In canone uero ſecundæ miſſæ, necnon, & tertiæ eaſdem uoces, quæ diuerſæ erant ætatis, audiuit. Cum hæc recitata fuiſſent Domino Hermanno Abbati loci ſanctæ Mariæ Comitem adijt, ex ore eius quæ dicta ſunt audiens,

Inuocauit idem Comes testem Deum, nihil se mentiri hęc addens cum iuramento: quia si adhuc semel mihi talia concederentur audire, omnibus meis paratus essem abrenunciare. Modicum tamen cœlestis hęc consolatio illi profuit, peccatis eius maximis impedientibus lib 12.c 5.

EXEMPLVM XCI.

Prælatum malum post mortem subditorũ animæ vitæ sunt cum graui verborum obiurgatione lapidare.

ERat in quadam villa sacerdos quidã miserrimus, luxuriæ, & comessationibus vacans, animaque sibi commissas omnino negligens, qui cum mortuus fuisset, parochiani sub eo defuncti, saxis comprehensis, in locis infernalibus illum arctare cœperunt, & dicere. Tibi cõmissi fuimus, tu nos neglexisti, & cum peccaremus neq; verbo, neque exemplo nos reuocasti, tu occasio nostræ damnationis fuisti. Quem cum agitarent, lapides post eum mittendo, ille in puteum cadens, nusquam comparuit. Hæc cuidam religioso de illo sunt ostensa. lib. 12.c.6.

EXEMPLVM XCII.

Guloſorum cibi in inferno ſunt bufones, & ſerpentes.

MIles quidam moriens, bonis de vsura conquisitis, filium suum hæreditauit. Nocte quadam ad ostium fortiter pulsans, cum puer occurreret, & quis ibi pulsaret, interrogaret, respondit. Intromitte me, ego sum Dominus huius possessionis, nomen suum exprimẽs, Puer per foramen sepis prospiciens, cumque cognoscens, respondit: Certè Dominus meus mortuus est, non vos intromittam. Cumque mortuus pulsando perseuaret, nec proficeret, nouissimè dixit; Detis pisces illos, quibus ego vescor filio meo, ecce ad portam illos suspendo. Mane exeuntes reperierunt in quodam ligamine multitudinem bufonẽ, atque serpentum. Reuera ille est cibus infernalis, qui igne sulphureo de coquitur. lib. 12.c.18.

EXEMPLVM XCIII.

Eleemoſynam obvanam gloriam miles faciens perenni inferni pœna damnatur.

NOn multi anni sunt elapsi, quòd quidam diuissimus ministerialis ducis Bauariæ defunctus est. Nocte autem quadam castrum, in quo vxor eius dormiebat, sic cõcussum est, ut terræmotus fuisse uideretur. Et ecce ostio cameræ, in qua illa iacebat, aperto, quodam gigante nigerrimo cum capillis impellente, maritus eius ingressus est. Quem cum vidisset, & nouisset, ad se illum vocans, super sedile lecti sui residere fecit. Nihil verò territa, eo quod frigus esset, & ille sola camisia indutus fuisset, partem operimenti sui scapulis eius superposuit. Quem cum de statu suo interrogasset, multum tristis respondit. Pœnis vere æternis deputatus sum. Ad quod verbum illa valde multũ territa, respondit. Quid enim est quod dicitis? nonne eleemosynas magnas fecistis? ostium vestrum peregrinis omnibus patuit, non prosunt vobis beneficia ista? Respondit: Nihil mihi prosunt ad vitam æternam, eo quod ex vana gloria & tamẽ ex charitate illa à me facta sunt. Quẽ cum de alijs interrogare vellet, iterum respondit: Concessum est mihi tibi apparere, sed non licet morari. Ecce ductor meus diabolus foris stat, expectans me. Si enim omnia folia arboris verterentur in linguas, tormẽta mea exprimere non possent. Post hoc euocatus, & impulsus, in eius abscessu totum castrum, vt prius, concutitur, uoces eiulatus eius diutius audiuntur. lib. 12.c. 19

EXEMPLVM XCIV.

Calceis roſtratis induta fœmina poſt mortẽ apparuit, quia in uita eis abuſa fuit.

COncubina cuiusdam sacerdotis, cũ esset moritura, sicut à quodam religioso didici, cum multa instantia calceos sibi nouos, & bene ac pulcherrimè rostratos fieri petiuit, dicens Sepelite me in eis, ualde enim mihi erunt necessarij. Quod cum factum fuisset, nocte sequenti, longè ante lucem, lune splendente, miles quidã cum seruo suo per uiam equitans fœmineos eiulatus audiuit. Mirantibus autem illis

illis valde, quidnam hoc esset, ecce mulier rapidissimo cursu ad eos properans, clamauit, adiuuate me, adiuuate. Mox miles de equo suo descendens, & gladio circulum sibi circumducens, fœminam bene totam infra illum circulum recepit. Sola enim camisia, & calceis prædictis induta erat. Et ecce, ex remoto vox quasi venatoris terribiliter buccinantis, necnon & latratus canum venaticorum præcedentium audiuntur. Quibus auditis, illa dum nimis tremeret; miles cognita ab ea causa, equum seruo committens tricas capillorum eius brachio suo sinistro circumligauit, dextera gladium tenens extentum. Appropinquante infernali illo venatore, ait mulier militi. Sine me currere, sine me currere, ecce appropinquat. Illo fortius illam retinéte, misera diuersis conatibus militem pulsans, tandem ruptis capillis, effugit; quam diabolus insecutus, cœpit, equo suo eam injiciens, ita ut caput cũ brachijs penderet ex vno latere, crura vero ex altero, post paululum militi sic obuians captam prædam deportauit. Qui mane ad villam rediens, quod viderat exposuit, capillos ostendit, & cum minus referenti crederent, aperto sepulchro fœminam capillos suos perdidisse repererunt. Hæc contigerunt in Archiepiscopatu Moguntinensi. lib. 12. cap. 20.

EXEMPLVM XCV.

Auarus Iordanus Cardinalis miseranda effigie notario suo apparens se ad inuicem duci confessus est.

ANte annos paucos Romæ quidá Cardinalis defunctus est, nomine Iordanus, qui de ordine quondam Cisterciensi assumptus fuerat, sed vita ordini in eo minimè concordabat. Erat enim auarus valde, sicut a quodam Abbate audiui, habebat autem notarium, nomine Pandolphum, hũc cum pro quodam negotio nescio quo misisset, interim expirauit. Eadem hora, cum ille expleto negotio rediret, mane ante lucem cateruam miserabilẽ in agro contemplatus est. Sedebant homines in iumentis, in ore caudas habentes, versis dorsis ad capita illorum; quos Iordanus, cuculla indutus, nudis pedibus sequebatur, duobus dæmonibus se deducentibus, in quorum aspectu dum notarius nimis horreret, clamauit Cardinalis. Pandolphe, Pandolphe. Subsistente clerico, & dicente. Quis es, aut quid clamas? Respondit ille. Ego sum Iordanus dominus tuus, & mortuus sum. Dicente illo. Quo ducimini? respondit. Ante tribunal Christi. Et ille. Nostis quid de vobis sit futurum? Non noui, inquit, Deus scit, sed cum illuc venero B. Petrus de Cardinalia mea pro me redditurus est rationẽ, sanctus verò Benedictus de cuculla, quod si illam mihi obtinere poterit, saluabor, sin autem, damnabor, sicque oculis eius subtractus est. lib. 12. c 22.

EXEMPLVM XCVI.

Infernales pœnas expertus Euoruuẽch, mirabilem resuscitatus pœnitentiam agit.

THeodoricus Traiectensis Episcopus seruum quẽdam habebat, Euervvach nomine, prouidum satis, qui in diuersis locis bona illius despensauit. Erat in commisso fidelis, in administratione utilis, diligens ac circumspectus, propter quod a Domino suo amabatur. Vnde quidam ex officiatibus ei detrahentes ex inuidia, accusabant illum apud episcopum dicentes. Domine, non fideliter, vt æstimatis, Euervvach bona vestra dispensat, consulimus, vt cum eo computetis. Quod cum factum fuisset tam rationabiliter computauit, vt omnem episcopo tolleret suspitionem. Habebat enim omnia notata in chartula. Scisitantibus accusatoribus de computatione, cum episcopus respondisset; Optimè computauit. Dixerunt illi. Nequaquam, sed computet nobis audientibus, & conuincetur maximum uobis damnum intulisse. Quod cum ei intimatum fuisset ab episcopo, ille timens æmulorum insidias, maximè quia chartulam perdiderat, ait intra se. Si aliquid modo in computatione titubauero, necesse erit me uel in corpore torqueri, vel carceris squalore vsque ad mortem cruciari. Immissione igitur diaboli, cuius instinctu ab inuidis indebitè vexabatur, campum solus intrauit, ipsumque diabolum aduocans, sic affatur, dicens, Domine, si mihi succurreris in tanta necessitate posito, homagium tibi faciam, & in omnibus tibi parebo. Cui diabolus respon

dit: Si abrenunciaueris Altissimo, mauriq; illius, ego te suscipiam, & de omnibus periculis cum multa mortuorum confessione a mulatorum a me liberaberis. Quid plura? Abrenunciat miser Christo, homagium facit diabolo, prosperè ei succedit computatio. Ab illo tempore cepit diaboli virtutes magnificare, Christum blasphemare, adeo vt diceret, qui seruiunt Deo, miseri sunt, & egent qui autem sperant in diabolo, prosperis successibus gaudent. Ita totus deditus erat artibus magicis, vt si aliquem nosset scholarem eiusdem disciplinæ, nummis cũ redimeret, vt aliquid ab illo discere posset. Qui cum xj. annis in hac blasphemia perseueraſſet, accidit vt magister Oliuerus Scholasticus Colonienſis in Episcopatu Traiectenſi crucem prædicaret, cuius prædicationi ille inimicum restitit, vt die quadam commotus Oliuerus, diceret ei in audientia totius populi. Tace infœlix, vas enim diaboli es, & diabolus loquitur per os tuum, cum tamen statum eius ignoraret. Euervvach nullum arbitrans gratius obsequium se præstare Domino suo, quam vt inimicum eius occideret, tribus diebus ad diuersas stationes secutus est Magistrum, longo ad hoc cultello præparato, transfodere illum proponens, si fortè sine turbis inueniretur. Et ecce, tertia die subita infirmitate præoccupatus, post paucos dies impœnitens est defunctus, & ab eo, cui se reddiderat, ad loca pœnarum deductus est. Primo loco (sicut ipse resurgens a mortuis confessus est Ioanni Scholastico Xantensi, a quo ego quæ dicturus sum audiui) missus est in ignem tam intolerabilis ardoris, vt diceret, si ex omnibus mundi lignis vnus ignis esset confectus, mallem in eo vsq; ad diem iudicij ardere, quam per spatium vnius horæ hunc ignem sustinere. Ex quo extractus, iactatus est in locum tam frigidissimum, vt optaret redire in ignem. Deinde deductus est in tenebras palpabiles, tanti horroris, vt diceret intra se. Si seruiuisses centum annis Deo, bene te remuneraſſet, dummodo liceret te redire ad frigus. In hunc modum se reliquas pœnas, quas scriptura enumerat, pertransiuit. Quo in extrema pœna posito, Dominus opera eius priora considerãs, & vt passa, vel viua viuentibus recitaret, miseritus illius, angelum suum misit ad eum, qui diceret. Ecce talem mercedem recipiunt, qui seruiũt diabolo Subitumque. Si tibi liceret ad vitam redire, velles pro peccatis tuis satisfacere Deo? Ad quod verbũ ille suspirans, respondit. Domine si hoc esset possibile, nullam abnuerem satisfactionem. Tunc Angelus; Domino placet, vt ad corpus redeas, & qa in cruce peccasti, per crucem satisfacias. Mox se in feretro erigens, omnes exceptis duobus iuuenibus, qui constantiores erant, in fugam conuertit, quibus & ait; Ne timeatis, quia ego sum. Statimq; sacerdotem accersiens, peccata sua confessus est, crucẽ suscepit, & cum Domino Ottone episcopo prædicti Theoderici successore transfretauit. In via singulis diebus in pane, & aqua ieiunabat, iuxta equum suum, in quo vestes eius, & arma portabantur, nudis pedibus cucurrit. Et cum petris secantibus sanguis perfluens viam cruentaret, satis a fratribus arguebatur. Quibus respondit; Maiora horum sustinui. Qui cum pene omnia sua in Christi seruitio expendisset, cum prædicto magistro Ioanne rediens transiuit, de quo cum nauta naulum requireret, nec haberet ait. Ego vobis seruiam quoadusque volueritis. Ad petitionem tamen prædictorum virorum dimissus est a nauclero. Qui cum reuersus fuisset ad vxorem suam, sacro igne tactus est. Cui ardenti quadã nocte in somnis dictum est, quia si ad ecclesiam sancti Nicolai accederet, statim conualesceret, vbi dum orans xiiij. orationes dixisset, nec conualuisset, desperatus est, dixitque. Sancte Nicolae, quid moraris? Mox vt quintam decimam incepit, perfectè conualuit, & est vsq; hodie calor ignis in eius corpore sine dolore. Quam ecclesiam, quæ in villa quadam sita est, de suo patrimonio reædificas, in habitu religioso cum vxore sua Deo, & & S. Nicolao in eo deseruit. lib. 12. c. 23.

EXEMPLVM XCVII.

Dedicationes propter bona vina frequentãs, pice, & sulphure in inferno potatur.

IN diœcesi Colonienſi, non procul a Colonia, miles quidam erat, nomine Rudingerus, sic totus deditus vino, vt diuersarum villarum dedicationes tantum propter bona vina frequentaret. Hic cum infirmatus

matus moriturus esset, filia eum rogauit, vt infra xxx dies sibi appareret, quo respondente, hoc faciam, si potero, expirauit. Post mortem vero filiæ per vitium apparens, ait. Ecce præsens sum, sicut postulasti. Portabat enim vas paruum & fictile, quod vulgo crusselinum dicitur, in manu sua, in quali in tabernis potare solebat. Dicente filia. Pater, quid est in vase illo? Respõdit: Potus meus ex pice, & sulphure confectus, semper ex illo bibo, nec eum epotare valeo, sicq. disparuit. Et statim intellexit puella, tam ex præcedenti vita, quam ex pœna modicam, vel nullam esse spem saluationis eius. Vinum quidem hic blandè ingreditur, sed nouissime mordebit vt coluber. lib. 12. c. 41.

EXEMPLVM XCVIII.

Defuncto pro sclauinia præstita orationibus non succurrens sacerdos a dæmonio verberatur.

ANte illud tempus, quo occisus est Cõradus episcopus Hildinshemensis, peregrinus quidã in villa quadam moriens sclauiniam suam sacerdoti legauit, animã suam illi commendans, quam vestem sacerdos quidem suscepit, sed de anima modicum curauit, serui vero, siue pueri noctibus se illa tegebant. Non multo post, idem sacerdos in ordine nostro factus est nouitius. Nocte quadam in dormitorio iacẽs, & dormiens, per visionem raptus est ad loca pœnarum, in quib. maximus erat dæmonum concursus & occursus, alij animas adducebãt, alij adductas suscipiebãt alij susceptas tormentis debitis immittebant. Magnus illic erat clamor & tumultus, gemitus & plãctus. Interim prædictus episcopus claustris infernalib. præsentatur, sed princeps tenebrarum voce lugubri præsentantes sic affatur. Reducite, reducite illum, non enim noster est, innocenter occisus est. Sacerdos talia vidẽs, & pauẽs post ostiũ se occultauit. Videns diabolus prædictam in angulo quodam sclauiniã, dixit. Cuius est vestis illa? Responderunt: Sacerdotis illius, qui stat post ostium, quam cum a quodam peregrino in eleemosyna recepisset, nihil beneficij animæ illius impendit. Ad quod diabolus. Valde occupati sumus, expediamus nos statim ab illo. Tollensq; vestẽ, quasi in fœtidũ atq; bulliens lixiuiũ intinxit, de qua cũ faciẽ & collum sacerdotis percussisset, ille excitatus, fortiter clamauit. Adiuuate, adiuuate. Quem cum signo vocis compescerẽt, respondit. En morior, en incendor. Tunc surgẽtes inuenerunt caput eius totũ iustũ. Sicq; in infirmitorium deportauerunt semiuiuum. Nullam enim fecerat de eadem negligentia confessionem. lib. 12. c. 42.

EXEMPLVM XCIX.

Scholares bonæ voluntatis martyres à beata Virgine reputantur.

IN ciuitate Bonnensi quædã inclusa erat habitans, religiosa satis atq; deuota. Hęc cum quadã nocte rimulis cellæ suæ splendorem immitti cerneret, & diem esse putaret, territa propter horas nondũ dictas, surrexit, fenestram versus cœmiteriũ aperuit, & ecce, iuxta caput sepulchri cuiusdã scholaris recenter illic sepulti, miri; decoris fœminã stare conspexit. Gloria vero corporis eius eandẽ lucem creauerat. Stabat etiam & columba niuea super tumulum, quã illa cito rapiens, misit in sinum suum. Inclusa vero licet iam intelligeret quæ esset, tamẽ cum reuerentia quęnã foret requisiuit. Cui illa. Ego sum mater Christi, & animam scholaris huius qui verè martyr est, tollere veni. Reuera scholares, si innocẽter viuũt, & libenter discunt, martyres sunt, quod si postea artes doctas in charitate, maximè in Dei seruitio, exercuerint, magnã ex hoc mercedem consequentur. lib. 12. c. 46.

EXEMPLVM C.

Scriptoris digiti post viginti annorum sepulturam incorrupti perseuerant.

IN Arnisberg monasterio ordinis Præmonstratẽsis, sicut audiui à quodam sacerdote eiusdem congregationis, scriptor quidam erat, Richardus nomine, Anglicus natione, hic plurimos libros in eodem cœnobio manu propria cõscripserat, mercedem sui laboris præstolans in cœlis. Hic cum fuisset defunctus, & in loco notabili sepultus, post xx. annos, tumba eius aperta, manus eius dextera, tam integra, & tã viuida est reperta, ac si recenter de corpore

ſentem, & in circuitu eorum multitudinem Angelorum, Patriarcharum prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, aliorumque iuſtorum. Diabolus vero timens animam perdere, ait ad eum. Bonum eſt, vt reducatur ad corpus, vt amplius adhuc tibi ſeruiat. Cui Dominus reſpondit: Hoc non dicis propter eius ſalutem, ſed propter tuam nequitiam. Speras enim quod per corpus peccando, cedere poſſit in partem tuam. Data tamen ſententia, anima corpori reſtituitur, mirantibus cunctis qui aderant, quia per ſigna, quæ in puero viderũt, verbis eius credere compulſi ſunt. Puer vero tum amore gloriæ, tum timore pœnæ patriam ſuam deſerens, conuerſionis gratia ad quandam domum ordinis noſtri uenit. Cuius deſiderio cum conuerſus homo nequam ac ſuperbus, qui hoſpitio præerat, cognouiſſet eo audiente, ſic ait. Videte, quando tales garciones monachi fuerint effecti, ſtatim volunt eſſe domini noſtri. In quibus verbis puer adeo ſcandalizatus eſt, vt a proposito reſiliret, & ad ordinem Templariorum ſe transferret. lib. 12. cap. 57.

DISTINCTIO SEPTIMA.

EX VITA ET ACTIBVS SANCTI FRANCISCI,

VITIS FRATRVM ORDINIS PRÆDICATORVM & Fratrum Eremitarum D. Auguſtini, & ex vitis SS. Hieronymi, Pachomij, & S. Martini per Seuerum Sulpitium.

Ex vita, & actibus S. Franciſci, & Chronico Minorum ſcripto per Leonem, Ruffinum, & Angelum Tancredum diſcipulos S. Franciſci, & conſanguineos ſanctæ Claræ.

EXEMPLVM I.

Tribulationes maximas primitiui fratres B. Franciſci in uarijs locis pertulerunt.

QVodam tempore duo ex fratrib. ſancti patris Franciſci, Florentiæ per ciuitatem mendicantes, hoſpitium non poterant inuenire. Venientes autem ad quandam domum habentem porticũ, & in porticu clibanum, dixerunt ad inuicem. Hic poterimus hoſpitari. Rogantes autem dominam domus, vt eos reciperet intra domum, & illa hoc facere recuſante, dixerũt humiliter, vt ſaltem iuxta clibanum permitteret eos quieſcere illa nocte. Hoc autẽ conceſſo per illam, venit vir eius, & dixit illi. Quare iſtis ribaldis hoſpitiũ in noſtro porticu contulisti? Reſpõdit illa, quod noluerat eos in domo recipere, ſed eis cõceſſerat extra in porticu iacere, vbi non poterant niſi ligna furari. Noluit ergo vir, quod daretur eis aliquod tegumentum, licet tũc eſſet magnum frigus, quia putabat eos eſſe ribaldos, & fures. illa autem nocte, cum vſque ad matutinum ſatis ſobrio ſomno iuxta clibanum quieuiſſent, calefacti ſolo calore diuiuno, & cooperti tegumento Dominæ paupertatis, iuerunt ad uicinioremecclesiam pro matutinali officio audiendo. Et mane facto, iuit illa mulier ad eandem eccleſiam, & uidens ibidem fratre illos in oratione deuote perſiſtere, dixit intra ſe. Si homines iſti eſſent ribaldi, & fures, vt uir meus dicebat, non ſic in oratione perſiſterent reuerenter. Cumque hoc cogitaret, ecce uir quidam, Guido nomine, pauperibus in ipſa eccleſia manentibus eleemoſynam tribuebat. Qui cum uenisſet ad fratres, & uellet dare cuilibet eorum pecuniam, ſicut dabat alijs, recuſauerunt illi pecuniam, & accipere noluerunt. At

Digitized by Google

ille dixit eis. Quare vos, cum sitis pauperes, non accipitis denarios, sicut alij? Respondit frater Bernardus: Verum est quod pauperes sumus, sed nobis non est grauis paupertas, sicut alijs pauperibus, & iam per Dei gratiam, cuius consilium compleuimus, voluntarie pauperes facti sumus. Admiratus vir ille super his, & interrogãs eos, si unquam aliquid possedissent, audiensque ab eis, quod multa possederant, sed amore Dei omnia pauperibus dederãt. Hinc namque, qui sic respondit, fuit ille frater Bernardus a beato Francisco secundus quem sanctissimum patrem hodie veraciter credimus, qui primo pacis, & penitentiæ legationem amplectens, post sanctum Dei eucurrit, venditis omnibus quæ habebat, & erogatis pauperibus, secundũ perfectionis euangelicæ consilium, perseuerans vsque in finem in sanctissima puritate. Considerans ergo dicta mulier, quod fratres denarios noluissent, accedẽs ad eos dixit, quod libenter eos reciperet intra domum suam, si vellent illuc accedere gratia hospitandi. Cui fratre humiliter responderunt: Dominus tibi retribuat pro bona voluntate. Prędictus autem vir, audiens quod fratres non potuerant inuenisse hospitiũ, duxit eos in domum suam, dicens: Ecce hospitium a Domino vobis præparatum, manete in eo secundum beneplacitum uestrum. At illi gratias Deo agentes, manserunt apud illum diebus aliquibus, ædificando tam exemplo, quam verbo in timore Domini, ita quod postea multa pauperibus erogauerint. Licet autem sic benigne tractarentur ab isto apud alios tamen in tantum vilissimi habebantur, quod multi parui & magni exprobrarent, & iniuriarentur eis auferentes quandoque etiam vestimenta quæ habebant. Cumque serui Dei manerent nudi, quia secundum formã euangelij vnam tantum tunicam portabant, non repetebant ablata sibi restitui. Si qui vero pietate moti reddere volebant eis ablata, libenter recipiebant. Quidam autem lutum super eos iactabant, alij vero ponentes taxillos in manibus eorum, inuitabant eos si ludere volebant, alij capientes capucia eorum, a tergo post dorsum suũ sic suspensos eos portabant. Hæc & similia faciebant illis, reputantes eos tam viles, quod audacter affligebant ipsos. [illegible] volebant. Insuper infame, siti, frigore, & nuditate immensas tribulationes & angustias tolerabant: quæ omnia constanter & patienter, vt à beato Francisco fuerant moniti, sustinentes, non tristabantur, nec turbabantur, nec male dicebant inferentibus eis mala, sed sicut viri perfecti & euangelici, & in magno lucro positi, exultabant vehementer in Domino, omne gaudium existimantes, cum in tentationes & tribulationes huiusmodi incidebant, atque iuxta verbum euangelij pro suis persecutoribus orabant sollicite & feruenter. Videntes igitur homines, quod frater in suis tribulationibus exultabant, orationi & deuotioni sollicite & deuote insistabant, non recipiebant pecuniam, nec portabant, & maximam charitatem ad inuicem habebant, per quam noscebantur vere esse discipuli Domini, multi corde compuncti veniebant ad eos, de offensis, quas fecerant eis, ueniam postulantes Ipsi uerò ex corde remittebant, dicentes. Dominus parcat uobis, atque eos de salute sua salubriter admonebant. Quidam autem ipsos fratres rogabant, ut reciperent eos in societatẽ suam. Propter paucitatem autem fratrum in societatem suã aliquos receperunt, cum quibus sic receptis statuto termino omnes ad sanctã Mariam de Portiuncula sunt reuersi. Quando autem se inuicem reuidebant, tanta iocunditate replebãtur, & gaudio, ac si nihil recorderentur eorum, quæ passi erant ab iniquis. Solliciti erant quotidie orare, & laborare manibus suis, ut omnem occasionem animæ inimicam à se penitus effugarent. Surgebant in media nocte solliciti, & orabant deuotissime, cum immẽsis lachrymis & suspirijs, amore intimo se inuicem diligebant, & seruiebat unus alteri, ac nutriebat, sicut mater filium. Ex chronico minorum gallico lib. 1. cap. 10.

EXEMPLVM II.

Charitatlui fratres S. Francisci per alterutro se lapidum ictibus opponebant.

TAnta charitas ardebat in eis ꝙ facilè ipsis uidebatur tradere corpora morti, non solum pro Christi amore, sed etiam pro salute animæ, uel corporũ suorũ cõfratrum. Vnde quadam die, cum duo ex ipsis fra-

fratribus ſimulſirent, inuenerunt quẽdam fatuum, qui cœpit lapides iactare in eos. Videns ergo vnus eorum lapides iactari in alterum, oppoſuit ſe ſtatim ictibus lapidũ, volens potius ſe percuti, quàm fratrem ſuũ propter charitatem mutuam, qua flagrabat. Sicque parati erant vnus pro altero ponere vitam ſuam. Erant enim in humilitate, & charitate fundati, & radicati, in tantum vt vnus reueretur alterum quaſi patrem Dominum, atq; illi qui officio prę lationis, vel aliqua gratia præcellebant, humiliores & viliores cæteris viderentur. Omnes quoque ſe totos ad obediendum præbebant, ad præcipientis voluntatem ſe continuò præparantes, non diſcernebant inter iuſtum & iniuſtum præceptum, quia quicquid præcipiebatur putabant eſſe ſecundum Domini voluntatem. Ex chronico Minorum Gallico cap. 30.

EXEMPLVM III.

Miſericors in pauperes beatus Franciſcus chlamydem pauperi in eleemoſynam datam in cęlos vidit deferri.

QVadam autem die venit quidã pauper ad eccleſiam ſanctæ Mariæ de Portiuncula, apud quam fratres aliquando morabantur, & eleemoſynam petijt. Erat autem ibi quædam chlamys, quam quidam frater habuerat ſecularis. Cui cum dixiſſet beatus Franciſcus, vt eam illi pauperi daret, libenter, & velociter dedit ei. Statim propter reuerentiam & deuotionẽ, quam habuerat chlamydem illi pauperi dando, viſum eſt ei, quod eleemoſyna illa in cęlum aſcendiſſet, & ſenſit nouo gaudio ſe perfundi. Quando verò declinabant diuites huius mundi ad eos, recipiebant eos alacriter, & benignè, ſtudentes eos reuocare a malò, & ad pęnitentiam prouocare. Sollicitè etiam petebant, ne mitterentur in terras, vnde erant oriundi, vt fugerent familiaritatem, & conuerſationem conſanguineorum ſuorum, verbumque ſeruarent propheticum: Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. In paupertate plurimum lætabantur, quia non concupiſcebant diuitias ſed omnia tranſitoria ſpernebant, quæ poſſunt a mũdi huius amatoribus concupiſci. Præcipuè verò pecuniam quaſi puluerem pedibus conculcabant, & ſicut a beato Franciſco edocti, ipſam cum ſtercore aſini æquali pretio & pondere ponderabant. Gaudebãt in Domino continuè non habentes intra ſe, vt poſſent aliquid contriſtari. Quanto enim a mundo magis erant diuiſi, tanto magis erant Domino coniuncti, per viam crucis & ſemitas iuſtitiæ incedentes, de arcta via pœnitentiæ, & obſeruationis euangelicæ offendicula remouebant, vt poſteris iter planum fieret, & ſecurum. Ex chronico Minorum gallico c. 9.

EXEMPLVM IV.

Paupertatis amator beatus Franciſcus curioſius menſas fratrum præparatas uidens, ipſos redarguit.

CVm quidam miniſter fratrum uenirſet ad beatum Franciſcum, cauſa celebrandi feſtum Natiuitatis Domini cum eo, in loco fratrum de Reate, fratres occaſione miniſtri, & feſti, parauerunt menſas aliqualiter honorificè, & curioſè ipſo die Natiuitatis, ſuperponentes tobalias pulchras, & albas, & uaſa uitrea. Deſcendens beatus Franciſcus de cella ad comedendum, uidit menſas in alto poſitas, & ita curioſè paratas. Tunc ſtatim iuit ſecretè, & uult baculum, & capellum cuiuſdam pauperis, qui illuc uenerat ipſo die, & aduocâs unum de ſocijs ſuis, ſummiſſa uoce, exiuit foras oſtium loci, ignorantibus fratrib. de domo, ſocius autem remanſis intus iuxta oſtium, fratres uerò interim intrauerunt ad menſam. Nam beatus Franciſcus ordinauerat, ut fratres non expectarent eum, quando non uenerat ſtatim hora comeſtionis Cumque ſteriſſet aliquantulum foris, pulſauit oſtium, & ſocius eius ſtatim aperuit ei, & ueniens cum capello poſt dorſum, & baculo in manibus, iuit ad oſtium domus, in qua fratres comedebant, ſicut peregrinus & pauper, & clamauit dicens. Amore Domini mei facite eleemoſynam iſti pauperi & infirmo. Miniſter autem, & alijs fratres ſtatim cognouerunt eum. Et reſpondit illi miniſter: Frater, nos etiam ſumus pauperes, & cum ſimus multi, neceſſariæ ſunt nobis eleemoſinæ quas habemus, ſed amore illius Domini quem nominaſti,

minaſti,intres domum, & dabimus tibi de eleemoſynis,quas dedit nobis. Et cum intraſſet,& ſtaret antemenſam fratrum, miniſter dedit ei ſcutellam, in qua comedebat,& de pane ſimiliter. Et accipiens humiliter,ſedit iuxta ignem,coram fratribus ſedentibus ad menſam,& ſuſpirans, dixit ad fratres. Cum viderem menſam honorificè & curioſè præparatam, conſideraui, quod non erat menſa pauperum religioſorum, qui quotidie vadunt oſtiatim pro eleemoſynis. Nobis enim chariſſimi magis conuenit ſequi exemplum humilitatis, & paupertatis Chriſti, quàm alijs religioſis quia ad hoc vocati ſumus,& profeſſi ſumus coram Deo & hominibus, vnde modò videtur quod ſedeam ſicut frater Minor. Nam feſtiuitates Domini,& aliorum ſanctorum magis honorantur cum inopia, & paupertate,per quam ipſi ſancti lucrati ſunt cęlũ, quàm curioſitate & ſuperfluitate, per quã elongatur à cęlo. Ex hoc autem verecundati ſunt fratres, conſiderante quod ipſe puram veritatem dicebat. Et quidam ex eis incœperunt fortiter lachrymari, attendentes quomodo ſedebat in terra, & quod ita ſanctè & purà voluit eos corrigere & docere. Admonebat enim fratres, vt ita humiles, & honeſtas menſas haberent, quod inde ſeculares poſſent ædificari. Et ſi aliquis pauper ſuperueniret, vt inuitaretur à fratribus, & poſſet ſedere æqualiter iuxta eos,& non pauper in terra, & fratres in alto. Ex chronico Minorum gallico lib. 2. c 17.

EXEMPLVM V.

Laborare nolens frater Muſca a ſancto Frãciſco expellitur.

IN primordio religionis cum fratres manerent apud Tigum Cortum prope Aſſiſium,erat inter eos quidam frater,qui parum orabat,& non laborabat,nec pro eleemoſyna ire volebat, & bene comedebat. Conſiderans hoc beatus Franciſcus, cognouit per Spiritum ſanctum, quod erat carnalis homo. Et ait illi: Vade viam tuam frater Muſca,quoniam vis comedere laborem fratrum tuorum,& eſſe otioſus in omni opere Dei, ſicut apis otioſa & ſterilis, quæ non lucratur, & non laborat, & comedit laborem & lucrum bonarum apum, & ſic iuit viam ſuam,& quia carnalis erat, nõ petijt miſericordiam,nec inuenit. D. Bonauent. c. 5. vitæ S. Franciſci, & in chronico gallico lib. 1. c. 35.

EXEMPLVM VI.

Iudicans temerariè pauperem ſocius ſancti Franciſci, pœnitentiam coram paupere facere compellitur.

CVm beatus Franciſcus cauſa prædicationis iuiſſet ad quendam locum fratrum,accidit vt ipſa die, qua debebat prædicare, quidam pauper & infirmus veniret ad eum,cui multum compatiens, cœpit dicere ſocio ſuo de paupertate,& infirmitate ipſius. Et ait ille ſocius eius. Frater verum eſt,quod iſte ſatis pauper videtur, ſed fortè in tota prouincia non eſt aliquis voluntate ditior illo. Et ſtatim reprehenſus durè a beato Franciſco, dixit culpam ſuam, & ait ei beatus Franciſcus: Vis de hoc facere pęnitentiam,quam dicam tibi? Qui reſpõdit. Libenter faciam. Et dixit ei: Vade, & exue tunicam tuam, & proijce te nudum ad pedes pauperis, & dices ei, quo modo peccaſti in ipſo detrahendo ſibi, & dic ei, vt oret pro te. Iuit ergò ille,& fecit omnia, quæ dixerat illi beatus Franciſcus. Quo facto ſurrexit,& induit tunicam ſuam, & reuerſus eſt ad beatum Franciſcum. Et ait illi beatus Franciſcus. Vis ſcire quomodo peccaſti in illo,imò in Chriſto? Cum vides pauperem,debes cõſiderare illum,in cuius nomine venit. j. Chriſtum, qui noſtram paupertatem, & infirmitatem aſſumpſit. Nã infirmitas & paupertas iſtius eſt quodam ſpeculum nobis, per quod ſpeculari & conſiderare debemus cum pietate infirmitatem, & paupertatem Domini noſtri Ieſu Chriſti. S. Antoninus parte 3. hiſt. tit. 24. capit. 2. §. 2. In chronico gallico lib. 1. cap. 49.

EXEMPLVM VII.

Obedientiſſimus Ioan. moritur,& ſanctus Ioannes a beato Franciſco nominatur.

CVm ſanctus pater iuiſſet ad quandã eccleſiã vnius villæ ciuitatis Aſſiſij,

cępit

cœpit eam ſcopare humiliter & mundare, & ſtatim exiuit rumor de ipſo per totam villam. Videbatur enim libẽter ab illis hominibus, & libentius audiebatur. Vt autẽ audiuit hoc quidam ruſticus mirę ſimplicitatis, qui arabat in agro ſuo, Ioannes nomine ſtatim ad ipſum venit, & inuenit eũ ſcopantem eccleſiam humiliter, & deuotè, & ait illi: Frater, da mihi ſcopam, quia volo te adiuuare, & accipiens ſcopam de manibus ſuis, ſcopauit reſiduum, & ſedentib illis ſimul, ait ille beato Franciſco, Frater iã eſt diu, quod habui voluntatem ſeruiendi Deo, & maximè poſtquam de te tuis fratribus rumorẽ audiui, ſed neſciebam qualiter ad te venirem. Nunc autem poſtquam placuit Domino, vt te viderem, volo facere quicquid tibi placuerit. Beatus Franciſcus conſiderans eius feruorem, exultauit in Domino, maximè quia tunc paucos fratres habebat, & videbatur ſibi quod propter ſimplicitem & puritatem ipſius deberet eſſe bonus religioſus. Dixit autem ei: Frater, ſi vis eſſe de vita & ſocietate noſtra, oportet quod ex propries te de omnibus tuis, quæ ſine ſcandalo habere poſſis, & des ea pauperib. ſecundum conſiliũ ſancti Euangelij, quia illud idem fecerunt oẽs fratres mei, qui potuerunt. Quo audito, ſtatim iuit ad agrum, vbi dimiſit boues & ſoluit illos, & duxit vnum coram beato Franciſco, & dixit ei. Frater, tot annis ſeruiui patri meo, & omnib. de domo mea, & licet ſit parua hæc portio hæreditatis meæ, volo hunc recipere pro parte mea, & ipsũ dare pauperibus, ſicut tibi melius videbitur. Videntes autem parentes eius, & fratres ſui, qui erant adhuc parui, quod volebat eos dimittere, cœperunt omnes de domo ſua tam fortiter lachrymari, etiam doloroſas voces cum planctu emittere, quod inde motus eſt beatus Franciſcus ad pietatem, quia magna familia & imbecilis erat. Et ait illis beatus Franciſcus. Parate comeſtionem pro omnib. nobis, & comedamus omnes ſimul, & nolite plangere, quia vos faciam valde lætos. Illi autem ſtatim parauerunt, & omnes ſimul cum magna lætitia comederunt, poſt comeſtionem verò dixit beatus Franciſcus: ille filius veſter vult ſeruire Deo, & de hoc non deberis contriſtari, ſed plurimum gaudere. Vobis enim non tantum ſecundum Deum, & ſed ſecũdum ſeculum iſtud imputatur ad magnum honorem, & profectum animarum & corporum, quia de carne veſtra honoratur Deus, & omnes fratres noſtri erunt veſtri filij & fratres, & quia creatura Deieſt, Deo ſuo creatori vult ſeruire, cui ſeruire regnare eſt: Non poſſum, nec debeo ipſum credere vobis, ſed vt de ipſo habeatis conſolationem, volo quod ipſe expropriet ſe vobis de iſto boue tanquam pauperibus, licet deberet ipſum dare alijs pauperibus ſecundum Euangelium. Et conſolati ſunt oẽs in verbis ſancti Franciſci, & maximè lætati ſunt de boue, quia ſedditus fuit eis, quia pauperes erant valdè. Et quia beato Franciſco nimis placebat pura & ſancta ſimplicitas in ſe, & in alijs, ſtatim induit cum pãnis religionis, & ducebat ipſum ſecum humiliter pro ſocio ſuo. Erat enim ille tantæ ſimplicitatis, quod ad omnia quæ faciebat ſanctus Franciſcus credebat ſe teneri. Vnde quando beatus Franciſcus ſtabat in aliqua eccleſia, vel aliquo loco ad orando, & iſte volebat eum videre, vt omnib. actibus & geſtib. eius ſe penitus conformaret, ita quod ſi beatus Franciſcus flectebat genua, vel leuabat manus ad cęlum, vel ſputabat, vel ſuſpirabat, & ipſe omnia ſimiliter faciebat. Cum autem perpendiſſet hoc beatus Franciſcus, cœpit ipſum de huiuſmodi ſimplicitatib. cum magna lætitia reprehendere. Cui ille reſpondit: Frater ego promiſi facere omnia quæ tu facis, & ideo oportet me tibi in omnibus conformari. Et de hoc mirabatur, & lætabatur mirabiliter beatus Franciſcus, videns ipſum in tanta ſimplicitate puritate. Ipſe verò poſtea cœpit intantum proficere, quod beatus Franciſcus, & alij fratres omnes de ipſius perfectione plurimum mirabantur, & poſt modicum tempus mortuus eſt in illo ſancto profectu virtutũ, vnde poſtea beatus Franciſcus cum lætitia mentis & corporis inter fratres narrabat de eius conuerſatione, nominando ipſum non fratrem, ſed ſanctum Ioannẽ.

Antoninus par. 3. tit. 24. c. 7. in præfatione, in chroni co lib. primo, c. 29.

EXEM.

EXEMPLVM VIII.

Dæmones caſtaldi Domini verberarunt ſanctum Franciſcum apud dominum Hoſtienſem manentem vnde propter fratrum ædificationem recedere voluit.

QVodam tempore beatus Franciſcus iuit Romam, & viſitauit dominum Hoſtienſem. Et cum ſtetiſſet aliquibus diebus cum eo, viſitauit etiam dominum Leonem Cardinalem, qui erat beato Franciſco valde deuotus, & quia tunc erat tempus hyemale, & omnino ineptum ad ambulandum, propter frigus, & ventos, & pluuias, rogauit eum vt dieb. aliquot maneret cum ipſo, & vice vnius pauperis victum ab eo reciperet cum alijs pauperibus, qui in domo ſua quotidie comedebant. Hoc autem dixit, quia ſciebat beatum Franciſcum ſemper velle recipi tanquam pauperculum, vbicunque hoſpitaretur, licet Dominus Papa, & Cardinales cum maxima deuotione & reuerentia ipſum reciperent, & venerarentur ut ſanctum. Et adiecit: Dabo tibi bonam domum remotam, vbi poteris orare, & comedere ſi volueris. Tunc frater Angelus Tancredi, qui erat vnus de duodecim primis fratribus, qui etiam morabatur cum dicto Cardinali, dixit beato Franciſco: Frater, eſt hic prope quædã turris ſpecioſa valde, & remota, vbi poteris tanquam in eremitorio permanere, quam cum vidiſſet beatus Franciſcus, placuit ſibi, & reuerſus ad Dominum Cardinalem, dixit ei: Domine, forſitã manebo apud vos per aliquos dies. Et gauiſus eſt valde Dñs Cardinalis. Iuit ergò frater Angelus & parauit in turri locum pro beato Franciſco, & ſocio eius. Et quia beatus Franciſcus nolebat inde deſcendere, quamdiu maneret apud Cardinalem, nec uolebat aliquem intrare ad ipſum, promiſit & ordinauit frater Angelus quotidie portare ſibi & ſocio victum. Cumque iuiſſet illuc beatus Franciſcus cum ſocio ſuo, in prima nocte, quando uolebat ibi dormire, uenerunt dæmones, & ipſum fortiter uerberauerunt. Et ad uocans ſocium ſuum dixit ei. Frater, uerberauerunt me dæmones ualde fortiter, & iã uolo, ut maneas iuxta me, quia timeo ſtare ſolus, & nocte illa manſit iuxta eum ſocius eius. Nam totus tremebat beatus Franciſcus, ſicut homo qui patitur febrem. Vnde per totam noctem vigilauerunt ambo. Interim dicebat beatus Franciſcus ſocio ſuo: Quare verberauerunt me dæmones? & cur data eſt illis poteſtas a Domino nocendi mihi? Et ait. Dæmones ſunt caſtaldi. i. prætores ſiue executores iuſtitiæ Domini noſtri. Sicut enim poteſtas mittit caſtaldum ſuum ad puniendum illum, qui peccauit, ſic Dominus per caſtaldos. ſ. per dæmones, qui in hoc mundo ſunt eius miniſtri, quemcunque diligit, corrigit & caſtigat. Multoties enim ignoranter peccat etiam perfectus religioſus. Vnde cum non cognoſcit peccatum ſuum, caſtigatur per diabolum, vt diligenter videat, & conſideret interius, & exterius ea, in quib. offendit, quia quos diligit Dominus de vero amore, in hac vita nihil eis relinquit inultum. Ego verò per miſericordiam & gratiam Dei non cognoſco me in aliquo offendiſſe, quod per confeſſionem & ſatisfactionem non emendauerim, imò per miſericordiam ſuã hoc donum cõtulit mihi Deus, quod de omnibus, in quibus placere, vel diſplicere ſibi valeo, in oratione claram cognitionem recipio. Sed poteſt eſſe, quia per caſtaldos ſuos nũc me caſtigauerit, quia licet Dominus Cardinalis libenter mihi miſericordiam faciat & corpori meo, ſicut neceſſe recipere habet recreationem, fratres mei, qui vadunt per mundum, ſuſtinendo famen, & multas tribulationes, & alij fratres qui morantur in eremitorijs, & pauperculis domibus, cũ audierint quod maneo apud Cardinalem, poterunt habere occaſionem murmurandi aduerſum me, dicentes. Nos ſuſtinemus tot aduerſa, & ipſe habet conſolationes ſuas.

Ego aũt teneor illis ſup dare exemplum quia ad hoc datus ſum eis. Nã magis ædificantur fratres cum maneo in pauperculis locis inter ipſos, quam in alijs, & magis patienter portant tribulationes ſuas, cum audiunt me idẽ tolerare. Hoc itaq; fuit ſummum & continuũ ſtudium patris noſtri, vt in omnibus præberet ſemper bonũ exemplum, & alijs fratribus tollere occaſionem murmurãdi de ſe. Et propter hoc ſanus & infirmus tot & tanta paſſus eſt, quod quicunq; fratres ſcient, ſicut nos, qui cum eo fuimus vſque ad diem mortis eius, quotieſcun-

ſiſcunque ea legerent, vel ad memoriam reducerent, non poſſent a ſe lachrymis continere, & omnes tribulationes, & neceſſitates cum maiori patientia, & gaudio ſuſtinerent. Deſcendit ergo beatus Franciſcus ſummo mane de turri, & iuit ad dominum Cardinalem, narrans ei omnia quæ ſibi acciderant, & quæ contulerat cum ſocio ſuo, imò etiam dixit ei: Homines me putant eſſe ſanctum hominem, & ecce dæmones me de carcere eiecerunt. Et plurimum lætatus, eſt dominus Cardinalis cum eo. Verum tamen quia ſciebat & venerabatur eum tãquam ſanctum, noluit contradicere ſibi, poſtquam ibi noluit permanere. Et ſic beatus Franciſcus vale faciens ei, reuerſus eſt ad eremitorium de Fonte columbarum iuxta Reate. S. Bonauentura in vita S. Franciſci cap. 6. Iacobus Epiſcopus Genuenſis in vita S. Franciſci.

EXEMPLVM IX.

Seruum Domini ſe eſſe beatus Franciſcus audiuit, cum ſancta cogitaret, loqueretur, & faceret.

CONuocauit ſemel B. Franciſcus multos fratres, & ait illis. Rogaui Dominum, vt mihi dignaretur oſtendere, quando tum ſeruus eius, & quando non. Nam nihil aliud vellem, quam exiſtere ſeruus eius. Ipſe autem benigniſſimus Dominus ſua dignatione mihi reſpondit: Seruum meum veraciter te eſſe cognoſco, cum ſancta cogitas, loqueris, & operaris. Ideo vocaui vos, fratres, & hæc vobis inſinuaui, vt coram vobis poſſim verecundari, quando videbitis me deficere in omnibus his, vel in aliquo prædictorum. In chronico gallico c. 83. li. 1.

EXEMPLVM X.

Quomodo ſanctus Franciſcus pulchritudinem, & munditiam honeſtatis amauerit, & fratres amare docuerit.

INter alias virtutes, quas diligebat, & deſiderabat eſſe in fratribus, poſt fundamentum ſanctæ humilitatis, diligebat præcipuè pulchritudinem, & munditiam honeſtatis. Vnde volens docere fratres habere oculos pudicos, ſolebat tali ænigmate confingere oculos impudicos. Rex pius, & potens miſit ad reginam duos nuncios ſucceſſiue, reuertitur primus, & verbis ſãtum verba reportat, & nihil loquitur de regina, ſiquidem oculos ſuos tenuerat in capite ſapienter, nec aliqualiter profluerunt in reginam. Redit alius, & poſt pauca verba longam de reginę pulchritudine texit hiſtoriã: Verè, inquit, Domine, vidi pulcherrimam mulierem, fœlix qui fruitur illa. Et rex ad illum. Tu, ſerue nequam, in ſponſam meam ieciſti oculos impudicos, patet quod proſpectam ſubtiliter emere voluiſti. Iubet ergò reuocare primum. Et ait illi. Quid tibi de regina videtur? Optimè, inquit, mihi videtur, quia libenter, & patienter audiuit. Ipſa reſpondit ſagaciter. Et ait illi rex: Nunquid formoſitas quidem ineſt ei? Reſpondit ille: Domine mi, tuum ſit hoc inſpicere, meum autem fuit verba perferre. Fertur a rege ſententia: Tu, inquit, habens oculos caſtos eſto in camera mea corpore caſtior, & fruere delitijs meis, hic vero impudicus exeat domum, nè polluat thalamum. Dicebat ergo; Quis nõ deberet timere reſpicere ſponſam Chriſti, &c. In eodem chronico Minorum gallico lib. 1. c. 34.

EXEMPLVM XI.

Paſſionem Domini ſanctus Franciſcus per viam eundo fortiter deplorabat.

QVodam tempore paulò poſt conuerſionem ſuam, cum ambularet ſolus per viam, non multum longè ab eccleſia ſanctæ Mariæ de Portiuncula, ibat alta voce plangendo. Quidam autem ſpiritualis homo obuiauit illi, & timens ne haberet aliquem dolorem infirmitatis, dixit ei: Quid habes frater? At ille reſpondit. Ita deberem ire per totum mundum, ſine verecundia plangendo paſſionem Domini mei. Tunc ille ſimul cum eo cępit flere, & fortiter lachrymari. Ex chronico gallico lib. 1. cap. 103.

EXEM

EXEMPLVM XII.

Fictus & ſuperſtitioſus ſilentij obſeruator, qui confiteri nolebat niſi per ſigna tantum, turpis apoſtota efficitur.

FVit quidam frater honeſtæ, & ſanctæ conuerſationis exterioris, qui die noctuque videbatur ſollicitus circa orationē, & ſilentium ſic obſeruat continuum, quod aliquando cum ſacerdoti confiteretur, ſolis ſignis quibuſdam, & non verbis, confitebatur. Ita enim videbatur eſſe deuotus, & feruens in dilectione Dei, qđ ſedens aliquando cum fratribus, licet non loqueretur, audiendo tamen bona verba, interius & exterius mirabiliter lætabatur, ita quod ex hoc ſæpè ad deuotionem fratres alios attrahebat. Cum autem pluribus annis in conuerſatione huiuſmodi perſtitiſſet, accidit vt B. Franciſcus veniret ad locum, vbi ille manebat, qui cum audiſſet conuerſationem illius, dixit ei: Sciatis in veritate, quia diabolica tentatio eſt, quia non vult confiteri Interim generalis miniſter venit illuc viſitare beatum Franciſcum, & cępit illud cōmendare coram beato Franciſco. Et ait illi beatus Franciſcus. Crede mihi frater, quoniā a maligno ſpiritu ducitur, & decipitur iſte frater. Dixit generalis miniſter. Mirum mihi videtur, & quaſi incredibile, quod poſſit hoc eſſe de homine, qui habet tot ſigna, & opera ſanctitatis. Et dixit ei beatus Franciſcus: Proba ipſum, dicens illi fratri; Frater, volo penitus, quod bis, vel ſemel ad minus confitearis in hebdomada. Ille autem poſuit digitum ſuper os ſuum, ducens caput, & oſtēdens per ſigna, quod nullatenus hoc faceret, amore ſilentij. Miniſter verò timēs illum ſcandalizare, dimiſit eum, & non poſt multos dies egreſſus eſt ordinem frater ille propria voluntate, & redijt ad ſeculum, portans habitum ſecularem. Factum eſt autem, dum quadam die duo ex ſocijs beati Franciſci ambularent per quandam viam, obuiauerunt illi, qui ambulabat ſolus tanquam peregrinus pauperrimus, cui compatientes, dixerunt. O miſer, vbi eſt honeſta, & ſancta conuerſatio tua. Nolebas enim loqui, & oſtendere te fratribus tuis, & modo vadis diſcurrendo per mundum, tanquam homo ignorans Deum. Ille autem cępit eis loqui, iuraono ſępe in ſua fide, ſicut homines ſeculares. Et dixerunt ei; Miſer homo, cur in fide tua iuras, vt ſeculares, qui non tantum a verbis otioſis, ſed etiam ab omnib. ſilebas, & dimiſerunt eum. Et parum poſt mortuus eſt, & valde admirati ſuimus, videntes ſic ad literam eſſe verum, ſicut prædixerat de illo beatus Franciſcus, tempore quo reputabatur ſanctus ille miſer. S. Bonau. in vita S. Franciſci c. 10. In chronico Minorum latino lib. 12. c. 28. & gallico lib. 1. c. 113.

EXEMPLVM XIII.

Conuertitur Dominus Bernardus humili conuerſatione beati Franciſci, & Dominus Syluester eiuſdem feruore, & Domini Bernardi ſanctitate.

CVm ſanctus Franciſcus adhuc eſſet in habitu ſeculari, tamen totus deſpectus, a ſpe ſeculi deſperatus, & propter pœnitentiam totum deformis, & ſqualidus, ita vt a multis putaretur inſanus, per magnum tempus ſic eundo per Aſſiſium, luto, & lapidib. tam a ſuis, quam ab extraneis innumeris afficiebatur iniurijs. Ipſe verò patientiſſimè, vt ſurdus & mutus, in omnibus pertranſibat hilari facie. Dominus autem Bernardus de Aſſiſio, qui erat de nobilioribus, & ditioribus, & ſapientioribus de tota ciuitate, cuius conſilijs omnes acquieſcebant, conſiderare ſapienter incœpit tam altum mundi contemptum in ſancto Franciſco, & tantam conſtantiam in iniurijs, & tantam longanimitatem in tolerando, ita quod quaſi per duos annos ſic abominatus, & deſpectus ab omnibus, ſemper conſtantior videbatur. Dixit in corde ſuo dictus Dominus Bernardus. Nullo modo poſſet eſſe, quod iſte Franciſcus non haberet gratiā Dei. Et inſpiratus a Domino, inuitauit ſanctum Franciſcum, vt manducaret cum eo de ſero. Cui ſanctus Franciſcus humiliter aſſentiens, māducauit cum eo illo ſero. Dominus autem Bernardus propoſuit in corde ſuo, velle experiri ſanctitatem ſancti Franciſci, vnde inuitauit eum, vt illa nocte in domo ſua quieſceret. Et ſancto Franciſco humiliter annuante, Dominus Bernardus fecit parari lectum in ſua camera propria, in qua iugiter de

nocte

nocte lampas ardebat. Sanctus autem Franciſcus, vt intrauit cameram, vt abſconderet diuinam gratiã quam habebat, ſtatim proiecit ſe in lectum, oſtendẽs ſe velle dormire; Dominus autem Bernardus potuit in corde ſuo illum latenter obſeruare de nocte. Vnde vſus eſt tali cautela, quod cum aliquantulum in ſuo lecto quieuiſſet, finxit ſe altè dormire, & profundiſſimè ſtertere. Sanctus autem Franciſcus ſecretorum Dei fidelis abſconditor, cum æſtimaret Dominum Bernardũ profunde dormire, in profundo noctis ſurgit de lecto, & eleuata facie in cœlum, & eleuatis etiam manib. & oculis ad Deum; totus intentus, & feruenter ignitus, deuotiſſimè orãs, dicebat: Deus meus & omnia. Et hæc verba cum tantis lachrymis ingeminabat ad Deum, & cum tãta frequentitate ſequentabat quod vſque ad matutinum aliud non dicebat, niſi Deus meus & omnia. Hæc autem dicebat ſanctus Franciſcus, admirans diuinæ maieſtatis excellentiam, quæ pericliranti mundo condeſcendere videbatur, & per ipſum ſuum filium de ſalute pauperum diſponebat remedio prouidere. Spiritu enim prophetico illuminatus, præuidendo magnalia, quæ per ipſum ſuum ordinem Deus erat facturus, & eodem docente ſpiritu ſuã inſufficientiam & paruitatem virtutis conſiderans, inuocabat Dominum, vt quod ipſe non poterat, ipſe Deus perficeret, ſine quo nihil poteſt humana fragilitas, propterea dicebat: Deus meus & omnia. Dominus autem Bernardus, lampade ibi lucente, cuncta videns, & prædicta verba diligenter, & ſancti deuotionem vigili obſeruatione perpendens, à Spiritu ſancto accenſus in medullis cordis intrinſecus, ſtatim mane facto aduocat ſanctum Franciſcum, & ait: Frater Franciſce, ego penitus propoſui relinquere mundum, & ſequi ad quæcunque mandaueris. Sanctus autem Franciſcus hæc audiens, exultauit in ſpiritu, & cum gaudio magno ait: Domine Bernarde, iſtud eſt opus tam arduum, quod de hoc eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti conſilium requirendum, vt ipſe dignetus beneplacitum ſuum nobis oſtendere, qualiter illud perficere debeamus, & ideo pergamus ſimul ad Epiſcopatum, vbi eſt vicinus bonus ſacerdos, & faciemus dici miſſam, qua audita orabimus ibi vſq; ad tertiã Inoratione autem noſtra petemus a Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt dignetur nobis oſtendere interna aperitione miſſalis viam ſibi beneplacitam, quã debeamus eligere. Dominus autem Bernardus dixit: Placet quod dicis. Iuerunt ergò ad Epiſcopatum, & audita miſſa, & oratione vſque ad tertiam protelata, ſumpſit ſacerdos prædictus miſſale ad rogationẽ ſancti Franciſci & domini Bernardi, & ſigno crucis ſe muniens, aperit Euangelium in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua aperitione primo occurrit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quę habes, & da pauperibus In ſecunda aperitione occurrit. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam. In tertia occurrit. Nihil tuleritis in via.

Et his viſis, dixit ſanctus Franciſcus domino Bernardo, Ecce ſignũ Domini, quod habemus, vade, & perficè quę audiſti, & benedictus ſit Deus noſter Ieſus Chriſtus, qui dignatus eſt viam ſuam euangelicam demonſtrare. Statim autem dominus Bernardus cuncta bona ſua diſtraxit, quæ erat valde magni valoris, & omnia pauperibus tribuebat, portãs plenum gremium pecunia, & viduis, & orphanis, peregrinantibus, & Deo ſeruientibus affluenter & liberaliter diſpergebat ſancto Franciſco ad omnia ſupradicta ipſum ſociante, & fideliter adiuuante. Dominus autem Siluester dum diſpergi videret hæc omnia auaritia ductus, dixit ſancto Franciſco. Tu de quibuſdam lapidibus pro eccleſijs reparandis non plene ſoluiſti. Sanctus autem Franciſcus admirans eius auaritiam, & nolens cum ipſo cõtendere, vt verus euangelij obſeruator, omni petenti ſe tribuens, miſit manum ſuam in ſinum domini Bernardi, & plenã pecunia poſuit in ſinum domini Silueſtri, & ait: Si adhuc plus petas, plus darem. Ille autem contentus, recеſſit. Poſt hæc dominus Siluester, cum rediſſet domum, & de ſero cogitaſſet quæ fecerat in die, redarguens auaritiam ſuam, & recogitans feruorem domini Bernardi, & ſanctitatem ſancti Franciſci, in prima, ſecunda, & tertia nocte oſtenta fuit ſibi crux aurea procedens ex ore ſancti Franciſci, cuius ſummitas cœlos tangebat, & brachia protenſa in latum vſque ad mundi fines videbantur extendi. Propter quod tactus a Domino

mino, cuncta bona sua distraxit, & pauperibus, dedit, & factus postmodum frater Minor, tantæ fuit sanctitatis & gratiæ, quod loquebatur cum Deo, sicut amicus cum amico, sicut sanctus Franciscus pluries est expertus. Dominus verò Bernardus omnibus suis dispersis pro Deo, & omnino pauper euangelicus factus, tantam gratiam à Deo promeruit, quod sæpe rapiebatur ad Dominum. Et sanctus Franciscus prædicabat cum reuerentia dignum, & dicebat qđ ipse ordinem illũ fundauerat, pro eo quod euangelicam paupertatem omnia pauperibus distribuendo ipse primus incæpit nihil penitus sibi reseruans, sed nudum se offerens brachijs crucifixi, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. S. Bonauent. in vita S. Francisci c. 3. & lib. 1. chro. Minorum gall. c. 27. & c. 8.

EXEMPLVM XIV.

Angelus à Massæo ad portam pulsare didicit, & fratrem Bernardum flumen transuexit, superbus autem Helias Vicarius Ordinis sancti Francisci Angelum fugauit, & tandem apostatauit.

IN principio ordinis, quando erãt pauci fratres, & adhuc non essent capta loca, sanctus Franciscus iuit ad visitandum sanctum Iacobum, ducens secum aliquos socios, quorum vnus erat frater Bernard⁹. Cum autem irent pariter, inuenerunt in quadam terra vnum infirmum, cui compatiens sanctus Franciscus, dixit fratri Bernardo: Volo fili, quod remaneas ad seruiendum isti infirmo.

Qui statim flexis genibus, & capite inclinato, suscepit reuerenter obedientiam sancti patris. Sanctus autem Franciscus relicto fratre Bernardo cum dicto infirmo, iuit ad sanctum Iacobum cum alijs socijs. Et cum staret, & adoraret in sancto Iacobo, fuit sibi reuelatum à Deo, quod caperet loca per mundum, eo quod deberet eius ordo in magna multitudine dilatari. Vnde & tunc ex diuino imperio cępit loca capere circumquaque. Rediens autem sanctus Franciscus per viam primam, inuenit fratrem Bernardum, & infirmum sibi commissum perfectè sanatum. Vnde sequenti anno concessit sibi sanctus Frãciscus, quod frater Bernardus iret ad sanctum Iacobũ. Interim sanctus Frãciscus redijt in vallem Spoletanam. Et cum staret in quodam loco deserto ipse, & frater Massæus, & frater Helias, & quidam alij, quadam die sanctus Franciscus iuit in siluam ad orandum, socij verò eius, habentes eum in magna reuerentia, timebant eius orationem aliqualiter impediri, propter magnalia quæ sibi Deus in omnibus faciebat. Accidit quod quidam valdè pulcher iuuenis, accinctus vestes quasi ad ambulandum paratus, venit ad portam, & pulsauit tam festinanter, & diu, quod fuit insolitum.

Accedens autem frater Massæus ad portam, ait illi iuueni; Fili, nondum te credo ad portam fratrum fuisse, quia nescis moderatè pulsare. Et iuuenis respondit. Quo modo debet fieri? Cui dixit frater Massæs: Pulsa ter, & ratò vnam pulsationem post aliam, postea expecta donec compleat pater noster, & ueniat ad te, & si in hoc interuallo non venit, tu iterum pulsa.

Iuuenis autem respondit: Ego magnam festinantiam habeo, ideo sic pulso, nam habeo facere magnum iter, ueni autem huc, ut loquerer fratri Francisco, sed ipse modò est in contemplatione in silua, ideo nolo eum impedire, sed uade mitte mihi fratrem Heliam, audiui quod ipse est ualde sapiens, & ideo uolo sibi facere unã quæstionem. Frater autem Massæus, cum dixisset fratri Heliæ, ut iret ad eum, tulit molestè, & noluit ire superbiens, & irascens. Frater autem Massæus nesciebat quid faceret, quia si dicebat quod non poterat ire, mentiebatur, si uerò dicebat quod erat turbatus, timebat ne haberet malum exemplum. Et quia interim tardabat uenire, iste iuuenis iterum pulsauit, ut prius. Tunc uenit frater ad portam, & ait iuueni. Tu non seruasti doctrinam meam in pulsando. Ille autem iuuenis erat Angelus Dei, qui anticipans responsionem fratris Massæi, dixit; Frater Helias non uult uenire ad me, sed uade ad fratrem Franciscum, & dices quod ego ueni ad loquendum cum eo, quia uerò nolo impedire ipsum, dicas quod mihi mittat fratrem Heliam. Tunc frater Massæus iuit ad fratrem Franciscum stantem, & orantem facie eleuata in cœlum, & dixit ei totam amba-

ambaſiatam dicti iuuenis,& reſponſionem fratris Heliæ. Tunc ſanctus Franciſcus, nec ſe mutando de loco, nec faciem declinando a cęlo,dixit: Vade, & dic Heliæ fratri, quod per obediẽtiam ſtatim vadat ad eum. Frater verò Helias iuit ita turbatus ad portam,quod in aperiendo oſtium cum impetu fecit validum ſtrepitum, & rumorem,dicens iuueni: Quid vis tu? Ille autem iuuenis ait: Caue chariſſime,quia videris turbatus,cum ira impediat animum ne poſſit cernere verum. Tunc frater Helias ait: Dicas quid vis. Et ille: Quæro a te,inquit,vtrum obſeruatoribus ſancti euangelij licet de omnibus quæ apponuntur, prout Chriſtus tradidit, manducare? & vtrum alicui homini liceat obſeruatoribus ſancti euangelij contraria imponere euangelicæ libertati? Frater Helias reſpõdit ſuperbè: Bene ſcio iſta, nolo tibi dicere,vade pro factis tuis. Iuuenis reſpondit: Ego ſcirem melius ad iſtam quęſtionem reſpondere,quam tu. Frater verò Helias clauſit oſtium cum impetu, & receſſit. Et cum cogitaret intra ſe de dicta quęſtione,hæſitauit,nec enodare ſciebat. Ipſe enim, cum eſſet vicarius ordinis, præſumpſerat vltra euangelia, & regulam ordinare,& conſtitutionem iam fecerat,quod nullus frater in ordine carnes manducaret, ita quod dicta quæſtio erat totaliter contra eũ. Vnde cum ne ciret declarare, conſiderans prędicti iuuenis modeſtiam & quod etiam dixerit quæſtionem prædictam eo melius enodare,redijt ad portam, aperius oſtium, vt ab ipſo iuuene [dictam quæſtionem] ſibi peteret enodari. Sed aperta porta, nullus apparuit, nec circumquaque quæſitus poterat reperiri. Ille autem iuuenis erat Angelus Dei,qui propterea ipſum non expectando receſſit, quia ſuperba mens non fuit digna habere colloquiũ angelicum. Quibus peractis ſanctus Franciſcus cui omnia fuerunt reuelata,rediens de ſilua,acrius redarguit cum clamore valido fratrem Heliam, dicens: Malè facis frater Helia,& ſuperbè, quia repellis ſanctos Angelos,qui veniunt ad nos viſitandos & inſtruendos. Dico autem tibi,quod timeo vehementer,ne tua ſuperbia extra iſtum ordinem faciat te fieri. Et ita ſibi in poſterum accidit,ſicut ſanctus Franciſcus ſpiritu prophetico ante dixit. In eodem autem die, & hora,qua iſte Angelus a fratre prædicto receſſit, apparuit in eadem ſpecie fratri Bernardo redeunti de ſancto Iacobo,& Ratim iuxta quendam magnum fluuium, quem tranſire non poterat, ſalutans fratrem Bernardum idiomate proprio dixit. Deus det tibi pacem,ò bone frater. Et frater Bernardus admirans de pulchritudine eius, & de lingua ſibi nota, & de ſalutatione pacifica,& de facie læta, interrogauit eum. Vnde te habeo,o bone iuuenis? Et ille reſpondit; Venio de tali loco, vbi moratur ſanctus Franciſcus, & iui ad colloquendum cum eo,ſed non potui,quia ſtabat in ſilua ad contemplandum diuina. Et ſtabat cum eo in illo loco frater Maſſeus & frater Aegidius,& frater Helias. Et frater Maſſeus docuit me ſonare ad portam veſtram, frater uerò Helias,quia de quæſtione, quam ſibi feci, me audire contempſit quando poſtea ſibi pœnituit, & voluit me audire,& videre,non potuit. Et his dictis, ait Angelus fratri Bernardo. Quare,chariſſime,differs vltra fluuium tranſire? Reſpondit; Quia periculum timeo,propter profunditatem aquarum quas video. Et Angelus dixit. Tranſeamus ſimul,non dubites. Et apprehenſa manu eius, in ictu oculi fratrẽ Bernardum in alterum partem fluminis in columen poſuit. Cernens hoc frater Bernardus,quod iſte eſſet angelus Domini,cũ magna deuotione,ac reuerentia,ac gaudio dixit;O Angele benedicte Dei,dicas mihi, quod eſt nomen tuũ? Qui reſpondit. Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Et hoc dicto diſparuit, & reliquit fratrem Bernardum valde conſolatum,ita ut totam viam illam cum gaudio ambulauit. Ipſe vero frater Bernardus diem, & horam notauit,quando Angelus ſibi apparuit. Et poſtquam peruenit ad locum, vbi ſanctus Franciſcus cum ſocijs prædictis morabatur,omnia illis per ordinem recitauit. Vnde certiſſimè aduerterunt,quod iſte diem Angelus, & ipſis & illi eadem die, & hora apparuit. Ant.3. part.tit.24. & 2. par.chronici gallici li.5.c.3.& lib. 1.c.109.

mandiolam pergeret. In ipſo autem itinere, cum ad quoddam caſtrum Montis Feretri peruenisſet, celebrabatur tunc ibidem militiæ nouæ magna ſolemnitas. Quod cum didiciſſet pater ſanctus ab incolis, fratri Leoni ſocio ſuo dixit: Eamus ad iſtos, quia cum adiutorio Dei inter eos aliquem fratrem faciemus. In dicta autem ſolemnitate erant multi nobiles de diuerſis partibus congregati, inter quos erat quidam de Tuſcia dominus, Vrlandus nomine, valde diues & nobilis, qui propter miranda, quæ de ſancto Franciſco audierat, magnam deuotionem ad ipſum conceperat, eumque audire, & videre cupiebat. Sanctus autem Franciſcus cum prædictum caſtrum intraſſet, vt commodius à multitudine audiretur, ſuper quendam murum aſcendit, & ibidem aſtanti multitudini prædicauit. Et pro themate propoſuit in vulgari ſuo, j. Gallico, quod ſic ſonat in Latino: Tantum eſt bonum quod expecto, quod omnis pœna me delectat. Et ſuper hoc verbo tam de uotè diuina eloquia per linguam eius eructauit Spiritus ſanctus, probando ſcilicet illa per pœnas Martyrum, & Apoſtolorum martyria, & duras pœnitentias Confeſſorum, multaſque tribulationes Sanctorum, quod omnes aſtabant ſuſpenſa mente, quaſi Angelum attendentes. Inter quos Vrlandus prædictus gauiſus valdè de optata ſancti Franciſci præſentia, & tactus intus de illius prædicatione mirifica, propoſuit omnino cum ſancto patre de animæ ſuæ ſalute tractare. Vnde prædicatione finita, dixit ſancto Franciſco: Pater, ego aliquam vellè tecum de ſalute animæ tractare. Sanctus verò Franciſcus totus diſcretionis ſale cõditus, dixit ad eum: Domine, vade hoc manè, & honora amicos tuos, cum te inuitauerint ad feſtum, & poſt prandium loquemur quantacumque uolueris.

Ille autem aſſentiens, poſt prandium cũ ſancto Franciſco de ſalute animæ ſuæ plenius ordinauit, & in fine dixit. Frater Franciſce, ego habeo unum montem in Tuſcia deuotiſſimum, & ſolitarium ualde, & uocatur mons Aluerniæ, multum aptus his, qui ſolitariam uitam deſiderant, ſi enim tibi, & ſocijs tuis mons ille placeret, libentiſſimè pro animæ meæ ſalute eum uobis donarem. Sanctus uero Franciſcus affectuoſiſſimè deſiderabat loca ſolitaria inuenire, ubi poſſet commodius diuinæ contemplationi uocare, ita quòd audita oblatione præfata, primo referens laudem Deo qui per ſuos fideles prouidet ſuis ouiculis deinde gratias agens dicto domino Vrlando, ita reſpondit: Domine, cum redieritis ad partes ueſtras, ego mittam uobis duos de ſocijs meis, & uos montem illum eis moſtrabitis, & ſi aptus uidebitur libentiſſimè ueſtram charitatiuam oblationem accepto. Prædictus autem dominus habitabat in quodam ſuo caſtro, prope montem Aluerniæ.

Completa igitur ſolemnitate prædicta, & domino ad propria redeunte, ſanctus Franciſcus miſit ad eũ duos de ſocijs ſuis, qui ab eo tanquam angeli Dei charitatiuè & libentiſſimè ſunt recepti, & quaſi cum quinquaginta armatis, fortè propter feras aſſociati, ad dictum monte Aluerniæ adducti ſunt. Qui perquireres ubi poſſet prohabitaculo præparare, inuenerunt tandem ibidem paruam planiciem, ubi in nomine Domini deliberauerunt commorari. Illi uerò ſeculares, qui fratres conduxerunt, cum ſpathis ramos arborum incidentes, de ipſis ramis quoddam tugurium conſtruxerunt. Et capto ibi loco, iuerunt pro ſancto Franciſco, annunciãtes dictum locum eſſe ualde remotum, & aptum contemplationi diuinæ. Sanctus uerò Franciſcus hoc audiens, & laudes Deo referens, aſſumpto fratre Leone, fratre Maſſeo, & fratre Angelo quondam milite, ſimul cum ipſis ad dictum montem accеſſit. Cum autem aſcenderet montem cum illis ſocijs benedictis, & aliquantulum quieſcerent ad pedem cuiuſdam quercus, multitudo diuerſarum auium confluit ad beatum Franciſcum cum hilaritate, & cantibus & alarum ioco, & aliquæ ponebant ſe ſuper capur eius, aliquæ ſuper ſcapulas aliquæ ſuper genua, aliquæ in manibus ſancti patris. Quod mirabile nouum cernens ſanctus Franciſcus, dixit ſocijs ſuis: Credo, chariſſimi fratres mei, qđ Domino noſtro Ieſu Chriſto placeat, ut locũ in hoc monte ſolitariè capiamus, ubi tamã de aduentu noſtro prætendunt lætitiã ſorores noſtræ auiculæ. Et ſurgens totus letꝰ in ſpiritu, perrexit ad dictũ locum, ubi adhuc nihil erat, niſi paruum illud tugurium de ramis arborũ. Et prouiſo ſolitario loco, ubi ab alijs ſeque-

ſtratus oraret, fecit inibi pauperculam cellam in latere dicti montis, & præcepit qđ nullus ad eum iret de ſocijs ſuis, nec aliquē alium permitterent ire, niſi fratrem Leonē quia intendebat ibi facere quadrageſimam ad honorem Archangeli Michaelis. Ipſe autem fratri Leoni impoſuit, vt non niſi ſemel in die iret ad eum cum pane, & aqua, & ſemel in nocte hora matutinali, in qua hora nihil loquendo accederet, ſed dolum proferret, Domine labia mea aperies. Et ſi ipſe reſponderet.

Et os meum annunciabit laudem tuam, ſimul dicerent matutinum. Si verò non reſponderet, ſtatim frater Leo recederet. Et hoc ideo præcepit, quia erat aliquando in tanta extaſi mentis, quod per noctem & diem loqui non poterat, ita erat abſorptus in Deum. Quod præceptum frater Leo attentiſſimè obſeruabat, nihilominus tamen ſilenter quantum poterat, quid ſanctus faceret, explorabat, & aliquando inueniebat eum extra cellam eleuatum in aere per tantum ſpatium, quod poterat tangere pedes eius, & tunc amplexabatur eos, & deoſculabatur cum lachrymis, dicens. Deus propitius eſto mihi peccatori, & per merita huius ſanctiſſimi viri fac me tuam miſericordiam inuenire. Aliquādo verò inueniebat eum vſque ad medias fagos eleuatum à terra. Erant autem ibi de dictis arboribus proceræ altitudinis valde. Aliquando inuenit eum in tanta altitudine aeris elauatum a terra, quod vix eum videre valebat, & tūc bonus frater Leo genu Pectebat, & totum ſe extendebat in terram, in loco ſcilicet, vnde ſanctus pater orando erat in altum aſſumptus, & idem bonus frater Leo orās ac rogans per merita ſancti patris, vt prius ſe Deo recommendans, per maximas viſiones diuinæ gratiæ ſentiebat.

Et propter illa, quæ dictus frater Leo ſæpe de ſancto aduerterat, tantam deuotionem ad ipſum habebat, quod multum ſæpe cum ſancta calliditate per noctem, & diem occulta ſancti Franciſci ſtudia ſcrutabatur. Vnde accidit, vt frater Leo ſemel ad matutinum ad ſanctum Franciſcum, ſicut ſolebat, iret requirere.

Et cum ſtatim introiſſet, & dixiſſet, Domine labia mea aperies, &c. vt a ſancto fuerat ordinatum, & ſanctus non reſpōderet, lucente luna aduertit, quod ſanctus nō ſtabat in cella, & cogitans vt oraret, & per ſiluam hinc inde reſpiciens, audiuit eum loquentem, & appropinquans vt audiret qđ diceret, lunæ lumine indicante, vidit ſanctum Franciſcum ſtantem genibus flexis, & facie eleuata in cœlū, ac manib. extenſis ad Deum, & dicentem hæc verba. Quid es tu dulciſſime Deus meus, & quid ſum ego vermiculus, & paruus ſeruus tuus? & hoc ſæpe replicans, & aliud non dicebat. Et reſpiciens vidit vnam flemmam ignis pulcherrimam, & valde ſplendentem, & delectabilem oculis, deſcendentem à ſummis cœlorum vſque ad caput ſancti Franciſci. Et de illa flamma vox egrediebatur, & loquebatur cum ſancto Franciſco & ſanctus Franciſcus reſpendebat loquenti. Sed frater Leo timens, cælauit ſe retro, ne impediret ſanctū in tam ſanctis ſecretis, ita quod intelligere non poterat quæ verba tunc diceret vidit tamen quod ſanctus Franciſcus extendit manum ſuamiter ad prædictam flammam. Flamma vero recedente, frater Leo incepit recedere planè, ne ſentiretur a ſancto, ſed audiens ſanctus Franciſcus ſonitum pedum eius, dixit. Precipio quiſquis es in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod ſtes fixus, nec te moueas de loco. Cui frater Leo dixit: Ego ſum pater. Et dixit poſtea frater Leo, quod tunc fuit tanto terrore perterritus, quod ſi terra ſe aperuiſſet, ibi ſe libenter abſcondiſſet, timebat enim ne ſi ſanctum offenderet, gratioſa in ſocietatem eius amitteret.

Nam tatus erat amor & fides, quam habebat ad ſanctum, quod ſine ipſo nullo modo viuere confidebat. Et propter hoc quandocumque aliqui loquebantur de ſanctis, frater Leo dicebat. Chariſſimi, magni ſunt omnes ſancti, ſed ſanctus Franciſcus etiam eſt de magnis, propter miracula quæ Deus operatur per ipſum. Quem ſanctus recognoſcens: frater, inquit, pecorelle, ad quid huc veniſti? Nonne dixi tibi multotiens, quod pro me explorando nō vadas? Dicas mihi per obedientiam, aliquid vidiſti? Reſpondit: Pater, audiui te loquentem, & dicentem, & cum multa admiratione frequenter orantem.

Quid es tu dulciſſime Deus meus, & qđ sū ego vermiculus, & paruulus ſeruus tu? Et tunc vidi flammam ignis deſcendentē de cœle tecū loquentem, & te illi pluries reſpon-

reſpondentem, & manum illi tertiò exten dentem, ſed quid dixeris ego ignoro. Et genu flectens frater Leo, cum ualde magna reuerentia rogauit ſanctum dicens; Rogo te, pater, vt exponas mihi uerba quę audiui, & doceas illa quæ non audiui. Vt ſanctus Franciſcus, quia multum diligebat fratrem Leonem, propter puritatem & manſuetudinem quam habebat, dixit ei. O frater pecorelle Ieſum Chriſti, in his quæ audiſti, & vidiſti, erãt mihi aperta duo lumina, quorum vnum eſt de cognitione creatoris, & aliud de cognitione eſt meijpſius. Quando ergò diceba: Quid es tu Domine omnipotens Deus meus, & qui ſum ego, tunc eram in quodam lumine cõtemplationis, in quo videbam abyſſum infinitæ bonitatis diuinæ, & profundum lachymoſum vilitatis meæ, propterea dicebã. Quid es Domine ſumme ſapiens, & ſumme bone, & ſummè clemens, vt viſites me, qui ſum ſummè vilis, & vermiculus unus modicus, abominabilis, & deſpectus. Illa uerò flamma fuit Deus, qui in ſpecie illa mihi, ſicut Moyſi in flamma, loquebatur. Et inter alia quæ mihi Deus tunc dixit, petijt a me, quod ego ſibi oblationes tres facerem. Cui ego reſpondi: Domine, ego ſum totus tuus, & nihil habeo niſi tunicã, & chordam, & fœmoralia, & iſta tua ſimiliter ſunt. Quid ergò potero deuotionis magnitudinis tuæ offerre? Nam cœlum, & terra, ignis, & aqua, & omnia quæ in eis ſunt tua ſunt Domine, quis enim habet quicquam niſi tuum? Quæ ergò tua ſunt reddimus tibi, cum aliquid tibi offerimus. Quid ergò potero tibi offerre, Domine Deus, rex cœli & terræ, & uniuerſæ creaturæ? Et tunc Deus dixit mihi; Mitte manũ in ſinum tuum, & offer mihi quicquid inueneris. Quod cum feciſſem, inueni unam monetam de auro tam magnam, & tam fulgentem, & tam pulchram, quam nunquam uideram in hoc mundo, & tunc obtuli illam Deo. Dixit uerò iterum Deus: Offer mihi iterum, ſicut prius. Ego autem dixi Deo; Domine, ego non habeo, nec amo, nec uolo niſi te, & propter amorem tuum deſpexi aurum & omnia, unde ſi aliquid amplius inuenitur in ſinu, tu poſuiſti illud, & tibi dominatori omnium reddo. Et hoc feci ter Et facta trina oblatione, ego genuflexi, & benedixi Deum, qui mihi dedit quod offerre ualerem. Et ſtatim fuit mihi datum intelligere, quod illa trina oblatio figurabat auream obedientiã, paupertatem altiſſimam, & ſplendidiſſimam caſtitatem, quas Deus per gratiam ſuã dedit mihi ita perfectè ſeruare, quod in nullo me conſcientia reprehendit. Et ſicut quando mittebam manum in ſinum, proferebam illas monetas ipſi Deo, qui illas ibidem poſuerat, ita dedit mihi Deus potentiam in anima, quod de omnibus bonis tui hi ab ipſo per ſuam ſanctiſſimam bonitatẽ conceſſis ſemper eum ore & corde laudo, & magnifico. Hæc ergò fuerunt verba quæ & audiſti, & manuum extenſio quam vidiſti. Sed caue tibi, frater pecorelle, ne vadas poſt me, deinde explorando, & reuertere ad cellam tuam cum benedictione Dei, & habeas de me curam ſollicitam. Nam ad paucos dies faciet Dominus tam ſtupenda & mirabilia in hoc monte, quod admirabitur totus mundus. Faciet enim noua quædam, quæ nunquam in hoc mundo fecit alicui creaturę. Quod & poſtea effectus ſubſecutione manifeſtè apparuit. Nũquam enim Deus ante id temporis, quamuis multis ſanctis multas gratia, & amicitiæ pignora oſtenderit, alicui eorum ſtigmata ſuorum benedictorum vulnerum impreſſit. Alijs enim dedit virtutem morbos curandi qui nullorum medicaminum ope curari potuerunt. Alijs gratiam expellendi malignos ſpiritus ex hominum obſeſſorum corporibus in amicitiæ pignus contulit. Alijs verò futurorum præſcietiam, quæ ſibi propria eſt, impartiri dignatus eſt. Sed beato patri Franciſco, vt ſibi peculiariter dilecto, contulit vt ſibi configuraretur per ſtigmatum ſuſceptionem, quod etenim amoris, dilectionis, & amicitiæ verum acceptiſſimum teſtimonium eſt. Tunc verò frater Leo receſſit valdè bene conſolatus. In illa verò eadem Quadrageſima, apparuit in ipſo monte, circa feſtum exaltationis ſanctæ Crucis, Chriſtus in ſpecie Seraphin alatus, & velut crucifixus imprimẽs tam clauos, quam ſtigmata in manib. & pedibus ac latere ſancti Franciſci, prout dicit Legenda. Et apparuit cum tanto ſplendore de nocte, quod illuminauit montes, & valles circũquaq; diſtinctos, amplius quã ſi ſolis claritas affuiſſet, de quo teſtes fuerunt paſtores, qui per partes illas cum grẽ-

gibus vigilabãt. Quare verò impreſſa fuerunt ſtigmata illa ſacra ſancto Franciſco, nondum per omnia innotuit, ſed ſicut ipſe ſocijs referebat, hoc præfertur myſterium in futurum. Hanc hiſtoriam habuit frater Iacobus de Maſſa ab ore fratris Leonis, & fratres Vgolinus de monte ſanctæ Marię ab ore dicti fratris Iacobi, & ego qui ſcripſi ab ore fratris Vgolini, viri per omnia fide digni ad laudem Dei. Antoninus 3. parte hiſtoriæ titulo 24. cap. 2. §. 8. & primæ partis Chronici Gallici Minorũ cap. 55. lib. 2. & li. 1. cap. 99. Bonauentura in vita S. Franciſci cap. 13.

EXEMPLVM XVII.

Verba Dei beatus Franciſcus, & ſui colloquentes, viderunt Chriſtũ in ſpecie pulchri iuuenis, & in extaſim rapti ſunt.

SAnctiſſimus pater noſter Franciſcus, qui totum cogitatum ſuum in Chriſto benedicto iactauerat, & totum ſuum ſtudium, & deſiderium & orandi, & legendi ad eius beneplacitum in ſe, & ſocijs ſuis ordinabat. Cùm in principio ſuæ conuerſionis quadam vice ſederet pius pater cum filij tam benedictis, in feruore ſpiritus vni eorum præcepit, vt in nomine Domini os aperiret, & loqueretur de Deo quicquid ei Spiritus ſanctus ſuggerebat. Cum ille ſine mora & obedientes inciperet, & ſtupenda docẽte Spiritu ſancto eructaret, beatus pater impoſuit ſibi ſilentium. Et alteri præcepit, vt ſimiliter de Deo loqueretur, ſecundum gratiam à Spiritu ſancto ſibi miniſtratam. Et illo obediente, & Dei magnalia per Dei gratiam diffundente, ſanctus Franciſcus huic, ſicut primo, ſilentium imperauit. Et tertio impoſuit, vt ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti abſq; præmeditatione aliquid eructaret. Et iſte tertius aliorum exemplo & humiliter obedientiam adimplendo, tam miranda & arcana de diuinis occultis producebat in lucem, quod nulli dubium erat, quod per ipſum & alios Spiritus ſanctus loquebatur. Cum igitur ſic ſigillatim vaſa illa ſanctorum ſimplicium balſamum diuinæ gratiæ funderent, ad imperium ſancti patris loquendo melliflue de diuinis, ecce in medio eorum Dominus Ieſus Chriſtus apparuit, in ſpecie ſpecioſiſſimi iuuenis, cum tanta dulcedine gratiæ omnibus benedicens, quod tam ſanctus pater, quam cęteri omnes fuerunt rapti, & iacebant in terra, ſicut mortui, de mundo illo nihil penitus ſentientes. Cum verò ad ſeipſos redirent, dicebat ſanctus pater: Fratres mei dilectiſſimi, gratias agite Domino Ieſu Chriſto, quia placuit ei per ora ſimplicium theſauros diſſeminare cœleſtes, & ipſe aperit os infantium: & linguas ſimplicium facit ſapientiſſimas, & diſertas. Curonico Minorum gallico lib. 1. cap. 30.

EXEMPLVM XVIII.

Gulam ſanctus Frãciſcus cum ſancta Clara cæterisq; fratribus auditu diuini verbi ſuperantes parum aut nihil comederunt.

FRanciſcus ſeruus Dei altiſſimi viuẽte beatiſſima Clarẽ cum frequenter illã ſacris ſuis exhortationibus conſolaretur, illa rogauit beatum patrem Franciſcum, quod faceret ei hanc conſolationem, vt ſcilicet ſemel in ſimul manducarent. Beatus autem Franciſcus ſemper hoc facere renuebat. Vnde accidit quod ſocij ſancti patris ſanctæ Claræ deſiderium perpendẽtes, beato Franciſco dixerunt: Pater nobis videtur quod rigor iſte non ſit ſecundum diuinam charitatem, videlicet quod ſororem Claram tam ſanctam, & Deo dilectã non exaudis: præſertim cum ipſa ad tuam prædicationem pompas ſeculi dereliquit: propter quod nedum ſemel ſumere cibum tecum, ſed ſi cum tanta inſtantia maiorem gratiam poſtulaſſet, ipſi plantulæ tuæ facere debuiſſes. Reſpondit ſanctus pater Frãciſcus. Videtur vobis quod de hoc deſiderio illam exaudiam, dixerunt: Ita pater, nam digna eſt quod hanc conſolationem, ſibi facias. Reſpondit ſanctus Franciſcus. Ex quo vobis videtur, mihi etiam placet. Sed vt plenius conſoletur, uolo quod fiat ad ſanctã Mariam de Angelis. Ipſa enim diu ſtetit in ſancto Damiano recluſa, vnde lætificabitur aliquantulum reuidendo locum ſanctæ Mariæ, vbi fuit tonſa, & facta ſponſa Chriſti Domini Ieſu, & ibi comedemus ſimul in nomine Domini. Ordinauit ergò diem qua cum vna ſocia veniret

ret beatiſſima Clara, & veniens & adorata reuerenter, & humiliter beatiſſima Virgine Maria, matre Domini ac loco circumquaque ex deuotione luſtrato, hora facta comedendi humilis, & diuinus Franciſcus fecit menſam ſicut conſueuerat in plana terra parari. Et ſedit ipſe, & beata Clara, & vnus de ſocijs ſancti patris cum ſocia ſanctæ Clarę, & omnes alij ſocij in menſa illa humili ſunt locati. Pro primo autem, ferculo incepit ſanctus Franciſcus loqui de Deo tam ſuauiter & ſancte, & tam altiſſime, & diuine, quod ipſe ſanctus Franciſcus & ſancta Clara, & ſocij, & omnes alij qui erant in menſa illa paupercula', fuerunt rapti tanta abundantia gratiæ altiſſimi'. Superuenerunt autem ipſis ſedentibus ſic raptis, & oculis, ac manibus in cęlum directis homines de Aſſiſio', & de Picronio', quia vndique per totam viam videbatur eis, quod eccleſia ſanctæ Mariæ de Angelis, & totus locus, & ſilua quæ tunc circa locum erant omnia comburerentur. Propterea, vt loco ſuccurrerent homines de Aſſiſio cum feſtinatione concurrerunt credentes firmiter, quòd omnia ab igne comburerentur. Quando verò venerunt ad locum, viderunt cuncta pariter illæſa, & intacta. Intrantes autem locum inuenerunt beatum Franciſcum cum ſancta Clara, & cum omnibus ſocijs raptos ad Dominum, & ad menſam illam humillimã omnes ſedentes, & virtute indutos ex alto. Et tunc certi tudinaliter aduerterũt, quod ille erat ignis diuinus, qui prædictos ſanctos, & ſanctas diuini amoris copioſis conſolationibus inflammabat: vnde receſſerunt ualde ædificati, & conſolati. Beatus autem Franciſcus, & ſancta Clara, & cæteri refecti ſunt tam copioſa diuina cõſolatione in anima, quod de cibo corporali parum', aut nihil tetigerunt, aut curauerunt. Poſt hæc ſancta Clara redijt ad ſanctum Damianum, videntes autem eam ſorores fuerunt valde gauiſæ, timuerunt enim ne ſanctus Franciſcus vellet eam mittere ad aliud' monaſterium gubernandum, ſicut iam miſerat germanam ſuã Agnetem Florentiam pro Abbatiſſa', & etiam ipſe ſanctæ Clarę aliquando dixerat. Parate ſi oportebit ad eundum, quocunq. te miſero. Et illa ſicut veræ obedientiæ filia reſpondebat. Parata ſum pater ire, quocunque ubi placuerit. Et remanſit ſancta Clara multum in Domino conſolata. Ex eodem chronico latino lib 10. cap 4. & gallico 2. cap. 30.

EXEMPLVM XIX.

Cęleſtis proceſſionis intuitu, nouitius duriſſimam ordinis ſancti Franciſci exhorrens confortatus eſt.

QVidam iuuenis ualde nobilis, & delicatus venit ad ordinem ſancti Franciſci, qui indutus habitu fratrum, poſt aliquos dies diabolo inſtigante, cępit habere in tanta abominatione habitum quem gerebat, quod videbatur ſibi portare ſaccum viliſſimum, & propterea horrebat manicas, abominabatur caputium, & ipſam longitudinem tunicæ, & eius aſperitatem tanquam importabilem æſtimabat.

Vnde factum eſt quod creſcente religionis faſtidio, deliberauit penitus reijcere habitum, & redire ad ſeculum.

Magiſter autẽ eius docuerat eum, quod quando ante altare conuentus tranſiret, in quo ſeruabatur ſanctiſſimum Chriſti corpus, cum magna reuerentia genibus flexis, & diſcooperto capite, & cancellatis manibus, ſe deuotiſſime inclinaret. Dictus autẽ iuuenis hoc ſemper ſolicitè obſeruauit. Accidit autem illa nocte qua deliberauerat dimittere habitum, & redire ad ſeculum, quod oportebat eum altare tranſire, vbi ſicut conſueuerat genuflexit, & ſtatim fuit raptus in ſpiritu, & oſtenſa fuit ſibi mirabilis viſio. Nam uidit quaſi multitudinem infinitam coram eo proceſſionaliter tranſeuntem, omnes verò qui in illa proceſſione beata erant, bini incedebant, & erant veſtiti in ornatiſſimis diaſperis. Facies autem eorum, & manus, & quicquid apparebat de corpore, ſole ſplendidius radiabat, & ibant cum cantu, & iubilo Angelorum ſolennisſimè & dulciſſimè decantando. Inter quos duo nobiliores cęteris incedebant tanta claritate velati, quod mirandum ſtuporem aſpicientibus ingerebant. Et quaſi circa finem proceſſionis prædictæ uidit etiam quendam tanta gloria decoratum, quod uidebatur quaſi nouus miles ab omnibus ſingulariter honorari. Dictus autem iuuenis hoc uidens,

Digitized by Google

mirabatur valdè, & neſciebat quid hoc eſſet, nec interrogare tranſeuntes audebat, nec poterat nimia dulcedine ſtupefactus. Sed cum proceſſio pertranſiſſet, & ipſe adhuc videns extremos retumens audaciã cucurrit, & illos interrogans dixit: O chariſſimi, rogo vos quod dicere placeat qui ſunt iſti tam admirabiles, quos continet hæc veneranda proceſſio. Illi verò conuertentes ad eum ſplendidiſſimas facies, dixerunt: Nos omnes ſumus fratres Minores, qui modo venimus de paradiſo. Et ille rurſum interrogans ait: Qui ſunt illi duo qui tam excellenter inter alios rutilant? Reſponderũt. Illi duo cæteris clariores, ſunt beatus Franciſcus, & ſanctus Antonius. Ille autem vltimus, tãtum honoratus, eſt quidam ſanctus frater nouiter mortuus, quem (quia valenter contra tentationes pugnauit, & vſq; ad finem perſeuerauit in ſancto propoſito) ad gaudia æterni regni cum gloria, & triumpho perducimus, non ſolum comitantibus ſanctis, ſed etiam lætantib. angelis. Iſta verò veſtimenta diaſperi, quæ nos tam decora portamus data ſunt nobis propter aſperas tunicas quas in religione patienter detulimus, & gloriæ claritas quam tu vides, data eſt nobis a Deo propter humilem patientiam, quam fecimus, & propter ſanctã paupertatem, & obedientiam, & caſtitatẽ mundiſſimam, quam vſque in finem hilari mentem ſeruauimus. Vnde fili non ſit tibi durum ſaccum religionis tam fructiferum deferre, quia in ſacco beati Franciſci amore Domini noſtri Ieſu Chriſti mundũ ſpernendo, carnem mortificando, & contra diabolum dimicando viriliter te habueris, nobiſcum ſimili veſte fulgebis. Et his dictis iuuenis ad ſe rediit, & confortatus ex ipſa viſione, omnem tentationem abiecit, culpam coram Gardiano, & alijs fratribus recognouit aſperitatem pœnitentiæ, & indumenti, vt diuitias de cætero concupiuit, & ſic mutatus in melius, in ſãcta vita ſiniuit. 2. par. Chronici Gallici lib. 10. c. 25.

EXEMPLVM XX.

Crucis ſigno ſanctus Franciſcus lupi rapaciſſimi ſæuitiam mitigauit.

ACcidit quodam mirabile, & celebri memoria dignum apud ciuitatem Engubi. Nam cum adhuc viueret ſanctus pater Franciſcus erat in territorio ciuitatis eiuſdem, quidam lupus terribilis magnitudine corporis, & ferociſſimus rabie famis, qui non ſolum animalia, ſed homines, & fœminas deuorabat, ita quod omnes ciues in tanto terrore tenebat, quod omnes ibant muniti cum egrediebantur terram, acſi deberent ad bella funeſta procedere, nec tamen ſic armati valebant dicti lupi mordaces dentes ac truculentam rabiem euadere quin eidem per infortunium obuiabant. Vnde tantus terror omnes inuaſit, quod vix aliquis extra portam ciuitatis audebat ſecurus exire. Volens autem Deus notificare ſanctitatem beati Franciſci ciuibus ſupra dictis. Cum ipſe beatus pater tunc temporis eſſet ibidem, compatiens illis diſpoſuit exire obuiam dicto lupo, cui ciues dicebant. Caue pater Franciſce, ne portam exeas, quia lupus qui iam multos deuorauit penitus te occidet Sanctus autem Franciſcus ſperans in Domino Ieſu Chriſto, qui vniuerſæ carnis ſpiritibus dominatur, non clypeo protectus, vel galea, ſed ſigno ſanctæ crucis ſe muniens, exiuit portam cum ſocio totam fiduciam ſuã iactans in domino. Et ſic fideliſſimus pater Franciſcus intrepidus exiuit ad lupum, & ecce multis cernentibus de locis in quibus ad ſpectandum aſcenderant, lupus ille terribilis contra ſanctum Frãciſcum, & ſocium aperto ore cucurrit, contra quem ſanctus pater oppoſuit ſignum crucis, & tam a ſe, quam a ſocio virtute diuina lupum compeſcuit, & rurſum retinuit, & os truculenter apertum concluſit, & demum aduocans eum ait. Veni ad me frater lupe, & ex parte Chriſti tibi præcipio, quod nec mihi, nec alteri noceas. Mirabile dictu, ſtatim facta cruce concluſit os illud terribile, & facto mandato ſtatim ſe ad pedes ſancti iam factus quaſi agnus ex lupo, capite inclinato proſtrauit. Sic autem proſtrato ante ſe, dixit ſanctus Franciſcus. Frater lupe, tu facis multa damna in partibus iſtis, & horrenda maleficia perpetraſti, creaturas Dei ſine miſericordia deſtruendo, non ſolum autẽ irrationalia animalia deſtruis, ſed quod deteſtationis audaciæ eſt, occidis, & deuoras homines ad imaginem Dei factos, vnde tu es dignus horrenda morte mutilati tanquam prædo, & peſſimus homi-

Digitized by Google

micida, propter quod omnes contra te iuſte clamant, & murmurant, & tota iſta ciuitas eſt inimica. Sed frater lupe ego volo inter te, & iſtos facere pacem, ita quod a te ipſi non lædantur amplius, & ipſi tibi omnem offenſam præteritam dimittentes, nec homines, nec canes te amplius perſequentur. Et lupus geſtibus corporis & caudæ & aurium, ac capitis inclinatione, monſtrabat illa quæ ſanctus dicebat omnimodè acceptare. Et ait iterum ſanctus Franciſcus. Frater lupe ex quo tibi placet facere pacem iſtam, ego promitto tibi quod faciam tibi dari expenſas quotidie donec vixeris per homines iſtius ciuitatis, ita quod nunquam famem amplius patieris, quia ego ſcio quod quicquid male facis, propter rabiem famis facis. Sed frater milupe ex quo adquiram tibi talem gratiam, volo quod tu promittas mihi quod nunquam aliquod animal, vel hominem lædas, promittas mihi iſta. Et lupis ſignum euidens inclinato capite fecit, quod promittebat facere illa quæ ſibi imponebantur a ſancto. Et ſanctus Franciſcus ait. Frater lupe, ego volo quod tu des mihi fidem, vt poſſim euidenter credere, quod promittis. Et cum extendiſſet ſanctus Franciſcus manum pro recipiēda fide, lupus etiam leuauit pedem enteriorem dextrum, & blandè, & leniter poſuit ſuper manum ſancti Franciſci ſiguo, quo poterat fidem dando. Tunc ſanctus Franciſcus ait. Frater lupe præcipio tibi in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod venias amodo mecum nil dubitans in ciuitatem, ad faciendam pacem iſtam. Et lupus obediens ſtatim cœpit iter cum ſancto Franciſco tanquam manſueſſimus agnus, quod videntes illi de ciuitate cœperunt vehementer mirari, & nouitas hæc ſtatim per ciuitatem totam inſonuit, ita quod omnes tam viri, quam mulieres, magni, & parui ad plateā ſimul conuenerunt, quia ſanctus Franciſcus ibi erat cum lupo. Congregata igitur populi maxima multitudine, ſurgens ſanctus Franciſcus, fecit illis mirabilem prædicationem dicens, inter alia, quomodo propter peccata tales peſtilentiæ permittūtur, & quanto ſit periculoſior vorax flamma gehennæ quæ habet in æternum deuorare damnatos, quam rabies lupi quæ non poteſt occidere niſi corpus, & quam ſit paueudum in barathrum infernale demergi, quando tantam multitudinem vnam paruum animali in tanto pauore, & periculo detinebat. Reuertimini igitur chariſſimi ad Dominum, & facite pœnitentiam dignam, a lupo liberabit vos Deus in præſenti, & in futuro ab ignis barathro deuorantis, & his dictis ait. Audite chariſſimi, frater lupus qui hic coram vobis aſtat, promiſit mihi, & de promiſſione fidem exhibuit facere pacem uobiſcum, et nunquam vos in aliquo lędere; ſi tamen uos promittitis ſibi quotidie expenſas dare, & ego pro fratre lupo fideiubeo, quod pactum pacis firmiter obſeruabit. Tunc omnes ibi congregati cum clamore valido, promiſerunt lupum nutrire continuè. Et ſanctus Franciſcus coram omnibus dixit lupo, & tu frater lupe promittis ſeruare pactum iſtis ſcilicet, quod nec animal aliquid, nec perſonam alicuius lædas. Et lupus ſe ingeniculans cum inclinatione capitis, & geſtibus corporis, & caudæ, & aurium blandimētis ſe ſeruaturum pacta promiſſa omnibus euidenter monſtrauit. Et ſanctus Franciſcus ait; Frater lupe ego volo quod ſicut tu de hoc dediſti fidem cum eſſemus extra portam, ita & hic coram toto populo iſto des mihi fidem, quod iſta obſeruabis, & in fideiuſſione pro te facta minimè delinques. Tunc lupus leuato pede dextro, dedit fidē in manu ſancti Franciſci fideiuſſoris ſui coram cunctis aſtantibus, & facta eſt tanta admiratio, et gaudium omnium, tam pro deuotione Sancti, quam pro nouitate miraculi, quam inſuper pro pace lupi, et populi, vt omnes clamarent ad ſidera laudātes, et benedicentes Dominum Ieſum Chriſtum, qui eos meritis illius ſancti, de ore feræ peſsimæ liberauit, et de tam horrenda peſtē, in pace poſuit, et quiete. Ex illo igitur die, lupus populo, et populus lupo pacta per ſanctum Franciſcum ordinata ſeruauit, et lupus per duos annos viuens, et per ciuitatem oſtiatim victitans neminem ledens, nec ipſe læſus ab aliquo, fuit curialiter nutritus. Et mirum eſt ualdè, quod nunquam latrabat canis aliquis contra eum.

Tandem lupus ſeniens, mortuus eſt, de cuius morte ciues, plurimum doluerunt; quia dicti lupi pacifica, et benigna patientia quandocumque per ciuitatem per-

pergebat, miram sancti Francisci virtutem & sanctitatem mirificam, in memoriam re uocabat. Ex chronico Minorum gallico lib. 2. cap. 39. & latino lib. 10. cap. 29. & Bartholomæus de Pisis. lib. 1. part. 2. conformitatum fructu 10.

EXEMPLVM XXI.

Vindictam cogitans iratus frater ingressum diabolo ad monasterium sancti Francisci præbuit.

CVm sanctus Franciscus in loco Portiunculę quadam vice (vt sibi moris erat) deuotè orationi vacaret, vidit totum locum tanquam à magno exercitu, à dæmonibus obsessum, & circundatum. Nullus intrare locum valebat, eo quod fratres illi tantæ sanctitatis existerent, quod ad quem intrarent, aditum non habebant. Interim verò quidam de fratribus ad iram, & impatientiam commotus, accusationes, & vindictas contra quendam de socijs fabricat: propter quod ostio virtutis abiecto, & aperta nequitiæ ianua, viam intrandi diabolo præbuit: & statim vidente sancto Francisco vnus illorum dæmonum intrauit illum locum, & dictum fratrem tanquam vicinum, victor aggreditur. Pius autem Pater, & pastor, qui super curam sui gregis fidelissimè vigilabat: aduertens intrasse lupum ad vnam de suis ouiculis deuorandum, & sciens per spiritum, ouem in tanto periculo positam, fecit fratrem prædictum celerrimè ad se vocari. Et cum ille obedienter ad pastorem tam sollicitũ cucurrisset, præcepit beatus fratri, vt statim detegeret venenum fabricatum, quod contra proximũ in corde seruabat: propter quod erat traditus in manus inimici. Ille verò territus vulnus detexit, culpam recognouit, & veniam cum pœnitentia humiliter requisiuit. Quo facto absolutus à culpa, & imposita pœnitentia statim vidente sancto Francisco diabolus aufugit: ouis vero erepta de faucibus bestiæ truculenta Deo, & beato Francisco gratias retulit, & in sancta vita vsque in finem meritis pastoris sui perseuerauit. lib. 2. conformitatum fructu 21.

EXEMPLVM XXII.

Infirmo leproso ministrans sanctus Franciscus, corpus eius; & animam miraculosè sanauit.

ORdinauit beatus pater Franciscus, q̃ fratres sui ordinis ob amorem Christi, (qui vt leprosus pro nobis voluit reputari) vbicunque essent leprosi, eis solicitè deseruirent. Fratres autem tanquã veræ obedientiæ filij, hoc prõptissimè faciebant. Accidit autem, quod in quodã loco vbi fratribus leprosis seruiebatur, erat quidam leprosus ita pestilens, impatiens, & proteruus quod nulli dubium erat ipsum per maligñum spiritum agitari. Nã fratres sibi seruientes, non solum horrendis improperijs impetebat, & sagittabat iniurijs, sed quod peius erat, eos flagellis, & plagis multimodis vulnerabat, & insuper quod horrendũ valdè erat, & pessimum Christum benedictum, & matrem eius sanctissimã, & alios sanctos blasphemabat. Vnde quamuis de iniurijs, & plagis suis fratres illi studerent pro posse patientiæ meritum cumulare: tamen nullo modo sibi blasphemias, & suæ matris sanctissimæ ipsorum conscientia poterat sustinere, ne tanti sceleris participes esse viderentur: qua propter decreuerunt dictum leprosum derelinquere, ne forent blasphematores Dei, & vasis diaboli nutritores viderentur. Sed hoc facere noluerunt nisi prius sancto Francisco (qui in alio loco morabatur) omnia per ordinem indicassent. Quibus auditis sanctus Franciscus ad leprosum accessit, & ingressus ad eum dixit: Deus det tibi pacem frater charissime. Cui ille: Et qualis mihi pax est: imo Deus accepit mihi pacem, qui totus fumi inquit marcidus. Et sanctus Frãciscus, ait: Charissime habe patientiam, quia mala quæ hic corporibus inferuntur ad animæ salutem proueniunt, si æquanimiter tolerentur. Et ille respondit: Quomodo possum tolerare patienter, cum mea pœna diu, noctuq; perseueret? Nam non solum ab infirmitate comburor, & crucior, sed a fratribus quos dedisti mihi seruitores vehementer affligor: quia nullus est qui mihi seruiat, vt oportet. Beatus autem Franciscus cognoscens per Spiritum sanctum,

quod

quod ille à maligno ſpiritu vexabatur, fleuit & pro ipſo deuotè Deum exorauit. Et facta oratione, rediit ad ipſum, dicens. Chariſſime, ego volo ſeruire tibi, ex quo non es contentus de alijs. Et reſpondit, & dixit. Placet mihi. Sed quid poteris facere pluſquam cæteri? Et ſanctus Franciſcus ait Quidquid volueris, ego faciam. Et ille. Volo, inquit, quod me laues, totus fœteo in tantum, quod meipſum ferre non poſſum. Sanctus autem Franciſcus fecit calefieri aquam cum multis herbis odoriferis, & expolians illum incœpit ſuis ſanctis manibus lauare leproſum, & alius frater aquã ſuperius infundebat. Et ſicut corpus aqua lauabat exterius, ſic a lepra totũ mundabat, & anima ipſius interius ſanabatur, & mundabatur. Vnde cum ſanari exterius ſe videret, ſtatim ex compunctione nimia cœpit amariſſimè flere. Et ſicut corpus aqua lauabatur, & à lepra mundabatur, ita conſcientia lachrymis baptizabatur, & mundabatur ab omni iniquitate. Cum verò totus eſſet lotus, & ſanatus exterius, perfectè fuit vnctus, & ſanatus interius. Et ideo in tantam compunctionem, & lachrymas prorupit, quod altiſſima voce plorabat, dicens, dignum ſe eſſe inferno propter iniurias illatas fratribus, & pro plagis, & flagellis quæ fecerat in eoſdem, & propter impatientiam, & blaſphemiam contra Deum. Vnde bene per quindecim dies durauit ſibi ille planctus mirabilis, qui ab intimis præcordijs erũpebat. & continue nihil aliud, quam miſericordiam Dei inuocabat. Et cum hac compunctione, & lachrymis, omnia peccata ſua confeſſus eſt ſacerdoti. Beatus autem Franciſcus videns iam notum miraculum gratias agens Deo receſſit illinc, & ad partes multum remotas acceſſit, ne dum dictum miraculum fieret notum populo, omnes ad ipſum concurrerent, quod propter humilitatem toto poſſe vitabat. Studebat enim tanquã fidelis, & prudens ſeruus Deo gloriam, & honorem reddere, & ſibi inter homines dedecus, & ignominiam procurare. Dictus verò leproſus poſt illam ſanctitatem, & compunctionem mirabilem ad paucum tempus infirmatus, & bene armatus eccleſiaſticis ſacramentis, de hac vita deceſſit. Sancto autem Franciſco orante in quodam loco remoto in ſilua, apparuit ſibi dictus leproſus defunctus ſpecioſius ſole, ſublimatus in aere, dicens ei. Recognoſcis me? Cui ſanctus Franciſcus. Quis, inquit, es tu? Et ille. Ego ſum leproſus ille quem Chriſtus benedictus, te promerente ſanauit, & hodie vado ad paradiſum, & ad regnum beatum, de quo Deo omnipotenti, & tibi gratias ago. Benedicta ſit anima tua, & corpus tuum, & benedicta ſint verba tua, & opera tua, quia per te multæ animæ ſaluabuntur. Et ſcias quod nõ eſt dies, in quo ſancti Angeli, & omnes alij ſancti & ſanctæ nõ referant magnas gratias Deo de ſanctis fructibus, qui per te, & tuum ordinem vndique per orbem patrantur. Et propterea confortare, & gratias redde Deo, & iſta facito cum benedictione Dei. Et his dictis diſparuit, & ſanctus Franciſcus remanſit valde conſolatus. Ex Chronico Minorum.

EXEMPLVM XIII.

Beneuolentia ſancti Franciſci tres latrones conuerſi ſunt, qui alterius dura correptione fuerunt indignati, quorum vnus cœleſtem gloriam videns, omnium ſuorum dolorum ob litus eſt.

CVm ſemel tranſiret per montem Caſalem caſtrum, quod eſt in diſtrictu Burgi ſancti ſepulchri, & recepit ibi vnum iuuenem nobilem de Burgo dicto, qui cũ veniſſet ad Beatum Franciſcum, dixit ei. Pater ego vellem libentiſſime effici frater vester. Sanctus verò Franciſcus reſpondit ei. Fili tu es vnus iuuenis delicatus, & nobilis, & aſperitatem noſtram, & paupertatem non poteris ſuſtinere. Ille verò ait. Pater, nonne vos eſtis homines ſicut ego? Sic ergò qui eſtis mei ſimiles ſuſtinetis, ſic & ego cum adiutorio Dei potero ſuſtinere. Quæ reſponſio multum placuit ſancto Franciſco, & ſtatim recepit eum, & benedixit, & fratrem angelum appellauit. Qui ita gratioſè ſe habuit, quod paulo poſt ipſum in prædicto monte Caſali Gardianum inſtituit. In illis autẽ diebus erant tres famoſi latrones in partibus illis, qui vndiq; multa maleficia perpetrabant. Iſti latrones quadam die ad prædictum locum venerunt, rogantes fratrem Angelũ Gardianum, vt eis de comeſtibilibus prouideret

ret. Ipſe verò Gardianus rigida reprehenſione eos redarguens, dixit eis. Vos fures, & ſæuiſſimi homicidæ, nō ſolum non erubeſcitis labores aliorum prędari, ſed inſuper præſumitis vt effrontes eleemoſynas ſeruis Dei exhibitas deuorare, cum non ſitis digni, quod vos terra ſuſtineat, quia & nullum hominem reuereminī, & Deū qui vos creauit contemnitis. Ite ergò pro factis veſtris, & huc amplius nunquam accedatis. Illi verò turbati valde, cum indignatione maxima receſſerunt. Et ecce eodem die ſanctus Franciſcus ad locum rediit portans de quæſta quam cum ſocio fecerat, vnam taſtam panis, & vnum vaſculum vini. Cum autem Gardianus (qualiter illos latrones repulerat) retuliſſet, ſanctus Franciſcus dure redarguit ipſum, dicens quod impiè geſſit, quia peccatores melius reducuntur cum dulcedine pietatis, quam increpatione crudeli. Nam & Chriſtus magiſter noſter cuius euangelium ſeruare promiſimus: non, inquit, opus eſt valentibus medicus, ſed malè habentibus. Et non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Et ideo frequenter cum peccatoribus manducabat. Quia verò contra charitatem, contra exemplum Chriſti feciſti per ſanctam obedientiam præcipio tibi, quod ſtatim accipias taſtam iſtam panis, & vaſculum vini quod adquiſieram, & ſolicite per montes, & valles dictos latrones quæras donec inuenias, & panes iſtos omnes, & vinum præſentabis eis ex parte mea, & poſtea coram illis genu flectas de incurialitate, & crudelitate tua, dicas quam humiliter tuam culpam, & roga illos ex parte mea quod amplius mala iſta non faciant, ſed Deum timeant, & proximos non offendant. Etſi hoc fecerint ego promitto eis de neceſſarijs, pro eorum corporibus continuè prouidere. Et cum his hæc humiliter dixeris, reuertaris. Interim ſanctus Franciſcus rogabat Dominum, vt illorum corda ad pœnitētiam emolliret. Vnde factum eſt, quod cum eleemoſynas illas a ſancto Franciſco tranſmiſſas latrones illi comederent, ad inuicē conferre, cœperunt, & dicere. Heu nos miſeros, & infœlices, quam durus, & infernalis cruciatus nos expectat, qui pergimus non ſolum prædando homines, & vulnerando, ſed etiam occidendo, & tamē de tam horendis ſceleribus, & homicidijs nullo Dei timore, & compunctione conſcientiæ ſtimulamur. Et ecce iſte ſanctus frater qui venit modo ad nos propter aliqua verba valdè iuſta, propter noſtram malitiam in os irrogatam, ſe coram nobis tam humiliter accuſauit. Et inſuper tam ſancti patris liberale præmiſſum retulit, & panis, & vini beneficium attulit charitatis. Verè iſti ſunt ſancti Dei qui cœleſtem patriam promerentur, nos filij perditionis æternæ flammas ultrices quotidie nobis noſtris nefandis ſcelerib. cumulamus. Neſcio utrum de patratis facinoribus, & commiſſis flagitijs, poſſimus a Deo miſericordiam inuenire. Vno verò illorum prædicta verba dicente, reliqui duo dixerunt. Quid ergò faciendum eſt nobis? Et ille. Eamus ad ſanctum Franciſcum, inquit, etſi ipſe nobis confidentiam tribuat, quod poſſimus de magnis peccatis noſtris miſericordiam inuenire à Deo, quicquid ipſe mandauerit faciamus. ut poſſimus animas noſtras de inferni barathro liberare. In quo conſilio omnes tres concorditer conſenſerunt, & uenerunt feſtinanter ad ſanctum Franciſcum, dicentes. Pater nos propter multa, & peſſima peccata noſtra non confidimus poſſe miſericordiam Dei inuenire, ſed ſi tu confidis quod Deus ad ſuam miſericordiam nos recipiat, ecce parati ſumus tecum pœnitentiam facere, & in omnibus quæ nobis præceperis obedire. Quos ſanctus Frāciſcus benigne & charitatiuè ſuſcipiens, exemplis eos multiplicibus exhortando, certos eos de inuenienda Dei miſericordia reddidit, & inſuper ſe illis adquiſiturum a Domino ipſam miſericordiam, & gratiam repromiſit, inſtruens illos etiam quomodo diuinæ miſericordiæ immenſurabilis magnitudo, cuncta peccata noſtra etiamſi infinita eſſent præcellit. Et quomodo teſtante Euangelio & Apoſtolo Paulo. Chriſtus benedictus in hunc mundum pro peccatoribus uenit redimendis. Propter quæ ſalubria hortamenta, tres dicti latrones abrenunciauerunt mundo, & recepti a ſancto patre ſibi tam habitu, quam animo adhæſerunt. Duo autem illorum parum niuentes poſt mutationem laudabilem de præſenti ſeculo, Domino uocante migrauerunt. Tertius verò ſuperuiuens conſiderans multa, & magna peccata quæ fecerat tali penitentia

Digitized by Google

ſia ſe ſubegit, quod per quindecim annos, exceptis cõmunibus quadrageſimis, quas ſicut alij faciebat, continuè ter in ſeptimana panem tãtum modo, & aquam manducabat, & contentus vna tunica incidebat diſcalciatus continuè, & poſt matutinum nunquam dormiebat. Infra illud quindecim annorum tempus ſanctus Franciſcus tranſiuit de hoc mundo ad patrem cœleſtem, cum autem dictus frater diſtrictionẽ hanc pœnitentiæ annis plurimis tenuiſset quadam nocte poſt matutinum tanta ſomnolentia ſibi peruenit, quod nullis argumentis poterat ſomno reſiſtere, nec pro vt conſueuerat vigilare. Qui cum reluctari requireret, nec valeret orare, tentationi ſuccumbens iuit ad lectum, vt dormiret, ſtatim autem vt poſuit caput in lecto, fuit ductus in ſpiritu in montem excelſum valde in quo erat profundiſſima ripa, & hinc inde ſaxa prærupta, & diuerſi ſcopoli inæqualiter præminentes. Ille vero a quo ducebatur impulit eum de cacumine dictę ripæ, qui in præceps ruendo per ſaxa, colliſiones de rupibus in rupibus ſuſtinendo, quãdo ad fundum ripæ, peruenit omnia videbantur ſua membra dirupta, & oſſa confracta. Qui dum iaceret ſic malè colliſus, a ſuo ductore vocatur vt ſurgeret, quia magnum adhuc iter facere oporteret. Cui frater reſpondit: durus homo, & indiſcretus videris, quia cum me videas vſque ad mortem contritum, tamen dicis quod ſurgam, qui ductor accedes, & tangens eum ſtatim ab omni membrorum colliſione perfectè ſanauit.

Et tunc oſtendit ei magnam planiciem acutis lapidibus, & ſpinis, & tribulis plenam, vnde illum oportebat diſcalciatum incedere, & ad finem illius planicici accedere, vbi erat quædam fornax ignita, quæ à longè videbatur in quam debebat intrare. Cum autem planiciem illam cum multa anguſtia pertranſiſſet, & ad fornacem illam peruenisſet, dixit Angelus ad illum. Ingredere fornacem iſtam, quia hic eſt neceſſarium. Ille frater reſpondit. Heu quam durus ductor es, qui cũ videas me per illam anguſtiſſimam planiciẽ tam penaliter tribulatum, quod maxima quiete indigeam, & tu dicis intra in fornacem? Cum autem aſpiceret circa fornacem vidit vndiq; dæmones cum fucis ignitis aſtantes, quem differentem intrare, cum ipſis furcis eum ſubitò impulerunt. Qui cum ipſum ignem intraſſet, & ad ſpacium aliquod ibi ſtetiſſet, Angelus expulit eum extra fornacem, dicens: Præpara te ad eum, quia adhuc habes horribile periculum pertranſire. Cui ille dicebat. O duriſſime ductor, qui nulla cõpaſſione moueris, vides quod ſum quaſi totus combuſtus, & dicis veni adhuc ad horribile periculum.

Angelus verò, tangens eum perfectè ſanauit, & duxit eum ad quendam pontem qui tranſuadari non poterat abſque ingenti periculo; quia erat nimis exiguus, & exceſſiuè politus. Sub ponte verò fluuius terribilis defluebat ſerpentibus, & draconibus, ſcorpionibus, & bufonibus & horrendis fœtoribus plenus. Dixit Angelus: Tranſi pontem iſtum, quia penitus conuenit te tranſire.

Ille autem reſpondit. Et quomodo pertranſira potero, quin cadam in tam periculoſum fluuium? Reſpondit Angelus: Venias poſt me, & pone pedem tuum vbi videris, poni meum, & bene trãſibis. Qui incedens poſt Angelum ſuum pedem ponendo, vbi præcedens ponebat, peruenit vſque ad medium pontis cum ſalute. Cum eſſet in medio pontis Angelus volando receſſit & aſcendit in altum ad quoddam habitaculum, valdè mirabile in altiſſimis collocatum, & bene notauit quomodo Angelus aduolauit. Sed cum remanſiſſet abſque duce in ponte, & illa terribilia animalia fluminis iam capita eleuarent, ad deuorandũ illum ſi caderet; ſtabat in tãto errore, quod nullo modo ſciebat quid faceret: quia nec poterat retrò, nec ante procedere. Vnde in tanta tribulatione, & periculo poſitus, inclinauit ſe, & amplexatus eſt pontem. Et videns quod non erat refugium niſi Dei: cœpit ex intimis cordis inuocare Dominũ Ieſum Chriſtum, vt per ſuam ſanctiſſimã, ac pijſſimam miſericordiam ſibi ſubuenire dignaretur.

Et facta oratione, viſum eſt illi, vt ipſe emittere alas. De quo gauiſus valdè, expectauit donec creſcerent alæ, ſperans extra fluuium ad locum quo volauerat Angelus tranſuolare. Sed cum nimis feſtinaſſet volare, quia alæ non plenæ creuerant à volatu deficiens, cecidit, ſuper pontem, & omnes pennæ in ſuper cecidernnt. Qui

ter-

tertius valdè iterum pontem amplectens, Chriſti miſericordiam lachrymabiliter implorabat, & iterum viſus eſt ſibi, vt emitteret alas. Sed ſicut prius ante perfectionem alarum ad volandum feſtinans, ſecundò cecidit ſuper pontem, & pennæ prius ſimiliter ceciderunt. Qui attendens quod per feſtinantiam perfectè volare non poterat, dixit in corde ſuo. Si alas tertiò emiſerò, tam diu expectabo, donec amplius non deficiâ a volatu, & viſum eſt ſibi, quod inter primam, & ſecundam, & tertiam miſſionẽ alarum, per annos centum quinquaginta, & amplius expectaſſet. Cum autem videretur ſibi, quod alas optimè compleuiſſet, hac tertia vice leuauit ſe alenter in altum, & vſque ad prædictum habitaculum, quo vo lauerat Angelus, ipſe aduolauit. Cum verò ad illius admirabilis habitationis ianuam peruenireț, dixit illi portarius. Quis es tu qui huc veniſti? Qui reſpondit. Ego ſum frater Minor. Expecta, inquit, vt ducâ ſanctum Franciſcum ſi te recognoſcit. Cũ autem ille iret pro ſancto Franciſco iſte cę pit muros illius ciuitatis mirabiles reſpicere, & ecce muri illi tanta erant claritate perſpicui, quod cuncta quæ intus fiebant, & choros ſanctorum mirabile, qui intus erant, clare cernebat. Et cum reſpiceret, ecce beatus Franciſcus, & ſanctus frater Bernardus, & frater Aegidius, & poſt ſanctum Franciſcum tanta multitudo ſanctorum, & ſanctorum Dei, qui ſecuti fuerant illius veſtigia, quod quaſi innumerabilis videbatur. Et cum ſanctus Franciſcus veniſſet ad eum, dixit portario, permittas cũ ingredi, quia de fratribus meis eſt. Et tunc ſanctus Franciſcus duxit eum interius, multa ei mirabilia oſtendendo. Statim autem, vt illud ingreſſus eſt, tantam conſolationem, & dulcedinem ſenſit, quod oblitus eſt omnium tribulationum, quæ ante præceſſerant, ac ſi nunquam in mundo fuiſſet. Poſt hęc dixit ſanctus Franciſcus. Oportet te fili redire ad mundum, & ſeptem diebus morari, in quibus præparate omni præparatione qua vales, quia poſt ſeptem dies, ego pro te veniam, & tunc mecum venies ad locum mirabilem beatorum. Sanctus Franciſcus erat chlamyde tota ſtellis pulcherrimis decoratus, & quinque ſtigmata eius erant, ſicut quinque ſplendidiſſimæ ſtellæ, quæ tanta luce & claritate fulgebãt, quod vi debantur totam ciuitatem illam radijs illuſtrare.

Frater verò Bernardus, habebat in capite coronam ſtellarum pulcherrimam. Frater etiam Aegidius, totus erat valde miran do lumine decoratus, & multos alios ſanctos fratres Minores ibidem cum ſancto Franciſco glorioſos, quos nunquam viderat recognouit. Licentiatus dilectus frater, quamuis cum tædio ad mundum redijt, & cum rediſſet, fratres pulſauerunt ad primam. Non plus autem temporis fluxerat, niſi poſt matutinum vſque ad eiuſdem noctis aurora, quamuis ſibi videretur per plurimos annos abfuiſſe. Ipſe autem prędictus frater, prædictam viſionem, & terminum ſeptem dierum Gardiano ſuo per ordinem recitauit, & ſtatim febricitare cœpit. In ſeptima verò die veniens beatus Franciſcus cum gloriola comitiua ſanctorum, animam illius fratris in viſione prædicta. Angelo deducente purgatam duxit ad gaudia beatorum. In Chronico Gallico Minorum lib. 1. c. 86. & 87. & latino lib. 10. c. 8.

EXEMPLVM XXIV.

Tentatus ſpiritu mœroris & blaſphemiæ Ruffinus conſilio S. Franciſci liberatur, & a Domino mirabiliter conſolatur.

FRater Ruffinus de nobilioribus, de Aſſiſio ſocius beati Franciſci quodam tẽpore viuente beato Franciſco grauiter à dęmone de prædeſtinatione vexabatur in anima. Nam ſuggerebat cordi eius hoſtis antiquus, quod ipſe non erat de prædeſtinatis ad vitam, & perderet quicquid in religionis ſeruitio faceret. Propter hanc vexationem, per multos dies durantem, totus erat melancholicus, & triſtis effectus, & ſuam pugnam beato Frãciſco dicere verecundabatur, nihilominus tamen orationes conſuetas minimè dimittebat. Sed hoſtis antiquus volens ſibi triſtitiam ſuper triſtitiam addere, quæ grauiter vulnerat ſeruos Dei ad pugnam interiorem, addidit etiam exterius impugnare. Vnde apparens ſibi in ſpecie crucifixi, dixit: O fra-

ter

ter Rufine, quare in orationibus, & in pœnitentia te affligis, cum tu non ſis de prædeſtinatis ad vitam? Et hoc credas mihi, quia ego ſcio quos elegerim, & non credas filio Petri Bernardonis, ſi contrarium tibi dixerit, nec etiam ipſum interroges de iſta materia, quod ipſe, vel alius hoc ignorat, ſed ego qui ſum Dei filius, bene ſcio, ideo credas mihi, pro certo, quod tu es de numero damnatorum. Et ipſe frater Franciſcus tu & pater eius eſt damnatus, & qui cunque ſequitur eum dicipitur. Frater autem Rufinus erat ita obtenebratus à principe tenebrarum, quod iam fidem, & amorem in ſancto Franciſco perdiderat, & hoc ſibi dicere non curabat. Sed quod ſancto patri frater Rufinus non dixit: ſpiritus Domini reuelauit. Vnde ipſe pius pater videns in ſpiritu, tantum dicti fratris Rufini periculum, miſit fratrem Maſſeum pro ipſo, vt ad eum omnino veniret. Nam fater Rufinus, & ſanctus Franciſcus ſtabant in loco montis Subaſij prope Aſſiſium. Frater autem Rufinus reſpondit fratri Maſſeo. Quid habeo ego facere cum fratre Franciſco? Et tunc frater Maſſeus homo totus Spiritu ſancto repletus, clarè cognoſcens malieni ſpiritus fallaciam, ait. O frater Rufine, ne ſcis tu quod ſanctus Franciſcus eſt, ſicut Angelus Domini tot animas illuminauit in mundo, & à quo etiam nos tot diuinæ gratiæ recepimus dona. Vnde ego volo omnino, quod tu venias ad eum, quia ego clarè video a diabolo te deceptum. Statim autem frater Rufinus venit ad ſanctum Franciſcum, & cum ſanctus Franciſcus vidit eum à longe cœpit clamare. O frater Rufine catiuelle, cui credidiſti? Et dixit totam ſibi per ordinem tentationem, quam habuerat intus, & extra, & docuit eũ quod illle qui prædicta ſuggeſſerat, erat diabolus, & non Chriſtus, ideo nullo modo eius ſuggeſtionibus aſſentiret. Sed quãdo dicet tibi tu es damnatus tu ſecurè reſpondeas.

Aperi os tuum, & ibi ponam ſtercus, & ſit tibi ſignum, quod ipſe eſt diabolus, quo dicto ſeu pronunciato verbo hoc ſtatim fugiet. Adhuc recognoſcere debes ipſum fuiſſe diabolum, quia cor tuum indurauerat ad omne bonum, quod proprium eius officium eſt. Sed Chriſtus benedictus nunquam cor hominis fidelis indurat: imo dicit. Auferam à te cor lapideum, & dabo tibi carneum.

Frater verò Rufinus videns, quod ſanctus Franciſcus dicebat ita totam per ordinem ſeriem tentationis quatenus intus, & extra vexatus fuerat, cœpit fortiſſimè lachrymari, & adorans ſanctum, ac culpam humiliter recognoſcens, de hoc quod ab ipſo cælauerat, ac totus confortatus eſt in Domino, & per monita patris totus mutatus in melius, dixit ei ſanctus Franciſcus. Vade fili confitearis, & orationis conſuetum ſtudium non dimittas, & ſcias pro certò quod tentatio iſta erit tibi ad magnam vtilitatem, & conſolationem, ſicut experieris in breui. Frater autem Rufinus redijt ad cellam ſuam ad orandum in ſiluam. Et dũ ſtaret cum multis lachrymis ad orandum, ecce venit hoſtis antiquus in perſona Chriſti dicens; Frater Rufine, nonne dixi tibi quod tu filio petri Bernardonis non credares, & quia es damnatus, & in orationibus, & lachrymis non labores? Quid enim prodeſt tibi, ſi dum viuis affligeris, & cum morieris, eris damnatus? Cui ſtatim dixit frater Rufinus, Aperi os tuum, & ibi ponam ſtercus. Tunc diabolus indignatus, receſſit cum tanta tempeſtate, & commotione lapidum montis Subaſij, & per magnum ſpacium fluxit lapidum multitudo, vbi adhuc apparet lapidum horrenda ruina. Nam per vallem etiam dicti montis ſaxa ſe inuicem collidẽdo, ignem plurimum emittebant, vnde ad tam terribilem ſtrepitum lapidum ſanctus Franciſcus, & ſocij admirantes extra dictum locum, vt nouitatem illam aſpicerent, exierunt. Et tunc frater Rufinus manifeſtè aduertit, quod ipſum hoſtis malignus deceperat. Vnde ſecundò ad ſanctum Franciſcũ redijt, & proſternens ſe in terram iterum culpam dixit qui confortatus à ſancto Franciſco totus pacificus remanſit.

Et cum poſt hæc ſtaret cum multis lachrymis orans, ecce Chriſtus benedictus ſibi apparuit, & totam animam ſuam diuino liquefecit amore Dei. Bene feciſti, fili qui credidiſti fratri Franciſco, quia ille qui te contriſtauerat fuit diabolus, ego autem ſum Ieſus Chriſtus magiſter tuus, & vt de hoc te reddam certiſſimum hoc ſit tibi verum ſignum, cui donec in iſto mundo eris, nunquam de cætero eris triſtis. Et benedi-

zit

Digitized by Google

xit Chriſtus fratrem Rufinum, & dimiſit cum in tãto gaudio, & dulcedine ſpiritus, & eleuatione mentis, quod die, noctuque erat abſorptus in Domino. Et confirmatus eſt ex tunc in tanta gratia, & benedictione & ſecuritate ſalutis æternæ, quod totus in virum alterum renouatus eſt. Ad tantam eleuationem mentis, & perſeuerantiã orationis confirmatus eſt infra paruulum circulum die, noctuque contemplari diuina, ſi eum aliquis non impediſſet, vnde dicebat ſanctus Franciſcus, de eo, quod frater Rufinus erat canonizatus in cęlo, dum adhuc viueret, à Domino noſtro Ieſu Chriſto, & quod ipſe non dubita & in abſentia ſua dicere, ſanctum Rufinũ adhuc exiſtentem in terra eſſe canonizatum in cęlo. Prædictus autem frater Rufinus propter magnam cordis attentionem ad Deum, & angelicam mentis quietem quandocumque ab aliquo vocabatur, cum tanta grauitate & dulcedine, & vocis moroſitate ipſum in vocantibus reſpondebat, quod videbatur de alio mundo redire, vnde ſemel vocatus a ſocijs, vt iret pro pane. Ille ſicut verè diuinus reſpondit. Frater mi, multum libenter. Cum verò apud Aſſiſium panem quęreret, ecce ducebatur unus dæmoniacus fortiter ligatus, & a multis hominibus ſociatus, qui ducebatur ad ſanctum Frãciſcum, vt eum a dæmonio liberaret. Qui a longe cum vidiſſet fratrem Rufinum ſtatim cœpit clamare, & furere fortiter, & confractis omnibus vinculis de manibus omniũ exiliuit. Illi autem de tãta nouitate mirantes, coniurauerunt eum, vt diceret cur modo plus ſolito torqueretur? Qui reſpondit, quia ille frater pauperculus obediens, humilis, & ſanctus frater Rufinus, qui incedit eum taſta, ſuis ſanctis virtutibus, & humilibus orationibus, me incedit, & cruciat, & propterea non poſſum plus ſuſtinere in iſto homine commorari. Et his dictis ſtatim dæmon exiuit. Quod audiens frater Rufinus, quia illi homines, & etiam infirmus ſanatus, illi magnam reuerentiam exhibebant, ipſe ſtatim dedit laudem, & honorem Deo, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, & hortatus eſt illos, vt in his omnibus glorificarent Deum, & ſaluatorem noſtrũ, qui eſt benedictus in ſecula. Amen. Antoninus parte 5. tit. 24. §. 7. ex chronicis Minorum, & in chronico gallico lib. 1. c. 78.

EXEMPLVM XXV.

Humilitatis gratiam oculorum amiſſione mercari cupiens frater Maſſeus, & oculos retinuit, & humilitatis gratiam accepit, ex qua in diuina contemplatione mirabiliter creuit.

ACcidit quadam die, quod frater Maſſeus vnus de electis ſocijs ſancti patris cum de Deo ſocij loquerentur vnus eorum dixit, quod erat quidam Dei amicus, qui magnam actiuæ vitæ, & contemplatiuæ gratiam poſſidebat, & cum his habebat profundum humilitatis abyſſum, qua ſe peccatorem maximum æſtimabat; quæ humilitas illum ſanctificabat, & confirmabat, & creſcere in dictis donis continue faciebat, & quod melius eſt a Deo nũquam cadere permittebat. Quæ miranda, vt frater Maſſeus audiuit, & aduerteret illum theſaurum eſſe vitæ æternæ, in tantum exarſit amore ad habendam virtutem dictę humilitatis, Dei amplexu digniſſimam, quod in feruore magno ad cœlum eleuans faciem voto ſe ſtrinxit firmiſſimo nunquam velle in iſto mundo lætari, donec humilitatem illam præclariſſimam in anima ſua ſentiret adeſſe.

Et hoc voto in propoſito ſancto facto, ſtabat continuò cella recluſus, & interim de eo gemitibus inenarrabilibus continuè ſe affligebat, quia videbatur ſibi ſe eſſe hominem penitus dignum inferno, niſi ad illam humilitatem ſanctiſſimam peruenire quã ille amicus Dei (quẽm audierat plenũ virtutibus) inferiorem ſe omnibus reputabat, imo ſe penitus dignum inferno. Et dum ſic triſtis frater Maſſeus per dies plurimos permanſiſſet, in fame, & ſiti, & multis lachrymis ſe maſtando, accidit quod quadam die intrauit in ſiluam, & eundo per ipſam pro dicto deſiperio vehementi emittebat luctus, clamores, & lachrymoſa ſuſpiria poſtulando virtutem dictam a Domino ſibi dari. Et quia Dominus ſanat contritos corde, & exaudit voces humiliũ, facta eſt ſibi vox de cœlo bis clamans: frater Maſſee, frater Maſſee. Qui per ſpiritum ſanctum recognoſcens, reſpondit: Domine mi. Et Dominus ad eum. Qui vis

dare:

dare: quid vis dare ad hanc gratiam poſſidentiam? Et frater Maſſeus reſpondit. Oculos capitis mei. Et Dominus ad eũ. Et ego volo quod oculos, & gratiam habeas. Frater autem Maſſeus remanſit in tanta gratia optatæ humilitatis, & lumine Dei, q̃ continuè erat in iubilo & ſæpè quando orabat faciebat quendam iubilum vniformẽ, & voce obruſa faciebat quaſi columba, v, v, v, ac facie hilari, ac iocunda contemplationi vacabat, & ſuper hoc humillimus factus, præ cunctis hominibus ſe minimum reputabat. Interrogauit eum frater Iacobus de Fallerno ſanctæ memoriæ, quare verſum non mutabat in iubilo: Qui reſpondit cum magna lætitia, quia cum in vna re inuenitur omne bonum, nõ oportet quod variat verſum, ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ex chronico gallico Minorũ par. 2. lib. 1. cap. 23.

EXEMPLVM XXVI.

Tribulationes cum gaudio perferens ſecũdum ſanctum Franciſcum perfectam lætitiam habet.

QVodam tempore hyemali ſanctus Franciſcus veniebat de Perufio ad ſanctam Mariam de Angelis, & erat cum eo frater Leo, & frigus ipſos acerrimè cruciabat. Vocauit autem ſanctus Franciſcus fratrem Leonem qui aliquantulum ipſum præcedebat, dicens: O frater Leo, quamuis fratres Minores dent magnum exemplum ſanctitatis, & honeſtatis & bonæ ædificationis: tamen ſcribe. j. diligenter nota. quia ibi non eſt perfecta lætitia, & cum aliquantulum ambulaſſet vocauit eum iterum dicens: O frater Leo, quamuis frater minor illuminet cœcos; contractos extendat, dæmones pellat, ſurdis auditum, claudis greſſum, & multis reſtituat verbum, & quod plus eſt, & quatriduanũ reſtituat mortuum, ſcribe, quia ibi non eſt perfecta lætitia. Et rurſum clamans dicebat O frater Leo, ſi frater minor ſciret omnium gentium linguam & omnes ſcientias, & ſcripturas, ita vt ſciret etiam prophetare & reuelare non ſolum futura, ſed etiam cõſcientias aliorum; ſcribe, quia non eſt perfecta lætitia. Et adhuc ipſis ambulantibus, iterum clamabat. O frater Leo pecorella Dei quamuis frater minor loquatur lingua angelica, & ſciat ſtellarum curſus, & virtutes herbarum, & ſciat reuelationis theſauri terrarum, & ſi cognoſceret virtutes, & proprietates auium, & piſcium, animalium, & hominum, radicum, arborum & aquarum, ſcribe bene, & nota diligenter, quia non eſt ibi perfecta lætitia. Et poſt paululum iterum clamauit. O frater Leo, quamuis frater minor ſciret tam ſolemniter prædicare, vt conuerteret omnes infideles ad fidem; ſcribe, quia non eſt ibi perfecta lætitia. Durauit autem iſte modus loquendi bene per duo milaria; frater autem Leo de his omnibus vehementer admirans, dixit. Pater rogo te ex parte Dei, vt dicas mihi vbi eſt perfecta lætitia. Cui ſanctus Franciſcus reſpondit, dicens. Quando veniemus ad ſanctam Mariam de Angelis, ita balneati pluuia, & frigore congelati, luto etiam mirabiliter deturpati, & fame valdè afflicti, & ad portam loci ſonabimus, & portarius veniret dicens. Qui eſtis vos? Et nos dicemus. Nos ſumus duo de fratribus veſtris. Et ille è contrario dicet. Imò eſtis duo ribaldi, qui itis circumquaque per mũdum eleemoſynas pauperum rapiendo, & non aperiret nobis. Sed faceret nos ſtare ad niuem, & aquam in frigore, & fame vſque ad noctem Tunc ſi nos tot iniurias, & repulſas ſine murmuratione, & turbatione tolerauerimus, propter Deum patienter, & cogitauerimus humiliter, & charitatiuè, quod ille portarius veraciter nos cognoſcat, & quod Deus excitauit linguam ſuam contra nos. O frater Leo ſcribe, quia ibi eſt perfecta lætitia. Etſi autem nos perſeuerauerimus pulſando, & ille portarius tanquam contra importunos multum turbatus exeat, & durißimè nos afficiat alapis multis, & magnis, dicẽs. Recedite hinc pultrones viliſſimi, & ite ad hoſpitale, qui enim eſtis? Vos penitus hic non manducabitis, neque dormietis. Etſi nos patienter hæc portauerimus, & iniurias cum amore perceperimus toto corde. O frater Leo ſcribe, quia ibi eſt perfecta lætitia. Etſi nos hic vndique afflictos fame vrgente frigore affligentè, nocte inſuper propinquante pulſabimus, clamabimus, & fletu inſtabimus, vt aperia-

mr nobis, & ille deinde ſtimulatus dixerit: Iſti ſunt homines procaciſſimi, & proterui? & ego pacabo eos. Et exiens cum vno fuiſſe nodoſo, capiens uos per caputium, & ad terram ſuper lutum, & niues proijciet, & taliter nos verberabit cum fuſte, quod vndique nos plagis implebit. Si tot mala, ſi tot iniurias, & verbera cũ gaudio toleremus, cogitãtes quod pœnas Chriſti benedicti patientiſſime nos tolerare debemus. O frater Leo inter omnia charismata ſancti Spiritus, (quæ amicis ſuis Chriſtus conceſſit, & concedit) eſt vincere ſemetipſos, & libenter propter Chriſtum, & charitatem Dei opprobria ſuſtinere. Nam in omnibus mirabilibus ſupra dictis nos gloriari non poſſumus: quia non ſunt noſtra, ſed Dei. Quid enim habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti: quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Sed in cruce tribulationis, & afflictionis poſſumus gloriari: quia illud eſt noſtrum. Ideo dixit Apoſtolus: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini. In chronico Minorum lib. 2. cap. 48.

EXEMPLVM XXVII.

Obedientiſſimus Maſſeus humillima & abiectiſſima officia ad præceptum beati Franciſci ſolus impleuit.

BEatiſſimus pater Franciſcus volẽs humiliare fratrem Maſſeum, & multiplicia dona, quæ illi præſtabat altiſſimus, de virtute creſcerent, in virtutem. Cum eſſet ſanctus Pater cũ illis primis ſocijs ſuis verè ſanctus, in quodam ſolitario loco, inter quos etiam frater Maſſeus morabatur: dixit quadam vice ſanctus Franciſcus omnibus in ſimul congregatis. O fratrer Maſſee, omnes iſti tui ſocij habent gratiam orandi, & contemplandi, tu autem habes gratiam verbi Dei ad ſatisfaciendum perſonis aduenientibus, & propterea ego volo vt ad hoc quod poſſint melius orationi, & contemplationi vacare tu facias portã, & eleemoſynam, & coquinam, quando fratres manducabunt, tu extra portam manducabis, ita quod antequam venientes pulſent ad portam tu ſatisfacias illis de aliquibus verbis: ita quod non oporteat exire, niſi te, Et hoc facias in meritum obedientiæ ſalutaris. Qui ſtatim inclinato capite, & extracto caputio, humiliter, obediuit, & per plures dies fecit portam, eleemoſynam, & coquinam. Socij verò eius, ſicut homine illuminati a Deo, cœperunt ſentire in cordibus ſuis intus multam pugnam: eo quod frater Maſſeus eſſet homo magnæ perfectionis, & orationis, ſicut ipſi, & amplius, & tamen erat illi totum impoſitum in loci pondus. Propter quod rogauerunt ſanctum patrem quod dicta officia inter eos diſtribuere dignaretur: quia nullo modo conſcientiæ eorum poterant ſuſtinere, quod dictus frater tot oneribus ſubiaceret: nam præterea ſentiebant ſe in ſuis orationibus crudos, & in conſcientia diſſipatos, niſi frater Maſſeus, à dictus releuetur oneribus. Beatus autem Franciſcus hęc audiens, acquieuit charitatiuis eorum conſilijs, & fratrem Maſſeum vocans, ait: Frater Maſſee iſti ſocij tui volunt partem de officijs quæ tibi impoſui, & ideo volo quod dicta officia inter eos diuidantur. Qui humiliter, & patienter reſpondens, dixit: Pater quicquid mihi in partem, vel totum imponitis, totum a Deo æſtimo factum. Et tunc ſanctus Franciſcus videns charitatem illorum, & fratris Maſſei humilitatem (quia abſque illa nulla virtus eſt acceptabilis coram Deo) gauiſus eſt. Et poſt hoc, officia diſtribuit, & omnes cũ ſpiritus gratia benedixit ad laudem Dei. S. Antoninus parte 3. hyſt. tit. 24. cap. 7. §. 10. chronici gallici Minorum lib. 6. c. 21.

EXEMPLVM XXVIII.

Deſpici ſe videns prę Maſſeo ſanctus Franciſcus valde lætatur, & qualiter amauerit paupertatem.

FRanciſcus & Maſſeus cum peruenirent ad quaſdam habitationes vbi pro neceſſitate corporis (prout regula dicit eos mendicare) oportebat; Frãciſcus, quia erat homo deſpectus, & paruus, & propterea inter ignotos deſpiciebatur quaſi ab omnibus, quoſdam bolos vilis panis, & fruſta paruula conquiſiuit. Sed fratri Maſſeo quia erat pulcher homo, & magn⁹ in perſona: dati fuerunt ei plures, & pulciores: Cum autem ambo ſimul in quodam

loco

loco conueniſſent, & ibi inueniſſet vnum fontem in cuius margine erat lapis latus, & pulcher; de quo valdè gauiſi ſunt ſuper lapidem illum, acquiſita panis fragmentula poſuerunt. Et cum vidiſſet ſanctus Franciſcus quod fruſtula panis fratris Maſſei eſſent plura, & pulchriora, quam ſua exultás in ſpiritu pro deſiderio paupertatis ait. O frater Maſſee nos non ſumus digni de tam magno theſauro, & hoc gradati in eleuando vocem, pluries replicauit. Reſpondit frater Maſſeus. Pater cariſſime, quomodo poteſt dici theſaurus, vbi eſt tanta penuria, quando non eſt ibi tabella, neq; cultellus, neque ſcutella, neq; inciſorium, nec domus, nec menſa, nec ſeruus, nec ancilla? Reſpondit ſanctus Franciſcus. Et hoc reputo magnum theſaurum, vbi nihil eſt de his quæ præparat humana induſtria, ſed quicquid aliquid eſt, totum a prouidentia diuina miniſtrater, ſicut manifeſtè apparet in pane acquiſito, in lapide tam pulchro, in fonte tam limpido. Vnde volo, vt rogemus Deum quod theſaurum ſanctæ paupertatis tam nobilem, qui haberet adminiſtrare faciat nos toto corde diligere. Et de illis fruſtulis panis, & fonte, cibo, & potu gaudenter cum hymnis diuinis ſumpto, ſurrexerunt vt verſus Franciam pergerent. Et cũ peruenisſent ad quandam Eccleſiam intrãtes in eam ſanctus Franciſcus abſcondit ſe poſt altare ad orandum, & ibi recepit diuinæ viſionis tam exceſſiuum feruorem animam eius, paupertatis concupiſcentia totáliter inflammantem, quod videbatur ex facie, & oris hiatu, quaſi flammas amoris emittere. Et egrediens ad ſocium ſic ignitus, ore vehementer, dicebat. A, a, a, frater Maſſee præbe mihi teipſum, & hoc fecit ter. Frater Maſſeus ſtupens de tam vehemẽti feruore, cum tertia vice ſanctus Franciſcus dixiſſet, præbe mihi teipſum, immiſit ſe tantum in brachia ſancti patris. Tunc ſanctus Franciſcus cũ hiatu magno, & Spiritus ſancti feruore, & clamore valido, reboando. A, a, a, leuauit fratrem Maſſeum cum ipſo flatu in aere, & impulit illum ante ſe, quantum poſſet eſſe vnius longæ lanceæ menſura. Quod videns frater Maſſeus ſtupuit valdè de tam mirando ſancti patris feruore, & retulit poſtea ſocijs, quod in illo ſancti Franciſci impulſu tantam dulcedinem, & ſpiritus ſancti conſolationẽ perſenſit, quod nunquam in vita ſua conſolationem tam magnam meminerat ſe habuiſſe. Poſt dixit ſanctus Franciſcus fratri Maſſeo. Chariſſime, eamus Romã ad ſanctum Petrum Apoſtolum, & ad ſanctum Paulum, & rogemus eos, vt doceant nos, & adiuuent poſſideret theſaurum inenarrabilem ſanctiſſimæ paupertatis. Et addidit ſanctus Franciſcus, dicens; Chariſsime, & dilectiſsime frater mi, theſaurus beatificæ paupertatis eſt tam digniſsimus, & tam diuinus, quod nos digni non ſumus illam in vaſis noſtris tam vilisimis poſsidere, cũ paupertas ſit illa virtus cœleſtis, per quam cuncta terrena, & tranſito. ia cuncta calcantur, per quam omnes obices tolluntur è medio, & liberè Domino Deo æterno mens humana iungatur. Bartholomæus de Piſis li. 1. conformitatum fructu 8. Ex chronico Minorum.

EXEMPLVM XXIX.

Cœleſtem theſaurum nulli rei comparabilem tribulationibus ſuis ſanctus Franciſcus promeruit.

CVm ſanctus frater Franciſcus grauiter pateretur in oculis, & veniſſet ad ſanctum Damianum, prima nocte tam grauiter eſt in oculis infirmatus, quod lucem aliquam videre non poterat. Cum ergò ſtetiſſet in cella 50. diebus, in tanto dolore oculorum, & veratione multiplicium murium a diabolo excitata, quod die, noctuq; quieſcere non valebat. Tunc ſanctus pater hoc eſſe flagellum Domini recognoſcens, cœpit Deo gratias agere, & illum toto corde, & ore laudare, & ex intimis præcordijs clamare, quod illis, & multo maioribus anguſtijs dignus eſſet. Et cum hoc rogabat Dominum, dicens; Domine Ieſu Chriſte paſtor bone concede mihi ouiculæ tuæ gratiam, & virtutem, vt in nulla tribulatione anguſtia, vel dolore a te recedam. Et cum hæc dixiſſet, facta eſt ad eum vox de cœlo, dicens; Franciſce, reſponde mihi. Si tota terra eſſet aurum, & mare, & flumina, & fontes eſſent balſamum, & omnes mõtes, & colles, & lapides eſſent lapides preciosi, et tu inuenires alium theſaurum tanto no-

Prædicator illicò liberatus est à tentatione sua, & ex tunc magnam deuotionem in sancto fratre Aegydio semper habuit. Ex chronici Minorum gallici parte 2. lib. 7. cap. 16.

EXEMPLVM XXXIII.

Linguis uarijs sanctus Antonius de Padua more Apostolorum præsente Papa loquebatur.

SAnctus Antonius de Padua unus de electis discipulis beati Francisci, quem sanctus Franciscus suum Episcopum appellabat, cum prædicabat in concilio coram Papa, & Cardinalibus ubi erant Græci, & Latini, Francigenæ, & Theutonici, Sclaui, & Anglici, & multi alij diuersarum linguarum, Spiritu sancto afflatus, lingua apostolica inflammatus, eructás mellifluũ uerbum omnes illos, tam diuersarum linguarum in dicto concilio congregatos luculentissimè: & clarè ipsum audientes, & distinctè intelligentes reddidit tanta admiratione suspensos, ut uideretur renouatum illud antiquum Apostolorum mirabile admirantium, & dicentium: Nonne iste Hispanus est? Et quomodo nos omnes audimus per eum linguam nostram, in qua nati sumus, Græci, & Latini, Francigenæ, & Theutonici, Sclaui, & Anglici, Lombardi, & Barbari? Papa enim stupens ad tam profunda, de scripturis diuinis a sancto Antonio prolata, dixit: Verè iste arca testamenti, & diuinarum scripturarum armarium est. Ex chronico Minorum, & Antoninus par. 3. hist. tit. 24. cap. 3. §. 2. & in gallico chronico lib. 5. c. 21.

EXEMPLVM XXXIIII.

Verbum Dei à beato Antonio de Padua prædicatum hæretici contemnunt, sed pisces aquarum cum desiderio recipiunt.

OStendere volens Dominus Iesus benedictus quanta sanctitas esset fidelissimi serui sui, & quam deuote audienda esset eius prædicatio, ac sana doctrina per animalia irrationalia s. per pisces redarguit infidelium, & insipientium hæreticorumq; stultitiã, sicut asina redarguit insipientiam Balaam. Nam cum esset B. Antonus Arinũ (ubi hæreticorum magna copia morabatur) volens illos ad lucem veræ fidei, & in viam reducere veritatis, ipsis de scripturis catholici per multos dies prædicabat. Illi verò facti lapidei, per obstinaciã ipsius sancti eloquijs non solum non acquiescere, sed insuper auditum præbere cõtempserunt. Sanctus verò Antonius Domino inspirante, accessit quodam die, ad os fluminis iuxta mare, & stans in ripa (quæ ĩ mari appropinquabat, & flumini,) incœpit modo prędicationis pisces ex parte Domini aduocare, dicens: Audite verbum Domini pisces maris, & fluminis, ex quo infideles hæretici audire contemnũt, & ecce statim accessit ante sanctum Antonium tanta magnorum, & paruorum piscium multitudo quod nunquam similis in illis partibus fuit visa, & omnes tenebant caput aliquantulum extra aquam. Vidisses ibi pisces magnos adhęrere minoribus, minores sub alis maiorum pacificè pertransire, & permanere. Vidisses etiam diuersas piscium species, quoslibet ad sibi similes currere, & quasi quendam campum pictũ varietate colorum, mirabiliter decoratum, ad sancti faciem ordinari, vidisses ibi turmas piscium magnorum, & grandiũ quasi castrorum acies ordinatas, loca ad prædicationem prępripere, vidisses ibi pisces mediocres loca mediocria capere, & quasi doctos à Domino absque truculentia in suis locis consistere, vidisses ibi piscium paruulorũ multitudinẽ copiosam, atque populosam vsquequaque tanquam peregrinos ad indulgentiam properare, & sanctum patrem tanquam sub tutore propinquiores accedere. Itaque in sancta prædicatione cœlitus ordinata, primitus pisces minores, secundo mediocres, & tertiò vbi erat aqua profundior pisces maximi sancto Antonio assistebant. His verò taliter ordinatis incœpit sanctus Antonius solemniter prędicare, dicens. Fratres mei pisces multum tenemini pro vestro modulo referre gratias Creatori nostro, quæ in vestrum habitaculum dedit elementum tam nobilissimũ, ita ut aquas dulces, & sallas prout expedit habeatis. Refugia insuper multiplicia contulit, vt euitetis incommoda tempestatis. Exhibuit insuper vobis elementum diaphanum, & limpidum, & vias

Digitized by Google

pœnas, sed rogo te pater, ut sicut tua pietate mihi dum viuerem succurristi, sed nunc in meis cruciatibus digneris succurrere, ut dicas pro me aliqua Pater noster, quia oratio tua valde acceptabilis est coram Deo. Frater verò Conradus libenter assentiens, dixit semel Pater noster, cum (Requiem æternam.) Quo dicto, anima illa dixit: O pater sancte, quantum profuit mihi, rogo quod iterum mihi dicas. Et cum dixisset iterum, anima illa, ait. Pater sancte sicut oras, tota alleuior, & rogo quod orare non cesses. Frater verò Conradus sentiés quod anima illa suis orationib iuuabatur, dixit sibi centum Pater noster. Quibus dictis, anima illa dixit. Ex parte Domini nostri gratias tibi ago, vt ipse de hac charitate tibi mercedem æternam tribuat, quia propter orationem tuam ego sum a pœnis omnib. liberata, & pergam nunc ad gloriam paradisi. Et his dictis perrexit ad Dominũ. Frater verò Conradus, vt lætificaret fratres totum recitauit per ordinem, quod in nocte præcesserat, vnde ipsi, & alij fuerunt plurimum consolari. Bartholomæus de Pisis lib. 1. Conformitatum Diui Francisci ad Christum. cap. 23.

EXEMPLVM XXXVI.

Consecrationis verba proferens Ioannes de Aluerna, totus in se amore liquescens extasim passus, defecit.

CVm quadam vice Ioannes de Aluerna sint de Firmo, ad altare accessisset ad celebrandum missam quam cantare debebat, ampliata est sibi gratia, & creuit in eo amor diuinus, & datus est sibi quidam sensus de Deo ineffabilis, & inæstimabilis, quem suis verbis nullo modo poterat explicare, & timens ne crescceret tantum sensus ille, & feruor mirabilis, quod oporteret eum dimittere missam, nescicbat quam partem eligeret, vtrum sic procederet, vel expectare, tamen quia aliquando sensérat simile, & Dominus tantum temperauerat, quod ob hoc non dimiserat missam vtcunque confidebat posse procedere nihilominus timebat quod euenit, quia tales infusiones diuinæ non sunt in hominis potesta te, Cum ergo processisset vsque ad præfationem beatæ Virginis, creuit tantum illa illuminatio, & gratiosa suauitas, quod veniens ad Pridie q̃ pateretur uix illam suauitatem, & dulcedinem poterat sustinere. Peruento autem ad Hoc est corpus meum, ingeminas hoc est, hoc est, & multum frequenter, ita quod quasi deficiebat pro magnitudine eorum quæ iam sentiebat in anima. Vnde Gardianus loci succurrés, anxiãti stabat iuxta eum, & frater etiam cum cereo accenso post eum stantib. & timentib. cæteris fratrib. cum alijs hominibus, & mulierib. multis cum quibus erant aliquæ maiores de prouincia quæ omnes expectantes, & timentes more mulierum plangebant. Ipse uero frater Ioannes quasi alienatus beatissima, & suauissima lætitia, stabat improcedens in consecratione sanctissima complenda, quia sciebat Dominum Iesum Christum, quod non intrabat hostiam, uel potius hostia non transubstantiatur in ipsum donec adiungeret, corpus meum. Et non ualens ferre tantam maiestatem Christi, clamauit, corpus meum. Et statim euanuit forma panis, & apparuit Dominus Iesus Christus Dei filius benedictus, incarnatus, & clarificatus, & ostendit ei humilitatem quę eum fecit incarnari, & facit ipsum venire quotidie in manibus sacerdotis. Dicto autem. Hoc est corpus meum, mox mirabiliter post se cecidit retrò, sed a Gardiano qui stabat iuxta eum ne rueret in terrã sustentatus est. Et concurrentib. fratribus, & alijs hominibus, & mulieribus, qui in ecclesia morabantur, tanquam mortuus in sacristiam deportatur. Erat enim corpus eius frigefactum sicut corpus hominis mortui, & digiti manuum erant contracti tam fortiter, quod uix ualebant distendi, uel mouer i, & sic iacuit quasi exanimis a mane vsq; ad tertiam magnam.

Rogatus autem quod per charitatem Dei, quæ senserit dignaretur, dicere: Dixit quod in conficiendo tantum cor suum erat liquefactum ad modum ceræ valde distemperatæ, & caro sua videbatur esse sine ossibus, taliter quod nec membra, nec manus poterat quasi leuare ad faciendum crucem super hostiam, addens quod antequã fieret sacerdos fuit sibi offensum, quod debebat sic deficere in missa, sed quia multas missas legerat, sed non euenerat, quod fue-

replebatur, vt exterior homo discurrere coactus aliquando per ortum, aliquando per Ecclesiam, aliquando per siluam, vndique currebat, vel circuibat quemadmodum flamma interior impellebat. Successu vero temporis hunc angelicum virum in diuersis statibus, ordinatis actionibus, gratia diuina subuexit, quandoque ad splendores cherubeos, quandoque ad ignem seraphicum, quandoque ad angelica gaudia hunc angelicum virum rapiebat gratia diuina, & quod plus est quandoque ad diuina oscula, & excessiuos amoris Christi amplexus non solum internis gustibus, sed & signis exterioribus tanquam amicum intimum assumebat. Vnde accidit sibi quodã tempore quod bene per spatium trium annorum amoris Christi igne succensus, recipiebat consolationes mirabiles, & frequẽter in tali ardore rapiebatur ad Deum. Sed quia Deus curam specialem de suis filijs gerit, nunc consolando prosperis, nunc exercendo aduersis. Dum frater Ioannes prædictus staret in quodã loco subtractus est sibi ille radius, & status ignitus, & remansit sine amore, & lumine, & fuit in mẽ rore permaximo. Propter quod cum anima ipsius dilecti præsentiam non sentiret, anxiebatur, & cruciabatur currens & quærens per siluam mœrens, & anxius dilectũ qui se modicum dispensatiuè absconderat, sed nullo modo, nulloque loco Christi Iesu benedicti dulcissimos amplexus, & suauia, & beata oscula sicut consueuerat inuenire valebat.

Et hanc tribulationem per dies plurimos sustinuit, eiulans, suspirans, & lachrymans. Cum autem ambularet die quadam per dictam siluam in qua ipsemet semitam fecerat ad pergendum, & sic afflictus & die solatus incederet, adhærens vni fago faciem lachrymosam in cælum erexit. Et qui sanat contritos cordes, & alligat contritiones eorum Dominus Iesus Christus benedictus apparuit in eadem semita, nihil tamen dicendo. Quem cum sic Ioannes recognosceret, statim se proiecit ad pedes ipsius, & gemitibus inenarrabilibus exorabat, & humillimè supplicabat, vt succurrere dignaretur, quia sine te Saluator dulcissime maneo in tenebris, & mœrore, sine te igne mitissime maneo in angustijs, & terrore. Illumina me ergo magister gratiosissime, & pastor pijssime, quia sum tua ouicula indigna. Et quia desiderium quod differtur ad maiorem accẽdit amorem, Christus benedictus adhuc recedens per semitam supra dictam nihil penitus sibi loquebatur. Frater vero Ioannes videns quod Christus benedictus recedebat, & eum non exaudiebat, surgens iterum cum sancta importunitate sicut egenus, & pauper, iterum cucurrit ad Christum, & ad pedes humiliter se prosternens, cum lachrymis deuotionis exorauit. O Iesu dulcissime miserere mei, quoniam tribulor, exaudi me in multitudine misericordiæ tuæ, & in veritate salutis tuæ, & redde mihi lætitiam salutaris tui, quia misericordia tua plena est terra, tu scis quoniam vehementer tribulor, rogo suppliciter quod animæ meæ obtenebratæ succurras velociter.

Et iterum saluator recessit nihil loquens fratri Ioanni, & in nullo ipsum consolans videbatur velle, recedere, vadens per viam ante dictam, faciens sicut mater cum puerulo, vt desiderium eius amplius inflammaret, vnde frater Ioannes tertio insecutus Iesum Christum benedictum lachrymando vehementer pergebat sicut lactens post matrem, & paruulus post patrem, et humilis discipulus post magistrum misericordem. Cum autem peruenisset ad eum Christus benedictus faciem suam gratiosam ad fratrem Ioannem conuertit, & expandit venerabiles manus suas sicut sacerdos quando se vertit ad populum. Tunc frater Ioannes vidit radios lucis mirabiles sacratissimo pectore Christi egredientes, nõ solum totam illam siluam illuminantes exterius sed etiam corpus, & animam interius replentes diuinis splendoribus, vnde statim frater Ioannes fuit doctus, quemadmodũ humilem & reuerendum actum deberet tenere cum Christo benedicto.

Nam statim proiecit se ad pedes Christi. Christus vero benedictus pedes illos sanctissimos clementer sibi exhibuit vbi tot lachrymas frater Ioannes effudit, quod quasi videbatur alia Magdalena, rogans quod ad peccata eius non respiceret, sed per suam sanctissimam passionẽ, ac aspersionem sanguinis glorioſi animam eius resuscitare in gratiam diuini amoris dignaretur. Dum autem frater Ioannes sic instanter oraret, & ad pedes Christi iaceret,

tantam

tantam inde recepit gratiã, quod totus ibi exiit renouatus, & ſicut Magdalena pacificatus, & conſolatus. Et tunc frater Ioannes ſentiens tantæ gratiæ donũ cœpit gratias agere Deo, & pedes eius humiliter oſculari, erigendo ſe, vt Saluatorem cum gratiarum actione reſpiceret, & Chriſtus benedictus manus ſuas ſanctiſſimas ad oſculandum eidem exhibuit, & expandit in ipſa apertione manuum. Frater Ioannes ſe erigens acceſſit ad pectus Domini Ieſu, & amplexatus eſt Ieſum, & Chriſtus benedictus amplexatus eſt ipſum. Et inde obſculans frater ſanctiſſimũ pectus Chriſti ſenſit tãtum odorem diuinum, quod ſi omnia mundi aromata congregarentur in vnum reſpectu illius diuini odoris, fœtor putridus putaretur. Et ſuper hoc de ipſo pectore Saluatoris ingrediebantur radij ſupra dicti illuminantes mentem interius, & exterius & omnia circumquaq; & in hoc amplexu, odore, ac luminibus in ipſo beato pectore Domini Ieſu Chriſti fuit raptus frater Ioãnes, & totaliter conſolatus, & mirabiliter illuſtratus. Nam ex tunc quia de ſacro Dominico pectore potauerat dono ſapientiæ & gratia diuini verbi repletus eſt, verba miranda & ſuperenarrabilia frequentius eructabat. Et quia de ventre eius fluebant flumina aquæ viuæ, quas potauerat de abyſſo pectoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, ideo mentes audientium immutabat & fructus mirabiles faciebat. Ille inſuper odor prædictus, & ſplendor quem ibi perſenſerat per plures dies in eius anima perdurauerunt. Et quod plus eſt in dicta ſemita (vnde Dominici pedes perrexerunt) & per amplum ſpatium circumquaq; eundem ſplendorẽ, & odorem per multa tempora ſentiebat. Rediens ad ſe frater Ioannes poſt raptum prædictum Chriſtus benedictus diſparuit, & ipſe poſtmodum ſemper conſolatus, & illuminatus remanſit. Nam coram Romana curia, & coram Regibus, & Baronibus, et coram Magiſtris, & Doctoribus tam profunda, & alta lumina eructabat, qđ omnes in ſtuporem mirabile ſermone ſuo conuertebat. Cum ipſe frater Ioannes eſſet homo quaſi ſine literis, tamen quæſtiones ſubtiliſſimas, & altiſſimas de Trinitate, & alijs ſcripturæ myſterijs mirabiliter declarabat.

Antoninus par. 3. tit. 24. c. 8. §. 15.

EXEMPLVM XXXIX.

Defunctorum infinitas animas Ioannes de Aluerna celebrans, a purgatorio in cœlum vidit euolare.

CVm dictus frater Ioãnes de Aluerna celebraret miſſam in commemoratione omniũ Defunctorum, obtulit cum tãto charitatis affectu, & cõpaſſione pietatis illud altiſsimũ ſacramentũ (cuius efficaciã ſuper omnia ſuffragia deſiderãt animæ defunctorũ) quod liquefiebat totus in dulcedine pietatis, et meſſua dilectione ſuperna. Quando ergo in dicta deuota miſſa corpus Domini ſanctiſſimum leuaret in altum offerens illud Deo patri, vt amore illius qui in cruce pependit animas illas ab ipſo creatas, et etiam redemptas de carcere miſericorditer liberaret, vidit quaſi infinitas animas de purgatorio egredi quaſi multitudinem ſcintillarũ de ignita fornace prodeuntium, et vidit illas ad cęleſtem patriam aduolantes, propter merita Chriſti, qui pro humana ſalute in cruce pependit. Antoninus ibid. Ex chron. Minorum.

EXEMPLVM XL.

Pauperes flumen rapidiſſimum cum fiducia tranſire vidit frater Leo, in quo temporalibus curis onerati perierunt.

QVodam tempore dum ſanctus Franciſcus eſſet grauiter infirmus, frater Leo ibi cum multa deuotione, et diligentia ſeruiebat. Cum autem quadam vice frater Leo ſtaret prope beatum Franciſcum, et daret ſe orationi, factus in extaſi ductus eſt ad maximum quoddam flumen, et impetuoſum, et latum, ubi cum aſpiceret tranſeuntes, vidit aliquos fratres oneratos ingredi dictum flumen, qui ſtatim ab impetuoſitate fluminis ſubuertebantur, et abſorbebat eos vorax profundita. Aliqui ibant, vſque ad tertiam partem fluminis, et peribant, aliqui vſque ad medium, alij quaſi vſque ad finem, qui omnes propter ſarcinas, et onera quæ portabant diuerſi modè ſecundum diuerſas ſarcinas a flumine mergebantur, et peribant crudeliſſimè abſque omni remedio. Frater autem Leo videns

videns tantum uericulum compatiebatur illis. Et ecce ſubito apparuerunt aliqui fratres ſine aliquo onere, vel ſacrina omnis rei, in quibus ſola paupertas ſancta relucebat. Et intrantes flumen tranſibant ſine aliqua læſione. Sanctus vero Franciſcus per ſpiritum ſciens quod frater Leo uiderat aliquam viſionem, poſtquam rediit ad ſe vocauit eum ſanctus Franciſcus, & ait: Dic mihi quæ viditti. Et ille recitauit per ordinem cuncta quæ viderat. Cui ſanctus Franciſcus, ait: Vera ſunt quæ viditti. Nam flumen eſt mundus. Iſti fratres qui ſorbentur a flumine ſunt illi qui profeſſionem euangelicam paupertatem uoluntariam non ſequuntur. Illi vero qui ſine periculo tranſibant ſunt fratres ſpiritum Dei habentes, qui nihil terrenum, nihilq; carnale amant, aut quærunt aut poſſident, ſed habentes alimenta, & quibus tegantur, his contenti ſunt, ſequentes Chriſtum in cruce nudatũ, & onus crucis eius, & iugum obedientiæ eius leuiſſimum, & ſuaue quotidie amplexantur, ideo facilitèr & ſine periculo de temporalibus tranſeunt ad æterna. Ex chronico Minorum gallico. lib. 2. c. 11.

EXEMPLVM XLI.

Iudicante Domino qui per rubeam ſcalam iuſtitiæ aſcendere voluerunt, ceciderunt, qui vero ad albam miſericordiæ confugerunt, Maria ſemper virgine miſericordiſſima ſuſcipiente, ſaluati ſunt.

FRater Leo habuit hanc viſionem. Videbat namque in ſomnis, & ecce iudiciũ parabatur, & angeli canebant tuba, & gens congregabatur in quodam prato magno. Et ecce duæ ſcalæ poſitę erant, una ex vna parte, alia ex alia parte, vna erat tubea, & alia alba, & ambę attingebant a terra vſq; ad cœlum. Apparuit autem Chriſtus in ſummitate rubeę ſcalę quaſi iratus, & offenſus. Et beatus Franciſcus prope ipſum inferius, & deſcẽdens aliquantulum, clamabat ad fratres ſuos fortiſſimè, dicens: Venite fratres, venite, aſcendite ad Dominum, qui vocat vos confidite, ne uos timeatis, venite. Fratres autem multi conueniebant ad iudicium, confiſi de clamore patris, currebant & incipiebant aſcendere ſcalam rubeam valenter. Cũ aſcenderent alius cadebat de tertio gradu, alius de quarto, alius de decimo, alij de medietate ſcalæ, & alij quaſi de ſummitate ſcalæ. Beatus vero Franciſcus videns hoc, motus compaſſione ad tantam ruinam rogabat Chriſtum iudicem pro filij ſuis. Chriſtus vero oſtendebat manus ſuas, & latus beato Franciſco, in quibus uidebantur renouatæ plagæ eius, de quib. etiam ſtillabat ſanguis recentiſſimè, & dicebat: Ecce iſta fecerunt mihi fratres tui. Dum beatus Franciſcus perſeueraret poſtulans miſericordiam pro fratribus, poſt breuem morulam iterum aliquantulum deſcendebat, & clamabat: Non deſperetis, ſed confidite. Currite ad ſcalam albam, currite, & aſcendite ibi ſuſcipiemini, per eam intrabitis. Curentibus autem fratribus ad ſcalam albam ex admonitione paterna, ecce beata uirgo Maria mater Chriſti apparuit in ſummitate ſcalæ, & recipiebat eos, & ingrediebantur regnum ſine labore.

Ex Chronico Minorum latino lib. 6. capitu. 17. & gallico lib. 2. c. 75.

Ex Libello seu Tractatu qui dicitur vitas Fratrum Prædicatorum, edito à Frate Gerardo de Fracheto iussu Humberti Magistri Generalis ordinis Prædicatorum, ex multis quæ in ordine per varias mundi partis contigerant, & illi relata fuere in Comitijs Generalibus eiusdem ordinis celebratis Parisijs anno 1266.

EXEMPLVM XLII.

Maria virgo Prędicatoribus cantantibus Salue Regina, multa signa dilectionis ostendit.

MArsiliæ fuit mulier multum deuota nomine, & natione Lombarda. Quæ dum quadam die stans in Completorio fratrum fuisset singulari deuotione affecta, in inceptione dulcis antiphonæ, scilicet, Salue Regina, fuit rapta in spiritu, vidit quatuor admiranda, & nobis amanda, & cum multa deuotione omnibus recolęda. Vidit quippe ipsam reginam misericordiæ cum fratres dicerent, spes nostra salue, ipsos dulciter resalutantem. Et cum dicerent. Eia ergo aduocata nostra, ipsam ante filium pro fratribus procidentem, & orantem. Et cum dicerent. Illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, vidit illam læto & columbino vultu in fratres respicientem. Post cum cantarent. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende, vidit ipsam in ętate tenerâ gestantem filium, & omnibus & singulis cum multo gaudio protendentem. Hęc autem mulier omnia dicta suo confessori maturo, & discreto distincte, & cum multis lachrymis enarrauit. par. 1. cap. 7. Libri qui dicitur Vitas fratrum Prędicatorum.

EXEMPLVM XLIII.

Spiritus sanctus super Prędicatores celebraturos capitulum, & Veni sancte Spiritus concinentes, in specie flammę descendit eisdemque Salue Regina cantantibus, beata virgo multa signa dilectionis ostendit.

IN territorio Amonensi super fluuium Rhodanum situm est claustrum nobile Tarascho nis, vbi beata Marta Christi hospita venerabiliter requieścit. In hoc claustro hospita fratrum mater domini Olfani militis deuotissima Deo, & ordini fuit. Cui quod sequitur, reuelatum est: sicut ex literis venerabilis viri, & honesti domini Guidonis Fulcodij, qui post, Podiensis Episcopus factus est, clarè patet in hunc modum. Viris religiosis patribus, & dominis, Priori, & fratribus Prædicatoribus in mõtẽ Pessulano, Guido Fulcodij salutem, & pacem. Instante nuper festo Pentecostes cum ordinis vestri generale capitulum apud nos celebrandum occurreret, soror mea quondam Domina Maria de Taraschona sanctorum congregrationem tam celebrem, quam iocundam videre desiderãs, per quindecim dies ante festum in villam sancti Aegidij notos, & proximos visitatura descendit. Cumque a pluribus matronis visitaretur (quæ suis ædificabantur alloquijs & exemplis) cœpit a nonuullis earum anxiè scisciari quotiens orationem Dominicã deuotissime dicerent, matrẽ ve Domini salutarent. Et vt fratribus in capitulo congregatis, suum Dominus mitteret spiritum, materq; misericordiæ eos sua gratia visitaret, a singulis earum quod poterat orationum extorsit. Laudanda certè sanctæ mulieris deuotio, sed magis admiranda prudentia. Minus quippe sibi sufficere iudicans, quod iuxta patrimonij vires fratrum plurimorum necessitatibus temporali subsidium porrigebat, nouo, sed laudabili quæstus genere satis (vt arbitror) honeste mendicans spiritualis alimoniæ beneficia corrogabat, impossibile reputans ab eo preces plurimorum non exaudiri, qui fidelis in omnibus verbis suis se suorum congregationi fidelium affuturum promittit, & multiplicatis intercessionibus, thesauros euiscerat suæ pietatis. Sanè ad montem Pessulanum veniens, cum sorore, cum in die festo tantæ solemnitatis officium celebraretur in ecclesia nostra, & ipsa prostrata orationi tota incumberet

iuxta

iuxta morem cępit instantissimè deprecari Dominum, ut tot fratres in suo nomine cõgregatos respiciens (quorum multi per tot terrarum spatia laborauerant) eos sui Spiritu lumine perlustraret, etsi merita deerant aliquorum, ipse de suæ gratiæ plenitudine, necnon & aliorum meritis defectum illorum misericorditer suppleret. Cum igitur hoc in animo uolueret, importune petens, & nihil hæsitans hymnum, Veni creator Spiritus inchoante cantore, vidit flammam descendere de supernis, quæ chorum vsque ad consummationem inuolueret. Cumque rem visam consideraſſet cum gaudio, nemini suam visionem dicens, nec suis ascribés meritis, & gratias egit Deo, qui sicut primos horum visitauerat piscatores, sic etiã suæ beneficia lagitatis ad nostri temporis prædicatores extendit. Porrò cum ad eandem ecclesiam audiendi completorij causa redijsset, & fratres illam dulcem antiphonam Salue regina cantarent. Regina virginum apparuit visibiliter monẽs, vt ab eius pedibus non recederet. Vidit ergo ipsam chori vtraq. partem lustrantem, singulis inclinare cantantibus, & iuxta cerofarios gradum sistere, usque ad finem orationis. Dehinc in cęlum rediens, eam affectib. secum duxit. Quę sibi reddita tantæ gustu dulcedinis recreata gratias humiliter retulit in corde suo conferens vniuersa. Nam & per triduum in singulis completorijs hanc habuit visionem. Cæterum nec sorori, nec alij seriem facti aperiens, tanquam mulier sensata, & tacita clausa tenuit omnia quæ vidit, donec ęgritudine vehementi cõfracta, mortem quam diu saluo diuinæ consilio dispositionis optauerat, imminere præsensit. Tunc vero mihi primum, dehinc sorori, & filio, post priori nostro Arelatensi, & tribus fratribus cuncta per ordinem enarrauit. Eodẽ tempore dicta Domina defuncta est, & in cęmiterio fratrum Arelati sepulta, quia fratres conuentum in Tarascone nondum habebant. eadem par. 5. c. 7.

EXEMPLVM XLIIII.

Bona sororum Salue regina cantantium a tempestatis vastatione beata virgo præseruauit.

CVm circa quãdam domum sororum grando & tempestas sata cõtereret, sorores perterritæ coruscationib. ecclesiam intrantes. Salue regina cum multa deuotione cantauerunt, matrem misericordiæ rogantes, ut eas & terras suas quib. sustentabantur, tua misericordia, ac pietate seruaret. Mira res, sed ab eo facta qui imperat ventis, & fulgura in pluuiam facit. Cum etenim non solum in circuitu, sed ferè ad iactum balistæ omnia sata grandine contrita valde fuissent, vineæque destructæ, omnia quæ sororum erant per Dei gratiam, & beatæ Mariæ adiutorium, alua, & integra remanserunt. eadem 1. eiusdem libri c. 7.

EXEMPLVM XLV.

Circumstantias peccatorum scrupulosè confitens frater aurea meruit corona fulciri.

QVidam frater magnæ auctoritatis in ordine vitæ, & famæ præclarus in prouincia Lombardiæ narrauit, quod cum esset nouicius tempore beati Dominici, & post confessionem quadam nocte post matutinas ante altare paululum obdormiuisset, audiuit vocem dicentem sibi. Vade, & iterum, rade caput tuum. Qui euigilans interpretatus est, quod iterum moneretur cõfiteri, & melius circumstantias omnes. Vnde ad beatum Dominicum se prosternens confessus est omnia cum contritione, & maiori attentione quam prius fecisset. Qui cum postmodum paululũ recepisset quietis, vidit angelum descendentem de cęlo, & in manu portantem coronam aureã miro modo ornatam, & appropinquans posuit in capite eius. Euigilans ergo frater se multum consolatum inuenit, & gratias egit Deo. 4. par. c. 7.

EXEMPLVM XLVI.

Conuertitur magister Rolandus omnes de litias citius transire conspiciens.

CVm magister Rolandus Cremonẽsis in festo quodam de scarletico panno haberet nouas, & preciosas vestes, & solemnibus epulis interfuisset, cum socijs, & totam illam diẽ in lusibus, & vanitatibus, & huiusmodi vanagloria transegisset, infero ad se reuersus, tacite intra se ait. Vbi est

Digitized by Google

eſt feſtum quod fecimus,& tota illa lætitia quo abijt? Videns ergo quod omnis mundi lætitia tranſit cito,& ad dolorem conuertitur, ſequenti die ordinem eſt ingreſſus, in quo multis annis deſeruiuit Domino ſanctitate, fama, ſcientia, & doctrina præclarus. 4. par. c. 8.

EXEMPLVM XLVII.

Verbum Dei audiens doctor Moneta conciones ne conuerteretur fugiens conuertitur, & plures ſuo exemplo ad conuerſionem incitauit.

CVm ſanctæ memoriæ frater Reginaldus quondam Aurelianenſis Decanus Bononiæ frequenter prædicationi inſiſteret,& plures magnos clericos, & magiſtros attraheret. Magiſter Moneta (qui tunc in artibus legens in tota Lombardia famoſior erat) viſa conuerſione tantorum cepit timere multum quod caperetur in ſermone illius. Vnde eum inquantum poterat declinabat, & omnes ſcholares ſuos verbo,& exemplo ſuo auertebat a prædicatione eius. In feſto autem ſancti Stephani cum ſcholares prædictum magiſtrum ad ſermonem attraherent, nec ipſe propter ſcholares, nec propter honorem ſe abſentare poſſet dixit eis: Eamus prius ad miſſam. Iuerunt ergo & nō tantum vnam,ſed tres audiuerunt. Tunc inſtantibus illis, ait, Eamus nunc ad ſermonem. Veniens ergo inuenit eum prædicantem, & maiorem eccleſiam ita plenam, quod intrare non potuit. Vnde ſtans ad fores eccleſiæ,& auſcultans in primo verbo captus eſt, quod tale erat. Ecce(inquit)video cęlos apertos. Et inquit in præſenti aperti ſunt cęli ad introeundum. Quilibet qui vult poteſt ianuas apertas intrare, videant, & timeant miſeri negligentes, ne eis qui claudunt Deo cor ſuum, & os, & manus regnum cœlorum claudatur,& introire non poſſint. Quid ergo tardatis chariſſimi? Ecce aperti ſunt cęli. Finita ergo prædicatione;venit ad eum magiſter Moneta compunctus verbo Dei, & ei ſtatum ſuum, & occupationes exponens in manibus eius profeſſus eſt. Et quia erat multipliciter impeditus,de licentia ipſius fratris Reginaldi per annum, & amplius remanſit in habitu ſeculari, non tamen inutiliter. Sicut enim multos prius ab eius prædicatione auerterat, ſic poſtea quā plures non ſolum ad prædicationem, ſed etiam ad ordinem adduxit. Trahebat eos ad ſermonem, & modo hunc, & modo illum ad ordinem inducebat, & cum ſingulis quaſi de nouo profitebatur. Ingreſſus autem ordinem qualis in omni ſanctitate fuerit,quantum in verbo & doctrina,& hæreſum confutatione profecerit,non de facili poſſet ſcribi par. 4. c. 10.

EXEMPLVM XLVIII.

Conuertitur quidam ſolemnis magiſter humili admonitione paſtoris ſui.

FRater quidam qui magnum locū diu tenuit in ordine,cum miſſus fuiſſet ſatis iuuenculus Pariſios ad ſcholas,& viſſet ordinem Prædicatorum tunc exurgere,& familiaris eſſet ordini Ciſtercienſi; (cuius ordinis fratres ſolebant reperiri in domo patris ſui) frequenter in orationib. ſuis petebat a Domino, vt concederet ſibi mori in ordine Ciſtercienſi vel fratrum Prædicatorum. Licet autem ex dono gratię diuinæ caueret ſe a multis peccatis,& propter ſpem ſalutis interdum portaret cilicium occultē, & aliquas eleemoſynas faceret, & ad officium diuinum non in feſtis tantū,ſed quaſi omni die ad eccleſiam B. Mariæ,& ad ſermones quaſi ſemper & libenter veniret, tamen nec ad prædicationem magiſtri Iordani, qui tunc multos commouebat, nec alicuius alterius mouebatur ad ingreſſum ordinis. Cum autem poſtquam rexerat, in artibus audiret iura canonica, interdum in mane(locijs ſuis neſciētibus)ibant ad ſcholas Theologiæ. Contigit autem in quodam die feſto, auditis veſperis in eccleſia ſancti Petri,in cuius parochia tunc morabatur,redeuntibus alijs ſcholaribus ipſum remanere in vigilijs defunctorum. Cum autē ventum eſſet ad lectiones legendas, incępit capellanus dictæ eccleſiæ qui ſatis ſimplex videbatur, & bonus, ipſi loqui in hunc modum. Chariſſime, eſtis vos parochianus meus? At ille reſpondit. Domine moror in tali domo. Et ſacerdos, Bene ergo eſtis parochianus meus. Et ideo volo liberare animam

Digitized by Google

mam meam de vobis. Et poſt. Scitis enim quid vos promiſiſtis Domino in baptiſmo. At ille: Et quid promiſi? Et ſacerdos Vos, inquit, promiſiſtis vos abrenunciare ſathanæ, & omnibus pompis eius. Ille qui vos portabat loquebatur pro vobis, & reſpondebat, Abrenuncio. At ille: Quare dicitis vos hæc? Et ſacerdos: Chariſſime, propter hoc, quia multi ſunt ſcholares qui multum ſe cruciant, & multa ſuſtinent longo tempore Pariſijs in ſtudendo, quod nihil eſt niſi pompa ſathanæ. Dicunt enim in corde ſuo, quando ſtuduerit Pariſijs, & fuerit magiſter in illa, & in illa facultate, rediens ad terram tuam erit famoſus, & reputaberis magnus clericus, honoraberis ab omnibus, dabuntur tibi beneficia, aſcendes ad dignitates, & huiuſmodi. Et quid eſt hoc niſi magna pompa ſathanæ? Chariſſime, caueatis vobis a tali intentione in ſtudio veſtro, & videte quomodo multi magni magiſtri, & clerici relinquunt mundũ, aduertentes nunc, quod ferè omnia quæ ſequuntur homines in mundo, pertinent ad pompam ſathanæ. Cum autem hæc diceret ſacerdos; ecce finita lectione vna Clericus incœpit reſponſorium. Heu mihi Domine, quia peccaui nimis in vita mea. Quid faciam miſer, vbi fugiam, niſi ad te Deus meus? & ſic verba ſacerdotis ex vna parte, & cantus prædicti clerici ex altera, quaſi duæ tubæ intrantes ad cor eius, commouerunt eum, in quandam inuſitatam compunctionem magnam, & abundantiã lachrymarum. Recedens ergo inde quocunque ibat, vbicumque ipſe ſtabat, deuotiſſimè geſtabat verba prædicta in viſceribus, & præcipuè illud verbum reſponſorij prædicti. Quid faciam miſer, vbi fugiam, niſi ad te Deus meus? Cum autem hoc reuoluit quaſi continuè in corde videbatur ſibi quaſi quædam vox in anima ſua reſpõdere, quo fugies niſi ad ſanctum Iacobum ad fratres prædicatores? In illis autem diebus cum more ſolito iret ad beatam virginem adorabam: tanta data fuit ei multotiens gratia compunctionis, & deuotio lachrymarum, & affectio cordis inconſueto, quod vltro deſipiente ſibi mundo, poſt paucos dies, iuit ad fratres ſibi notos ad ſanctũ Iacobum, & ordinauit cum eis de ingreſſu ſuo, poſt ſolutionem debitorum quorundam. Interim autem locutus eſt domino Hugoni, qui factus eſt poſtea Cardinalis, qui fuit magiſter ſuus, & reuelauit ſibi propoſitum ſuum, confidens quia eum nõ impediret, quia bonus homo fuit, & Baccalaureus in Theologia. Quo audito, ipſe gratias agens Deo, confortabat eum dicens: Sciatis magiſter, quod ego hoc idem propoſui, ſed non poſſum ſtatim intrare, quia habeo expedire quædam negocia Domini mei VVilhelmi de Sabiudia, cum quo nũc ſum ſicut ſcitis. Sed intrate ſecure, & ſitis ſecurus, quod ego vos ſequar in feſto Beati Andreæ. Ipſe, & dominus Hugo in ſequenti quadrageſima in cathedra beati Petri ordinem ſunt ingreſſi. eiuſdem libri qui dicitur Vitas fratrum Prædicatorum parte 4. cap. 10.

EXEMPLVM XLIX.

Conuerſione ſodalium ſuorum prouocatus ſtudens quidam, proiectis libris quaſi inſanus ad prædicatorum ordinem feſtinauit, & conuertitur Guerricus timore mortis, quia audiuit omnes antiquos patres veteris teſtamenti obijſſe.

FVit etiam Pariſijs alius magnus clericus, & in iure peritus, qui audiens ingreſſum quorundam ſcholarium amicorum ſuorum oblitus librorum ſuorũ, quos ante ſe tenebat apertos, quos etiam non clauſit, oblitus etiam quæ in domo ſua habebat, ſolus quaſi amens factus, curſu feſtinabat ad fratres. Cum autem obuiaſſet cuidam noto ſibi, & quæreret quomodo ſic ſolus curreret, non ſiſtens gradum, hoc ſolum reſpondebat; Ego vado ad Deum. Veniens autem ad locum vbi ſe receperant fratres (quia nondum ibi domum habebant) & inueniens magiſtrum Iordanum, & fratres congregatos proiecto quodam mantello ferico proſtrauit ſe in medium quaſi ebrius, nihil aliud dicens niſi hoc. Ego ſum Dei, ego ſum Dei. Magiſter autem Iordanus nulla facta alia examinatione, vel reſponſione præmiſſa, hoc ſolum reſpondit; Ex quo eſtis Dei, & nos in eius nomine conſignamus vos ei. Et ſurgens induit eum. Hæc autem duo narrauit qui interfuit illis, & hæc uidit, & audiuit, & vnus ex illis fuit frater Guerricus, qui diu in diuerſis locis ſectans ſtudia in Logicalibus,

Digitized by Google

bus, & quadruuialibus, & naturalibus, & in medicina, & excellenter post rexit in ordine in Theologia Parisijs, retulit introitus sui hanc fuisse causam. Semel enim dū audiret legi in ecclesia. Factum est omne tempus quod vixit Adam nongenti triginta anni, & mortuus est. Facti sunt dies Seth nongenti duodecim anni, & mortuus est. Facti sunt dies Enos nongenti quinq; anni, & mortuus est, & cætera quæ sequuntur de mortibus eorum, qui tamdiu, & tantum vixerunt, quid faciemus, & nos etiam moriemur? Hæc ergo vtili, & sancta cogitatione compunctus, ordinem deuotissimè intrauit. Cuius etiam vita quam sancta, doctrina, quam vtilis, & clara fuerit, notum est toti ordini, & ecclesiæ Dei.
Ibidem cap. 10. & 11. de Guerrico.

EXEMPLVM L.

Conuertitur quidam præ delitijs omnem pœnitentiam abhorrens, cum audisset, subter te sternetur tinea, &c.

ERat quidam scholaris Bononiæ nimiū delicatus: de quo semel secundo & tertio visum est cuidam fratri, quod si moneretur, ordinē intraret. Venit ergo ad Suppriorem fratrem, qui eius compatiota erat, & quod ter viderat, reuelauit. Ille autem respondit: Diuitijs & delicijs plenus, vix poterit deserere vitia adolescentiæ suæ. Cum frater Deo omnia possibilia asseueret, cogitans Supprior, quod res a Domino fieret: cōsensit, & iuit ad domum illius. Sed eum intraret cameram, & eius delicationem in lecto & vestimentis attenderet, expauit: nec voluit aliquid sibi loqui. Sed scholaris timens quod ipsum ad ordinem ducere vellet, ait: Frater, si vultis aliquid mihi loqui, nolo audire nisi promittatis mihi, quod nihil de Deo, mihi dicatis. Tunc Supprior respondit: Loquamur de patria, & de parentibus nostris, & in fine tantum duo verba dicam vobis de Deo. Qui ait: Bene: sed cauete ne plura dicatis. Cum igitur diutius fuissent familiariter locuti, surgens Supprior, ait: Recedo, redibo, sed illa duo verba quæ promiseram dicam. Scitis vos domine Reginalde, qualem lectum habebunt in alio seculo, qui hic non pœnitentiam isto seculo? Respōdit: Non. At ille: Esaias propheta ostendit, dicens: Subtus te sternetur tinea, & operimē tum tuum erunt vermes. Expones ei hæc verba, licentiatus ab eo, rediit ad conuentum. Ille autem in tanta meditatione remansit istarum tinearum, & vermiū, quod nihil aliud poterat cogitare. Quam cogitationem volens per risus, & ludos, & solacia sociorum remouere à corde non poterat, sed magis ac magis ei illabebatur. Sicq; amaritudinem quam ex hoc sentiebat ferre non sustinens, post dies aliquos ordinem intrauit, eligens in lecto duro, & paupere residuum vitæ pertrāsire, vt post mortem in cœlum portaretur ab angelis, magis quam hic lasciuire in stratu suo, & postea tepelim in inferno cum tinearum, & vermium corrosione perenni. Quorum hic nec per dies aliquos cogitationem potuit tolerare eadem par. 4. cap. 12.

EXEMPLVM LI.

Conuertitur quidam quia vidit teneritudinem suam inferni pœnas tolerare non posse.

NArrauit beatæ memoriæ magister Iordanus de quodam iuuene nobili pulchro, & delicato, quòd cum intrasset ordinem Prædicatorum suadebatur sibi a quodam magno, & litterato, & amico parentum suorum, vt ordinem exiret, & dicebat. Melius est vt modo sine peccato exeas, & sine nota quā postea. Tu tenerrimus es, tam durum ordinem non poteris tolerare. Cui iuuenis ille respondit. Causam, quam mihi assignatis ad exitum, hanc scio mihi fuisse motiuam ad ingressum. Cogitaui enim apud me, dicens. Si nullam asperitatem possum pati in seculo, quomodo illas pœnas intolerabiles & innumerabiles sufferre potero in inferno? Ideo decreui in præsenti istam sustinere asperitatem, vt in alio seculo æternam non patiar, sed hic cū pauperibus pauper sim, vt diues in regno cœlorum efficiar.
eadem parte 4. cap. 12.

EXEMPLVM LII.

Cœlestis regni intuitu quidam moriturus omnes labores suos nihil esse fatetur.

CVm quidem nouitius laboraret in extremis in conuentu Argentinensi in Theu-

Theutonia, & fratres recommendarent animam ipsius creatori, ex insperato aperuit oculos suos, & ait: Audite fratres charissimi, mihi accidit sicut alicui eunti ad forum, & paruo pretio magnas merces ementi. Ecce enim regnum accipio, & casus nescio meritorum. Et hoc victo requieuit in pace, libro qui dicitur Vitæ fratum Prædicatorum parte 5. cap. 2.

EXEMPLVM LIII.

Defuncti anima à quindecim annorũ purgatorio per vnam missam liberatur.

FRater Iuo, natione Brito, quondam Prior prouincialis in terra sancta humilis, gratiosus, & deuotus, semel post matutinas erat in ecclesia orans. Cumque eleuasset oculos versus lampadem chori, vidit vmbram quasi fratris stantis in habitu sordido, & peregrino. Cumq; quæreret quis esset? respondit: Ego sum frater talis, qui nuper obij, & viuens speciali tibi fui amore astrictus. Et quærente fratre Iuone, quomodo sibi esset? Respondit: male & durè, in durissima pœna debeo esse per quindecim annos. Cumque quæreret ab eo, quare tamdiu, & tam durè deberet puniri: qui tam religiosè, & deuotè, & feruenter vixisset? Respondit: Non quæras quare: quia secundum iudicium Dei, quod æquissimum est, bene merui tantam pœnam, sed rogo te ut mihi subuenias. Quod se libenter pro uiribus facturum, promisit. Cumque dies illuxisset cœpit dictus frater Iuo pro prædicto defuncto offerre Deo hostiam salutarem. Cumque iam consecratam teneret in manibus, cœpit rogare Dominũ, quasi sub his uerbis. Domine Iesu Christe, si Soldanes Babyloniæ teneret unum captiuum in uinculis, & camerarius eius qui annis uiginti seruiuisset ei, quando surgeret, quando intraret lectum, pro seruitio suo dictum captiuum peteret dari, Soldanus ei de facili non negaret, Domine non es durior Soldano Saracenorum. Camerarius tuus sum; astiti tibi iam per multos annos, & deuotè seruiui. Tenes quasi captiuum illum dilectum fratrem meum; igitur pro seruitio meo pete, illum mihi dari a clementia tua. Cumque uerba ista cum multis lachrymis iam non semel tantum, uel bis, sed pluries inculcasset, post multas lachrymas missam finiuit. Sequenti uerò nocte stans in oratione post matutinas, dictum fratrem uidit stantem ante se in habitu cãdido, & præclaro, quęsiuit ab eo quis esset? Qui respõdit. Ego sum frater, qui apparuit tibi hieri. Cumque quæreret ab eo quomodo ei esset: Respondit, bene per gratiam Dei, petisti enim me a Domino, & dedit me tibi, & iam liberatus a purgatorio uado ad societatem spiritum beatorum. Et hoc dicto statim disparuit. eiusdem lib. parte 5. cap. 4.

EXEMPLVM LIIII.

Apostata Deo iudici præsentatus, aut peccata soluere, aut infernum ire præcipitur.

IN Anglia rector cuiusdam ecclesiæ pecuniosus, & luxuriosus infirmatus grauiter, timore mortis habitum fratrum Prædicatorum suscepit, & cum aliquantulum conualuisset, reiecit, & cum se multis exposuisset criminibus, a Deo pio patre correctus est huiusmodi uisione. Videbatur enim sibi soporato in hora matutinali, quod uideret Christum Dominum in aere sedentem ad iudicandum, & omnia peccata sua super caput suum esse scripta, & infernum subtus hiantem ad se recipiendũ. Cumque territus ad Christum respiciens clamaret, faciem eius uidit terribilem, & sibi plus intolerabilem, quam infernum ipsum. Post hæc apparuit ei quidam in habitu fratrum Prædicatorum. dicens Christo; Domine, quid vis de isto? Et Dominus, ut soluat precium pro peccatis, aut in infernum uadat. Euigilans ergò & hæc secũ reuoluens, peccata sua cum multis lachrymis confessus est fratri Martino lectori fratrum, & habitum cum multa deuotione resumpsit. Et post mensem iterum infirmatus est, frater autem confessor eius cum uideret eum morti propinquum, turbari propter peccata sua, dixit. Noli timere charissime, sed audacter præsume de misericordia Dei. Ego quicquid boni in ordine feci, tibi do, dummodo firmiter speres. Et infirmus hæc audiens confortatus, gratias egit. Et perceptis sacramentis, eum

Digitized by Google

multa deuotione migrauit. Poſt eius obitum, videbat dictus frater viſionem, quod dictus rector ſordidiſſimis veſtibus ſpoliabatur, & candidiſſimis induebatur. Et rogabat eum confeſſor ſuus frater ille, vt veſtes ſibi conſimiles impetraret a Chriſto. Tunc reſpondebat defunctus: Chariſſime pater, iſtæ ſufficiũt mihi, & tibi. Hoc autem dixit, quia ſibi conceſſerat bona ſua quæ data non minuuntur, ſed magis accreſcunt. ex lib. vitæ fratrum Prædicatorum parte 5. cap. 5.

EXEMPLVM LV.

Defunctorum animæ ab hæredibus ſuis poſtulant adiuuari.

FRater quidam ad prædicandum miſſus villam quandam intrauerat, & aſcenderat, veſpere ſolarium ad pauſandum. Et ecce in oppoſita domo, pditi adoleſcentes ad funus defuncti conuenerant, & obſcœnis vacantes luſibus vigilabant. Hæc vt audiuit frater flere cœpit vberrimè, prædictorum inſanias miſeratus. Nec mora, vt ſe depoſuit ſuper lectum, quidam aſtitit ei, vt ſibi viſum eſt, dicens: Legatione fungor animarum, in purgatorio purgandarum. Hæc enim mandat ſuis in derelictis poſſeſſionibus conſtitutis. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Et ait fratri: Ex his verbis cras tibi ſermonis thema accipies, & repelles ludos execrabiles, quos vidiſti, & induces homines, vt defunctorum amicorum piè ſubueniant animabus. Nec diſtulit frater in craſtino, ſepulto corpore iniunctam legationem conuenientibus populis iudicare. Tantumque in illo ſermone profecit, vt omnes a minimo vſque ad maiorem ad tantam lachrymarum abundantiam commoueret, vt ſeruor mirus excitaretur in populo defunctis proximis ſub uenire. Et ludos execrabiles (quos prędiximus) remouerunt eodem lib. parte 5. cap. 7.

EXEMPLVM LVI.

Beatæ Mariæ capellanus, qui ſemper in omni ſermone exemplum de ea, ad dulce os faciendum, dixit, concinens, & mirabiliter conſolatus obiuit.

FVit in conuentu Metenſi frater quidã qui multum ſeipſum abnegauerat, & quaſi totaliter contempſerat, & in lingua Gallica & Theutonica feruenter prædicabat. Et maximè in villulis, & inter pauperes libenter conuerſabatur, ad ſilua pro domibus conſtruendis libenter ibat, & conuentus negotia communia fideliter faciebat, ita vt poſſet dicere cum Apoſtolo, plus omnibus laboraui. In choro ita erectus ſtabat, ſine appodiatione aliqua, vt nec ſedes, nec aſſeres tangere videretur. Hinc in amore beatæ virginis totaliter effluebat, & laudes eius deuotiſſimè ſoluebat, & in omni ſermone de ea prædicabat, & in fine ſermonis aliquod miraculum de ea narrabat ad faciendum bonũ os eius, vt dicebat in ſua vulgari. Cum autem ad quendam locum peruenisſet, contigit eum grauiter infirmari. Et cum quidam ſacerdos honeſtus, qui vice Epiſcopi, fratres in expenſis recipiebat, eum vellet in domum ſuam recipere, noluit, ſed ad hoſpitale pauperum humiliter declinauit. Et cum ſuper hoc alij mirarentur, alij indignarentur, dixit; Valde conueniens eſt pauperem fratrem inter pauperes conuerſari, viuere, & mori. Fratres autem de hoſpitali eum deuotè ſuſceperunt, & honeſtum ei locum procurauerunt. In illa autem infirmitate per aliquantulum temporis tantam triſtitiam habuit, vt creditur ex memoria, & recordatione peccatorum ſuorum, quod gemitus inenarrabiles, & alta ſuſpiria, & plãctus anxios emittebat. Cum autem morti appropinquaret, circa mediam noctem, fratre (dui cum eo erat) euigilante, tanta lætitia cordi eius infunditur, os eius nimio iubilo impletur, & plauſus manuum attollitur, quod videtur cor eius lagunculam corporis velle, ſed non valere dirumpere. Et ſuppreſſa voce beatæ virgini quæ ſibi apparens loquebatur, reſpondebat: Bene uentatis chariſſima Domina. Et non ſemel, ſed pluries. Item dicebat: Quare non ſedetis mi chariſſima Domina? Item dice-

Digitized by Google

cebat. Domina, ego ſum capellanus, & pauper prædicator veſter. Et hoc frequenter iterabat ſuppreſſa voce, & poſt modicum interuallum incœpit clara voce cantare. Tu Theophilum deſperantem apoſtatam reduxiſti, & reuocaſti ad gratiam. Iſtud dulciter cantando, aliquotiens iterauit, in tantum quod frater qui cum eo erat, & nunquam alias audierat, vel legerat ab eo didicit. Poſt hoc alta voce cępit cantare. Congaudent Angelorum chori glorioſæ virgini. Frater autem qui cum eo erat timens ne aliqui audientes, ſic alta voce cantanté minus benes ædificarentur, dixit ei. Eſtne bonum frater hoc quod ita facitis vos audiri? qui reſpondit. Chariſsime frater non credatis, quod propter hypocriſim hæc faciam. Hypocrita malus intrinſecus, bonus extrinſecus abominabilis eſt Deo. Talis homo sũ ego, ſed a laude glorioſæ virginis non valeo me continere. Inſtante verò hora mortis, cum quaſi iam obmuteſceret, frater dicebat coram eo matutinas ſolus. Et cũ frater diceret illum vltimũ verſum pſalterij. Omnis ſpiritus laudet Dominum, erigens ſe aliquantulum, & manus eleuans fratri, vt potuit ſilentium indixit. Et aſſumens in ore illam clauſulam, Omnis ſpiritus laudet Dominum, migrauit ad Chriſtum. in additione ad partem 5. eiuſdem libri.

EXEMPLVM LVII.

Contritionis magnitudine peccatrix quædam ante confeſſionem moritur ſub ſermone, & poſt apparens ſaluatam ſe eſſe ſignificauit, & triginta tres animas è purgatorio liberatas, & triginta tres peccatores publicos iuſtificãdos meritis beati VVichmanni morientis denunciauit.

VIr Dei die animarum de manè in Roma Theutonicis prædicauit, ſuperueniente ſque duæ meretrices, vna alteri dixit, Audiamus hic verbũ Dei ab iſto. Altera verò renuente, & aſcendente prima ad pedes fratris, prædicantis ſe locauit. Modico ergo facto interuallo, alta voce clamare cępit. Obſecro vos Domine per miſericordiam Chriſti (cuius gloriam prædicatis) quatenus confeſſionem meam, quantotius audiatis, miſeræ peccatricis. Qui eidem reſpondẽs, ait, Modicum ſuſtine filia, ſtatim veniam, & te audiam. Illa parum quieſcente eadem quæ prius cum clamore repetijt. Illeq; vt prius, ſupplicauit. Tertia verò vice poſt modicũ ſilentiũ validius quam prius præmiſſa verba proferens, coram omnibus præſentibus ſpiritum exhalauit. Quod vir ſanctus frater Vlricus videns accurrit, & eam mortuam inueniens precibus ſupplicibus cum populo præſente a Deo reditũ vitæ illius impetrauit. Quæ reſuſcitata reſpirans, fratri Vlrico dixit. Noſcis fratrem VVichmannum priorem Rupinenſem? Quæſit, Noui. At illa, Hac hora qua ego ſpiritum exhalaui anima ſancti illius a corpore egreſſa, ad cęlum Deo vocante, eſt perducta. Cuius meritis clementia Saluatoris Omnipotentis, xxxiij. animas de purgatorio ſecum tranſmittens a pœnis liberauit. Inſuper & xxxiij. peccatores publicos conuertendos, iuſtificandoſq; meritis eiuſdem condonauit, quorum ego vna ſum. Sicque peccata ſua fratri Vlrico confitens, & vitã laudabiliter finiens, in breui poſt in Domino ſęliciter requieuit.

EXEMPLVM LVIII.

Familiaritatem ſecularium habens longiori purgatorio cruciatur.

DVo erant fratres quorũ vnus erat nouitius, alter prædicator erat antiquus qui conuentu Colonienſi eodem die defuncti ſunt. Tertia vero die poſt hoc nouitius aparuit infirmario gaudens (ut ipſe retulit) dicens quod propter feruorem conuerſionis quẽ habuit, ita cito purgatus erat. Poſt menſem autem dictus prædicator eidem infirmario apparuit, pulcherrimũ monile habens in pectore, & multos lapides precioſos in veſte, & auream coronam in capite: Cumque frater quæreret ab eo cur nouitius tam cito, & hic tam tarde purgatus fuerit, & quid illa inſignia figurabant, reſpondit? Ego propter familiaritates ſecularium, & verba ſolarij diutius in purgatorio fui, ſed maiorem gloriam ſum adeptus. Monile ſignificat rectam intentionem in Deum. Lapides precioſi animas, quas conuerti. Corona ineffabilem gloriam, quam ſum adeptus, eod. lib. parte 5. c. 5.

EXEMPLVM LIX.

Confessione nouitius quidam peccata sua ex charta diabolica omnino deleuit.

ERat quidam deuotus iuuenis qui domo, cognatis, patria, patreq; relictis, se ad monasterij Christo militaturus, recepit. Vbi cum secundum consuetudinem monasterij generalem de tota sua vita Abbati confessionem fecisset, atque arbitraretur se integre confessum lætus, & alacer super lectum ingrediebatur, dicens apud se. O si iam me mori contingeret, quam celeriter anima mea, integra iam & sincera confessione candidata in pulchra præmiorum sponsi sui Christi cubaret amplexus? Talibus similibusq; affectibus inflammatus obdormiuit. Dormiente igitur adolescentulo, venit ad eum quidam teter spiritus, qui terribilem præferens vultum, & chartulâ quandam in manu tenens, his iuuenem verbis affatur, o Monache, Monache, noli nimiũ quasi bene confessus lætare. Falleris non tam mundus es, vti errore deceptus arbitraris. Et manu chartulam ostẽtans. En, inquit, in hac chartula adhuc plura scelera scripta teneo, quæ tu nulla, aut contritione lauisti, aut confessione delesti, quibus in extremo Dei examine te habeo accusare. Ad hoc iuuenis primo perterritus cõfidentia tamen capta, eo quod nihil sciret se in confessione cælauerat. Peto (inquit ad spiritum) vt modicum videam chartulã quam ostentas, vt experientia discam te vera locutum, alioquin arbitrabor te ad me terrendum huiusmodi commentitiare, mẽdacia, quia mendax es, & pater mendacij. Ad quod dæmon. Nunc, inquit tibi chartulam meam non pandam, sed in iudicio per eam super te mortis procurabo sententiam, tunc enim videbis, an mentitus sum tibi, cum te duxero ad tormenta captiuum. Noui siquidem tuã, statim vt ea noscetes quem admodum &c. peccata tua, ita & illa confessione deleres, atque mihi illuderes. Interim adolescens zelo propriæ salutis infligatus se incipit erigere, & vim velle in ferre spiritui, atque violenter extorquere, quod precibus obtinere non potuit. Quod dæmõ vt intellexit incipit arctius manu chartulã constringere per dormitorium monasterium fugere, manus iuuenis velle euadere sed iuuenis velocius insequitur fugientem. Cumq; sic vterque per præceps curreret, & dæmon dormitorio descensu cum impetu per valuas Ecclesiæ fugere festinaret. Domino sic ordinante, ad conseruatoriũ aquæ bene dictæ impetuosius impingens, per prona solo proteritur, charta manibus tenta vi ruinæ excutitur, & voti sui obtinẽ di inuenti præbetur accessus Nam cum dæmonem hic, chartulam illic collapsam cerneret, rapido cursu recurrit ad cellulam, quam signo crucis munitam clausam, legique quod scriptum erat in scedula. Vbi cum nonnulla peccata inuenisset, quæ ipse confiteri neglexerat, lachrymis compunctionis totus infusus Abbatem suscitat, & chartula dæmonis inuenta confitetur, atq; sic tandem chartulam dæmoni legendam restituit. Qui vt omnia vidit deleta confusus disparuit, sed iuuenis securior factus per confessionem adquisitam, puritatem illicitus in posterum nitebatur custodire. eod. lib. par. 4. c. 7.

EXEMPLVM LX.

Crucis signo conuersus vinum bibendum non benedicens a dæmone possidetur.

TEmpore beati Dominici Patriarchæ Prædicatorum erat in monasterio suo quidam conuersus, qui quadam vice sine licentia in ciuitate extra conuentum, & benedictione nulla præmissa, nec ulla cruce consignans potauit, quo facto repentè cœpit palpere vultum, spumare ora, ad terram prouere, & omnibus membris palpitare. Intimantur hoc beato Dominico qui celerius accurrit, iussitque dæmone fatigatum, ad ecclesiam deportari, ubi cum uix a decem fortissimis uiris esset adductus, unico flatu omnium inibi lampadum lumen extinxit, euidens dans signum se principe tenebrarum limpidi luminis radios ferre nõ posse. Cæterum adiurat eum sanctus per Iesum Nazarenum, ut quare fratrem suum cœpit lacessere, fateatur. Quid me frustra, inquit, dæmon tuis adiurationibus fatigas. Hic homo quem teneo uinum sine licentia bibit, & nulla cruce cõsignans me pariter cum uino potauit. Desiste ergo

ergò a violentia tua, & noli me meis quæ-
so sedibus pellere, quid enim ad te est si
inuicem pacis fœdera pepigimus, & mu-
tua sumus cohabitatione contenti? Hæc
ipsis simul loquentibus, fit signum ad ma-
tutinas, quod vbi dæmon audiuit, heu mi-
serum (inquit) si caputiati ad diuinam
laudem conueniunt diutius hic permane-
re non possum. Sicque cum eiulatu fra-
trem exiens, semiuiuum reliquit. Quem
B Dominicus suis precibus pristinę reddi-
dit sanitati, nunquam in posterũ sine cru-
ce, & benedictione bibiturũ. Iacobus Epi-
scopus Genuensis in vita S. Dominici.

Ex vitis fratrum Eremitarum D. Augustini scriptis à Iordane da Saxonia eiusdem ordinis.

EXEMPLVM LXI.

Inobediens frater dæmoni per obedientiam præcipiens, vt ab obsesso exiret, ab eodem dæmone irridetur.

QVidam frater solitus sæpè discurre-
re ad ciuitatem restrictus est a prio-
re suo, ita quòd non nisi in casu necessita-
tis deberet exire conuentum, sed iste tot
causas necessitatis finxit, nunc prætenden-
do se vocatum ad infirmum, nunc ire ad
emendum pergamenum, nunc ad cande-
las, nunc hoc, nunc illa quæ videbantur ne
cessaria, & proficua, & sub chlamyde ta-
lis licentiæ fuit. Hic frater quodam die
transiens per locum vbi erat homo arre-
ptus à dæmone qui grauiter torquebatur,
rogatus ab incolis loci, vt accederet, &
per coniurationes, & orationes suas dæ-
monem expelleret, non valens resistere pe
tentibus venit ad illum, & cum legisset ini
tium sancti euangelij secundum Ioannem,
alia quæ sibi legenda videbantur subiun-
xit. Præcipio tibi in virtute sanctæ obedien
tiæ, vt exeas vasculum istud. Tunc dæmon
respondit, quod tu mihi habes præcipere
in virtute sanctæ obedientiæ, qui nũquam
verus obediens fuisti. Quod ille audiens
verecundatus, & confusus abscessit. lib. 2.
cap. 2.

EXEMPLVM LXII.

Obediens frater carnes ex obedientia comedens, ab infirmitate liberatur: qui cum iterum ob infirmitatem carnes e dere cogeretur, orauit, & statim assata perdix reuiuiscens, auolauit.

ITem de beato fratre Nicolao de Tolen-
tino fertur, quod cum semel grauiter,
infirmatus esset, ita vt fratres de vita eius
dubitarent, uocatus medicus iussit eum car
nes comedere, quod ipse recusauit donec
prior qui erat in loco hoc sibi præcepit.
Tunc angustiatus vir sanctus vocato prio-
re loci dicit ei. Generali omnino est obe-
diendum, hoc est quod promisi, hoc est qđ
Saluatori meo, siue sanctissimæ genitrici, &
Beato Augustino primò obtuli, & vsque
ad mortem seruare cupiui. Cũ ergò prior,
& infirmarius carnes sibi offerrent come-
dendas, ipse omnino obedire volens, acce-
pta parua particula semel tantum gustauit
de carnibus, dicens: Ecce obediui. Nolite
me amplius de vitio gulæ molestare, quia
melioris medici adhæsi consilio. Et tunc
celeriter est sanatus. Quod certè non esui
tantillę carnis, sed cœlestis medici medica
mini, & merito obedientiæ ascribebatur.
Item fertur de eodem quod cum quadam
vice in infirmitate sua vna perdix assata ad
manducandum sibi fuisset apposita, & ip-
se de ea comedere recusasset, præceptũ fuit
sibi a priore per obedientiam, vt manum
poneret ad manducandum. At ille volens
obedire ingemuit, & eleuatis oculis in cœ
lum facto crucis signo manum ad perdicẽ
posuit, & ecce perdix reuiuiscens protinus
auolauit. lib. 2. c. 3.

EXEMPLVM LXIII.

Obediens frater ranis imperat, ne de cætero sua garrulitate fratres inquietent.

ITem audiui de fratre alio valde prom-
pto ad singulas obedientias superiorum
suorum, qui cum esset præparatus ad di-
cendum missam, ranæ (quæ multę erant
in loco illo) tantùm vociferabantur, quod
per eas fratres in deuotione sua nõ parum
impediebantur. Dixit ergo prior isti quasi
iocularite. Vade dic illis bestijs, quod ser-

uent ſilentiũ. At frater iſte vadens ad locũ fluuialem, vbi ranæ erant facto ſigno crucis dixit hæc verba: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti præcipio vobis, vt taceatis, & ex tunc non eſt auditus clamor huiuſmodi ranarum in illo loco. lib. 2. cap. 3.

EXEMPLVM LXIIII.

Obediens frater dæmones de obſeſſo fugat, & ne vanè glorietur etiam ipſe fugit.

ITem audiui de alio fratre in omni obedientia bene, & diu exercitato, qui quẽdam hominem à pluribus demonibus obſeſſum liberauit, coram vniuerſo populo in eccleſia propter hoc congregato. Cum enim lectis ſanctis euangelijs, & alijs orationibus factis præciperet ei, per ſanctam obedientiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt exirent corpus illud, & nunquam alicui homini nocerent. Dæmones contremiſcentes ad fratris obedientis obedientiam cum magno ſtrepitu exiuerunt, & fœtorẽ intolerabilem poſt ſe reliquerunt. Propter quod populus fratrem illum multum venerari cœpit, quod ipſe inanem gloriã fugiens de terra illa receſſit. lib. 2. cap. 3.

EXEMPLVM LXV.

Rigoroſi prioris regimen pertæſus frater, dum procuraſſet ſe ad alium deſtinari locum, a ſancto Ioanne Baptiſta vt maneat admonetur.

FVit quidam prior in ordine (vt a ſenioribus meis accepi) à pueritia caſtus, religioſus, & deuotus, ſed valde rigoroſus in regimine, & ſub ipſo viguit maxima diſciplina. Nã regularis obſeruantia, & diuinum officium optimè fiebat, & delinquẽtes ſtrenuè corrigebat. Erat autem inter conuentuales ſuos quidam frater, in beatum Ioannem Baptiſtam, ſingularem deuotionem habens, qui propter rigorem prioris procurauit mitti ad alium conuentũ. Cui apparens ſanctus Ioãnes Baptiſta in viſione dixit ei: Noli recedere à priori tuo, quia vtile & ſalubre eſt tibi ſub ipſo eſſe vſque ad mortem. Et ſic idem frater ſub illius manſit prioris regiminis voluntate vſque ad mortem, & tandem deuotè obijt in die Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ. Prior autem diu infirmatus diem claudens extremum magnam gloriam, & multam præmia percepit à Domino, ſicut reuelatum fuit cuidam ſanctæ ſorori. lib. 2. cap. 4.

EXEMPLVM LXVI.

Flere ſolitus peccata auem dulciter concinentem, & ſe ad cœleſtia gaudia inuitantem audiuit.

ERat etiam quidam frater iuuenis in Reatina ciuitate nomine Ioannes, ſimplex, humilis & ſemper iocundus, in cibo & potu, & alijs ad cõmunem conuerſationem ſpectantibus, irreprehenſibiliter ſocialis, ſed in abſcondito erat multũ ſpecialis. Hic multæ dilectionis, & charitatis fuit ad omnes fratres, nec vnquam auditũ eſt verbum de ore ſuo, nec viſum aliquod factum, quod a fraterna dilectione diſcreparet. Omnibus obſequioſus fuit, præcipuè infirmis, & hoſpitibus, quorum pedes lauit, veſtimenta excuſſit, & ſua eis accommodauit, & omnem charitatem quam potuit hilariter impendit. Sacerdotibus, inſuper omnibus indifferenter, quibuſcumque potuit, ad miſſam cum ſumma diligentia libentiſſimè miniſtrauit. Hic frater ſolitus erat ingredi ortum conuentus, & dũ exiret viſus eſt ſæpius lachrymas fudiſſe, & interrogatus quadam vice, cur fleret, reſpondit: Quia video herbas, arbores, & arbuſta volucres, & terram cum ſuis fructibus obedire Deo, & homines quibus pro obedientia promiſſa eſt vita æterna tranſgredi præcepta creatoris ſui. Hæc gemo, & defleo. Huic fratri felicis memoriæ per aliquot dies ante obitum ſuum philomena veniens, ſingulis diebus ante feneſtram ſuam dulciter cantabat. De quo mirantibus fratribus, & interrogãtibus quidnam hoc eſſet? reſpondit ſubridendo, quaſi ioculariter ſponſam ſuam eſſe inuitantem eum ad paradiſum. Quadam autẽ die miniſtrante ipſo ad miſſam, vidit ſuper altare lucem cœlicam, & eadem die cœpit decumbere, & cum magna deuotione ſpiritum reddidit ei, qui fecit illum. Et infra eundem annum Deus per ipſum ſanctum fratrem fecit circiter. cl. ſigna glorioſa. lib. 2. cap. 5.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM LXVII.

Humillimus Augustinus de Iterano doctor vtriusque iuris conuersus rusticum & illiteratum se fingens, cum summa alacritate officia despectoria compleuit.

AVgustinus de Iterano cum esset nobili genere ortus, & vtriusque iuris famosus professor, & nihilominus in curia Domini Manfredi regis valde potens, & omnibus chorus, Deo disponente incidit in ægritudinem validam. Cumque timeret se moriturum, petuit a Deo spatium pœnitentiæ, promittens se religionem ingressurum, & statim est liberatus. Restitutus ergo pristinæ sanitati diuina vocatione ordinem fratrum eremitarum sancti Augustini in Insula Siciliæ ingressus, voluit vir Dei in ipso suæ conuersionis primordio, humilitatis iacere fundamentum vnde sanctæ religionis habitum assumens occultauit suæ scientiæ claritatem, generis nobilitatem, & prioris status sublimitatem, nequis ex aliquo prædictorum eum considerans veneraretur, & ne ex hoc in eo eius aliqua superbia irrepere posset. Factus est ergo inter fratres stultus, vt a Deo instrueretur. Factus est pauper, vt diuitijs cœlestibus ditaretur. Factus est vilis mundo, vt apud Deum exaltaretur. Conuersabatur enim inter fratres, cunctis vilior, & despectior, sciens se tanto maioris meriti esse apud Deum, quanto pro amore eius magis despectus esset in mundo, & inter homines. Iactantiæ autem verbum prioris status nunquam ex ore eius audiebatur. Quæstas, & humiliora seruitia domus, & quæcumque viliora, incognitus manens deuotione, & humilitate, & diligentia nimia adimpleuit. In ipsa verò sua humilitate gaudes, plorabat quod tantum distulerat suam conuersionem ad Deum. Liquefiebat anima eius amore supernæ patriæ, pro cuius amore omnia præsentia pro nihilo reputabat. Si quod verbum aliquando causa fraternæ correptionis laberetur ex eius ore, quod aliquando ei zeli boni, & detestatione mala fraterna charitate solitus erat facere, statim seipsum condemnans ad pedes fratris prostratus, veniam postulabat. Postquam autem vir Dei in Insula Siciliæ aliquando tempore fuisset cum fratribus magna humilitate conuersatus, contigit quoidam fratres de Senis ex obedientia ordinis ad conuentum eiusdem Insulæ venire, a quibus cum interrogasset vir Dei de locis Senensis prouinciæ, & didicisset q̃ ibidem essent loca eremitica ab hominum habitatione semota, & ad vacandum Deo plurimum apta, obtenta licentia a superiore suo ad Senensem prouinciam venit paucis, & vilibus pannis indutus, & fratribus prouinciæ illius penitus ignotus. Positus est ergo in quodam eremitario sanctæ Barbaræ, quod non longè distabat a castro sanctæ Floræ, vbi soli Deo vacabat, tantaque dulcedine deuotionis cor effluebat, vt plerumque videretur beatorum agminibus interesse, & beatæ quietis præmium prægustare.

Quia verò non cognoscebatur qualis, & quantus esset imponebantur ei humilia officia domus, quæ ipse cum humilitate, & alacritate libens adimpleba, faciebat quæstas, purgabat domum, paropsides, & alia domus vtensilia abluebat. Fratres autem considerantes eius sanctam conuersationem, ac verborum ædificationem (quę non nunquam quasi cum quadam simplicitate ex ore eius prodibant) libenter eum audiebant. Erat autem ibi tunc prior frater quidam de Senis vocatus frater Bonus, vir satis venerabilis, & prudens, qui considerans eius bonitatem, & consilia salubertima eũ multum diligebat, delectabaturq; de eius humilitate, morum grauitate, & eloquiorum suorum suauitate.

Cum ergo idem frater Bonus a conuentu sanctæ Barbaræ ad locum sancti Antonij per obedientiam ordinis transferretur, ipsum fratrem Augustinum secum adduxit, quem & sequenti anno factus prior Rosiæ secum retinuit. In quo loco seruus Dei omnibus ignotus, diuina dispositione factus est cognitus hac occasione. Cũ enim fratres conuentus Rosiæ quandam haberent in curia quæstionem, in qua iam fratres succumberent, & de hoc nimium tristarentur, cum ex hoc quandam possessionem perderent, de qua conuentus multum sustentabatur, voluit Deus lucernam (quæ diu submordio erat) super candelabrum religionis ponere, vt luceret omnibus qui in ea erant. Videns ergo uir sanctus fratrum animos turbatos, & cognoscens fra-

tribus magnam iniuriam fieri procuratorem adijt, petens sibi licentiam occulte dari necessaria ad scribendum. Procurator verò deridebat eum, ignorans quod scire scribere, vel legere. Ipso tamen perseuerante in petendo, porrexit ei calamum, chartam, & atramentum. Qui secedens ad partem, scripsit verba pauca, licet sententia multa, quam scripturam reddidit procuratori aduersario exhibendam, quod & factum est. Cum autem aduersarius. s. dominus Iacobus de Pagliaresis hanc scripturâ legerer, verborum breuitatem, & sententiæ virtutem prægnantem considerans, ait: Diabolus, vel angelus, vel dominus Matthæus de Ierano cum quo ego fui studens Bononiæ qui mortuus est conflictu domini Manfredi Regis hanc scripturam condidit. Ipse quippe ante ingressum ordinis Matthæus vocabatur, sed in ingressu accepit nomen Augustinus. Et audiens a procuratore quod quidam frater rusticus, & ignarus eam scripsit, ait non inquit est ita. Et statim accessit ad locum fratrum in Senis, interrogauit quis esset huiusmodi frater, & cuius patriæ, & qualiter accesserit huc. Et responsionibus cognitis suis conditionis suspicatus est, esse illum qui erat. Et statim Rosiam pergens. & inueniens quem mortuum æstimabat, admirans eius humilitatem, ruit in amplexus eius, & oscula, lachrymas continere non valens. Cumque rogaret eum vir Dei ne eum prodendo, pacem suam perturbaret, ille nullatenus adquiescens ad fratres ait. Fratres haberis thesaurum occultum. Hic est enim melior homo mundi, teneatis ergo eum vt decet, sed & quæstio vestra terminata est pro vobis. Cœperunt ergo eum fratres honorare, & sibi reuerentiam exhibere. Sed vir Dei vera humilitate fundatus, & homines, & omnem reuerentiam respuens, priora opera seuilia non dimittés omnino sicut prius manebat. lib. 2. c. 7.

EXEMPLVM LXVIII.

Confessiones pauperum libenter audiens lachrymis eorum ex purgatorio liberatur.

QVidam alius frater bonus prædicator habens molto filios, & filias confessionis, hanc virtutem habuit, quod pauperculorum, & deuotarum personarum confessiones libenter audiebat. Quo iacente in extremis quædam deuota mulier, vidit in excessu mentis quod idem frater erat filius perditionis vsq; dum iam spiritum exhalare debuit, & tunc Dominus misertus saluauit ipsum. Cuius anima túc egressa descendit in grauissimas incendij pœnas, sed ipsa die mortis suæ vidit lachrymas, & orationes deuotas deuotarum filiarum suarum magnam partem incendij eius extinxisse. Hora autem liberationis eiusdem fratris de purgatorio venit vox ad eundem sororem, dicens: Propera ante altare sanctæ Catharinæ, quia ibi hodie dedicatio erit. In illo enim altari idem frater solitus erat celebrare, quæ iussa complens vidit fratrem illum duci de purgatorio, & venire super idem altare, & protinus multi filij, & filiæ eius, qui ante obierant, & ad patriam transierant, descendebant de cœlo ad idem altare. Et statim idem frater cum eis solemniter ascendit. Ex quo exemplo apparuit quam bonũ, & salubre sit pauperibus, & despectis, & deuotis benefacere, & confessiones multorũ audire propter Deum, quia talium precibus ille frater fuit citò de purgatorio liberatus. lib. 2. c. 13.

EXEMPLVM LXIX.

Voluntati propriæ derelictus frater laicus in æternum damnatur.

FVit quidam frater laicus, & castus, & zelator ordinis (vt apparebat) sed valde superbus, & appetens dominari in conuẽtu, & in officio potens esse. Fuerat enim procurator, & non poterat sustinere aliquem priorem, nisi ad voluntatem suam esset, nec procuratorem nisi seipsum, & interdum petiuit callide absoluti a procuratione, & si obtinuit, sic fecit vt citò rediret. Sacerdotes, & fratres clericos non plus curabat quam coquinarios, & sciuit sic se exhibere prælatis zelotypum pro ordine, & conuentu, quod omnia alia de ipso tolerabant. Ille in vltima infirmitate sua tribus diebus iacuit sine loquela. Et cum in nocte moreretur, quidam frater senex vidit, & audiuit in somnis terribilia, & excitatus suspicatus est fratrem illum esse mortuum,

Digitized by Google

tuum, & accenſa candela præ horrore qui inerat deſciuit quid ageret. Sed conuerſus ad Deum, dixit: O Domine Deus, an ne vicit frater ille, an eſt victus? Et audiuit vocẽ dicentem ſibi. Si vis, iam reſpondebitur tibi. Et ipſe expauescens, dicebat, Non Domine. Timens quod ſi horridum, quid audiuiſſet de illo, a ſenſu defeciſſet. Quod ergo vigilans non potuit ſuſtinere, ſuſtinuit dormiens, Nam ei dormienti poſtea idem frater in ſomnis apparuit, dicens ſe damnatũ eſſe. Et illo quærente, an ei poſſit in aliquo ſuffragari, ille reſpondit: Non. Interrogauit ergo iſte frater per quid damnationem meruiſſet. Fecit ille ſicut qui erubeſcit plenè confiteri confuſionem ſuum. Attamen parumper reſpondit. Per iſta quibus priores, & fratres volebant mihi bene facere, fecerunt mihi male. Et hoc dicto diſparuit. Frater autem euigilans, & reuoluent verba illa, & reuoluens mente conuerſationem, & vitam illius inuenit, quod iſta reſponſio per omnia concordauit cum vita, quam ille duxerat in ordine, quia in omnibus dimittebatur ſibi voluntas, & ipſe nullũ curauit, nec priorem, nec lectorem, nec ſuperiorem, nec aliquem alium, ſed omnia in conuentu diſponebat ad libitum ſuum, & hoc tolerabatur in eo propter zelum quem prætendebat. Attendant ergò fratres, & nõ appetant dimitti ſuæ propriæ voluntati. lib. 2. c. 13.

EXEMPLVM LXX.

Orantes in lecto dæmon irridet.

ITem fertur quod cum duo fratres quadam nocte ſedendo in lectis ſuis ſic qua ſi cubando dicerent pariter matutinas, adfuit diabolus cum fœtore intolerabili dicens. Ad talem orationem, tale debetur cenſum. lib. 2. cap. 15.

EXEMPLVM LXXI.

Defunctorum animæ officium defunctorum a fratre quodam proſe poſtulant celebrari.

BEatus Nicolaus de Tolentino cum ſtaret conuentualiter cum quodã eremitario, quod Vallemanes dicitur, propeciuitatem Peſautenſem, ex magno deuotionis feruore quotidie multum tempeſtiuè miſſam ſui ſolitus celebrare. Cum autem quadam vice fuiſſet ſcriptus pro hebdomadario ad miſſam conuentualem nocte, die Dominico eo in ſtrato ſuo quieſcẽte, ecce anima quædam voce magna, & eiulatu miſerabili vocauit eum dicens: Frater Nicolae vir Dei reſpice in me. Qui in ipſam reſpiciens, etiam recognoſcere ſatagens, ſed non valens, quis eſſet concitus requiſiuit. Quæ reſpondit, dicens: Ego ſum anima fratris peregrini de Anſino, quem viuẽtem ſeruum tuum noſtri, nunc autem crucior in hac flãma, in qua me Deus non ad pœnam æternam quam merui, ſed ad temporalem pœnam de ſua miſericordia deputauit. Te ergò humiliter deprecor, vt hodie digneris miſſam pro mortuis celebrare, vt eripiar ab his flammis. Qui reſpõdit: Iuuet te frater mi Saluator meus, cuius ſanguine es redemptus, ego autem quia ad conuentualem miſſam celebrandum ſum deputatus, præſertim die Dominica cuius officiũ mutari non decet miſſam pro mortuis celebrare non poſſum. At illa ait: Veni venerande pater, veni, & reſpice vtrum te decet adquieſcere tantæ multitudini miſerrimæ, quæ me miſit tuam miſericordiã propulſare. Ipſum igitur ad alteram partem eremitorij ducens, quandam planiciem iuxta Peſaurum ei oſtendit, vbi erant promiſcui ſexus multarum ætatum, ſtatuum, ac etiam ordinum diuerſorum innumerabilis multitudo. Miſerere, inquit, pater, miſerere turbæ, tam miſere, vtile tuum auxilium expectanti. Nam ſi pro nobis dignatus fueris celebrare, maxima pars ab his atrociſſimis pœnis eruetur. Euigilans ergò vir ſanctus magna horum pietate motus cum maxima lachrymarum effuſione, cœpit pro omnibus Saluatorem omnium exorare. Manè autem ante priorem ſuum reuerenter proſtratus, & euitans iactantiam non plenè, vt viderat ſed aliqualiter cum oportunitate oraculum reſerauit, ſupplicans vt ipſum pro mortuis illa hebdomada permitteret celebrare. Qui deuotis eius precibus annuens, alium ſubſtituit vice eius. Ipſe vero per tota hebdomadam pro mortuis celebrans die, ac nocte pro oſtenſa ſibi multitudine cũ præcordialibus lachrymis effectuoſiſſimè exorabat

Et

Et ecce tranſacta hebdomada illa, eidem dictus frater Peregrinus apparuit, & de iam impetrata miſericordia gratias egit, aſſerens ſecum magna parte prædictæ multitudinis a pœnis attrociſſimis Dei miſericordia, & ipſius ſacrificijs liberatos eſſe, & ad cœleſtem gloriam conuolaſſe. Liberati inquit, nos de affligentibus nos, & odientes nos confudiſti. lib. 2. c. 18.

EXEMPLVM LXXII.

Feſtiuitates ſanctorum deuotiſſimè celebrans in feſtiuitate omnium ſanctorum fęlix ad cęleſtia regna meauit.

FVit quidam frater magnæ deuotionis ad Deum, & ſanctos eius, hic tam deuotus erat ad feſta Chriſti, quod libet eius feſtum habebat ſigillatim in charta depictum, & quamdiu quodlibet feſtum durabat tam diu chartam illius feſti depictam (quam inchoatione feſti in pariete cellæ ſuæ pependerat) pendere dimiſit, ante illã ſedendo, & deuote inſpiciendo orabat, gemebat, & plorabat. Tam deuotus etiam erat ad feſta beatę virginis, quod quodlibet eius feſtum aliquibus diebus, ante ſuſcipiẽdo, dicebat mille Aue Maria. Tam deuotus præcipuæ ad feſtum omnium Sanctorum, quod antea per vnam ſeptimanam ieiunijs, & caſtigationibus ſe ad ſuſcipiendũ feſtum ipſum præparabat, & per octo dies ad honorem omnium Sanctorum feſtum deuotione ſedula peragebat. Tam deuotus inſuper extitit in ſuis miſſis, quod multum grauabatur, ſi miniſter, vel alia perſona ſtaret, vbi faciem eius videre poterat, quia de oculis eius fluebant lachrymæ, quibus genas ſuas vbertim irrigabat, quod hominibus cœlatum eſſe cupiebat. Iſte uero tam deuotus in ſanctos in die omniũ Sanctorum, migrauit ad Dominum. Qui poſt aliquas ſeptimanas apparuit cuidam deuoto fratri in ſomnis pulcher, & iocundus indicans ſe ſanctorum collegijs fęliciter ſociatum.

EXEMPLVM LXXIII.

Beatiſſima virgo Maria quendam deuotũ ſibi a latronum luculenta manu abſcondit.

AVdiui a quodã valente fratre noſtro prouinciali, tunc in prouincia ſua, qđ cum ipſe quadam vice per Lombardiam tranſiens, vidiſſet latrones inſequentes ſe, non habens refugium aliud proiecit ſe ad ſegetes, erat enim propè tempus meſſis. Latrones autem hoc videntes, ad locũ vbi ſe abſconderat deuenerũt. Ipſe autem Dei genitricẽ pro protectione vocans, verſum: Monſtra te eſſe matrem, &c. deuota mente receitauit. Audierat enim idem frater quoddam miraculum de beata virgine (prout retulit) quomodo quidam puer ſubmerſus & mortuus ante imaginem beatæ virginis in quodam cœnobio deportatus, & cantantibus monachis hymnum, Aue maris ſtella, &c. peruentoque ad illum verſum. Monſtra te eſſe matrem, reuiuiſcens puer ille, ſurrexit. Ad efficaciam ergo verborum intentionem ſuam referẽs, ille frater verſum eundem in corde, & ore ſæpè repetiuit. Quærebant autem eum diligenter latrones in ſegetibus vndique, & licet nonnunquam loco vbi iaceret approximarent, ipſum tamen minimè videbant. Et non inuenientes domum vacui abſceſſerunt, & ſic frater manus eorum ſaluus euaſit protectione virginis glorioſæ, lib. 2. Vitas fratrum Eremit. D. Aug. c. 20.

EXEMPLVM LXXIV.

Reliquias patroni ſui veneratus, a fornicatione eripitur.

NArrauit mihi quidam Epiſcopus magnus, in quadam familiari collocutione, quomodo olim ipſe in minoribus conſtitutus, ad quendam ſanctum (cuius non recolo) deuotionem habuit ſingularem, cuius etiam reliquias ſemper apud ſe ex deuotione portare conſueuit. Cum autem quadam die familia emiſſa, ipſe ſolus forte cauſa ſtudij in hoſpitio domus ſuæ remanſiſſet, audiuit fortiter pulſati ad oſtium, & ipſe putans aliquem eſſe de familia

familia ſua iuit, & aperiens oſtium inuenit ibi pulchram mulierem, quæ dicebat ſe habere ſibi loqui. Quæ omiſſa eis conſidentibus, inter loquendum iſte concupiſcẽtibus, inter loquendum iſte concupiſcẽtia carnis ſtimulatus, eam ad concubitum prouocauit, nec illa recuſauit. Cumque iſte iã ad actum carnalem procubuiſſet recordatus reliquias deuoti ſibi ſãcti habere apud ſe, conuenit donec reliquias poneret extra cameram in qua erant, exhorrens facinus ſi in præſentia illarum actus illius turpitudinis exerceretur. Cumque ergo ſic occuparetur in diſſoluendo burſam reliquiarum cum ſuis nodulis, & ligaturis, & in deportãdo eas ad locum ſequeſtratum Ecce quidam cum rumoroſa importunitate ad oſtium domus pulſauit. At ille depoſitus reliquijs ad locum ſuum cogitabat primitus illum pulſantem amouere, vt ſic cum bona oportunitate valeret volũtatem ſuam explere. Cum oſtium aperuiſſet vidit, quod erat vnus magnus dominus amicus ſuus, qui ad vi lendum eum caſu ſuperuenit. Ille vero Dominus perpendens iſtum in facie, atque oculis totum inflammatum, ait ad eum: Certè aliquid nequitiæ apparet in te, dic mihi quid ſit. Ipſe autem amico nihil cælare volens, indicauit mulierem adeſſe, ad cuius concubitus iam diſpoſitus fuerat, & iam expleuiſſet niſi cum reliquijs alicuius ſancti occupatus fuiſſet. Quod ille audiens, ſicut vir prudens, ait: Verè bonus eſt ſanctus iſte cuius reliquiæ te a peccato preſeruauerunt. Dimitte ergo eam, & ad alia ſolatia properemus ſicque factum eſt. Et exinde iſte reliquias ſuas maioris deuotione venerabatur.

EXEMPLVM LXXV.

Affectum parentum vincens Comitis filius, ſpretis conſanguineis, & contemptaque ſecularium verum pompa in religione ſtabilis perdurauit.

AVdiui de quodam iuuene fratre noſtro, nobili quidem genere, quia de proſapia Comitum Angliç, ſed animi virtute nobiliori. Hic diuino afflatus ſpiritu pompis ſeculi renuncians, ordinem Eremitarum ſancti Auguſtini eſt ingreſſus quem amici eius ſecundum ſeculum, ſed inimici ſecundum Deum (qui valde hoc dolebant) retrahere nitebantur ad ſeculũ, pollicentes ei magnos honores, & diuitias, & potentias in regno, ſed iuuenis in Dei amore fixus, hæc omnia vilipendebat & ſic in bonis principijs religionis permãſit inflexibilis per totum annum probationis. Termino igitur profeſſionis aduenente, amici fortius inſiſtunt mutare moliẽtes iuuenis animum, & nunc blanditijs eum alliciunt, nunc minis, nunc terroribus concutiunt. Rex quippe præceperat eum non violentandum, ſed ſuo arbitrio relinquendum. Sed Chriſti miles, nec blandimentis ſeducitur, nec terroribus concutitur. Demũ vero cum nimium ſic eſſent in feſti ipſe intendans vexationem redimere, dixit ſe deliberare velle, & quid Deus ſibi daret eligendum apparere deberet hora profitendi. Læti efficiuntur ſatellites diaboli ſperãtes iuuenem a ſuo propoſitum reſiliturũ. Conſtituto ergo tempore, & hora profitẽdi confluunt multi proceres, & nobiles regni afferentes ſecum pretioſarum veſtium apparatam, quibus idem iuuenis induueretur. Stabant autem conſanguinei ſui, & amici ſecundum ſeculum ad vnam partem, & ad aliam partem conſtitutus fuit prior cum fratribus ſuis, poſitaque erant veſtimenta ſecularia pretioſa ad vnam partem, ad aliam iacebat habitus ordinis. Ipſe verò Chriſti athleta conſtituitur in medio dimicaturus contra diabolum, & pompas eius. Cumque prior proponeret (vt in talibus moris eſt) quomodo oportet eum eligere de duobus, vel ire ad amicos, & indui veſtibus illum pulchris, vel manere in ordine, & indui veſte deſpicabili propter Deum. Confeſtim iuuenis ſpretis conſanguineis, & amicis mundanis, & illorum veſtimentorum pompa, & gloria, hilaris ad cappam cucurrit, ipſamque brachijs aſtringens coram priore ſe proſtrauit, & profeſſionem ſuam recipi poſtulauit. O quantus fletus multorum? Flebant autẽ fratres præ amore congratulantes ſaluti iuuenis, & tã eleganti exemplo præſtito in hoc facto, flebant amici ſeculares præ dolore, nonnulli verò flebant ex pia quadam compaſſione, & deuotione, eo quod tam nobilis iuuenis tam ardenter, & alacriter ad Chriſti militiam conuolaret. Videntes autem amici ſui, quod aliud non reſtaret pietate moti, ipſum priori commendabant, & fratribus.

by Google

bus. Ipſe vero iuuenis profeſſione facta, ſicut in nouiciatu cœperat actibus deuotionis inſiſtere, ſic nunc profeſſus, ſtuduit ſemper de bono in melius proficeret.

EXEMPLVM LXXVI.

Fraudulentia quadam pia quidam ſodalem ſuum inſolentem in ſpelunca incluſit, & monachum ac eremitam effecit.

ERant duo boni ſocij de ordine vagorum, qui diu hiſtrionica libertate per mundum fuerant diuagati, quorum vnus demum compunctus latenter ſe a ſocio ſuo abſtraxit, & in quodã incluſorio quod erat in nemore, ſe recepit. Vbi per aliquot annos pœnitentiam agens, deuotione ſedula Domino ſeruiebat. At vero ſocius eius vehementes admirans, quonam iſte deuenerit, totam illam circuiens regionem ſolliciſus ipſum requirebat. Qui tandẽ audiens, quomodo quidam homo ignotus in tali nemore, in quadam ſpelunca incluſus habitare, & cogitare cœpit, an fortè ille ſocius ſuus eſſet, & gradu concito illo properauit. Cognito quod ipſe eſſet, nõ modico exhilaratus gaudio, cœpit velle cum allicere, vt exiret, & ad priſtinam ſocietatem rediret, aſſerens quomodo mundus modò multo floridior, & delectabilior foret, quam prius, & multa talia oblectamenta ei indicauit. Ille verò iam in Dei timore fundatus, nullatenus adquieuit. Sed cum ille propulſare aures illius non ceſſaret, ille tandem antiquæ artis ingenio, vel forte diuino nutu cogitans, qualiter vexationem ſuam redimeret, & artem arte falleret, ait ei: Si tu poteris lapidem ab ore ſpeluncæ remouere, & extrahere tecum ibo. Erat enim ſpelunca illa vndique clauſa, & non niſi deſuper per vnum foramen introitus, & exitus patebat: quod tamen foramen grãdi lapide clandebatur. Quod iſte audiens lutus efficitur, quamuiam chari ſocij adepto conſenſu, nec mora aſcendit ſuperius lapidem amouit, & ſocium ingenio quo potuit extraxit. Cumq; ſimul per nemus pergerent dixerat ille qui fuerat incluſus, ad ſocium ſuum. Ah? quid ſum oblitus remanſit in cella ſaccus pecuniæ, vis vt reuertamur, & tollamus eum. Qui reſpondit: Omnino tollamus eum nobiſcum. Redeuntes ergò cum veniſſent ad cellam, dixit ille qui prius intus fuerat. Ego longa ſeſſione debilitatus non bene valeo aſcendere, aſcende ergò tu & intra, & pecuniam ad caput lectuli quæras. Et cum ille intraſſet, ille poſt eum aſcendens lapidem ad os ſpeluncæ aduoluit, ſociumque intus incluſit, & deſcendens ad feneſtram, ait: Chare ſocie ego ſpero in miſericordia Dei, quod iam emendauerim peccata mea, ſede tu hic, per tantundem temporis, & emenda peccata tua, ſerui Deo, quia ſatis diu diabolo ſeruiuiſti. Sed iſte putans eſſe iocum rogauit, vt ſe exire permittere, ille autem fortius obſerans ſpeluncam, dixit ei quod animum ſuum ad hoc applicaret, quia eum inde nullatenus eſſet emiſſurus. Hortabatur autem eum quotidie verbis ſanctis, & ſedule miniſtrauit ei. Ipſe autem primitus cum magna impatientia, & indignatione audiuit eum. Sed illo crebrius orante, pro eo, & ſalubribus monitis, & exemplis ſanctorum Patrum eum continuò exhortante, paulatim verbis exhortantis animum adhibere cœpit. Et tandem accedente Dei gratia neceſſitatem in voluntatem vertit, & ſic ambo in ſancto propoſito perdurantes uitam ſuam feliciter terminauerunt.

Ex vita ſancti Hieronymi aſcripta cuidam Cyrillo, geſta a D. Hieronymo ad B. Auguſtinum ſcribenti.

HACTENVS inter opera Auguſtini inuentæ ſunt hæ Epiſtolæ Cyrilli ad Auguſtinum, & viciſſim Auguſtini ad Cyrillum, ſed meritò ab operibus Auguſtini perſpicacei Doctorum Louanienſium cenſura reiectæ ſunt, quemadmodum ſermones ad fratres in eremo, vtpote quorum author non fuerit illuſtriſſimus, & ſanctiſſimus ille Doctor Auguſtinus. Quia tamen ea, quæ illinc deſumpſit Collector horum exemplorum, nec bonis moribus officiunt, nec fidei Chriſtianæ repugnant, ideo non auferenda, ſed tolerauda viri docti cenſuerunt.

EXEMPLVM LXXVII.

Moriturus Euſebius grauiſſimè a dæmonibus tentatur.

ADueniente die quo venerabilis Euſebius migraturum ſe ſcierat, tertio die præeante languore ſebrium concuſſus vali dè ſuper terram nudam magiſtri ſui. Hieronymi non immemor ſe nudum fecit deferri a fratribus, admonens fratres ſingulos in propoſito permanere. Demum ſaccum quo glorioſus induebatur Hieronymus deferri fecit, & ſuper ſe poni. Ordinauitq; ſe nudum inſtar glorioſi magiſtri extra eccleſiam (in qua iacebat ſancti Hieronymi caduer) ſepeliri. Poſt hæc communione accepta, ſe Domino, & glorioſo Hieronymo commendauit, & ſic per triduum locutione, corporaliq; viſione priuatus, circunſtantibus fratribus, pſalterium, paſſiones Domini, & alia legentibus iacuit. Die autem mortis duabus ferè horis ante beatæ animę exitum cepit venerabilis Euſebius tam horribiles actus agere, vt circunſtantes monachi, velut amentes iacerent in terra. Nam quandoque tranſuerſis oculis, iunctis manibus, facie terribili, diraque voce clamabat. Non faciam, nō faciam, mentiris. Poſt hoc faciem in terram, quantū poteras firmans, clamabat: Adiuuate me fratres ne peream. Monachi autem flentes, ac trementes, interrogabant eum: Quid habes pater?, Quibus ille. Non videtis dæmonum agmina quæ me debellare cupiunt. At illi: Quid te facturum volebant cum diceres, non faciā, non faciam. Et ille, Conantur, ait, vt blaphemus inueniar, & ideo ſic clamabam. Tunc illi; Quare faciem abſcondebas in terra? Ne ait, aſpectum eorum viderem tam terribilem, quod omnes pęnæ nihil ſunt reſpectu illius. Inter hæc verba actus priores reiterans ſic ad extrema deuenit. Fratres autem pauidi, & ſtupentes ſtabant velut mortui, neſcientes quid facerent. Ad extremam autem horam veniēti glorioſus eidem Hieronymus apparuit confortans eum; Ad cuius aduentum perterrita dęmonum turba illa euanuit. Et viderunt Hieronymum monachi quidam. Alij autem has voces ab Euſebio audiebant. Vnde venis Pater? Quare tantum moratus es? Cui vox illa audientibus fratribus. Expecta fili, ne formides, quia te non deſeram, quem tantum diligo. Qua voce audita breui diſcurſu tempore venerabilis, Euſebius expirauit. Ad cuius corpus fiebant miracula præteritæ vitæ ſanctitatem inſinuantia. Inter quæ quidam monachus ſui monaſterij præ lachrymis, & vigilijs oculorum lumine priuatus, ſtatim vt eius corpus venerandum, facie tetigit, oculorum lumen recepit. Quidam dæmoniacus etiam obuius ſepeliendo corpori, liberatus eſt. epiſt. Cyril. ad Auguſtinum litera I.

EXEMPLVM LXXVIII.

Diffamare diabolus ſanctum Siluanum ſtuduit, vt ſuo ædificati exemplo ſcandalū paterentur.

BEatus Siluanus Archiepiſcopus Nazareth, tanta beatum Hieronymum affectione, & deuotione colebat, vt quicquid

quid faceret, Dei nomen, & Beati Hieronymi præmissum inuocaret. Vnde & quasi ab omnibus Hieronymus nominabatur.

Serpens autem antiquus, super viri sancti Siluani nimia sanctitate graui ardescit inuidia, vt igitur eum infamem redderet, quatenus quos bono exemplo subuexerat, malo grauius dejcerentur. Nocte quadam formam sancti sumens, nobilissimæ mulieri cuidam iam in lecto quiescenti apparuit, quærens vt sibi ad turpem coniunctionem consentiret. Ad quod contenita mulier, quid faceret cum hoc videret ignorans, diras cœpit emittere voces cunctos excitans dormientes, non solum suæ domus, sed & vicinarum, qui omnes ad mulieris thalamum concurrentes, qui haberet pauidam interrogant. Interea callidus serpens sub lecto cœpit delitescere. Re autem cognita perueniunt vbique hærentes ad locum vbi latebat.

Et accensis candelis, eundem inuentes, Siluanum Episcopum crediderunt. Cuncti igitur in stuporem versi sunt, sciebant enim famam sanctitatis eius. Perquirunt tandem cur tantum velit facinus perpetrare. At ille: Quid feci malè, quoniam hæc me ad hoc inuitauit. Quod audiens illa, mendacem illum lachrymis proclamabat. Qui vt eos ad viri Dei odium acrius inflammaret, talia & tam horrenda cœpit verba profari, vt illi audire renuentes, eum durè exacerbantes, extra domum violenter ejicerent. Manè autem facto omnes Siluanũ Episcopum hypocritam conclamant, & dignum incendio totaque ciuitas Nazareth adeò contra eum commota est, vt audito eius nomine quilibet blasphemaret. Mira patientia & magnæ sanctitatis indicium. Volat ad innoxij præsulis aures tanti fama discriminis, os tamen eius non mouetur ad iniurias, cor manet immobile, ad nullam vertens se impatientiam, sed gratias Deo semper agens, suo se fatetur hoc crimine meruisse, gaudensque dicere consueuit. Nunquam tam se fœlicem quam cum se ab omnib. despici, & conculcari conspiceret. Creuit tantum eius infamia, vt per ciuitates vicinas vsque Alexandriam ore omniũ delata sit. Ad limen innoxij præsulis nemo iam audebat accedere. Reuoluto itaque anno post inchoatam infamiam, vt subditorum paululum scandalum mitigaret, ciuitatem Nazareth vir Dei deserens in ecclesiam ubi glorioſi Hieronymi corpus quieſcit humanum, tanquam in refugij portum ueniens, in locum sepulturæ se posuit oraturus. Quo duabus horis sic manente, uir quidam nequitię spiritu accensus, ecclesiam intrans, sanctumque reperiens orantem, ad eum velut leo cucurrit, improperans quod honestas mulieres ad consensum suę libidinis quotidie prouocaret. Cui agnus innocens, gaudens se despici, vt hoc sæpe sibi diceret, inuitauit. Quod latro ille audiens, extractum gladium eleuat, vt in eius guttur immergat. Cui cum hoc verbum, succurre Hieronyme, sanctus Antistes opponeret, in proprium guttur gladiũ immersit manum retrouersa. Casu igitur alius superueniens, vir nequam hoc quod diuina vltione factum fuerat, vt vidit, a viro Dei illum æstimans interemptum, extracto gladio Siluanum interficere conabatur, breuiter quod primo contigerat, accidit etiam huic. Vix secundus in terram ceciderat, & ecce duo viri egredientes, viderunt, quod factum fuerat diuini ignari consilij, vnus eorum furiæ vesania agitatus exclamauit: Vsquequo viget tua malitia, & mulieres honestas ad tuam prouocas libidinem, & homines occidis in occulto? Certe tuæ nequitię hodie finis erit.

Et subito furens vibrato ense accurrit, vt illum extingueret. At vt Siluanus iam tertio glorioſe Hieronyme succurre clamasset, vir ille, vt primi duo manu propria se interfecit. Vir autem qui cum ipso venerat ob visionem tremebundus, cum hoc maleficijs imputaret ad foras currens ecclesiæ, quantum potuit exclamauit. Huc omnes accurite.

Ecce Siluanus maleficus non solum fœminas vituperat, sed homines suis incantationibus necat. Fit virorum, atque mulierũ copiosus concursus omnes clamant eum incendio dignum. Hęc ut ego Cyrillus audiui, pergo flens ad spectaculum. Stabat agnus inter lupos sœuientes, canes rabidos mitissimus, & lætus aspexit, nihil dicens aliud nisi. Iuste hęc patior, quia in Deum meum grauiter peccaui. Verberatur innocens, capitur a reis, vt ad supplicia deducatur. Cumq; iam captus Siluanus extra ecclesiam duceretur, subito de loco in quo iacebat glorioſus Hieronymus surgit tanto

to circumfusus lumine, vt non posset intueri, cunctisque visus est suo tam deuotissimo veniens præmia donaturus. Extensaq; manu, dextrâ Siluani apprehendès, his qui eum tenebant terribiliter imperat, vt dimittant: tantæque virtutis vox extitit, vt omnes præsentes vix voce finita in terram toto corporis vigore destituti, sternerentur. Inter hæc demoniaca quædam, catenis ferreis alligata, plurimorum manibus ad ecclesiam deportatur. At vbi mulieris pes limen tangit ecclesiæ: diros clamores, Miserere, miserere Hieronyme, nam per te crucior, diabolus per eam non cessauit emittere. Cui Hieronymus. Nefande spiritus ab hac exi Dei famula, & tuas de rege quas erga Siluanum egisti fallacias in Siluani forma, omnibus te demonstrans. Tunc diabolus, vt iussus est in Siluani forma, ita vt ab omnibus Siluanus putaretur, apparuit, & rem quam fecerat ad diffamandum Siluanum enarrauit, his dictis diris clamoribus de tempo disparuit. Quod vbi tam mirabile actum est: glorioſus Hieronymus dextram Siluani adhuc tenens, ait: Quid optas Siluane charissime tibi placitum me facturum? At ille, mi Domine (inquit) vt me hic amplius non relinquas. Ad quem Hieronymus. Quod postulas ait, ita fiat. Post me ergo velociter, veni. Hæc dicens disparuit. Interuallo autem horæ vnius facto, Siluanus expirauit. Stupent cuncti vndique concurrentes, lamentatur quilibet se reum, qđ in Siluanum commisissent: veniam fletibus deprecantes. Permanent per noctem in ecclesia gementes. Manè autem facto processione, ordinata, deportatur corpus Episcopi ad Nazareth tam illius ciuitatis populo, quam illius comitatu: atque sic ibidem in ecclesia digno honore sepelitur. epistola eadem litera Q. & R.

EXEMPLVM LXXIX.

Simonia deprauatum monasterium sancti monialium, beato Hieronymo reuelante, horribili ruina corruit.

FVit apud Thebaidem superiorem monasterium quoddam ferè ducentarum dominarum, diues, beneque reclusum, ac omni honestate decoratum: sed tamen vnum, quod fuit pessimum uitium Simoniæ retinebat. Nam hęc seruabatur ab eis abusio, vt nulla posset ad eas habitandi gratia accedere, nisi certa pecuniæ quantitas secum iret. Nec affectu charitatis: sed desiderio pecuniæ recipiebatur. In hoc monasterio fuit monialis, quædam grandæua, ab infantia Deo deuota, quæ vitium hoc horrebat. Cui nocte quadam in oratione positæ, apparuit sanctus Hieronymus locum copioso lumine illustrans, præcepitque ei vt manè ad Abbatissam, cęteraſque sorores pergeret, dicens: quod nisi a peccato iam inolito desisterent, ultionem diuinam subitò super se viderent. His dictis disparuit. Perterrita de visione, & quis hic fuerit cogitans, totam noctem in oratione transegit peruigilem. Manè autem pulsata nola omnes in capitulum congregauit. Surgit illa è medio, quæ viderat, cunctis manifestans. Fit illa cunctis irrisio, clamant eam fatuam, & hoc somniasse. Accepta contumelia læta quidem de se, dolens tamen sororum obstinationem ad solita orationum reuertitur auxilia: orans ne quod viderat sororibus eueniret. Post decem dies media nocte hac causa oranti iterum adest Hieronymus iubens, quæ semel iam secundò sororibus insinuaret. Cui illa: Quis es Domine mi qui iubes talia? Hieronymus, inquit, sum, & ab oculis eius euanuit. Illa & si sciret earum duritiem, maluit tamen ab eis quasi fatua derideri, quam præceptis dominicis contraire. Congregatis ergò eisdem cum surgens è medio, quæ uiderat uellet intimare ante sermonem inchoatum, surgentes illæ cum cachinno domum exierunt, solam illam relinquentes. Transactis insuper diebus tribus dormienti prędictę sanctimoniali glorioſus Hieronymus ineffabili vallatus angelorum consortio apparens, eam excitauit, eique præcepit vt citò de monasterio exiens, futuram uindictam non expectaret. Cumque lachrymis illa oraret ne fieret, respōdit Hieronymus. Ad Abbatissam ait, pergito & cæteras, diceſque eis, nisi pœnitentiam egerint hac nocte diuinam sentient ultionem. Quod si contempserint, exire ne moreris. His dictis disparuit. His anxia factum capitulum adijt, vehementer campanam trahens, vt aliæ conuenirent. Quod Abbatissa audiens, sciretque ab

ista

iſta pulſari, iracunda ad capitulum properat, nullumque volens ab ea audire verbũ, minatur quod niſi ceſſaret, eam a monaſterio expelleret. Cui illa. Rogo facias, quod minaris. Nam amplius hoc in loco non manebo, glorioſus Hieronymus mihi apparẽs diuinum iudicium monaſterio mox futurum, mihi patefecit. Hæc audiens Abbatiſſa: deridere cœpit: æſtimans eam veſano capite iſta fari, conuocanſque oſtiariam, iuſſit vt hanc de monaſterio mox fugaret, iuſſitque vt aliquali hora, extra ſic dimiſſam faceret iterum introire, vt ſic ceſſaret. Hac de re læta ſanctimonialis citius egreſſa eſt lachrymis perfuſa, pro his quæ monaſterio nouerat euenire. Et quid accidit? Penè limen oſtij ſanctimonialis exceſſerat, & ſubitò totum corruens monaſterium omnes oppreſſit, vt ne vna quidem remaneret. Sanctimonialis autem illa ad aliud dominarum monaſterium ſe tranſtulit apud Thebaidem inferiorem, vbi hactenus præcipua ſanctitate viua manet. eadẽ epiſtola Cyrilli ad Auguſtinum litera V.

EXEMPLVM LXXX.

Luſibus nimium deditus Rufus, nepos Cyrilli, æterna morte ſe dixit eſſe mulctatum.

NEpos quidam meus (inquit Cyrillus Rufus nomine: vtroque priuatus parente anniculus ad meas deuenit manus. Quem tanta diligentia ſuo infortunio enutriui, vt plures eum à me genitum crediderint. Creſcens itaque puer ætate, non ſapientia: ingenti pulchritudine corporis, ſed non animæ, probis moribus, elegantia multæ ſapientiæ decoratus a cunctis amabatur. Is igitur xviij ætatis ſuæ anno mortuus eſt, flentibus eum cunctis. At ego nimis eum diligens rogaui glorioſum Hieronymum, vt quid ſibi contigerit mihi reuelaret. Orantiitaque mihi die quadam, hora nona tantus fœtor adfuit, vt omnino tolerare non poſſem. Cogitans vnde tantus hic fœtor, conſpicio ſupremè infœlicẽ meum nepotem, quaſi catenis igneis religatum, fornacis inſtar flammas fœtidiſſimas emittentem. Cumque itaque tremebundus interrogare ſæpe diſponerem, nec poſſem, reſumpto tandem ſpiritu inquiſiui tremens, ſi ipſe meus nepos eſſet. Heu, inquit ille, vtinam nunquam fuiſſem, ne tam diris pœnis affligerer, nam æternis ſcias me pœnis deputatum. Poſt longam igitur collationem, inquiſiui quæ cauſa ſuę damnationis eſſet, cum tamen in mundo tot virtutibus ſic polleret. Pro nulla alia (inquit) cauſa, niſi quia ludis delectabar. At quia in morte accepta pœnitentia, quaſi ſtulta ignorantia (vt debebam) nolui confiteri, diuinam non merui veniam adipiſci. Et hoc dicens diſparuit. Poſt quem talis fœtor remanſit, quod nullus locum illum audebat introire. eadem epiſtola litera A.

EXEMPLVM LXXXI.

Fœminei tactus illecebra monachus irretitus, propriam ſororem tentauit conſtuprare.

VEnit quidam monachus in partibus Aegypti annis quidem iuuenis, ſed morum grauitate maturus pudicus, & cũctis monaſterij ſui ſpeculum ſanctitatis, amator ſpecialis ſancti Hieronymi. Hic xij. annis manens in monaſterio continuis orationibus vacabat, lectionique ſcripturarum, amoreque caſtitatis omnium mulierum abhorrebat aſpectus. Huic inuidẽs diabolus eum grauiſſimis carnis tentationibus ferè tribus menſibus nõ ceſſauit moleſtare, ipſe verò ſe Dei, & glorioſi Hieronymi cuſtodiæ, quotidiè deuotè commendabat. Sic victus diabolus ad calidiora conuertitur. Interea genitoris eius agonizantis cauſa, vt eundem utiliter, ex monaſterio in ciuitatem ad paternam domum venire compulſus eſt. Clamabat enim patet ſe dolore moriturum, ſi eius viſitatione fruſtraretur. Ob hoc dolens monachus, & caſtitatis ferens periculum, volebat magis in monaſterio manẽdo patrem mori, quã conualere extra monaſterium recedendo. Sed fratrum inductus precibus, pergit ad patrem. At tres dies itaque ibi remanens tanto tœdio afficitur, vt carceri ſe crederet mancipatum. Poſt tertium diem cum contigiſſet eum cum ſorore miræ pulchritudinis patris crura refrigerij cauſa confricare, contigit vt manu ſua ſororis dexteram attingeret, & mox tam diris libidinis

nis ſtimulis in eam cor eius inflammauit, vt niſi verecundia obſtitiſſet, pene eam ſtatim ad illicitum actum proſtrauiſſet, ſicque euenit egredienti, quod timebat. Interim ardore libidinis inflamatus, nil aliud quam ſororis faciem, ea ſcelus ignorante, improbis oculorum viſibus cõſpicere, aut cogitare laborabat, monaſterij & eius diſciplinæ iam totus oblitus. Sanatur interim pater, ſed monachus occaſionibus coloratis retardat de die in diem ad monaſterium remeare. Manente eo in paterna domo iam tribus menſibus, tam monachi, quam pater ſubitam in eo non ſufficiunt mutationem admirari. Ad monaſterium tandem cum duobus pro ſe miſſis monachis reuertitur: illud referens tœdium redeundo quod prius detulerat exeundo.

Cœpit igitur iam in monaſterio corpus regere, cor vero non recedit a ſorore. Hoc ſibi ſtudium ſcripturarum hoc contemplatio diuinorum, vt peccatorum inueniat modum explendorum. Obliuiſcitur in toto miſericordiam diuinam exorare. Cogitauit itaque, quomodo poſſet affectum effectui mancipare; diabolus actor ſceleris, ſtatim hoc fatuum fatuo immittit conſilium, vt in nocte dormientibus cunctis, mutato habitu monachali in laicalem fugiat clam ad domum patris, lateatque ſub thoro ſororis, donec ea dormiente in eam irruat, libidem completurus. Placet ſtulto conſilium, iamque ſtudet opere adimplere. Nocte ſequenti ferens claues currit, vt monaſterij fores referet, ſed errans tota nocte eas non inuenit, mirante eo donec aurora veniente ad cellam reuerti compellitur. Miratur factum per diem, cogitatq; ſequenti nocte, quod iam non poterat cõpellere. Sequenti nocte propoſitũ vt prius implere non potuit, ac per vnum fere mẽſem quotidie hoc eidem euenit, glorioſo eum Hieronymo ſemper impediente. Habebat enim in cella eiuſdem imaginẽ cui antiqua conſuetudine ductus, per diem ſæpe adhuc genua flectens ſe eidem pluries commendabat. Poſt menſam apparuit idẽ glorioſus Hieronymus cuidam ſancto illius monaſterij monacho eiꝰ, quæ per eum fiebant ignoreſcens, mandauitque vt ei diceret, quod propter impenſam ei reuerentiam hucuſque oſtium diu quæſitum inuenire non poſſet, ſed menta niſi cito reſipiſceret, & ſeſe de ipſius cuſtodia remoueret, & ſic diſparuit. Mane autem facto cum hæc monachus alteri diceret, iurat falſum eſſe, & ſibi hæc propter cerebri vacuitatẽ ſomnia euenire. Tacet monachus & recedit. Hic vero gaudens proponit nullam amplius Hieronymo reuerentiam exhibere, vt ſic poſſet quod diu optarat adipiſci. Subtracto igitur Hieronymo honore conſueto, & per conſequens ſibi cuſtodia ſolita, ſicut voluit, ſic effecit. Fugiensque de cœnobio mutato habitu per totum diem domum paternam occultè quærit intrare, intranſque ſero tamdiu latuit ſub lecto ſororis, quouſque æſtimaret eam obdormire. Tunc exuens ſe nudum ſeſe ad ſororis nudum latus applicauit. Ad hæc ſoror ſõno rupto euigilans, & virum iuxta ſe ſentiens diris clamoribus ad ſe omnes pariter euocauit. Currunt ad puellæ thalamum cuncti cum lumine, & in lecto inueniunt hunc iacentem. Mirantur parentes, & ſtupent, cæteri etiam condolent. Interrogat à filio pater, tanti cauſam diſcriminis. Ille cauſam, & reatum tacitus confitetur. Voluit enim eum adhuc defendens Hieronymus hanc ſuam ſtultitiam experiri, vt in poſterum aſtutior, & humilior ad cauendum redderetur. Cernens itaque monachus ſic ſe a diabolo illuſum, confuſum atque iam in ſcelere captiuatum, protinus ſuffragijs glorioſi Hieronymi (cui ſemper deuotus extiterat) ſuam culpam recognoſcens in ſeipſum rediit, & de eadem paterna domo egreſſus ſine mora lungens, ac dolens ad pœnitentiæ fontem properauit. Deinde in ſuo monaſterio receptus per duos annos in tanta ſe pœnitentia afflixit, vt foret cor hominis inſufficiens cogitare, & completo annorum duorum ſpatio, ex hoc ſeculo feliciter migrauit. ibi. litera H.

EXEMPLVM LXXXIII.

Veſtibus pompaticis, & conuiuijs dedita anima iudici ad æternas pœnas cernitur euanda præſentatur.

IN ſuperioribus Aegypti partibus quidam magnæ ſanctitatis monachus degebat Helias nomine, Beato Hieronymo adhuc

viro multum familiaris. Hic quadam vice lapsus, vidit seu quodam mirae & inauditae pulchritudinis palatio, vbi per horam gradiens & eius pulchritudine satiari non valens, vidit a quibusdam iuuenibus pulcherrimis quoddam præparari tribunal, stratis tapetibus, vestibus, auro, & gemmis & multa artificij varietate decoratis, circumquaque parete inuoluto. In quo rex quidam decoratus tantum, vt nihil aliud cuperet quis habere, magna virorum sole lucidiorum comitatus societate, veniens se posuit, vt iudicia exerceret. Inter hæc cum quædam anima (quam fuisse Anchonitanum præsulem ab ibidem existentibus postea intellexit) a nequam spiritibus catenis igneisque vinculis vincta instar fornacis flammas erumpens sulphureas, deportata maiestati regiæ præsentatur, quæ prius quã de aliquo interrogaretur, cœpit diris vocibus æternis ignibus se dignissimam acclamare. Hanc inter cæteras afferens causam principalem, quoniam vanis mundi pompis intentus, in conuiuijs, & vestibus, & huiusmodi mundi stultitijs delectabatur. Quibus finitis lata per iudicem sententia, vt pœnis infernalibus traderetur, donec corpori iuncta duplices pœnas in perpetuum sustineret, mox illam secum ferens omnis illa nequam spirituum turba inde diris clamoribus recesserunt.

Eadem epist. litera O.

EXEMPLVM LXXXIIII.

Incantator suis artibus virginẽ beato Hieronymo deuotam alterius impudici sua su ad libidinem pertrahere volens, grauiter a dæmone flagellatur, & inuocatione eiusdem sancti liberatur.

VIrgo quædam monialis omnium fœminarum pulcherrima, ætate iuuencula, moribus cana, tantam suæ virginitati adhibuit custodiam, vt sedens in cella sua quotidie, aut legens, aut orans aut aliquid aliud boni exerces, summis etiam causis exigentibes cellam exire non adquiesceret. Huic inuidens omnis boni inimicus, quendam iuuenem nobilem in hujus castimonialis amorem incitauit. Qui quidem tantis amorum vrebatur incendijs vt nec quiescere posset die, noctuque, quomodo eam habere posset cogitatus. Sæpe igitur sui amoris incendia nitebatur auribus monialis huius infundere, sed propter eius pudicitiam non audebat. Tanta igitur amoris constringebatur vehementia, vt sæpe de ipsa voluntatis adimpletione desperans, seipsum aquis tradere vellet suffocandum.

Omni igitur auxilio destitutus magnũ quendam iuuenem aduocat, eique magnã pecuniæ quantitatem promittit, si ad votum posset eam habere suorum carminum auxilio. Hic igitur suis incantationibus dæmonem aduocat, eumque media nocte ad cellam monialis transmisit, ad cellam itaque accedens dæmon timore imaginis D. Hieronymi in cella depictæ limen cellæ p transire nequit. Desperans igitur de negotio ad mittentem rediit dæmon, eique cur fugerit a cella patefecit, quem magus derisum dimittens alium aduocat, eumque ad explendum citius hoc opus mittit, sit secũdo quod primo. Manens tamen hic per horam circa cellam coactus clamare cœpit. Si me Hieronyme hinc finis recedere, huc ulterius non reuertar. Ad hanc vocem quę sedebat in cella monialis, orationi uacans fortassis cum sic dæmon clamare non cessaret, & cæteræ moniales excitatæ præuente cruce ad locum clamoris tremulæ peruenerunt. Hunc igitur dęmonem agnoscẽtes, eundem coniurant, vt debeat qua de causa venerit, intimare. Rem itaque pandens asserit vlulando, se miserum catenis igneis teneri, constrictum è beato Hieronymo, rogans vt suis precibus nunquam rediturus, posset abire, quibus pro eo orantibus, & Hieronymum glorificantib. mox dęmon magno stridore recedens, magum tanus verberibus affecit, vt multarum horarum spatio vix in eo spiritus appareret: mei (inquiens) causa cruciatus fuisti, ad illam me mittens monialem. Certè nunc his in te verberibus vindicabor. Tanto igitur magnus astrictus pericolo, uidens artib. suis sibi subuenire non posse, gloriosum inuocat Hieronymum dicens. Promitto tibi si tuo adiutus auxilio, nuncà dæmone nõ occidar (quia cunctis magicis abnegans) a tuo seruitio non recedam. Quo dicto, statim dæmon vt fumus euanuit. Per an-

Digitized by Google

num autem iacuit ex verberibus deſtitutus vt non niſi alieno ſurgere poſſet auxilio. Poſt quem annum cunctis magicis combuſtis codicibus, omnibus ſuis peuperibus erogatis, in ſpeluncam illam, in qua per triennium glorioſus habitauit Hieronymus ſe incluſit, ibi pœnitens de præteritis multa fulget ſanctitate. Inſanus itaque iuuenis tantis luxuriæ conſtrictus ardoribus omnino ſe videſ miſerrime voluptatis ſuæ deufradari deſiderio, quadã nocte laqueo ſe ſuſpendit, & ſic infęlix temporal ſe vita pariter, & æterna priuauit. Ecce quod maloram cauſam turpiſſimum luxuriæ vitiũ fore liquet. Nihil enim tam ruinæ corporis pariter, & animæ contiguum, quantum illud turpiſſimum ſcelus arbitramur. Eadem epiſtola litera 3. & 9.

EXEMPLVM LXXX.

Conſilio praui germani ſeductus Titus vxorem duxit, quam vna cum germano enſe tranſuerberans, latro ſæuus efficitur ſed quia 8. Hieronymo deuotus extitit, eiuſdem auxilio cum ſocijs mirè conuertitur.

IN ciuitate Candia quidã pulcherrimus extitit iuuenis Titus nomine, honeſtis moribus, luculentus, carnali non ignobiliori natus progenie, prædiues valde: totã pęne deuotionem & fiduciam habens in beato Hieronymo. Hic ſiquidem iuuenis virgineo nitens candore, in eiuſdem ſanctę virginitatis propoſito, vſque ad vigeſimũ annum probis vitæ morib. perdurauit, quo itaq; tempore cuiuſdam ſui fratris nefando conſilio incitatus, ſpretis tam nobiliſſimis virginitatis gẽmis, auri precioſiſſimũ metallum calcans ad carnis ſpurcitias, & lutum ac fœtorem luxuriæ vehementer declinans, puellam quandam omni pulchritudine corporis renitentem, ſibi in matrimonio copulauit, in cuius amoris retib. in ſe capiens, quod aliud pręter ipſam poterat minimè cogitare. Vnde die ipſiem cępit diuina obſequia obliuiſci. Atq; quia miſer dereliquit iuſtitiam, & oblitus fuit Deum ſe alentem, oblitus fuit Deus ſibi miſereri. Completo namque anno, quo cum puella iuuenis inſenſatus ſtetera, non vt in matrimonio ſed cauſa explendæ libidinis copulatus ſuggerente diabolica aſtutia, frater iuuenis puellæ amore illaqueatus, auidè diu euærens eiuſdem amplexib. frui, tãdem quæ optaueras eſt adeptus. Huc accurrant iuuenes, & exẽplo iuuenis ſint aſtuti. Fiunt nota iuueni puellę vitio iam peracta, tacens idem cogitat auidè quo valeat modo certitudinem reperire. Expectans dieb. aliquot ſe ſimulãs hoc neſcire. Ad die quodam ordinat vrbẽ deſerens peregrè profici ſci, & latens per diem in ciuitate, nocte media domum veniens reſeratis oſtijs a puella ſeruitrice, clam (vt prius ſimul ordinauerant ambo) ſiq; ad thalamum (in quo eius frater & vxor in lecto ſtabant) procedens ſibi petit aperiri. Mirantur illi, & timore pertenti vehementi pulſanti negligunt thalami oſtium reſerare. Tandem confractis ferris thalami iuuenis ira, & furore nimio fornacis ardẽtis inſtar vndecumq; inflammatus, vxorem primo euaginato gladio interfecit. Deinde ſub thoro proprium latentem fratrem iuueniens, interemit. His itaq; geſtis ex ciuitate exiens multo tempore per mundum huc, illucq; erans, cum quibuſdam alijs cępit quoſdam tranſeuntes itinere de prædari, ac etiam iugulare. Permanenti atq; eidem Tito per xx. annos talibus negotijs implicato, glorioſus Hieronymus ſalubre refugium, & vitale, die quodam aduеſpera ſcente luce, in modum mercatoris ſe monſtrauit, ne ille ſolummodo habitæ deuotionis præmijs priuatur. Nam ille quamquam tot, & tanta vitia abhorrẽda continue exerceret, tamen in beato Hieronymo deuotionem aliquam retinebat, ita vt eidem quotidie ſe commendans boni aliquid diebus ſingulis ad eius honorem facere nullatenus poſt poterat. Cernens igitur Titius mercatorem nefandis ſi cijs ad ſolita nequitiæ opera cõuocatis, concito cum eiſdem pergens, concito curſu vibratis lanceis Hieronymo mercatoris inſtar obuiat venienti.

Moxque in eum inſurgens à ſocijs eundem præcepit teneri, donec eius lateri gladius infigatur. Deinde manum eleuat interficiendi gladium retinentem, vt ſcelus tantum iam valeat explere. Ad hoc Hieronymus. Amore, inquit, Hieronymi quem

tu diligis, loquendi aliqua breuis licentia detur mihi, poſtmodum ſi volueris, facito id quod optas. Ad hæc Titus. Amore, inquit, quem nominalti, & loquendi, & viuendi licentia tibi (vt poſtulas) concedatur, tantum quæ portas mercimonia iam depone. At Hieronymus glorioſus. Ego ipſe ſũ Hieronymus, hic propter tuam liberationem veni, ne mihi a te impenta obſequia in vacuum præterirent. Te tot quæ geſſiſti peccaminum iam peniteat, ad teipſum redeas, ne formides. Huc vſque me nouerit propter tuam ſalutem, & animæ & corporis ſupplicem apud Deum erga iratum diuinam iuſtitiam extitiſſe, ne in te dignas tibi exerceret ſæuitias. Ad pœnitentiæ igitur quam citius perge callem, & peccatorum onera iam depone, alioquin me tui cultorem & ſupplicem non habebis. His dictis Hieronymus glorioſus ab illorum oculis diſparuit. Ad hæc ſtupefactus Titus, & qui cum illo erant timore, & admiratione tam ingenti ad terram procidens, per horam non potuit eleuari. Tunc ſubito in Titum, & qui cum illo erant Spiritus ſancti gratia eſt effuſa, & lux eos cęlitus illuſtrauit, qui protinus in viros alios iam mutati ſpretis cunctis ſpurcitijs vitiorum, ad pœnitentiæ tramitem rediere. Deinde ad eremorum antra deuia, & ignota properantes, in magnis ſe corporum aſperitatibus, & vita ſanctiſſima tradiderunt. Eadem epiſt. litera F.

EXEMPLVM LXXXV.

Blaſphemiam loquens in ſanctum Hieronymum corpore & anima ad infernum per dęmonem deuectus eſt.

IVxta meam (inquit Cyrillus) in qua habito Hieruſalem ædẽ, nobiliſſimus quidam fuit miles tranſitorijs nimium locuples, qui vnicum habens filium eiuſdem ſtultiſſimi amoris cæcitate percuſſus, non ſolum a prauis non eum corrigere, ſed etiã eum ipſemet praua inſtruere conabatur. Parentes fatui, & illi ſimiles mentis, quæſo oculos huc inclinent, vt quis finis eueniat non ignorẽt. Multi enim homines magnas, & corporis inciderunt ruinas, ob prauorum parentum inſipientiam. Creſcens namque illius militis filius cunctis bonis moribus deſtitutus, de die in diem peiorando totum ſuum tempus amittens in ludis, & blaſphemijs, cunctis immunditijs patre cauſante annum attigit xij. qui quodam ad veſperaſcente die ſolitis cum patre ludis intitens, ludum eodem (vt gliſcebat) non habente, primo prorupit in hæc verba: Si quid ille poteſt Hieronymus q ludos prohibet, iam exerceat, nam ſe inuito hinc niſi victor non exurgam. Verum hoc dum taxat pro equente, nequam ſpiritus in teterrimi hominis ſpecie, cunctis videntibus locum in quo ludebant, veloci gradu audiens eundem puerum infęlicem rapuit, ſed quo eum detulit? nulli hominum hactenus eſt compertum. Verum vt puto eum detulit in infernum eadem epi. lit. D.

EXEMPLVM LXXXVI.

Ebrioſi ſacerdotis corpus ſacrorum locorũ ſepultura indignum iudicatur.

SAcerdos quidam impudicus, ebrietati & luxurię deditus, miſerrimè de hoc ſeculo migrauit, cuius corpore in cęterorum ſepulto barathro ſacerdotum, vt eius punitio cunctis innoteſceret ad exemplum, ſubſequenti nocte tantus in eccleſia eiuſdẽ cæmiterij fuit ſtrepitus, quod rumore nimio in illa commorantes excitati, pauore ingenti velut amentes ad eccleſiam cucurrerunt. Stant itaq; omnes circa eccleſiam, ſtrepitus vehementes, campanarumq; ſonitus audientes, ſed minime quod videntes, diuinam exorant clementiam, quatenus cur iſta fiant dębeat reuelare, ſed nullum exauditionis ſentiunt adiumen. Diluculo hoc ceſſante cuncta quæ fuerant in eccleſia reperiunt reuoluta, & quaſi vndiq; flammis ignium violata.

Ad hoc eiuſdem ciuitatis ſcilicet, Candiæ, pontifex orationes indicens populo, quid ſequenti nocte eueniat præcepit expectari. Ne nimijs ſuccumbam verbis, ſequẽti nocte duplex ſtrepitus, & pauoris tribulatio eſt ſecuta. Qua de re repletus populus amaritudine, & dolore, cernens nullum ſibi a Domino adiutorium euenire, ſicut vulnerati (qui in monumentis proiecti dormiunt) edilebant. Die autem eluceſcente omnib. in eccleſia pro oratio nib. congregatis, glorioſus Hieronymus ſubito ſepties

ſole

ſole ſplendidor, in eccleſiam veniens, ad altareque gradiens cunctis videntibus, & mirantibus per horam forte ſub ſilentio permanens obſtupenti populo, hæc propter ſacerdotis illius miſerrimi cadauer, ſaeris indignè locis conditum ad terrorem peccantium contigiſſe intimauit. Mandás vt cadauer miſerum tartareis poſt refurre ctionem omnium manſionibus deputandum diſſepultum flammis traderent protinus concremandum, alioquin incœpta peſtilentia non abiret, & ſic ab intuentium oculis eſt inuiſus. Quod vt ordinarat lætabundus populus protinus adimpleuit, & beato Hieronymo laudes præcipuas perſoluendo.

Et ſic peſtis poſtea ceſſauit. Eadem epiſtola litera B.

Ex vita ſancti Pachomij.

EXEMPLVM LXXXVII.

Somno preſſum ſanctum Pachomium Palemon de loco ad locum arenam portare præcepit.

MOrabantur Palemõ & Pachomius ſimul abſtinentię atque precib. operam dantes. Si quando autem cum nocturnas orationes celebrarent, ſenior Palemon Pachomium ſomno premi vidiſſet educens eum foras arenam portare de loco ad locum præcipiebat, & tali exercitio mentẽ eius grauatam ſomni pondere ſubleuabat, dicens ei: Labora Pachomi, & vigila, ne quando (quod abſit) ab incœpto te propoſito moueat is qui tentat, & inanis fiat labor noſter. Cuncta vero obedienter ac ſolicite Pachomius ſuſcipiens, & in ſanctæ continentiæ profectibus creſcens, venerabilem ſenem nimis alacrem lætum que reddebat. In vitis patrum p. 1. in vita ſancti Pachomij §. 7.

EXEMPLVM LXXXVIII.

Abſtinens Palemon in die Paſchæ cum lachrymis oleum comedere recuſauit.

ADuenerat aliquando ſacratiſſimus dies Paſchæ, & ait ad Pachomium ſenior Palemon, quoniam cunctorũ chriſtianorum vniuerſalis eſt iſta feſtiuitas, nobis quoque para quæ noſtro vſui ſunt congrua. Tunc prõptus ad obtẽperandum id quod ſibi præceptum eſt impleuit, & præter ſolitum parumper accipens olei cũ ſalibus tritis admiſcuit, (conſueuerat autem edere aggreſtia olera, & alias herbas præter oleam.) Cum ergo præparaſſet, ait ad ſenem. Feci quod paternitas tua imperauit. Cumq; poſt orationes beatus Palemõ acceſſiſſet ad menſam, vidiſſetque apparatum cum ſalibus, fricans manibus caput, & vbertim lachrymas fundens, ait; Dominus meus crucifixus eſt, & ego nũc oleum comedam? Cumque rogaret eum Pachomius vt modicum quid ex eo perciperet, nullatenus adquieuit. Idem §. 8.

EXEMPLVM LXXXIX.

Superbus monachus ſuper ardentes carbones ambulans, à dæmone decipitur obſidetur, flammis injcitur.

CVmque quadam die Palemon & Pachomius ignem accendiſſent, frater quidam dixit ad eos. Si quis eſt fidelis ex vobis, ſtet ſuper hos carbones, & orõnẽ Dominicã ſenſim pronunciet, quẽ beatus Palemon intelligens ſuperbiæ timore deceptum, cõmonuit dicẽs. Deſine frater ab hac inſania, nec tale quid vlterius loquaris. Qui correptione ſenis non ſolum non profecit melius, ſed plus elatione mentis inflatus ſtare cœpit ſuper ignẽ audacter, nullo ſibi imperante, & cooperante diabolo, & Dño permittẽte, nullatenus ignis attactu adustus eſt. Hoc itaque cum factum eſſet poſtero die diem frater maturè proficiſcẽs ac velut exprobrãs eis ait. Vbi eſt fides veſtra? Poſt non multum autem tẽporis cernens diabolus hunc ſibi per omnia mancipatum, transfigurat ſe in ſpecie mulieris pulchræ mulieris, & cœpit oſtium cellulæ vehementer extundere, qui cum aperuiſſet ei, ait ad eum diabolus in forma mulieris. Obſecro te, quia nimis a creditoribus vrgeor, & metuo ne mala me comprehendant, recipias me in cellam tuam, quoniam debitum ſoluere nequeo, Deus enim me direxit ad te.

Digitized by Google

Qui cæcitate mentis pęnitus obscuratus, nec intelligens qui esset qui talia sibi loqueretur, diabolũ miser in suum recepit exitium. Tunc hostis videns eum ad omne scelus procliuem immisit in eum turpẽ concupiscentiam, qui mox cedens suggestioni eius, quasi mulieris amplexus petiuit. Quem spiritus immundus inuadens elisit atrociter, & resolutus super pauimẽtum velut mortuus diu permansit. Post aliquot autem dies tandem in se reuersus, & dementiæ suæ fero pœnitens ad sanctum Palemonem venit, & cũ magno fletu quid sibi accidisset exposuit, dicens: Agnosco pater, agnosco, quod ego causa perditionis meæ existam. Et subito correptus, ab immundo spiritu de conspectu illorum prosiliuit, & per deserta discurrens agebatur infrænis. Peruenit autem ad ciuitatem Panos & ibi in fornacem sese præcipitãs, protinus incendio interijt.
Ibidem §.9.

EXEMPLVM XC.

Infirmus Palemon abstinentiæ suæ rigorẽ paululum laxatum resumit.

IDem venerabilis Palemon dolore splennis (qui ex nimia abstinentia illi proueniebat) toto corpore graui cœpit ægritudinis incommodo laborare. Rogatus igitur a fratribus aliquibus qui ad eum gratia visitationis aduenerant, ne penitus corpus debile frangeret, sed ei quantulumcunque solarij pateretur impendi, tandem cessit orationibus, vt victu congruo attenuata membra refoueret, sed hæc diutius non pertulit. Nam grauiores solito dolores splennis expertus, relicta ciborum insolentia, ad antiquum victum sine dilatione reuertitur, dicens: Si martyres Christi alij per frusta lacerati, alij capite cæsi, non nulli etiam sunt ignibus concremati, & tamen vsque ad finem fortiter tolerarunt pro fide, cur ego patientiæ præmia paruis cedens doloribus impatienter abijciam, & desiderio vitę præsentis afflictiones momentaneas inaniter expauescam? Denique suadentibus adquieui cibos insolitos sumere, qui mihi dolores auxerunt potius, quam vllam requiem præstiterunt. Recursam ergo ad pristina remedia, & continentiæ subsidia non relinquam, in quib. est vt ego sum certus omnis post Deum requies, & vera lætitia. Nõ enim propter homines hæc arma suscepi, sed ob amorem Dei his certare proposui. Sic itaque viriliter agens intra mensem dierum, valido languore cõsumptus est. Ibidem. §.13.

EXEMPLVM XCI.

Conuertitur Theodorus diuinorum beneficiorum consideratione compunctus.

POst hęc angelica admonitione Pachomius edoctus ad locum, cui Tabenense uocabulum est, se contulit, atq; multiplicatis ibi aliquibus cellulis cœpit adunare discipulos. Talis igitur & tanta sancti patris conuersatio longe, lateq. crescẽs alios quidem ad agendas Domino gratias excitabat, plures quoque ad amorem monachicę conuersationis feruenter accẽdit, inter quos & Theodorus adolescens annorum fere xiiij. christianis, atque secundum seculum præclaris ortus parentibus, hoc modo cõuersus est. Octauo idus Ianuarias quædam apud Aegyptum celebrabatur ex more festiuitas. Cernẽs itaque Theodorus domum suam amplam, splẽdidam, & omnibus bonis abundãtem, per gratiam Dei compunctus corde, talia secum cœpit euoluere. Quid tibi proderit infælix Theodore, si totũ mundum lucratus fueris, & temporalibus vtens vsquequaque diuitijs ab illis æternis bonis, & immortalibus excludaris? Nullus enim potest & præsentib. delitijs perfrui, & perennis gloriæ præmia promereri. Super his ergo fortiter ingemiscens penetralia suæ domus ingressus est, & procidẽs in faciẽ suam cum lachrymis, ait: Omnipotẽs Deus, qui occultorum es cognitor, tu scis, quia nihil horũ quæ sunt in hoc seculo amori tuo præpono, propter quod obsecro te, vt illuminans animam meam, dirigas ne in æternam mortem obtenebrata peccatis obdormiat, sed redempta tuo munere per omnia te collaudet atque glorificet. Hac eo orante venit mater illius, & uidens oculos eius plenos lachrymis, ait. Quis te charissime contristauit vt sequestreris à nobis. Solliciti ac dolentes vbique te quærebamus, vt nobiscum pa-

riter

riter epuleris. Qui reſpondit. Perge, quæſo mater, & cibum ſume, quia nunc ego manducare non poſſum. Et cum ad ſcholas ambularet, vt literas diſceret, ieiunabat vſque ad veſperum frequenter, & biduana ieiunia tranſigebat per duos annos, omnibus precioſis, & delicatioribus cibis abſtinens, ſeque ad perfectam continentiam quantũ ætas illa patiebatur extendens. Cœpit itaque intra ſe tractare quatenus monaſteriũ peteret, ſeque ſanctæ regulæ manciparet, & deſerens omnia quæ habebat, quoſdam religioſos viros reperit optima inſtitutione viuente, habitauitq; cum eis in Domini amore proficiens. Hic poſt attractus fama bonæ conuerſationis Pachomij, & fratrum ipſius peruenit tãdem ad eos, vbi receptus intra monaſterium quam perfecte, atq; ſol licitè Domino ſeruierit, atq; parentes cum omnibus quę mundi ſunt contempſerit Require ſupra diſt. II. exemplo XLIIII. Ibid. §. 39.

EXEMPLVM XCII.

Quomodo ſanctus Pachomius docuerit monachos gloriam non quærere.

POſtmodum ſanctus Pachomius factus eſt pater ferè quinquaginta millium monachorum. Et cum ſolemnitas ex more depoſceret, vt myſteriorum cęleſtium participes fierent è proximis viculis preſbyteros conuocabant, qui eis feſtum lætitiæ ſpiritualis implerent. Non enim patiebatur idem ſenex, interſeos eſſe quempiam qui clericatus officio fungeretur. Dicebat enim multo melius atque commodius monachis non ſolum nullum prorſus honorem quærere primatus & gloriæ, verumetiam occaſiones huiuſcemodi de cœnobijs amputari, quia frequenter hinc inter fratres contentiones, & æmulationes inutiles naſcerentur. Sicut enim ſcintilla ignis cum in meſſem cecidit non cito extinguitur, & interdum totius anni fructus exuritur, ita cogitatio feralis ambitus ſi in mentes irrepſerit monachorum, vt vel primi cupiant eſſe, vel clerici niſi cito ſuggeſtionis huius ardore de ſuo corde expellant, illico perdent continentiam multis laboribus adquiſitam. Oportet ergo cum omni manſuetudine, & puritate communi cantes Chriſti eccleſijs clericos venerari, quia hoc expedit monachis, nullas autem religioſos appetere dignitates. Ibid. §. 24.

EXEMPLVM XCIII.

Beneuolentia, & oratione ſua Pachomius peruerſum fratrem ad ſanctam compunctionem conuertit.

QVidam iuuenis nomine Siluanus de Scena, ideſt de Ludis ſcenicis conuerſus, ad ſanctum Pachomium venit, volens in monaſterio commorari, qui cum ſuſceptus eſſet infectus peruerſa conſuetudine ſeculi, nullis diſciplinę regulis poterat coerceri ſalutemque propriam negligens, ſuis vanitatibus priſtinis, atque regulæ ſe occupabat adeo, vt nonnullos ex fratribus euerteret. Quod plurimi non ferentes ſancto Pachomio ſuggerunt, vt eum de monaſterio pelli præciperet. Ad quam rem non eis annuit, ſed æquanimiter ferens admonuit præfatum fratrem, vt ſe corrigeret, & ab antiqua conuerſatione reuocaret. Pro quo etiam Dominum iugiter exorabat, vt ei compunctionem cordis ſolita pietatis abundantia largiretur. Cumque memoratus iuuenis in propria perſiſteret prauitate, & alijs exemplum perditionis oſtenderet ad poſtremum viſum eſt omnibus, vt a ſancta congregatione velut indigniſſimus arceretur. Sed B. Pachomius hoc idem credit differendum. Quem etiam mitiſſima atque ſapientiſſima correptione conueniẽs, & cęleſtibus erudiens inſtitutis, ita diuino timore ſuccendit, & ſic anima eius futurorum de fide compuncta eſt, vt ſe deinceps a lachrymis continere non poſſet. Emendatus itaque per omnia magnum cæteris documentum exhibuit, quia in omni loco, & in omni operatione flebat iugiter, & ne tunc quidem cum cibum inter fratres caperet a lamentatione ceſſabat, quæ res permouit etiam multos eſt monachis, qui & dixerunt ei. Tandẽ te a planctu cohibe, nec tanta quæ sumus afflictione deijcias. Qui reſpondit. Conor quidem ſicut iubetis a lachrymis temperare, nec poſſum. Rectus. n. meum uelut quadam flamma comburens quietum me eſſe non ſinit. Rurſus ipſi dixe

runt: Apud te in ſecreto tuo, vel certè in orationibus plangito, cum verò conuenimus ad menſam cibum ſumere, debes a fletu abſtinere, quia plures è fratribus videntes te plangere, manducare non poſſunt. Et illi cogebant eum fateri, cur ita ſe ſuis diluereret fletibus. Tunc ait ad illos: Non vultis vt plangam, cum videam me multis foueri obſequijs ſanctorum patrum, quorum & puluis pedum mihi venerandus eſt. Nec eis me conferre obſequia dignum prorſus exiſtimo. Non ego plango quod homo deſcena multis peccatis obnoxius, officia tanta percipiam. Timeo valde ne ſicut Dathan, & Abyron nec quoque prophanum hiatu ſuo terra deglutiat. Illi namque impijs auſibus, manibuſq; pollutis primatum ſibimet vſurpare tentauerunt, ego verò poſt tantam cognitionem diuini muneris animæ meæ ſalutem deſioſa conuerſatione neglexi. Ideo quippe huiuſmodi recolens nō erubeſco flere coram omnibus, quia facinora mea multa eſſe cognoſco, quæ iugib. lachrymarum fontib. debeo expiare, quod ſi ipſam miſeram animam per lamenta diffunderem, nihil facerem magnum, quia nullum pro factis meis in præſenti dignum poſſum reperire ſupplicium. Cumque per ſingulos idem frater ad meliora proficeret, omneſque prope modum in humilitate ſuperaret, ita de eo ſanctus Pachomius cœpit omnibus dicere. Teſtor fratres ac filij coràm Deo & Angelis eius, quia ex quo cœnobiū hoc fundatum eſt nullum de fratribus, qui mecum ſunt, vel fuerunt humilitatem meā ſecutum eſſe cognoſco, niſi vnum tantum modo. Quo fratres audito, nonnulli putabant hunc Theodorum, alij Petronium, alij Oſiſium. Cumque rogaret eum Theodorus vt quis eſſet depromeret, & ſanctus indicare differret, ruſum eum Theodorus vehementer vrgebat. Alij ex fratribus maiores plurimum precabantur vt diceret, quis eſſet, cui tale teſtimonium prohiberet. Tunc reſpondit Pachomius. Si ſcirem eum denuo vanæ gloriæ ſtimulis incitari, nec prorſus oſtenderem, ſed quia proculdubio credo, quod per gratiam Chriſti quantum ei laudes accreuerint, tantum ipſe munus humilitatis adquiret. Idcirco vt eum poſſi is imitari, palam beatificare non deſino. Tu quidem Theodore, & quicunque tui ſunt ſimiles in monaſterio certantes, diabolum fortiter viciſtis, vt paſſerem, & ſub veſtris pedibus alliſiſtis eum per Dei gratiam conculcantes, vt puluerem. Sed ſi (quid abſit) neglexeritis in aliquo conſurgens is qui ſub veſtigijs veſtris eſt) aduerſum vos graui furore debacchabitur. Iuuenis autem Siluanus quem dudum de monaſterio pellere volebamus, ita proſtrauit inimicum, & a ſenſibus ſuis effugauit vt nuſquam coram eo appareat, altaq. humilitate ſuperauit per omnia. Et vos quidem fratres habentes opera iuſtitiæ in his quæ geſiſtis glorioſe confidituis, hic autem quando fortius pugnat, tanto ſe inferiorem iudicat, ex tota mente, totaque virtute inutilem, ſe reprobumque pronuncians. Ideoque denique & lachrymas habet in promptu, quia ſemetipſum in imis humiliant & inclinat, nec alicuius momenti quod gerit exiſtimat. Diabolum autem nil reddit ita inualidum, ſicut humilitas de corde puro, cui tamen correctionis opera probantur adiuncta. Sic itaque viriliter ante factus Siluanus per octo annorum curricula, Deo militans curſum vitæ ſuæ finiuit in pace. De cuius exitu teſtatus eſt B. Pachomius quod multitudo ſanctorum angelorum cū magna lætitia ſumentes eius animam velut electam hoſtiam Chriſti conſpectibus obtulerunt. ibid. §. 38.

EXEMPLVM XCIIII.

De Zacheo monacho patientiſſimo, humillimo, & labori manuum addictiſſimo.

ZAcheus quidam monachus, poſt longa continentiæ tempora, regio morbo correptus, ſequeſtratus a fratribus habuit cellulam, tota vita ſua pane tantum, & ſale contentus. Semper autem pſiatos operabatur, tantaque contritionem propter Dominum ſuſtinebat, ut ſæpe funiculos intorquens compungerentur manus eius, vt ſanguinis guttæ effluxerint in tantum, vt ex ipſo opere, magna viri tolerantia monſtraretur. In tanta igitur infirmitate corporis conſtitutus, nunquam fratrum collectam deſeruit, ſed ad explendas omnes diuinas orationes ſollicitè conuolauit, nunquam dormiuit interdiu. Conſue-

uerat autem per ſingulas noctes priuſquã ſomnum caperet, quędam de ſcripturis ſanctis meditans, totaque memoria ſua Chriſti ſignaculo muniens glorificabat Dominũ, & ita paululum quieſcebat. Deinde circa noctis medium ſurgens, vſque ad matutinas orationes alacer permanebat. Huius aliquando manus quidam frater inſpicies operis nimietate, atque violentia fortiter lanciatas, & reſperſas ſanguine, dicit ei: Quid ita pater dulciſſime te labore diſcruciaſ, maxime tali infirmitate depreſſus. An forte metuis nè apud Deum contra has offenſam, vel ocij crimen coniunctum incurras ſi non fueris ſedulò operatus? Scit Dominus quid pateris, & quia nemo tantis tribulationibus affectus, vllum valet opus attingere præcipuè tu qui nulla neceſſitate conſtringeris. Nam ſi peregrinis paupertibus pro Deo vſque ad ſufficientiam largimur, quanto magis tibi tanto patri cum deuotione maxima ſeruiemus? Ad quod ille reſpondit: Impoſſibile eſt me non operari. Et frater, ait: Si tibi hoc placet ſaltem manus tuas oleo perunge, ne tantum ſanguinem perfluentes in labore deficiant. Qui conſilio eius acquieſcens fecit quod hortatus eſt eum, & in tantum vulneratæ manus eius grauatæ ſunt, vt nequaquam ſufferre poſſet cruciatus. Ad quem viſendum beatus Pachomius veniens, ait ei. Putabas frater quod te poſſet iuuare oleum? Quis ergo te coegit ita ſedulè laborare, vt ſub prætextu operis in hoc viſibili oleo magis quam in Deo ſpem tuam poneres? Aut nũ quid impoſſibile eſt Deo ſanare te, an ignorat ægritudines ſingulorum? Sed vtilitatem conſiderans animarum noſtrarum ſinit ad momentum nos pati triſtitiam, vt toleran tiæ perpetua præmia largiatur. Super ipſum igitur coram, ſollicitudinemque iactemus, & quando voluerit, vel quomodo iudicauerit ipſe terminum doloribus noſtris benignus imponet. Qui reſpondens ait: Ignoſce mihi venerabilis pater, & ora pro me ad Dominum, vt hoc delictum mihi dimittere pro ſua pietate dignetur. Afferebant autem plurimi de hoc ipſo ſene, quod per annum integrum ſe defleuit, poſt biduanum ieiunium parumper cibi percipiens. Hunc ſanctus Pachomius monachis proponebat, velut exemplum beatorum operum, firmamentumque virtutum. Ad quem etiam eos qui erant in mœrore poſiti dirigebat, quia habebat & conſolatorium verbum ſicuti nullus alius. Qui vſq; ad finem fortiter, & legitimè decertans, in ſenectute ſancta pro doloribus tantis æterna ſolatia recepturus, ad cœleſtia regna tranſiuit. Ibid. §. 52.

EXEMPLVM XCV.

Defunctorum abiectior ſepultura requiẽ, celebrior verò pœnam nonnunqnam ſolet inducere.

GVm ſanctus Pachomius monaſteria (quorum curam gerebat) quadam vice inuiſſeret, contigit vt cum vni ex ipſis appropinquaſſet, quod cuiuſdam fratris exequijs occurrit, qui vitam ſuam negligenter conſumpſerat. Fratres autẽ monaſterij funus honorificè proſequebantur pſalmos ſolitò concinentes, præſentib. defuncti parentibus ac propinquis. Qui cum vidiſſent Pachomium ferentem deponunt, vt pro mortuo, nec nõ & pro ſe Domino ſupplicaret. Qui mox vt orationem debitam perſoluit, conuerſus ad fratres, ait: Definite pſallere, præcepitq; defuncti veſtimenta ſplendida (quibus indutus erat) auferri, & coram omnib. exui, & ita cadauer efferri iuſſit præter aliquam pſalmodiam, atq; ſepeliri. Fratres igitur cum parentibus, & vniuerſis qui tũc aderant precabantur ſenem, vt conſuetam ſuper eum pſalmodiam celebrari permitteret. Quib. cum non acquieſceret, cœperunt parentes dicere. Quid eſt hoc ſpectaculũ nouum? Noli quæſumus inferre mortuo, quod nec tuã penitus condecet ſanctitatẽ. Nam & nos hinc maximo notamur opprobrio. Quib. reſpondens Pachomius. Verè fratres ac filij plus vobis, quam præſenti, mortui miſereor, quia vobis de viſibili re, ac temporali curantibus, ego de inuiſibili eius ſubſtantia ſollicitudinẽ geram, & idcirco hæc erga dum fieri iubebam. Et vos quidem maiores illi dolores per hũc honorem quẽ putatis acquiritis, ego autem quã tulamcumq; requiem, vel ſatisfactionem per hanc iniuriã præbarabo. Sepelite ergo eũ ſine pſalmis, vt dixi. Potens eſt Deus benignus

nignus pro ſupplicatione noſtrę paruitatis eum in æternam ſuam requiem collocare. Hæc cum dixiſſet abierunt, & ſicut venerabilis pater præceperat fecerunt. Ibid.§.39.

EXEMPLVM XCVI.

Abſtinentes fratres infra duos menſes coctum pueris murmurantibus non comederunt.

ALia quoq; vice ſanctus Pater eum ad quoddam monaſterium ſuum properaret, occurunt ei fratres congregationis illius, vt ſumma illum veneratione ſuſciperent. Inter quos etiam infantulus quidam illius monaſterij occurrens, clamare cępit, ac dicere. Vere Pater ex quo hinc ambulaſti, nullus olera aut legumen adhuc coxit. Ad quem ſanctus grata mente, reſpondit. Non contriſteris fili mi, ego iam coquam. Et ingreſſus monaſterium poſt orationem coquinam intrauit, & inueniens fratrem qui coquinæ præerat pſiatos, ideſt mattas operantem, ait ad eum: Dic mihi frater quãtum temporis habes, ex quo non coxiſti fratribus olera, vel legumina. Qui reſpondit: Sunt ferè duo menſes. Et ſanctus: Quare contra præceptum facere voluiſti, vt tanta fratrum negligeretur vtilitas? Qui humiliter reſpondit: Oprauera quidem venerabilis Pater quotidie implere miniſterium, ſed quia quicquid coquebam non conſumebatur a fratribus, quia omnes abſtinẽt, ſoli quippe pueri coctum percipiunt, ne tãto labore paratæ proijcerentur expenſæ, propterea non coxi pulmentum. Ac ne otioſus eſſem pſiaros elegi cum fratribus texere, ſciens vnum de his qui mihi deputati ſunt ad opus huiuſmodi poſſe ſufficere, vt paruas eſcas, ideſt, oliuas, vel herbulas ad refectionem fratribus appararet. Hæc Pachomius audiens iuſſit adferri pſiatos quingentos, quos fecerat frater ille, & omnes fecit comburi, dicens eis: Sicut vos traditam vobis erga diſpenſationem fratrum regulam deſpexiſtis, ſic ego labores veſtros paſſim concremaui, quatenus cognoſceretis quod pernicioſum ſit patrum inſtituta conuellere, quæ pro animarum ſalute prouiſa ſunt. An ignoratis quod glorioſum ſit ſemper abſtinere à præſentibus? Nam ſi quis ab ea re, quæ in eius poteſtate eſt, diuina conſideratione ſe continet, magnum conſequitur à Domino præmium. Ab ea vero re cuius vtendi lacentiam non habet quadam noſcitur neceſſitate cohiberi, & ideò propter neceſſitatem coactam fruſtra videtur expectare mercedem. Denique cũ plures eſcæ appoſitæ fuerint ſi fratres partius his vtuntur propter Deum, ſibi maximam ſpem reponunt. De cibis autem quos non vident, nec facultas eis ad percipiendum vlla tribuitur, quomodo pro parſimonia præmium conceditur. Ideoq; propter exiguos ſumptus tanta fratrum nõ debuit interimi commoditas. Ibid.§.43.

EXEMPLVM XCVII.

Humilis Pachomius a puero non erubuit diſcere, quomodo mattas texere oporteret.

INgreſſus aliquando Pachomius quoddam monaſterium, venit poſt orationẽ ad fratres, qui pſiatos operabantur, ſedenſque cum eis cępit & ipſe texere. Tranſiens autem puerulus qui conſtitutus erat ad obſequium eius, qui ſeptimanam faciebat, intendit texentem beatum Pachomium, & dixit ei: Non bene Pater operaris. Alio modo Abbas Theodorus intexit. Et mox conſurgens ait ad puerum. Oſtende mihi quomodo texere debeam. Et cum didiciſſet ab eo ſedit rurſus ad opus ſuum mente tranquillus, & in hoc facto ſuperbiæ ſpiritum comprimens. Nam ſi ſecundum carnem quantulumcunq; ſaperet, nequaquam pueri monitis acquieſceret, ſed potius increpaſſet eum, quod vltra ætatem ſuam loqui præſumpſiſſet. Ibid.§.47.

EXEMPLVM XCVIII.

Ad patientiam exhortatio.

THeodoro autem grauis paſſio capitis, acerrimos dolores excitabat. Qui cum rogaret Pachomium, vt eum ſuis releuaret orationibus, ait ad eum. Putas fili quod alicui contingat dolor, aut paſſio, aut aliquid huiuſmodi ſine permiſſione Dei?

Idcirco

Ideirco in dolore ſuſtine., & in humilitate patientiam habe, & quando voluerit Dominus tibi conferet ſanitatem. Quia ſi te diutius probare dignatur, gratus eſto vt perfectiſſimus Iob, qui i multis tribulationibus benedicebat Domino, & tu quoque ſicut ille pro doloribus tuis maiorem requiem a Domino percipies. Bona quidem eſt abſtinentia, & in oratione perſeuerantia, tamen infirmus malus præmium adipiſcitur cum longanimis, & patiens inuenitur. Ibid. §. 51.

Ex dialogo Seueri de vita ſancti Martini.

EXEMPLVM XCIX.

Furtum perpetrans lupa ſolito more ad eremitam, a quo paſcebatur, ingredi erubeſcit.

POſtumianus virum vidimus paruo tugurio, quod non niſi vnum recipere poſſet habitantem. De hoc illud ferebatur, quod ei lupa ſolita erat aſtare cœnanti, nec facilè vnquam beſtia falleretur, quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret, & tamdiu præ foribus expectaret, donec illi panem qui cœnulæ ſuperfuiſſet offerret. Illa manum eius lambere ſolita erat, atque ita quaſi impleto officio, & præſtita conſolatione diſcedere. Sed fortè accidit vt ſanctus ille dum fratrem, qui ad eum venerat deducit abeuntem, diutius abeſſet, & non niſi ſub nocte remearet. Interim beſtia ad conſuetudinarium illud cœnæ tempus occurrit. Vacua cellula cum ſamiliarem patronum abeſſe ſentiret, ingreſſa curioſus explorans, vbinam eſſet, habitator, caſu contigua cum panibus quinque palmitia ſportula pendebat. Ex his vnum præſumit, & deuorat, deinde perpetrato ſcelere diſceſſit. Regreſſus eremita vidit ſportulam diſſolutam, non conſtante panum numero.

Damnum rei familiaris intelligit, ac prope limen panis abſumpti fragmenta cognoſcit. Sed non erat incerta ſuſpicio, quæ furtum perſona feciſſet. Ergo cum ſequentibus diebus ſecundum conſuetudinem beſtia non veniſſet, nimirum audacis facti cõſcia, ad eum venire diſſimulans cui feciſſet iniuriam ægre patiebatur eremita ſi alumnæ ſolatio deſtitutum. Poſtremò illius orationereuocata ſeptimum poſt diem adfuit (vt ſolebat ante) cœnanti.

Sed vt facilè cerneres verecundiam pœnitentis non auſa propius accedere, deiectis in terram profundo rubore luminibus quod palam licebat intelligi quandam veniam precabatur. Quam illius confuſionẽ miſeratus eremita, iubet eam propius accedere, & manu blanda caput triſte mulcet. Deinde pane duplicato, ream ſuam refecit. Ita indulgentiã conſecuta, officij conſuetudinem depoſito mœrore reparauit. Inuitis Patrum parte 3. c. 7. Seuerus Sulpitius dial. 1. c. 8.

EXEMPLVM C.

Ignarus virtutis herbarum eremita, ab ibice doctus, & periculum famis euaſit, & herbarum venena vitauit

ALter quidam Anachorita, cui nomen illuſtre erat, in parte deſerti (quæ Sieniungitur) habitabat. Hic cum ſe primum ad eremum contuliſſet, & herbis, herbarumque radicibus quas prædulces interdum, & ſaporis eximij fert arena victurus, ignarus germinis eligendi noxia plerumque carpebat. Nec erat facilè cuiquam radicis cum ſapore diſcernere, quia omnia æquè dulcia, ſed pleraque occultatione naturæ virus lethale habebant.

Cumque ergo edentem vis interna torqueret, & immenſis doloribus vitalia vniuerſa quaterentur, ac frequẽs vomitus cruciatibus non ferendis ipſam animæ ſedem ſtomacho iam fatiſcente diſſolueret, omnia iam penitus quæ eſſent edenda formidans, ſeptimum in ieiunijs diem ſpiritu iã deficiente ducebat. Tum ad eum fera (cui ibicis nomen eſt) acceſſit, huic propius aſtanti faſciculum herbarum, quem collectum pridie attingere non audebat, obiecit. Sed fera quæ uirulenta erant ore diſcutiens, quæ innoxia nouerat eligebat. Ita uir ſanctus eius exemplo quid edere, quid

quid reſpuere deberet edoctus, & periculum famis euaſit, & herbarum venena vitauit. Ibid. cap. 9. Seuer. Sulpit. dialog. 1. cap. 10.

EXEMPLVM CI.

Obedientem fratrem edaces incendij flammæ nullatenus tetigerunt.

CVm quidam ſeculi actibus abdicatis monaſterij magnæ diſpoſitionis ingreſſum cœpiſſet rogare, Abbas ei cœpit multa proponere, graues eſſe iſtius diſciplinæ labores, ſua verò dura imperia, quæ nullius facilè valeret implere patientia, aliud potius monaſterium vbi facilioribus legibus viueretur expeteret potius, non tentaret aggredi, quod implere non poſſet. Ille verò nihil his terroribus potuit permoueri, ſed magis ita omnem obedientiam polliceri, vt ſi eum Abbas in ignem ire præciperet non recuſaret intrare. Quam illius profeſſionem vbi magiſter accepit, non cunctatus probare profitentem, caſu clibanus probe ardebat, qui multo igne ſuccenſus coquendis panibus parabatur. Exundabat abruptis flamma fornacibus, & intra camini illius concaua totis habenis regnabat incendium. Hoc igitur aduenum illum iubet magiſter intrare. Nec diſtulit parere præcepto medias flammas nihil contactus ingreditur, quæ mox tam audaci fide victę, velut illis quondã Hebræis pueris ceſſare venienti. Superata natura eſt, fugit incendium, & qui putabatur arſurus velut frigido rore perfuſus ſeipſum miratus eſt. Ibid. c. 11. Seuerus Sulpit. dial. 1. cap. 12.

EXEMPLVM CII.

Quidam ſanctus vana gloria grauiſſime tentatus, Deum exorauit, vt permiſſa in ſe diaboli poteſtate ſimilis fieret ijs quos ipſe curauerat.

QVidam ſanctus fugandorum de corporibus obſeſſis dæmonum incredibili præditus poteſtate, inaudita per ſingulos dies ſigna faciebat. Non ſolum enim præſens, neque verbo tãtum, ſed abſens quoque interdum cilicij ſui fimbrijs, aut epulis miſſis corpora obſeſſa curabat. Hic ergo mirum in modum frequentabatur a populis ex toto ad eum orbe venientibus. Taceo de minoribus, præfectis, comiteſque ac diuerſarum iudicum poteſtatum, præſoribus illius ſæpe iacuerunt Epiſcopi quoque ſanctiſſimi ſacerdotali auctoritate depoſita contingi ſe ab eo atque benedici humiliter valde poſtulantes, ſanctificatos ſe atq; diuino munere illuſtratos, quos iſius manus illius, veſtemque contingerent non immeritò crediderunt. Hic autem ferebatur ab omni potu in perpetuum penitus, & omnino abſtinere, pro cibo (tibi Sulpici in aurem loquar nè gallus hoc audiat) ſeptem tãtum caricis ſuſtentari. Interea ſancto viro vt ex virtute, honor, ita ex honore vanitas cœpit obrepere, quod malum ille ubi primũ potuit in ſe ſentire graſſari diu multumque diſcutere conatus eſt, ſed repelli penitus, velut tacita conſcientia, vanitas, perſeuerante virtute non potuit, vbique nomen eius dæmones fatebantur, excludere a ſe confluentium populus non valebat. Virus interim latens ſerpebat in pectore, & cuius nutu ex aliorum corporibus dæmones fugabantur, ſeipſum occultis cogitationibus vanitatis purgare non potuit. Totis igitur precibus conuerſus ad Deum fertur oraſſe, vt permiſſa in ſe menſibus quinque diaboli poteſtate ſimilis his fieret, quos ipſe curauerat. Quid multis moror? Ille qui præpotens, ille qui ſignis atque virtutibus toto oriente vulgatus, ille ad cuius limina populi ante confluxerant, ad cuius fores ſummę iſtius ſeculi ſe proſtrauerunt poteſtates, corruptus à dæmone eſt tentus in uinculis, omnia illa quæ energumeni ſolent ferre perpeſſus, quinto demũ menſe purgatus eſt, non tantum dæmone, ſed quod illi erat utilius atque optatius vanitate. Ibid. c 13. Seuerus Sulpitius dial. 1. cap. 14.

EXEMPLVM CIII.

Apoſtatans eremita per obſeſſionem dæmonis ad eremum reuocatur.

A Doleſcens quidam in Aſia prædiues opibus genere clarus, habens uxorem & filium paruum, cum in Aegypto tribu-

nus esset, & frequentius aduersum Blembos expeditionib. quædam loca eremi contigisset sanctorum etiam tabernacula complura vidisset, a beato viro Ioanne verbum salutis accepit. Nec moratus inutilem militiam cum vtroque illo honore contemnere, eremum constanter ingressus, breui tempore in omni genere virtutum perfectum emicuit, potens ieiunijs, humilitate conspicuus, fide firmus. Facile se antiquis monachis studio virtutis æquauerat. Tunc interim subijt eum cogitatio inuecta per diabolum, quod rectius esset vt rediret ad patrem, filiumque vnicum, ac domum totam cum vxore saluaret, quod vtique esset acceptius Deo quam si solum se sæculo eripere contemnens salutem suorum non sine impietate negligeret. Istiusmodi ergo falsæ iustitiæ colore superatus, post quadriennium fere cellulam suam atq; propositum eremita deseruit. Sed vbi ad proximum monasterium, quod a multis fratrib. habitabatur accessit, causam discessionis atq; consilium quærentib. confiteretur. Reniterentibus cunctis atque præcipuè loci illius Abbate, malo animo fixa sententia non potuit euelli. Igitur fœlici se obstinatione proripiens cum dolore omnium digressus a fratrib. vix ex conspectu abscesserat, impletus a dæmone, cruentaſq. spûmas ore prouolens dentibus seipsum lacerabit. Deinde ad idem monasterium fratrum humeris reportatus cum in eo coerceri immundus spiritus non valeret, necessitate cogente ferreis nexib. alligatur, pedes cum manib. vinciuntur. Non immerita pœna fugitiuo, vt quem non cohibuerat fides cathenæ cohiberent. Post bienoium demũ oratione sanctorum ab immundo spiritu liberatus, ad eremum vnde discesserat mox regressus, & ipse correctus est, aliis post futurus exemplo, ne quem aut falsæ iustitiæ vmbra decipiat, aut incerta mobilitas inutili leuitate compellat semel cœpta deserere. Ibid. c. 14. Seuerus Sulpitius dial. 1. c. 15.

EXEMPLVM CIIII.

Virgo quædam pudicissima vsque adeo virorum aspectus vitabat, vt etiam a sancto Martino videri noluit.

ILlud verò Sulpici meminisse te credo quo affectu nobis, cum & tu cœta adesses illam virginem sanctus Martinus prædicaret, quæ ita se penitus ab omnium virorum oculis remouisset, vt nè ipsum quidem ad se Martinum cum eam ille officij causa visitare vellet, admiserit. Nam cum propè agellum illius præteriret (in quo se ante complures annos pudica cohibebat) audita fide illius atque virtute diuertit, vt tam illustris meriti puellam religioso officio episcopus honoraret.

Nos consequentes gauisuram illam virginem purabamus, si quidem hoc in testimonium virtutis suæ habituram, ad quam tanti nominis sacerdos deposito propositi rigore veniisset. Verum ipsa fortissimi vincula propositi, ne Martini quidem contemplatione laxauit. Ita vir beatus accepta per illam fœminam excusatione laudabili, ab illius foribus quæ videndam se salutandamque non dederat letus abscessit. O Virginem glorioſam, quæ ne à Martino quidem passa est se videri. O Martinum beatum qui illam repulsam non ad contumeliam suam duxit, sed magnificans illius cum executione virtutem, inusitatum in his duntaxat regionibus gaudebat exemplum. Ergo cum haud longe ab illa villula nos manere nox imminens coegisset, xenium beato viro eadem illa virgo transmisit, fecitque Martinus quod antea non fecerat, nullius enim ille vnquam xenium, nullius munus accepit, nihil ex his quæ virgo venerabilis miserat refutauit, dicens, benedictionem illius à sacerdote minimè respuendam, quæ esset multis sacerdotibus præferenda. Audiant quæso virgines istud exemplum vt fores suas (si eas mali obire uoluerim) etiam bonis claudant, & ne ad se improbis liber sit accessus, non vereantur etiam excludere sacerdotes. Totus hoc mundus audiat, videri se a Martino virgo non passa est. Seuerus Sulpitius dial. 2. cap. 18.

EXEMPLVM CV.

Patientissimus B. Martinus blasphemias a Briccio factione diaboli contra se fulminatus mansuetissimè tulit.

QVodam die dum sanctus Martinus in area (quæ parua admodum tabernacu-

naculum ambiebat) in ſuo ſedili ligneo reſediſſet, vidit duos dæmones in excelſa rupe conſiſtere inde alacres ac lætos vocem iſ'iuſmodi adhortationis emittere. Eia te Briccio, eia te Briccio. Credo cernebant miſerrimi eminus propinquantem, conſcij quantum illi rabiem ſpiritus ſuſcitaſſent. Nec mora, Briccio furibundus irrupit ibi plenus inſania, euomit in Martinum mille conuitia. Obiurgatus enim pridie ab eo fuerat, cur qui nihil vnquam ante clericatum (quippe qui in monaſterio ab ipſo Martino nutritus erat) habuit equos aleret, mãcipia compararet. Nam illo tempore arguebatur a multis, quod non ſolum pueros, ſed etiam puellas ſcitis vultibus coemiſſet. Quibus rebus infeliſſimus inſano felle commotus, & vt credo præcipuè dæmonum illorum agitatus inſtinctu, Martinum ita aggreſſus eſt, vt vix manibus temperaret. Cum quidem ſanctus vultu placido, mente tranquilla, infelicis amentiam per mitia verba cohiberet, ſed ita in eo nequam ſpiritus redundabat, vt ne ſua quidẽ illi (quamuis vana admodum) mens ſubeſſet, trementibus labijs, incertoque vultu decolor præ furore rotabat verba peccati, ſe afferens ſanctiorem, quippe qui a primis annis in monaſterio inter ſacras eccleſiæ diſciplinas ipſo Martino educante creuiſſet. Martinum verò, & a principio quod ipſe diffiteri non poſſet, militiæ actibus ſorduiſſe, & nunc per inanes ſuperſtitiones, & phãtaſmata viſionum, ridicula prorſus inter deliramenta ſenuiſſe. Hæc dum multa, atque alia quæ reticere melius eſt acerbiora vomuiſſet, egreſſus tandem furore ſatiato quaſi qui ſe penitus vindicaſſet, rabidua ea parte qua venerat, recurrebat. Tum interea credo per Martini orationes fugatis ab illius corde dæmonibus reductus ad pœnitentiam mox reuertitur, atque ad Martini ſe genua proſtrauit veniam humiliter poſcens, fatetur errorem nec ſine dæmone ſe fuiſſe tandem ſanior confitetur. Nec erat apud Martinum labor iſte difficilis, vt ignoſceret ſupplicanti. Tunc & ipſi, & nobis omnibus ſanctus expoſuit qualiter illum a dæmonib. vidiſſet agitari, ſe conuitijs non moueri, quæ magis illi a quo eſſent effuſa, nocuiſſent. Ex inde cum idem Briccius multis apud eum magniſque criminib. per ſæpè præmeretur, cogi non potuit vt eum a presbytero ſubmoueret, ne ſuam perſequi videretur iniuriam, illud commemorans. Si Chriſtus Iudam paſſus eſt, cur ego non patiar Briccionem? Seuerus Sulpitius dialog. 3. c. 10.

EXEMPLVM CVI.

Patientiſſimus B. Martinus Briccio deriſori ſuo Pontificatus honorem precib. impetrauit.

QVadam autem die dum quidam infirmus medicinam expetere Briccium adhuc diaconũ in platea repertum contigit. Cui ſimpliciter, ait Ecce ego præſtolor virum beatum, & neſcio vbi ſis, vel quid operis agat. Cum Briccius: Si, inquit, delirum illum quæris reſpice eminus, ecce cœlum ſolitus ſicut amens reſpicit. Cumque pauper ille occurſu reddito quod petierat impetraſſet, Briccium diaconum vir beatus Martinus alloquitur. Ecce ego, o Bricci, delirus tibi videor. Cumque ille confuſus hæc audiens dixiſſe ſe denegaret, ſanctus Martinus ait. Nonne aures meæ ad os tuũ erant cum hæc eminus loquebaris? Amen dico tibi, quia iam obtinui apud Deum vt poſt me ad pontificatus honorem ſuccederes, ſed noueris te in epiſcopatu multa paſſurum aduerſa. Briccius hæc audiens irridebat eum, dicens: Nonne verum dixi iſtum delira verba proferre. Sic presbyterij honorem deijciens, ſæpius beatum Martinum conuitijs laceſſiuit.

DISTIN-

Digitized by Google

DISTINCTIO OCTAVA.

EX VITIS VARIORVM SANCTORVM,

QVÆ REPERIVNTVR IN SPECVLO HISTOR. Vinc. Beluacenſis Ord. Præd. & pleræque earum à Surio, & Lippomano deſcribuntur, & ex hiſt. Victoris Vticenſis de perſecutione VVandalica, & ex eccleſiaſtica hiſt. Euſebij ſecundum verſionem Ruffini.

Vitæ ſanctorum, ex quibus ſumpta ſunt exempla, & dies menſis, quo eorum memoria celebratur in Eccleſia.

Dunſtani, 19. Maij.
Edmundi 16. Nouemb.
Vincentij Ord. Præd. 5. Apr.
Abraham eremitæ, 29. Oct.
Epictici & Aſtionis.
Bernardi, 20. Auguſt.
Ioannis Eleemoſynarij, 23. Ian.
Malachiæ Epiſcopi, 5. Nou.
Mariæ d'Oignies, 23. Iun.
Rogerij, fratris Minorum, 4 Ian.
Remigij, 1. Octobris. ex vita Lupi
VVillibrodi, 7 Nou.
Ludgeri, 26. Mart.
Ex hiſt. Purificationis,
Aſſumptionis,
Et Natiuitatis B. Virginis,
Et de omnibus Sanctis,
Et Commoratione defunctorum.
Andreæ, 30. Nou.
Nicolai, 6. Decemb.
Ioannis Apoſtoli, 27. Decemb.
Baſilij, 14. Iun. 1. Ian.
Ambroſij, 4. Apr. 7. Dec.
Gregorij Papæ, 12. Mart.
Ignatij martyris, 1. Febr.
Thomæ de Aquino, 7. Mart.
Reguli, 30. Mart.
Mammetis pueri 15. annorum, 27. Aug.
Babylæ Epiſcopi, 24 Ian.
Agapis, Chioniæ, & Irenes ſororum, 3. Aprii.
Iuliani, & Baſiliſæ, 9. Ian.
Septem fratr. martyrum tempore Diocletiani.
Fidis, 6. Oct.
Petri Alexandrini, 26. Nou.
Maurilij, 13. Sept. ex vita Lupi
Eugenij Chartag. Epiſcopi, 13. Iul.
Karilelphi, 1. Iul.
Launomari, 19. Ian.
Machuti, 15. Nou.
Columbani, 21. Nou.
Samſonis, 28. Iul.
Pharæ virginis, 7. Decemb.
Attalæ, 10. Mart.
Magnobodi, 16. Oct.
Præiecti, 15. Ian.
Arnulphi de Bruxella, 30. Ian.
Pharonis, 28. Oct.
Ethbini, 19. Oct.
Deicolæ, 18. Ian.
Goaris, 6. Iulij.

BIBLIOTECA NAZIONALE VE ROMA

Citationes exemplis ſubiunctæ ſumptæ ſunt ex Speculo hiſtoriali Vincentij Beluacenſis Ordinis Prædicatorum.

Digitized by Google

Ex vita sancti Dunstani.

EXEMPLVM I.

Conuertitur Dunstanus graui infirmitate compulsus, & tentantem se dæmonem carnalibus verbis ignita tenella per nares apprehendit.

PRofectus est sanctus Dunstanus ad Elphegum cognatum suum Ventanæ ecclesiæ Pontificem. A quo cum frequenter rogaretur vt monacharum induere t,quatenus qui angelicæ vitæ initia habe ret, perseuerantiam in habitu monstraret. Respondit ille. Excellentioris esse gratiæ qui in seculo contenuerit,& tamen quæ digna sunt monacho fecerit, eo qui se monasterio dedit, nec quicquam aliud præterquam quod sibi statutum est post hoc facere potuit,alterum necessitatis, alterum libertatis.

Ad hoc Episcopus ait:Omnib. communis necessitas est, vt qui ignem gehennæ voluerit effugere, ignem concupiscentiæ studeat extinguere,qui nõ multũ extingui tur si fomẽta eius humanis sensib. nõ subtrahũtur. Ad hoc quod in mũdo præcipuè appetitur libertas hominis est, hac enim amissa cætera nequeunt possideri. Vt ergò Deo des quod maxime diligis, illa desinãt haberi. Cumque huiusmodi verbis Episcopus insisteret illum in ambiguo positum grauissima febris inuasit, atque ad desperationem vitæ perduxit, tandem ex insperato reualescens, hæc ait: Legibus voluptatis renuntio, virginem me uirginis filius hucusque seruauit,virginem me regina virginum habebit.

Mox accito Episcopo postulat sibi indilatè religionis benedictionem dari. Tunc Episcopus lætitia perfusus monachali eũ, & sacerdotali gratia præmouit ecclesiæ beatæ virginis Mariæ attitulans,cui eum ab initio parentum suorum sponsio dicauit. Cũque eum contra diaboli insidias instruxisset, dimisit eum pergentem ad generationis suæ principium,ibi in ecclesia beatæ uirginis mansitabat, operans ea quæ piæ norma religionis axigebat. Cui etiam adhærentem cellam siue speleum proprijs laboribus ædificauit, quæ non tam humani habitaculi quam formam gerebat sepulchri. Vt enim ego qui vidi æstimo longitudo eius, non amplius quinque pedum, latitudo verò duos, & semipedem habet. Porrò altitudo statũ hominis exprimit, & manifestat, si quis in defossa terra constituerit. Alter enim neque latus ad rectus porrigitur medium ostioli,fenestrellam aperit per quam lumen operanti irradiat. Verum diabolus nunc sanctum quoque deprehendere nititur tugurio. Fallax egò fallacem adoper tus, hominis imagine sub obscuro uelpere cellam adolescentis petit, immisso capite fenestræ incumbit, cernens illum fabrili operi occupatum, postulauit sibi quippiã operis fabricare. Cuius ille calliditatem non aduertens, operi quod postulabatur animum intẽdit Interim cœpit hostis verba peruersa compositione facere, mulierũ nomina inserere, luxurias commemorare, deinde religionem offendere, & denuò eadem repetere. Tunc athleta Christi quis esset intelligens tenacula, quibus ferrum tenebat cœpit fortiter ignire, & suppressis labijs inuocare Christum. Deinde sancto furore actus celeriter ea cãdentia de igne rapit, larualem faciem includit, & totis viribus retinens monstrum introrsus trahit, iamque stando vires sumebat. Cum igitur is qui tenebatur aulla pariete teneretur se manibus aufugere, tales immani rugitu fremens vlulatus. O quid fecit caluus ille, tenui namque, sed formosa cæsaries erat, & ideò de eo talia clamitabat. Manè autem congregata est ad eum propinqui populi multitudo sciscitans quis ille clamor fuisset, qui tanta eos uehementia terruisset.

Dæmonis ait furor ille fuit, cauete vos ab illo agite, quia si vocem irati ferre non potuistis,so. cietatẽ damnati quo pacto sustinebitis?

Vincent. li. 24. capit. 73. & 74.

EXEM-

EXEMPLVM II.

Aſcenſionis die ſanctus Duſtanus ad cœleſte regnum inuitatus, venire renuit, propter zelum.

ANno Ottonis Tertij quarto mortuus eſt ſanctus Dunſtanus, cuius vitã deſcripſit Osbernus Cantuariæ cantor, nulli noſtro tempore ſtilo ſecundus, in muſica omnium primus, hic Osbernus de morte eius ſancti, ſic ſcribit. Inſtabat, inquit, dies Aſcenſionis Dominicæ, & peractis vigilijs remanſit in oratione ſolus in eccleſia Dunſtanus, & vidit. Et ecce innumera candidatorum multitudo coronas aureas in capitibus geſtantium, inæſtimabili fulgore micantium, per eccleſiæ ianuam irrumpẽs ante ipſum conglobata conſiſtit vna voce eum ſalutans hoc modo. Salue Dunſtane noſter, ſalue. Mandat tibi quem piè deſideras filius Dei, quatenus ſi paratus es venias, & diem hanc ad cuius gaudium ſuſpiras nobiſcum celebres. Ad quod ille imperterritus manens ſciſcitatus eſt, qui eſſent. Cherubin ac Seraphin, inquiunt, ſumus, & reſponde quid velis? Tunc reſpondit ille. Hodie dies ſolemniſſimus eſt, & incumbit mihi pane verbi Dei plebem reficere, & oſtendere illi quomodo ad gaudium poſſit peruenire, propter quod & multi conuenerunt, nec debeo decipere illos, & ideò hodie venire non poſſum. Qui dixerunt; Eia paratus eſto in die ſabbati, præſto ſis hinc nobiſcum Romam venire, & coram ſummo Pontifice Sanctus, Sanctus, & Sanctus æternaliter canere Annuit ille & illi recedunt. Lecto igitur die ad miſſam euangelio locutus eſt ad plebem qualiter nunquam locutus fuerat, & reuerſus ad altare celebrauit myſteria. Vbi autem ventum eſt ad benedictionem ſuper populum iterum ab altari prædicaturus regreditur, vt nõ hominem, ſed angelum loqui putares. Iterũ ad altare reuertitur, & data benedictione iterum ad populum redit cunctis ſtupentibus, & mox ad loquendum os aperuit, tanta claritate vultus eius reſplenduit, vt nemo in eum intendere poſſet, obitumque ſuum illis inſtare dixit, promittens ſe illis nunquam defuturum, & tunc ad menſam Domini regreſſus eſt. Eadem die cum a menſa ſumpto cibo ſurrexiſſet, oratorium petijt, & deſignauit locũ, in quo ſe voluit ſepeliri. Mox vero langore eum inuaſit, ſexta feria lecto decubuit, omnes aduentantes ad ſequẽda veſtigia Domini inuitabat. Sabbatho iterum communicatus eſt, & eſt horam ſuam expectaret ſubito cum lecto, in quo iacebat vſque ad ſuperiora leuatus eſt, & trabibus obſiſtentibus leniter demiſſus eſt ad terram, hoc vſque tertiò factum eſt. Tunc ait ad circumſtantes. Vos videtis quo vocor ſi vultis mecum ire, ite via qua inceſſi, Deus qui me vocat ipſe dirigat corda & corpora veſtra ad ſuam voluntatem in pace, & reſponſo omnibus Amen, tranſijt. ead. lib. 24. c. 94.

EXEMPLVM III.

Apoſtatare volens Archidiaconus a ſancto Dunſtano vſque ad mortem percutitur.

QVidam Archidiaconus Lundoniæ cõuerſus eſt in monaſterio ſancti Dunſtani, literarum ſcientulus & cœpit religioſè conuerſari. Poſt annum quo monachus factus eſt ſecretarij officio functus eſt, & cœpit paulatim a religione tepeſcere dum maiori libertate cæteris potiretur. Tandem fugam parabat cum quodam iuuene ſibi conſcio, tamen adhuc animo fluctuabat de hoc quod facturus erat. Statuit autem apud ſe, ſe non diceſſurum a monaſterio ſine licentia ſancti Dunſtani. Venit itaque ad tumbam eius querelam faciens de illis, & ſuam benedictionem petens, & vt iter ſuum proſequeretur, dixit ſe ipſius ſeruum futurum quocunque pergeret.

Veniens poſt chorum inuenit monachum quendam reuerendiſſimam virgam tenentem, & ei innixum ſtantem, & ſe inuidis oculis intuentem, quo viſo expauit, & ab eo diuertere voluit, qui virga oppoſita ait, quo vadis? Innuit ille non eſſe loquendum. At ille, Si loquar nihil ad te, dic quo vadis? Quo, inquit, mea intereſt? Ac Sanctus. Nihil eſt, reuertere ad ſepulchrũ, vbi modo fuiſti. & mutata voluntate intentius ora. Reuerſus ille orauit ſicut prius orauerat. Rediens obuium habuit quem prius eodem loco, qui quo tenderet requiſiuit. Cui ille: Quid ad te? Multum, inquit, quod & tu ſi te non correxeris in proximo experieris, nunc ergo redi iterum,

& muta mentem, & mutam precem. Cum que ille transire potius conaretur, quam re dire, ille virgata contra eum virga redire il lum coegit. Qui rediens multum pauidus orauit tertiò eundem sermonem. Et rediès non inuenit cũ quem prius inuenerat, sed tantusque se bene orasse, properauit ad ostiũ claustri, vbi offendit quem prius offenderat, turbato vultu contra se stantem, & interrogantem quo pergeret. Qui respondit. Quis es tu qui me tanta auctoritate constringis? ait. Quæris quis? audi, ego sum Dunstanus, pontifex, & Archiepiscopus huius loci, amator illorum, & adiutor, qui vere sunt filij huius ecclesiæ. Et tu quomodo suffragium meum quęris quamdiu, & locum videndi seruare? Mea licentia hinc nunquam exibis, sed velis nolis hic remanebis, hic morieris, & quia me audire contempsisti, ecce in pœna tua probabis, quod non bene fecisti. Et leuans virgam percussit eum tertiò acriter, & in terram prostrauit, & disparuit. Ille iacens illic inuentus est, & deportatus in infirmatorium, & cœpit quotidie augmentari infirmitas, nec poterat dignosci qualis esset. Ille autem reuelare nolebat, tandem positus est super cilicium, & cœpta litania pro eo dici. Cumque diceretur bis. Sancte Dunstane ora pro eo, rogauit se super lectum poni, dicens se modo non moriturum. Et accersito Henrico priore confessus est ei omnia, & quod modo non poterat antequam hoc confessus fuisset. Et accepta pœnitentia & benedictione a priore reddidit spiritum. lib. eod. cap. 96.

Ex vita sancti Edmundi.

EXEMPLVM IIII.

Vestium asperitatem mater Edmundi filios docuit, quibus studentibus ciliciola transmittebat, & eidem sancto Edmundo adhuc puero tempore ludus ab alijs pueris segregato puer Iesus apparuit, eumque officiosissimè salutauit.

CVm mitteret sanctum Edmundum vna cum fratre suo mater Parisios, vt liberalibus imbueretur studijs seu artibus, modicam pecuniæ summam dedit eisdem mater, dicens illis. Si maternam (vt bonos decet filios) iussionem seruaueritis confido in Domino, quod in omnibus ipse prouisor munificus erit vobis. Duo quoque dedit eis cilicia præcipiens vt illis super nudo se vestirent, bis, aut ter in hebdomada.

Timebat enim ne postquam discretionis anno attingerent, per deuexa vitiorũ, & abrupta voluptatis incederent. Ideoque rudes in arte bellandi familiariter informauit, & prius exercitans quam in belli discrimine necessariò traherentur. Ipsa etiã Edmundo quem velut sanctitatis eius præscia cęteris filijs plus dilexit, dum studeret Parisijs cum indumentis lineis cilicium mittere consueuit. Meritò eum præ cęteris dilexit, qui vnquam piam matrẽ pius videlicet filius verbis, aut operibus offendit. Ita namque Deo, & pię matri suę placere studuit, quod omnem a se leuitatem resecans omnino choreis, alijsque ludis, seu spectaculis se subtraxit. Diebus quoque Dominicis, & festiuis iuxta monitum matris antequam comederet, psalterium ex integro psallere consueuit. Et quia amantissimus Dominis totis visceribus studuit auctorem uitæ diligere, ipsum in forma puerili eidem puero voluit demonstrare. Cum enim pratum quoddam spatiandi causa coætaneis incitantibus consensisset ingredi, ab ipsorum tamen comitatu se celerius separauit, ne conscientiæ puritatem, uel nugis puerilibus, vel ociosis sermonibus contingeret maculari. Dum igitur incederet solitarius sacris insistens meditationibus, apparuit ei puer ille candore niueo nitidus, & colore roseo rubicundus, qui uelut a summo cœli cardine elapsus, subitò sic eum prior allocutus est, officiosissimè salutando. Salue dilecte mi. Quod cum audisset puer in ignoto sermone pueri, miratus est. Quem cum ille pauefactum, & hæsitantem conspiceret, ipsum denuò alloquens quæsiuit, an ipse sibi vel tenuiter notus esset. Ille simplicitatis columbinæ, respondens sermone simplici: Nullam, inquit,

quit, teneo notitiam tui, nec ſum vt eſtimo notus tibi. Adiecit puer. Quomodo ita tibi ſum ignotus, præſertim cum & in ſcholis ad latus tuum ſedeam, & tibi quocunque fueris inſeparabiliter fuerim ſociatus? Deinde ſubdit. In faciem meam reſpice, & ſi quid in fronte mea ſcriptum ſit, aduerte ſedulus totus corde. Quod cum feciſſet, ſcriptum in ea legit literis cœleſtib. Ieſus Nazarenus. Qui ſtatim quod viderat ei retulit, & ab ipſo plenius audiuit. Hoc eſt nomen meum, quod tibi memoriale ſit in deſiderio animæ, & hoc diligenter & articulatim noctibus imprime ſingulis fronti tuę per hoc enim poteris contra mortem muniri ſubitam, & quiſquis eadem ſcriptura munierit modo conſimili frontem tuam. His dictis puer ille in quem deſiderant angeli pro pice e diſparuit, ſed in pectore pueri ſui quem viſitare dignatus eſt, non parum dulcedinis reliquit. lib. 31. c. 68.

EXEMPLVM V.

Virginitatem vouens ſanctus Edmundus virginem Mariam annulo aureo ſubarrauit, & fœminam ſe ad fornicationem prouocantem vi gore percuſſit, & omnẽ tentationis impetum ab ea fugauit.

ET cum idẽ Edmundus ſingulis in code virtutib. gratum pa aſſet hoſpitiũ, eattitat. é ſingulariter habere ſtuduit, ſciés quod incorruptio Deo proxi num eſſe facit. carnem ſuam nulla vnquam polluit; im munditia, ſed in ea permanſit vſq; ad obitum virginitas incorrupta. Nam de conſilio cuiuſdam ſacerdotis perpetuam virginitatem coram beatæ virginis nouens imagine, eidem ſe virgini velut Domino commendauit, & copulauit perenniter, velut ſponſæ, atq; in ſignum irrefragabilis fœderis eam annulo ſuo ſubarrauit nouo more. Annulo (inquam) quem ad hoc fecit digitum ipſius imaginis inſignuit. Et vt eidẽ Dominæ amicæ ſuę chariſſimæ iugiter imponderet ſalutationis obſequium, in eodẽ annulo literaliter inſculptum eſt illud aue angelicũ. Ex tunc ergo ſicut ipſe confeſſus eſt, in obitu quotiens eiuſdem clementiſſimæ virginis præſidium inuocauit, in ipſa tentatione, prouentum, in perſecutione ſolatium, in tribulatione remedium, in dolore gaudium ſibi celerirer impetrauit. Vt autem eadem ſponſa ſua fœderis interea ſui ti recordaretur, & ſponſum dignaretur agnoſcere (qui eam in ſua deſponſarat imagine) in annulo cum quo poſt mortem more pontificali extitit ſepultus, inuentũ fuit inſculptum cunctis videntibus, atque mirantibus iſtud aue, ac per hoc in manu pontificis, atque in digito imaginis præcipuum præluceat teſtimonium, per quod enudacius appareret geſtæ rei veritas, & exemplũ. At hoſtis antiquus quo magis eum vidit in virtute proficere, eo magis agitatus inuidia pectoris eius pacem ſtuduit pertu bare. Vnde quandam puellam hoſpitæ ſuæ filiã in eius excitauit excidium, vt impudicos oculos in eum iaciens, eius commouere tẽtaret animum, ſignis, ac nutibus, ac ſuſpiriis quaſi dicens tacite: dormi mecum. Sed cum per talia nihil proficeret, apertis cum eo verbis cępit agere, & multis modis ad amplexus illicitos prouocare. Quam ille vt peſtem fugiens, ſæpius corripuit, ſed illa nec a virulento propoſito (quod mente cõceperat) le retraxit. Illa velut altera Agypta pro illiciis inſtitit, ille velut alter Ioſeph, illicita recuſauit. Tandem de illius importunitate pertæſus quid ſuper hoc eſſet agendum melius mente contulit, & habito ſecum conſilio puellæ tẽpus aſſignat veniendi ad locum quo vacare ſtudio conſueuit. Illa ſperans voti ſe compotem fieri aſſignato tempore audacter venit quam ingreſſam, & quibuſdam ſuperioribus veſtibus ad eius præceptum ſpoliatam arripuit, virgiſq; flexibilibus quas ad hoc aptauerat in dorſo peropime flagellauit, vt ſic cui colligata erat in corde, ſtultitia, ipſam diſciplinę diſſolueret dura virga. Fugit illa quem dudum fuerat inſecuta, & uexatio intellectum dedit audiui, & gratiam appoſuit, ita quod ipſa puella (vt aſſeruit) huiuſmodi tentationem nunquam poſtea aliter toleraui. Sicq; dum teſtitit per ſequenti diabolo, ip ſe, diabolus a puella receſſit ocius, & ab ipſo. lib. 31. c. 70. & 71.

EXEMPLVM VI.

Horas canonicas S. Edmundus etiam ſtudens quotidie perſoluit, & miſſam audiuit.

FActus autem Edmundus magiſter artium, præter modum tunc legentium miſſam & horas canonicas quotidie prius quam legeret, audire conſueuit, quæ ſcilicet religioſa conſuetudo etiam ſuis ſcholaribus profuit, quos vt ſecum miſſas audire aſſuefcerent, ſic induxit. Et ut hoc liberius exquerentur, in parochia qua degebat fecit capellam conſtrui in honorem, ſ. beatæ virginis, quam ſemper dilectione coluit ſpeciali. ibid. c. 73.

EXEMPLVM VII.

Orationem, quam beatæ Virginis, & S. Ioãni Euangeliſtæ dicere ſolebat, B. Edmũdus omittens corrigitur.

DIe quadam in ſtudio occupatus obliuius eſt orationem illam. O intemerata dicere, quam in honore beatæ Virginis, & beati Ioannis Euangeliſtæ dicere conſueuerat diligenter, ac deuote. Sequenti ei nocte beatus Ioannes apparuit, & vt ei manum ſuam extenderet, imperauit. Gerebat ſi quidem in manu ferulam, qua velut in eum ſæuiens minabatur eius percutere palmam. Viſum eſt ei per comminationis magnitudinem, quod ſi eum percuſſiſſet, ex ictu incurriſſet mortem. At ille mox clementior factus, erectam manum mox ſuſpenſam tenuit, & vt dictam orationẽ ex tunc dicere non omitteret, familiariter perſuaſit. ibid. lib. c. 73.

EXEMPLVM VIII.

Verbum Dei Edmundus legens in ſcholis Pariſienſibus, audientes ad fletum commouit, & plures ad ingreſſum religionis incitauit.

SAcræ ſcripturæ Edmundus doctor effectus erat, tanquam lucerna ſuper candelabrum poſitus. Erat enim prædicator egregius, diſputator acutiſſimus, lector purus. Et in his omnibus effundebat alijs, quod ipſe hauſerat de fontibus Saluatoris. Frequenter multi, & magni viri qui ad eũ in ſcholis audiendum confluebant, inter legendum a lachrymis ſe continere non valentes, libros claudebant. Mel ſi quidem & lac ſub lingua habebat. Ideoque dulcedinem non modicam diſcipulorum mentibus inſtillabat. Vnde multi de ſcholis ſuis exierunt doctores eximij, veſtigia ſanctitatis eiuſdem pro viribus ſecuti. Nõnulli etiam eccleſiaſticis honorati, vel potius onerati beneficijs exonerantes, ſeipſos religioni ſe dederunt ei, ſuccenſi facibus lectionis. Nimirum ignis in altari cordis eius ardens, iugiter alijs oſtendebat lucis iter. Hinc & quadam nocte vidit per ſomnium in ſcholis ſuis ignem fieri copioſum, de quo ſeptem ardentes extrahebantur faculæ, continentes myſterium rei ſecuturæ. In craſtino. n. illius diei dum legeret, intrauit ſcholas Abbas quidam ordinis Ciſtercienſis, qui completis lectionibus adduxit ſecum ſeptem de ſcholaribus ſuis, quos ignis ſeptiformis accenderat charitatis. Vnde ſpretis temporalibus, & mundo valefacientes, viam vitæ fœliciter arripuerunt in dicti Abbatis monaſterio. ibid. c. 75.

EXEMPLVM IX.

Cruce Edmundus ſe ſignaret diabolus vtraſque manus eius cohibendo conſtrinxit.

HAbuit etiam ſanctus Edmundus pro conſuetudine qualibet die, vel nocte Dominicæ paſſionis inſignia meditando recolere, & in eis ſuauiſſime delectando, illis medulitus inhærere. Quadam itaque feſtiua die multis occupationibus, & curis fatigatus, cum præuidere non poſſet lectionem craſtinam, ſequẽtem nocte in uigilijs expendit ſe. è totam. Vnde circa aurorã irrumpente ſomno eius occurrit memoriæ, quod in nulla illius diei hora meditatus fuiſſe iuxta morẽ de Dominica Paſſione. Timens uerò ne grauem capitis doloré in curreret, ſe antequam iret ad eccleſiam, & ſcholas non dormiret, elegit aliquantulum quieſcere, ac ſolitam contemplationem in ſpe gratiæ Dei tunc irrumpere. Cũ ergò ſe inclinaſſet ad lectum, apparuit ei bo-

ei hoſtis antiquus tetrũ vultum exhibens, & horrendum. Vnde territus dextram manum leuauit, vt ſignum faceret quam dæmon apprehenſam tenuit, ne leuaret. Ipſe verò confiſus in Domino, quaſi ambidexter ſiniſtram erexit, vt idem faceret ſignaculum, ſed diabolus ipſa ſimiliter apprehenſa, quaſi ſaccus grauiſſimus cecidit ſuper eum. Tunc deficientibus ſibi viribus corporis, orauit in ſpiritu Dominum, vt ſua virtute ſæuientem contereret inimicũ. Sicque dæmon ab eo auulſus ſubitò cecidit inter lectum, & parietem proximum in momento. Surgens igitur celeriter, & ſic proſtratum inueniens dæmonem, confortatus in fide ipſum cępit aggredi velut hoſtem, eumque per horribile guttur eius arripuit, & illud ſtringuendo fortiter, ita dixit. Adiuro te per aſperſionem ſanguinis Chriſti, vt mihi non omittas dicere, quid ſit illud, per quod tibi valeam plus nocere & à meis infeſtationibus coercere. Et diabolus ait; Per illud quod nunc nominaſti. Et ſic diabolus victus diſparuit ſe victum dolens ab eo, quem ſuis vincendum viribus eſtimauit, ibid. c. 76.

EXEMPLVM X.

Affectum parentum vincens Theodoſia virgo, ornata diademate, & cruce poſt mortem apparuit.

PAſſa eſt ſub Diocletiano apud Cæſaream Paleſtinæ Theodoſia virgo de eadem ciuitate, nobiliſſimo genere orta anno xviij. parentibus vnica Deo conſecrata elegantis ſpeciei. Dignum quippe erat in tali fabrica Chriſti palatium fabricari. Hęc igitur neſcientibus parentib. ad martyres in carcere reclufios confugit, eiſque ſe coniunxit, & vt orarent pro ea rogauit. Quod cum facerent facta eſt vox de cęlo, dicens. Ego eam oleo athletæ per vngo meoque ſpiritu confirmo ad vincẽdas omnes cruciationes. Deinde interrogata à prę ſide Vrbano liberè, ac prudenter ad omnia reſpondebat, pſalmoſque frequenter ruminabat, poſt hoc ſtipite ea pillis ſuſpenſa eſt, in quo cum nuda ſtaret, nubes niuea apparuit, quę illam velauit. Vrbano autẽ minante ſe acriora ſupplicia illaturum. Reſpondit? Exurge Vrbane, nullum de parato mihi prandio ferculum fraudes. In omnibus itaque tormẽtis ſuis quaſi dolorem non ſentiebat, quia anima eius in corona tota pendebat. Amator, inquit, caſtitatis in honeſtis vultibus habitat, fruſtra quoque mihi minaris corruptionem, quia non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta. Poſt hæc ait præſes, rebelle ut virginem in anguſtum Heronem coarctare, & eius collo grauiſſimum ſaxum alligate, eamque in mare pręcipitare. Quod cum factum fuiſſet ab Angelis ad terram reducta eſt, ſaxum quod ei ad collum pependerat, manibus reportans. Poſt hæc dimiſſi ſunt ad eam leopardus & togala, lenitatis ſuæ ſigna demonſtrantes, & nihil eam læſerunt. Tandem dum decollaretur, viſa eſt de ore eius, exire columba, auri ſplendore pulchrior ad cœlum conſcendens. Eadem verò nocte parentibus ſuis cum magno choro virginum apparuit, induta ciclade niuea, crucem auream in manibus, & coronam in capite geſtans, & dicens: Ecce qualis eſt gloria, vnde me priuare volebatis.

Ex vita ſancti Dominici.

EXEMPLVM XI.

Quadam ſancta hypocriſi beatus Dominicus docuit homines ad ſanctam vitam prouocari.

SCiens Dei famulus Dominicus ſeculariū corda plus exemplis, quam verbis moueri, ideoque quam plurimos ſub dolo hæreticorum ſuperſtitione illectos pertrahi ad errorē, excogitauit exemplis, exempla retundere, & veris virtutib. ſophiſticas expugnare Quaſdam enim nobiles Dominas incredulorum familiares adijt,& apud eas hoſpitio receptus eſt, & per totam quadrageſimam ibi manſit Igitur vt & ipſe eas oſtenſione ſanctitatis alliceret tanta ſeipſum cum ſocietate ſua cepit auſteritate afficere, quanta ſine auxilio diuinæ gratiæ ſuſtinere nequaquam infirmitas humana potuiſſet. Attenim cum ſibi cibi more ſolito parati, ab ipſis hoſpitibus præferrentur. Nos, inquit, huiuſcemodi nunc alimentis non vtimur, panem nobis tantum, & aquam exhibite, & ſic in pane & aqua vir Dei cum ſocio ſuo per totam quadrageſimam ieiunauit vſq. ad Paſcha. Stratus quoque cū ſibi pararetur ad quieſcendum idoneus. Non, inquit, in hac molitie, ſed ſuper tabulas quieſcimus. Stratis itaque ſibi nudis tabulis accubuerunt quotidie nudo dormientes in ligno, exemplo eius qui ſomnum mortis ſuſcepit in crucis patibulo. Somnus autem beati Dominici, & ſui ſocij breuis erat. Surgebant enim quam citius,& anticipabant vigilias, orationibus inſiſtentes. Allocutus eſt autem beatus Dominicus aliquas ex dominabus illis, & rogauit vt ſibi, & ſocio ſuo cilicia quærerent. Addiditque. Nemo ſciat, ſeruetur ſecretum.

Hæc autem faciebat vir ſpiritu Dei repletus, non vt ſibi fauorem laudis humanę adquireret, ſed vt mentes infidelium ad amorē catholicæ religionis alliceret. Hinc nonnunquam pater ille Sanctus admonebat fratres ſuos, vt cum apud ſeculares eſſent ad proximorum ædificationem aliquam oſtenderent in ſeipſis virtus apparentiam in abſtinentijs, & vigilijs, verborum quoque ac geſtuum diſciplina, & ſic eos quadam ſancti hypocriſi ad fieri reuerentiam, & virtuus amorem propenſius inuitarent. Vnde & Apoſtolus ſumptus reculabat accipere, ne quod offendiculum præſtaret euāgelio Chriſti, virtutes etiam ſuas, & labores necnon, & Dei reuelationes enumeraret vt pluries lucrifaciat. lib. 1. cap. 8. vitæ S. Dominici apud Surium.

EXEMPLVM XII.

Peccati turpitudinem exhorreſcens fœmina, dæmone maluit, quam peccatis vexari.

QVædam mulier mūdo dedita, carnis illecebris vacabat, ſed culpa, tādem pœna non cauit. Nam hanc magnus ſpiritus per interualla temporum grauiter vexare cœpit. Erat autem vicina eccleſia in qua tunc temporis prædicatores fratres Florentiæ morabantur. Quo aduenies vir Dei Dominicus ipſam primitus ad pœnitentiam exhortando perduxit. Poſtmodum etiam vexationi compatiens, ſuis orationibus vt ab ea malignus diſcederet, ſanctus impetrauit, ita vt quæ vix interpolatis diebus, quietem modicam habere poterat, vltra annum vexationis ſuæ ſolitę moleſtiam non ſentiret. Verum à vexatione carnis libera vexari ſe deterius in animo deprehendit, & in medicina corporis, factus eſt protinus mentis morbus, tantoq; negligentius à Dei ſeruitio cœpit tæpeſcere, quanto à carnis illecebra rediuiuis tentationibus fortius trahebatur. Quod vbi uiro Dei expoſuit, illeque beneficium præſtitum in ruinæ ſcandalum verſum vidit, blande eam, an reduci uellet ad ſtatum priſtinum requiſiuit Quæ cum volūtati Dei, ſuæque diſcretioni committere, rogabo (inquit) Dominum filia, vt tibi fiat quod iam ſaluti tuæ magis viderit expedire. Vnde factum eſt, vt non poſt multos dies maligous ſpiritus ſuper corpus ancillæ

Chriſti

Christi iterato potestatem acciperet otijs anima salua permaneret, & vexatio quæ prius pœna culpæ extitit, postmodum fieret conuersationis remedium, & cumulus meritorum. Vincent. Specul. hist. lib 30. capit. 71. Antonius parte 3. hist. tit. 22. cap. 4. §. 6.

EXEMPLVM XIII.

Sanctus Dominicus dæmonem interrogat, de quibus fratres tentaret in choro, in dormitorio, in refectorio, in locutorio, sed capitulum dæmon intrare noluit.

QVadam vice dum Dominicus apud Bononiã constitutus in ecclesia pernoctaret, diabolus in specie fratris eidem apparuit. Quem vir Dei fratrem æstimans eidem innuebat, vt cum cæteris fratribus ad quietem pergeret. Ille quasi deridendo ei sibi similibus respondebat. Tunc Dominicus quidnam esset, qui sic eius mandatum contemneret scire volens, cum fiducia accessit, & respiciens in eum agnouit, quod esset diabolus. Quem cum increparet, nox dæmon de fractione silentij insultare cœpit. Dominicus autem vt potè fratrum magistro sibi loqui licere asserens, coegit ipsum vt sibi diceret, de quo fratres in choro tentare. Respondit: Facio eos tarde venire, & cito exire. Deinde duxit ad dormitorium, de quo ibidem fratres tentaret inquirens. Qui ait: Facio eos minus dormire, tardè surgere, sicque eos aliquandiu a diuino officio remanere, & interdum immundas cogitationes habere. Deinde ad refectorium duxit eum, & de quo sibi fratres tentaret quæsiuit. Tunc dæmon per mensas saliens plus, & minus sæpius repetendo, dicebat. Quem cum sanctus Dominicus quid sibi hoc vellet interrogaret, ait: Quosdam fratres tento, vt plus comedant, & sic nimia cibi sumptione deliquãt, quosdam vt minus sumant, & sic in Dei seruitio, & ordinis sui obseruatione debiles fiant. Inde duxit eum ad locutorium, de quo ibidem fratres tentaret inquirens. Tũc ille crebrò linguam reuolens, mirabilis confusionis sonum promebat. Quem cum sanctus quid hoc vellet interrogaret, ait: Hic locus totus meus est. Cum enim ad loquendum fratres conueniunt eos tentare studeo, vt confusè loquantur, & multum se se inutilibus verbis immisceant, & vnus alium non expectet. Postremo duxit eum ad capitulum, sed cum ante ostium capituli fuisset dæmon nullatenus intrare voluit, sed ait: Hunc locum nunquam ingredior, quia locus maledictionis est, & ibi amitto quod in alijs locis lucror. Nam cum aliquẽ fratrem per aliquam negligentiam delinquere facio, mox in loco hoc maledictionis de ipsa negligentia se purgat, & coram omnibus se proclamat, & sic totum amisisse me doleo quod alibi me lucratum gaudebam. Et his dictis euanuit. S. Anton. 3. par. hist. tit. 23. c. 4. §. 6. lib. 3. vitæ S. Dominici cap. 22.

EXEMPLVM XIV.

Hæreticis adhærentes fœminæ quam turpi dæmon adhæsit, interueniente beati Dominici orationibus apparuit.

CVm aliquãdiu apud Castrum, quod dicitur Pharum Iouis in prædicatione quadam sanctus Dominicus fidem probans catholicam, hæreticorum perfidiam multipliciter improbasset, postea prædicationem in ecclesia more solito remansit adornaturus, & ecce nouem matronæ, nobiles ex eodem castro ecclesiam intrantes, a viris eius petierũt, licentes. Serue Dei adiuua nos; si vera fuit hæc quam hodie prædicasti, tam diu mentes nostras erroris spiritus excæcauit. Nam quos hæreticos tu vocas, bonos homines approbamus, vique in hodiernum diem credimus & adhæremus illorum corde, nunc autem immediate conuertimur. Serue Dei adiuua nos, & ora Dominum Deum tuum, vt notam nobis facia fidem tuam, in qua viuamus, moriamur, & saluemur. Tunc autem vir Dei stans aliquandiu intra sepium orans. Post aliquantulum dixit eis. Constantes estote, expectate intrepidè, confido in Domino Deo meo, quod ipse qui neminem vult perire, iam ostendet vobis quali Domino hactenus adhæsistis. Statimque viderunt in medio sui cætus vnum teterrimum prosilire, qui magni canis præferens quantitatem, habebat grossos oculos,

& flammantes, linguam longam, latamq; atque sanguinolentam, & protractam vsq. ad vmbilicum, caudam verò habens curtã sursumque protensam, posteriorem turpitudinem quocunque se verteret ostendebat, de quibus fœto intolerabilis exhalabat. Cumque ei ea matrones illas se per horam aliquam in hac illucque venereat, ad chordam ex qua campana pendebat exiliens, & per eam vsque ad superiora conscendens, tandem per campanile lapsus disparuit, fœda post se vestigia derelinquens. Conuersus autem ad matronas illas vir Dei Dominicus, & consolans eas Ecce, inquit, per hoc quod coram oculis facientę Deo figuratiue comparuit, potest illis aduertere qualis est ille, cui hactenus sequentes hæreticos seruiuistis. Ille verò Deo gratias referentes, ab illa hora ad fidem catholicã perfectissime sunt conuersæ. Vincent. lib. 30. Specul. hist. c. 76. in vita S. Dominici apud Surium lib. 1 c. 8.

Ex vita sancti Vincentij ordinis Prædicatorum, scripta per Petrus Rausanum Panormitanum ordinis Prædicatorum.

EXEMPLVM XV.

Virginitatem sollicitè seruaturus beatus Vincentius iuuante Maria insidias diaboli declinauit.

QVodam tempore dum circa quartam horam noctis in cellula sua beatus Vincentius ordinem Prædicatorum dudum ingressus, librum illum quem edidit beatus Hieronymus de Mariæ virginitate perpetua legeret, & suauitatem lectionis ipsam virginem obsecrasset, vt eius virginitatem custodiret facta est ad eum huiusmodi vox. Non omnes possumus esse virgines. Namque tam etsi vsque nunc te virginem appellare potuisti, non tamen vlterius patiar, vt tam honorato nomine gaudeas. Vir Dei ad hæc verba plurimum attendens, intra se tacitus, sollicitusque voluebat quid sibi vellet sermo quem audierat. Non enim induci poterat, vt crederet verba illa ex ore Mariæ virginis emanasse, quippe quæ virginitatis custodes semper amauit confortauit, iuuit, magnificauit. Itaque genua flectens ab ipsa virgine petijt, vt quid significare vellent illa verba terrifica, dignaretur ostendere. Nec multo post ei beata virgo multa cum luce apparuit. Et postquam sui visionis eum confortauit, lætumque reddidit, hoc pacto locuta est. Verba illa ad te paulò ante facta diaboli fuerunt, qui tibi proposuit bonorum operum difficultatem, vt teritus ab incepta virtute desistas. Tu autem cautus esto, vt constanti animo perseueres. Et quanquam crebras tibi parabit insidias, ac frequenter conabitur vt periclitetur virginitas tua, atque cæteræ virtutes quæ in te sunt corruant, tamen ne diffidas, semper spera in Domino, quoniam ipse erit clypeus tuus, quo non solum arma diaboli poteris facilè contemnere, sed & ipsum, cunctaque artes versutiæ eius magnanime superabis. Hæc verba a virgine dicta sunt eique a Vincentio gratiæ referuntur, & illa disparuit. Ex eo autem tempore Christi militi tantum feruoris accreuit, vt non terrestris homo, sed Angelus cœlestis videretur. c. 11. lib. 1. apud Surium.

EXEMPLVM XVI.

Virgo Vincentius a fœmina adamatus in medio flammæ non est æstuatus, & a dæmone fatigari cœpta fœmina, quæ eum diffamare voluerat, ab eo curatur.

ERat beatus Vincentius non solum virtutibus præditus, sed etiam corpore pulcher & aspectu valdè uenustus. Quo fiebat ut eius uirtutes essent gratiores, facerentq. ut ab omnibus uehementer amaretur. Fuit igitur Valentiæ mulier quædam tam nobilitate generis clara, quam forma corporis præstans, quæ suggerente diabolo capta est amore ipsius Vincentij tam ardẽter, quod nullam, aut animi, aut corporis quietem habere poterat, sed singulis diebus frequentabat loca, in quibus eum, uel audire, uel alloqui posset. Vincentius licet eam ad se uenire frequenter uideret, tamẽ nihil

nihil tale ſuſpicabatur, ſed arbitrabatur eã aliqua deuotione permoueri (vt mulieribus fieri conſuetum eſt) quæ ſeruos Dei quadam naturali pietate affectu ſimus qui faciunt mares, pijs obſequijs ve erantur. Illa autem in dies vehementiſſimo feruore amoris agitabatur. Quæ tandem quid faceret neſciens, deliberauit grauem corporis ægritudinem fingere, vt ſic haberet oportunitatem alloquendi eum, & eidem manifeſtando flammas ardentis amoris, qui intrinſecus vrgebat. Itaque lecto ęgro tantium more decubuit, cępitq; multo cũ clamore magnos dolores ottendere, ac demum in ipſo lecto hac, & illac tam miſerabiliter verſabatur, quod cunctos qui aſtabant ad ſui commiſerationem mirũ in modum prouocabat. Aduocantur medici qui nullum ægritudinis ſignum in ea eſſe cognoſcentes, varia iudicia conferebãt, aliqua tamen in ea ægritudo arbitrabatur eſſe. Tandem uidentes, quod nimio dolore torquebatur, conſuluint acceſiri ſacerdotem, cui illa confiteretur, ne nidelicet inter tanti doloris uehementiam ſine ſacra confeſſione decederet. Eligitur itaque ab ea uir Dei Vincentius, qui celeriter ueniens, cameramque in qua decumbebat ingreſſus, ac cunctis qui aderant ex more excluſis, cępit puellam exhortari ad pęnitentiam. Mulier in initio non audet manifeſtare feruorem amoris, quo occupata tenebatur, ſed dicit, facitque ea quæ pro conſuetudine chriſtiana religionis, ad ritum pertinent confeſſionis. Veruntamen inter loquendum ſæpe propoſuit amorem quo urebatur exprimere, ſed quando dicere incipiebat pudor uerba labijs hærentia detinebat, & ſic protrahebat ulterius uerba, reſpondebat ad ea, de quibus ſanctus uir confeſſor interrogabat eam. Et poſt multa uerba ultrò citroque habita, tandem occultum ignem mulier cælare non potuit, ac omni formidine, pudoreque depoſitis, ſcito, inquit, ò frater Vincentij non me quidem corpore, ſed mente ægram detineri, & niſi tu mihi pro tua in me miſeratione occurreris, ſcito me illico morituram. Iam enim annus eſt quod tuo amore adeo ardenter capta ſum, vt non ſolũ ignis ardenti flammis cor meum quaſi exuri ſentiam, ſed frequentiſſimè meipſam propriis manibus necare decreuerim. Volui tibi ſepiſsimè cordis mei ſe uerem manifeſtare, ſed me partim pudor tenuit fęminens, partim nomen ſanctitatis, & innocentiæ tuę, quę me formidare fecerũt, ne tam execrabile facinus aperuiſſem. Itaque tanquam deſperans neminí meum ignem indicare uolui, taciumque uſque ad hoc tempus reſeruaui. Mihi uerò ſuper hac re iterum atque iterum cogitanti potius uiſum eſt, vt debuiſſem hanc corporis ægritudinem fingere, quo loca tempuſq; oportunum haberem, quibus huiuſmodi igne potuiſſem extinguere, & optata uoluptate potiri: quamobrem meum corpus quod cernis eſſe pulcherrimum expono poteſtati tuæ. Sume ergò nunc de me uoluptatem, & principium faciamus, vt deinceps ſimus ambo indiſſolubili, ac perpetuo amore coniuncti. Hæc dicens linteum, quo tegebatur, amouit, & ſeſe totam nudam exhibuit. Beatus uero confeſſor admiratus impudentis fęminæ audaciam, ac ſcelus abominabile execrans, in primis eam commone fecit, vt nudatum corpus tegeret, deinde eam de tam nefando opere abducere multa cum ſeueritate conatus eſt. Poſtremo ei dixit, quod Ieſu Chriſto à tenerrimis annis ſuum corpus, animumq; deuouerat, quodque ſe perpetuam caſtitate ſeruaturum promiſerat, & ob idem omnem terrenum amorem abdicauerat, omnemq. libidinem execratus erat, quibus dictis ab ea protinus diſceſſit. Illa tali reſponſo dedignata mox cogitauit in virum innocentem obiectare infamiam, & tanquam altera Putifaris vxor, voluit clamare ac dicere contra ſanctum Dei, quod eam violenter opprimere voluiſſet. Sed ſumma Dei prouidentia nequaquam paſſa eſt, vt innocenti homini tam execrabilis facinoris infamia opponeretur. Et quam primum impudens mulier voluit vocem emittere, ille idem diabolus qui ei nefandum amorem ſuggeſſerat eius corpus grauiſſimè vexare cępit. Accurrunt igitur cuncti, qui extra cameram expectabant, & tanti clamoris cauſam diligenter ſciſcitantur. Tandem viſis multis ſignis, mulierẽ a dęmone vexari perpenderunt. Aduocantur itaque multi qui ſciebant dæmones adiuuare. Adhibentur præterea multa remedia, quæ huiuſmodi vexari adhiberi conſueuerunt, quæ nihil proficiebant, vt diabolus pelleretur, verum dia-

diabolus ipſe eis qui eum ad adiurabant, hoc pacto reſpondebat. Ex hoc corpore nunquam me pellere poteris, niſi huc venerit vir ille, qui in medio ignis poſitus, nō potuit igne combuſti. Quæ unt igitur omnes quid velint ſibi verba, quæ diabolus proferebat. Poſt longam vero huius reſuſcitationem, quidam ex eis qui aderāt in medium ſurgēs Aduocetur, inquit, frater Vincentius, namque ipſe mulieris huius confeſſionem audiuit, eſt enim vir, & ſcientia, & ſanctitate inſignis, propter quæ certum nobis eſſe debet, quod nemo ſit qui poſſit nobis verius illorum verborum ſignificam aperire. Conſentiunt omnes, ac mox ad beatum Vincentium ſe ſe contulerunt, & rem quę ei acciderat aperiunt. Precanturq; vt dignetur viſitare fœminam, quędum valebat erga eum magnam beneuolentiam ſele habere demonſtrauerat. Ipſe tametſi plurimum ſe difficilem oſtendit tamen ne rem inſuetam facere videretur, quandoquidem ante infirmos viſitare conſueuerat fecit quod illi voluerunt. Sed tamen ſedum multa cogitans ſele Ieſu Chriſto commendauit, eumq; precatus eſt, vt pro immenſa clementia ſua dignaretur miſereri mulieris, quæ a dæmone non ſolum in corpore, ſed etiam in anima vexabatur. Poſtquam igitur deuentum eſt ad locum, vbi ſa vexata tenebatur, dæmon vlulatum teterrimum emittens. En adeſt (inquit) vir ille, qui in medio ignis poſitus, nō fuit ab igne combuſtus, nec deuoratus. Nunc ergo hinc diſcedendum eſt. Hæc dicēs protinus abijt, & corpus ſemimortuum deſeliquit. Illi verò qui aderant videntes tam grande miraculum obſtupuerunt, eiuſq; ſanctitatem in maiori veneratione habuerunt lib. 1. c. 12. apud Surium.

EXEMPLVM XVII.

A doleſcēs ſimplex orans Deum, vt permitteret dęmonem ſibi viſibili forma apparere, vt eum vinceret dimicando ſfœminā a natiuitate mutaſſ, quam dęmonem eſſe putabat, interfecit, quæ tamen beati Vincēty precibus, & vitam, & linguæ vſum recepit ad confitendum.

PRædicante beato Vincentio in quadā villa prope Chartuſiam quæ Cathelanorum lingua dicitur Trayſera, contigit ab eo narrari geſtum illud quod fertur ſanctam Margaritam, diabolum ei in humana ſpecie apparentem proſtraſſe, victumque ſub pedibus tenuiſſe. Inter eos autem qui virtutum Dei ſequebantur, erat adoleſcēs quidam Lombardus, cuius erat tanta ſimplicitas, quod nullam terrenarum rerum vtilitatem, ſed ſolum animæ ſalutem affectabat. Qui audiens quantus fuerit Margaretæ triumphus contra diaboli verſutias, cœpit intrā ſe multa cogitare, & inter cætera hoc pacto dicebat. O ſi Deus aliquando permiſerit vt diabolus voluerit in viſibili ſpecie mecum dimicare, eum certe ſimili modo proſternam, ſecumque pugnabo, quouſq; victoriam reportauero. Igitur circa vigeſimam, & primam horam villam egreſſus, captatoq; ſibi oportuno loco vbi ſecretius oraret genua flexit, cœpitque inter alia Deum deprecari, vt permitteret diabolum ei viſibili forma apparere, vt videlicet exemplo virginis Margaretæ eum poſſet dicendo ſuperare. Cum talia precaretur ſuperuenit in ipſum locum mulier quędam, quæ falcem manu deferebat, vtpote ad metendum herbas, quibus ibidem locus abūdabat. Erat hæc a Natiuitate muta. Quæ cū veniſſet ad locum, & vidiſſet adoleſcentem inter herbas genuflexum, vehementer expauit, & retrocedens cœpit vocem ſine expoſitione ſermonis emittere, & adoleſcenti quibuſdam ſignis manuum, & capitis quaſi minabatur. Adoleſcens ſeruēs fœminam deformiſſimam, vtpote quæ erat ætate decrepita, corpore oblonga, facie macilenta, colore ſqualida, laceratas veſtes induta, quæ & altiſſimas voces ſine verborum expreſſione emittebat, eique falcem quam portabat manu minari videbatur, eam non fœminam, ſed diabolum in ſpecie fœminæ apparentem exiſtimauit, credidit preces ſuas a Deo exauditas, quas ob res in eam irruit, & in terram prorſus deiecit. Veniſti (inquiens) male dicte diabole, veniſti: non certè me viſibili certamine ſuperabis, quem inuiſibili tentatione ſępiſſime ſuperaſti.

Hæc dicens crinibus eam arripuit, huc & illuc trahens, modo manibus, modo calcibus, modo falce tamdiu verberauit, totq; vulneribus affecit, quouſque ſe moriturā reliquit. Ad voces autem vtriuſque ma-

gna multitudo cucurrit, & videntes quod factum fuerat, adoleſcentem captum diro carcere detruſerunt. Reuelata ſunt hæc Beato Vincentio, qui corpus, quod ferè extinctum videbatur, ad ſe portari fecit, ſuperillud more ſuo manum impoſuit. Quo facto mulier ſtatim reſpirauit. Ipſe autem accerſiuit quendam ex ſacerdotibus, qui confeſſionem audiret mulieris. Illi autem qui aderant audientes dixerunt viro Dei, hoc fruſtra fieri, quoniam eſſet a natiuitate muta, ac nec audire, nec intelligere ſacerdotem, nec poſſet verbis peccata ſua confiteri. His non obſtantibus iterum beatus Vincentius ſacerdoti iubet, vt eius confeſſionem audiat, aſſerens eam diſtinctiſſimè omnia locutuam. Itaque quicquid vir Dei præceperat, ſacerdos confidenter exequitur. Quam primum autem mulieri pro audienda eius confeſſione appropinquauit, illa quam omnis Cathalonia mutam a natiuitate cognouerat, locuta eſt, cœpitque diligenter cõfiteri ita diſtincte ſingula verba pronunciando, non minus quam ſi nunquam muta fuiſſet. Poſt factam confeſſionem petijt ſibi euchariſtiam, ac extremam vnctionem miniſtrari. Poſtrè nõ tandem ſeſe Domino commendauit, & audientibus, ac ſpectantibus cunctis, qui ad miraculum videndum conuenerant, nunquam loqui deſijt quouſque ſpiritum exhalauit. Adoleſcens autem qui eam necauerat beati Vincentij precibus a ſuſpendio liberatus, in Italiam remeauit. Petrus Rauzanus Panormitanus ordinis Prædicatorum lib. 3. hic ſcripſit 5. lib. vitæ S. Vincentij.

EXEMPLVM XVIII.

Linguæ beneficium mutę fœminę nociturum beatus Vincentius noluit impetrare, quamuis ad horam loqui conceſſit.

ADerat ſolemnitas ſancti Ioannis Baptiſtæ, & prædicante beato Vincentio in vrbe Valentię per mediam multitudinem ad eum ducta eſt mulier quædam quæ erat a natiuitate muta. Ipſe namque perpendens magnam eſſe fidem illorum, materiam intermittens, oculos ad cœlum erexit, & ad mulierem conuerſus coram multitudine eam alloquens, hoc pacto interrogauit. Quid vis filia? Illa reſpondit. Panem volo, & officium linguæ. Et Vincẽtius ad eam. Panem quidem quotidianum quamdiu vixeris habebis, officium uero linguę nõ poteris impetrare, pro futura enim vtilitate tua Deus voluit te tali officio priuare. Si enim loquendi vſum habuiſſes, tanta fuiſſet linguæ tuę mordacitas, quod vitam corporis, & animæ omnino perdidiſſes. Mente igitur Deum magnificare non ceſſes, & caue ne ab eo vlterius petas, quod non immeritò denegabit. Mulier reſpondit. Pater ſancte faciam quod hortaris. Cõfeſtim obmutuit, & vinea quib. ducta fuerat talis rei admiratione ſtupefacti, inde diſcedentes, eam reduxerunt. Superuixitque ſeptem annis, & ex vita religioſe migrauit. lib. 3. 1. & vnico cap. apud Surium.

EXEMPLVM XIX.

Verbum Dei a beato Vincentio audire volentem ab equis infernalibus perterriti ſunt.

DVm die Dominica Palmarũ beatus Vincentius prædicaret apud Murciã ciuitatem vlterioris Hiſpaniæ, & ſpecialiter contra Iudæorum perfidiam, & ſectam Saracenorum, ecce equi aduerſus multitudinem venientes comparuerunt, vnus niger, alter pallidus, tertius rubeus videbatur qui erigentes fremitum ac emiſſo ex auribus fumo teterrimo, pedibus vero puluere concitato, datoque mugitu terribili contra multitudinem prędicationem audientem morſibus, & calcibus irruerunt, tantum impetum facientes, vt multitudo conterrita fugam arripere cogeretur. Vincentius Deo reuelante eos diabolos eſſe cognouit, populum igitur voce, & manu ſilere faciens. Si homines, inquit, eſtis chriſtiani, qui in Ieſu Chriſto confiditis, dæmones non metuatis, ſed omnes crucis armate vos ſignaculo, & procul a vobis abire facietis. Quod vt ab omnibus factum eſt eos adiurauit. Ex parte Ieſu Chriſti vobis præcipio, ex vrbe diſcedatis, nec alicui noceatis. Poſt verba hæc terga verterunt, ac totam ferè vrbem percurrentes ex porta quæ ſpectat ad meridiem abierunt, nec vſque comparuerunt. Vincentius autem populum commonuit verbis: Eſtote filij conſtantes, nec vos a dęmonibus ſeduci permittatis. Dęmones

illi

iſti quos in equorũ horribili ſpecie modo vidiſtis, hanc ciuitatem longo tempore poſſederunt, nunc autem ægreferentes, quod multa vitia a vobis eradicaui, multumque fructum in vobis ſeminaui, tentauerunt vt alicui ex vobis uocere potuiſſent, ſed deus laudem Domino Ieſu qui fecit ne qui eorũ inſidijs læderentur. Volo tamen vos reddere certiores, quod ſine perpetratione mali ex vrbe non recedent. Nã eſt inter vos mulier quædam quæ filiam virginem domi ſolam reliquit, & huc ad audiendam prædicationem ducere formidauit, & ſi nunc domum reuerteretur, filiam, & ſtupratorem in eodem lecto comperiret. His dictis rediit ad materiam, de qua dicere cœperat. Interea mulier quædam auditis his, quę a beato Vincentio dicebantur, domum pergens reperit filiam in lecto cum adoleſcente coeuntem. Quæ tam nefaria viſione ſtupefacta cucurrit ad virum Dei, & coram multitudine confeſſa eſt ſe rei ueritatem comperiſſe, ſicut ab eo fuerat dictum. lib. 3. c. vnico apud Surium.

Ex vita ſancti Abraham Eremitæ.

EXEMPLVM XX.

Beneuolentia ſua Abraham eremita ex lubrica uita reduxit neptem ſuam.

CVm uir ſanctus Abraham Eremita fortiſſimus athleta Chriſti in omni uirtute ſanctitate ſenuiſſet, res apud eum geſta eſt huiuſcemodi. Habuit vir beatus propinquitate germanum, quo defuncto vnica eius filia annorum ſeptem relinquitur. Quam cum parentibus orbatam, amici, notique eius patris intuerentur, ad patruum perducunt. Cumque eam ſenior cerneret, in cella exteriori concluſit. Erat autem inter medium eorum feneſtra modica, per quam docebat eam pſalterium, necnon, & reliquas ſcripturas. Cum eo itaque in Dei laudibus uigilabat, concinebat pſalmos, & in omnibus uirtutibus eum æmulabatur. Atque ſic xx. annis in diuino ſeruitio ſedulo deuote proficiens diaboli contra ſe prouocauit inuidiam. Erat enim quidnam profeſſionem tantum monachi habens, qui ſub obtentum utilitatis ad beatum ſenem ſe perrexiſſe ſimulauit, re autem uera illam beatam contemplari, & in ſui amorem trahere nitebatur. Ardor quippe libidinis cor eius uehementer accenderat. Quod cum per integrum annum facere tentauiſſet, tandem aperiens feneſtram miſera fœmina deſcendit ad eum nefarie conſtupranda. Monachus autem protinus ut eam polluiſſet, ſolam & peccatã confuſione deſolatam reliquit, & diſceſſit. Videns igitur ſe confuſam, & contaminatam gemuit, & dilacerans cilicium quo induta erat propriam faciem uerberauit, & cœpit eiulans dicere. Heu me miſeram, quid feci? heu quid mali perpeſſa ſum infęliciſſima fœminarum? quo modo obſcurata eſt mens mea in illa hora quando Deũ meum exacerbaui, patruum meum triſtitiarum acutiſſimo enſe trãsfodi, meipſam interfeci, quanto opprobrio operui animã meam, & dęmones omnes lætificaui? quid agam? quo ibo? quo me uertam? Non audebo iam cœlum inſpicere, cum apud Deum, & homines me mortuam ſciam, nec ad feneſtram illam propinquare amplius ualebo, ne fortè ignis exiens ex ea me peccatricem exurat. Melius ergo mihi eſt abire ad aliam patriam, ubi nullus eſt qui me poſſit agnoſcere, ut ibi mutato habitu me ipſam amatoribus multis. Proſtituam, per æua morituram, quoniam ſemel mortua ſum, nec remanſit mihi ſpes futuræ ſalutis. Et conſurgens protinus pergit in aliam ciuitatem, ubi in publico hoſpitio ſe proſtituens, de fornicatione ſumptum lucrabatur. Verum cum hæc ruina memoratæ fœminæ contigiſſet, talis uiſio uiro ſancto oſtenſa eſt.

Videbat draconem terribilem atque immanem ualde aſpectu ferociſſimo in fortitudine ſibilantẽ, exeuntem de loco quodã, & uſque ad cellam ſuam uenientem, reperiſſe uero ibidem columbam & deglutiſſe eam, & iterum in foueam ſuam remeaſſe. Expergefactus autem cõtriſtatus eſt nimis & fleuit amarè, exiſtimans ne fortè perſecutio-

cutionem eccleſiæ futuram hæc viſio deſignaret. Cumque hæc dubiamente reuolueret, poſt duos dies vidit eundem draconem eodem modo in ſuam cellam aduenisſe, & potuiſſe caput ſub pedibus ſui, atque illico diruptum, columbam quoque illam quam deuorauerat viuam in ventre eius eſſe repertam, & extendiſſe manum ſuam, & recepiſſe eam viuam nullam in ſe maculam habentem. Expergefactus autem ille vocauit eam ſemel atque iterum, putans eam eſſe in cella ſua, ſed cum ſibi non reſponderet, animaduertit viſionem ſuam certiſſimè ad eam pertinere. Tunc ingemuit, & fleuit & amare profundens lachrymas ait: Heu me quia agnam meam crudeliſſimus lupus diripit, & filia mea captiua facta eſt atque ſic attentiſſimè rogans Dominum, vt ad ſe ſuam agnam conuerteret, per duos integros annos in dolore, & triſtitia permãſit, nihil percipiens quonam abiiſſet hæc fœmina. Poſt duos verò annos quando iſta prædicta contigerant (quibus hæc columba in ventre draconis abſc[illegible]pta tenebatur) vbi eſſet, & quemadmodum ſe gereret vir ſanctus comperit, & protinus exiens cellã mutauit habitum, cilicium exuit, militarẽ veſtem reinduit, velauit faciem quantum potuit, & equum conſcendens ad locum vbi erat fœmina iſta peruenit. Ingrediens igitur domum vbi erat, ſollicitos oculos, huc illucque rotauit cupiens eam videre. Sed cum multa hora pertranſiſſet, & videndi eam minime daretur occaſio, ſubridens ait ad ſtabularium, ſiue Dominum domus. Audiui, ò amice, quod habes hic puellam pulcherrimam, quam ſi iuberes libenter viderem. Qui vero cum ætatis ſuæ canitiem intueretur ſenectute feſſam, quod ob luxuriam eam cuperet non ſperans, ſic dedit ſibi reſponſum. Eſt, inquit, vt tibi compertũ eſt admodum ſpecioſa, & penè ſuper id quo natura exigit, ac poſtulat, forma pulchritudinis multum decorata. Cumque verò ſenior nomen requireret, Mariam vocari, ille reſpondit: Tunc hilari vultu, inquit. Quæſo vt eius præſentiam mihi exhibeas, ut cum ea hodie valeam epulari. Quæ cum vocata adeſſet, & in habitu meretricio ſanctus eius patruus eam vidiſſet, penè totum eius corpus præ dolore ſolutum eſt, amaritudinemque læto vultu cælauit, & lachrymas erumpentes virili ſexu retinuit, ne forte ſi eum fœmina cognouiſſet refugeret, & proferens denarium hoſpiti, ſiue Domino domus tribuit dicens. Facito nobis quæſo, amice optimam cœnam, vt epulari poſſim cum puellas hac. Per longum enim iter cauſa eius amoris aduenio. Paratur igitur cœna, & cum inter epulas fœmina beatum virum fuiſſet amplexata, neſcio quo ſpiritu tacta vehementer ingemuit, & quaſi vim perpeſſa intrinſecus in hæc verba prorupit. Væ mihi (inquit) miſeræ ſoli. Tunc q̃ præerat domui obſtupefactus, ait. Quid Domina mi Maria ſubito in tam grauiſſimo ſuſpirio prorupiſti? Hodie duobus annis hic permanes, & nunquam ex te gemitus, vel triſtior fermo auditus eſt. Beata, inquit, illa eſſem, ſi ante hoc triennium defuncta fuiſſem.

Et beatus ſenior ne cognoſceretur, quaſi cum quadam ſeueritate, ait ad eam. Modo cum lætitiæ interſumus, tu peccata tua veniſti commemorare, cohibe hos intempeſtiuos ſingultus, & ſerena frontem tuam quouſque abiero, & tunc ſi libet lachrymis mane.

Tunc ipſa quietior facta, reliquum cœnæ cum gaudio celebrauit. Poſtquam igitur epulati fuiſſent, prouocabat eum puella, vt ad cubitandum cubiculum introirẽt. At ille cum intraſſet cernit lectum in ſublime conſtructum, in quo alacrius cõfeſtim conſedit dicens fœminæ. Obſera diligenter, & veni accipiam te.

Quod cum feciſſet. Domina (inquit) Maria appropinquat mihi. Cumq; appropinquaſſet tenuit firmiter manum eius, quaſi qui vellet deoſculari eam, & auferens velamentum quo ſe ne facile agnoſceretur operuerat, erupit in lachrymas, & cum eiulatu ſic ait. Filia mea Maria non me agnoſcis? Viſcera mea nonne ego ſum qui te nutriui? Quis te filia mea interfecit? Vbi quæſo eſt habitus angelicus? vbi continentia tua, vbi fletus? vbi vigilia? quomodo ſic a celſiſſimo cœlo vſque ad infernum collapſa es? Quare dulciſſima filia cum peccaſti, non mihi illico retuliſti? & ego pro te pœnitentiam peregiſſem, quis ſine peccato eſt, niſi ſolus Deus? Cumque hæc illa audiſſet, & patruum ſuum Abraham agnouiſſet, quaſi lapis effecta inter manus ſe tenentis obriguit, & in terrã corruens nihil reſpondit. At vir ſanctus totus

in

in lachrymas reſolutus, adiecit. Non loqueris mihi filia mea Maria? nõ loqueris mihi pars viſcerum meorum? Nonne propter te filia mea huc veni? Super me ſit hoc peccatum tuum, ego pro eo ſatisfaciam, ego in die iudicij pro te filia mea rationem reddã. Vſq; in medium itaque noctis huiuſcemodi ſermonibus conſolabatur eam, & cum lachrymis vberrimis admonebat. Tunc cũ paululum reſpiraſſet, & reſumpſiſſet ad ſe velut torrentem lachrymas effundens, ait. Non valeo in te propter confuſionem vultus mei intendere, & quomodo poſſum orationem Deo fundere, & ſponſum meum quem deſeliqui inſpicere? Magna nimis eſt iniquitas mea, non poteſt mihi ſpes eſſe ſalutis. At ille ad eam. Super me ſit (inquit) iniquitas tua filia mea, ex meis manibus Deus hoc peccatum requirat, tantum veni mecum, & redi in locum tuum. Quæ ait ſic ad eum Si enim ſcis, quod poſſim pœnitentiam agere, & ſatisfactionem meam ſuſcipiat benigniſſimus Deus, ecce vt iubes ego adueniam. Et hoc dicens ponens caput ad pedes eius, tota nocte deflebat, & dixit; Quid tibi pro omnibus beneficijs tuis retribuam? quia ſic mei miſertus es, & veniſti huc, vt me ex voragine immunditiæ huius educeres. Diluculo facto ait ad eam: Surge filia, & eamus hinc ad cellam noſtram, & imponens eam ſuper equum trahebat præcedens, & vehementer exultabat incedens. Et cum peruenisſet proprium locum illam quidem vbi fuerat in interiori cella concluſit, ipſe verò in exteriori permanſit. Hæc itaque cilicio reinduta in humiliatione cordis, & oculorum perdurabat vigilijs, atque ſtrictiſſimis abſtinentijs ſemetipſam cõficiens, lachrymabitur etiam peccatum ſuum, & ita vehementer ſuam ruinam lamẽtabatur, vt ſi quis vel ſaxeum pectus habens eius lamentationem audiſſet in lachrymas ſoluebatur. Quo factum eſt vt Dominus in ſignum acceptatæ pœnitentiæ, & veniæ impetratæ multas ſanitates per eam perficeret. Beatus autem Abraham poſt hæc adhuc decem annos in hac vita perdurans, & cernens optimam pœnitentiam eius glorificans Deum ſeptuageſimo vitæ ſuæ anno quieuit in pace. Vixit autem beata Virgo Maria alios quinq; annos poſt obitum patris ſui, diebus ac noctibus in lamentatione maxima, & lachrymis perſeuerans. Hora autem dormitionis eius omnes præſentes propter ſplendorem in eius vultum intendere non valentes, gloriam Deo retulerunt. In libro ſtilæ PP. in vita S. Abrahæ eremitæ.

Ex vita ſancti Epictici, & Aſtionis.

EXEMPLVM XXI.

Confeſſione Aſtionis dæmon vires ſuas ſubuerſas eſſe conquæritur.

CVm aliquando ad hauriendum aquã ex flumine beatiſſimus Aſtion ſine iuſſione vel commendatione ſenis Epicticj perrexiſſet, turpis quædam cogitatio in via eunte illo mentem eius ſubito inuaſit, & cum per triduum hic talis, ac tantus vir non potuiſſet de ſuo eam corde extrudere, nimis triſtis effectus eſt, & vultus eius pro hac valde manebat confuſus, quem intuẽs ſenior ait ad eum: Quid eſt fili, quod ſic triſtem te intueor, & inſolito mœrore aſpicio confectum? Tunc ille. Ante hoc triduum quando tua venerabilitas cum hominibus loquebatur pudore vetante, ego te neſciente ad hauriendum aquam ad fluuium perrexi. Eunte verò me in via turpis quædam, & ſatis ſordida cogitatio in mentem aſcendit. Et nunc itaque iam per triduum quantum valeo cum lachrymis, oratione & meditatione ſcripturarum laboro ad expellendum eam, & nullo modo valeo ſuperare. Tunc Epicticus Et quare abſque mea licentia oſtium cellulæ ægreſſus es, vel ſine oratione ſacerdotis Chriſti perrexiſti ad fluuium? An ignoras, quia commendatio præpoſiti ſemper murus inexpugnabilis iunioribus, & lorica fidei ad expugnandum dæmonem exiſtit? Et ex dicens iubet eum ſecum pariter in oratione ad Dominum proſternere. Cumque diu multumque Saluatoris miſericordiam precati fuiſſent, & finita oratione ex ſolo ſurrexiſ-

rexiſſent, vidit beatus Aſtion puerum quẽ dam nigrum cum ignea facula de ſinu ſuo egredientem, ac talia dicentem. Confeſſio tua Aſtion magnas mea contriuit hodie vires, vna oratio veſtra me inermẽ in omnibus reddidit ac diſſolutum.

Ex vita ſancti Bernardi.

EXEMPLVM XXII.

Inta tratricem fœminam dolorem capitis paſſus ſanctus puer Bernardus exhorruit.

CVm ſanctus Bernardus adhuc puerulus graui dolore capitis vexaretur, decidit in lectum. Adducta eſt ad eum mulierecula forte ignorante matre quaſi dolorem mitigatura caminibus. Quam cum ille appropinquantem ſenti et cum arminalio is inſtru nentis quibus hominibus ſe vulgò illudere conſueuerat, cum indignatione magn exclaman a ſe repulit, & abiecit. Nec defuit diuina gratia zelo ſancti pueri, ſed continuò tenſit virtutẽ, & in ipſo impetu ſurgens ab omni dolore liberatum ſe eſſe cognouit. lib. 1. c. 2.

EXEMPLVM XXIII.

Oculos incautius Bernardus adhuc iuuenis in fœminam figens, grauiſſimam tentationem patitur, eamque fortiter ſuperat.

QVadam vice cum curioſius aſpiciendo defixos in quandam fœminam oculos aliquamdiu tenuiſſet, continuò ad ſe reuerſus, & de ſeipſo erubeſcens, apud ſemetipſum in ſeipſum vltor ſeuerſiſſimus exiſtit. Stagno quippe gelidarum aquarum (quod in proximo erat) collo tenus inſiliens, tamdiu inibi permanſit, donec pene exanguis effectus, per virtutem gratiæ cooperantis, etiam à calore carnis concupiſcentiæ totus refriguit, induens illius caſtitatis effectum, qui dicebat; Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne quidem cogitarem de virgine, libro primo, capitulo 3.

EXEMPLVM XXIIII.

Virginitatis ſuæ inſidias ſuſtinens Bernardus clamauit, latrones, latrones.

COntigit item, vt cum ſocijs aliquantis apud matronam quandam hoſpitaretur. Conſiderans autem mulier adoleſcentem decorum aſpectu, capta eſt laqueo oculorum ſuorum. & in concupiſcentiam eius exarſit. Cumque tanquã honorationi omnium ſeorſum lectum ei feciſſet præparari, ſurgens ipſa de nocte impudenter acceſſit ad eum, quam Bernardus ſentiens, nec conſilij inops clamare cepit, latrones, latrones. Ad quam vocem fugit mulier, familia omnis exurgit, lucerna accenditur, latro quæritur, ſed minime inuenitur. Ad lectulos ſinguli redeunt, fit ſilentium fiunt tenebræ ſicut prius, pauſant cæteri, ſed non illa miſera. Exurgit denuò. & Bernardi lectulum petit. Sed denuò ille proclamat, latrones, latrones. Quæritur iterum, & latet iterum, nec ab eo qui ſolus nouerat publicabatur. Vſque tertiò improba mulier ſic repulſa vix tandẽ metu, ſeu deſperatione victa ceſſauit. Cum autem die ſequenti iter agerent arguentes Bernardum ſocij, quidam totiens ea nocte latrones ſomniauerit, perquirebant. Quibus ille. Veraciter (inquit) aderat latro, & quod mihi preciofius eſt in hac vita (caſtitatem videlicet) hoſpita nitebatur auferre. lib. 1. cap. 3.

EXEMPLVM XXV.

Conuertitur ſoror Bernardi orationibus & admonitionibus eius.

HAbebat autẽ Bernardus cum fratribus ſuis ſororem, quæ poſt eorum ingreſſum ad monaſterium manebat in ſeculo, erat enim in ſeculo nupta, & ſeculo dedita, quę cũ in diuitijs, & delitijs ſeculi periclitaretur, tandẽ aliquando inſpirauit ei

ei Deus vt fratres ſuos viſitaret. Cumque veniſſet quaſi viſura venerabilem fratrem ſuum, & adeſſet cum comitatu, & apparatu ſuperbo, ille deteſtans & execrans eam tanquam rete diaboli ad capiendas animas, nullatenus adquieſcere voluit exire ad videndum eam. Quod audiens illa confuſa & compuncta vehementer, cum nullus ei fratrum ſuorum occurrere dignaretur, & à fratre ſuo Andrea publicè ob veſtium apparatum ſtercus inuolutũ argueretur, tota in lachrymas reſoluta, & ſi peccatrix ſum (inquit) pro talibus Chriſtus mortuus eſt. Quia enim peccatrix ſum cõſilium, & colloquium bonorum requiro, & ſi deſpicit frater meus carnem meã, nõ deſpiciat ſeruus Dei animam meam. Veniat, præcipiat, & quicquid præceperit facere parata ſum. Hanc ergo promiſſionem tenens exijt ad eam cum fratribus ſuis frater eius. Et quia eam ſeparare è viro ſuo non poterat, primo uerbo omnem ei mundi gloriam in cultu veſtium, & in omnibus ſeculi pompis & curioſitatibus interdixit, & formam vitæ matris ſuæ (in qua multo tempore vixit, cum viro ei indixit, & ſic eam à ſe dimiſit. Illa vero obedientiſſimè parens præcepto, redijt ad propria. Stupebant autem omnes adoleſcentulã nobilem delicatam, ſubita mutatione & habitu, & victu in medio ſeculi vitam ducere eremiticam, inſtare vigilijs, & ieiunijs, & continuis orationibus, & ab omni ſeculo prorſus ſeſe facere alienam: Biennio ſic cũ viro ſuo vixit, & tandem a viro ſuo licentiam nacta monaſterium ſanctimonialiũ introiuit, & multum in gratia Deĩ profecit. lib. 1. cap. 6.

EXEMPLVM XXVI.

Benedictam a beato Bernardo bibentes ceruiſiam milites ad Dominum ſubito conuerſi ſunt.

DIuerſit aliquando nobilium cohors militum ad Clareuallem, vt ſanctũ viderent Abbatem. Prope autem erat ſacrum quadrageſimæ tempus, & illi omnes ferè iuuenes dediti militiæ ſeculari, circuibant quærẽtes execrabiles illas mundinas, quas vulgo torneas vocant. Cæpit itaque ab illis petere paucos illo, qui ante quadrageſima ſuperarit dies, ne armis interim vterentur. Quibus obſtinato animo eius adquieſcere monitis renuentibus. Confidoait in Domino, quoniam ipſe dabit mihi indutias quas negaris. Et acceſſito fratre iuuet eis ceruiſiam propinari, benedicens eam, & dicens, ut potionem biberent animarum. Biberunt ergo pariter quidam inuiti præ amore ſeculi, metuentes eum, quem poſtea ſunt experti diuinæ virtutis effectum. Vt enim egreſſi ſunt monaſterij fores mutuis ſeſe cœperũt inflammare ſermonibus, quia cor eorum ardẽs erat in eis. Inſpirantes ergo Deo, & velociter currentes verbo eius, eadem hora reuerſi, & conuerſi a vijs ſuis ſpirituali militiæ dextras dederunt, quorum quidam adhuc militant Deo, quidam autem cum eo regnant, carnis vinculis abſoluti. lib. 1. c. 11.

EXEMPLVM XXVII.

De Aquitaniæ Duce, qui ſchiſmatis author, à D. Bernardo rogatus & monitus nec aquieſcens, tandem à D. Bernardo peracta ſacrificij conſecratione, in præſentia ſanctiſſimæ Euchariſtiæ acrioribus verbis & comminationib. compellatus, epileſia diuinitus tactus, & mox acquieſcens, ſibi reſtituitur.

COmes quidam Aquitaniæ nomine VVilhelmus erat, qui pro tempore Leonis contra Innocentium eos de ſuis ſedibus expulerat. Quem cum beatus vir Bernardus cum multis epiſcopis vocaſſet, pro concordia facienda, & ille tandẽ Innocentio cedere ſe velle diceret, ſed nunquã Epiſcopus expulſos admittere ſe poſſe fateretur, quod eum implacabiliter offenderint, vir Dei efficaciora arma arripiens, ad altare ſanctum oblaturus accedit. Intrauerunt eccleſiam quibus licebat diuinis intereſſe myſteris, & comes ſuſtinebat præforibus. Peractis ergò conſecrationibus, & pace data, & diffuſa per populũm, vir Dei iam nõ ſe agens vt hominem, corpus Domini ſuper patenam ponens ignea facie, & flammeis oculis non ſupplicans, ſed minas foras egreditur, & verbis terribilibus aggreditur ducẽ dicens: Rogauimus te, & ſpreuiſti nos. Ecce ad te peccauit filius virginis qui eſt caput, & Dominus Eccleſiæ

ſæ quem tu perſequeris. Adeſt iudex tuus in cuius nomine omne genu curuatur, in cuius manu illa anima tua deueniet. Nunquid & ipſum ſpernes, & ſicut ſeruos eius contemnes? Lachrymabantur vniuerſi qui aderant, & orationibus interim pręſto labantur exitum rei, & omnium ſuſpenſa expectatio, neſcio quid diuinum fieri cœlitus expectabat. Vidēs Comes Abbatem in ſpiritu vehementi procedentem, & ſacratiſſimum corpus Domini ferentem in manibus expauit, & diriguit, membriſque tremebundus ſolo prouoluitur. Eleuatus à militibus rurſum in faciē ruit, nec quippiam alicui loquens, nec intendens in aliquem ſaliuis per barbam defluentib. cum profundis efflans gemitibus, epilenticus videbatur.

Tunc vir Dei ad eum proprius acceſſit, & pede pulſans ſurgere iubet, & ſtare ſuper pedes, & audire Dei ſententiam. Præſens eſt, inquit, Pictauienſis Epiſcopus, quem ab Eccleſia ſua expulisti, vade, & reconciliare ei, & in oſculo ſanctę pacis cum eo iungito fœdera, & ipſum ad ſedem ſuā reducito, & ſatisfaciens Deo, redde pro contumelia gloriam, & in vniuerſo principatu tuo diſcordes ad charitatis reuoca vnitatem, ſubdere Innocentio Papæ. Audiens hæc Comes auctoritate Spiritus ſancti & ſacramētorum præſentia victus, nec audebat, nec reſpondere poterat, ſed ſtatim accurrit, & in pacis oſculo recepit. Epiſcopum, & eadem qua eum abiurauerat manu, cum totius exultatione ciuitatis ad propriam reduxit ſedem. Hic poſt modum dicitur mirabilem egiſſe pœnitentiam, & primus pater extitiſſe VVilbelmitarum monachorum. lib. 2. cap. 6.

EXEMPLVM XXVIII.

Triſtiſſimum fratrem beatus Bernardus oratione ſua ſubita & perſeueranti lætitia perfudit.

CVm famulus Dei Bernardus vice quadam plures nobiles, & ſapientes de ſeculi vana conuerſatione poſt ſe traxiſſet, erat inter eos primus quidam, & præcipuus Ganfridus nomine, qui poſt in Clareualle prioris officio functus, beatè defunctus eſt in eodem. Hic igitur cum Dei famulum ad monaſterium ſequeretur gradiſſima cœpit tentatione pulſari. Intuitus autem illum vnus è fratribus. Quid eſt (inquit) quod facies tua triſtitiæ quodam nubilo grauiter obuoluta videtur? Cui ille. Scio quod nunquam amplius lætus ero. Quod verbum cū ad Dei famulum idem frater ſatis anxius retuliſſet, vidēs ille baſilicam prope uiam per quam gradiebatur, diuertit ad eam, & ingreſſus orabat. Cæteris autem de foris pręſtolātibus, Ganfridus grauatus tœdio ſuper lapidem obdormiuit. Demum cum ambo pariter ſurrexiſſent, ille de oratione, iſte de ſomno, apparuit idem Ganfridus tanto iocūdior, & hilarior cæteris, quanto triſtior prius. Cumque ei prædictus frater verbum mœſtitiæ quod locutus fuerat amicabiliter improperaret. Tunc, inquit, dixit. Nunquam amplius lætus ero, ſed nunc dico. Nūquam amplius triſtis ero. lib. 4. c. 3.

EXEMPLVM XXIX.

Purgatorium nullum habiturum fideliter laborāti fratri beatus Bernardus repromiſit.

NArratur de beatiſſimo Bernardo clareuallenſi Abbate, quòd aliquando in meſſione ſegetum, fratrem conuerſum viderit, deuote quidem, ſed ſolita uires in agro cum monachis laborantem. Spiritu autem ſancto attactus intrinſecus beatus Bernardus, dixit coram omnibus laborantibus: Eia frater, age quod agis, nullum aliud poſt hanc vitam purgatorium ſuſtinebis. Thomas de Cantiprato lib. 2. Apum. c. 5. p 2.

EXEMPLVM XXXII.

Bona iniuſta cuiuſdã Naucleri omnia perierunt, quibus amiſſis de iuſtis bonis miraculosè ditiſſimus eſt effectus.

NAuclerus quidam peregrinus damna pertulit, & accedens Patriarchã rogabat eum multis lachrymis, vt compateretur ei ſicut & omnibus Præcepit ergo eum accipere quinque libras auri. Cum accepiſſet has abiens emit euthecam, & miſit in nauim. Mox accidit, vt extra portum naufragium pertuliſſet, nauem vero non perdidit. Acceſſit ergo ad eum, & de bona eius voluntate præſumens, dixit: Miſerere mei, vt Deus mundi miſertus eſt. Cui ille Patriarcha dicit: Crede frater, niſi miſcuiſſes pecunijs eccleſiæ illas pecunias, quæ tibi remanſerant, nullatenus naufragium pertuliſſes. De malis enim habuiſti eas, & perditæ ſunt cum eis quæ fuerunt ex bonis. Verum præcepit denuò dari ei decem libras auri, denuncians ei non commiſceret eis alias pecunias. E mens præterea euthecam, & nauigans vno die vento valido flãte, proiectus eſt in terram, & omnia perdidit, & ipſam nauim, & non ſunt ſaluatæ niſi animæ tatum. Voluit ergò præ confuſione, & anguſtia iſdem Nauclerus necare ſeipſum, ſed Deus qui ſemper ſaluti hominum prouidet, reuelauit hoc beato Patriarchæ. Et cum audiſſet quod acciderat ei nunciauit ei, vt veniret ad ſe nihil omnino dubitans. Tunc aſperſit ſe puluere, & accedit eum. Cumque vidiſſet eum in tali habitu ille ſanctus redarguit eum, & dixit ei. Miſereatur tui Dominus. Credo enim quod ab hodierna die nequaquam naufragium incides, vſquequo moriaris, hoc vero tibi contigit, eo quod & ipſa nauis tua ex iniuſtitia eſſet poſſeſſa. Mox ergo Patriarcha iuſſit tradi ei vnam magnam nauim plenam frumento viginti milium modiorum, de illis nauibus quæ eccleſiæ miniſtrabant, quam recipiens exijt ab Alexandria & affirmabat ipſe Nauclerus aſſeuerans, quoniam viginti diebus, ac noctibus nauigamus vehementi vento, non valentes omnino ſcire, quo eſſemus, neque per ſtellas aut locum excepto, quod gubernator videbat Patriarcham illum ſecum tenentem gubernaculum dicentem ſibi. Nè timeas bene nauigas. Igitur poſt viceſimũ diem apparuimus in Inſulis Britanniæ, & deſcendentibus nobis in terram inuenimus illic famem magnam. Cum ergo dixiſſemus primo ciuitatis, quod frumentum in naui portaremus, dixit: Bene Deus adduxit uos quicquid vultis eligere, aut per ſingulos modios numiſma vnum, aut eiuſdẽ ponderis accipite ſtannum. Eligimus itaque dimidium ſic. Naui præterea cum gaudio Alexandriam reuerſa quieuimus, & aſportauit Nauclerus de iſto ſtanno vt venudaret illud. Habebat enim illic antiquũ ſocium in negotijs petentem ex eodẽ ſtanno, & dat ei in ſacco quaſi quinquaginta libras. At ille probare volens ſpeciem ſi bona eſſet, ſoluit illud in ignem, & inuenit argentum purum, putauit ſe eſſe tentarum, retulit ei ſaccum dicens. Deus indulgeat tibi, nunquid inueniſti me impoſtorem ergate, quia argentum pro ſtanno tentando dediſti mihi? Ex paueſcens ergo de ſermone illo Nauclerus, dicit: Crede, quia ego pro ſtanno illud habeo. Si vero qui fecit de aqua vinum ipſe per orationes Patriarchæ fecit, & ſtannum argentum nihil mirum. Et vt ſatisfiat tibi veni ad nauim, & vide. Accedentes itaque inuenerunt ſtannum, argentum optimum factum. Ibid. §. 10.

EXEMPLVM XXXIII.

Sanctus Ioannes Eleemoſynarius minus accepit, quam accepiſſet, ſi diſpenſator tantum quantum ſanctus iuſſerat erogaſſet.

DEſcendente aliquando ſanctiſſimo iſto Eccleſiam Dominica die acceſſit ad eum homo qui multas poſſederat facultates, & fures ingreſſi domum eius diſpoliauerunt eam vſque ad ſtramentum. Et cum multa inquiſitio facta eſſet, & non inueniſſet qui hoc perpetrauerant, compulſus eſt multa nimis paupertate deprecari ſanctiſsimum illum Patriarcham, dicens ei calamitatem ſuam. Miſerius ergo illius multum (fuerat enim ex clariſsimis & magnis principibus) dicit ad autem illius, cui autem creditum erat, vt daret ei quindecim libras auri. Cum autem has daturus

abiret & ei diabolica operatione inuidens non dedit ei, niſi quinque libras. Cùm autem reuerteretur de collecta iſdem honorabiliſſimus Archiepiſcopus, dedit ei mulier vidua quinque centenarios auri cum cedula quadam quantitatem auri continẽtem. Cum autem ſuſcepiſſet conuocauit diſpenſatores, & dixit eis: Quod libras dediſtis illi qui ad accesſit. Cui dixerũt Domine vt iuſſit ſacratiſſima ſanctitas veſtra quindecim libras. Cum cognouiſſet per inhabitantem in ſe gratiam illos eſſe mentitos, adduxit eum qui acceperat, & interrogat eum quid accepiſſet. Illo vero dicente quinque libras, proferens de honoranda manu ille Sanctus ſcriptum, quod ſibi traditum fuerat dixit diſpenſatoribus ſuis. A vobis exquirat Deus, quoniam ſi dediſſetis quindecim libras (vt dixit humilitas mea) mulier quæ attulit quinque centenaria, quindecim daret. Et vt certos faciam vos mittẽs adduxit viduam, quæ attulit ſcriptum quinque centenariorum, & dixit ei: Obſecro te tantum quingẽta talẽta voluiſti dare Chriſto, an aliud aliquid? Cum autem ſenſiſſet Deiferum illum cognouiſſe quod fecerat, tremore compreſſa dixit: Per ſcientias, & Domini mei orationes quindecim centenaria ſcripſeram manu mea in pictatio, & ante vnam horam cum ſtarem in ſinaxi, vt darem tibi hoc Domino meo diſſoluens illud importune legi, & inueni decem deleta a ſeipſo. Tunc ſtupefacta intra mementi ipſam dixi: Vtique eſt voluntas Dei vt denis quinque. Dimittente autem Patriarcha reuerendam illam fœminam ceciderunt ad pedes eius diſpenſatores, qui tranſgreſſi ſunt voluntatem eius petentes indulgentiam, & aſſirmantes nihil tale ſe vlterius facturos. Ibid. § 21.

EXEMPLVM XXXIV.

Bigamum Ioãnes Eleemoſynarius nec producentis millibus modijs tritici, & centum octaginta libris auri voluit ordinare.

IN æſtimabili multitudine fugientium à Perſis adueniente Alexandriam, & ſteritate multa exiſtente in Alexandria, eo quod non ſubiret fluuius Nilus ſecundum conſuetudinem, & auro cuncto erogato quod poſſederat Patriarcha miſit, & accepit mutuò à multis fidelibus circa decem centenarios. His autem iterum conſumptis, & adhuc fame manente, nulloque de cætero mutuum ei dare volente, ſed omnibus pertinaciam famis timentibus, cum comprimeretur Patriarcha neceſſitate eorum qui ab eo alebantur, & in multa cura & oratione perſeueraret, ſenſit quidam ciuitatis habitator eam (quæ circundederant ſanctiſſimum illum) omnimodam egeſtatem. Qui bigamus exiſtens, deſiderat diaconus ſanctæ Eccleſiæ fieri, & per neceſſitatem (quæ ſanctum vndique Patriarcham circundederat) volebat ſuadere ei vt eum conſecraret. Fecit itaque ei deprecationem per literas continentem ita in facie quippe ei non audebat tale aliquid dicere. Sanctiſſimo, & ter beato patri patrum Ioanni vicario Chriſti, deprecatio & poſtulatio a Coſma indigno ſeruo ſeruorum ſanctitatis veſtræ. Ediſcens ſanctiſſime Domine, quod obtinens honorandum caput tuum ſecundum Domini permiſsionem, imo propter peccatis noſtris eſcarum penuriam, non tuſtum exiſtimaui ſeruus tuus in refectione conuerſari Domino meo manente in defectu. Sunt igitur indigno ſeruo tuo frumenti ducenta milia modiorum, & auri libræ cẽtum octoginta, quas ego rogo dari Chriſto per te Dominum meum, tantum ego indignus miniſterio veſtri diconatus per frui merear, vt per talem cum te Domino ſancti altaris miniſtrationem emundet, a peccatorum meorũ luxuria. Dicitur enim vere per ſanctum Apoſtolum. Quoniam ex neceſsitatis, & legis translatio fit. Hæc ſuſcipiens Patriarcha, & virum aduocans, ait ad eum. Tu es qui preces nobis per notarium tuum, & filium miſiſti? Quo dicente. Etiam Domine, miſit omnes foras nolens coram omnibus confundere, & cępit dicere ad eum. Oblatio quidẽ tua, & multa, & tempori neceſſaria, ſed maculoſa eſt. Et noſtri quod in lege ouis ſiue parua, ſiue magna, niſi immaculata eſſet, in ſacrificiũ non offerebatur.

Et ideo ad ſacrificiũ Cain non reſpexit Deus. Quoniã vero dixiſti frater, quod ex neceſsitate, & legis translatio fiat, de lege veteri hoc dicit Apoſtolus. Nam ait frater Domini Iacobus quod quicunq; obſeruauerit

uerit totam legem, offendat autem in vno factus eſt omnium reus. De fratribus vero meis egenis, & de ſancta Eccleſia, Deus qui eos nutriuit antequam ego, & tu naſceremur, ipſe, & nunc nutriteos, tantum ſi ſermones eius illæſos cuſtodierimus.

Ille enim qui tunc quinque panes multiplicauit, poteſt & decem hordei micis modijs benedicere. Quapropter illud dico ad te fili, quod in actibus Apoſtolorum dictũ eſt. Non eſt tibi portio, neque hæreditas in parte hac. Cumque hunc rideret, & ſine effectu dimiſiſſet nunciatur ei duas magnarum nauium eccleſiæ ad terram eſſe ſubmiſſas, quas miſerat in Siciliam propter frumentum. Hoc autem audiens beatus ille cadens in terram, gratias agit omnipotenti Deo dicens. Gratias tibi refero Domine, quoniam non permiſiſti ſeruo tuo pecunijs vendere gratiam tuam.

Ibid §. 13.

EXEMPLVM XXXV.

Iniurias patienter ferre docuit Ioannes Eleemoſynarius nepotem ſuum, reddens gratiam pro vindicta illi, qui nepoti ſuo iniuriam fecerat.

ISte memorabilis Patriarcha ſanctus Ioannes habebat quendam nepotem nomine Georgium. Vna itaque dierum faciens cum quodam ciuitatis tabernario rixam conuitijs ab eo ſeuere affectus eſt. Qui dolens non ſolum quia publice, verumetiam quia a viliori inhonoratus eſſet, maximè verò quia erat nepos Patriarchæ ſubijt ad eum in conclaui flens vehementer. Cum autem hunc æſtuantem ita, & lachrymantem vidiſſet mitiſſimus Patriarcha, interrogat cauſam tantæ anxietatis. Cumque ille præamaritudine non poſſet exprimere ſermonem, hi qui præſto fuerunt, quãdo eum exhonorari a tabernario contigerat, cœperunt recitare Archiepiſcopo cauſã, & quia non debuerat (inquiũt) ita ſanctitas veſtra cõtemni vt proprios tuos, & propinquos a deſpectis exhonorari pateretur hominibus. Ille autem verus vtique medicus volens primo veluti emplaſtro quodam curare nepotis ſui furiam talibus verbis cœpit extinguere morbum. & dicere. Et omnino auſus eſt aliquis aperire os, & contradicere tibi? Crede mi fili patri tuo, quoniam faciam in eo hodie rem, vt tota Alexandria miretur. Cumque vidiſſet cum remedium recepiſſe, & triſtitiam cunctæ proiecciſſe putantem vt ſcilicet, quod facere eum flagellari, & variis pompis dehonestari, dicit ei deoſculans pectus ipſius. Fili ſi ex veritate nepotis meæ exitijs humiliatis præparat teipſum, & flagellari & conuitia pati ab omni homine. Vera enim cognatio non ex ſanguine, & carne, ſed ex veritate mentis agnoſcitur. Confeſtim igitur pro homine illo miſit, & ab omni penſione, & tributo illum liberum fecit, & omnes audientes mirati ſunt, & intellexerunt hoc eſſe id quod dixit, quoniam faciam in eum rem vt tota Alexandria miretur, videlicet quia non ſolum viciſſitudinem non reddidit, verumetiam pro vltione adiutorium impendit.

Ibid §. 16.

EXEMPLVM XXXVI.

Veſtimento pretioſo tectus Ioannes Eleemoſynarius, lachrymoſis lamentationibus totam noctem inſomnem ducit, veſtimentum vendidit, & donatore illud redimente, & redonante ſæpe vendidit.

ARripuit ſanctus ille, & hoc bonum, vt in infimo ſtratu recumberet, & vilibus operimentis in cella ſua vteretur. Quod cum vidiſſet quidam poſſeſſorum ciuitatis, quia opertorio ſciſſo, & laceo tegebatur, trãſmiſit ei coopertorium numiſmatum triginta ſex, rogans eum multum, vt eo cooperiretur ad memoriam miſerentis. Ille verò hoc ſuſcipiens propter meam petitionem, cooperto hoc tota nocte, per totam pene noctem dicebat ad ſemetipſum, vt recitabant cubicularij eius. Quis dicet, quod humilis Ioannes (habebat enim ſemper in ore verbum iſtud) pallio triginta ſex numiſmatum tegatur, & fratres Chriſti frigore necentur?

Quanti ſunt modo, qui dentibus ſtridẽt præ glacie? quanti ſunt nuditate vel ciliciũ habentes ſubtus, & non poſſunt extendere pedes ſuos? quanti dormiunt in cœnaculi habentes duplum cruciatum, tam ex frigore, quam ex ieiunio? quanti deſiderant ſaturari de foliis olerum, quæ proijciuntur de coquina mea? quanti ſunt in

ciuitate iſta in hora hac peregrini non habentes vbi hoſpitétur, & in foro iacent fortaſſe, & pluuia madefacti? Tu verò expectans etiam æternâ iocunditatem aſſequi, & vinũ bibis, & piſces immanes deuoras, & in cubiculis demoraris? Modo autem cũ omnibus malis, & in coopertorio triginta ſex numiſmatum te calefacis. Verè benedictus Deus, quia humilis Ioannes alia nocte ſic non cooperietur. Iuſtum eſt enim, & bene acceptum Deo, vt tegantus centum quadraginta fratres, & Domini tui, quam tu infœlix. Mox ergo tranſmiſit illud in craſtinum, vt venundaretur. Et videns is qui hoc obtulit: emit illud triginta ſex numiſmatibus, & rurſus obtulit Patriarchæ. Cũ vero in craſtinum vidiſſet illud, emit hoc ſimiliter, & obtulit Patriarchæ, deposcens vt tegeretur eo. Cum autem tertio id feciſſet dicit ei gratulabundus ſanctus, videbimus quis deficiet ego, an tu. Erat enim opulétus valde, & ſuauiter quaſi vindemiabat eum ſanctus, paulatim ab eo multa auferens. Et dicebat ſemper quod poſſet aliquis cum intentione dandi pauperibus expoliare vites, & ipſam etiam camiſiam ab eis benevole auferre, & non peccat, & maximè ſi ſunt aliqui immiſericordes & auari. Duo enim lucratur talis, vnum quidem quia animas illorum ſaluat, alterum autem quoniam, & ipſe ex hoc mercedem non modicam habebit. ibid. §. 21.

EXEMPLVM XXXVII.

Conuertitur Petrus Telonarius, & ex auaro viſione dectus & monitus fit miſericordiſſimus, ſeipſum vendi voluit pro Chriſto, & officium humillimum coquinæ libenter ſuſcipit.

VT ſanctus Patriarcha alios ad eleemoſynas largiendas prouocaret ſolebat dicere, quod erat in Africa quidem Telonarius, diues valde immiſericors vehementer. Semel ergo pauperibus in hyeme tedentibus ad ſolem ſeque calefacientibus cœperunt ſinguli domos eleemoſynarum collaudare, & pro eis orare pro ſingulos eorum, ſimiliter & domos eleemoſynam non facientium vituperare. Inter quæ venit in medium eorum nomen Telonarij, & cœperunt ſinguli interrogare proximum. Verè tu frater aliquando accepiſti de domo illa benedictionem? Et omnibus inuicem interrogantibus nullus inuentus eſt accepiſſe aliquando de domo eius aliquid.

Dicit ergo vnus ex eis. Quid dabitis mihi, & ego accipiam hodie ex eo benedictionem? Et facientibus cum eo pactum, venit & ſtat foris portæ domus expectans, quando ad domum ſuam reuerteretur. Ex diſpẽſatione autem Dei peruenerunt ſimul ipſe ingrediens portam, & animal portans ſiligines cauſa prandij illius. Videns ergò egenum non inueniens lapidem, per furorem accepit ſiliginem de clitella, & iactauit in faciem eius. Ille ergo ſuſcepit eam, & abijt vt ſatisfaceret confratribus ſuis, quod ex manibus eius accepiſſet eam. Itaque poſt duos dies ægrotauit infirmitate vſque ad mortem, & uidit in ſomnis ſe raptum ad iudicium, & ſuos actus omnes ſuperſtare ram appendi. In una quidem acie congregabantur mauri quidam deformes, altera autem acies quorundam erat candidatorum, & terribilium ſpecie qui nihil inuenientes boni, ut ipſi appenderent contra mala opera (quæ collecta erant a mauris) nimis tribulabantur & triſtabantur, & mente conſternabantur, & ad alterum dicebant. Ergo ne nihil habemus hic? Tunc dicit unus eorum. Vere nihil habemus niſi unam ſiliginem, quam dedit ante duos dies Chriſto, & ipſam non uoluntarie. Et mittentibus eius ſiliginem æqualitas facta eſt. Tũc dicunt Telonario hi, qui apparuerant ei candidati. Vade auge ad ſiliginem hanc, alioquin mauri illi te apprehendent. Euigilans ergò agnouit, quę uiſa ſunt ab eo non eſſe mendacia, ſed veracia. Omnia enim quę a iuuentute ſua fecerat, & quorum ipſe erat oblitus, uidebat Aethiopes illos congregare, & deportare ad libram, & dicebat. Si una ſiligo quam iactaui per furorem ita profuit, a quantis malis liberat ſe, qui dat in ſimplicitate ſua bona indigentibus: Et de cætero ita modeſtus, & prudens, atque ſummus eleemoſynator factus eſt, ut etiam corpori proprio non parceret. Contigit enim aliquando ſecundum conſuetudinem procedere eum diluculo ad Teloneũ, & obuiauit ei natura qui a nauf agio nudus (ut natus eſt) euaſerat,

&

& cecidit ante eum rogans, vt tegumentũ ab eo acciperet. Ille ergo putans quod egenus eſſet expoliauit ſe eſophorio, ideſt veſte interiori ſua, quod illi melius erat, & dedit ei, rogauitque eum vt hoc veſtiretur. Pergens vero ille, & erubeſcens hoc veſtiri, dedit illud venditori, vt venundaretur. Quod cum ad vendendum Telonarius vidiſſet, ſuſpenſum triſtatus eſt vehementer. Et aſcendens domum ſuam nihil guſtauit præ triſtitia, ſed claudens oſtium conclaui ſolus ſedebat plorans, & cogitans quia non fui (inquit) dignus, vt mei memoriam haberet egenus. Cum ergo anxiaretur obdormiuit. Et ecce vidit quendam ſpeciosũ tanquam ſolem ferentem crucem ſuper caput ſuum, & eſophorium quod dederat nautæ aſſiſtentem ſibi, & dicentem. Quid ploras domine Petre? hoc enim erat ei nomen. Ille verò dixit ad eum, quia domine ex quib. largiris nobis, damus alicui, & in turpe lucrum accipiunt accipientes. Tunc dicit ei: Cognoſcis hoc, & oſtendit ei, quia deintus eſſet veſtitus eſophorio eius. Dicit ei. Ecce ego illo veſtior, & gratias ago voluntati tuæ bonæ, quoniam frigore affligebar, & cooperuiſti me. Ad ſe ergo reuerſus cępit beatificare egenos, & dicere. Viuit dominus, & ſi inopes Chriſtus meus ſunt, non moriar donec fiam vnus ex eis. Accerſito ergo vno de ſeruis ſuis dicit ei. Secretum volo credere tibi, & ſi publicaueris, aut non audieris me, barbaris vendam te. Datitaque ei decem libras auri, & dicit ei. Vade & eme negocium tibi, ſume me, & duc in ſanctam ciuitatem, & vende me alicui chriſtiano, & pretium da pauperibus. Seruo autem recuſante, dicit ei iterum, quoniam ſi me non vendideris, ego vendam te barbaris, vt prædixi tibi. Obediuit ergo ei ſeruus. Et peruenientibus eis ad loca ſancta vendidit eum ſordidis veſtimentis indutum, pro numiſmatibus triginta. Relinquens ergo eum ſeruus abijt Conſtantinopolim promittens quod nulli hoc manifeſtaret, & quod de pretio nequaquam ſibi retinendo aliquid defraudaret: ſed totum hoc pauperibus daret. Ergo aliquando quidem coquinabat Domino ſuo. Aliquando autem lauabat pannos eius, quamquam nunquam prius in quolibet horum aſſuetus fuiſſet. Afflixit autem ſeipſum ieiunio multo. Cum verò vidiſſet ſe benedici, Dominus eius dicit ei compatiens humilitati ipſius. Vero humilis Petre liberare te, vt ſis de reliquo quaſi frater meus. Ille verò noluit. Viderat autem eum frequenter conuitia ferre, & percuti a ſeruis ſuis (habebant enim eum tanquam amentem) ita vt & nomen ei imponerent amentis. Quotieſcunque ergo tribulabant eum conſerui eius, & dormiebat in tribulatione apparebat ei, qui in ſomnis illi apparuerat veſtitus eſophorio eius, tenens illa triginta numiſmata in manu, & dicit ei: Noli mœſtus eſſe frater Petre, ego ſuſcepi pretium tui, ſed ſuſtine vſq; dum cognoſcatis. Poſt aliquod verò temporis venerunt a patria eius quidam argenti venditores, vt orarent ad loca ſancta, & inuitauit eos ad prandium dominus domini Petri. Et cum miniſtraret Petrus ſtatim recognouit eos. Ipſi autem cum pranderent cęperunt inuicem ad aures dicere. Quam ſimilis eſt puer ille domino Petro Telonario. Ille verò occultabat quantum poterat vultum ſuum, & non poterant eum cognoſcere. Erat enim propter labores, atque ieiunium immutata facies eius. Diu ergo cõſiderantibus eis dicit vnus eis, verè dominus Petrus eſt, ſurgam & tenebo eum, valdè enim imperator audiens triſtatus eſt de eo, quia non comparuit. Foris itaque ſtans audiuit hæc, & ponens cathinum a ſe non eſt ingreſſus, ſed recto curſu cucurrit ad portam. Erat itaque vir ante oſtium mutus & ſurdus a natiuitate. Feſtinans ergo ſeruus Dei exire dicit ſurdo, & muto. Tibi dico in nomine Chriſti. Ille verò audiuit ſtatim & dixit. Etiam Domine. Iterum verò ille ad eum Aperi. Reſpondit ſurdus, & mutus ſecundo. Ego Domine. Surrexit ergò ſtatim, & aperuit ei. Et exeunte eo clamauit homo ille coram omnibus gaudens, & exultans, quia audiuit, & locutus eſt. Porrò omnibus qui ex eadem domo erant perterritis, quoniam audiebant eum loquentem, iterum dixit ille quondã mutus. Ille qui coquinabat exijt currens, ſed videte ne forte iuga lapſus ſit. Magnus enim Dei ſeruus eſt. Quando enim dicebat dicit mihi, tibi dico in nomine Domine, & mox vidi ex ore eius exeuntem flammam, & tangentem aures meas, & linguam, & ſtatim audiui & locutus ſum. Et reſilientes & perſequentes cum cuncti vltorius nõ

viderunt eum. Tunc pœnitentiam agebant omnes qui in domo illa erant, & ipse Dominus eius, quod in tali exhonorantia habuisset eum, & maximè hi qui eum vocabant amentem. Ibid. §. 22.

EXEMPLVM XXXVIII.

Eleemosynam daturus Serapion, vestimẽta, Euangelium, & seipsum vendidit.

VAldè diligebat eloqui Ioannes Patriarca de actibus sanctorum Patrũ, & eorum qui in eleemosynæ cultores fuerunt. Vnde vna dierum recitat de vita sancti Serapionis, quia inuenitur amictum suum dedisse egeno, & iterum paululum processisse, & illic cuidam frigus patienti obuiasse, & illi tunicam præbuisse, & quia nudus sedebat tenens sanctum Euangeliũ interrogatus a quodam. Quis te expoliauit Abba? Demonstrans sanctum Euangelium ait ille. Et alio tempore hoc ipsum Euangelium vendidit, & dedit eleemosynam. Discipulo autem suo dicente. Abba euangelium ubi est? R. spondit. Crede fili hoc quod dicitur mihi, vende quæ habes, & da pauperibus, ipsum vendidi, & dedi eis, vt in die iudicij habeamus fiduciam abundantio em ad Deum. Alio autem tempore vidua quædam ab eo sancto Serapionem eleemosynam petij, quia esuriebat filij eis, & non aliud habente eo Serapion tradidit eile, vt venderet eum Minus, quos & christianos fecit in paucis diebus. Hæc legens sanctus de sancto Serapione, & miratus sancti industriam totus lachrymis infectus, vocans omnes proprios dispensatores legit eis omnia de sancto Serapione, & dicit ad eos. Væ, væ, ò christiani, quid prodest homini colloquenti de actionibus sanctorum Patrum? Credite mihi quia vsque hodie putabam, quia vel aliquid facerem dans quas habere possum pecunias, nesciebam autem quod & seipsos venderent quidam compassione superati. Ibidem §. 23.

EXEMPLVM XXXIX.

Iudicans temerariè Ioannes Eleemosynarius monachum sororem mulierem circumducentem, a Domino pro ea reprehenditur.

SVperhonorabat quidem semper monachicum ordinem sanctus Ioannes, & colebat, & compatiebatur vbi maximè respiciebat monachum corporalibus vulneratibus coangustatum. Habebat autem & hoc super multos præcipuum, quia accusationem qualemcunque siue mendacem, siue veracem non suscipiebat contra aliquem circumamictum monachico habitu. Semel enim euenit eum ex immissione quorundam criminatorum perculisse aliquid tale quodam monacho circumeunte in ciuitate cum vna puella iuuencula, & petente eleemosynam per dies aliquot, quidam qui hoc viderant scandalizati sunt, existimantesq; quod mulier eius esset attulerunt Patriarchæ, contra eum querelas dicentes. Propter quid Gerouagus ille angelico habitui monachorum derogat circumducens secum istam mulierem? Mox ergo Dei famulus volens prohibere contra Deum cõmissa peccata: ãquam qui ad hoc officium a Deo esset prouectus, præcepit mulierem quidem flagellis cœdi, & separari ab eo, ipsum autem verberari, & in carcerem secretũ retrudi. Dum verò cum omni celeritate iussio sancti in opus prodiret, non parcentes ei, cœciderunt eum grauiter ecclesiæ defensores. Apparuit autem ei nocte per visum monachus ostendens ei dorsum suũ, putrefactum dicens ei. Ita placet tibi Domine Patriarcha, crede mihi hac vna vice, errasti vt homo, & hæc dicens discessit ab eo. Mane verò facto recordans visionis noctis sedebat super lectum suũ mœstus, mittit itaq. statim, & conuocat per cancellarium suum monachum de loco in quo erat reclusus, cogitans intra se similis esset ei qui noctu sibi apparuerat. Cum ergò venisset cum labore multo (neq; enim propter plagas moueri poterat) vultum eius videns Patriarcha remansit sine voce immobilis non valens loqui, solum autem manu sua innuit, vt sederet prope se in lectulo suo. In

ſa ſemetipſum ergo reuerſus rogauit monachum præcinctum lineo, vt ſine verecũdia diſpoliaret ſe quatenus videret dorſum eius, ſi ita eſſet ſicut in ſomnis viderat, vix ergo ſuaſus, vt id ageret diſpoliauit ſe. Cum ergo diſpoliaretur vt monſtraret dorſum ſuum ſancto, per admirandũ Dei conſilium ſolutus eſt quo erat indutus amictus, & cecidit in terram. & viderunt eum omnes eſſe eunuchum, ſed quia reces erat nulli exiſtebat hoc manifeſtum. Videntib. ergo eum omnibus, & ſancto Pontifice, & maxime dorſi eius pernitioſa verbera mittens mox abiecit qui hunc in conſideratè tractauerunt. Venerabiliſſimo autem monacho dixit cum ignorantia ſe in eum peccaſſe, & in Deum verum, & admonens eũ. Non, inquit, fili ita ſine cuſtodia in ciuitatibus conuerſari eos oportet, qui ſancto angelico veſtito indumento circũ amicti ſunt, maximè & fœminam circũducere ad ſcandalum videntium. Tunc monachus cũ magna humilitate rationem reddebat ſancto, dicens. Credo Domine non mentior. Gazę eram ante paucos dies hos, & exeunte me de ciuitate vt venirem, & ſalutarem ſanctũ Abbam Cirum, obuiat mihi hæc bene viſa puella foris portam veſpere iam incũbente, & occurrens ad pedes meos rogabat, vt mecũ ambularet, dicebat enim ſe Hebræã eſſe, & velle fieri chriſtianã, & cœpit adiurare me verbis horribilibus, vt non dimittere perire eam. Timens itaque ego iudicium Dei, ſumpſi eam æſtimans quod non mitteret tentationem ſathanas ſpadonib. Neſciebam vero, quod nemini parcat, igitur venientibus nobis, ſanctiſſimè per orationem perficiẽtibus baptizaui eam ad ſanctum Abbam Cirum, & circuiui cum ea in ſimplicitate modicum expoſcens ſumptũ, quatenus inducerem eam in monaſteriũ. Cum hæc audiſſet Patriarcha, dixit: Papæ quot abſcenſos ſeruos habet Deus, & neſcimus nos humiles? Et narrauit his qui præſto erant viſionem quam viderat nocte de eo, & protulit Patriarcha centum numiſmata de manu daturus ei. Dei autem amicus ille verè monachus non paſſus aliquid accipere ex eis, dignum memoria locutus eſt verbum ad Patriarcham dicens. Ego non poſtulo Domine hoc, monachus enim ſi fidem habet, horum non indiget, ſi autem horum eget, fidem nõ habet. Quod maximè amplius ſatisfecit omnibus qui audierant, quod ſeruus Dei eſſet. Genu. ergo flexit Patriarchæ & exijt in pace. Ex hõc igitur plus honorabat & hoſpitio recipiebat monachos, & bonos amicos Chriſti, & æſtimatos malos, & ædificauit mox xenodochium ſeorſum, & appellauit hoc receptaculum omnium monachorum.

Ibidem § 24.

EXEMPLVM XI.

Euchariſtiæ oblatio captiui catenas vincula que dirupit.

MOrtalitate aliquando ciuitatem cõprehendente ibat, & ipſe ſanctus vt videret funerum obſequia. Valde enim dicebat eſſe profiçuam ſepulchrorum conſiderationem, multoties conſiderabat eos qui mortui vexationem in exitu animæ patiebantur, & eorum oculos propijs manib. claudebat, memoriam habere ex hoc volens ſempiternam & curam propijs exitus. Præcipiebat autem & collectiones pro defunctis impigrè perfici. Etenim dicebat, quia ante paucum tempus captiuus ductus eſt quidam ad Perſas, & deſcedens in Perſidam retruſus eſt in carcerem, qui appellatur Letheba, hoc eſt obliuio. Quidam ergo fugientes illinc, & venientes in Cyprum interrogati parenti bus illius ſi forte vidiſſent eum, Reſpondentes dixerunt eis, quia nos propijs manib. ſepeliuimus eũ. Non autem erat iſte, de quo interrogabant eos, ſed alius ei ſimilis. Dixerunt ergo eis menſem, & diem ipſius obitus. Illi vero tanquã pro mortuo faciebant ei tres collectas per ſingulos annos. Poſt quatuor annos itaq; venit in Cyprum fuga lapſus a Perſis, dixerant ergo ei lui. Verè frater nos audiuimus quod mortuus eſſes, & memoriam tui faciebamus ter in anno. Cum ergo audiſſet, quod in anno fecerunt pro eo memoriã, interrogauit eos in quo die, & in quo menſe hoc celebrarẽt. Et illis dicentib. ſanctis Theophanijs, & Dominica ſancta ante Ẽcceſſem: Dixit ille Quia tribus iſtis temporibus anni veniebat quidã candidatus vt ſol, & diſſoluebat me inuiſibiliter a vin-

Digitized by Google

vinculis ferreis & custodia, & mouebat de ambulando tota die, & nemo recognoscebat me, & in crastinum inueniebat vincula ferrea portans. Dicebat igitur sanctus, quia ex hoc discimus habere defunctos requiem quando pro eis collectas facimus. Ibidem. §. 25.

EXEMPLVM XLI.

Cœlestem domum Ioannes Eleemosynarius à Troilo Episcopo triginta libris, quas pauperibus dedit, comparauit.

EVnte aliquãdo beato hoc Patriarcha ad visitandos pauperes in locum, qui dicitur Cęsarium, cum quodam Episcopo amatore pecuniæ, dixit beatus Patriarcha ad eum: Ama ac honora fratrem Troilem fratres Christi, hoc enim erat ei nomen. Nunciauerat enim quidã Patriarchæ quod xxx. libras auri portabat in ipsa hora. Episcopus tanquam veritus sermonem Patriarchæ, imo ad horam calefactus singula numismata cari omnibus sedentibus fratribus præcepit ei, qui xxx. libras illas portabat. Celeriter ergo huiusmodi quãtitas erogata est. Recedentibus ergo vnusquisque Patriarcha, scilicet, & qui inuitam (vt ita dicam) eleemosynam fecerat, irruit in Troilũ propter pecuniarum dationem febris innaturalis, propter quod in lectum ægrotus statim decidit, inuitatus a Patriarcha per nuncium vt secum pranderet, venire recusauit. Frigore enim & febre se vexari pro causa quadã dicebat. Igitur cum hoc audisset Patriarcha mox agnouit causam, quia propter eleemosynam, xxx. librarum infirmatus est ille inuitus eleemosynator, erat enim (vt prædictum est) valde immisericors, & amator pecuniæ. Non sufferens ergo beatus se quidem supra mensam reficere, illum autem super lectum grauiter cruciari, peruenit celeriter ad eum, & dixit ad eum hilari vultu. Fac charitatem fili Troile, Aestimabas qđ in veritate tibi dixerim dare fratrib. huiusmodi donum. Ego enim volui præstare eis singula numismata propter sanctam festiuitatem, sed quia non habebat distributor meus sufficientem quantitatem huius rei gratia mutuam dedit mihi eam. Et ecce attuli tibi illas triginta libras. Vt vero vidit quantitatem Episcopus in honorabili manu Patriarchæ medici, ac deuotissimi pastoris, repente, ac subito febris quidem disparebat frigus recedebat, fortitudinis quoque & corporis eius color ad eum reuertebatur, vt ex hoc non posset latere hãc esse causam, repente comprehendentis eũ infirmitatis. Suscipiens ergo aurum ab honorandis manibus Patriarchæ, & nihilominus contradicens expectebat ab eo conscriptionem abrenũciationis. Fecit hoc autem cum gaudio, scribens proprijs manibus. Deus Domino meo Ioanni beatissimo Patriarchæ, da mercedem triginta librarũ, quæ datæ sunt tibi, quoniã ego recepi mea. Hæc itaq; accipiens sanctus sumpsit secum Episcopum ad prandium (vt enim iam dictum est) statim sanatus est. Volens igitur mercedis redditor Deus corripere eum, simul autem & ad miserationem & cõpassionem erigere, ostendit ei eadem die dormienti post prandium in somnis qua mercede præmiatus esset. Vidit enim (vt ait) domum cuius pulchritudinem atque magnitudinem non potest ars hominum imitari & ianuam huius totam auream, & supra ianuam titulum conscriptum. Mansio ęterna, & requies Troili Episcopi. Cum ergo hoc (inquit) legissem, gauisus sum eo quod legeram, sciebam enim donãdam mihi ab impensatore talis domus repolutionem. Nondum autem huiusmodi tituli superscriptionem cum gaudeo perlegeram, & ecce quidam regius cubicularius habens secum aliquos obsequij diuini. Et cum peruenissent ad talem nitentis domus ianuam, dixit ad proprios officiales. Deponite titulum, & cum depositus fuisset, iterum dicit eis. Mutate eum, & ponite quem misit rex orbis terrarum. Et attulerunt & affixerunt aliud me aspiciente superscriptum ita. Mansio ęterna ac requies, Ioannis Archiepiscopi Alexandriæ empta libris triginta. Et cum hoc (inquit) vt dixi essem surrexi a somno, & magno, summoq; pastori Patriarchę quę vita sunt in omnis ei enarraui.

Proficiens, & ipse hac de causa, factus est enim ex tunc eleemosinarius.

Ibidem. §. 27.

EXEM-

EXEMPLVM XLII.

Tentatus quidam de auaritia, ſe neſciente iuſſit dari eleemoſynam, & eo amplius ditescebat, quo plus tribuebat.

SI verò aliquando audiebat ſapientiſſimus Patriarcha quoniam eleemoſynator eſt talis, adducebat eum in hilaritate ſeorſum, & dicebat ei. Quomodo factus es eleemoſynator, naturaliter an ipſum te uiolenter cogens? Vnde quidam qui ab eo interrogantur verecundati occultabant, quidam autem dicebant. Propter quod vnus interrogatus à ſancto reſpondit ita. Credo mihi domine, quia nihil do, aut facio boni, veruntamen hoc ipſum quod facio, & præbeo ex quibus Deus, & orationes tuæ largiuntur, ita facere aſſueui. Eram prius valde immiſericors, & crudelis, & ſemel damna pertuli, & in paupertatem deueni. Cœpit cogitatio mea dicere mihi. Verè ſi eſſes eleemoſynator, non relinqueret te Deus. Statui ergo per ſingulos dies dare quinque æreos nummos pauperibus, & cum cœpiſſem dare, ſtatim ſathanas prohibebat me dicens. Verè quinque nummi illi ſufficiunt domui ad olera, aut ad balneum percipiendum. Et ſtatim tanquam ſi de faucibus natorum meorum priuarem eos nihil dabam. Cum ergo vidiſſem, quod ſuperaret à vitio, dico puero meo. Per ſingulos dies furare me neſciente quinque nummos, & da eleemoſynam. Ille verò benefaciens cœpit furari decem, quandoque, & ſiliquam. Cum didiſſet autem quia benedicebamur, & diuitijs abundaremus, cœpit & tremiſſes furari & dare. Semel itaque admiratus benedictionem dixi ei. Verè multum profuerunt fili quinque nummi illi, volo ergo vt des decem, tunc dicit mihi, & puer ſubridendo. Vade & ora pro furtis meis, nam verè hodie nō haberemus quem māducaſſemus panem. Sed ſi eſt fur iuſtus ego ſum. Tunc ergo dixit quoniam tremiſſia dabam, & ſiliquas, etiam & ex fide illius aſſueui domine de animo dare. Aedificatus ergo, ſanctus valde dixit ad eum. Crede mihi, quia multas conuerſationes patrum legi, tale aliquid non audiui. Ibid. §. 34.

EXEMPLVM XLIII.

Eccleſiam exeuntem populum ante finem diuinorum Ioannes Eleemoſynarius exiens, & ipſe inter eos ſedens correxit, & quomodo in eccleſia loquentes cohibebat.

LIbenter habuit Patriarcha vt populus in eccleſia perſeueraret, vna enim die tum volens multos refrenare, vt non egrederentur poſt ſolutionem ſancti euangelij de eccleſia, & ocioſis ſermonibus pro oratione vacarent, quid fecit? Reliquit mox poſtquam lectum eſt euangelium eccleſiam, & ipſe exijt; & ſedit cum turba. Omnibus vero obſtupeſcentibus, dixit ad eos. Fili vbi oues, illic & paſtor. Aut intrate intro & ingrediar, aut manete hic & hic manebo. Ego propter vos deſcendo ad ſanctam eccleſiam, nam poteram facere mihi metmiſſas in Epiſcopatu. Semel ergo, & bis fecit hoc ipſum, & erudiuit in hoc plebem magnificè & emendauit. Timebant enim ne iterum idē faceret eis ille. Loqui autem in ſacrario neminem permittebat, ſed in conſpectu omnium foras mittebat eum qui loquebatur, dicens: Si ſiquidē vt orares veniſti huc, in hoc mentem tuam, & os tuum vacare exopto. Si vero propter locutionem, ſcriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur, noli ergo eam facere ſpeluncam latronum. Ibidem. §. 42. & 43.

EXEMPLVM XLIIII.

Iudicia temeraria vitanda Ioannes Eleemoſynarius puſillo exemplo demonſtrauit.

CVm omnibus bonis ſuis & hoc beatus poſſidebat, quod non condemnaret proximum, nec condemnantem reciperet. Dicam vero eius doctrinam omnibus proficuam de hoc. Iuuenis quidam rapiēs monachā fugit Conſtantinopolim, hoc diſcens iuſtus triſtis factus eſt vſq; ad mortem. Tempore verò tranſacto cōſidente eo vna dierum cum quibuſdam clericis & ſermonem animæ vtilem mouente, venit in medium, & memoria iuuenis qui anicillam Dei rapuerat, & cœperunt qui ſanc-

ro assidebant anathematizare talem iuuenem, tanquam qui duas animas perdidit, suam scilicet & sanctimonialis. Compescuit ergo & resecauit eos beatus, dicens. Ne filij, ne sic. Nam ostendam vobis, quia & uos duo peccata facitis: vnum quidem, quia transgredimini mandatum dicentis: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Deinde, quia nescitis certius si vsque hodie peccent, & si non pœniteant. Legi enim vitam patris alicuius tale habentem, quia in ciuitate quadam duo monachi abierũt in monasterium, & cum transiret vnus per locum clamabat ei vna fornicaria. Salua me pater, vt Christus meretricem.

Ille verò hominum confusionem omnino non curans, dicit ei. Sequere me. Et tenens eam per manum exijt publicè in ciuitate omnibus aspicientibus. Facta est ergo fama, quia Abbas accepit mulierem dominam Porphiriã (ita enim vocabatur.) Pergentibus ergo eis vt mitteret eam in monasterium, inuenit mulier puerum inter a proiectum, & sustulit eum vt nutriret illũ. Itaque qui iam post annum uenerũt in patriã vbi erat Abbas, & Porphiria quę fuerat de meretricibus, & vidente eam habẽtem puerum, dicit ei. Veraciter bonum Abbatem pullum genuisti, nõ lum enim sanctum scema acceperant. Euntes ergo Tyrum qui viderant eam (inde enim Abbas tulerat illam) diffamauerunt, quia genuit de Abbate Porphiria, & nos vidimus puerulum oculis nostris similem ei. Quando ergo cognouit ex Deo Abbas obitum suũ dicit. Nõnæ Pelagiæ (sic enim mutauit nomen eius quando tradidit ei sanctam scemã) eamus Tyrum, quia habeo illic responsum, & volo vt uenias mecum.

Illa verò non volens contradicere ei secuta est eum, & venerunt ambo habentes, & puerulum septem annorum existẽtem. Cum ergo ægrotasset Abbas in infirmitate ad mortem, accende ũt ad visitationem eius de ciuitate vsque ad centum animæ, & dicit. Afferte prunas. Itaque cum venisset thuribulum plenum prunis tulit eas in vestimentum suum, & ait. Credite fratres, quia sicut custodiuit Deus rubum incombustum abigne, & sicut nec hanc tunicam meam accenderunt prunæ illæ, ita nec ego cognoui peccatum mulieris huius.

Et omnes mirati sunt quomodo non arserunt Deum habentem occultos ignes. Ex occasione autem Nonnæ Pelagiæ quõdam meretricis, & aliæ fornicatrices secutæ sunt eam, abrenunciantes mundo cum ea pergentes in monasterium eius. Seruus enim Dei monachus qui totonderat eam, postquam, satisfecit omnibus tradidit Deo spiritum in pace. Ideo (inquit) dico uobis, ò filij ne præcipites fitis ad condemnãda, & iudicanda. Ibid. §. 47.

EXEMPLVM XLV.

Ecclesiam frequentans diues efficitur, laborioso vicino eiusdem officij ad indigentiam peruenienti.

DVobus calclamenta facientibus, & iuxta se laborantibus, vnus quidem habebat filios multos, & vxorem, & patrem, & matrem, Vacabat vero ecclesiæ sine intermissione & omnes propter Deũ alebat de arte sua, Alter autem quamuis doctior illo esset, eo quod non permaneret in ecclesia sed etiam dominicis diebus laboraret, nec sepsum tantum nutrire valebat. Inuidebat ergo ille vicino suo, & vna vice non sustinens inuidiam, dicit ei cum ira. Vnde tu sic diues factus es? ego vero vacans plus quam tu arti meæ in paupertatem deueni. Dicit ergo ei volens facere eum vocare ecclesiæ. Inuenio prætium in terra, & inde paulatim diues factus sum, sed si uis semper voco te, veni mecum, & quicquid inuenerimus accipies dimidium. Cum ergo ille ad quiesceret, & sequeretur eum euntem ad ecclesiam sine intermissione bene dixit ei Deus, & diuitem fecit. Propter hoc ergo sanctus Patriarcha fecit illum bonum consiliarium presbyterum tanquam dignum, erat enim lector. Ibid §. 48.

EXEM-

Ex vita ſancti Malachiæ Epiſcopi.

EXEMPLVM XLVI.

Defunctam ſororem ſanctus Malachias miſſis deuotis a purgatorio liberauit.

HAbebat ſanctiſſimus Malachias ſororem quæ tanquam carnalis, & ignara, eorum quæ ſpiritus Dei ſunt, ſpiritum ſalutis atque feruoris omnimodis in fratre laborabat extinguere, ſed triumphabat viris Malachias de fœmina atque pro animi virtutibus primum quidem ad diaconatus deinde ad ſacerdotalis culminis apicem eleuatus eſt. Mortua eſt interim ſoror eius illa quam præfati ſumus. Nec prætereunde viſiones quas vidit de ea. Huius ſiquidem Sanctus carnalem exhorruerat vitam, & tanto zelo vt ſe vouerat non viſurum eam in carne viuentem. At illa carne ſoluta ſolutum eſt votum, & cœpit videre in ſpiritu quam in corpore noluit. Quadam nocte audiuit per ſomnium vocem ſibi dicentis, ſororem eius ſtare foris in atrio eccleſiæ, & per totas xxx. dies nihil guſtaſſe. Et euigilans cito intellexit cuius eſcæ inedia marceret, & diligenter diſcuſſo numero dierũ quem audierat, ipſam eſſe reperit, ex quo pro ea panem de cœlo viuum non obtuliſſet. Tum ille qui ſororis non animam oderat, ſed peccatum, beneficentiam, quam intermiſerat rurſum adorditur, neque id fruſtra. Non multo poſt, & ecce viſa eſt illi peruenisse ad limen eccleſiæ, necdum tamen poſſe intrare etiam in veſte puellæ. Cumq. ille perſeueraret curans ne qua die fraudaretur ſolita ſtipe. Secundo vidit eam in veſte ſubcandida ad miſſam quidem intrare eccleſiam, ſed altare contingere non permitti. Tertio tandem viſa eſt aggregari cœtui candidatorum in veſte candida. Videns autem quantum valet deprecatio iuſti aſſidua ait. Verè regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud D. Bernardus in vita ſancti Malachiæ apud Surium.

EXEMPLVM XLVII.

Confeſſione, & precibus Malachiæ iracunda fœmina manſuetiſſima efficitur.

FVit quidam mulier cui cum ſpiritus iracundiæ, & furoris in tantum dominaretur, vt non ſolum vicini, & cognati fugeretur conſortium eius, ſed ipſi filij quoq; vix ſuſtinerent habitare cum ea. Clamor & rancor, & tempeſtas valida vbicunque fuiſſet audax & ardens & præceps metuenda lingua, & manu importabilis, & inuiſa. Dolentes filij tum pro illa, tum pro ſeipſis trahunt illam ad præſentiam Malachiæ lachrymabilem cum fletu querimoniam deponentes. Vir autem ſanctus, & periculum matris, & incommodum miſerans filiorũ ſeorſum aduocat illam, fuerit ne confeſſa aliquando peccata ſua ſolicitè percontatur. Reſpondit nequaquam. Confitere, inquit. Paret. Et ille iniungens pœnitentiam confiteri, oranſque ſuper eam vt Deus omnipotens det ei ſpiritum manſuetudinis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ne vltra iraſcatur iubet. Sequitur tanta manſuetudo, vt pateat omnibus non eſſe aliud, quam admirabilem mutationem dextræ excelſi. Fertur adhuc hodie viuere, & tantæ eſſe patientiæ & lenitatis, vt quæ omnes exaſperare ſolebat, nullis modis exaſperari damnis, contumelijs, afflictionibus queat. Sed licet & me iuxta Apoſtolum abundadare in ſenſu meo accipiat quiſque, ut uolet, ego iſtud mortui ſuſcitationi cenſeo præferendum, quod exterior quidem ibi, hic vero interior vixerit homo. Ibid. & Cæſarius lib. 3. c. 39.

EXEMPLVM XLVIII.

Pollutione nocturna illuſus diaconus a S. Malachia reprehenditur, quod auſus fuerit ſacris altaribus ita indiſpoſitus miniſtrare.

CVm ſacramenta offerret Malachias, & appropiaſſet ei diaconus facturus ei aliquid pro officio ſuo, intuitus eum ſacerdos, ingemuit, quod ſenſiſſet penes illũ latere,

latere, quod non conueniret. Peracto sacrificio secreto per contatus de conscientia sua confessus est, & non negauit illusum sibi per somnium nocte ipsa. Coniungens pœnitentiam, non debueras, inquit, hodie ministrasse, sed verecunde, te subtrahere sacris, & deferre honorem tantis, tamque diuinis mysterijs, vt hac humilitate purgatus dignus exinde ministrares. Ibidem.

Ex vita sanctæ Mariæ de Oignies.

EXEMPLVM XLIX.

Virginitatis uendæ gratia fœminæ quadam Leodiensis diœcesis in rapacissimos fluuios seipsas præcipitarunt.

IN vastatione Leodensis ciuitatis satis compertum est, quantus fuerit in deuotis matronis, atque virginibus zelus, atque amor tuendæ castitatis, quæ enim ad ecclesias confugere non poterant in fluuium se se proijciebant, magis eligentes mori, quã damnum incurrere castitatis. Quædam vero in stercoreas sentinas prosilientes, malebant extingui fœtore quam spoliari virginitate. Ita tamen clemens sponsus sponsis suis dignatus est prouidere, quod in tanta multitudine non est inuenta aliqua quæ mortem corporis uel detrimentum castitatis incurreret. Cum autem vna sactarum mulierum periculosè laboraret in flumine, duo ex hostibus nauicula ad eam uenientes, eam in nauim traxerunt, vt ei turpiter commiserentur. Sed quid egit casta inter lenones, agna inter lupos, columba inter accipitres? Maluit iterum fluuio submergi quam corrumpi, a naui prosilijt inter vndas, dumque nauis ex impetu salientis mergeretur simul illi duo summersi perierunt. Illa vero per gratiam Dei sine damno corporis, & animæ obsequente fluuio ad ripam peruenit. Iacobus de Vitriaco in Prologo in uitam S. Mariæ de Oignies.

EXEMPLVM L.

Beata Maria morituræ fœmina calores afflatu flabelli mitigauit, & vna cum omnibus sanctis eius exequias celebrauit: quæ tamen mulier quia quædam iniustè acquisita non restituit, in purgatorium acerrimum sustinuit.

QVadam vice cum religiosa quædam vidue quæ diu in sancta viduitate Deo seruierat, & filias suas in sancta virginitate sponso cœlesti integras custodiebat, in extremis apud VVillembroec iuxta Niuellam laboraret, vidit Maria de Oignies beatam uirginem sanctæ uiduæ assistentem, quæ quasi quodam flabello euentando eam, feruorem caloris quo torquebatur misericorditer temperabat. Cum autem eius anima de corpore iam egredi uellet, turba dæmonum insidiatium nulla orationum instantia discedere uoluit, donec clauiger æthereus, cum uexillo crucifixi confusos illos eiecit. Cum autem uidua illa iam defuncta esset, uidit ancilla Christi beatam uirginem cum multitudine cœlestium puellarum psallentium, & laudantium Deum circa corpus, quasi in duos choros diuisarum. Cum autem sacerdos more debito exequias defunctorum persolueret, tunc sumus sacerdos cum sanctorum multitudine officium (ut uidebatur) ei complebat, & mirabiliter ecclesiæ militanti ecclesia triumphans respondebat. Cum autem sepulturæ corpus eius traditum esset, uidit Christi ancilla etiam eius quę nõdum in hoc seculo plenè purgata fuerat, in purgatorio quod ei deerat consummare. Nam maritus eius mercator fuerat, & quædam more mercatorum per fraudem adquisierat. Quosdam etiam de familia ducis Louaniensis in hospitio receperat qui de iniustè adquisitis multa in domo sua expendebant. Et quia de huiusmodi

nondum perfectè reſtitutionem fecerant; dicebat ſe adhuc in purgatorio detineri. Quod cum nunciatum eſſet filiæ ſuæ deuotæ Virgini Margaretæ de Villembroec, & eius ſororibus, multas ei orationes adquiſierunt, & pro poſſe ſuo reſtitutionem fecerunt. Vnde non multum poſt anima viduæ vitro purior, niue cãdidior, ſole ſplendidior apparuit ancillæ Chriſti cum iam ad æternas epulas gaudens, & gratias agẽs inuitata aſcenderet, & quaſi librum vitæ (vt videbatur) in manibus tenens ſummi magiſtri facta ſcholaris legebat. Videant, & attendant diligenter qui aleatores, & taxillatores in domos ſuas recipiunt, ut ex eis poſſint quæſtum aliquem habere, quique domos ſuas lenonibus, & meretricibus locant ad inhabitandum, quoniam de eis proculdubio graue ſupplicium ſumetur ſi honeſta illa vidua propter familiam ducis hoſpitam in tanta tormenta miſſa eſt. Iacobus de Vitriaco lib. 2. cap. 3. apud Surium.

EXEMPLVM LI.

Venialia peccata nimirum curans monachus errore ſeducitur.

ACcidit autem aliquando quod quidã Ciſtercienſis ordinis monachus tantum zelum innocentiæ, & puritatis, licet non ſecundum ſcientiam, haberet, quod quaſi ad ſtatum primi parentis ex feruore ſpiritus peruenire nitebatur. Cumque diu labore plurimo, ſed caſſo, ſeſe affligendo in abſtinentia, & vigilijs, & orationibus primum ſtatum innocentiæ recuperare non valeret, primo cecidit in tœdium, & accidiã. Volebat enim cibaria ſumere, ſed nullam ſenſibilem delectationem dum manducaret ſentire. Studebat primos ſenſualitatis motus non ſolum reprimere, ſed penitus extinguere. Studebat etiam ſine aliquo veniali vitam ſuam in perfecta puritate cuſtodire. Cum autem dæmonio meridiano inſtigante aſpiraret ad impoſſibile, nec ad quod tendebat poſſet aliquo modo peruenire, etiam quantumcumque laboraret, tandem in foueam deſperationis præ triſtitia delapſus eſt, adeo quod ſe in ſtatu corruptionis in quo erat nullo modo ſalutem adipiſci ſperabat, vtpote qui venialia quibus omnino careret non poſſumus in hac vita reputabat mortalia. Vnde nec corpus Chriſti aliquo modo etiam diebus illis quibus inſtitutum eſt in ordine volebat ſumere. Frater autem iſte dum ſe ſupra ſe extollere voluit infra ſe miſerabiliter per deſperationem corruit. Cum autem morbũ animæ eius quidam pius & omnium bonorum amicus Abbas cognouiſſet, licet ipſe multique alij ad Dominum pro monacho preces effudiſſent, prævaluit tamen inimicus, & hoſtis antiquus qui eum quem laqueo fortiſſimo conſtrinxerat ſine ceſſatio ne torquebat. Tunc abbas ſanctæ mulieris ſcilicet ſanctæ Mariæ de Oignies amicus, vtpote qui virtutem eius minimè ignorabat quam in ſe aliquando per experientiã ſenſerat, ad ancillam Chriſti monachum fecit adduci. Cumque illa pro monacho lachrymoſis ſuſpirijs Domino ſupplicaret, mirum in modum dum ante miſſæ introitum monachus confiteor diceret, & illa inſtantius pro ipſo preces funderet quaſi nigri lapilli ad ſingula verba confeſſionis ex ore monachi videbatur cadere. Tunc illa percipiens in hoc viſu quod obſtinatio deſperationis, & nigredo triſtitiæ, & doloris monachum reliquiſſet, Domino gratias retulit, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Monachus uero poſt miſſam quaſi de longinqua regione ad ſe reuerſus Chriſti corpus recepit, & ſumpta ſalutari medicina perfectè conualuit. Ibidem.

EXEMPLVM LII.

Beneficiorum pluralitatẽ pulchra uiſione Mariæ de Oigneis didicit eſſe uitandã.

QVidam inter amicos ſuos tanto beatæ Mariç de Oignies charior, quanto humilior, cum haberet præbendam vnam ſibi mediocriter ſufficientem multis deuictus precibus recepit aliam, quæ & dignitate maior, & redditibus abundantior erat. Cumque ille prout deuotus ſatis & timoratus erat, Chriſti ancillam Mariam de Oigneis conſuluiſſet, vtrum Deum in hoc facto offendiſſet, illa modicas more ſuo reſpondendi quærens inducias, tandem diuinitus inſpirata, & diuinis reuelationibus abſque vllo dubietatis ſcrupulo certificata,

ficata. Videbam (inquit) hominem veſtibus albis indutum, & ſatis ad curſum expeditum, nigro pallio ſuperindui & ſarcina inutili onerari. Cum hæc & his ſimilia alia dixiſſet, ille cui iam in Domino præſenſerat id quod illa diuinitus proferebat primam ſibi ſufficientem retinuit, & aliam ſine mora ne locum alterius ambitioſe occuparet vir prudens, & Deum timens & ſalubri conſilio adquieſcens reſignauit.

Eodem lib. 2. cap. 6.

Narrauit qui conſcripſit vitam Rogerij fratris Minorum.

EXEMPLVM LIII.

Oculos Rogerius tam ſolicitè cuſtodiuit, vt infra tres annos in medio populi verſans, fœmineam faciem non videret.

OCulos quanta ſolicitudine ſanctus Rogerius cuſtodiebat, poteſt ſatis perpendi ex hoc quod dixit quadam vice cum iremus ambo ſimul, inuenimus autem iuxta domum fratrum quandam dominam, quæ multum erat familiaris, fratrum & benefactrix. Propter quod & ipſe pluries eam in propria domo uiſitauerat, & ego ſecum ter vel quater, & cum qua pluries ad portam eccleſiæ locutus fuerat. Cum ergo dominam obuiantem ſalutaſſet dicendo. Deus det vobis pacem, & ſic tranſiſſet, quæſiuit a me ſi illa domina erat talis. Cui ego dixi. Non cognoſcitis eam? Non, inquit: quia nunquam vidi eam in facie. Et ego. Quomodo ergo cognoſcitis eam? In veſtimentis (inquit) monialibus ſoleæ ſuæ cogitaui eam eſſe. Fortè, inquit, tres anni ſunt, quod non uidi mulierem in facie etiam matrem meam quando iui ad eam, cum tamen mater ſua eſſet ſancta mulier & ſenex. Tunc ergo miratus valde, tum quia pluries videram eum loquentem cum multis, & pluries prædicantem eis, tum etiam quia ſciebam eum adeo in illo periculo ſecurum, quod nō credo aliquem in mundo vix ei ſimilem ſuo tempore fuiſſe, tum quia confirmatus erat, vt nec potuit vltra mortaliter peccare, tum quia ſicut ipſe dixerat mihi ſtando cum mulieribus caſtior efficiebatur. Adeo enim abominabatur eas, quod nullo modo poterat cū eis diu ſtare, imo aliquando ex nimia abominatione cum conſulebant cum præſcindens moram earum recedebat ab eis, dolens multum, quod non poterat ſuſtinere, eo quod oportebat eum pro ijſdem verbis iterum ad eas redire, ſicut ego oculis meis vidi. Præter ea in xij. annis quibus in ordine ſteterat non potui perpendere per confeſſionem vnum motum mentis inordinatum de facto mulierum, licet pluries genetaliter fuerit mihi confeſſus. Dixi ergo illi tunc. Cum ſciatis vos eſſe in facto mulierum ſic ſecurum, vnde eſt quod tantum timetis eas inſpicere? Et ipſe reſpondit: Frater, inquit, in poteſtate hominis eſt vitare occaſionem peccati, & ideo quamdiu facit homo quod in ſe eſt, & dominus facit, quo in ſe eſt tuendo hominem a peccato. Impoſſibile eſt enim quod Dominus vndique deſerat mentem quam poſſidet, niſi habeat culpam. Et eum vitat omnem occaſionem peccati. Ex quo autem tu exponis te periculo per occaſionem quam poteras uitare, & maximè ad talem tentationem ad quam multum declinat homo ex corruptione naturę confidens de viribus tuis, cum tamen non poſſes reſiſtere per te iam tunc Dominus non obligatur te defendere, ſed poteſt ſine omni iniuſtitia te dimittere in tuis viribus quibus confidiſti. hoc habetur 1. lib. conformitatum S. Franciſci 2. par. fo. 92. de hoc Rogerio diſcipulo S. Franciſci fit mentio in parte Chronici Minorum lib. 1. c. 76. & p. 10. lib. 6. c. 55.

EXEMPLVM LIII.

Fœminæ familiaritate deceptus Genebandus poſt acceptatam continentia cum propria vxore iam in ſororem mutata peccauit.

LEgitur in vita ſancti Remigij, quod Genebandum nobilem atque eruditum qui relicta vxore ſcilicet nepte ſancti Remigij vitam religioſam expetierat Laudunī epiſcopum ordinauit. Qui Genebandus plus quam neceſſe fuit de ante acta uita, & gradus ſublimitate confidens incautè vxorem ſuam quam relinquens mutauerat in ſororem, quaſi pro inſtructione ſalutari frequentius ſe uiſitare permiſit. Vnde factum eſt, vt cor virile blāda colloquia mulieris

lieris mollirent, & tandem opus iam ſibi illicitum cum ea perpetraret, atque illa filium ab eo conceptum generaret. Sed quia culpa hominibus non innotuit ne ſuſpecta mulier haberetur, cœpit vt antea domum epiſcopi frequentare. Sicque factum eſt vt tecta hominibus culpa, occaſio fieret iterum relabendi. Concepit iterato illa, & mandat epiſcopo ſe fœminam peperiſſe. Tunc ille in ſe reuerſus amariſſimè deflenit commiſſum. Et mittens ad ſanctum Remigium rogauit vt Laudunum quâ totius veniret, quo cum peruenisſet Genebãdus ei cum multis lachrymis ordinem ne fandæ rei confeſſus eſt, & pœnitentiam ſibi debitam imponi poſtulauit. Audiés autem Remigius lamentabilem hiſtoriam eidem collachrymatus eſt. Et facta manſiuncula in modum ſepulchri iuxta eccleſiam ſancti Iuliani Genebandum in ea recluſit. Parochiam autem illius cum ſua ſimul per annos quatuor gubernauit, & vnam diem Dominicam Remis, alteram apud Laudunum celebrauit. Septimo autem anno recluſionis cum idem Genebandus in vigilia cœnæ in oratione pernoctaret, venit Angelus Domini ad ſe, dicens. Exaudite ſunt orationes patri tui Remigij, ſuſcepit Deus pœnitentiam tuam, & dimiſſum eſt peccatum tuũ, ſurge & egredere hinc. Tunc Genebandus in modum crucis ſe iactans in limine dixit. Etiam ſi ipſe Dominus meus Ieſus Chriſtus dignatus fuerit ad me venire peccatorem, hinc non egrediar niſi venerit qui me in eius nomine in hac recluſione conſtituit. Et ſtatim diſcedens Angelus Domini hæc eadem ſancto Remigio Remis conſtituto in viſione narrauit, iubet vt quantotius Laudunum peteret, & Genebandum epiſcopali ſedi reſtitueret. Moxeque ſanctus Remigius nihil dubitans Laudunum perijt, & in limine aperto oſtio ſaluo tamen ſigillo, & reſerata ſera Genebandum iacentẽ reperit, quẽ confeſtim eleuans, ſedi & officio epiſcopali reſtituit, & ita Remis cum gaudio repedauit. Genebandus autem in ſanctitate, & iuſtitia poſtea omnes dies vitæ ſuæ peregit, Dei gratia prædicans cunctis quanta ſibi fecerit Dominus. Hinc Matus apud Surium in vita S. Remigij.

EXEMPLVM LV.

Maledicens ſancto VVillibrordo graniſſima eſt ſiti percuſſus.

LEgitur in vita ſancti VVillibrordi qđ ipſe quodam tempore perrexit more ſolito euangelizandi gratia Friſiam, & propter laborem viæ in pratis cuiuſdã diuitis paululum laſſos, refocillare equos quos ille dies cemẽs ægrè ferebat, & eos inde abire præcepit. Quem vir Dei ne hoc facere placidiſſimis alloquitur verbis, dicens; Define nobis, frater, iniuriam facere. Non enim propter læſionẽ tui, ſed, vt moris eſt inuerantibus, in his paſcuis paululũ quieſcere volumus. Inſtat autem nobis opus euangelicæ prædicationis peragendũ: cuius tu mercedis particeps eſſe poteris, ſi nos quantum ad te pertinet benigno adiueris animo. Vnde magis mente pacifica, & quieta nobiſcum de donis Dei te refice nobiſce cẽpto itinere pergentib. tu in domum tuã reuertere. Ille autem in malitia ſua multum pertinax noluit aliquo modo deprecatorijs eius adquieſcere verbis, & inſuper conuitia congeminans opprobriorum iaculatur venena, & deteſtatus cũ eo participare conuiuium, domum redire diſpoſuit. Sed perſequẽte crudelem vltione diuina pro ſacerdotis ſui iniuria mori ſubito inualeſcente nimia ſiti ſe putauit. Cupenſque ardentem ſtomachum refrigerare, ore quo viro Dei conuitia ingeſſit, potum recipere non valuit. Anhelabãt viſcera. Sed non fuit qui ferre huic languori medelam potuiſſet. Sed tandẽ pœnitentia ductus in ſeipſum reuerſus eſt, & ſerui Dei reditum ſedula expectatione preſtolabatur. Poſt peractum pij operis negotium, cum beatus pater eadẽ reuerteretur via, obuius ei homo multũ ægrotus venire feſtinabat, & me itã pœnam, quam ob culpam ſuam patiebatur, pro amore Chriſti ſibi orabat auferri. Quem vir Dei miſericordia motus mox abſoluit a pœna, dans illi cum benedictione de ſuo calice bibere, mouitq; pauperib. Chriſti omnino nõ eſſe derogandũ, ſed pro viribus eorum neceſſitatibus benigniſſimè cõmunicandum. Sicq; factum eſt vt de patera quia prius nolebat bibere, poſt ea ſe cõfiteretur hauſiſſe ſalutis remediũ. Alcuinus in vita S. VVillibrordi apud Sur.

Ex vita ſancti Ludgeri Monaſterienſis Epiſcopi.

EXEMPLVM LVI.

Horas canonicas cum reuerentia legere ſanctus Ludgerus & verbo docit, & exemplo monaſtrauit.

IMperator karolus Ludgerum ad ſe pro quadam reipublicæ vtilitate euocari fecit. Qui cum ſecundum eiuſdem præceptum veniſſet & iuxta palatium manſionẽ accepiſſet, primo ſtatim mane miſſo ad eum rex cubiculario, ipſum ad ſe venire præcepit. Ea ipſa hora perſoluendis more ſolito curſibus, cum ſuis inſiſtebat. Cũ his expletis ſe venturum nuncio reſpondit, & hoc regi ille retuliſſet, ſecunda quoque vice, & tertia ad eum accendendum miſit. Sed ille diuinum ſacrificium cunctis alijs rebus anteponendum eſſe non ignorans, omnino venire diſtulit donec cęptam pſalmodiam conſummaret. Qua finita, in conſpectu regis dum veniſſet, & cur ad imperium ſuum venire contempſiſſet, interrogaret. Ad hæc ille vultu intrepido, mente conſtantiori. Ego Imperator, inquit, tuum ſemper ita in omnibus præceptum exequendum putaui, vt tamen Deum tibi vtique præferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum omnes norunt, omnes fatentur, hoc mihi præcepiſti quando paſtoralis curæ ſolicitudinem mihi cõmendabas, vt Deo primum ſeruiendum ſcirem. Poſt hæc tuis conſequenter imperijs cognoſcerem eſſe obtemperandum. Hanc tui mandati auctoritatem, hanc iuſtiſſimæ diſcretionis regulam ſecutus, Deum tibi, & cunctis, in terra mortalibus præponendum non ambigno, neque tutũ eſſe credidi quod huic iuſſioni, & perſpicaciſſimæ rationi contrarium eſſet. Ideo non ad regiæ potestatis inhonorationem, & contẽptum (vt maleuoli criminantur) ſed potius propter tuam ſalutem quæ Deo debeam excolere curaui, & ita conſequenter ad tuum expeditior ſeruitiũ veni. Hanc eius reſponſionem rex optimus amplexus. Gratias, inquit, tibi habeo Epiſcopo quia qualem te eſſe credidi ſemper talem te nunc fore experius ſum. Nam aliqui quidem fuerunt qui hoc tuum factum aliter interpretandum & ad meam iniuriam retorquendum putarunt. Sed hoc vtpote tuæ ſanctitatis inuidos minus de inceps gratos habebo, & nullus de cætero contra te accuſationem me auditurum Deo volente repromitto. Tu vt hactenus feciſti Dei ſemper operare voluntatem, & ſimul nobis deuotus, & fidelis pro noſtri imperij ſtatu orare memẽto. Ita inuidia quam aliud ſancto viro apud regem facere parabant, ad eius magis apud regem gratiam & gloriam profecit. lib. 1. c. 32. apud Surium.

EXEMPLVM LVII.

Quantæ cum reuerentia horas canonicas lepi ſanctus Ludgerus voluerit, & quomodo oratione ipſius omnes ſiluę cuiuſdam arbores, vna tantum excepta, corruentes locum & materiam monaſterio conſtruendo præbuerint.

ALiquando dum in itinere eſſet, lectus illi ad vicinum focum conſtruebatur. Vnde dum noctu ſtans iuxta lectum matutinas, laudes cum clericis caneret, eiectis cinere prunis, fumus euaporans in faciem exhalauit. Ille quaſi nihil ſentiẽs immotus mẽte ſtabat & corpore. At vnus ex clericis auferre volens incommodum hoc, curuato genu carbones detexit, & inſufflans ſopitos ſuſcitat ignes. Mane autem vocans clericum ſtrictè ſciſcitatus eſt quare huius mentis fuerit vt ſacris hymnis dimiſſis, ſe potius incuruauit ad conſtruendum focum, & pœnitentiam aliquot dierum illi indicens, docuit clericos dum ad opus diuinum aſſiſtitur, omnes ac currentes cogitationes amouendas quantum humani cordis fugacitas patitur & prout diuina clementia ſuppetit nihil aliud cogitandum, nihil aliud agendum.

Cum vir Sanctus ad locum VVerdena dictum veniſſet, vt ibi monaſterium conſtrueret, videntes hi qui cum eo erant locũ ſiluarum denſitate vndique concluſum, epiſcopum ab intentione reuocare ſtudebant, dicẽtes incredibile videri illũ locum

poſſe

poſſe habitabilem fieri, quo arborum denſitate & ramorum obductione, ipſum quo que cęlum abſcõderetur. At ipſe ſpem ſuã in Domino ponens. Quæ, inquit, hominibus impoſſibilia ſunt, Deo poſſibilia ſunt. Proinde in ipſum ſperemus, in ipſum credamus, qui credenti omnia poſſibilia eſſe promittit Nocte igitur inſecuta dictis matutinis tentorium clam exiuit, & quodam fratre qui eum latenter obſeruabat vidente in oratione ſub quadam arbore ſe proiecit. Erat enim nox luna & ſtellis lucentib. ad modum clara Qui cum diutius oraſſet, & ſe a Deo exauditum per ſpiritum agnouiſſet, tentorium cunctis (vt putabat) ignorantibus repetiuit. Et ecce obſcurata luna, & aëris obductis tempeſtas grauis facta eſt, & venti validi exiterunt. Cumque mane ſurrexiſſent vident ſiluam hinc inde eruta fundando monaſterio locum latiſſimum dediſſe, & arbores paſſim iacentes proęſtificio ſufficientem lignorum copia præbuiſſe. Vnde ſanctus Lugdeus eos perconta i gratulabundus cępit, an adhuc cęlum ex eo loco conſpecturos ſe crederent. Vna tamen arborũ ſub qua ſcilicet vir ſanctus nocte orauerat inconcuſſa permanſit, ſub qua ei cella poſita eſt vbi aliquando cũ quodam clerico Odelgrimo nomine conferens inter alia ſpiritu prophetico ſibi prędixit. Illud te noſſe volo, quod tamen me viuente publicari interdicto, in hoc loco me diem iudicij expectaturum, & vbi nũc ſe Deo monumentum habitu unt. Ita clericus ille arborem quamdiu ibi ſtetit diligenter obſeruauit, ſed cum poſtea in vſum eccleſiæ quæ ad occidẽtalem eius partem cõſtruebatur præciſa fuiſſet lapidem in eodẽ loco nullo alio ſciente pro ſigno infodit, qui poſtea cum ibidem ſancto viro ſepulchrum pararetur inuentus & effoſſus eſt. lib. 1. c. 27. 28. 9.

Legitur de Purificatione B. Mariæ Virg.

EXEMPLVM LVIII.

Purificationes die B. Virgo quendam cæcum illuminauit, qui compoſuit reſponſorium, Gaude Maria, &c.

TEmporib. beati Bonifacij Papæ, qui (vt in Eccleſiaſticis hiſtorijs legitur) a Foca Imperatore precibus eximijs obtinuit, quatenus templum Romuli quod ab antiquis Romanorum græce, Pantheon vocabatur, ſanctæ Dei Eccleſiæ quaſi ad ſupplementum religionis adderet, & in honore beatæ ſemper virginis, ac ſimul omniũ Sanctorum dedicando conſecraret. Facta eſt in vrbe Roma ſeditio inter Iudæos atq; catholicos nõ modica. Impugnabant quippe Iudæi toto veſaniæ impetu fidem incarnationis Chriſti, aſſerentes & vi gnẽ Mariã de ſemine Ioſeph cui deſponſata erat, non de Spiritu ſancto concepiſſe Chriſtũ, & genera ſſe, adijcientes iuxta impiiſſimã hæreſim Græcorum omnib. modis impoſſibile fore vi ginem contra naturam parere poſſe. Cumq; diutius apud Romam hæc altercatio haberetur, & iam Chriſtiani feruentiſſimo fidei zelo prophanos Iudæos nili cito reſipiſcerent, & ad baptiſmi gratiam confugerent, ex vrbe propellere vellent. Erat quidam eiuſdem Romanæ vrbis cluis cœcus natus, ſed tamen chriſtianis literis apprime imbutus. Is namque quodã die eodem chriſtianitatis feruore ſuccenſus, verbo veritatis confligturos aggreſſus eſt Iudæos, & tanta illos conſtantia redarguit, vt pene omnes inuenirentur, victi & vt falſos reſtes decuit eliinguos. Ad vltimũ vero Iudæi ad probra conuerſi & conuitia, ſtomachando valde cępe unt improperare dicentes. Tu cum ſis homo peccator, & in peccatis totus natus, quomodo auſus es fidem Chriſtianorum defendere, & nos ad pugnam lacerare? Nonne liquido pater Chriſtum tuum adeo impotentem eſſe, vt nõ poſſe etiam tibi lumina reformare? Ad hæc cęcus. Expectate, inquit, triduo, & videbitis in me magnalia Dei. Erat autẽ poſt triduum venerãda ſolemnitas Purificationis ſanctæ Mariæ quã Græci, ypoparti vocant, quæ eſt quarto nonas Februarij, & ne celsè e at vt eadem ſacroſancta feſtiuitas apud præfatam Eccleſiam S. Mariæ virginis ab omni clero Romano eodẽ anno celebrari debuiſſet, quæ tantummodo ſingulis annis apud S. Mariam maio è ſit. Quo audito, Iudæi indignatule unt & ſubridẽdo dixe unt. Cerie Chriſtus tuus quem patres noſtri crucifixerunt, non poteſt tibi oculos reddere, qui non potuit ſemetipſum de mortis periculo liberare. Attamen ſi in præſentia noſtra te illuminauerit, pro

certo nos omnes credere habemus in illũ, & tunc liquidè constabit, quod ipse est vere filius Dei, & non sit alius Saluator mundi. Eo autem pacto hoc affirmare placet, vt si quis in Christum non crediderit hoc viso miraculo, omnium rerum suarum proscriptionem patiatur, & iniurijs maximis, vtpote maiestatis reus de vrbe ejiciatur. His dictis recesserunt Iudæi vnusquisq; in sua. Cœcus vero clanculo se perduci fecit ad Dominum suum Bonifacium, & indicauit ei pactum, & conditionem Iudæorum super fide Christianorum. Quibus Papa auditis, plus solito lætus efficitur, atque sub eodem momento omnibus mandauit Iudæis, quatenus sine dubio præfatæ solemnitati vnanimiter occurrerent. Aduenit autẽ festiuitas illa magna, totusque Romanorũ clerus apud præfatam ecclesiam ex more peruigiles celebraturus excubias congregatus est, similiter Iudæorum conuentus non modicus habebatur immixtus. Ductus est autem cœcus ille in medium plenus fide, & spiritu sapientiæ nihil hæsitans de propositis. Dumque ab omnib. fidelibus nocturni ibidem canerentur hymni, & iam octaua lectio recitata fuisset, cœcus ante altare Matris Domini perduci se rogauit, ibidémq; baculo sustentatus canere cœpit quoddam respõsorium, videlicet, Gaude Maria, quod sibi ante biduum (quia musicæ artis gnarus fuerat) compoſuerat in quo tam viuaciter Iudæorum errorem confutauit, vt sub oculis omnium qui aderant completo versu eiusdẽ responsorij, vera lux qui est Christus genitricis suæ interuentu (cuius virginitatis integritas eodem cantu defensa est) lumen eis oculorum clarissimum reddidit, qui eius mentem primitus fide catholica illuminauit. Quo viso cunctis miraculo ab omnibus Christianis, illico, Gloria in excelsis Deo canitur, & exultatio spiritualis habetur. Iudæi vero ad quingentos viros statim ad baptismi conuolarunt gratiam, reliqui fuga lapsi in vrbe Roma visi vltra non sunt vnde placuit sanctæ Romanæ ecclesiæ, vt idem responsorium in eadem festiuitate octauum locum perpetualiter obtinere debuisset, quatenus memorabile miraculum fidelium cordibus omni tempore ad laudem Christi feruentius semper inhærere potuisset Ipso præstante qui regnat in secula seculorum. Amen.

Thomas de Cantiprato in Appendice exẽplorum 2. libri breuiter id tangit Pelbartus lib. 3. par. 1. art. 2. cap. 3. Stellarij asserit hoc miraculum se reperisse in Bibliotheca Budensi.

EXEMPLVM LIX.

De altero miraculo circa idem responsorium.

COntigit post multa tempora circa hoc idem responsorium, Gaude Maria aliud quoddam mirabile miraculum. Nam habitabat in confinio cuiusdam capellulæ Iudæus quidam Incarnationis Dominicę (sed præcipue) sicut & sunt omnes Iudæi virginitatis Mariæ extremus inimicus. Erat autem eodem tempore in eodem parochia scholaris quidam eidem virgini valde deuotus, qui ad honorem Dei genitricis (sed præcipue in confusionem & opprobrium illius improbi Iudæi) integritatem virginis nequiter impugnantis hoc duxit in consuetudinem, vt inter cætera deuotionis exercitia (quibus eam venerabatur) singulis diebus in capellam illam ingressus coram ipsius imagine hoc responsorium flexis genibus decantaret deuote. Audiebat hoc Iudæus quotidie, & quoniam clericus erat, verba intelligens in sui derisum composita, ingenti tabescebat inuidia. Stridensque in illum dentibus suis obseruabat, si quando solum illum posset inuenire, quatenus hoc suum opprobrium ipsius occisione terminaret. Et ecce die quadam iuuenem hunc ingressum capellulam Iudæus persecutus est, & solum illum considerans. Nunc, inquit, tantæ tuæ insolentiæ, mihique diu iniurię exhibitæ finem imponam. Arripiensque iuuenem discidit in fusta, sicque per singula membra discisum sub ipsius capellæ gradibus sepeliuit, sed virgo beata (quæ misericordiæ suę officium in gratis atque peccatoribus exhibere consueuit) huic fideli suo famulo, & martyri in tribulatione non defuit, sed corpus pro sibi impenso obsequio in frusta discisum recolligens, rursum misericorditer viuificauit, præcepitque iam viuo, vt solitum obsequium exhiberet ei tanto deuotius, quanto pro exhibito famulatu copiosius

ſius ſe ſenſiſſet adiutum. Mox iuuenis ad altare redijt, & idem reſpõſorium ſolito multo deuotius decantauit. Cum autem ad verba illa peruenisſet. Erubeſcat Iudæus infœlix cum multa cordis fiducia ſecundum altitudinem notarum vocem altius plus ſolito eleuabat, vt ſcilicet altitudine vocis exprimeret magnitudinem gratiarum actionis, & Iudęus qui ad delendum. Mariæ obſequium, & in ſuæ inuidię remedium eum occiderat, audiens rurſum canẽtem quem credebat occiſum amplius veretur, quod & factum eſt. Nam Iudęus audiens illum canentem alium quendam hunc eſſe ſuſpicatus. Veruntamen venit vt videret, atque ſi alius eſſet, rurſus illum occideret Sed videt & ſtupet, quia quem ipſe ſe ſciebat ſepeliſſe, iam reſurrexiſſe videbat, atque ideo ſe fruſtra tantum facinus commiſiſſe. Tunc iuuenis ne tam glorioſum miraculum ſuo ſilentio cœlaretur, vadens ad paſtorem parochianum, ſingula illi per ordinem enarrauit, oſtendens eidem cicatrices tanquam ſigna quędam in ſingulis inciſionum locis pro confirmatione miraculi derelicta. Paſtor autem pro mirabili hoc diuulgando miraculo populum conuocauit, eiſque de Dei genitricis miſericordia egregium ſermonem fecit. Pro cuius confirmatione ſermonis iuuenem produxit in medium, & quid circa eum contigiſſet per ſingula patefecit. Quod omnis plebs, vt vidit dedit gloriam Deo, & laudem glorioſę virgini Matri eius, quæ ſibi deuotos in ſui tribulatione non deſerit. Verum cum iudici ciuitatis hoc idem eſſet recitatum miraculum comprehendens Iudæum pro commiſſo latrocinio condemnauit in mortem.

Sed Iudæus Chriſtianum ſe fieri toto corde deſiderauit, & ſic viam obtinens eius virginitatem ſtuduit conatu toto defendere, quam noſcebatur prius impiè, & pertinaciter impugnaſſe. Idem Thomas de Cantipatro in Appendice ſupradicta breuiter ſimile refert & Pelbartus in Stellario lib. 12. par. vltima cap. 1.

Legitur in hiſtoria Annunciationis Beatę Virginis.

EXEMPLVM LX.

Beata Maria militem quotidie dicentem Aue Maria a ſeruo doloſo dęmona quatuordecim annis cuſtodiuit.

QVidam miles quoddam in via communi habebat caſtrum, & omnes tranſeuntes ſine miſeratione aliqua ſpoliabat, virginem tamen Mariam quotidie ſalutabat, nec pro aliquo impedimento emergenti ab ipſa ſalutatione aliqua die ceſſare volebat. Accidit autem vt quidam religioſus vir ſanctus inde tranſitum faceret & ipſum prędictus miles continuo expoliari iuberet.

Vir autem ſanctus rogauit prædones, vt ipſum ad Dominum ſuum deducant, quia ad ipſum haberet ſecreta, quæ perferret. Adductus autem rogauit militem, vt omnes de familia ſua, & caſtro congregari faceret, vt eis verbum Domini prædicaret. Cum autem congregati fuiſſent, ille ait. Nequaquam hic omnes eſtis, ſed aliquis adhuc deeſt. Cui cum ſe omnes adeſſe aſſererent, aiebat Diligenter perquirite, & aliquem inuenietis abeſſe. Tunc vnus exclamãs dixit, quoniam ſolus camerarius illuc non veniſſet. Ille autem dixit. Vere ipſe eſt qui ſolus deeſt. Pro eo ergo cito mittitur, & in medium deducitur. Cum autem virũ Dei vidiſſet, reuolutis terribiliter oculis caput inſtar inſani agitabat, nec propius accedere audebat. Vir autẽ ſanctus dixit ei Adiuro te per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt quis ſis nobis ediſſeras, & quam ob cauſam huc veneris palam pandas. Cui ille reſpondit. Heu adiuratus prodere cogor inuitus. Ego enim non ſum homo, ſed dęmon qui formã hominis accepi, & xiiij. annis cum hoc milite hic permanſi. Nam princeps noſter me huc miſit, vt die qua ipſe ſuę Mariæ ſalutationem non diceret diligentius obſeruarem, & in eum poteſtate accepta ipſum continuo ſtrangularem, & ſic in malis operibus vitam finiẽdo noſter eſſet. Quacunque enim die ille ſalutationem dicebat, in ipſum poteſtatem habere non poteram. Ecce autem de die in diem diligentius obſeruaui, & nullum diẽ cum

eam ſalutauerit præterijt miſit. Hæc miles audiens vehementer obſtupuit, & ad pedes viri Dei ſe proijciens veniam poſtulauit, & in melius deinceps vita mutauit. Vir autem ſanctus dixit dæmoni. Præcipio tibi dęmõ in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt hinc ſtatim abſcedas, & talem hactenus locum poſſideas, vbi nulli gloriolam Dei genitricem inuocanti nocere præſumas. Hæc vbi iuſſa dedit, dæmon abſcedẽs euanuit. Iacobus de Voragine in feſto Annunciationis B. Virginis.

Legitur in Legenda Aſſumptionis Beatæ Virginis.

EXEMPLVM LXI.

Beata Maria ſibi deuotam fœminam militis depauperati, ſed per diabolum ditati, vxorem a malitia diaboli prętermauit.

MIles quidam potens valde, ac diues dum omnia ſua bona indiſcreta liberalitate diſpergeret ad tantam inopiam deuenit, vt qui conſueuerat magna tribuere, iam inciperet minimis indigere. Habebat autem vxorem pudiciſſimam & beatæ Mariæ valde deuotam. Appropinquante autem quadam ſolemnitate, in qua prædictus miles multa donaria conſueuerat elargiri, cum iam quid tribueret non haberet, nimia confuſione, & verecundia ductus, quouſque prędicta ſolemnitas tranſiſſet deſertum locum mœroris ab amicis expetijt, vt fortunæ ſuæ incommoda plangeret, & verecundiam euitaret. Et ecce ſubito quidam equus valde terribilis terribiliorẽ habens ſeſſorem, ad eum acceſſit. Cuius aſſeſſor eum alloquitur, & cauſam tantæ ſuæ triſtitiæ ſciſcitatur. Cui cum omnia quæ ſibi contigerant per ordinem enarraſſet, ille ait. Si mihi in modico obtemperare volueris magis, quam antea gloria, & diuitijs abundabis. Spondet ille principi tenebrarum ſe quicquid iuſſerit libenter facturum, dummodo ipſe ſibi impleat, quod promittit. Et ille; Ecce pergens in domum tuam, & in tali loco requiras, & ibidem tot auri & argenti pondera, & tot lapides pretioſos inuenies.

Mihi autẽ hoc facias, vt in tali die vxorem tuam huc ad me adducas. Sub tali promiſſione miles ad domum reuertitur, & in loco de quo ſibi dixerat quęrens omnia reperit qua ſibi prædixerat. Quæ inueniens mox emit palatia, largitur dona, redimit fundos, comparat ſeruos. Appropinquante vero die ſtatuta vxorem ſuam vocauit, & dixit. Equum conſcende, quia aliquo lõgius mecum pergere te oportet. At illa tremens & pauens, & viri imperio contradicere non præſumens beatæ Mariæ ſe deuotè commendauit, & poſt virum abire cœpit. Cum autem longius proceſſiſſent, & in via quandam Eccleſiam inueniſſent, illa de equo deſcendens eccleſiam intrauit vero exterius expectante.

Dum verò beatæ Marię ſe deuote commendaret, illa ſubito obdormiuit, & virgo glorioſa prædictæ matronæ in habitu, & qualitate per omnia ſimilis de altari proceſſit, & foras exiens equum conſcendit, matrona illa in eccleſia dormiente, & remanente. Vir autem ſuam vxorem eſſe arbitrans, profectus eſt.

Cum autem ad locum ſtatutum veniſſet, ecce princeps tenebrarum cum impetu nimio veniebat, & ad locum feſtinabat ſed cum appropinquaſſet, ſtatim ille infremuit, & tremens ac pauens accedere non præſumpſit, dixitque militi. Infideliſſime hominum, cur mihi taliter illuſiſti, & pro tantis beneficijs mihi talia contuliſti? Ego enim tibi dixeram, vt ad me adduceres tuam coniugem, & tu mihi adduxiſti Domini genitricem, nolebam vxorem tuam, & adduxiſti mihi Mariam? Nam cum uxor tua mihi multas inferat iniurias, de ea volebam expetere vltionem. Et tu ad me iſtã adduxiſti, vt me torqueat, & in infernum mittat? Audiens hæc vir uehementer ſtupebat, & præ timore admiratione nimia loqui non poterat. Sancta autem Maria dixit. Qua temeritate nequam ſpiritus deotæ meę nocere pręſumpſiſti? Non hoc tibi impune cedet, & nunc te hac plecto ſententia, vt in infernum deſcendas, & alicui me cum deuotione inuocanti nocere de cętero non præſumas. Ille autem cum multo eiulatu receſſit, & uir de equo exiliẽs ſe ad pedes eius proſtrauit. Quẽ uirgo increpans ad ſuã uxorẽ quæ adhuc in eccleſia dormiebat iubet redire, & omnes diuinas dęmonis abijcere. Rediens ergo cum adhuc uxorem ſuam dormientẽ inueniret eam excitauit, & ſibi

ſibi quæ acciderant enarrauit. Cum autem domum redijſſent, & omnes dæmonis diuitias abiecijſſent, in laude virginis deuotiſſimè permanſerunt & multas poſtmodum diuitias ipſa largiente virgine receperunt. Idem Iacobus de Voragine Archiepiſcopo Genuenſis in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ.

Legitur in hiſtoria de Natiuitate Beatæ Mariæ Virginis.

EXEMPLVM LXII.

Beatæ Mariæ filium viduæ, quæ ſibi puerũ Ieſum pia ſimplicitate ex vulnus abſtulerat, & obſidis loco ciſtæ incluſerat, a vinculis abſoluit, & matri reſtituit.

QVædam mulier ſolatio viri ſui deſtituta, vnicum filium habebat quem tenerrimè diligebat. Quadam autem vice filius eius ab inimicis capitur, & in cuſtodia vinculatur. Quod illa audiens inconſolabiliter flebat, & beatam virginem (cui multum deuota erat) pro liberatione filij importunis precibus exorabat. Tandem videns quia ſic nihil proficeret, eccleſiam in qua erat ſculpta imago beatæ Mariæ virginis ſola intrauit, & coram imagine ſtans, ipſam ſic alloquitur dicens. Virgo Beata pro liberatione filij mei te ſæpe rogaui, & adhuc nequaquam matri miſeræ ſubueniſti? Tuum pro filio meo imploro patrocinium, & adhuc nullum ſentio fructum. Igitur ſicut filius meus mihi ablatus eſt, ſic & ego filium tuum tibi auferam, & obſidem pro filio meo in cuſtodia ponam. Et hæc dicens proprius acceſſit, & imaginem pueri quam virgo baiulabat auferens domum abijt. Accipienſque imaginem pueri ipſam in linteo puriſſimo inuoluit, & in arcam recondens ipſam cum claue diligentius obſirmauit, bonum obſidem pro filio ſuo habere ſe gaudens, & ipſum diligenter cuſtodiens. Et ecce ſequenti nocte beata virgo iuueni apparuit, & ianuam carceris aperiens inde vt exeat præcepit, eique dixit, Matri tuæ fili dices, vt meum mihi reddat filium, ex quo reddidi ſibi ſuum. Qui exiens ad matrem venit & qualiter virgo beata eum liberauerit enarrauit. Illa autẽ plurimum exultans imaginem pueri accepit, & ad eccleſiam vadens beatæ M. reddidit dicens. Gratias vobis Domina refero quia mihi meum vnicum filium reddidiſtis, & nunc vobis filium veſtrum reddo, quia mecum me recepiſſe profiteor. Idem Iacobus in feſto Natiuitatis B. M. V.

Legitur in hiſtoria de omnibus Sanctis.

EXEMPLVM LXIII.

Feſta ſua deuotè celebrantibus ſancti grate magnas referre niſi ſunt, & animæ purgatorij auxilium mendicare vitæ ſunt, & commemoratio defunctorum fieri iubetur.

CVm in die omnium Sanctorum Eccleſiæ ſancti Petri cuſtos ex deuotione omnia altaria circuiſſet, & omniũ ſanctorum ſuffragia implorauiſſet, & demum ad altare ſancti Petri rediſſet, ibi paululum conquieſcens extra ſe rapitur. Et ecce vidit regem regum in ſolio ſublimi conſiſtentem, & omnes Angelos in eius circuitu commorantes. Tunc virgo virginum in diademate præfulgenti aduenit, quam innumerabilis multitudo virginum & continentium ſequebatur. Huic rex protinus aſſurrexit, & poſito ſolio iuxta ſe ſedere fecit. Poſt hoc aduenit quidam veſtitus pallis eorum, quæ ſequebatur multitudo venerabilium ſeniorum. Deinde aduenit aliquis pontificali habitu decoratus, quem aliquorum cohors in habitu conſimili ſequebatur. Poſtea verò proceſſit innumerabilis militiæ multitudo. Poſt quos aduenit turba diuerſarum gentium infinita. Omnes igitur ante regis ſolium aduenerunt & ipſum flexis genibus adorauerunt. Is autem qui in pontificali habitu erat, matutinas cæteris proſequentibus inchoauit. Angelus autem qui prædictum cuſtodem ducebat, eidem viſionem expoſuit, aſſerẽs virginem in prima acie Matrem Dei eſſe. Veſtitum de pilis camelorum Ioãnem Baptiſtam cum Patriarchis pariter, & Prophetis. Pontificali ornatum habitu Petrum cum cæteris Apoſtolis, Milites, Martyres. Turbam reliquam Confeſſores. Qui ideo omnes ante regem uenerunt, vt pro honore ſibi hac die a mortalibus exhibito gratias agerent, & pro orbe vniuerſo orarent.

rent. Deinde ad locum alium ipſum duxit, & vtrumque ſexus homines alios in ſtatis aureis, alios in menſis gaudentes diuerſis delitijs, alios nudos, & inopes auxilium mendicantes oſtendit. Dixit autem hunc purgatorij locum eſſe. Abundantes vero animas illas eſſe quibus ab amicis per multa ſuffragia copioſe ſubueniebatur. Egentes vero eſſe, quorum cura nullatenus habebatur. Iuſſit ergo vt omnia iſta ſummo pontifici intimaret, ut poſt feſtum omnium Sanctorum diem ſtatueret animarum, vt ſaltem generalia ſuffragia pro illis illa die fierent qui ſpecialia habere nequirent. Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis in feſto omnium SS. & Petrus de Natalib. lib. 10. c. 1.

Legitur in hiſtoria de commemoratione Animarum.

EXEMPLVM LXIV.

Purgatorium ſuum anima cuiuſdã in glacie ſuſtinuit, quæ a B. Theobaldo triginta miſſis continuis, quas dæmon minè conatus eſt impedire, liberata eſt.

LEgitur quod quidam piſcatores ſancti Theobaldi in Autumno fructum magnum glaciei propiſce prendiderunt, de quo magis quam de piſce gauiſi ſunt, maximè quia epiſcopus dolore pedum laborabat ipſam glaciem eius pedibus ſuppoſuerunt, & magnum ei refrigerium præſtabat. Quadam verò vice de glacie hominis vocem audiuit. Qui ab epiſcopo adiuratus quis eſſet, dixit. Sum quædam animæ quæ in hoc gelicido pro peccatis meis affligor, & liberari poſſem ſi xxx. miſſas ſine intercallo triginta diebus continuis diceres. Qui cum miſſarum medietatem dixiſſet, & ſe iam ad miſſam aliam præparaſſet, diabolica ſuggeſtione contigit quod fere omnes homines illius ciuitatis inter ſe bella mouerent. Vnde vocatus epiſcopus ad ſedandam diſcordiam, ſacras deponens veſtes, miſſam illa die intermiſit. Iterum reincipiens & duas partes complens, exercitus magnus (vt dicebatur) ciuitatem illã obſedit, & compulſus miſſæ officium intermiſit. Deinde reinceps cum omnes vltima excepta dixiſſet, & ultimam inchoare uellet, tota villa & domus epiſcopi accenſa eſt. Cui cum ſerui dicerent, vt miſſã intermitteret, ille dixit. Etſi tota villa cremari deberet, miſſam non dimittere. Quæ celebrata glacies protinus reſoluta eſt, & ignem quem ſe vidiſſe credebant tanquam phantaſma receſſit & nullum damnum intulit. Iacob. de Voragine Archiepiſcopus Genuenſis, & Petrus de Natalib. lib. 10 c. 8. in die Commemorationes animarum.

EXEMPLVM LXV.

Conuertitur magiſter Sylo viſa pœna diſcipuli ſui ſtudio vano, & ſyllogiſtico nimis intenti.

MAgiſter Silo quendam ſuum ſcholarem ægrotantem obnoxè rogauit, vt poſt mortem ad ſe rediret, & ſtatum ſuũ ſibi renunciaret. Poſt aliquot igitur dies ſibi apparuit cum capa de pergameno toto de ſophiſmatibus deſcripta, & intus flamma ignis tota contecta. Qui requiſitus a magiſtro quiſnam eſſet, ait: Ille vtique ſum qui ad te redire promiſi. Qui de ſtatu ſuo requiſitus, ait. Hæc capa plus ſuper me ponderat, & plus me premit, quam ſi vnam turrim ſupra me haberem. Et eſt mihi data, vt eam portem pro gloria quam in ſophiſmatibus habui. Porro flamma ignis qua cooperta eſt, pelles ſunt delicatæ, & variæ quas ferebam, quæ flamma me cruciat & exurit. Sed num magiſter illam pœnam facilem iudicaret, dixit eidem defuncto, vt manum extenderet, & ſic facilitatem ſuæ pœnæ ſentire poſſet. Cumque manum extendiſſet, ille gutam vnam ſui ſudoris dimiſit, quæ prædicti magiſtri manum ſagitta citius perforauit, ita quod cruciatum mirabilem ſenſit. Et ait. Talis totus eſt ignis. Ille igitur magiſter ex illius pœnæ acerbitate perterritus, ſæculum deliberauit deſerere, & religionem intrare. Vnde mane ſcholaribus congregati, hos verſus compoſuit. Linquo coaxtanis, cras coruis, vanaque vanis. Ad logicam pergo quæ mortis non timet ergo. Et ſic ſæculum deſerens ad religionem confugit Petrus Cantor Pariſienſis, & ex eodem Iacob. de Voragine, & Petrus de Natalib. ibid.

EXEM-

EXEMPLVM LXVI.

Miſſa celebrata pro quodam fodiente argentum ipſum multo tempore oppreſſum ſub rupe præſeruauit in vita.

CVm quidam in quadam rupe argentum foderetur ſubitò rupes cecidit, & funditus cunctos extinxit. Vnus autem eorum ſubtus in quodam ſinu ipſius rupis mortem euaſit, inde tamen exire non valuit. Vxor autem illius defunctum æſtimàs omni die pro ipſo miſſam celebrari fecit, & panem vnum, & vrceum vini cum candela quotidie offerebat. Cui diabolus inuidens per tres dies continuos eidem in forma humana apparuit, & quo tenderet requiſiuit. Cui cum illa ſui itineris cauſam exponeret, ille aiebat. Noli fruſtra vexari, quia iam miſſa celebrata eſt, Et ſic illa tribus diebus miſſam intermiſit, nec miſſam celebrari fecit. Quidam autem poſt hæc in prædicta rupe argentum fodiens, quandã vocem audiuit de ſubter dicentem, planè percutias, quia capiti meo imminet magnus lapis. Cum autem ille tremeret, & ad hanc vocem audiendam plurimos conuocaſſet, iterum fodit, & ſimilem vocem audiuit. Tunc omnes propius accedentes dixerunt. Quis es tu? Qui reſpondens dixit. Plane percutiatis, quia magnus lapis quaſi ſuper me cadit. Qui a latere fodientes, & ad eum vſque peruenientes eum ſanum, & incolumen extraxerunt, Et ſciſcitantes quo modo ibi tamdiu vixiſſet, dixit quod qualibet die panis vnus & vrceus vini cum candela accenſa, niſi tantum in tribus diebus ſibi oblatus fuit. Quod vxor eius audiens & vehementer exultans agnouit, quod de oblatione ſua fuerat ſuſtentatus, & quod diabolus eam deceperat nè illis tribus diebus miſſam cantari faceret.

Idem Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis in die commemoratio nis omnium animarũ.

Simile habet Petrus Cluniacenſis lib 2. miraculorum. c. 2.

EXEMPLVM LXVII.

Defunctis non detrahendum, ſed eis potius ſubueniendum, & plus valent eis orationes iuſtorum quam impiorum.

DVm quidam miles in lecto cum vxore ſua eſſet, & luna valde lucens per rimas intraret, mirabatur quomodo homo rationalis creatori non pareret, cũ eidem creaturæ irrationales parerent. Et dum cuidam militi defuncto qui ſibi fuerat familiaris detraheret, ſubitò ille qui mortuus fuerat thalamum introiuit, dixitque illi. Amice, noli malè ſuſpicari de aliquo, & condona mihi ſi quid in te peccaui. Cumque ſuper ſtatu ſuo interrogaretur dixit. Varijs pœnis affligor, præcipuè quia tale cœmiterium violauit, & ibi quendam vulnerans eum capa ſua expoliaui, quæ mihi ſuperponitur, & vno monte magis me premit. Rogauitque vt pro ſe orationes fieri faceret. Cum autem ille ſibi diceret, an vellet quod a tali, & tali ſacerdote ipſas orationes faceret fieri, ille ad hoc nihil reſpondens caput more renuentis concuſſit. Deinde dixit ſi vellet quod talis eremita pro ſe oraret. Cui ille: Vtinam ille pro me oraret. Quod cum ſe facturum promitteret, ait ille. Et ego dico tibi, quod ab hac die vſque ad duos annos tu etiam morieris. Sic ille diſparuit, & miles vita ſua in melius mutata in Domino obdormiuit. Idem Iacobus Genuenſis ibidem.

EXEMPLVM LXVIII.

Beata Maria clericum horas ſuas dicere ſolitum dignanter viſitauit, & a carnalibus nuptijs reuocans, in caſtitate ſeruauit, & feſtum ſuæ Conceptionis eum celebrare docuit.

TEmporibus Caroli Regis Francorum clericus quidam ordine leuita Hungariæ Regis germanus, Dei genitricem toto corde diligens, eius horas ſolitus cantare parentum cõſilio nubere volens, cũ quadã puella valde pulchra contraxit, accepta autem a presbytero nuptiali benedictione die quodam miſſa celebrata, recordatus quod beatę Marię virginis horas, iuxta morem ſuum nõ cantauerat illa die om-

omnes ab eccleſia exire coegit ſponſam domum mittens, ipſe ſolus iuxta altare remanſit. Cumque ſolus Dominicæ matris horas decantaret, & Antiphonam, Pulchra es & decora filia Hieruſalem diceret, ſubitò apparuit ei Domina & perpetua Dei genitrix virgo Maria cum duobus Angelis dextram & leuam eius tenentibus dicens. Si ergo pulchra ſum, & decora, quid eſt quod me dimittis & ſponſam aliam accipis? Nõne ego pulchrior ſum illa? Nonne ego optima, formoſa? Vidiſti ne tam pulchram? Cui ille: Domina mea (inquit) claritas tua omnem mundi pulchritudinem excellit. Tu es ſuper choros Angelorum eleuata, tu es ſuper cœlos cęlorum exaltata. Quid ergo vis vt ipſe faciam? At illa: Si ſponſam carnalẽ cui adhærere vis amore mei dimiſeris, me ſponſam in cœleſti regno habebis. Et ſi cõceptionis meę feſtum annuatim ſexto Idus Decembris ſolemniter celebraueris, & prædicandum prædicaueris, mecum in regno vnigeniti mei laureatus eris. His itaque dictis: Domina noſtra ab oculis eius diſparuit. Clericus verò domum redire renuens, abſque parentum conſilio illico ad abbatiam quandam extra patriam profectus, monachali habitu decoratur. Et poſt exiguum temporis meritis beatæ Mariæ virginis (quæ diligentes ſe ſemper decorat & beatificat) vitam beatam finiuit in hoc exilio & æternam accepit in ſæculo futuro. Sed prius tamen Aquileiæ Patriarcha factus, feſtum Conceptionis eiuſdem die prædicto quamdiu vixit propriis octauis celebrauit & celebrandum cunctis prædicauit. Attendant hoc omnes virgines qui amore beatæ virginis coniugio ſponte ſe fraudant, quantam mercedem precibus beatæ Mariæ virginis in cęlo ſunt recepturi. Idem in fine hiſtoriæ ex epiſtola 9. Anſelmi de Conceptione B. Mariæ.

De viſitatione glorioſæ Virginis Mariæ.

EXEMPLVM LXIX.

Beata virgo Maria deuoto clerico pulchritudinem ſuam oſtendit.

CLericus quidam beatæ Mariæ deuotiſſimus crebris eam precibus fideliter exorabat, vt ſibi ſuam pulchritudinem oſtendere dignaretur, quę in ſcripturis ſacris ſępius commendatur, vt eſt illud Cãt. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, &c. Item Cant. 7. Quam pulchra es, & quam decora chariſſima in deliciis tuis &c. Cuius piæ petitioni mater miſericordię annuens, per Angelum ei mãdauit, quod tali hora ſibi appareret, ſed tamen ſciret inconueniens & indignum eſſe oculis quibus eam videret, poſtea terrenũ aliquid cernere. Cum autem reſponderet clericus ſe non curare ſi poſt eius viſionem fieret cęcus, tamen Angelo diſparente cępit anxie, quia ſi viſum penitus amitteret cum mendicare de cętero oporteret. Excogitauit ergo conſilium vno oculo clauſo alterum tantum ad eam videndam aperire. Apparente autem ſibi beata Virgine tempore aſſignato, ineſtimabilem claritatem & pulchritudinem vidit, & cupiens plenius eam videre etiam oculum quem tenuerat clauſum aperuit, ſed viſio tunc repente diſparuit. Cum ergo oculo quo eam viderat eſſe orbatus, altero ſaluo manente, ipſe lachrymans eo quod oculo pepercíſſet ſe cępit vehementer arguere dicens: Vnã totus fuiſſem oculos, vt eam vidiſſem plenius. Cum autem denuò Dominam noſtram inſtantiſſime exoraret, vt ſe adhuc ſemel ei oſtenderet, quia propterea etiam reſiduum oculum libenter amitteret, iterato pijſſima virgo Maria ei apparuit, & ſua viſione ineſtabiliter conſolata, & reſiduum oculum ſibi ſeruauit, & prius amiſſum reſtituit.

Ioannes Herolt in Promptuario miraculorum B. Virginis exemplo 79.

EXEMPLVM LXX.

Conſuetus in luxuria ſenex Nicolaus quanta difficultate emendatus ſit.

LEgitur in vita ſancti Andreæ quod quidam ſenex nomine Nicolaus adijt Apoſtolum dicens Domine, ecce iam lxx. anni ſunt vitæ meę, in quibus ſemper luxurię deſeruiui. Accepi autem aliquando Euangelium orans Dominum, vt mihi a modo continentiam largiatur. Sed in ipſo peccato inueteratus, & a mala concupiſcentia illectus, ſtatim ad opus ſolitum

reuer-

Digitized by Google

uertebar. Quadam igitur vice concupiſcentia inflammatus, oblitus euangelium quod ſuper me poſueram, ad lupanar iui. Statimque meretrix dixit mihi. Egredere ſenex, egredere quia Angelus Dei es tu, nè me contingas, neque huc accedere præſumas, video enim ſuper te mirabilia. Stupefactus ad verba meretricis, recolui quod mecum euangelium detuliſſem. Nunc igitur ſancte Dei pro ſalute mea tua pia oratio intercedat. Audiès hoc beatus Andreas flere cœpit, & à tertia vſque ad horam nonam orauit, & ſtans noluit comedere, ſed ait. Non comedam donec ſciam ſi Dominus miſerebitur huius ſenis. Cumque diebus quinque ieiunaſſet venit vox ad Andream dicens. Obtines Andrea pro ſene, ſed ſicut ieiunijs maceratti te, ſic & ipſe te affligas ieiunijs vt ſaluetur. Sicque fecit, & ſex menſibus in pane & aqua ieiunauit, & poſtmodum plenus bonis operibus in pace quieuit. Venit igitur vox ad Andream dicens: Per orationem tuam Nicolaum quem perdideram acquiſiui.
Abdias lib. 3. hiſt. Apoſt.

EXEMPLVM LXXI.

Luxuria inſtigata mater proprium filium ſibi conſentire nolẽtem in mortem præcipitare conatur.

QVidam iuuenis ſecretè ſancto Andreæ dixit: Mater mea pulchrum me uidens de opere illicito me attentauit. Cui cum nullatenus aſſentirem iudicem adijt, volens in me crimen tantæ nequitiæ retorquere, ſed ora pro me nè moriar tam iniuſtè. Nam accuſatus penitus reticebo malens vitam perdere, quam matrem tam turpiter infamare. Iuuenis igitur vocatur ad iudicium, & illico eum Andreas proſequitur.

Accuſat mater inſtanter filium, quod ſe voluerit violare. Interrogatus pluries iuuenis, an res taliter ſe haberet, nihil penitus reſpondebat. Tunc Andreas matri dixit. Crudeliſſima fœminarum, quæ per tuã libidinem filium vnicum tuum vis perire. Tũc mulier præpoſito dixit, Domine huic homini filius meus adhæſit poſtquam hęc agere voluit. Iratus itaque iudex iuſſit puerum in ſaccum linitum pice, & bitumine mitti, & in flumine proijcit. Andreã autẽ in carcere reſeruari, donec excogitaret ſupplicium quo periret. Sed orante Andrea tonitru horribile omnes terruit, & terræ motus ingens cunctos proſtrauit, & mulier a fulmine percuſſa & arefacta corruit. Orantibus autem cæteris Apoſtolum nè perirent, orauit pro eis, & omnia ceſſauerunt. Tunc Præpoſitus credidit, & domus eius tota. Vincentius in Specul. hiſt. lib. 9. c. 67.

EXEMPLVM LXXII.

Fœminæ formam diabolus inducit, & Epiſcopum beato Andreæ deuotum ad lapſum præcipitare conatur, ſed auxilio patroni ſui in peregrini ſpecie apparentis Epiſcopus liberatur.

EPiſcopus quidam religioſam vitam agens beatũ Andream inter cęteros & ſupra ſanctos cæteros in veneratione habebat ita quod in cunctis ſuis operibus hunc ſemper titulum præponebat, ad honorem Dei, & beati Andreæ. Inuidens igitur viro ſancto hoſtis antiquus ad eum decipiendum tota calliditate ſe contulit, ſeque in formam pulcherrimæ mulieris transformauit. Venit igitur ad Palatium Epiſcopi, afferens ſe velle confiteri eidem. Mandat Epiſcopus vt ſuo pœnitentiario confiteatur, cui plenitudinem tradiderat poteſtatis. Renunciat illa, quod nulli hominum niſi ſibi ſecreta ſuæ conſcientiæ reuelabit. Sicque victus Epiſcopus eam ad ſe venire præcepit. Cui illa. Obſecro Domine miſerere mei

Ego enim in annis puellarib. (vt cernitis) conſtituta, & à pueritia delicatè enutrita, nec nõ & regia ſtirpe progenita huc in peregrino habitu ſola veni Nã pater meus rex vtiq; valdè potẽs cuidam magno principi me volebat in coniugium ſociare. Cui reſpondi, quod omnem thorum abominarer mariralem, quia virginitatẽ meã Chriſto dedicaui in perpetuum, & ideo nunquam poſſem in carnalem copulam cõſentire. Denique ſic arctata, quod oportebat me, aut eius voluntati duriſſimæ obedire, aut certè diuerſa ſubire ſupplicia, latenter fugam inij magis eligens exulare, quam ſponſo meo fidem infringere. Audiens verò veſtræ ſanctitatis præconiũ, ſub alas veſtrę

ſtiæ protectionis confugi, ſperàs me apud vos reperire locum quietis, vbi poſſim cõtemplationis carpere ſecreta ſilentia, præſentiſque vitæ vitare naufragia, & perturbationes mundi perſtrepentis fugere. Admirans in ea Epiſcopus nobilitatem generis, pulchritudinem corporis, tam immenſum feruorem, & tantæ eloquentiæ venuſtatem, placida & benigna uoce reſpõdit. Eſto ſecura, ò filia, nec formides, quia ille ob cuius amorem te, & tuos, & tua tam viriliter contempſiſti, tibi ob hoc, & in præſenti cumulum gratiç, & in futuro plenitudinem gloriæ largietur. Sed & ego ſeruus me & mea tibi offero, eligaſque tibi vbi placuerit manſionem, volo autem vt mecum hodie prandere debeas. Cui illla: Noli, inquit pater, noli de hac re me rogare, nè fortè ex hoc aliqua ſuſpitionis cauſa proueniat, & mitor famç veſtrç denigrationem aliquam patiatur. Ad quam Epiſcopus dixit. Plures erimus & non ſoli, & ideò nullis malæ ſuſpitionis ſcrupulus in aliquo poterit generari, Venientes itaque ad mẽſam, Epiſcopus & illa ex oppoſito conſederunt, cæteris reſidentibus hinc & inde. Intendit in eam Epiſcopus crebò eiuſque faciem intueri non deſinit, & pulchritudinem admirari. Sicque dum oculus figitur, animus ſauciatur, & dum eius faciem non deſinit intueri, antiquus hoſtis cor eius graui iaculo vulnerauit. Perpendit ipſe diabolus hoc & pulchritudinem ſuam cœpit magis ac magis augere. Iamque Epiſcopus proximus erat conſenſui vt eam de illicito opere attentaret, quando poſſibilitas ſe offerret. Tũc ſubitò quidam peregrinus venit ad oſtium crebris ictibus & magnis clamoribus ſibi poſtulans aperiri. Cumque ſibi aperire nollent, & ille clamoribus & ictibus nimis eis fieret importunus, interrogat Epiſcopus mulierem ſi ingreſſum illius hominis acceptaret. Cui illa dixit. Proponatur ſibi aliqua quæſtio ſatis grauis, quam ſi enodare ſciuerit admittatur. Si autem neſcierit, tanquam inſcius & indignus Epiſcopi præſentia repellatur. Fauent omnes eius ſententiæ, & quis ſufficiens eſſet hanc quęſtionem proponere ſciſcitantur. Cumque nullus ſufficiens inuenitur. Epiſcopus dixit. Quis noſtrum ad hoc ſufficiens eſt quam vos, ò domina, quæ cæteros nos & eloquentia præceditis, & ſapientia plus nobis omnibus illustratis? Vos ergò hanc proponite quęſtionem. Tunc illa dixit. Interrogetur quod eſt maius miraculum, quod Deus vnquam in parua re fecerit. Interrogatus de hoc peregrinus per nuncium, dixit: Diuerſitas & excellentia facierum. Inter tot enim homines qui fuerunt ab initio mundi, & vſque ad finem futuri ſunt, duo reperiri non poſſent, quorum facies per omnia ſimiles eſſent. In ipſa quoque tam minima facie Deus omnipotens omnes ſenſus corporis collocauit. Audientes omnes eius reſponſionem, admirantes dixerunt. Vera & optima eſt ſolutio quæſtionis. Tũc mulier ait: Proponatur ei quæſtio ſecundæ grauior, in qua melius poſſimus eius ſapientiam experiri. Quæratur ab eo vbi terra ſit altior omni cœlo. Percõtatus de hoc peregrinus reſpondit; In cœlo empyreo vbi reſidet corpus Chriſti. Corpus enim Chriſti quod eſt altius omni cœlo eſt de noſtra carne formatum, porro caro noſtra quædam terræ ſubſtantia eſt. Cum igitur corpus Chriſti ſuper omnes cœlos ſit, & de noſtra carne originem duxerit, caro autem noſtra de terra ſit condita conſtat quod vbi corpus Chriſti reſidet, ibi ꝓculdubio terra altior cœlo manet. Refert nuncius quid reſpondeat peregrinus. Et ecce omnes reſponſionem eius mirabiliter approbant, & magnificè eius ſapientiam laudant; Tunc iterum illa dixit. Fiat ei tertia quęſtio grauiſſima, & occulta & ad ſoluendum difficilis, & obſcura, vt ſic eius ſapientia tertio cõprobetur, & dignus ſit quod ad mensam Epiſcopi merito admittatur.

Quæratur igitur ſic ab eo. Quantũ ſpatij ſit à terra vſque ad cœlum. Requiſitus de hoc peregrinus nuncio dixit? Vade ad eum qui te miſit ad me, & de hoc eum diligentius percontare, ipſe enim melius me nouit hoc, & ideò tibi de hoc melius reſpondebit, nam ipſe illud ſpatium menſurauit, quando de cęlo in abyſſum cecidit ego autem nunquam de cęlo cecidi, & ideo illud ſpatium nunquã menſuraui. Non eſt enim mulier, ſed diabolus qui ſe poſuit in ſimilitudinem mulieris. Audiẽs hęc nuncius vehementer expauit, & ea quæ audierat coram omnibus recitauit. Mirantibus itaque omnibus & ſtupentibus, antiquus hoſtis de medio eorũ euanuit. Epiſcopus autem

autem rediens ad ſe, amarè redarguit ſemetipſum, & de perpetrata culpa veniam lamentabiliter precabatur. Miſitque nuncium vt introduceretur peregrinus, ſed ne qua quam amplius inuenitur. Epiſcopus verò tunc populum conuocauit, & ei euidenter expoſuit ordinem geſtæ rei, præcepitq; vt omnes ieiunijs & orationibus inſiſteret, ſi fortè Dominus alicui reuelare dignaretur, quiſnam ille peregrinus fuerit, qui eum a tanto periculo liberauit. Reuelatum eſt illa nocte epiſcopo, quod beatus Andreas fuerit, qui pro liberatione epiſcopi ſe poſuerit in habitu peregrini. Cepit igitur epiſcopus in deuotione B. Andreæ magis crescere, & eum exinde in reuerentia plus habere. Iacobus de Voragine Archiepiſcopus Genuenſis in vita S. Andreæ, Thomas de Cantiprato to. lib 2. apum c. 55. num. 5 habet aliquid ſimile de S. Bartholomæo.

EXEMPLVM LXXIII.

Bona eccleſiaſtica violenter auferens eccleſiæ ſancti Andreæ primo febribus, deinde more mulctatus eſt.

CVm Præpoſitus cuiuſdam ciuitatis agrum ſancti Andreæ abſtuliſſet, & ob hoc grauiſſimus febribus orante epiſcopo fuiſſet arreptus, ille epiſcopum rogauit, vt pro ſe oraret, & agrum ſibi redderet. Sed cum orante epiſcopo ſanitatem recepiſſet, agrum iterum vſurpauit. Tunc epiſcopo orationi ſe dedit, & omnes lampades eccleſiæ fregit dicens. Hic lumen non accendetur donec Dominus ſe de ſuo inimico vindicet, & eccleſia rem quam amiſit recuperet. Et ecce Præpoſitus iterum grauiſſimis febribus laborauit. Miſitque nuncios epiſcopo vt pro ſe oraret, & agrum ſuum, & alium ſimilem ſibi redderet. Cui cum epiſcopus reſponderet. Iam oraui, & audiuit me Dominus. Ipſe ad epiſcopum ſe portari fecit, & vt eccleſiam intrare ad orandum epiſcopum cogit. Et dum epiſcopus eccleſiam ingreditur, ille ſubitò moritur, & ager eccleſiæ reſtituitur.

Idem ibid.

EXEMPLVM LXXIIII.

Iuramentum falſum faciens Iudæo Chriſtianus a curru opprimitur, ſed per beatum Nicolaum reſuſcitatur.

LEgitur in vita ſancti Nicolai, quod vir quidam ab vno Iudæo quandam ſummam pecuniæ mutuò accepit, iurans ſuper altare ſancti Nicolai (cum alium fideiuſſorem habere nequiret) quod quanto citius poſſet ſibi redderet. Tenente illo diu illam pecuniam, Iudæus eam expoſtulat, ſed ipſe eam ſibi reddidiſſe affirmat. Trahit ergo eum ad iudicium, & iuramentum indicitur debitori. Ille baculum cauatum quem auro minuto impleuerat ſecum detulerat, ac ſi eius adminiculo indigeret. Volens igitur iuramentum facere, Iudæo baculum tradidit reſeruandum. Iurauit ille quod plus ſibi reddidit, quam deberet. Facto autem iuramento baculum ſuum repetijt, & Iudæus ignarus aſtutiæ eum ſibi reddidit. Rediens autem qui fraudem fecerat, in quodam biuio oppreſſus ſomno corruit, curruſq; cum impetu veniens eum necauit, & plenum baculum auro fregit & aurum effudit. Audiens hoc Iudæus concitus illuc venit. Cumque dolum vidiſſet, & a multis ei ſuggeretur, vt aurum reciperet, omnino renuit niſi defunctus fuerat ad vitam beati Nicolai meritis rediret, aſſerens ſe ſi hoc fieret baptiſma ſuſcepturum, & Chriſtianum futurum. Continuò igitur qui defunctus fuerat ſuſcitatur, & Iudæus in Chriſti nomine baptizatur. Vincent in Spec. hiſt. lib. 13. c. 77.

EXEMPLVM LXXV.

Recreationem moderatam etiam religioſis admittere licet.

LEgitur in hiſtoria ſancti Ioannis Apoſtoli, quod cum auis quæ perdix dicitur, viua beato Ioanni a quodam oblata fuiſſet, & ille eam quaſi demulcendo tangeret, & contrectaret, quidam adoleſcens hoc videns ad coquos ſuos ridendo dixit. Videte quomodo ille ſenex cum auicula ſicut puer ludit. Quod beatus Ioannes per ſpiritum recognoſcens, iuuenem ad ſe uocauit. Cui dixit adoleſcens. Tu

ne

nè es Ioannes qui talia agis,& tam ſanctus habueris? Quem Ioannes,quid in manu teneret inquiſiuit. Qui cum ſe arcum tenere diceret,ait: Quid inde facis? Et iuuenis. Aues inde ac beſtias ſagittamus. Cui Apoſtolus. Qualiter? Tunc iuuenis arcum cępit tendere,& tenſum in manu tenere, ſed cũ ei Apoſtolus nil diceret iuuenis arcum diſtendit. Cui Apoſtolus. Quare fili arcum diſtendis? Et ille? Quia ſi diutius tenſus teneretur, a iaciendum infirmior redderetur. Et Apoſtolus ad hęc. Sic & humana fragilitas ad contemplationem minus valica ſceret,ſi ſemper in ſuo rigore conſiſtens fragilitati ſuæ interdum condeſcendere recuſaret. Nam & aquila cunctis auibus celſior volat, & ſolem clarius conſpicit,& tamen neceſſitate naturæ ad ima deſcendit. Sic & humanus animus cum ſe modicum a contemplatione retrahit, crebra reuocatione ardentius ad cęleſtia tendit. Caſſianus collat.24.c.21.& hinc Marus hoc refert.

EXEMPLVM LXXVI.

Charitatis fraternæ obſeruatio docente ſancto Ioanne Euangeliſta ſufficit ad ſalutem.

BEatus Ioãnes,vt teſtatur Hieronymus cum vſque ad ſuam vltimam ſenectutem Epheſi moraretur,& vix inter diſcipulorum manus ad eccleſiam deferretur,nec plura verba dicere poſſet, ad quãlibet pauſam hoc dicebat. Filioli mei diligite alterutrum. Tandem fratres qui cum eo erant admirantes, quod ſemper eadem diceret, dixerunt ei. Magiſter,quare ſemper eadem loqueris? Qui reſpondit,quia præceptum Domini eſt,& ſi ſolum hoc fiat ſufficit. Hieronym.in Comment. in epiſtolam ad Galatas lib.3.c.6.

EXEMPLVM LXXVII.

Beata Maria Capellanum officium ſuum ſæpe dicentem, a beato Thoma Cantuarienſi ſuſpenſum, officio priori reſtitui iubet.

LEgitur hiſtoria ſancti Thomæ Cantuarienſis epiſcopi, quod ſacerdos quidam miſſam de beata Virgine quotidie celebrabat. Qui Archiepiſcopo accuſatus ab eo accerſitur, & tanquam idiota,& inſcius ab officio ſuo ſuſpenditur, atque reijcitur. Cum autem B.Thomas cilicium ſuum ſumere deberet, & ſub lecto ipſum abſcondiſſet vt ad ſuendum horam captaret, beata Maria ſacerdoti apparuit dicens: Vade ad Archiepiſcopum eique dicas, quod illa ob cuius amorem miſſas dicebas, eius cilicium quod eſt in tali loco conſuit, & ſeram rubeam de qua illud conſuit ibidem reliquit. Ida igitur tibi mandat quod interdictum quod tibi fecerat debeas relaxare. Quod ille audiens, & ita inueniens ſtupuit, & interdictum relaxans,ſacerdotem hoc habere ſecretum præcepit. In Appendice exemplorum Thomæ a Cantipratano.

EXEMPLVM LXXVIII.

Orans quædam pro formoſis ſanctũ Thomam penitus excęcatur oculis.

QVædam Domina de Anglia varios oculos habere ob laſciuiam,& maiorem pulchritudinem affectabat, ſuper hoc votum vouens nudis pedibus ſepulchrum beati Thomæ viſitare. Quæ cum in oratione proſtrata iaceret, ſurgens inuenit ſe penitus excæcatam. Statimque pœnitens cœpit rogare ſanctum Thomam, vt iam non varios, ſed ſaltem ſuos ſibi redderet oculos. Quod tandem multa difficultate vix potuit obtinere. Iacobus Genuenſis in vita huius S.

EXEMPLVM LXXIX.

Orans quidam per beatum Thomam ſanatus, vt ſi ſanitas contraria eſſet ſaluti ſuæ rediret infirmitas, iterum infirmatur.

QVidam quem ſanctus Thomas valde diligebat, cum grauiter infirmaretur iuit ad eius tumbam, & pro ſanitate rogauit, & ad libitum impetrauit, ſed dum ſanatus rediret cogitare cœpit, quod illa ſanitas animæ ſuæ forſitan non expediret. Vnde iterum rediens ad ſepulchrum orauit, vt ſi non eſſet utile animæ ſuæ continuèipſa infirmitas rediret. Statim-

Digitized by Google

ſimque infirmitas redijt ſicut prius. Idem Iacobus Genuenſis.

EXEMPLVM LXXX.

Dæmoni homagium faciens pœnitentia, & orationibus ſancti Baſilij liberatur.

LEgitur in vita ſancti Baſilij Cæſarienſis Epiſcopi, quod vir quidam venerabilis nomine Proterius filiam vnicam habebat, quam conſecrare Domino diſponebat. Sed diabolus humani generis inimicus hoc aduertens, vnum de ſeruis prædicti Proterij in amorem puellæ plurimum inflammauit. Verum cum impoſſibile eſſet, vt ipſe qui ſeruus erat in amplexus tam nobilis puellæ accedere poſſet, ad vnũ de maleficis acceſſit, promittens ei multã pecuniæ quantitatem ſi ad hoc eum iuuare vellet.

Cui dicit maleficus: Hoc ego agere non poſſum, ſed ſi vis mittam te ad Dominum meum diabolum, etſi feceris ea quæ ipſe tibi dixerit, deſiderium tuum obtinebis. Et dixit iuuenis. Quæcunque dixeris mihi faciam. Illi ergo maleficus epiſtolam ad diabolum fecit, & eam per prædictum iuuenẽ in hæc verba traſmiſit. Quoniam quidem mi Domine oportet me feſtinanter & ſollicitè quouſque a Chriſtianorum religione abſtrahere, & tuæ adducere voluntati, vt pars, tua quotidie multipliciter. Niſi tibi hunc iuuenem cupiditate in talem puellã exarſum, & poſtulo vt ſuum deſiderium aſſequatur, vt & in iſto glorier, & alios tibi de cætero fidelius valeam aggregare.

Et dans ei epiſtolam dixit: Vade, & tali hora noctis ſta ſuper monumentum gentilis, & ibidem dæmones acclama, & hanc chartam in aere exalta, & aderunt tibi ſtatim.

Qui uadens dæmones inuocabat, & chartam per aerem eijciebat. Et ecce adeſt princeps tenebrarum vallatus multitudine dæmonum. Qui cum epiſtolã perlegiſſet, ait ad iuuenem. Credis in me ut tuam compleam uoluntatem? Qui ait: Credo Domine. Cui diabolus. Et abnegas Chriſtũ tuũ? Qui ait; Abnego. Dixit ei diabolus. Perfidi eſtis uos Chriſtiani, quia quando me opus habetis ad me uenitis, quando autem deſiderium ueſtrum aſſecuti eſtis, ſtatim me negatis, & ad Chriſtum veſtrum accedetis. Ille autem quia clementiſſimus eſt ſuſcipit vos. Sed ſi vis vt compleam tuam voluntatem fac mihi manu tua ſcriptum, in quo te confitearis abrenunciare Chriſto, & baptiſmati, & Chriſtianæ profeſſioni, vt meus ſis ſeruus, & mecum in iudicio condemnandus. Qui ſtatim manu propria ſcriptum fecit qualiter Chriſto abrenunciaret & ſe ſeruituti diaboli manciparet. Continuò igitur diabolus accerſiuit ſpiritus, qui erant ſuper fornicationem ab ipſo ad tentandum homines deputati, iubens eis vt prædictam puellam accẽderent, & cor eius in amorem iuuenis inflammarent.

Qui accedenter, cor eius adeo ſuccendẽrũt, vt puella ſe ad terram proijceret, & ad patrem lamentabiliter exclamaret. Miſerere mihi pater, miſerere mihi, quia dure torqueor propter amorem talis pueri noſtri. Miſerere pater viſceribus tuis, & paternũ mihi amorem oſtende, & puerum quem amo, & pro quo crucior mihi coniunge. Sin autem poſt modicum mortuam me videbis, & pro me in die iudicij rationem reddes. Pater autem eiulans dicebat. Heu me miſerum, quid contigit miſeræ meę? Quis meum theſaurum furatus eſt? Quis dulce lumen oculorum meorum extinxit? Ego te volebam cœleſti ſponſo coniungere, & per te ſaluari putabam, & tu in amorem laſciuiæ inſaniſti. Sine filia vt te ſicut diſpoſui Deo coniugam, ne ducas ſenectutem meam cum dolore ad inferos.

Illa acclamabat dicens. Pater mi, aut citò deſiderium meum comple aut poſt modicum mortuam me videbis. Cum autem illa amariſſimè fleret, & quaſi inſaniret, pater eius in magna deſolatione poſitus, & amicorum conſilijs deceptus ſuam voluntatem compleuit, & eam puero in vxorem dedit, ac vniuerſam ſubſtantiam ei tribuit dicens. Vade filia mea vere miſera. Cum ergo ſimul permanerent iuuenis ille eccleſiam non intrabat, nec ſibi crucis ſignaculum faciebat, nec Deo ſe recommendabat. Vnde de hoc a nonnullis notatus qui vxori ſuæ dixerunt. Scis quia vir tuus quem tibi elegiſti Chriſtianus nõ eſt, nec eccleſiã ingreditur. Quod illa audiens vehementer exhimuit, & humo ſe proſternens vngulis ſeipſam ſcarpere cœpit, & pectus ſuum tundere ac dicere. Heu me miſeram, cur

nata

nata ſum, & nata continuò rapta nõ ſum? Cum ergo viro quæ audierat retuliſſet, & ille nequaquam rem ſic eſſe aſſereret, ſed omnino falſum quod ipſa audierat affirmaret, ait illa. Si vis vt credam tibi, ego & tu eras eccleſiam ingrediamur.

Videns ille quod latere non poſſet, narrauit ei totum ordinem geſtæ rei. Quod illa audiens vehementer ingemuit, & ad beatum Baſilium properauit, eique omnia quæ viro ſuo & ſibi contigerant enarrauit. Baſilius autem puerum vocans, & omnia ab eo audiens dixit ei Vis fili reuerti ad Dominum? Qui ait. Vtique Domine, ſed non valeo, quia diabolo ſum profeſſus, & Chriſtum abnegauit, & abnegationis meę ſcriptum feci, & diabolo ipſum dedit. Cui Baſilius: Non tibi ſit curæ. Benignus eſt enim Dominus, & te pœnitentem ſuſcipient. Et continuò apprehendens puerum ſignum crucis in eius fronte fecit, & ipſum per tres dies reclusit. Poſtea eum viſitauit, & dixit; Quomodo te habes fili? Qui ait. In magna ſum Domine defectione, nec ſuſferre clamores eorum & terrores ſeu dilapidationes poſſum, tenentes enim manu ſcriptum meum cauſantur dicentes. Tu venisti ad nos, non nos ad te. Dixit ſanctus Baſilius. Noli timere fili, tantummodo crede. Et dans ei modicam eſcam, faciensque ſignum crucis iterum eum reclusit, & pro eo orauit. Poſt aliquot dies iterum eum viſitauit, & dixit. Quomodo te habes fili? Qui ait; Pater à longe clamores eorum audio & minas, ſed eos nõ video Et dans iterum ei eſcam & ſignans & claudens oſtiũ abijt, & pro eo orauit. Et quadrageſimo die rediens ait. Quomodo te habes? Qui reſpondens. Bene me habeo ſancta Dei. Vidi enim te hodie in viſu pugnantem pro me, & diabolum vincentem. Poſt hoc eum educens omnem clerum, & religioſos, & populum conuocauit, & omnes pro eo orare admonuit. Tenensque manum pueri ducebat eum ad eccleſiam. Et ecce diabolus cum multitudine dæmonum ad eum venit, & inuiſibiliter apprehendens puerum conabatur eum rapere de manu eius. Et cępit clamare puer; Sanctus Dei adiuua me, & tanta eum improbus inſtantia aggreſſus eſt, vt etiam ſanctum impelleret trahens puerum. Qui ait ad eum. Improbiſſime non ſufficit tibi perditio tua, niſi & Dei me tẽtes pſalma? Diabolus autem dixit ad eum multis audientibus. Præiudicas mihi bona ò Baſili. Tunc omnes clamauerunt kyrie eleyſon. Dixitque ad eum Baſilius. Increpet te dominus diabole. Qui ait. Præiudicas mihi Baſili Non abij ego ad eum, ſed ipſe venit ad me. Abnegauit Chriſtum ſuum, & profeſſus eſt mihi, ecce ſcriptum eius in manu habeo. Qui ait. Nõ ceſſabimus orare donec reddas ſcriptum. Et orante beato Baſilio, & tendente in cęlum manus, ecce cartha per aerem delata ab omnibus viſa venit. & impoſita eſt in manus Baſilij. Quam ille ſuſcipiens dixit puero. Cognoſcis has literas frater? Et ille. Etiã Domine. Manu enim mea ſcripę ſunt. Et frangens Baſilius ſcriptum perduxit eum ad eccleſiam, & dignum fecit eum ſancto myſterio. Et bene inſtituens eum, & regulam ei dens eum reddidit mulieri.

In vitis patrum parte 1. in vita S. Baſilij c. 5. & apud Surium to. 1.

EXEMPLVM LXXXI.

Oratione beatus Baſilius cum ſuis ab imminenti furore Iuliani liberatur, ipſo apoſtata horrenda morte punito.

IN illo tempore, Iulianus pergens ad Perſicum bellum venit Cæſaream. Baſilius autem cum ſuis obuiauit ei, & obtulit ei pro benedictione tres hordeaceos panes. Imperator autem iuſſit ſuos quidẽ accipere panes, & reddere ei fœnum dicens. Hordeum cibus eſt iumentorũ. quod obtulit nobis, recipiat & ipſe fenũ. Quod ſuſcipiens dixit ei. Nos quidem ò Imperator, ex quibus comedimus obtulimus tibi, tu verò ex quibus nutris irrationabilitatem naturæ reddidiſti nobis.

Iulianus autem in inſaniam verſus dixit ei: Paſtio ſeni iſtius ſine ablatione dabitur tibi. quando autem Perſas ſubigens reuerſus fuero deſolabo ciuitatem tuam, & arabo eam, vt fiat farrifera magis, quam hominifera. Non enim ignoro audaciam populo à te ſuaſam, ut a me adoratam Deam poſt quam eam ſtatuerim confiingeret vſque in finem. Et hæc dicens pergebat ad Perſarum regionem. Rediens autem Baſilius in ciuitatem, & conuocans omnem multitudinem narrauit ei Imperatoris verba.

Et

Et conſolans populum, atque conſilium dans dicit. Pecuniam fratres ad nihil vtilé reputantes ſalutis veſtrę prouidentia facite, vt ſi datum fuerit tempus tyrãno Imperatori muneribus eũ placemus. Qui abeuntes in domos ſuas quæ habebat vnuſquiſque cum tota alacritate attulit ad eum, auri ſcilicet, & argenti, lapidumque precioſorum infinitam multitudinem. Qui videns alacritatem eorum poſuit ea in theſaurario, ſuperſcribens vniuſcuiuſque nomen dicens, quia potens eſt Deus, & illius furorem a nobis auferre, & vobis veſtra reſtituere. Statim ergo præcepit clero, & omni populo cum mulieribus & infantulis aſcẽdere in montem Didimi, in quo honoratur Dei genitricis memorabile templum, & tribus diebus ieiuni ſuſtinentes poſtulauerunt Deum diſſipari iniquum Imperatoris propoſitum. Et ecce adhuc poſtulantibus & vigilantibus illis in oratione vidit Baſilius in viſione multitudinem militiæ cœleſtis hinc inde in monte, & in medio eorum ſuper thronum glorioſum ſedentem quandam in muliebri habitu, & dicentem ad proximè ſibi aſtantes. Vocate mihi Mercurium, & abibit interficere nobis Iulianum filium meum, & me tumide blaſphemantem Sanctus autẽm cum arma tura adueniens iuſtus, ab ea velocius abijt. Et aduocans, quæ erat in muliebri habitu magnum Baſilium, dedit ei librum habentem in hiſtoria omnem mundi facturam, dextrorſum verò hominem formatum a Deo. In principio autem libri ſcriptum erat. Dic. In fine autem eius vbi plaſmabatur homo, Parce. Suſcipiens autem librum in præſentia eius legit vſque ad ſubſcriptionem Parce. Et continuo abſque ſomno factus eſt ſub timore, & gaudio conuentus. Similem vero viſionem mortis Iuliani vidit etiam eadem nocte Libanius ſophiſta cum eſſet cum eo in Perſide. Expauens verò viſionem Baſilius cum Eubolo ſancto euigilans, venit in ciuitatem, audienſque martyrium ſancti Mercurij, in qua & iacebat, & arma eius conſeruabantur quærens ea & non inueniens vocauit cuſtodem, & ſciſcitabatur ab eo vbi illa fuiſſent. Qui cum ſacramento dicebat illa ibi veſperi fuiſſe, vbi perpetuò conſeruabantur. Credidit ergo indubitãter Baſilius, quia vera eſt viſio, & glorificans Deum qui non deſpicit confidentes in ſe, feſtinatione multa & gaudio inenarrabili recurrit in montem adhuc omnibus dormientibus, quos excitans ad orationem hortatus eſt, & gaudẽs euangelizauit ex Deo reuelationem ſibi factam, quia iſta nocte interfectus eſt, tyrannus. Et gratia agens reuerſus eſt in ciuitatem. Et veniens rurſus ad martyrium ſancti Mercurij inuenit lanceam illius ſanguĩne madidam. Et iterum cum omnibus gratias agens Deo, imperauit cunctos venire in magnam eccleſiam, & participare diuinæ adminiſtrationi. Et hortatus eſt omnẽ populum ibidem ſeptem diebus in oratione manere. Populo autem cum omni clero feſtiuitatem agente vſque in finem ſeptem dierum, omnibus in eccleſia congregatis, ecce Libanius Iuliani quæſtor fuga vſus, venit in ciuitatem, & oſcens populi congregationem in eccleſia ocius aduenit annuncians impiam mortem Iuliani & dicens. Quia cum ſecus fluuium eſſet Euphratem, & relicta nocte ſeptima excubia milites cuſtodirent eum, venit quidam ignotus miles in armis & lancea, valido & terribili impetu perfodit eum, & ſubito nuſquam comparuit. Ipſe autem miſerrimam vocẽ emittens cum blaſphemiæ clamore expirauit. Procidens autem Libanius genibus Baſilij poſtulabat ſibi dari Chriſti ſignaculũ. Craſtina die præcepit omnibus Baſilius recipere pecuniam.

Qui vna voce dixerunt ad eum. Si mortali Imperatori hęc tribuere voluimus, vt non deſolaret noſtram ciuitatem, multo magis Chriſto immortali Imperatori oportet offerri ea qui a tanto interitu nos liberauit. Ecce in manibus tuis omnia ſunt, fac de eis vt tibi Deus iuſſerit facere. Qui mirans populi magnanimitatem, etiã nolentibus tertiam partem reddidit. Et de reliquis veſtiuit omne presbyterium cum ciborio. Altare autem auro puro & gemmis pretioſis decorauit. In vita S. Baſilij ſcripta per Amphilocium apud Surium.

EXEMPLVM LXXXII.

Caſtus presbyter quantam gratiam pro caſtitate videnti Baſilio meruerit.

SAnctus quoque Baſilius quodam de ſplendore diuino illuſtratus, exiuit de ciuitate ſua dicens aliquibus diſcipulis. Fili ſequimini me vt videatis mecum gloriam Dei', & admiremur de diſcipulis magiſtrum'. Cognouit autem hoc virtute ſpiritus ſancti presbyter Anaſtaſius qui habebat vxorem xl. annis ſecum in virginitate manẽtem, & ipſe quotidie in pane & aqua ieunabat excepta die Dominica. Dixitque verbotenus mulieri, vſu autem ſorori ſuæ. Ego vado agricolari, tu ſurge & orna domum & circa horam nonam thuribulum & cereos accipiens valde obuiam ſancto Baſilio qui venit diuertere in domum noſtram peccatorum.

Quod cum illa multa cum veneratione & timore feciſſet, ſanctus Baſilius data ei benedictione ait: Quomodo habes domina Theogenia? Quæ expauens in vocatione nominis ſui dixit? Bene ſancte pater. Qui ait: Vbi eſt dominus Anaſtaſius frater tuus? Quæ reſpõdit; Domine vir meus eſt & abijt agricolari. Qui dixit. In domo tua, noli turbari. Expauens mulier his verbis, quia vidi eum omnia ſua ſecreta cognoſcere, ſtupefacta cecidit in terram clamans: Sancte Dei ora pro me peccatrice, quia mirabiles res video circa te. Et faciẽs ei orationem coram omnibus ait; Extende pannum inter brachia tua. Et cum extendiſſet iuſſit infundi carbones de thuribulo in pannum, & ſuper ponens incẽſum ambulabat præcedens eos. Venientib autem in domum presbyteri obuiauit & ipſe & oſculatus Sancti pedes ait'. Vnde hoc mihi vt veniat ſanctus Dei ad me? Cumq; abijſſent in eccleſiam iuſſu Baſilij presbyter ſtetit ad ſanctum miniſterium. Et vidit ſanctus cum quibuſdam dignis tempore eleuationis corporis Dominici, ſpiritum ſanctum in ſpecie ignis circundantẽ preſbyterum, & altare. Cumque communicaſſent & ad domum redijſſent comedentibus illis dixit ei ſanctus Baſilius: Enarra mihi vnde tibi theſaurus iſte, & quæ eſt vita tua?

Qui reſpondit: Ego peccator ſum ſubditus tributis publicis habens iuga bouum duo, vnum ad miniſtrationem peregrinorum, alterum adminiſtrationem vectigalium, & iſta mulier eſt coancilla mea miniſtrãs pauperibus & mihi. Dicit ei ſanctus. Voca eam ſororem tuã ſicut & eſt, & enarra mihi conuerſationem tuam. Qui ait. Nõ habeo quicquam boni, & alienus ſum ab omni virtute. Tunc dixit ei Baſilius: Surge, eamus ſimul, & dixit eum ad vnam de cellulis domus, dixitque ei. Aperi mihi oſtium. Reſpõdit ei presbyter. Nõ introeas pater, quia neceſſaria domus ſunt. Dixit ei Baſilius. Et ego in iſta neceſſaria veni. Nolente ergò presbytero aperire, ſanctus aperuit illud ſermone. Et ingrediens inuenit ibi leproſum pluribus membris defluxum quem nemo ſciebat tibi eſſe niſi presbyter & eius ſoror. Dixit ergò presbytero: Cur uoluiſti mihi occultare theſaurum iſtum tuum? Qui reſpondit. Furioſus eſt pater, & ideo timui ne laberetur in ſermonem. Dixit ei ſanctus: Bene certaſti in illo, ſed ſine me hac nocte miniſtrare ei, vt & ego mercedẽ accipiam. Tunc reliquerunt ſanctum Dei in cella cum leproſo, clauſeruntque oſtium. At ille tota nocte ſuper eum faciẽs orationem ſanauit illum, & ſi cum ſuis reuerſus eſt in ciuitatem. Ibidem.

EXEMPLVM LXXXIII.

Iudicio ſuo deceptus eſt ſanctus Effrẽ, qui videns gloriam exteriorem ſancti Baſilij oſtenſam ſibi cœlitus, illius ſanctitatem non credidit.

SAnctus Abbas Effrem cum eſſet in eremo audiens opera ſancti Baſilij ſine intermiſſione poſtulabat ſibi qualis eſſent reuelari. In extaſi ergò factus vidit columnam ignis, cuius caput perringebat in cœlum, & audiuit vocem deſuper uicentem. Talis eſt magnus Baſilius. Et accipiens interpretem (neſciebat enim Græcè loqui) venit Cæſaream. In feſto autem Theophaniæ intrans clam eccleſiam vidit procedentem Baſilium in ſtola candida cum clero candidiſero. Et ait interpre-

Digitized by Google

ti ſuo. In vanum laborauimus (vt ſuſpicor) frater. Iſte enim tali ordine cum ſit, non eſt quemadmodum vidi. Et ſtans dicebat ſecum. Nos qui portauimus pondus diei, & æſtus nihil conſecuti ſumus, & hic cum ſit in tali honore columna ignis eſt. Hæc eo dicente, miſit Sanctus Archidiaconũ ſuum dicens. Vade circa portam occidentalem, & inuenies in angulo Abbatem cum altero quodam, voca eum ad me. Reſpondit Effrem per interpretem. Erraſti frater nos peregrini ſumus. Et abiens Archidiaconus retulit hæc Archiepiſcopo. Quo ſacros libros legente vidit ſanctus Effrem igneam linguam loquẽtem per os eius. Et dicit ſanctus Archidiacono. Vade dic ei. Domine Effrem intra in presbyterium. Obſtupuit ergo Effrem & genuflexit dicens. Vere magnus Baſilius, verè columna ignis Baſilius, vere Spiritus ſanctus loquitur per os eius. Intrans itaque poſt impletionem miniſterij ſecretarium Baſilius ſalutauit eum dicẽs Bene veniſti, ò pater filiorum eremi, qui multiplicaſti in ea diſcipulos Chriſti, & dæmones eliminaſti. Veniſti videre hominem peccatorem, Deus retribuat tibi. Et cũ ei omnia quæ in corde ſuo erant prædixiſſet, communicauit ipſe, & interpres eius de manibus ſancti. Et faciente eo charitatem, rogauit, vt à Domino poſtularet quatenus Græce loqueretur. Qui ait Super virtutem meam poſtulaſti, veni poſtulemus Deum qui voluntatem timentium ſe faciet &c. Cumque facta oratione ſurrexiſſent, dixit ei Baſilius. Cur non accipis ordinationem presbyterij, quia decet te. Reſpondet Effrem. Quia peccator ſum. Et iacentibus eis in terra poſuit Baſilius manum in Effrem dicens. Quæ ſunt diaconi. Tunc ſanctus Effrem Græca lingua reſpondit: Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos Deus tua gratia. Et ſpiritualiter lætantes per triduum eo quod Græce loqueretur glorificauerunt Deum. Et ordinans ſanctus Baſilius interpretem diaconum, ipſum verò presbyterum, dimiſit eos in pace. Ibid. to. 1°

Surij. In Vitiſpatrum in vita S. Effrem.

EXEMPLVM LXXXIV.

Conuertitur Ioſeph Iudæus medicus, eo quod Beatus Baſilius vltra curſum naturæ vitam ſuam per diem prolongauerit, idque zelo illius conuertendi.

IOſeph quidam Iudæus egregius in arte medicinalis diſciplinæ ſummam ſcientiam habebat in tactu venæ præſcire ante tres vel quinque die, ſi quis deberet de hac vita tranſire. Sanctus autem presbyter Baſilius ſæpenumero eum vocans ad colloquiũ, docebat eum viam ſalutis ambulare. Rogabatque eum vt per baptiſmum indueret Chriſtum. Qui non adquieſcebat dicens, quia in fide qua natus ſum in ipſa & finiã. Quando audem ſanctus Baſilius deberet de his tranſferri tumultibus, vocauit eum ad ſe occaſione medicinalis diſciplinæ, & dicit ei. Quomodo vides quę erga me ſunt? Ille autem ad tactum venæ ſentiens eius mortem immineret, dixit ad domeſticos eius. Quæ ad ſepulturam ſunt ei veſtimenta neceſſaria præparate ei, ipſe enim iam moritur. Dicit ei magnus Baſilius. Neſcis qd dicis: Dicit ad eũ Ioſeph Hebræus. Crede Domine, ſol cum ſole occidet hodie. Dicit ei Sanctus. Et ſi non moriar vſq; ad matutinã, quid? Dixit ei Hebræus: Non eſt poſſibile Domine hoc fieri. Vix enim vna hora erit anima tua in te. Sed diſpone iam eccleſiam tuam & res tuas. Non enim obſcurabitur dies hodie in te. Dicit ei Sanctus. Etiam moriaris peccato. Et ſi vixero in craſtinum vſq; horã ſextam quid facies? Qui ait. Ego moriar. Dicit ei Sanctus. Etiam moriaris peccato, viuas autem Chriſto tuo. Dicit ei Hebræus, Scio quid dicis. Facio iuſſionem tuam ſi ſicut dicis ſit, cum iuramentis promittens, quia ſi vixerit Dei diſcipulus, omnino accipere ſe Spiritus ſancti gratiam. Dei cultor ergo Pater noſter Poſtulauit Deum additionem vitæ dari ſibi, vt illum ſaluaret. Miſit ergo Sanctus mane; & vocat Hebræum. Qui diffidens aduenit putans eum omnino mortuum. Et videns illum uiuentem in ſtuporẽ factus, & proijcians ſe ad pedes eius, dixit. In uero corde dico, non eſt Deus magnus, ſicut

Deus Chriſtianorum, & non eſt Deus amplius eo. Iube ergo ſine omni dilatione dari mihi in Chriſto ſignaculum, & ſanctum baptiſma & toti domui meæ. Dicit ei Sanctus Chriſti. Ego manibus meis baptizabo te, & omnem domum tuam. Procidens ergo iterum medicus, & tangens manum dexteram eius, dixit. Laſſæ factæ ſunt virtutes tuæ Domine, & natura defecit. Dicit ei Sanctus. Habemus naturæ Creatorem cõfortantem nos, & ſurgens venit in eccleſiam, & coram omni populo baptizauit eũ cum tota domo eius, vocans nomen eius Ioannes, adijciens eum ouili ſuo. Et poſt hoc iterum recumbens lecto gratias egit Domino in peregrinatione a corpore, & fide medici. Et cum adhuc gratiæ eſſent in ore eius reddidit ſpiritum. In vita S. Baſilij, vt habetur in vitis PP. c. 6.

EXEMPLVM LXXXV.

Proſperitas temporalis diuitem quendam cum omnibus ſuis demerſit in inferos vidente beato Ambroſio.

LEgitur in legenda ſancti Ambroſij: Quædam vice cum B. Ambroſius Romam pergeret, & in quadam villa Thuſciæ apud quendam nimis locupletem hoſpitatus fuiſſet, illum hominem ſuper ſtatu tuo ſollicitè requiſiuit. Cui ille reſpondit. Status meus Domine ſemper fœlix extitit & glorioſus. Ecce enim infinitis diuitijs abundo, ſeruos & famulos infinitos habeo, copioſam filiorum & nepotum turbam poſſideo, & omnia ſemper ad vota habui, nec vnquam mihi aliquid aduerſum accidit, nec quod contriſtaret aduenit. Qd audiens Ambroſius vehemẽter obſtupuit, & his qui ſecum erant in comitatu, dixit. Surgite & hinc quantocius fugiamus, quia Dominus non eſt in loco iſto. Feſtinate filij, feſtinate, nec fugiendo moram facite, ne nos hic vltio diuina apprehendat, & in peccatis iſtorũ nos pariter inuoluat. Cum ergo fugerent & aliquantulum proceſſiſſent, ſubito ſe terra aperuit, & hominem illum cum vniuerſis, quæ ad ſe pertinebant ita abſorbuit, vt nullum inde veſtigium remaneret. Quod cernens Ambroſius dixit. Ecce fratres, quam miſericorditer Deus parcit, cum hic aduerſa tribuit, & quam ſeuerè irraſcitur cum ſemper proſpera elargitur. In eodem autem loco fouea profondiſſima remanſiſſe dicitur, quæ vſque hodie in huius teſtimonium perſeuerat. Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 36. & Marulus libro quinto, capitulo tertio.

Digitized by Google

Ex vita Beati Gregorij Papæ.

EXEMPLVM LXXXVI.

Furtum faciens monachus de ſibi cõmiſſis à dæmonio vexatur, donec culpam fateatur.

QVadam vice beatus Gregorius adhuc Abbas duos fratres de ſuo monaſterio, miſit, vt aliquid emere pro eiuſdem monaſterij neceſſitate debuiſſent, vnus iunior qui prudentior videbatur, alter ſenior qui cuſtos iunioris eſſet. Perrexerunt vtrique, & de pretio quod acceperant ipſe qui cuſtos miſſus fuerat, neſciente altero furtum fecit. Qui mox vt in monaſterium ſunt reuerſi atque ante oratorij limen venerunt, arreptus à dæmone is qui furtum fecerat cecidit.

Demiſſus deinde à dæmonio currentibus fratribus Abbatis iuſſu requiſitus eſt, ne fortè de eo quod acceperant furtum feciſſet, negauit. Iterum vexatus eſt, atque dimiſſus. Rurſus requiſitus negauit, atque vexatus eſt. Octo itaque vicibus negauit, & octo vicibus vexatus eſt. Poſt octauam verò negationem Gregorio interrogante cõfeſſus eſt, quod nummos furto abſtulerit, eique proſtratus ſe peccaſſet teſtat' eſt, per ceptaque pœnitentia vlterius ad eum dæmonium non acceſſit. lib 1. nu. 11.

EXEMPLVM LXXXVII.

Apoſtatare volens latratibus infernalis canis impetitur.

ALio quoque tempore dum in die natalitij Andreæ Apoſtoli meridianis horis fratres quieſcerent, ſubitò quidam frater apertis oculis cœpit tremere, voces ingẽtes emittere, quibus vocibus teſtabatur ferre ſe non poſſe quod patiebatur. Concurrentes fratres viderunt cœcũ oculis apertis trementem, & clamantem, & à ſenſibus alienum, nihil que quod foris agi poterat ſentientem. Hunc in manu leuauerunt atq; ante altare ſancti Andreæ Apoſtoli iuſſu beati Gregorij proiecerunt, ipſiſque pro eo in oratione proſtrati ſunt. Qui ſtatim ad ſe reuerſus cõfeſſus eſt, quia ſenex quidã ei apparuerit, & cauẽ nigrum ad eam dilacerandum dimiſit dicens. Quare fugere voluiſti de monaſterio iſto? Cum que euadere de canis morſibus nullo modo valuiſſem, venerunt quidam monachi, & eundem ſenem pro me rogauerunt. Qui ſtatim iuſſit canem abſcedere, & ſic ipſa ad me reuerſus ſum. Hic autem frater ſæpè cõfeſſus eſt poſtea, quod ea die quo iſta pertulerat, conſilium habuerit de monaſterio fugiendi. lib. 1. nu. 12.

EXEMPLVM LXXXVIII.

Apoſtatare volens quidam a dæmonio poſſidetur.

ALius quoque monachus diſcedere de monaſterio beati Gregorij attente voluit. Cumque hoc mente tractaſſet, voluit oratorium ingredi, ſed dæmone corripiẽte nequiuit. Relinquebatur a dæmonio quamdiu extra oratorium ſtabat. Si verò ingredi conabatur, ſtatim maligno ſpiritui traditus vexabatur. Hoc dum iam ſæpius fieret, tãdem Gregorio diſquirente, ſe de monaſterio fugere voluiſſe cõfeſſus eſt. Eiuſque per triduum cum fratrum precibus, ita pierate Dei curatus eſt, vt ad eum poſtmodum malignus ſpiritus nequaquam accedere tentauiſſet. Dicebat autem ſe beatum Andream dum vexaretur vidiſſe, ſeque ab eo increpatum eſſe, cur de monaſterio vellet abſcedere. lib. 1. num. 13.

EXEMPLVM LXXXIX.

Apoſtaſiæ cauſa fugientes de monaſterio beati Gregorij miraculosè inuenti, atque reducti ſunt.

ALij quoque duo fratres de eodem monaſterio fugerunt, atque aliqua prius fratribus colloquendo ſigna dederunt, quod per viam Appiam deſcendentes Hieroſolymam tenderent. Qui exeun-

tes diuerterunt de itinere, & vt à sequentibus se minimè inueniri potuissent, retrusas scriptas iuxta Flammeam portam inuenientes in eis se occultauerunt. Cum verò vespertinis horis requisiti minimè in congregatione essent inuenti, ascensus caballis eos quidam fratrum secuti sunt per Metronij portam exeuntes, vt eos in Latinâ, vel Appiam viam sequerentur.

Subitò eis consilium ortum est, vt eos in salaria requirerent extra ciuitatem. Igitur pergentes deflexerunt in salariam. Eos verò minimè inuenientes per porta Flammeam decreuerunt reuerti. Cumque reuerterentur mox vt equi eorum ante cryptas illas venerunt, quibus se absconderant, fixerunt gradum. Pulsati & cõpulsi passum mouere noluerunt, considerauerunt monachi rem talem sine mysterio esse non posse. Attenderunt ad cryptas, & viderunt earum aditus macerta esse damnatos, sed caballis suis nusquam euntibus descenderũt. Deposuerunt lapides qui in ore cryptę positi erant, & ingressi sunt, eosque in tenebrosis eisdem latibulis terræ consternatos inuenerunt. Qui ad monasterium reducti ex eodem miraculo, ita meliorati sunt, vt eis multum postea profuerit, ad parũ temporis de monasterio fugisse. lib. 1. nu. 14.

EXEMPLVM XC.

Eleemosyna scutellæ argenteæ, quam beatus Gregorius naufrago dedit, promoueri in Papam promeruit.

QVadam vice dum in monasterio suo Gregorius cui Abbas præerat quędã scripsitaret. Angelus Domini in specie naufragi sibi affuit, sibique misereri lachrymabiliter postulauit. Cum igitur Gregorius sex argenteos sibi dari fecisset, & abijsset, eadem die iterum redijt, leq; multa perdidisse, pauca verò recepisse perhibuit.

Qui cum ab eo totidem argenteos recepisset, iterum tertia die reuersus misereri sibi importunis clamoribus postulauit. Sed Gregorius cum à procuratore sui monasterij didicisset, nihil dandum præter scutellã argenteam, quam mater sua cum leguminibus mittere solebat in monasterio remansisse, illam statim dari præcepit. Quam ille libenter accipiens lætus abscessit. Hic autem Angelus fuit, sicut ipse eidem postmodum reuelauit. Nã cum iam Papa esset effectus, quadã die præcepit cancellario suo, vt duodecim peregrinos vel pauperes ad prandium inuitaret. Qui pergens iussa cõpleuit. Dum autem simul discumberent intuens Papa numerauit. Et accersito cãcellario cur contra iussionẽ suam tertium decimum inuitare præsumpserat, inquisiuit. Quos cancellarius numerans & tãtum xij. inueniens ait. Crede mihi pater, non sunt nisi xij. Aduertit ergò Gregorius virũ propius discumbentem vultum crebrò mutare, & nunc se adolescentem, nunc verò vetulum sub quadam veneranda canicie simulare. Finito conuiuio illum incubiculũ induxit vehementer adiurans, vt ei se, nomenque suum prodere dignaretur. Qui respondens ait. Et cur interrogas de nomine meo quod est mirabile? Veruntamen scito quia ego sum naufragus ille cui scutellam argẽteam tribuisti, quam tibi miserat cum leguminib. mater tua. Et hoc tibi pro certo sit cognitum, quia ab illa die quo mihi hoc dedisti, destinauit te Deus ecclesię suę Præsulem fieri, & Petri Apostoli successorem. Cui Gregorius. Et tu quomodo hoc nosti, quod tunc me Dominus ecclesię suę Præsulem fieri destinauit? At ille. Quoniã Angelus, inquit, eius sum. Et remisit mei tibi Dominus vt te semper debeam protegere, & omne quod petieris per me apud ipsum valeas impetrare. Statimque ab eo disparuit. lib. 2. nu. 23.

EXEMPLVM XCI.

Eucharistiam propter incredulam mulierem beatus Gregorius orarione sua conuertit in digitum.

MAtrona quædam beato Gregorio singulis dieb. Dominicis panes offerebat. Qui cũm post missarum solemnia corpus Domini sibi offerret, & diceret. Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat te in vitam æternã, lasciuè subrisit. Ille continuo dexteram ab eius ore conuertens, partem illam Dominici corporis super altare posuit. Postmodum verò coram populo interrogauit eam quam ob causam

eandam redire præsumpserit. At illa: Quia panem (inquit) quem propijs manibus feceram, tu corpus Dominicum appellabas. Tunc Gregorius pro incredulitate mulieris se in oratione prostrauit, & surgés particulam illam panis instar digiti carnem factam reperit, & sic matronam ad fidem conuertit. Orauit iterum & carnem illam in speciem panis conuersam vidit, & matronæ sumendam tradidit. lib. 2. cap. 41.

EXEMPLVM XCII.

Iudicio temerario præuentus est eremita, qui beatum Gregorium in Papatus gloria contemptotem diuitiarum esse non censuit.

EO tempore fuit quidam eremita vir magnæ virtutis, qui omnia propter Deum reliquerat, & nihil nisi vnam cartam possidebat, quam blandiens sæpè quasi cohabitatricem in suis gremijs consouebat. Orauit igitur Deum vt sibi dignaretur ostendere cum quo futurę remunerationis mansionem speraret, qui illius amore nil ex seculi diuitijs possideret. Quadam igitur nocte sibi reuelatur, vt cum Gregorio Romano Pontifice mansionem sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscens parum sibi voluntariam paupertatem profuisse putabat, si cum eo remunerationem acciperet, qui tantis mundialibus diuitijs abundaret. Cum ergo Gregorij diuitias suæ paupertati die, noctuque suspirando conferret, alia nocte audiuit Dominum dicentem sibi. Cum diuitiem non possessio diuitiarum, sed cupido faciat, cur audes tuam paupertatem Gregorij diuitijs comparare, qui magis illam cartam quã habes quotidie palpando diligere comprobaris, quam ille tantas diuitias quas non amando, sed contemnendo, & cunctis liberaliter largiendo dispergit? Itaque solitarius Deo gratias retulit, & qui meritum suum decreuisse putauerat si Gregorio conferretur orare cœpit, vt cum eo mansionem quandoq; percipere mereretur. lib. secundo, cap. fine nume. 59.

EXEMPLVM XCIII.

Nomen Iesu cordi beati Ignatij inscriptũ inuenitur.

LEgitur in vita sancti Ignatij, quod inter omnia sibi tempore passionis suæ illata tormenta nunquam ab inuocatione nominis Iesu Christi cessabat. Quem cum tortores requirerent cur hoc nomen totiens replicaret, respondit. Hoc nomen cordi meo inscriptum habeo, & ideo ab eius inuocatione cessare non valeo. Postquam a leonibus suffocatus est, non tamen dilaceratus, tortores volentes curiosius quæ sanctus dixerat experiri, cor eius a corpore ipsius euellunt, & illud scindentes per medium, totum cor inscriptum hoc nomine Iesus Christus, literis aureis inueniunt. Vnde ex hoc miraculo plurimi crediderũt. Vincen. lib 10. c 57.

EXEMPLVM XCIIII.

Castitatem perpetuam beatus Thomas de Aquino fortiter resistendo promeruit.

LEgitur in vita sancti Thomæ de Aquino quod cum ipse inuitis parentibus, & fratribus Ordinem Prædicatorum introisset, non valentibus eum a proposito retrahere, diabolo instigante per multas persecutiones furtim a suis fratribus raptus est, & in quodam castro custodię mancipatus. Prouidus autem adolescens breuiarium, & bibliam a fratribus ordinis petijt, & Domino ordinante suscepit. In qua biblia tam profunde profecit, vt postea exiens de paterno carcere in paucis bibliæ punctis dubitaret. Cum autem a suis graui inedia frigore & penuria affligeretur, nunquam tamen efficere potuerunt, vt saltem habitũ suscepti ordinis, vel cibos vellet mutare. Et his omnibus nequius cogitãtes per quod possent euertere animũ iuuenilem, miserunt ad eum quandam iuuenculam pulcherrimam, quę eum induceret ad peccandum. Cumque in se sensisset carnis stimulum excitari, mox de igne titionem ardentem arripiens, puellam extra cameram effugauit. Et accedens ad angulum cameræ signum crucis cum summitate titionis parieti impressit, & coram illa cru-

ce ad orationem procumbens Deum cum lachrymis exorauit, vt nunquam ſtimulum carnis ſentiret, qui integritatem mentis, & corporis violaret. Cumque ſic orans diutius obdormiuiſſet, apparuerunt ei duo Angeli dicentes ipſum a Deo exauditum, & a pugna quam habuerat obtinuiſſe triumphum. Qui etiam ipſum circa renes ſtringentes dixerunt. Ex parte Dei cingimus te cingulo caſtitatis, quod nulla poſſet tentatione diſſolui. Ipſe autem in illa ſtrictura ſenſibilem paſſus dolorem excitatus clamauit. Cuius diuini muneris fuit adeo efficax gratia, vt ex tunc nullum ſentiret ſtimulũ illicita voluptatę. In vita S. Thomæ Aquinatis, quæ habetur apud Surium ex diuerſis ſumpta.

EXEMPLVM XCV.

Humilis Thomas de Aquino fratrem multo minorem ſe ſequi tanquam ſeruus non deſpexit.

LEgitur quoque in vita ſua de humili conuerſatione eius, cum ſemel in conuentu Bononiæ eſſet, & more ſolito per clauſtrum contemplaturus incederet, frater quidam alterius conuentus qui eum doctorem eſſe non nouerat, venit ad eum petita licentia a priore, quod cum fratre q primo ſibi occurreret ciuitatem ad ſua negotia ire liceret, & dixit ei. Bone frater Prior mãdat vt venias mecum. Qui ſtatim inclinans caput ſecutus eſt eum. Poſt quẽ eum non poſſet ſic feſtinanter incedere, ſæpè arguius a ſocio ſe humiliter excuſauit, Ciues verò qui nouerãt eum mirati, quod tantus doctor poſt fratrem modicæ conditionis incederet, qui dignus erat vt præiret. Cogitantes ergò hoc ex errore aliquo contigiſſe, indicauerunt fratri quis ille eſſet, quem poſt ſe duceret. Qui conuerſus & ſtupidus factus, petiuit veniam, vt eius ignorantiæ indulgeret. Et conuerſis prædictis ciuibus ad magiſtrum cum reuerentia, & interrogantibus de tantæ humilitatis exemplo benigne reſpondit. In obedientia omnis religio perficitur, qua homo homini propter Deum ſe ſubijcit, ſicut ſe Deus hominibus propter hominem inclinauit, Ibidem.

EXEMPLVM XCVI.

Oratione dominica, & ſymbolo Apoſtolorum ſanctus Regulus dæmonem fugat illiuſq. aſinus cruce ſe ſignans ab eiuſdem dæmonis impetitione defenditur.

LEgitur in vita ſancti Regulis Siluanectenſis Epiſcopi, qui fuit a ſancto Clemente cum ſancto Dionyſio in Gallias deſtinatus, quod cum ille vir Sanctus a viſitatione & informatione vicinarum ciuitatum rediret ad Siluanectũ, & adhuc in villa extra ciuitatem conſtitutus eſſet, erat in prædicta ciuita matrona quędã Gallicia nomine habens vnicum filium, quem ſubitò diabolus grauiſſimè cœpit vexatione torquere. Audiens autem quod in tali villa eſſet ſanctus Regulus, cucurrit ad eũ multum deſiderans quantenus quantotius ad ciuitatem properaret, vnicumque filium ſuum a dęmonis obſeſſione liberum ſibi redderet. Qui lachrymis eius condolens perrexit, & domum ingreſſus increpato dæmone orationem Dominicam, & ſymbolum ſuper caput pueri legere cœpit. Mox verò dæmon hac oratione territus, diuinoque verbere coactus in veſpertilionem mutatus, egreditur. Et quia immũdiſſimus ſordidum induerat animal, immundum non immeritò quærere volebat hoſpitium. Aſinum namque quo ſanctus Præſul longi labore itineris feſſus leuari ſolebat, videntibus cunctis qui aderant, cum aſſumptæ veſpertilionis forma ingredi voluit. Sed qui quondam quod natura negauerat, aſinum humanis vti coegit loquelis. Hunc aſinum ſancti Reguli meritis ſalutis vexillum, quod nunquam cognouerat componere docuit. Nam pede crucis ſignum in terra figurauit, & quaſi Deum adiutorem ſibi inuocaret erecto in cęlum capite plus ſolito rudere cępit, Sicque diuina potentia ſancti Præſulis aſinum ab iniquo hoſte liberauit. Tunc magna pars infidelis adhuc populi credidit, eoſque omnes cum puero a quo dæmonium eiecerat baptizauit Vincent. hiſto. lib. 10. cap. 26.

Ex

Ex vita ſancti Mammetis pueri.

EXEMPLVM XCVII.

Pueri Mammetis in perſecutione conſtantia, Deique circa eundem mirabili prouidentia.

TEmporibus Aureliani erat in ciuitate Cæſarea Cappadociæ puer vij. annorum Mammes nomine. Hic mortuis parentibus decretum Aureliani de cultu idolorum abhorrens, in montem cuius ſilua denſiſſima erat ſeceſſit, ibique viuebat, lectioni tantum & orationi vacans, & lacte gregis ſui ſe paſcens. Audita autem voce cœleſti, vt in campum deſcenderet, deſcendit, ibique virgam & euangelium inueniens ea tulit, & in montem aſcendit. Legente autem eo librum quem inuenerat in campo, conuenerunt illuc diuerſa ferarum genera, quæ proſtratæ ipſum adorabant, & poſt fixa genua ſurſum ad eum reſpiciebant. Tandem egreſſis feris maſculinis remanebant ibi fœminæ cum gregibus manſuetis vberibus lacte plenis. Quas puer Dei cum ſuis mulgens, & coagulans & caſeos faciens, cum ſibi abundare vidiſſet, quærens a Domino quid inde faceret reſponſum accepit, vt ad portam Cæſareæ deſcenderent, & pauperibus diſtribueret. Hoc videntes quidam Præſidi Alexandro retulerunt, quod in illo loco magus eſſet, qui omnes feras ſiluarum maleficaret. Tũc iudex equites duos miſit ad eum. Quibus ille obuians in habitaculum ſuum duxit, eiſque caſeum & aquam appoſuit. Quibus manducantibus facta eſt congregatio animalium ſedẽte eo, & legente euangelium. Quod videntes illi confugerunt ad eum. Confortauit autem eos puer ſanctus ne timerent. Et dimiſſi ab eo viſa Præſidi retulerunt. Puer autem ſanctus eos ſponte ſecutus coram Præſide Chriſtianum ſe profitens, cum ſacrificare reſpueret, ſuſpenſus torquetur. Cumque gratias agens in cœlum intenderet audita eſt vox, dicens: Cõfortare Mammes, & viriliter age. Tunc depoſitus, & in carcerem miſſus plus quam xl. viros fame penè deficientes ibidem inuenit. Orante autem eo columba cœlitus miſſa portans lac & mel per feneſtra intrauit. Accipiens ãt illud Mammes ſimul cũ eis mãducauit. Poſt hęc puer in fornacem mittitur, ſed ſtatim ignis extinguitur. Deinde locato eo in amphitheatro vt a beſtijs laceraretur, ab eis illęſus relinquitur. Deinde alius quidam leo de monte deſcendens per ciuitatem nullum læſit, ſed feſtinans ad amphitheatrum ſancto martyri dixit: O natura hominis Spiritu ſancto cooperta, ecce tui cauſa cogor ab Angelis contra naturam loqui. Hęc eo dicente amphitheatri oſtia ab Angelis clauſa ſunt, vt nemo egredi poſſet. Et aſcendens leo multitudinem Paganorum & Iudæorum laniauit, ſoluſque Præſes cum ſuo officio illæſus remãſit, iubente ſancto ne eum læderet. Tandẽ ſanctus puer ab Angelis euocatus, lapidibus obrutus emiſit ſpiritum.

Ex vita ſancti Babylæ Epiſcopi.

EXEMPLVM XCVIII.

Paſtor bonus Babylas Numerianum Imperatorem quaſi lupum a ſuo ouili repulit, & pueri tres mira animoſitate & fide in tormentis perſtiterunt immobiles.

NVmerianus Imperator cum apud Antiochiam immolaſſet dęmonijs, & vellet ingredi eccleſiam Dei, prohibuit eum Babylas Epiſcopus. Altero verò die præſentato ſibi in cõſiſtorio Epiſcopo dixit. Quid mihi hoc feciſti? Neſcis qa rex eſt qui tibi loquebatur? Reſpondit ei Epiſcopus: Me ſeruum humilem placuit Deo, vt conſtitueret paſtorem plebis ſuæ. Ideò cum vidi te lupum venientem ad oues eius, timens ne aliquam perderem prohibui te ab ingreſſu ouilis. Ad quem Cæſar: Ergò tibi lupus viſus ſum, & non rex? Reſpondit Epiſcopus: Secundum

in-

Digitized by Google

indulgentiam Dei rex eos, propter peccata noſtra, vt vel ſic verberati reuertamur ad ipſum. At ille; Quis eſt Deus quem colis? Reſpondit Epiſcopus: Virtus, & ſapientia & verbum patris. Ad hæc Numerianus: Quid eſt ergò homo? Ait, Conſtantia vitę, fruitio eorum quæ ſunt a Domino. Tunc iuſſit collo eius imponi torquem ferream, & compedibus pedes eius conſtringi. Et ait. Per Deos decet te torques talis. Reſpondit ſanctus. Tu quippe irridens dicis, ſed per filium plus me deco ant iſta quam te diadema. Si autem vis ſcire quã magna eſt doctrina noſtra, habeo ſub me tres paruulos quos gratia Dei erudiui. Iube eos adduci & videbis in eis ſapientiam, & ſciẽtiam Dei. Et educto Epiſcopo inducti paruuli interrogantur ſi matrem habeant. Illis reſpondentibus quia habemus. Adducta eſt. Ait ei rex. Quæ vocaris, & ſi iſti filij tui ſunt? Reſpondit. Theodola vocor, & ego quidem eos genui, ſed Deo obtuli per paſtorem bonum Babylam qui erudiuit eos in doctrina Dei. Tunc iuſſit eam rex alapari. Quod videntes pueri clamabant. Tyranne noli cædere matrem noſtram, honeſta enim mulier eſt & vera dicit. Tunc etiam pueros in cathaſta leuatos iuſſit percuti, vni quidecim duodecim plagas, ſecundo nouem, tertio ſeptem. Tũc pueris Deũ benedicẽtibus, ait mater. Gratias tibi ago Domine, quia ſinguli ſecundum numerũ annorum cæſi ſunt.

Tunc rex eductis eis dixit Epiſcopo, Magiſter inſipientium paruulorum, inuentia eſt falſa promiſſio tua. Nam pueri ſacrificare conſenſerunt; Ad hęc Epiſcopus; Mẽtiris: Magiſter ſum ſapientium puerorum, ſcio quia non conſenſerunt, non autem inſipientium quemadmodum vos. Tunc iuſſit eum rex cum pueris ſuſpendit, & ſuſpenſus dixit eis Epiſcopus. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Ecce ego tormentorum nihil ſentio, nam Chriſtus prome patitur. Infantes quoque ſuſpenſi clamabant. Tyranne crudelis quare tam bonum paſtorem tam crudeliter torques? Sed hæc faciens maiorem illi gloriam accumulas, tu autem non effugies iudicium Dei, ſed æterno igne cremaberis. Tunc iuſſit eos amplius torqueri. Ipſi autem clamabant. Miſerrime non erubeſcis quod conuinceris a tam puſillis paruulis coram omni populo iſto. Non ſentimus pœnas iſtas Deo iuuante nos, tu verò magis cruciaris quam nos. Tunc depoſito Epiſcopo & educto, rex ſingulariter pueros interrogauit. Sed ipſi ęque vt terrentem, promittentem pariter contempſerunt. Tunc rurſus introducto Epiſcopo dixit rex. Hi filij tui ſunt? Reſpondit ſanctus. Voti mei eſt, vt mei in omnibus ſimiles ſint, exceptis peccatis meis. Tunc iuſſit Rex cum infantibus pariter decollari. Et amplexans eos dextera, leuaque dixit. Ecce ego & pueri mei, &c. Infantes verò manus eius oſculantes dixerunt: Domine pater, & magiſter noſter pariter conſuemur. Ait Epiſcopus: Benedictus es Domine qui vere ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem tuam. Et oſculatus ſingulos tradidit quæſtionarijs, vt in eius præſentia percuterentur. Quibus percuſſis tradidit etiam ſeipſum. Et ſic pariter educati pariter coronati ad cœleſtia migrauerunt. Chryſoſto. ſer. in Inuentinum Metaphraſtes 4. Sep. Suidas in voce Babylas.

EXEMPLVM XCIX.

Philemon ſagittis impetitus lædi non potuit, mortuuſque Arriani iudicis oculo ſagitta extincto viſum reſtituit, conuerſus exinde Arrianus futuræ mortis genus prædicit, terræ infodi iubetur, à Chriſto liberatus in lecto Imperatoris ab eo reperitur, cum ſocijs quatuor ſub merſus eſt, eorumque corpora à delphinis delata ſunt.

LEgitur in vita ſancti Aſclæ, quod cum poſt mortem eius Philemon Chorau la ad ſacrificia inuitaretur à iudice Arriano, dixit ei. Si vis vt audiam te audi me prius, & iube vas æneum exhiberi & infantulum imponi & operiri. Quo facto iuſſit dolium æneum à militibus ſagittari, donec omnes ſagittę deficerent Poſt hæc autem infantem eductum illæ ſum oſtendẽs, dixit Præſidi. Sicut uas illud æneum ictibus ſagittarum concuſſum eſt, ſed quod intus latebat lædi non potuit, ſic & corpus noſtrum pro fide Chriſti ſuppliciorum iaculis ſtimulatum innocẽtiani animæ Deo protegentes vulnerari non patitur. Tunc iratus Præſes iuſſit eum ſuſpendi, & ſagit-

tis

tis quibus dolium ſagittatum fuerat corpus Philemonis a pedibus vſque ad verticem ſagittari. Et cum totis viribus tela contra eum intorſiſſent, nullum in eo iaculum infigi potuit, nec vllum in terram ruebat, ſed omnia in aere dependebant. Cum autem adhuc Præſes vidiſſet eum viuere, vehementer ſtupuit, & volens rem plenius agnoſcere, accedens oculos leuauit, vt videret, & ſtatim vna de ſagittis cadens, eius oculum extinxit. Tunc iuſſit eum deponi, & ait. Redde mihi oculum arte magica quam noſti, & dimittam te. Qui reſpondit. Vt non æſtimes Dominum meum curare non poſſe cum mortuus fuero, lutum fac de terra ſepulchri mei, & ſuperunge oculo tuo ſtatimque ſanaberis? Quo audito, iuſſit eum decollari. Altera autem die Arrianus facto ſicut ei dixerat Philemon ait. In nomine Ieſu Chriſti pro quo ille martyrium compleuit, vngo oculos meos vt videam & credam. Et ſtatim vidit clamans ſe chriſtianum eſſe. Cuius conuerſio Diocletianum non latuit, miſitq; quatuor protectores qui eum caperent. A quibus correptus prius iuit ad ſepulchrum ſancti Aſclæ, Philemonis, & Apollonij & ait. Orate pro me Dominum conſortes luminis ſempiterni, vt confortet me, & conſummet in nomine ſuo martyrium meũ. Tunc vox de ſepulchro Philemonis. Confortare, inquit, Arriane, Ieſus in quem credis operabitur pro te. Vade ergo cum his qui venerunt ad te, & ora pro eorum conuerſione. Hoc autem audientes protectores mirati ſunt. Abijt ergo cum illis, & octo ſeruis & familiaribus ſuis. Quibus cum Alexandriam veniſſent, præcepit eis vt corpus eius ibi expectarẽt dicens. Octaua die martyrij Diocletianus iubebit me in mari præcipitari cum ſacco arena pleno. Solicitè ergo poſt tres dies, ideſt, xj. die Martij egrediamini ſuper mare circa horam ſextam, & inuenietis corpus meum ſupra dorſum delphini, quod tollentes ſepelite iuxta corpus Philemonis. Cum igitur cum quatuor protectoribus peruenisſet ad Diocletianũ, ille iuſſit in campo foueam profundam fieri, eumque catenis æreis oneratum, & ferro compeditum, ac manibus co ligatis cũ lapide circa collum lapidem depreſſum in foueam deponi totamque terram ſuper eum quæ geſta fuerat remitti, & deſuper milites ludere, blaſphemo quoque ore dicere. Videamus ſi venit Ieſus, & liberet eũ. His patratis. Imperator æquum aſcendens abijt in domum ſuam. Et ingreſſus cubiculum quieti corpus dare poſt iram, vidit vincula, & compedes ſupra reclinatorium pẽdere, & Arrianum in lecto iacere. Qui dixit ſibi. Noli turbari, ego ſum Arrianus quẽ fodiſti grauatum ferro, & ære, & mole arenæ, & venit is quem præualere non credebas Ieſus, qui liberat credentes in ſe. Cum autem iuſſiſſet. Diocletianus eum in ſacco cum arena mergi, quatuor protectores prędicti tyrannidem eius arguentes, & Chriſtum verum Deum confitentes in quatuor alijs ſaccis pariter in mare proiecti ſunt. Statim autẽ Dei nutu parati delphini corpora eorum ſuſceperunt, & Alexandriam deponauerunt. Serui autem Arriani quinque corpora videntes dicebant, quia Arrianus ſe ſolum deferendum prædixerat, vnde non credebant eum ibi eſſe. Vox ergo humana quaſi de ore vnius delphini audita eſt. Nolite dubitare, hic eſt Dominus veſter Arrianus, tollite eum, & hos quatuor qui eadem martirij gloria coronati ſunt, & ſepelite omnes iuxta ſepulchrum ſancti Aſclæ. Et ita fecerunt. Vincent. lib. 12. cap. 1. & 2.

EXEMPLVM C.

Virginitatem ſanctarum Virginum Agapis, Chionę, & Hirenę mira dignatione Dominus defendit.

LEgitur in vita ſanctarum Agapis, Chironæ, & Hirene. Quoniam cum Imperator Diocletianus audiſſet rumores ſanctitatis Agapis & Chironæ virginum præſentatis eis ſibi promiſit eis maritos de palatio ſuo per quos illuſtres eſſe poſſent, ſi Chriſtum negantes idola colerent. Cumque nullatenus a chriſtianitate flecti poſſent, iuſſit præſidi Dulcatio diuerſis tormentis eas affligere. Cum autem præſentatæ eſſent, videns eas. caput oculorum aſtrictus turpiſſimo ſpiritu agebatur. & fecit eas apud talem officialem tradi cuſtodientes, qui eis libertatem promitteret, ſi captiuæ eius animo conſenſum prębuiſſent. Sed cum nec promiſſionibus, nec terroribus

Digitized by Google

roribus animum commutarent, ausus est ipse præter cellulam ingredi, vbi illæ orantes noctem Christo peruigilem exhibebãt, in quo loco omnia coquinæ vtensilia reposita erant. Ingressus autem cum velle perficere ad quod eum ardor libidinis impellebat, alienatus mente cœpit ollas amplecti, & sartagines osculari. In quibus diu ludificatus totus niger, & cacabatus talis cœpit esse in vestibus, & in facie qualis a diabolo possidebatur in mente. Tandem cum suis egressus est, qui eum cum luminaribus expectabant, visoque eo omnes fugerunt videntes eum talem nullam habentem corporis partem, quę non esset inquinata, & in partibus sciſſam. Stantibus enim ancillis Dei & psallentibus, nullum penitus per eum potuit diabolus impedimentum afferre. Videns ergo Præses se ab officio suo esse contemptum, nescius quid de se factum esset, non est reuersus in domum suam, sed cœpit concito cursu ira ad Palatium Diocletiani. Prosterum me inuictissimis Imperatoribus, & dicam me ita ab officio meo ludibrio habitum, ac cum irrisione, & clamoribus derelictum. Cumque mane apertum esset palatium, & ille totus cacabatus intrare vellet ad regem, alij virgis alij pugnis, alij in eius faciem exufflantes eum impingebant, & alij quoque ridentes, alij irascentes eum expellebant, & vix potuerunt, eum seruari ad demum suam perducere dicentes. Respiæ te, & respice. Clauserat autem diabolus oculos eius, nec poterat seipsum attendere, sed videbatur ei, quod totus mundus esse niueis uestimentis indutus. Mens tamen sana in eo erat, & soli oculi tenebantur a sathana, quibus Dei martyres obscœno mentis conamine respexerat. Interea putas ancillarum Dei maleficijs euenisse coram publico tribunali iussit eas expoliari, vt corpora eorum nuda aspiceret, sed ita fixæ inuentæ sunt vestes earum, vt quasi cor a corporibus iuncta putarentur. Hæc attendens Dulcitius, & consternatus ita obdormire cœpit in tribunali, vt nec a pulsantibus posset excitari, sed sic dormiens sublatus est in domum suam, & ibi euigilauit. Hæc audiens Diocletianus tradidit eas Sisinnio, qui sacrificare nolentes iussit viuas incendi. Cum ergo in ignem missæ nec vestimenta earum arderent, dixerunt. Domine Iesu ne ab hac hora patiaris nos loqui cum his qui te verum Deum negauerunt. His dictis prostrauerunt in oratione, & immaculatis corporibus, intractis crinibus integrisque vestibus, digesto, igne repertæ sunt. In crastino etiam iussit Hirenam locari in prostibulo, sed apparuerunt ducentibus eã duo milites dicentes. Misit nos comes, vt ducatis eam vbi ego dico. Et duxerunt eam in supercilio montis. Tunc videns se delusum Sisinnius, eques perrexit ad montem. Et videns eam antem tota die girauit eam nec tamen potuit ad eam peruenire. Tetendit autem vnus seruorum eius arcum, & iaculo perforauit eam. Et siccum gloria peruenit ad Dominum. Quarum corpora Anastasia cum gaudio sepeliuit, orans Dominum vt earum particeps fieri mereretur. Vince. lib. 12. c. 59. 60. 61. 62.

EXEMPLVM CI.

Virginum inæstimabilis gloria sanctis Iuliano & Basilissæ ostenditur.

LEgitur in vita sancti Iuliani & Basilissæ. Quoniam cum idem Iulianus multum hortaretur a parentibus vt vxorem duceret, per quam & genus suum conseruaret, & adolescentiæ lapsus euaderet, orationi se dedit auxilium petens a Domino ne virginitatem promissam aliqua occasione violaret. Apparuit autem ei Angelus Domini dicens. Iuliane, surge, & parentum voluntatem perfice. Accipiens quidem coniugem, non quæ te polluendo a Domino separet, sed per te virgo tecum perseueret. Lætificans ergo parentes, sicut (inquit) desideraſtis, ecce fic facio. Quæritur ergo puella diuitijs, nobilitate atque decore præstantissima, nomine Basilissa quæ, & ipsa parentum vnica fuit. Venit ergo dies quo vicini inuitantur ad nuptias, plateæ sericis ornantur, & aures omnium sonis musicorum, & cantilenis virginum oblectabantur, ita vt si homo etiam ferreus esset, luxuria solueretur. Producitur inter hæc onerata gemmis, & auro sponsa de thalamo. Ingreditur iuuenis cum uirgine lætus cubiculum, factaque ab eo oratione, tali odore cella repleta est, vt videretur sibi uirgo in tali loco constituta

stituta esse, vbi vernant lilia & rosæ, & ait ad iuuenem. Miram rem sentio, cum enim hyemis tempus sit, ita mihi omnium rosarum & liliorum odor famulatur, vt his satiata iam horream thori coniunctionem. Cui Iulianus. Odor qui tibi apparet, Dominus est amator castitatis, qui integritatem corporis seruantibus, vitam repromisit æternam. Ait igitur illa. Quæ melior salus est, quam integritatem custodiendo vitam æternam acquirere? Opto igitur vt pariter in eo virginitatis proposito perseuere mus. Tunc procidens Iulianus ait. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Quod & similiter fecit. Et subito fundamenta cubiculi commota sun & lux immensa emicuit, fitque ibi spectaculum magnum. Nam ex vna parte sedebat rex æternus cum multitudine candidorum, & ex alia parte multitudo virginum, quarũ gloriosa virgo tenebat principatum. A parte regis clamabatur, vicisti Iuliane, vidisti. A parte virginis clamabatur. Beata es Basilissa, quæ salutarib. monitis consensisti. Et ostensus est Iuliano liber aureis literis scriptus vt legeret, & legit sic. Iulianus, qui pro amore meo mundum contempsit, deputetur in eorum numero, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Basilissa verò, quę ei integro corde sociata est, deputetur in numero virginum, quarũ virgo Maria tenet principatum. Et dicebant omnes, Amen. Reliquum ergo nostis in laude transigentes, cœperunt spiritu, non carne fructificare. Nec dinumerari possunt animæ quæ per Iulianum præmittebantur ad Dominum. Similiter & agmina virginum per Basilissam præmittebantur ad Christum. Tẽpore autem Diocletiani furore persecutionis incumbente orauerunt Deum, vt omnes per eos conuersi antequam ipsi migarent transirent ad Dominum. Et transierũt in breui mille animæ ad Deum. Deinde ipsi Basilissa ab ipsis iam mortuis inuitata etiam ipsa defuncta est. Simeon Metaphrastes apud Lipomanum to. 7.

EXEMPLVM CII.

Affectum parentum paganorum visa gloria Christi Celsus puer quanta magnanimitate contempserit.

VI autem persecutionis ingraueſcente Præses Martianus sanctum Iulianum post dira tormenta, & diuersis pœnis afflictum, & vinculis ferreis per omne corpus oneratum, iussit sub voce præconis ciuitatem circumire dicens. Hæc merentur Deorum rebelles, & principum contemptores. Et cum veniret ad locum vbi Celsus vnicus filius præsidis studebat, ait puer ad condiscipulos suo. Rem inauditam video, illum scilicet Christianum quem ducunt cum multitudine albatorum colloquentem, & coronam supercaput eius de gemmis & auro, cuius fulgor excœcat huius aeris lucem, & alios tres uiros albescentibus comis, alarumque volatu in similitudinem aquilarum super eum excubias celebrantes. Et hoc mihi videtur, quia dignum est tali Deo seruire, qui suos sic tuetur, & tali decore circundat. Hoc audientes discipuli, & magister eius blandè corripientes eum ab intentione reuocare conati sunt. At ille doctorum volumina abijciens, etiam vestes quas indutus erat, abiecit dicens. Nudum me mater fudit huic sæculo, quod mundi est, mũdo relinquo. Hæc dicens per plateas ciuitatis cursum arripuit donec vbi sanctus Iulianus torquebatur veniens, pedibus eius prostratus ait. Te secundæ natiuitatis quam mihi Christus ostendit patrem agnosco. Martianum vero genitorem meum veritatis inimicum despicio. Tota autem ciuitas concurrebat, & filium præsidis sic vulnera martyris osculantem mirabatur. Si quis autem voluisset ex præcepto præsidis puerum a Iuliani cõplexu auellere, statim manus eius & brachia cõtrahebantur. Præsentatis ergo eis præsidi, ait Iuliano Præses: Spei meæ fructum magicis artibus auferre contendis, & ipsum parentum amorem negare compellis. Hoc eo dicente aduenit, & mater cum multiplicata familia, crine soluto & nudatis vberibus clamans. Quod videns Præses clamauit incisis uestibus ad Iulianum: Iuliane crudelis aspice dolore patris & matris, & planctum tanię familiæ, & a magi-

cis

ſanctis ſingulis cupis ignis ſuperponitur, & plus quam triginta cubitis flamma leuatur. Fleuit omnis ciuitas, quæ conuenerat, ſed de medio ignis melodia pſallentium reſonabat. Tranſiuimus per igoem, & aquã & eduxit nos in refrigerium. Tunc ſancti rurſus includuntur in cuſtodia, & mater Celſi ſecundum promiſſum cum eis. Orantibus autem eis ſubitò locus motus eſt, ſplẽdor emicuit, odor conſuetus affuit, & vox pſallentium inſonuit. Hæc autem videns, & audiens mulier clamauit. Nunquam hęc comperi. Nam ita refecta ſum, vt omnium dolorum oblita, illum ſolum Deum credo, pro quo filius meus agonizatur. Cui puer. Verè nunc te matrem meam confiteor, nec tu me amittes, ne ego te ſi ad illud donum mecum contendas pro quo ſancti tanta ſuſtinent.

Illa autem iam diuinitus illuſtrata, ſcias (ait) fili nihil me eius amoti præponere quem tu diligis, pro qua re quicquid ſaluti meæ neceſſarium cognoſces exercere. Nã & præſenti vita carebo libenter, vt ad illam æternam poſſim vobiſcum pertingere. Tunc ſanctus presbyter Anthonius baptizauit eam Cui Celſus eius filius in baptiſmi gratia pater factus eſt.

Audiens hæc Marcianus iuſſit vxorem ſuam apprehẽſam domi ſeruari, ſed appropinquantes ei miniſtri, cœci facti ſunt. Iuſſit autem Martianus in craſtino viginti milites decollari, ſeptem germanos comburi. Iulianum verò cum Anthonio presbytero matrem, & filium, & illum quem infernus reddiderat ſuo iudicio reſeruari. Dixit ergo ſacerdotibus templorum. Ornate templum Iouis, quod ſemel in anno aperitur. Quæ adductis ſanctis ait. Ecce tempus ſalutis veſtrę ſi in hoc templo venerãdo numinibus offeratis. Reſpondit Iulianus: Tẽpore ergo ſalutis noſtræ fac omnes ſacerdotes eſſe præſentes, vt videant magnitudinem ſacrificij noſtri. Gaudens ergo Præſes iuſſit omnia eorum uincula auferri dicens: Turpe eſt eos catenis teneri, quibus Dij cœperunt eſſe proprij. Congregatis ergo omnibus Iulianus & Anthonius cum omnibus orauerunt dicentes: Deus ęternæ qui non in manufactis, ſed mundis cordibus habitas, reſpice in ſubuerſionem templi huius, cultorumque eius, vt credant ſolo nomini ſancti tuo. Statim autem ſanctis Amen reſpondentibus, templum ſubuerſum eſt, ſculptilia cecidernnt, ſacerdotes fere mille cum templo demerſi ſunt, & alia magna pars Paganorum interijt. Tũc ait Præſes. O virtus magica, iam non miſerebor, nec parcam. Et retruſis eis in carcerem, apparuit multitudo ſanctorum, etiam prædicti viginti milites, & ſeptem germani, & ſancta Baſiliſſa, cum choro virginum omnes in magna gloria dicentes. Regna cœlorum patefacta ſunt vobis, venite. Altera die iuſſit Præſes Iuliano, & puero cutẽ capitis auferri. Anthonio presbytero & Anaſtaſio a morte reuocato, oculos vncinis erui, matrem verò quam credebat pœnas tolerare non poſſe, eculeo applicari. Sed ſtatim vt volebant eam miniſtri punire, excęcati ſunt, Singulis autem Dominus ſanitatem ſubito tribuit. Tunc clamauit Præſes. Heu, heu, vincimur. Quid nũc amplius eis faciam? Iubet ergo omnes feras ad ſanctos in amphitheatro dimitti, quæ ſtatim omnes pedes eorum lingebãt. Poſt hęc iubet eos decollari. Quo facto ſubito præ terremotu media pars ciuitatis corruit multitudo infidelis populi a fulgure, & tonitru extinguitur, omnia templa idolorum corruerunt. Ipſe autem iudex ſemiuiuus euadens non multo poſt vermibus ebulliens expirauit. Paſſi ſunt octauo idus Ianuarij. Apud Surium to. 1.

EXEMPLVM CIIII.

Cœleſtem coronam ſanctæ fidei pro paſſionibus datam videns Caprafius animatur ad pugnam.

LEgitur in vita ſanctæ Fidis virginis, quæ ipſa a cunabulis Chriſtum diligens, cum præ fama ſanctæ vitæ latere non poſſet comprehenditur, & Daciano præſentata, Chriſtianam ſe eſſe conſtanter reſpondit. Cumque Deos gentium dæmonia eſſe aſſerens, nec blandimentis, nec minis ut Chriſtum negaret poſſet induci, iuſſu præſidis ſuper craterem ferream diuaricatis mẽbris, ſubſtratis carbonibus extenſa eſt. Dũque ſic pro Chriſto torqueretur, multos exemplo ſuo conuertit ad Chriſtum. Tunc quoque ſanctus Caprafius, qui prætimore præſidis iuxta vrbem in rupis cuiuſdam foramine iacebat, cuncta quæ intra muro-

rum

tum ambitum fiebant apertè videbat. Hic cum virginem tam crudeliter puniri cerneret, orauit primò Deum vt eam victricem certamine faceret, deinde vt sibi præmium martyrij illius demonstraret. Et ecce vidit protinus columbam niueam de cœlo descendentem, quæ coronam auro, gemmisque lucentem super caput virginis, quam Angelus vestibus speciosis induerat posuit, & vt circa virginem Dei virtus clarior appareret, ipsa columba volatu alarum, & rore cœlesti sic ignem extinxit, vt nihil de incêdio remaneret. Hæc ergo cernens Caprasius quasi iam de victoria securus, rupem sub qua manserat dextera percussit, & fons protinus erumpens meritis sanctis Caprasij omnibus infirmis vsque nunc remedium salutis impendit. Exiliens igitur Caprasius ad locũ certaminis properauit, & Daciano Christianum se offerens, tanta iubentis crudelitate lanitatus est, vt inter cæteros circumstantes. Primus, & Felicianus fratres, pp eius patientiam ad Christum conuersi cũ ipso Caprasio, & Fide virgine plecterentur. Vincent. lib. 12. cap. 133.

EXEMPLVM CV.

Prælatorum perfectionem, & periculum considerans Petrus Alexandrinus Episcopus, nunquam in sede Episcopale sedere præsumpsit.

LEgitur in vita sancti Petri Alexandrini Episcopi, quod idem sanctus tempore Episcopatus sui nunquam in cathedra sua voluit sedere, sed super scabellum ipsius cathedrę residebat. Propter quod frequenter clerus, & populus cõquerebatur, sed nequaquam ad quiescebat. Nam quotiens ascendere volebat ipsam cathedram, splendor igneus de ipsa sede egrediés ei apparebat. Cuius aspectu vir Dei ita accendebatur, ut interdum se nescire esse in corpore. Cum autem quadam solẽnitate clerus, & Episcopi qui aderant de tam humili eius sessione quærerentur, ille coactus & rem celare non valens. Cur, inquit, affligitis cor meum, an non videtis virtutem igneam, quæ emicat in ipso solio, & spiritum corruscare nõ cernitis? Cũ que omnes demisso capite nihil responderent, tantam rem audientes, subiunxit. Credite mihi filioli, si videretis quæ video, cognosceretis quid est virtus sacerdotalis, & quæ gratia in ipsis habitat, ad cuius maiestatis præsentiam, ego territus in eadem cathedra sedere non audeo. Vincent. lib. 18. cap. 15.

EXEMPLVM CVI.

Pastoris officium debitum paulo negligentius exercuum se fuisse existimans Sancto Maurilius, graui pœnitentia semetipsum subegit, magna deinde cura quæsitus à suis, deoque iuuante inuentus magna cum gloria ad propriam sedem reducitur.

IN gestis sancti Maurilij Episcopi Andegauensis (in cuius consecratione, sicut referre solebat sanctus Martinus, non solum affuit Spiritus sanctus in specie columbæ, sed etiam Angelorum exercitus copiosus) legitur quod cũ in basilica beati petri Apostoli celebrare, aduenit matrona cum moriente puero, quem idem vir sanctus eidem ante Episcopatum vt nasceretur precib. obtinuerat apud Dñm postulans, vt filio suo quem Domino deuouerat manuum suarũ impositione Spiritum sanctum daret antequam obiret. Sed remorante paululum Episcopo in celebratione puer excessit. Beatissimus igitur Maurilius expleto missæ officio, obituq; pueri qui absque chrismatis dono excesserat per cognito, totum id suæ negligentiæ deputauit, lachrymis multo tempore irremediabilibus culpã suam deflẽs. Cui cum nec ista sufficerent, diu multumque quid ageret secum tractans, tandem reperit quod inter conciues tantæ negligentiæ piaculum plenæ expiare nequiret, nisi singularis elapsus patriam propriam ciuesque relinqueret. Tali igitur reperto consilio occultè recessit, & Sanctorum reliquiorum Ecclesiæ Andegauensis secum claues exportans. Cum autem peruenisset ad mare diuina prouidente clementia manens in litore diem transitus sui exarauit in lapide. Sicque ascensa puppi inchoati itineris cœpit maturator existere. Cumq; processisset in altum, & reliquiarum claues quare secum detulerit cogitaret, insidiante humani generis inimico, vt dolorem super dolorẽ sancto viro imponeret, repente claues de

ma-

Digitized by Google

manibus lapsæ submerguntur in æquore. Tunc enim lachrymis clamauit Maurilius. Nisi has iterum claues videre meruero, patriam, & vibem nunquam repetam quam effugio.

Transmisso igitur mari, quo quis esset, abscondere potuisset, mutato habitu vni principum regionis adhæsit, professus se hortulanum fore, qui cum præficeretur ministerio, tantam copiam Domino oleribus dabat, vt omnibus quibus necesse fuerat ex eisdem daret sufficienter, & tamen nunquã olera defecerunt, vnde pluribus placebat, ab omnibus amabatur. Interea plebs Andegauorum pauore nimium percellitur, crebrisque visionibus admonetur, vt proprium pastorem circumquaque perquireret, nisique Maurilius inuentus suæ ecclesiæ redderetur, vibem Andegauorum fore celerius subuertendam. Vnde eiusdem regionis nobiles, & vulgares collatione facta in vnum conuenerunt, decretum eligentes ex conciuibus quatuor diffusæ virtutis ac fidei viros, quibus quę necessaria erant ad tanti itineris supplenda negotia sumptibus ex toto collatis præcipiunt ne vnquam reuertantur donec pastorem suum inuenissent. Qui functi legatione, & deuotius iussa exequentes, omnem fere Europam circuiru ambierunt.

Septimo tandem anno in partes Galliæ reuertentes, & minime quem quærebant inuento, diuino ductu ad portum Oceani maris (qui in Britannia minore manet) peruenerunt, quatenus quem eis mare inuenire non poterant, trans mare quærere niterentur. Præstolantes igitur nauim cum qua transirent, dum residerent in litore scriptũ (quod supra diximus) inueuerunt in silice. Hic transijt Maurilius Andegauorum Episcopus. De tam euidenti igitur alacres facti indicio, trans pontũ abiere secum. Cumque iam in medio maris essent, repente immanis emersus è gurgite piscis prosilijt in nauim, de quo cum Deo gratias retuliſſent ipsumque piscem exenterare cepissent, reliquiarum claues (quas Maurilius in mari perdiderat) in piscis iecore ęperunt. Quas recognoscentes nimiumque mirantes, turbabantur attoniti metuentibus ne cum ipsis Maurilius naufragiũ passus, submersus esset. Demissis igitur nauis ancoris in hoc stantes, vt de mari reuerterentur, afferentes nautis Maurilium esse defunctum, singuli sequenti nocte vnum, eundemque visum Domino triuente habuerunt. Nolite, inquit, metuere, nec reuertamini de itinere, cœptum maturate negotium, procul dubio diu quæsitum inuenietis. Mane reddito quid singuli viderant, retulerunt. Vnde factum est vt Angelico ductu ad domũ principis (cum quo Maurilius habitabat) recto itinere deducerentur.

Ingressi autem illico Maurilium vocari & cum oleribus (quibus rex vti consueuerat) accurreret audierunt. Oculorum igitur aciem in partem qua illum audierunt in clamore dirigentes, cum oleribus occurrere statim Maurilium perspexerunt. Quem cum cognouissent, prostrati pedibus illius cum magno fletu rogabant, vt propriæ subueniret ecclesiæ, atque ciuitati, quæ eius absentia nihil iam aliud nisi supremum præstolaretur exitium.

Ad quorum fletum cum se negare non posset, obstupefactus cum lachrymis repugnare cœpit obnixius dicens. Voto me ac iuramento constrinxi, nunquam me ad patriã reuersurum, nisi claues videre merear iterum quas amisi. Quibus statim exhibitis, quicquid in mari viderant, & pertulerant, ex ordine referebant. Interea istiusmodi circumquaque negotij fama pernolitat, ipsumque sollicitat regem. Mirantur cuncti & quem vt hortulanum habuerant nunc vt sanctissimum Præsulem adorant, multis cum muneribus & donarijs honorare concertantes. Tunc Maurilius tot precibus vt regrederetur & miraculis victus, dum sollicitior de reuersione cunctaretur, & vigilijs & orationibus insomnem ducere sequentem disponeret noctem, tandem fatigatus ieiunio paululum obdormiens, Angelum Domini vidit dicentem sibi. Surge Maurili, & populorum te quærentium exequere votum. Ecce enim tuis precibus atque meritis tibi commissas seruauit Dominus oues, pro quibus rogasti, & insuper reddidit tibi puerum quẽ diutius plorans quęsisti. Quid multis? Reddito mane concurrentibus vndiq. populus cum honore magno deducitur ad nauem, & traducto ponto cum non minori gloria ad propriam excipitur patriam. Taliterque regressus ad vibem spectantibus turbis de Domini promissione securus venit ad tumultum pueri.

Quem rastris discoopertum, inuocat plan-ctibus diuinissime Christum. Tandem expleta cum lachrymis oratione vtrique consurgũt, Maurilius de oratione, & puer de morte. Quo septiformis Spiritus gratia consecrato, ex euentu vocauit eum Renatum. Qui ab eodem beato viro diligentius educatus, tantis florere virtutibus promeruit, vt post Maurilium pontificalem ecclesiæ cathedram sortiretur. Vincent. hist. lib. 17. cap. 23. 24. 25. 26.

Ex lib. 2. Victoris Vticensis de persecutione VVandalica.

EXEMPLVM CVII.

Cœlestis mercedis intuitu quanta auiditate martyres tribulationes huius temporis expetierunt.

LEgitur in vita sancti Eugenij Carthaginens Episcopi, quod in Africa Rex Gelericus obijt circa annum Domini 473. Qui quidem fuit Rex VVandalorum, & Carthaginensem cum tota Africa dolose occupauerat.

Quo mortuo successit Honoricus filius eius annis octo. Sub hoc beatus Eugenius cum omni Clero Carthaginensi contra Arrianam hæresim pro Christo fortiter agonizat. Hic quidem Honoricus in primordio regni (vt habet subtilitas Barbarorum) cœpit mitius, & moderatius agere, & maximè circa religionem Christianam. Et vt se religiosum ostenderet, solicitus requirebat hæreticos Manichæos, ex quibus multos incendit, & variis modis perdidit, & præcipue presbyteros, & diaconos Arrianæ hæreseos.

Destinauit autem edictum per notariũ suum, quod publicè legeretur, iubens, vt iuxta petitionem Zenonis Imperatoris, ecclesia Carthaginensis religionis suæ proprium haberet Episcopum, quæ iam per viginti quatuor annos tali ornamento fuerat destituta. Quod dum edictum nobis præsentibus ecclesiæ legeretur gemere cœpimus, eo quod mediantibus dolis malorum esset futura persecutio præparata, & ita legato respondimus. Si ita est inter positis his conditionibus periculosis ecclesia non vult habere Episcopum, gubernet eam Christus, qui semper dignatus est gubernare. Quam suggestionem legatus accipere neglexit, simul & populus, unc vt fieret quasi ignis exarsit, cuius erat clamor intolerabilis, qui nulla posset ratione sedari. Ordinato itaque Episcopo Eugenio viro sancto Deo quoque accepto, sublimis nata est lætitia, & gaudium cumulatum est ecclesiæ Dei, & exultans multitudo Catholica sub barbara dominatione de ordinatione pontificis reparati.

Cœpit enim ille vir Dei per conuersationem bonam venerabilis, & reuerendus haberi his etiam qui foris erant, & ita esse omnibus gratus, vt si fas esset animam suã, pro eodem ponere vniuersos delectaret, sed cum fama eius esset vbique celebris atque manifesta, cœperunt exinde Arrianorum Episcopi inuidia graui torqueri, quotidianis eum calumnijs infectantes. Quid plura? Suggerunt regi de illo, qui præcepit vt super suum nequaquam sederet thronũ, nec ad Dei populum verbum faceret consuetum. Deinde quoque mares & fœminas in habitu barbaro incedentes, in ecclesia cõspicere prohiberet. Ille autem respondit, vt docuit. Domus Dei omnibus patet, intrantes nullus potest repellere. Et maximè quia ingens erat multitudo nostrorum Catholicorum in habitu illorum incedẽtium ob hoc quod domui regiæ seruiebant. Ac vbi ab homine Dei tale responsum accepit, statuit in portis ecclesiæ collocari tortores. Qui videntes fœminam, vel virum in specie suæ gentis incedentem, illico palis minoribus dentatis ictis in capite, crinibusque in eisdem collocatis, vehementius stringentes simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant. Nonnulli dum hoc eis fieret statim oculos amiserunt alij ipso dolore defuncti sunt. Mulieres vero post hanc pœnam capitibus pelle nudatis, praeone præcunte per plateas ciuitatis ad ostentationem ducebantur, sed ipsæ hoc sibi lucrum maximum computabant. Nec scimus tunc aliquem, eorum etiam pœnis vrgentibus a recto itinere declinasse. At vbi isto modo fidei firmitatem infringere

gere non voluit, illum cogitat, vt nostræ religionis homines in aula eius constituit, neque annonas, neque stipendia solita potirentur. Addidit quoque & laboribus eos conterere rusticanis, & dirigit viros ingenuos, & admodum delicatos ad campum Vticensem, vt sub ardentis solis incendio despites messium desecarent. Vbi omnes cum gaudio pergentes in Domino lętaban tur. In quorum contubernio quidem fuit aridam habens manum, quæ per annos quam plurimos nullum ei præstiterat obsequium. Qui cum veraciter excusaret se operari non posse, magis violenter iussus est pergere. Sed vbi ad locum ventum est, & præsertim pro eo orando ingemuerunt omnes pietate diuina illa arida incolumis cõfessoris restituta est manus. Hinc iam Honorici persecutio doloris ac parturitionis nostræ sumpsit initium. Ipse autem qui se se tam dudum omnibus bene ostenderat, desiderat post obitum suum filijs (quod nõ contigit) regnum statuere. Theodoricum fratrem, filiosque eius, Guntinisque fratris nihilominus filios crudeliter cœpit insequi. Quorum nullum dimitteret nisi eis mors desiderij sui voluntatem auferret. Ex lib. 2. Victoris Vticensis de VVandalica persecutione.

EXEMPLVM CVIII.

De persecutionibus immanissimis Christianorum, eorumque constantia.

AMputatis igitur in breui omnibus quos timebat, & solidans sibi (vt putabat) regnum quod breue fuerat, & caducum, ex parte odiosus atque securus vniuersa tela furoris in persecutiones Ecclesiæ catholicę rugiens sicut leo conuertit. Ante persecutionis tamen tempestatem multis præeuntibus visionibus & signis imminẽs demonstratum fuerat malum. Nam fermẽ ante biennium quam fieret, vidit quidam Faustli ecclesiam solito in ornatu fulgentẽ, & dum lętarentur candore tanti fulgoris, cereis quoque fulgentibus, pallioque velamento ac lampadibus rutilante, subito aer luminis illius concupiscibilis extinctus est fulgor, ac tenebris succedentibus aduersarius naribus inatus est fętor, & omnis illa ablatorum turba expellentibus quibusdam Aethiopibus minata est foras, ob hoc lamẽtandum quod eam in claritate pristina nequaquam viderit iterum restituram. Nam visionem istam nobis præsentibus sancto retulit Eugenio. Vidit & quidam presbyter istam Faustli basilicam refertam turba innumerabilium, & post paululum euacuatam, & repletam multitudine porcorum atque caprarum. Iterum alius vidit aream triticeam ventilationi paratam, granis ventilatoris iudicio necdum a palea separatis, & dum ingentis massæ confusæ magnitudinẽ miraretur, subitò ecce turbo veniens tempestatis soniuago flatu cœpit aduentũ suũ surgente puluere demonstrare. Cuius impetu palea illa omnis omnino volauit, remanentibus granis. Post hoc venia quidam procerus splendido vultu, habituq; nitido fulgens, & cœpit grana vacua macilenta, atque similagini reproba purgando proijcere. Quę diu examinans vix magnitudinẽ illius massæ licet probatæ ad aceruum tamen perduxit exiguum. Quid vltra? Censet primo tyrannus iussione terribile, vt nemo in eius palatio militaret, neque publicas ageret actiones, nisi se Arrianum fecisset. Quorum ingens numerus nè fidem perderet, vigore inuicto militiam temporalem abiecit, quos postea domibus proiectos, omnique substantia expoliatos, in insulis Sicilia, & Sardinia relegauit, quod etiam statuere per totam Africam festinauit vt nostrorum Episcoporum defunctorum fisci sibi substantiam vendicasset. Qui autem defuncto succurrere poterat, non ante ordinaretur, nisi fisco regali quingentos solidos obtuliſſet. Sed hoc ædificium vnde construere nisus est diabolus, statim illud destruere dignatus est Christus. Suggerunt ei domestici sui dicentes. Si istud seruauerit præceptio vestra, nostri Episcopi in partibus Thraciæ & alijs regionibus constituri peiora incipient pati. Præcepit deinde sacras virgines congregari, dirigens VVandalos cum suæ gentis obstetricibus ad inspiciendum & correctandum contra ius verecundiæ & pudoris, vbi nec matres aderant, nec aliqua Catholica matronarum, aliter cruciantes graui suspendio atque ingentia pondera pedibus colligantes, laminas quoque ferri ignitas dorso, ventri mammillis, & lateribus apponebant. Quibus inter sup-

plicia dicebatur. Dicite quod Episcopi vobiscum concumbunt & clerici vestri. Quarum acerbitate pœnarum plurimas scimus tunc extinctas. Aliæ quæ remanserunt cubibus arescentibus factę sunt curuę. Nitebatur enim semitam inuenire per cuius aditum publicam (sicut fecit) faceret persecutionem Et ita faciens nullo modo inuestigare potuit, quomodo Christi ecclesiam macularet. Ibidem.

EXEMPLVM CIX.

De ijdem.

O Vibus autem prosequar fluminibus lachrymarũ quando Episcopos presbyteros, diaconos, & alia ecclesiæ membra (id est) quatuor milia nongentos septuaginta sex ad exilium eremi destinauit, in quibus erant pod.g iquam plurimi, alij p ætatem annorum lumine temporali priuati? In quorum numero erat beatus Fęlix Abbirritinus Episcopus habens iam in Episcopatu 44. annos. Qui paralypsi morbo percussus nec sentiebat quicquam, nec penitus loquebatur. De quo nos maximè cogitantes, quod non posset iumento portari, legebamus, vt a suis rex peteretur, vt saltem cum properè moriturum Carthaginensi esse nosset, quod ad exilium nulla ratione posset adduci. Qui ita fertur tyrannus cum furore dixisse. Si animali sedere non potest, iungantur boues indomiti, qui eum colligatum funibus trahendo perducant vbi ego præcepi. Quem ex transuerso super burdonem vinctum, quasi quendam ligni truncum toto itinere portabamus. Congregabantur vniuersi in Sucasensem, & Larensensem ciuitatem, vt illuc occurrentes Mauri sibi traditos ad eremum perducerent. Supernenientes igitur comites duo subtilitate damnabili blandis sermonibus cum Dei confessoribus agere cęperunt. Quid vobis (inquiunt) videtur vt ita pertinaces filis, & Domini nostri præceptis minime obtemperetis, quiesse poteritis in conspectu regis honorabiles, si eius sustinetis facere voluntatem? Statim illis ingenti vociferatione clamantibus, & dicentibus. Christiani sumus. Trinitatem in vnum Deum inuiolabilem confitemur, includuntur grauiori quidem, sed adhuc latiori custodia. Vbi nobis copiæ dabantur & introire, ac verbum admonitionis fratribus facere, & diuina mysteria celebrare, vbi & infantuli fuere quàplurimi quos genitrices materno sequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ ei absentes. Aliæ gaudebant se matres peperisse, aliæ molliendo diluuio redemptionis nitebantur a confessione fidei reuocare. Nullum tamen tunc blandimenta fecerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinauit ad terram. Nam quædam tunc quæ fecerat anus, breuiter delectat referre. Dum enim iteragere mus cum Dei exercitu comitantes, & fortè magis noctib. promouimus propter solis ardorem, conspicimus mulierculam faccum lum & alia vestimenta portantem, manu infantulum vnum tenentem, atque his sermonibus cõsolantem. Curre Domine mi, vides vniuersos sanctos quomodo pergũt, & festinant hilares ad coronam.

Quam nos cum increparemus, quod importuna videretur aut viris pro sexu iũgi, aut exercitu Christi sociari, respondit. Benedicite, benedicite, & orate pro me, & isto nepote paruulo meo cũ quo ad exiliũ pergo, nè inueniat cũ solum inimicus, & a via veritatis reuocet ad mortẽ. Ad hæc verba repleti lachrymis nihil dicere valuimus, nisi vt fieret voluntas Dei. Sed vbi aduersarius qui iam fortè dicebat, partibor spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea, nullum potuit occupare. Requirit angusta & tenerrima loca, in quorum conclaubus Dei exercitum coarctaret. Tunc eis etiam visitationis humanæ negata est consolatio Puniuntur & fustibus grauiter affliguntur. Iactantur confessores Christi angustia coarctante, vnus super alium vt agmina locustarum (& vt propriè dicitur) vt pernciosissima gramina frumentorũ. In qua cõtipatione secedendi ad na turale officiũ nulla ratio fiebat loci, sed stercoris & vrinæ vrgente necessitate ibidem faciebant, vt ille tunc fœtor & horror uniuersa pœnarum genera superaret. Ad quod aliquando datis ingentibus muneribus Mauris, dormientibus VVandalis, vix clam permissi sumus intrare. Qui intreuntes veluti in gurgite luti vsque ad genua cœpimus mergi, illuc Hieremię videntes com-

completum fuiſſe. Qui nutriti ſunt in croceis amplexati ſunt ſtercora ſua. Quid multa? Præcepti ſunt vndiq; perſtrepentibus Mauris ad iter vbi deſtinati faciant præparari. Exeuntes igitur die Dominica linita habentes ſtercoribus veſtimenta, & facies ſimul & capita, a Mauris tamen crudeliter minabantur hymnum cum exultatione Domino decantantes. Hæc eſt gloria in omnibus ſanctis eius. Ibidem.

EXEMPLVM CX.

De ijſdem.

QVantæ & tũc multitudines de diuerſis regionibus, & ciuitatibus ad viſendos Dei martyres concurrerint, populum teſtantur viæ vel ſemitæ, quæ agmina viſentium, nequaquam capiebant per vertices montium, & vallium concurrentes, turba fidelium inæſtimabilis deſcẽdebat cereos manibus geſtantes, ſuoſque infantulos veſtigijs martyrum proijcientes ita voce clamabant. Quibus nos miſeros relinquitis dum pergitis ad coronam? Qui hos baptizaturi ſunt paruulos ſorte aquæ perennis? Qui nobis pœnitentię manus collaturi ſunt, & reconciliationis indulgentiam obſtrictis peccatorum vinculis ſoluturi, quia vobis dictum eſt: Quęcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis: Qui ſolemnibus orationibus ſepulturi ſunt morientes, quibus diuini ſacrificij ritus exhibendus eſt conſuetus. Heu nos miſeros & deſolatos homines, qui tanquam oues ſuo paſtore deſtitutæ relinquimus crudelibus, & immanibus feris deuorandi, atque dentibus luporum diſcerpendi. Quamdiu uos nobis præfuiſti, noſtrique curam geſſiſtis, nemo in nos ſæuire atque a uia ueritatis auertere potuit, uobiſcum & nos libebat pergere ſi liceret ut tali modo filios a patribus nulla neceſſitas ſepararet. In his uocibus & laudibus nullus iam pergere admiſſus eſt conſolator, ſed ardebatur multitudo ad currendum, ut ubi tunc nauis erat præparata laborioſam caperent manſionem. Qui cum ſenes deficerent, & alij fortè, & ſi iuuenes delicati cœperunt primo haſtilium cuſpidibus ad currendum, & lapidibus rundi, unde magis deficientes amplius laſſabantur. Poſt uerò imperatum eſt Mauris, ut qui ambulare non poterant ligatis pedibus uelut cadauer animalis mortui traherentur per dura & aſpera loca, ubi primo uiſtimenta, poſtea membra ſingula carpebãtur, quia per gladios acutos petrarum hic caput conterebatur alibi latera ſcindebantur, & ita inter trahentium manus ſpiritum exhalabãt quorum numerum colligere nequaquam ualuimus multitudine cohærent. Extat tamen per totum aggerem publicum uilis ſepultura ſanctorum loquentibus tumulis. Reliqui habiliores ad ſolitudinis loca perueniunt, in quibus collocati hordeum ad ueſcendũ ut iumenta accipiunt, ubi etiã uenenatorum animalium atque ſcorpionum tanta eſſe dicitur multitudo, ut ignorantibus incredibilis uideatur. Quæ ſolo flatu etiam procul poſitis ueneni uirus infundant. Scorpione autem percuſſum nullum dicunt aliquando euaſiſſe. Quorum ſeritas uirulenta uſque ad præſens Chriſto defendente nulli ſeruorem eius nocuiſſe docetur. Sed cum illi aluntur hordeaceis granis, poſtea & hoc ablatum eſt, quaſi nõ poſſet Deus, qui pluerat patribus manna, paſcere & nunc tali exilio mancipatos libro 2.

EXEMPLVM CXI.

De ijſdem.

COgitat acriora aduerſus eccleſiam Dei, ut membra aliquem abſciderat, totum laniando perderet corpus. Nam & Eugenio Epiſcopo, & ut iuerſæ Africæ præceptum direxit in hęc uerba. Rex Honoricus VVandalorum, & Alanorũ uniuerſis Epiſcopis Omouſioni. Cum nõ ſemel, ſed ſæpius conſtet eſſe prohibitũ, ut in ſortibus VVandalorum ſacerdotes ueſtri conuentus minimè celebrarent, nè ua ſeditio ne animas ſubuerterent Chriſtianas. Quãrem ſpernentes plurimi, nunc reperti ſunt contra interdictum miſſas in ſortib. VVandalorum facere, aſſerentes ſe integram regulam rectæ fidei tenere. Et quia in prouincijs a Deo nobis conceſſis ſcandalum eſſe nolumus, ideo Dei prouidentia cu præſenſu ſanctorum Epiſcoporũ nos ſtatuiſſe cognoſcite, ut ad diem kalẽdarum Ianuariarum proxime futuram, omiſſa omni excu-

Digitized by Google

satione formidinis omnes Carthaginem veniatis vel de ratione fidei cum nostris venerabilibus Episcopis possitis inire conflictum, & de fide Omousianorum quam defenditis de diuersis scripturis proprie approbetis, quo possit agnosci, si integram fidem teneatis. Huius autem edicti tenorem audientes sancti ingemuerunt, eo quod futuræ persecutionis furorem indicarent. Cõuenerunt ergo constituto die nostri Carthaginem. Tandem venitur ad disputationis conflictum, ad locum scilicet quem elegerant aduersarij. Vitantes igitur nostri vociferationis tumultus, ne forte post Arriani dicerent, quod eos aliquis nostrorum oppresserit, deligunt de se nostri decem, qui pro omnibus responderent. Conuersi autem nostri Girillę Episcopo Arriano in sublime sedenti dixerunt. Propone quod disponis. Girilla dixit. Nescio latinè. Nostri dixerunt. Semper in Latinè esse locutum manifestè nouimus modo excusare non debes, maximè quia tu huius rei incendium suscitasti. Si autem nostram fidem cognoscere desideratis, hæc est veritas quam tenemus. Regali enim imperio fidei Catholicæ, quam tenemus cogimur reddere rationem. Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum ita in vnitate Deitatis profitemur, vt & patrem in sua proprietate personæ subsistere, & Filium nihilominus in propria extare persona, atque Spiritum sanctum personæ sua proprietatem retinere fidei confessione fateamur. Non enim eundem asserentes Patrem quem Filium, neque Filium confitentes, quid Pater sit, aut Spiritus sanctus, neque Spiritum sanctum accipimus. vt aut Pater sit, aut Filius, sed ingenitum Patrem, & de Patre genitum Filium, & de Patre, & Filio procedentem Spiritum sanctum vnius credimus esse substantiæ, vel vnius essentiæ, quia ingeniti Patris, & geniti Filij, & procedentis Spiritus sancti vna est Deitas, tres vero personarum proprietates, &c.

Huius igitur fidei sancti Episcopi longo tractatu de scripturis reddentes rationem, dixerunt ad Episcopos Arrianos. Hæc est fides nostra euangelicis, & Apostolicis traditionib. & omnium quæ in mundo sunt Catholicarum Ecclesiarum societate fundata, in qua nos per gratiam Dei omnipotentis permanere vsque in finem terræ hui. ius confidimus, & speramus. Qui cum nostler libellus legeretur oblatus, veritatis lumen nequaquam sufferre cœcis oculis potuerunt, insanientes vocibus inferentes, grauiterque ferentes quare nos nomine nostro Catholicos dixerimus, statimq; mẽtientes fuggerunt regi de nobis, quod strepitum fecerimus audientiam fugientes. Qui eadem hora accensus & credens mẽdacio festinauit facere quod volebat. Iamque conscriptum decretum habens, & occultè cum eodem decreto per diuersas prouincias suos homines dirigens, Episcopis Carthagine positis vna die vniuersæ fabricæ ecclesias clausit, vniuersamque substantiam episcoporum, & ecclesiarum suis Episcopis munere condonauit. Nesciens quoque quid loquereretur, neque de quibus affirmabat, legem quam Christiani Imperatores nostri contra eos, & contra alios hęreticos per honorificentiam ecclesiæ Catholicæ dederant, aduersum nos proponere non erubuerant illi, addentes multa de suis, sicut placuit tyrannicæ potestari. Post hæc dicta feralia veneno toxicato transuersa iubet cunctos Episcopos, qui Carthagini fuerant congregati, quorum iam ecclesias, domos, & substantiam cœperat, in hospitijs (quibus erant) expoliari, & expoliatos foris muros propelli. Non animal, non seruus, non muranda quæ ferebant vestimenta pœnitus dimittuntur. Addidit adhuc, vt nullus quempiam eorum hospitio reciperet, aut alimoniam præstaret. Qui autem miserationis causa facere tentasset, cum vniuersa domo sua incenderetur. Sapienter tunc etiam proiecti Episcopi fecerunt, vt licet mendicanter exinde non abirent. Quia si recederent, non tantum violenter omnino reuocarentur, sed & mentirentur eos, sicut mentiri sunt, fugisse conflictum, maximeque quia vbi reuerterentur iam nequaquam fuerat ecclesiæ substantia, vel domibus occupatis. Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo sub aere iacerent, factum est vt rex impius ad piscinas exisset. Cui vniuersi occurrere maluerunt dicentes Vt quid taliter affligimur, pro quibus malis forte cõmissis ista perpetimur? Si ad disputationem sumus congregati, quare expoliati? Quare traducimur, quare deferrimur, & sine ec-

clesijs

eccleſijs & domibus noſtris foris ciuitatem fame, & nuditate laborantes, medij ſtercoribus voluamur? Quos ille toruis oculis aſpiciens, priuſquam ſuggeſtionem eorum audiſſet, iuſſit ſuper eos equos cum ſeſſoribus ſuperpoſitis dimitti, vt tali violentia poſſent non ſolum conteri, verum etiam enecari. Quorum nunc multi contriti ſunt, & præcipue ſenes. lib. 3.

EXEMPLVM CXII.

De ijſdem.

TVnc deinde iubentur ad quedam locum (qui dicitur Aedes memoriæ) illi vbi Dei occurrere, neſcientes fraudem ſibi aptaram. Vbi cum veniſſet, charta eis oſtenditur inuoluta. Diciturque illis ita ſubtilitate ſerpentis. Dominus Rex noſter Honoricus licet doleat quod fueritis contemptores, vt adhuc eius voluntati obedire non tarderis, & eius efficiamini religionis, cuius ipſe eſt, nunc tamen de vobis bonum cogitauit. Si iuraueritis ita vt quod iſta carta continet faciatis, dimittet vos eccleſijs & domibus veſtris. Ad quod vniuerſi Epiſcopi reſponderunt: Semper dicimus, & diximus, & dicturi ſumus, Epiſcopi ſumus, Chriſtiani ſumus, Apoſtolicã fidem, & vnam & veram tenemus. Accelerauerunt quoque illi a rege deſtinati ſcripturæ eius propalare tenorem, qui huiuſmodi ſermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumnioſa ſeries continebat. Iurate ſi poſt obitum Domini noſtri regis eius filium Hilberith deſideratis eſſe regẽ, vel ſi nullus veſtrum ad regiones tranſmarinas epiſtola dirigat. Qui ſi ſacramentum huius rei dederitis, reſtituet vos eccleſijs veſtris. Cogitauit tunc multorum pia ſimplicitas etiam contra prohibitionem diuinam ſacramentum dare, nè Dei populus in poſterum diceret, quod vitio ſacerdotum, qui iurare noluerunt, non fuerint eccleſiæ reſtitutæ. Alij quoque aſtutiores Epiſcopi ſentientes dolum fraudis, nequaquam iurare voluerunt dicentes, prohibitum fuiſſe euangelica auctoritate ipſo Domino dicente. Non iurabis in toto. Quibus miniſtri regis. In parte ſecedant (inquiũt) qui iurare diſponunt. Qui cum ſecederẽt notarijs ſcribentib. quis quid diceret, & ex quia ciuitate fuiſſet, ſimiliter factum eſt illis, qui non iurauerunt. Statimq. pars vtraque cuſtodiæ mancipatur. Poſt verò frauſque cerebatur apparuit, iurantibus dictũ eſt: Quare contra præceptum euãgelij voluiſti? Iuſſit rex vt ciuitates atque eccleſias veſtras nunquam videatis, ſed relegati in colonias iter ad colendum agrum accipietis, ita tamen vt non pſallatis, neque oretis, aut ad legendum codicem manib. geſtetis, non baptizetis, neque ordinetis aut reconciliare præſumatis. Similiter non iurantib. dixit, Quia regnum Domini noſtri nõ optatis ideo eo iurare noluiſtis. Ob quam cauſam iuſſi eſtis in Choruſcanam Inſulam relegari, vt ligna profutura nauib. dominis incipatis. Addidit itaque beſtia illa ſanguinem fitiens innocẽtum, Epiſcopis necdum in exilia directis per vniuerſas Africanæ prouincias terræ vno tempore tortores crudeliſſimos deſtinare, vt nulla remaneret domus, & locus vbi non fuiſſet vlulatus & luctus, vt nulli ætati, nulli parceretur ſexui niſi illis qui eorum ſuccumberent voluntati, hos fuſtibus, illos ſuſpendio alios ignibus concremabant. Mulieres etiam præcipuè nobiles contra iura naturæ nudas omnino in ſpectaculo publico cruciabat, ex quib. vnam noſtram Dionyſiam curſim ac breuiter nominabo | Victor Vticenſis Epiſcopus lib. 3. VVand. perſec.

EXEMPLVM CXIII.

De ijſdem.

CVm viderent eam non ſolum audacem eſſe, ſed etiam matronis cæteris pulchriorem, ipſam primò niſi ſunt fuſtibus expoliatam aperare. Quæ cum pateretur, dicereque de Deo ſumnè ſecura qualiter libet cruciare, verecunda tamen membra nolite nudare. Amplius illi magis furentes celſiori loco veſtimentis exuta cõſiſtunt, ſpectaculum eam omnib facientes. Quæ inter ictus virgarum dum riuuli ſanguinis toto iam corpore fluitarent libera voce dicebat: Miniſtri diaboli quod ad opprobrium meum facere computatur, ipſa laus mea eſt. Et quia eſſet ſcripturarum diuinarum plena ſcientia aptati arctata pœnis, & ira iam martyr alios ad martyrium

confortabat. Quæ suo sancto exemplo, pene vniuersam suam patriam liberauit. Hęc quoque cum filium tuum vnicum admodum adhuc, tenerę ætatis & delicatum nomine Maioricum timore pœnarum formidulosum conspiceret, verberans eum nutibus oculorum & increpans auctoritate materna, ita confortauit, vt matre multo fortior redderetur. Memento fili mi, quod in nomine Trinitatis in matre Catholica baptizati sumus. Non perdamus instrumentum nostræ salutis, nè veniens inuitator vestem non inueniat nuptialem, & dicat ministris. Mittite in tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum, & stridor dentium. Illa pœna timenda est quæ nũquam finitur, illa desideranda vita quæ semper habetur. Talibus itaque solidans filium verbis, velociter martyrem fecit. Amplexansque illa hostium suam, quantum potuit vocibus Dominus gratias agens ad gaudium spei futuræ in sua maluit domo sepelire vt quotiès super sepulcrum eius Trinitati preces effunderet, alienam se a filio nunquam esse confideret. Quanti ergo per eam in illa ciuitate (vt fati sumus) acquisiti sunt Deo longum esset enarrare. lib. 3.

EXEMPLVM CXIIII.

Affectum mariti & filiorum fœmina quædam in pœnis constituta multa virtute deuicit.

IN ciuitate verò Culusitana non valeo quæ gesta sunt nunciare, & ipsam quantitatem martyrum, vel etiam confessorum homini impossibile est supputare. Vbi quædam matrona auctrix sui nominis victoria, dum in conspectu vulgi continuato suspendio cõcremaretur a marito iam perdito, filijs præsentibus taliter rogabatur. Quid pateris coniunx? Si me despicis, vel horũ quos genuisti miserere. Impia, parvulorum quare obliuisceris vteri tui, & pro nihilo ducis quoscunque gemitu peperisti? Vbi sunt fœdera coniugalis amoris. Vbi societatis vincula quæ inter nos ducũ honestarum iure tabulæ fuerunt conscriptæ? Respice quæso filios ac maritum, & regiæ iussionis implere festina præceptum, vt immineria hac tormenta lucreris, simul & mihi doneris, & liberis nostris. Sed illa nec filiorum fletus, nec serpentis audiens blandimenta, affectum oculorum alius eleuãs a terra, mundum cum suis desiderijs contemnebant. Quam cum continuato tu pendio conspicerent mortuam deposuerunt prorsus omni parte reanimatam. Quæ postea retulit quandam sibi virginem astitisse, atque tetigisse membra singula, & illicò fuisse saluatam. lib. 3.

EXEMPLVM CXV.

Constans proconsul Carthaginis nec minis, nec precibus, nec muneribus oblatis per dominum suum ad Arrianam hæresim potuit inflecti.

QValiter autem Adrumitanæ ciuitatis ciuem Victorianum tunc proconsulem Carthaginis prædicem, nescio deficientibus verbis, quo in Africæ partibus nullus ditior fuit. Qui etiam apud impium regem pro reb. sibi commissis fidelissimus habebatur, mandatum ei a rege familiariter, dicturque quod eum habiturus esset præ omnibus, si eius præcepto facilem commodasset assensum. Sed ille vir Dei missis ad se tale dedit cum fiducia magna responsum. Securus sum de Christo Deo, & Domino meo, & hæc regi dicatis. Surrigat ignibus, adigat bestijs, excruciet omnium tormentorum genere, si consensero frustra sum in ecclesia baptizatus. Nam si hæc sola præsens vita fuisset, & aliam (quæ vera est) non speraremus æternam, nec ita fecisset ad modicum temporaliter gloriari, & ingratus existerem qui suam mihi fidem contulit Creatori. Ad quod tyrannus excitatus quantorum tormẽtorum, & quantis eum afflixerit pœnis, humanus sermo non poterit explicare. Qui tripudians, feliciter consummans martyrialem coronam accepit. lib. 13.

EXEMPLVM CXVI.

Quomodo quidam germanum suum ad constantiam exhortatus est.

APud Tabaensem quoq; ciuitatem gesta quis queat, & certamina martyrum

ſum explicaret vbi duo germani Aquiſregienſis ciuitatis ſibi ſecuri de Domino inuicem iurauerunt, vt rogarent tortores vt vna pœna, paritque ſupplicio torquerentur. Et dum primo ſuſpendio molibus lapidum pedibus alligatis toto die penderent, vnus illorum petiuit ſe deponi, & ſibi inducias dari. Cuius frater alius metuens ne fidem negaret, de ſuſpendio clamabat. Noli, noli frater, non ita iurauimus Chriſto, accuſabo te, cum ante thronum eius terribilem venerimus, quia ſuper corpus, & ſanguinem eius iurauimus, vt pro eo inuicem patiamur. Iſta dicens, & alia confortauit germanum ad prælium paſſionis, qui clamans ingenti voce dicebat. Adijcite ſupplicijs quæcunque vultis, & pœnis Chriſtianos arctate crudelibus, quod frater meus factu rus eſt, hæc etiam & ego. Quantis in laminis adufti ſunt ignitis, qualibus vngulis exarati, quibus cruciatibus torti, ipſa res docet, quod eos ipſi tortores a ſua facie proiecerunt, dicentes. Iſtos imitatur vniuerſus populus, vt nullus ad noſtram religionem penitus conuertatur. Et præcipuè, quia nulli liuores, nulla pœnarum veſtigia in eis penitus videbantur. Ibidem.

EXEMPLVM CXVII.

Linguis ſanctorum abſciſſis, Spiritu ſancto afflante loquendi officium non perdiderunt.

IN Typacenſi vero quod geſtum eſt Mauritaniæ maioris ciuitate, ad laudem Dei dicere feſtinem. Dum ſuæ ciuitatis Arrianum Epiſcopum ex notario Cirillæ ad perdendas animas ordinatum vidiſſent, omnis ſimul ciuitas euictione, valde proximo ad Hiſpaniam confugit, relictis pauciſſimis qui aditum non inuenerant nauigandi. Quos Arrianorum Epiſcopus primo blandimentis, poſtea minis compellere cœpit, vt eos faceret Arrianos, ſed fortes in Domino non ſolum ſuadentis inſaniam irriſerunt, verumetiam publicè myſteria diuina in domo vna congregati, celebrare cœperunt, quod cognoſcens occultè Carthagini relationem aduerſus eos direxit, quæ cum regi innotuiſſent, comitem quendam cum iracundia dirigens præcepit, vt in medio foro congregata illius omni prouincia, linguas eis & manus dextera radicitus abſcinderet. Et Spiritu ſancto præſtante ita locuti ſunt, & loquuntur, quomodo antea loquebantur. Sed ſi quis incredulus voluerit eſſe, pergat nunc Cõſtantinopolim, & tibi reperiet vnum de illis ſubdiaconum reparatum, ob quam cauſam venerabilis nimium in palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipuè regina mira eum reuerentia veneratur. Sed quis congruo ſermone poſſit aſſequi, aut coaceruare diuerſitates pœnarum, quas ex iuſſu regis ſui, etiam ipſi VVandali in ſuos homines exercuerunt? Ibidem.

EXEMPLVM CXVIII.

Sanctorum tribulationes, & quomodo tribulationis amore mulier quædam mitionem cum maiori conſolatione oblatam reſpuit.

IN ipſa quoque quæ geſta ſunt Carthaginenſi nitatur ſcriptor ſigillatim aſtruere etiam ſine ornatu ſermonis, nec ipſa nomina tormentorum poterit dicere, Quæ res hodie poſita in promptu de moltis at alios ſine manibus, alios ſine oculis, alios abſque pedibus, alios truncatos auribus, alios nimio ſuſpendio auulſis ſcapulis, caput eorum quod eminere ſolebat, in medio ſcapularum fuiſſe demerſum, dum iugiter in altis ædibus ſuſpendio cruciantes impulſione manuum, funibus agitatis per vacuum aerem huc atque illuc faciebant vagari pendentes, qui nonnunquam diruptis funibus de illa altitudine ſuſpenſionis iactu valido corruentes, plurimi arcem cerebri cum oculis amiſerunt alij contractis oſſibus ſpiritum reddiderunt, alij poſt paululum exhalauerunt. Sed qui hoc fabuloſum putat Anium Zenonis legatum interroget. Cuius præſentia præcipue geſta ſunt, illa ſcilicet cauſa quia veniens Carthaginem ſeſe pro defenſione eccleſiarum Catholicarum veniſſe iactabat. Et vt illi oſtenderet tyrannus, ſe neminem formidare, illis plateis vel vicis plures tortores, & crudeliores ſtatuit, in quibus legatis moris eſt aſcendendo ad palatium, & deſcendendo tranſire ad opprobrium, videlicet ipſius publicè, & noſtri iã deficientis temporis fœcem. Tunc igitur

&

& quædam vxor cuiuſdam Celeritæ regis, nomine Dagili, qui temporibus Geneſerici multotiens iam confeſſor extiterat, matrona nobilis ac delicata flagellis ac fuſtibus omnino debilitata, ex lio arido & niue relegatur, vbi nullus hominum forte conſolationis gratia venie di haberet acceſſum, relinquens cum gaudio domum, maritum ſimul & filium. Cui poſtea oblatum eſſe dicitur, vt mitioni eremo translata fieretur ſi vellet ſolatio ſociorum. Illa vero ingens ſibi adeſſe gaudium, vbi nullus humanus eſſet conſolationis affectus, ne fieret ſupplicauit. Tunc etiam Eugenio paſtore iam in exilio conſtituto, & vniuerſus clerus Carthaginenſis Eccleſiæ cæde, inediaque maceratus fere quingenti vel amplius, inter quos quamplurimi erat rectores infantuli gaudẽtes in Domino pro eul exilio crudeli traduntur. Ibidem.

EXEMPLVM CXIX.

Quanta cum libertate & conſtantia Murita Arrianum Epiſcopum, quem de ſac o fonte ſuſceperat, coram omnibus infidelitatis coarguit, iudicijque obiectatione mirabiliter torſit.

SEd tunc dum in media vrbe cæderentur, Muritam diaconum cæteris libe io rem non tacere debeo. Fuit quidam Epiſcopus Elpidophorus nomine nimium crudelis. Cui fuerat delegarum membra confeſſoris Chriſti ſupplicijs graſſantibus laniare. Hic enim fuerat apud nos in Eccleſia Fauſti baptizatus. Quem venerabilis Murita Diaconus de Alueo fonte ſuſceperat generatum. Poſt vero dum apoſtataret tantæ exitit feritatis aduerſus Eccleſiam Dei, vt ſuperior omnibus executor perſecutionis fuiſſet iuuentus. Quid multa? Dum primo presbyteri in ſupplicijs macerandi ordine citarentur poſt Archidiaconum Saluta m aptatur pœnis memoratis Murita. Fuit enim ſecundus in officio miniſtrorum. Qui cum Elpidophoro ſedente, & ſemente honorabilis ſenior cœpiſſet extendi, priuſquam exueretur clam forte neſcientibus cunctis, illa quibus eum ſuſcipiens de fonte dudum texerat labina baiulabat. Quibus ventilatis ſimulque in oſtenſione cunctorum extentis, in his verbis totam ad fletum & lach ymas commodiſſe dicitur ciuitatem. Hæc ſunt linteamina Elpidophore miniſter erroris, quæ te ac culabun dum maieſtas venien iudicãti, cuſtodientur diligentia mea ad teſtimoniũ tuæ perditionis, ad demergendum te in abyſſum putei ſulphurantis, hæc te acrius perſequentur flammantem gehennam cum cœperis poſſidere, quia induiſti te maledictionem ſicut veſtimentum, ſcindens atque amittens verbi baptiſmatis, & fidei ſacramentum. Quid facturus es miſer cum ſerui patris familias ad cœnam regiam congregare cœperint inuitatos? Tunc re aliquando vocatum terribiliter indignatus, exutum ſtolam rex conſpiciens nuptialem dicet tibi. Amice, quomodo huc veniſti veſtem non habens nuptialem? Non video quod contuli, non cognoſco quod dedi, perdidiſti militię chlamydem, quam (in tela virgineorum mentorum geſto) decem menſibus texi & tendiculæ crucis extendens aqua mũdaui, & purpura mei ſanguinis decoraui. Si conſpicio vultum ſignaculi mei, characterem non video Trinitatis. Talis intereſſe non poterit epulis meis, Ligate eum manibus & pedibus ſuis funiculis qui ſe ipſum ſepe rauvoluit voluntarie a Catholicis fratribus ſuis. Ipſe funes extendit continuatos in laqueũ, quibus & ſemetipſum vinxit, & alios ne ad illum venirent conuiuium impediuit. Iuxta ſemitam ſcandalum poſuit, quem tunc cum robore perpetuo, & decore sẽpiterno de conuiuio meo proieci. Hæc & alia Murita dicente, igne conſcientiæ ante ignem æternum obmutescens Elpidophorus torquebatur. Ibidem.

EXEMPLVM CXX.

Sanctis in exilium miſſis crudeliter aufertur, quod eis forte miſeratio Chriſtiana victus contulerat profuturum, duodecim infantuli clerici, quod vocales eſſent, ab eiſdem ſanctis ſeparantur, quorum tamen mira etiam poſt ſeparationem eluxit conſtantia.

PArantes igitur vniuerſi dorſa ſua verberibus, alacres ad exilium pergunt, qui-

quibus adhuc in itinere longioris viæ conſtitutis deſtinantur, Epiſcopis Arrianorum ſuggerentibus (homines immite ioordes ac violenti) vt illud quod eis for e miſeratio Chriſtiana victui contulerat profuturum, crudeliter auferetur, quibus vnuſquiſque eo ualentius forte cantabat. Nudus exiui de vtero matris meæ, nudum etiam me oportet ad exilium pergere, quia Dominus nouit eſurientibus cibum porrigere & in deſerto veſtire. Nam & VVandalidno ſub Geneſerico ſæpius confeſſores comitante matre, contemptis omnibus diuitijs ſuis cum eiſdem clericis ad exilium perrexerunt. De multitudine autem pergentium confeſſorum, ideſt eccleſiæ Carthaginis clericorum ſuggerente quodam exlecto e Theucacio peratto, quos ille nouerat vocales ſtrenuos atque aptos modulis cantilenę, deſignatione ſua debere dicit duodecim infantulos ſeparari, quos ille dum Catholicus eſſet tunc diſcipulos habuit. Statim illo ſuggerente ſub feſtinatione dimittuntur, & vi barbarici furoris biſſenus numerus puerorum de itinere vocatur. Segregantur corpore, non ſpiritu a grege ſanctorum. Qui timentes præcipitium cum ſuis pijs lachrymarum ne diuellerentur, conſtringebant manibus genua ſanctorum. Quos violentia tamen hæretica miniſtros ſeparans gladijs Carthagini reuocauit. Sed dum cum eis quaſi cum tali ætate non blanditijs ageretur, ſuperiores ſuis inuenti ſunt annis. Et ne obdormirēt in mortem, lucernam ſibi euangelici luminis accenderunt. Indigna ur ad hoc grauiter Arriani, & ſe ſeparatos a pueris erubeſcunt. Vnde accenſi ſubditi iterum fuſti cædi iubent, quos iam ante pauciſſimos dies varijs verberibus diſſipauerant. Imprimunt vulneribus vulnera, & ruſum pœna reſtaurata crudeſcit. Factum eſt Domino cōfortante, vt nec ęgras iunior deficeret in dolore, & magis animus crederet roboratus in fide. Quos nunc Carthago miro colit affectu, & quaſi duodecim Apoſtolorum chorum conſpicit puerorum.

Vna degunt, ſimul veſcuntur,
pariter pſallunt, ſimul in
Domino gloriantur. Ibidem.

EXEMPLVM CXXI.

Quanta hæreticorum in errore ſuo propaganda fuit violentia & ſolicitudo.

ERat generalis quidem iſta violentia tyrannorum. Nam VVandali propter hanc rem vbique fuerant deſtinati, vt tranſeuntes itinera ſacerdotibus ſuis adduceret iugulandos. Non licebat ſiue priuatis, ſiue negociatoribus alicubi tranſire, nec aliquid emere, vel vendere niſi haberent characterem beſtiæ in fronte ſua, & manu ſua. Nam Epiſcopi atque presbyteri illorum cum armatorum manu nocturnis temporibus vicos vel opida circumibant, & ſic deſpicatis poſtibus ianuarum, aquam gladumq; geſtantes, animarum prædones intrabant, & quos domi repererant, alios forte in lectis ſoporatos, niueo imbre atque flumineo reſpergentes, dęmoniaca vociferatione Chriſtianos ſuos ipſi pariter vocitabant, vt ludum potius ſuæ hæreſeos, quam aliquam religionem oſtenderent. In quo minus capaces & ienari impletum in ſe pollutionis ſacrilegium putabant. Prudentiores verò nihil ſibi quod nolentibus atque dormientibus ingeſtum eſt, obeſſe gaudebant. Nam & multi eadem hora cinerem ſuis capitibus iniecerūt, alij ſeſe, vel quia factum eſt cilicio lugubri texerunt, nonnulli cęno fœtido linierunt, & linteamina violenter impoſita perfida cōciderunt, atque in lachrymis, fœtidiſque locis manu fidei proiecerunt. Tali violentia nobis videntibus, in Carthagine filius cuiuſdam nobilis annorum circiter ſeptem, iuſſu Cirillæ à parentibus ſeparatus eſt ſine verecundia matronali, matre ſolitus crinibus poſt raptores tota vrbe currente clamans, vt poterat, Chriſtianus ſum, per ſanctum Stephanum Chriſtianus ſum. Cui & os obturantes in fontem infantiam in ſuum gurgitem demerſerunt.

EXEMPLVM CXXII.

Affectum mundi atque filiorum pro Chriſto contemnere fœmina quædam maritum ſuum eleganter edocuit.

ITa de medici filijs venerabilis Liberati factum eſſe probatur. Nam iuſſu regis cum

cum vxore, & liberis ad exilium mitti iubetur, cogitauit impietas Arriana a parentibus paruulos suos separare, & per pietatis affectum virtutem prosternere genitorum. Diuiunguntur tenera pignora filiorum. Qui cum vellet Liberatus lachrymas mittere, auctoritate vxoria increparus, in ipso meatus exitus sui illico lachrymæ siccauerunt. Ait enim ei coniux.

Et propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam. Computa eos non fuisse natos. Nam & ipsos iudicaturus omnino est Christus. Nonne vides eos clamantes, & dicentes? Christiani sumus? Sed hæc mulier quę in conspectu iudicum egerit tacẽdum non est. Nam cum ipsa & maritus licet seorsum, carceris custodia tenerentur ita vt se penitus non viderent, mandatur mulieri, diciturque illi. Solue iam duritiam tuam, & vir tuus paruit imperio regis, & noster factus est christianus. At illa. Videam illum, faciam & ego quod voluerit Deus. Educta igitur de carcere inuenit virum suũ stantem cum ingenti multitudine pro tribunalibus connexum, & verum ęstimans, quod finxerant inimici, iniecta manu apprehendens vestimenta eius gutturi proxima, videntibus omnibus suffocabat eum dicens. Perdite & reprobe, gratia Dei, & misericordia eius indigne, quare voluisti ad modicum gloriari, & in æternum perire? Quid tibi aurum proderit, quid argentum? Nunquid liberabunt te, de camino gehennæ? Dixit & alia multa: Cum maritus respondit: Quid pateris mulier? Quid tibi videtur, aut quid de me audire forte potuisti.

Ego in nomine Christi Catholicus permaneo nec al quando amittere potero, qđ teneo. Vbi hæretici mendacij sui conscij, & detecti fallaciam suam colorare minime potuerunt. Tandem Hunericus iudicio Dei percussus scatens vermibus miserabiliter expirauit Ibidem lib. 3. hucusque a cap. 107. ex libro 2. & 3. Victoris Vticensis de VVandalica persecutione.

Sequitur de persecutionibus diuersorum Sanctorum tempore Antonini Veri. Ex lib. 5. histor. Eccles. Eusebij secundum versionem Ruffini.

EXEMPLVM CXXIII.

Quantus fuerit gentilium in Christianos furor, quantęque calumniæ.

GAlliarum nobilissimæ vrbes sunt Lugdunensium videlicet, & Viennensium, in his quæ, & quanta erga Dei martyres gesta sunt temporibus Antonini Veri, descripta per ordinem ab eis ad ecclesias transmissa sunt. Tribulationis autem nostræ magnitudinem, & gentilium furorem quem Senis martyribus intenderunt, sicut est enumerare, nec præsentes quidem ipsi sufficimus, nedum scriptura comprehendere. Omnibus etenim viribus congressus est inimicus, ita vt prima nobis domorum prohiberetur habitatio, tum deinde vsus balneorum, post etiam processus ad publicum, ad vltimum ne omnino in quolibet loco domi, foriſque publico, priuatoque videremur. Ferebant ergo Dei martyres fortiter acclamationes aduersum se, & opprobria atque iniurias populi, & contumelias eorum laudes suas ducebant. Sed & verberari se ab eis ac lapidari, & cõcludi patienter accipiebant, rebus vere ipsis, & patientię virtute clamantes: quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Denique quodam tempore affante tribuno, & prioribus ciuitatis pro solis acclamationibus populi correpti, & in carcerem trusi sunt fratres. Accidit autem etiam seruos comprehendi quorundam ex nostris paganos, quoniam quidem publicè iussum fuerat requiri omnes, & teneri. Quique dęmonis instinctu eum tormenta pertimescerent, monentibus se in hoc ipsum militibus, commenti sunt aduersum nos, velut Atheus fratris sui occidit duos filios, & ne scienti apposuit epulandos, & ille comedit ignarus. Edipus autem cum matre concubuit, & alia quæ proloqui aut cogitare nobis fas nõ est, & qualia nec credere quidem

Digitized by Google

dem poſſumus aliquando apud homines geſta. Quæ cum de nobis diffamata fuiſſent in vulgus, horrori maximo & execrationi apud omnes homines eſſe cœpimus, etiam apud eos qui prius aliquid moderationis erga nos teruandum eſſe cenſebant, & omnes ſimul fremere aduerſum Chriſtianos, atque inſatiabili odio ferere cœperunt. Tunc vidimus impleri illud quod à Domino dictum eſt, quod venit tempus in quo omnis qui occiderit vos putet ſe obſequium facere Deo. In præfatione lib. 5.

EXEMPLVM CXXIIII.

De Diaconi Sancti, & Blandinæ conſtantia.

POſt hæc iam ſupra omne narrationis genus eſt & ſuppliciorum & cruciatuum modus, in quo omnes pari atque eodem furore perſiſtebant, vulgus Iudex officium milites perurgentes, præcipuè ſanctum nomine quendam Diaconum, & Blandinam fœminam quę tanta tolerantia virtutis firmata eſt, vt reſoluerentur prius carnificum manus qui ſibi inuicem ſuccedebant. Denique a prima luce vſque ad veſperam tormenta ſemper innouantes ad vltimum victos ſe confitentur, ſtupentes quomodo in ea ſpiritus permaneret, cũ nihil iam illa ex corpore per ſupplicia reſediſſet. Sed illa verè beata (vt poſtmodum vel ipſa differuit) quoties vocem confeſſionis emiſit, & Chriſtiana ſum, proclamauit, totiens nouæ vires corpori reddebantur, ex quo intellexit quod vox pia ſenſum doloris extingueret, ſæpius & alacrius Chriſtiana ſum, & nihil apud nos mali geritur, proclamabat. Diaconus quoque Sanctus nomine, & ipſa noua pœnarum genera pertulit, & quæ longè ſubſtantiam humanæ conditionis excederent. At ille vir Deo plenus in tantum crudelitates eorum ritit, vt nunquam dignatus ſit, vel quis eſſet genere, aut domum, vel patriam, vel ſaltem nomen ſuum eis fateri. Sed de his ſingulis interrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis niſi Chriſtianum ſe eſſe reſpondit. Hoc mihi nomen, hoc gens & patria eſt, aliud (inquit) omnino nihil ſum quam Chriſtianus. Vnde & incredibili eos agitabat inſania, quod tantis pœnarum generibus cõſumptis extorquere ei, nec profeſſionem quidem proprij vocabuli potuiſſent. Ad vltimum candentes laminas æris & ferri erga inguinis loca adhibent. Ex quo carnes eius adultæ ignibus defluebant, ipſe vero permanebat immobilis, inconcuſſus, intrepidus cœleſtibus fontibus humanas in ſe temperans flammas. Membris omnibus martyr erat, & toto corpore vnũ vulnus horrebat. Periit in eo humanæ formę agnitio, & non ſolum quis eſſet tormentorum crudelitas ne agnoſci poſſi ab ſtulerat, Chriſtus tamen in eo ſolus recognoſcebatur, oſtendens omnibus quia nihil terribile, vbi diligitur pater, nihil doloris eſt, vbi fides Chriſtus eſt. Cap. 1. lib. 5. hiſt. Euſebij.

EXEMPLVM CXXV.

De Beati Fotini Epiſcopi glorioſa confeſſione.

VErum beati Fotini Epiſcopi Lugdunenſis glorioſam confeſſionem fas non eſt præterire. Qui quidem cum nonagenaria maior eſſet ætate, & corpore pœnè mortuo ſolo martyrij amore viuebat. Statuitur pro tribunalibus, impiæ plebis vndique clamor attollitur, hunc ipſum eſſe intonant Chriſtianum. Tum vero a præſide interrogatus quiſnam eſſet Chriſtianorum Deus, reſpondit. Si dignus fueris ſcies, hinc vero cunctos velut rabies immenſi cuiuſdam furoris inuaſit, ita vt qui prope aſtabant pugnis, alijs calcibus ſubigerent ſenem, nec ętati, nec grauitati aliquid reuerentię tribuentes. Illi vero qui longius erant quicquid furentibus teli veniſſet in manus eminus iacebant, ita vt vnuſquiſque ſummi ſibi delicti eſſe duceret, niſi aliquid in ſenem ſceleris intuliſſet. Quem cum ſeminecem proiecciſſet incarcerem, incontaminatum paulo poſt reddidit ſpiritum. Cap. 2. lib. quinto, hiſtoria Euſebij.

EXEMPLVM CXXVI.

Quomodo fidem negantes diuina diſpenſatione carceribus tanquam homicidæ, & inceſti traditi fuerint.

PEr idem tempus immenſa quidem Dei diſpenſatione procuratur, quod nunquam fere prius a perſecutionibus geſtum meminimus. Omnes hi qui primo cõprehenſi negauerant fidem, correpti traduntur in carcerem: Et non quaſi Chriſtiani iam, ſed tanquam homicidæ & inceſti detinebantur habentes miſeri duplicem pœnam, quoniam quidem cæterorum ſupplicia mitigabat ſpes, & corona martyrij, Chriſtiq; Charitas, & Spiritus ſancti gratia reuelaret afflictos, iſtos autem ipſis pœnalib. catenis, & pondere carceris grauior conſcientia cruciabat, ita vt vultu ipſo & aſpectu diſcernerentur a cæteris, quia illi producebantur de ſupplicijs læti, & diuinum neſcio quid in ipſis vultib. præferentes vincula ſua monilia pretioſa ducebant, per ſqualorẽ carceris Chriſti bonus odor effecti, ita vt viderentur ſibi non in ergaſtulo, ſed in myrro theca concluſiſſe. At illi alijs triſtes dimerſi, ipſis quoque conſpectibus horridi, & omni turpitudine fœdiores, ſed & ipſis gentilibus in multo opprobrio expoſiti erant, tanquam degeneres, & ignaui qui fidem perdiderint, & crimen inuenerint. Ibidem.

EXEMPLVM CXXVII.

Quomodo Attalus gentiles Chriſtianos calumnijs inſectantes redarguit.

ATtalus quoque populi vocibus poſtulatur (erat enim valde nobilis vir optimæ conſcientiæ.) Cumque circumactus fuiſſet in amphitheatro titulo ſe precedente in quo ſcriptũ erat. Attalus Chriſtianus, fremere in eum vulgi furor cepit. At cum prunis ſubteriectis in ſella ferrea torreretur, cumque nidor aduſtæ carnis ad nares, & ora expectantis populi perferretur, voce magna exclamabat ad plebẽ. Ecce hoc eſt homines comedere, quod facitis. Quod a nobis velut occultum inquiritis facinus, hæc vos aperta luce committitis. Nos enim neque comedimus homines, neq. aliud quid mali agimus. Ibidem.

EXEMPLVM CXXVIII.

De varijs generibus afflictionum, quibus oppugnati ſunt chriſtiani.

NOnuſdecimus agebatur annus Imperij Dioclẽtiani noſtris, ſcilicet temporibus, cum edicta principis per omnem terram proponebantur, vt omnes quæ vſquam ſunt eccleſiæ ad ſolum deſtruerentur, ſcripturæ ſacræ igne exurerentur. Si quis alicuius honoris prærogatiua muniretur, ſublata hac maneret infamis. Si quis ſeruorum manſiſſet Chriſtianus, libertatẽ conſequi non poſſet. Iubetur vt omnes qui per loca ſingula eccleſijs præſunt primo quidem inijciantur in vincula, tum deinde omnibus ſupplicijs ſimulacris immolare cogantur. Hinc vero ingens ſpectaculum ſacerdotes Dei effecti ſunt huic mũdo, & Angelis, & hominib. cum ad ſupplicia raperentur. Cum uero inde flamma ſumens initium tota per populos ad ſacerdotes exaggeraſſet incendia, poſſibile non eſt numero comprehendi, quanti quotidiè pẽnè per ſingulas quaſque vrbes, & prouincias martyres efficiebantur. lib. 8. hiſt. Euſebij. c. 2. 3. & 4.

EXEMPLVM CXXIX.

De nobili chriſtiano, qui nimio fidei calore ignitus edicta crudelia publicè diſcerpſit, & multiplicatis tormentis ne quidem triſtis videri potuit.

ETenim apud Nicomediam vir quidã de nobilibus honore & dignitate ſecuti illuſtris ſimul, vt vidit in foro crudelia edicta pendere, calore nimio fidei ignitus, publice populo inſpectante iniecta manu librum iniquæ legis detraxit, ac minutatim diſcerpſit, Auguſto in eadem vrbe ſimul cum Cæſare conſtituto. Ad quẽ cum relatum eſſet continuo in eum oi crudelitatis genere delæuiẽtes, ne ſolum quidem efficere quieuerunt, vt eum mœſtum aliquis videret in pœnis, ſed lęto atque hilari vultu cum iam viſcera ſupplicij defeciſſent, ſpiritus tamen lætabatur in vultu. Ex quo tortores ſui grauius cruciabantur, quod omnium ſuppliciorum genera conſummabant in eum, qui nec triſtem quidem

dem ex his reddere poterant. Antimus autem ipſius vrbis Epiſcopus in Ieſu confeſſione perdurans, martyrij gloriam capitis obtruncatione promeruit, hunc autem tanquam verè bonum paſtorem vniuerſa pœnè gregis ſui multitudo proſequitur. Ibidem cap. 5.

EXEMPLVM CXXX.

Quomodo incendium palatij chriſtianus impoſitum animos gẽtilium in eos ſuccenderit, & quomodo exinde in eos ſæuitum fuerit.

ACcidit namque apud Nicomediam ipſis diebus partem aliquam palatij incendio conflagrare, hoc Imperator à noſtris factum falſa ſuſpitione præſumpſit. Exquo inæſtimabili furore ſuccenſus iubet omnes noſtros aceruatim collectos, alios quidem gladio obtruncari, alios ignibus conflagrari. Sed in illis per diuinam gratiam maior fidei igneis ardebat. Denique cum aſſiſtentes miniſtri interrogarent ſingulos, ſi fortè ſacrificaturi vellẽt dimitti tam viri quam mulieres. Ne interrogari quidem ſe patiebantur, ſed vltro vel flammis irruere, vel cædentibus gladijs certatim obiectare ceruices. Cumque iam illis ipſis ſpectatoribus nimietas crudelitatis horreſceret, miniſtri ſcelerum partem populi nauiculis iniectam in medium pelagus abducunt, ibique in ſententia fidei perſiſtentes, præcipitant in profundum. In tantum apud eos rabies crudelitatis exarſit, vt egregios pueros martyres effectos, cum ſecundum humanitatis ordinem fuiſſent ſepulturæ mandati, effoderent denuo & corpora eorum proijcerẽt in mare, hoc dicentes, ne fortè Dij efficiantur Chriſtianorum. & illi qui Deos adorare nolunt, ſeruos noſtros incipiant adorare. Putãt enim quod diuinus apud nos honor martyribus deferatur. Ibidem c. 6.

EXEMPLVM CXXXI.

Quomodo præ multitudine martyrum, & cõfeſſorũ carceres criminoſis defuerint.

CVm hæc apud Nicomediam agerentur, vbi cruentus Diocletianus inhiabat piorum carnibus, haud ſegnius etiam apud Mitilenem pronunciam, Syriamque omnes eccleſiarum principes carceribus retrudi edictis principalibus vrgebantur, ſimulque cum his ex plebe viri ac mulieres nobiles que & ignobiles rapiebãtur, & fiebat vbique ſpectaculum miſerabile ac fœdum. Subito namque inueniebatur in vrbe ſilentium, in carceribus vacuus locus nullus, vt non tam rei ad ergaſtulum duci, quam ciuitas tota migraſſe videretur ad carcerem. Catenæ quæ homicidis, adulteris, venenarijs, & ſepulchrorum violatoribus fuerant fabricatæ, tunc Epiſcoporum, & presbyterorum & diaconorum & lectorum, atque omnium religionum hominũ colla cõſtringunt, ita vt ne criminoſis vincula ſupereſſent, nec locus ergaſtuli reſideret. Verum cum perueniſſet ad principem æſtuare carceres, & per innocentium pœnas loca deeſſe criminoſis, noua rurſum decreta mittuntur, vt qui immolare vellet liber abſcederet, qui verò abnueret diuerſis pœnarum generibus interiret. Tum tã quantæ per ſingulas prouincias multitudines martyrum, & præcipuè in Africæ, aut Mauritaniç, Thebaidis quoque, & Aegypti regionib. extiterint, numero comprehendere quis valeat? Ibidem.

EXEMPLVM CXXXII.

Varia tormentorum & crudelitatum genera, quibus ſanctorũ martyrium fides & conſtantia tentata eſt.

SEd ne illorum quidem quorum agones apud Paleſtinam, vel Tyrum (quæ eſt vrbs maxima Phœnicis) præſentes inſpeximus, vt dignũ eſt memorare ſufficimus. Tanta enim virtute perſeuerantiæ aduerſum illata ſupplicia pro pietate certatum eſt, vt niſi quis prius Domino & Saluatori noſtro credat dicenti, quia ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, & eius virtutẽ martyribus ſciat eſſe præſentem, rebus geſtis deroget fidem. At nos (vt diximus) non audita, ſed vt oculis inſpecta narramus. Exquirebantur diuerſa tormentorum genera ſibi inuicem ſuccedentia. Flagris primo per omne corpus carpebantur, poſt hoc tradebantur ad beſtias, adhibebantur leones

Digitized by Google

nes, vrsi, pardi, atque omne ferarum genus apri quoque, sed & tauri, quibus ferro, & igni feritas addebatur. Ad hoc Dei cultores denudati statuuntur in medio arenæ loco. Additur adhuc arte intra caueas bestijs furor, & ita semetipsis seueriores effectæ proruunt claustris. Replent subito stadium circundantes ecclesiam martyrum in medio sitam. Circumeunt sæpius, & oblustrãt & diuinæ virtutis adesse eis custodiam sentientes, procul ab eorum corporibus abscedunt. Mittuntur illico quibus artis est instigare bestias aduersum eos. Verum vt ostenderetur omnibus, non feritatem deesse bestijs, sed diuinam adesse custodiam, illos ipsos incredibili velocitate discerpunt. Et cũ iam nullus ex huiusmodi artificibus auderet accedere, iubentur ipsi sancti martyres commotis manibus, & velut prouocantibus incitare aduersum se beluas, sed nec sic quidem prius aliquid poterant. Verum & si forte fuisset ex beluis aliqua concitata, cũ veniisset ad proximum protinus in semetipsam conuersa repedabat. Cum igitur nec sic quidem aliquid aliud egisset humana sæuitia, iubentur mutari feræ, quæ cum & ipse similiter, vt priores, nihil triste Dei cultoribus intulissent, amotis etiam his sæuiores feras martyribus homines mittunt, qui soli possent crudelitate feras superare. Gladijs igitur peragunt quod bestijs nequiuerunt, prohibebant etiam cadauera mandari terræ, sed iubebant fluctibus dari. Hæc apud Tyrum venerandi Dei martyres desudarunt. c. 7. lib. 8. Eccl hist. Eusebij.

EXEMPLVM CXXXIII.

Cœlestis mercedis intuitu quanta auidita te martyres tribulationes huius temporis expetierunt.

APud Thebaidem vero omnem narrationem superat agitata crudelitas. Pro vngulis testas fictilium vasculorum ad hibeant, quibus omne corpus eousque lacerabant, donec totam carnis eraderent cutem. Mulieres quoque nudas, ita vt ne pudenda quidem cõtegerentur, arte quadam cõpositis machinis vno pede in excelsum suspensas, & capite in terram diuersas indignissimo speculo expositas pendere per diem continuè finebant. Alias sicubi viginæ sibi duæ arbores inueniebantur, vi quadam ab vtraq; inflectis contra se inuicem ramis, eisque singulis singulos pedes martyrum obligãtes, subito ramos quos ui inflexerant relaxabant. Qui cum ad situm suum naturali impetu referrentur, ulcerptis, diſplicatisque visceribus auulsa secum membra rapiebant. Verum & nosmetipsi per idem tempus cum in Aegypti partibus iter ageremus, oculis nostris subpeximus, vt sedenti pro tribunali sæuissimo iudici offerebantur innumeri fidelium populi, quos ille singulos per ordinem cõfessos esse Christianos capite plecti iubebant. Cumque hi certatim se & sponte gladio subijcerent, ille inhumanus, nec multitudinis contemplatione permotus est. Egrediuntur cuncti pariter ad contiguum mœnibus campum, non carnificum nexibus tracti, sed fidei vinculis colligati. Nemo defuit cum nemo seruaret. Sponte omnes imò & alter alterum præuenientes ceruices cædentib. obiectabant. Defecerunt carnificum manus, & succedentes sibi inuicem fatigati sunt, hebetata est acies gladij. Videbam sessos residere carnifices, vt resumere, & animos reparare, mutare gladios, diem quoque ipsum non sufficere ad pœnam. Nullus tamen ex omnibus ne paruulus quidem, infans deterreri potuit a morte, sed hoc solum singuli pauescebant, ne fortè dum prosperum sol ueniens clauderet diem, separatus a cõsortio martyrum remaneret. Sic confidentia fidei constanter & fortiter cum lætitia, & exultatione mortem præsentem velut æternæ vitæ principia rapiebant. Denique cum priores quique singularentur, reliqui nõ desidiæ aut torpori animos indulgebãt sed psallentes & hymnos Deo dicentes locũ quisque sui martyrij expectabat, vt hoc agẽtes etiam extremos spiritus in Dei laudibus exhalarent. O verè mirabilis & omni veneratione dignus grex ille, beatorum turma, virorum fortium corona splendoris gloriæ Christi. lib. 8. cap. 9. histor. Eusebij.

EXEM.

EXEMPLVM CXXXIIII.

De ijsdem martyribus, & eorum constantia.

ERant enim expositi sancti martyres omnibus volentib. pro libidine inferre supplicia, & si quod ars per otium excogitans nouum pœnarum genus detulisset, licebat inferri. Iam vero vngulis exarari vetus, & leue supplicium ducebatur, Quod etsi fortè genus supplicij cuiquam fuisset adhibitum, non (vt latronibus & homicidis solet) latera tantum fodiebantur, sed & venter & femora, ac tibiæ & vsque ad vngues vngula perueniebat. Sed faciens quidem & vultus ac frons a tormentis non manebat immunis, quosdam etiam columnis ligatos, & post tergum distortis brachijs suis vinctos relinquebant. Iam vero hi qui ante præfidé suspendebantur, non id solum temporis quo ab eo vel discutiebantur, vel cruciabantur, sed totum pæné diē cum alijs arctius agerentur in eculeis exigebant, si fortè aliqui ex his magis pœnæ continuatione a propositi firmitate discederent. Tanta verò in his crudelitas erat, & in tantum ab eius omnis penitus humanitatis sensus aufugerat, vt postea quam omne corpus, vel tormentis vel verberibus fuisset ablumptum, trahi nudis pedibus sursum iubetur ab carnem, atque ibi neruo, pedibus conclusis recentibus adhuc terga vulneribus reijcerentur in solum testarum fragmentis subter instratum. Interea plurimi vsque ad mortem constanter, & fortiter perdurantes, alij verò recepta corporis sanitate ad reparandos denuo agones, dispensatores pœnarum sponte prouocabant quos illi erubescentes rursum ad tormenta reuocare, ipsa eorum audacia perterriti capite eos cædi iubebant. Ibidem c. 10.

EXEMPLVM CXXXV.

De eadem martyrium constantia.

IAm vero quod apud Phrigiam gestum est, quis audeat præterire, in quo & communia humanitatis & propria Romani regni iura violata sunt? Vbi vrbem quandam Christianorum ciuiū, in qua erant, & populis omnis, & honorati viri, & magistratus Christianos se esse, nec adquiescere ad sacrificandum fatentur, circundari militibus iubet, cunctoque simul cum mulieribus viros, cum paruulis senes, cum ciuibus ciuitatem ingenti igne concremari, ita vt nullus penitus ex illa vrbe etiam cum optio volentibus daretur abscederet. Et hoc in ciues perpetratum est, quod in hostes egisse notam crudelitatis habuisset. Ibidem c. 11.

EXEMPLVM CXXXVI.

De eadem.

QVis enim possit vel illa repetere quibus apud Arabiam sancti martyres securibus cæsi sunt? Aut quomodo quis retegat quę in Cappadocia gesta sunt vbi crura frangi Dei cultoribus iubentur? Quis Mesopotamiæ referat cruciatus, Christi Christianos sui nitergoris more singulis manibus, pedibusque suspensos amarissimo fumo subter iniecto, indignis cruciatibus enecabant. Alij vero lento igne prope adhibito tormentis longioribus absumebantur. Illa autem quomodo replicē quæ apud Alexandriam gesta etiam veterum poetarū fabulas vincunt, vbi obtruncatis auribus atque inhonesto vulnere naribus, manuum quoque, cæterorumque membrorum summitatib. amputatis truncum sinebant abire derisum. Apud Antiochiam verò quomodo recordabor craticulas prius appositas, quib. Christiani super impositi torrebantur? Ibid. c. 11. & 12.

EXEMPLVM CXXXVII.

De eadem.

SEd inter hæc nobilium duorum iuuenum factum memorabile silere nō puto. Qui cum comprehensi simulacris immolare cogerentur, aiunt. Ducite nos ad aras. Et cum fuissent adducti manus suas ardenti igni superponentes, si subtraxerimus (inquiunt) sacrificasse nos credite, & quo adusque caro omnis in igne defluere, immobiliter perduraruntibidem cap. 12.

Digitized by Google

EXEMPLVM CXXXVIII.

De eadem.

IN regionibus vero Ponti crudelia gerebantur. Arundines acutæ quibusdam sub vnguibus digitorum infigebantur, alij plumbum igni liquefactum, & dorso diffusum vsque ad loca putenda (quibus naturalis egestio procurari solet) infundebatur. Ferra quoque candentia & reaustra, ardentia absque vllo humanitatis, miserationisque respectu ingerebantur per pudenda viscerum, & naturalium secreta membrorũ. Sed quid faciam? Quod appellationes ipsæ mihi in adiutis factionibus desunt, & gestorum scelerum nec vocabula quibus enumerari queant, inuenire possunt. Sustinebant tamen omnia fortissimi martyres si aliquid crudelitatis inuenissent. Sed cum aliquando tam non ratione, aut humanitate, crudelitatis tamen inimicitate satiati, respicere ad immanitatem sceleris sui exijssent & vidissent desolatas vrbes ciuibus, & optimis rura nudata cultoribus, orbatos filijs patres, & parentes liberis, ad clementiam se bonitatemque conuertunt, edictum principale prodonunt, vt hoc genus hominum nequaquam quidem subiret interitum, omnes tamen qui hanc speciẽ confessionis tenerent, dextris oculis ferro effossis, eidemque cauterio adustis, sinistro etiam pollicere cauterio nihilominus debilitato per singulas prouincias in metallis ferrique metalla, vel opis, vel pœnæ gratia deputandos. Hæc fuit clementia principalis, qua optimi, ciuibus consultum est. Ibidem cap. 13.

EXEMPLVM CXXXIX.

Quanta constantia Imperatorum decreta contra christianos in conspectu omniũ quidam diruperit.

EDissa namque Mesopotamiæ vrbs filiolum populorum est Thomæ Apostoli reliquijs decorata, vbi cum Imperator Valens vidisset ecclesijs eiectos in campo habere conuenticula, tanta dicitur ira, cum dia accensus, vt præfectum suum pugno percuteret cur non fuissent inde quoque sicut iusserat conturbati. At ille licet esset paganus, & iniurijs ab Imperatore fuisset affectus, tamen consideratione humanitatis altera die ad vastandum populum processurus, facit hoc ipsum ciuibus per occulta indicia claresscere, quo si cauere se possent ne inuenirentur in loco. Mane processurus terrorem solito maiorem per officium monet, agit omnia quo quam minimi, vel si fieri posset, nulli periclitarentur. Vidit tamen frequentiorem solito populum ad locum rendere, currere præcipites, & festinantes tanquam vererentur ne quis deesset ad mortem. Interea vidit quandam mulierculam ita festinam, & properam domo sua prorumpere, vt nec claudere ostium, nec operiri (vt mulierum habitum decet) diligentius potuisset, infantem quoque paruulum secum trahentem, cursuque rapido irrupto etiam officij agmine festinatem. Tum ille vltra non ferens, apprehendite, inquit, mulierem & huc deducite. Cumque fuisset adducta; Quo (inquit) felix mulier properas tam festinas? Ad campum (ait) quo Catholicorum populus conuenit. Et nõ audisti (inquit) quia præfectus illuc pergit, vt omnes interficiat quos inuenerit. Audiui (inquit) & ideo festino, vt tibi inueniar. Et quo (inquit) paruulum istum trahis? Vt & ipse (ait) martyrium consequi mereatur. Quæ cum audisset moderatissimus, redire ad officium, & conuerti vehiculum ad palatium iubet. Et ingressus ait. Imperator subire mortem (si mihi iubeas) paratus sum opus vero quod præcipis implere non possum. Cumque edocuisset cuncta, de muliere repressit Imperatoris insaniã. lib. 11. hist. Eusebij cap. 5.

EXEMPLVM CXL.

Fœminarum aspectus sanctus Karilelphus quanta sollicitudine vitauerit.

LEgitur in vita karilelphi quod regina Altrogodis Domini deuotione nobilissima, viri Dei vitæ qualitatem audiens, cibi scilicet parsimoniam, & noctium insomnitatem, vestium quoque vilitatem. Erat enim ei consuetudo cinere, & cilicio corpus obuoluere, & quando summæ exigebat lassitudo quieti indulgere nuda humo corpus substernere, misit ad eum appari-

Digitized by Google

paritores deſiderans eius præſentia perfrui, & animam ſuam Deo commendare per eius interuentionem. Quia ſi, inquit, precibus eius annuerit omnia fiſci illius (in cuius parte reſidet) prædia, ei tribuam. Quibus auditis vir ſanctus parumper deliberans cogitabat. Vnde talia regina, vt tantopere me videre deſideret diutius ſudoribus inculcum, ieiuniorum ſqualore horridum, rurali exercitio ruſticum? Noui certè, noui uiru lentam veteri hoſtis calliditatem, quia in paradiſi amœnitate per fœminæ imbecillitatem fregit viri vigorem. Ideoq; æquum eſt mihi cauere muliebrem aſpectum ne capiar laqueis inimici, ego incolens ſqualida eremi loca. Ite, inquit, oprimi inuenum, & dominæ veſtræ hæc uerba referte: Si quid præualuero, pro ea exorabo, certum tamen habeat quamdiu in corpore ſuperfuero, faciem me mulieris nequaquam viſurum, neque ob cœnobium, quod Domino præcipiente conſtruxi, ingreſſui mulieris unquam patebit. Neque eum decet nos, qui de Chriſti ſumus familia, vendere noſtrum mulieribus aſpectum, aut pro capeſſenda terra inimico humani generis animam noſtram proſtituere. Ideoque animam ſuam ab hac intentione ſubmoueat & fiſci ſui partem cui libuerit attribuat. Quę conſuetudo in eodem monaſterio Domino fauente hactenus manet in conuulſa. Vincent. in Specul. hiſt. lib. 21. c. 44.

EXEMPLVM CXLI.

Eleemoſyna de iniuſtè acquiſitis facta nec veniam, nec gratiam promeretur.

LEgitur in vita ſancti Launomari Carnoſenſis, quod idem vir nobilis Ermoadus in angustia conſtitutus miſit xl. ſolidos obnixe petens, vt interceſſionis eius meritis ſpes ei ſalutis a Deo præſtaretur. Qui accipere recuſans, tandem tamen latore perurgente ſuſcepit. Ingreſſusque oratorium orationem fudit, vt oblatio viri acceptabilis fieret in conſpectu Dei, & ſuper altare pecuniam depoſuit. Grandique ſtudio vnumquemque nummum apprehendens manu reuoluebat, & genu ſæpius flectens orabat. Tandemque unum ſolidum quem in ſpiritu mundum, & non ex rapina adquiſitum cognouit, uſibus ſuis retinuit. Reliquos autem gerulo tradidit & ait: O homo pecunia iſta iniqua eſt, & diuinam non poteſt mutare ſententiam ſed nec peccatorum remiſſionem impetrare. Nam victimæ impiorum abominabiles ſunt Domino. Sic ille reuerſus ad Dominum ſuum adhuc eum uiuentem repetit. Sed morbo inualeſcente ab hac luce eſt abſtractus. Vincent. lib 21. cap 84.

EXEMPLVM CXLII.

Innocentiam in ſancto Machute mare veneratur illum vndique cingens, & non ſubmergens.

LEgitur in vita S. Machutis, quod dum ipſe puer a matre iam decrepita, miraculoſe natus eſſet, ſanctus Brandanus Abbas eum baptizãs in filium ſpiritualem ſpiritualiter educandum deinceps accepit, & in litteris eruditit. Qui licet ætate tener animo tamẽ fortis erat. & ſtabili grauitate fundatus. Igneum quoq. vigorem corpuſculi in ſe ualidum feruore teſtabatur. Itaut dum eius condiſcipuli præ nimio frigore ſtriderent dentibus, ille iam ſpiritu feruens omnibus horis caleſcebat in corpore, ut ſimplo veſtimento contentus continuè guttas ſudoris emitteret. Itaq. more puerorum ipſe, & condiſcipuli ad litus maris perrexerunt, ut laborem diſciplinæ iocandi licentia releuarent. Sed cum cæteri ante inundationem maris continue æſtuantis fugerent & ludũ relinquentes ad ſcolas redirent, puer Sanctus dormiens ſuper faciem algæ manſit in litore. Cumque appropinquaret mare minime eum tangens circundedit, nutuque diuino quantum circa eum creſcebat, tantum locus litoris ſuper quem ille iacebat exaltabatur. Tandem puer præ horrore ſonitus maris. & fluctuum euigilans, dum circumſpiciens neminem videret, condiſcipulos nominatim inclamare cæpit. Cui cum nemo reſponderet, ait ſecum: Deus omnipotens, ubi nunc poſitus ſum ego. Ne derelinquas me ſed adiuua me, & ſalua. Inter ea magiſter ſollicite quærebat a diſcipulis, ubi eſſent alumnus eius chariſſimus. Quibus reſpondentibus eum vna cum illis ad litus iſſe, ſeque illum dor-

mientem in littore uidiſſe, ſed utrum poſt ibi remanſerit neſcire. Ingemuit & iam imminente veſpere cum ſcolaſticulis ſuis ad litus maris perrexit. Et ecce inſula nũquam antea viſa in ipſo mari apparuit. Quam cũ inter ſe mirati fuiſſent cęperunt circumquaque per litus & per undas maris intueri, ſi forte cadauer pueri contingeret videre. Quo facto nocte iam inſtante ad monaſterium redierunt, & inſtantes eccleſiam exequias pueri quaſi iam mortui celebrarunt. Nec multo poſt parentes pueri ad Brandanum miſerunt, vt filium eorum ſibi ſanũ & incolumen redderet qualem ſibi commiſerunt. Tunc ſancto Brandano inſtanter ea nocte uigilijs, & orationibus inſiſtenti aſtitit Angelus Domini, & ait. Noli timere ſerue Dei, quia puerum de cuius interitu angebaris, Deus omnipotens inter vndas illæſum conſeruauit. Ecce enim pro eius conſeruatione facta eſt ibi perpetua inſula, ubi quieſcendo permanſerat. Et vt hoc primũ diuinæ virtutis in eo declaratum miraculum perpetuo teſtimonio commendetur, mare quod quotidianis prius illic acceſſib. adeſſe, vel receſſibus abeſſe ſolitum erat, nunc iuſſu Dei tam ſtabili profunditate eã inſulam circumcingit, vt nunquam inde redeat, nec quiſquam abſque nauigio illuc peruenire queat. Tunc ſanctus Brandanus gratias agens mane cum fratribus ad litus abijt. Ibique puerum in ſuperiori loco inſulæ odas Domino concinentem conſpexit. gaudenſque eum ſalutauit. Qui omnes ad benedicendum Deum inuitabat. Vincent. lib. 22. c. 93. 94. 95.

EXEMPLVM CXLIII.

Quomodo faſcis algæ pſalterium ſancti Machutis exceperit, & ad ripam aquis maris minime madefactum ſuſtulerit.

POſt hæc rogabat dicens. Nunc ſaltem vna hac die permittite permanere, vbi Dei pietas Saluatoris miraculo me dignata eſt illuſtrare, ſed pſalterium meum vt mecum habeam efficite, & non eſt quo ad me perferatur, in mari illud ponite. Tunc magiſtro illud in manu tenente, & in mari mittente faſcis algæ (ſuper quem ipſe dormiebat) accurrit & ſuper ſe pſalterium excepit, & ad ripam ſuper quam puer ſtabat aquis minimi infectum ſuſtulit. In craſtino autem nauiculam pro puero miſerunt, & eum ad monaſterium duxerunt. Tunc eius parentibus ait Brandanus. Nunc filium veſtrum miſericordia Dei ſaluum, & incolumen ſicut ſtomachati mandatis recipite, quod audiens puer lachrymabiliter ait. Magiſter ſancte, & mihi venerande præ parentibus, nonne cum euangelium legeretur audiui te dicentem? Nolite uobis uocare patrem ſuper terram. Parentes itaque pœnitẽtes de legatione dure directa, & ueniam flagitantes eum cum magiſtro dimittunt, & ad ſua redeunt. Ibidem cap. 95.

EXEMPLVM CXLIV.

Quomodo beati Machutis veſtimentum a carbonibus impoſitis illæſum remanſerit & candela diuinitus ab Angelo accenſa fuerit.

ERat autem mos ut unus puerorum in hebdomada ſua ferret laternam ante magiſtrum adeuntem noctu baſilicam, matutinalis officij cauſa. Adueniente ergo ſeptimana fœlicis pueri, alij compares ſui inſtigante inuidia extinxerunt focum, quo ad accendendum lucernam ire debebat, cupientes eum ab hoc a magiſtro uerbera perperi. Tunc puer quid ageret ambigens ad officinam ubi ficera fiebat, petens a confectore ſibi ignem præberi. Illo autem nolente imo pigritante lumen accendere, tandem ab anxiante pigro impoſiti ſunt carbones gremio illius, a quibus nil læſum eſt veſtimentum illius. Reuerſus ad magiſtrum reperit candelam ab Angelo iam diuinitus illuminatam. Itaque omni uita ſua uirgo in ſeculo permanens, monaſticum habitum induit & cælibem vitam duxit. Ibidem capit. 96.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM CXLV.

Quomodo idem ſanctus putans inſulam eſſe quod videbat, ſuper cetum celebrauerit, & oratione ipſius completa cetus motu ſuo mortis horrorem fratribus ipſius incutiens tanquam rupes immobilis diuina virtute permanſerit.

POſt hæc multis miraculis clarus Epiſcopus ordinatus eſt. Audiens uerò de quadam inſula in qua (vt dicebatur) cęli ciues Angeli habitabant, eam cum magiſtro Brandano nauali itinere inquirere ſtatuit. Sed cum diu, longeque in mari vagantes ad optatam inſulam peruenire, non poſſent, in patriam redire dijudicant. Denique carinam a ſtatione ſubmouentes illucęſcente ſacratiſſima die Paſchę circũſpicientes, quaſi modicam inſulam viderunt, ad quam applicuerunt. Illuc ſanctus Machutes ſuggerentibus fratrib. miſſarum ſolemnia celebrare cępit. Cumque fratres pſallendo miſſam canerent, peruentum eſt miſſali ordine vſque ad orationem Dominicam. Tunc ſubito tota illa quæ videbatur, inſula commota eſt. Erat autem belua (ex his quæ ęxte dicuntur) abyſſi incola, tantæ enormitatis & magnitudinis, vt crederetur paulo ante ab Epiſcopo, & ſocijs eius inſula eſſe, vel terrę ſpatium aliquod. Aduerterunt igitur ſuperſtantes viuum animal eſſe, & exterritis omnibus ſeq; iam mergendos & deglutiendos clamantibus, mir Dei fidens in Domino interritus perſtitit, donec impleta miſſa fratrum cateruam confortare cœpit, propones eis iam Ionam prophetam triduo in ventre ceti in columen ſeruatum, diuinaque adeſſe ſuffragia vbi deſunt prorſus humana. Tunc diffugientibus cunctis ad nauim, ſanctus vir in oratione ſe ibidem proſtrauit inuocans Deum, vt cœtum illum (cui ſuperſtabat) immobilem faceret, donec illa cõgregatio fratrum illæſa tranſeundo euaderet. Qua oratione completa, belua virtute diuina quaſi rupes vel mons facta eſt immobilis, donec ſanctus Machutes libero poſt omnes de naui greſſu, deſcenderet. Sicque laudantes Deum proſpero curſu ad patriã redierunt incolumes.
Ibidem cap. 98.

EXEMPLVM CXLVI.

Quomodo eiuſdem cappa pluuijs expoſita, intaminata remanſerit.

DE autem quadam idem ſanctus Epiſcopus cum aliquot monachis ſuis in agrum cauſa putandi vineam iuit. Et vt poſſet melius ac leuius operari capam in quodam loco vineæ diſpoſuit, paratoque labore cum vellet capam iterũ induere, inuentum eſt in ea cuiuſdam ouum auiculę. Quo comperto vir Dei illius cõdeſcẽſionis non expers, ſine cuius prouidentia nec vnus paſſer perit ſuper terram, prohibuit indumentum de loco amoueri, donec ſuos auicula fotos pullos excluderet. Interim tamen nulla aeris intemperies, vel pluuia ipſum ſacri Præſulis veſtimentum infi cere, vel attaminare vi diuina inhibita, præſumpſit vel temerauit.
Ibidem cap. 99.

EXEMPLVM CXLVII.

Quomodo idem ſanctus lupo, qui aſinum ſancti vſibus deſeruiẽtem deuorauerat, ſtruem lignorum ſuperponi tulerit, lupuſque ſicut canis domeſticus extiterit.

HVic contulerunt Paganſes de rebus ſuis multa donaria. Inter quos quidam ruſticus contulit ei aſcellum ligna de ſilua vſibus neceſſarijs allaturum. Hunc aſellum Præſul mancipio commendauit. Qui cum vna dierum ligna aſello imponenda decideret, lupus rapaci auiditate eum inuadens occidit, & abſumpſit. Quod ægre ferens famulus partem lignorum humeris impoſuit, & Præſuli deportauit, narrans quę de aſino acciderant. Qui dixit ei: Dirigito me præuius ad ſiluam. Quam ingreſſus Epiſcopus precibus facillime obtinuit, præſto ibi adeſſe lupum. Quem iuſſit ſterni more iumenti, ſtruemque lignorum ei ſuperponi, & onuſtum domum minari. Qui lupus poſtea exiuit ſicut canis domeſticus, pergens cum famulis ſemper, & rerum cuſtodibus cuſtodiã perũgilem, & inſtantem ſagaciſſimo dependens aſtu. Obijt hic ſanctus decimo, & ſeptimo kal. Decembrium. Vincent. lib. 21. cap. 100.

Digitized by Google

lente,& pro eo cum lachrymis orante, ſanitatem recepit, malique commiſſi pœnitudinem agens, coram omnibus fratribus culpam ſuam agnouit.lib.21.hiſt. Vincen. c.107. & 108.

EXEMPLVM CL.

Confeſſione mortalis peccatis in ſe abſconditi infirmus pater ſancti Samſonis conualuit.

LEgitur de eodem quod cum quadam hyeme pater eius ægrotaret ad mortem, affirmabat ſe nunquam vel mortem guſtaturum,vel ſanitatem receptum,vel ſacrificium orationis percepturum, niſi Samſonem primogenitum ſuum videret per quem pariter & corporis,& animæ ſanitatem ſe percepturum dicebat. Quod beatus Samſon vt a nuncijs a ſe directis audiuit,apud ſe ingemuit,& ait:Iam niſi fallor Aegyptum reliquit, non eſt opus me in ipſam redire. Potens eſt autem Deus ęgrotantem ſanare. Sanctus autem Pius miſericordia motus dixit ei. Quare ſic dicis electe Dei, curam te oportet habere de animarum profectu, tuaque merces grandis erit cum Deo,vbi dum carnalia creuerint, ſpiritualia fęminentur. Qui reſpondit: Vtinam voluntas Dei fiat. Nam propter Deum,& animarum lucra omnibus paratus ſum. Itaque faciens nuncios progredi ipſe ſubſecutus eſt, cum quodam iuuene diacono ſibi ab Abbate aſſociato, pergenteſque venerunt ad Amonem patrem ſancti Samſonis ipſumque ægrotantem in lecto inuenerunt,qui in aduentu eorum gauiſus, capitale quoddam crimen ad mortẽ (quod in ſe cælauerat) in medium publicauit, deoque ſe ſeruiturum vſque in finem ſuum deuouit, & caput ſuum eadem hora tonderi fecit, vxore ſua maximè ſuggerente,& dicente: Non ſolum ego & tu vt decet & conuenit ſeruiamus Deo,ſed & prolem noſtram totam in Dei ſeruitu e iungamus,& omnia noſtra Dei tota fiant. Quo aſſentiente præſentatis, quinque fratribus ſuis ſancto Samſoni una cum ſorore valde parunla paululum ſilens, reſpondit: Fratres quidem mei boni ſunt, & Deo deuoti, ſed hæc puſilla ad mundanas voluptates data eſt,tamen nutrite eam,quia homo eſt. Confirmatis itaque ſuis in bonis operibus,& ad monaſteria fundanda ſuggeſtis, ſanctus Samſon vna cũ patre ſuo,& auunculo,& diacono in pace perrexit. Eodem lib.c.109 & 110.

EXEMPLVM CLI.

Virginitatem ſuam Domino conſecrare volens ſancta Phara multas perſecutiones a patre ſuſtinuit.

LEgitur in vita ſanctæ Pharæ Virginis, cum apud villam Papienſium Dei cultor Euſtaſius a genitore ſanctæ Pharæ officioſiſſimè ſuſceptus eſſet,atque cognouiſſet Pharam beati Columbani benedictione ſacratam, graui oculorum fatigari cœcitate (quam contraxerat continui fletus mœrore eo quod diſponeretur a patre nuptiali operi inſeruire, & ſanctimoniæ vota fruſtrari nuper deliberata) patrem aſperitate verborum obiurgat, dicens hoc ſui eſſe operis, quod virgo afficeretur tanto diſcrimine periculi. Ad hæc ſi quidem pater ſimulatione verborum filiæ ſe dixit poſt habere nuptiarum coniunctionem, tantum vt ipſius mereretur iocundari corporali ſoſpitate. Itaque Dei horum credulus verborum ad locum in quo ægra decubabat puella acceſſit, & utrum in ſanctimoniali habitu viuere vellet ſcitcitatur. At illa ſuſpirans, ait ſe pudicitiam Angelis ſociam deſiderare, potu'que ſupernum ſponſum concupiſcere, quam terreno flebiliter inhærere. Mane uero viſus eſt ei aſtitiſſe vir reuerenti vultu, oculis ardentibus, dicens. Certa eſto famula Dei,meiſq. promiſſis firma, hodie tibi virum aduenire, qui te ſoſpitati reſtituet. Hac expleta viſione poſt modicum intrante ad eam Euſtaſio viſionis ordinem Phara enarrauit. Tũc Euſtaſius oratione facta, promiſſum diuinitus adiutorium virgini acceleraute ſanitate contulit. Quod uidens pater voluntatem cordis factis aperuit, ſponſum aduocat, ſponſalia firmat, tempus nuptiarum ſtatuit. At illa fugam arripuit. quæ pauitanti curſu eccleſiam beati Petri ingreſſa, atque in terram proſtrata pugnis tenerum pectus quaſſabat, lachrymiſque terram vbertim irrigans, & beatum Petrum inuocans his verbis orabat. O Petre qui iuſtis

regna reseras cęlestia, obseras iniustis, huc ad tua confugi lumina, tua volens esse virgunc ula. Et tu (ò Christe) semper flecteris precibus humilium, remittendo lordes, seruua virginitatem meam oblatam tibi per æterna sęcula. Quo pater cognito pueros illico dirigit mandans eam in loco interficì, sed pueri prouidò consilio aliquà tulum in eundo constituunt, vt ipso morarum spatio patris mitigaretur sæuitia. Denique eo veniente atque acriter sæuiente, ministri comminationem artificiosè intendebant. Ad quos illa. Non (inquit) a genitore talia munera dilectæ filiæ. Sed iocundius est mihi in loco hoc pulchram mortem oppetere quàm virginitatis florem perdere. Hoc autem, certissimè genitor nouerit meus, quia nunquam copulæ nuptiali in vita ista subdi cõsentiam. Referentibus ergo famulis hæc Domino suo, ille furorem animi ne quaquã sine læsione filiæ mitigare voluit, sed custodiæ deputans seruabat eam ad ea quæ facere disponebat. Cumque ista gerunt Dei misericordia contigit beatum Eustasium per ipsum Haguericum reuerti ab hac expletione legationis regis Lotharij, qui cognoscens tam diram regis animaduersionem in filia, irreuocabiliter dulæuire, studuit ipsius animi sæuitiam duris verborum aculeis terebrare, & ad pœnitẽdum compungere. Neque vero inde rediit quo vsque, & puellam desiderato sanctimonialì habitu per Bondoettennum Meldensem Episcopum ornaret, & ut idem Haguericus monasterium in proprio suo famularum Dei congruum habitationi construeret. lib. 23 hist. Vincent. c. 15. & 16.

EXEMPLVM CLII.

Detrahentes sancto Attalo mala morte interierunt.

LEgitur in vita sancti Attali, uel sanctæ Attalæ, quod idem sanctus Attalus beato Columbano de hac luce migranti succedens, cum egregiè Bobiense cœnobiũ regeret, diabolus contra eum aliquorum subditorum corda suscitauit, qui se dicebant tanti feruoris austeritatem, & arduæ disciplinæ pondera ferre non posse. At ille sagaciter pia fomenta præbere, & mollire corda tumentia nitebatur suadens reminisci patres per mortificationem, & contemptum pœnitentis vitæ regna cœlorum possidere. Cumque se nihil proficere iam cerneret, pertinaces ire permisit. Qui postquã ab eo segregati sunt, cum virum Dei suis detractionib. laniarent, vnus eorum subito igne febrium accensus inter pœnas incendij clamare cœpit, se (si posset) ad beatam Attalum uenire uelle, & admissi criminis damna pœnitentiæ medicamento lenire. Vixit dicere licuit, & subito obmutuit, & extremum anhelitum dimisit. At illi qui aderant uidentes iniuriam viri Dei a Deo uindicari, quidam ad eum cum pœnitentia redeunt. Quos ille magno gaudio suscipiens suis locis suas recognoscentes culpas restituit. Alij vero qui datum pœnitentiæ locum contempserunt non redeundo, diuersis mortib. dirupti sunt. Nam unus eorum securi percussus interijt, alius dum paruì fluminis alueum transmearet inretitis poplitibus parua unda necatus est. Tertius cum se in mari carinæ tradidisset, demersus est. Vincent. lib. 23. c. 20.

EXEMPLVM CLIII.

Deridentes pueri sanctum Magnobodum a Deo plagati sunt.

LEgitur in vita sancti Magnobodi Andagauensis episcopi. Quia cum idem vir sanctus dioceſim sibi commissam illustrando circumiens ad prædiũ quod Quartini acus dicitur peruenisset, pueri garuli nefanda conuitia ludẽdo iactabant. Quos illo intuente subito unus ex eis puluerì mixtus cum omni pernicitate raptus per aeris vasta, more globi hac illacque ferebatur: Tunc sodales cum darentibus tristes ac territi per deuia quæque ac rupium & vallium anfractus sectantes nihil profecerunt. Iamque desperatione tandem per deuia ac dumosos tramites fatiscentes puerum reppererunt inter condensa veprium semianimem, & uix exilem anhelitum trahentem. Quem parentes cum ualde magno gemitu pallio inuolutum, & pene cunctis artubus discerptum in præsentia Sancti uiri obtulerunt. Qui apprehensa

manu

manu cum leuauit,& vitæ præpotem ac valentem parentibus reddidit. Vincet. lib. 23. c. 38.

EXEMPLVM CLIIII.

Abſtinentiam ſancti Præiecti,& ſociorum eius deridentes cadentes ſolario oppreſſit ſunt.

LEgitur in uita ſancti Præiecti,quod die quadam Paſchæ cum ipſe ad menſam in ſolario cum multis alijs reſideret,tres inter eos adeſſent qui a carnibus abſtinebant, quos cum alij deriderent,ſanctus Præiectus eos admonuit,ut quos ueneranti debeant,irridendo non increparent.Sed cũ illi, non ſe corrigerent ſubito pauimẽtum ſolarij cum irriſoribus cecidit,tantumq. Præiectus cum abſtinentib.remanſerant.Ibid.lib.13.c.119.

EXEMPLVM CLV.

Eleemoſynario Arnulpho porci in mandato taciturnitatis obediunt.

LEgitur in vita ſancti Arnulphi de Bruxella monachi Ciſtercienſi Conuerſi Villarienſi , quod quodam tempore cum in Grangia (cui certum nomen eſt) moraretur, id officium impoſitum fuit ei, vt famulo ſibi adiuncto quotieſcunque neceſſe eſſet fruges ſaccis impoſitas ad monaſterium carrucaret. Iterrumque in eiſdem ſaccis panes qui fratribus Grangię certis per hebdomadam diebus ſufficere poſſent reportaret. Contigit autem die quadam eum cum curru frugibus onerato ad monaſterium deueniſſe. Cumque antę molendi dum ſaccis ac frugibus euacuatis curruum ſuum exoneraſſet cum eodem curru ad proximam Grangiam(quę noua curia dicitur) profectus eſt. Vbi cum negotium pro quo illuc ierat expleſſet,etiã duos porcos quos a prælato ſuo licentiatus dare pauperibus propoſuerat, in duob. ſaccis includens ora ſaccorum ligauit, eiſque in curru locatis ad monaſterium remeauit. Cumque iam portæ monaſterii appropinquaret, ijdem porci tanquam animalia inquieta importunè grunnirent, timens vir Dei nè forte quiſquam huiuſmodi occaſione in ſuſpitionem laberetur , brutis animalibus tanquam ratione utentibus locutus eſt dicens. Audite porci,audite verba mea, ſi diſplicet in oculis Dei nè ſicut propoſui in uſus pauperum uos expendam , licentiam habete grunniendi,ſicut & facitis.Si verò gratum eſt, & acceptabile Deo meo , ut per me de carnibus ueſtris auida pauperum reficiatur eſuries , præcipio uobis in nomine Domini,ut penitus ab hoc importuno grunnitu ceſſetis. Res mira. Continuo porci illi qui diu, multumque inter ſaccos clamitauerant, præcipientis obedientes adiurationi,atque imperio grunnire ceſſauerunt. Tunc uir Dei filẽtibus porcis monaſterium ingreſſus ad priſtinum uſque perrexit,ubi ſaccos ſuos panibus impleuit. Quod dum factum fuiſſet,& idem ſacci ſuper porcos iactarentur,qui in duobus ſaccis incluſi habebantur, miro modo ac ſi mortui eſſent incitari ad grunnitum minime potuerunt , quoniam Dominus noſter omnipotens, qui precibus famuli ſui eos quodammodo obmuteſcere fecit, non niſi permiſſione eiuſdem naturalem eius grunnitum reddidit. Igitur panibus onerato curru,in uiam ſuam profectus eſt . Cumque iam longe remotus eſſet à muro monaſterij,porci ſuis licentiam grunniendi(ſicut antea conſueuerant) uerbo reddidit , qui ſtatim inquietudine ſolita clamorem emittentes donec ad Grangiam uẽtum eſt , grunnire & clamoribus inſanire non ceſſauerunt. Eoſdem autem porcos ſicut propoſuerat pauperibus dedit. Ex Gauſuino de Boſſu Cantore Villarienſi.

EXEMPLVM CLVI.

Obedientiam dormiendi in Arnulpho dæmon non ferens arguit.

IDem æſtatis tempore cum fratres Grangiæ regulam imitantes monachorum poſt prandium paularent in lectis ſuis Dominicis diebus , & feſtiuitatibus ſanctorum vir Domini quærens ſibi aliquod diuerſorium ubi orationes ſuas ſecretius ad Dominum funderet , & inter ulnas ſancti amoris interius in ſpiritu ſuo ſuauiter obdormiret , dormire exterius corpore recuſabat . Factum eſt autem ut quidam frater

pro

pro hac re reprehenderet eum coram magistro conuersorum. Qui statim præcepit ei vt alijs ea hora dormientibus ipse quoque dormiret, ne si fortè vigilaret, cæteri fratres, qui compatiebantur corpori eius magnis fatigato cruciatibus, id molestè ferrent. Paruit ille præcepto magistri sui, sicut ad omnia paratus, & obediens erat. Cum autem post prandium intrasset dormitorium, & calciamenta sua extraheret, & in lectulo suo se collocare deberet, astitit ei subito dæmon qui ridendo, & irridendo eum in hæc verba prorupit. Eia frater, eiaquid est quod agis? vbi est nunc sancta religio tua? & vbi sunt vigiliæ tuæ, quas hora ista obseruare consueuisti? Certè seruor tuus pro nihilo reputandus est, quoniam membra tua torpore sinens perseuerare, negligis in opere quod cœpisti. Surge ergo velociter, & vigilijs atque orationibus intende, sicut iampridem fecisti. Cumque vir beatus dæmonem sibi astare conspiceret, verba eius seductoria continens, qui eum contra præceptum magistri sui ad uigilandum prouocabat, cum indignatione ait. Recede a me miser, recede a me, modo enim uelis nolis, dormiam, vt confundaris & somno meo torquearis. Et cum hæc dixisset, antiquus hostis in fugam uersus est. Ex eodem.

EXEMPLVM CLVII.

Pœnitentiam Arnulphi dæmon impedire uolens, prostratus ab Arnulpho pugnis percutitur.

RVrsum die quadam dum intra cellam suam vir Dei solus esset, & secundum consuetudinem flagello se attereret dæmon in forma (quæ similis homunculo videbatur) sibi apparens, ut de pœnitentialibus eius disciplinis se contristari, & torqueri ostenderet, flagellum illud quo ille se percutiebat cum quodam impetu de manu eius excussit. Vir autem Domini dæmonem esse agnoscens, statim signo crucis se muniuit, exertisque brachijs eum arripiens ad intus, ab Angelo magni consilij luctatus est cum Angelo mali consilii, donec tandem eum in terram prostrauit, pugnoque malignum percutere cœpit. Cumque ille insaniens, & quodammodo submurmurans diceret: Heu, heu frater tu lædis me. Vir Dei constanter respondit. Quare (ò pessime) a læsione tua abstinerem si mihi te lædere concederetur? Ad quod quidem uerbum malignus hostis nō ferens eius constantiam, multi fętus lapis uix tandem de manibus eius mœrens, & confusus euasit. Ex eodem.

EXEMPLVM CLVIII.

Oculorum suorum incustodia nè caperetur Pharo Episcopus, uxor eius olim in sororem mutata, tonsa crine, & cilicio induta, se deformem eidem uisendam obtulit, & omnem tentationem ab eo fugauit.

LEgitur in uita sancti Pharonis quod ipse uxorem suam castitatis amore mutauit in sororem. Et cum hęc sanctimonialis Deo inseruiret, sanctimonię studijs in uilla residendo (quam uulgo dicunt. Pinneundo) p ęsul Pharo recordatus ipsius amoris simul, & pulchritudinis, ad hoc vsque perductus est, vt eam ad se venire mandaret. Quod famula Dei cum prima auditione renuisset agere, non distulit Antistes Dei mandatum ingeminare. At illa secundo huic primam negligentiam coniunxit. Cumque his duobus mandatis tertium adiecisset, illa obstinatum intelligens animum, argumentosum excogitauit consilium, quo Pontificem a proposito abstraheret, & suam castitatem seruaret. Et enim ornatum abijciens vestium totondit cęsariem capitis, & cilicio induto sese contemplandam ei præbuit. Cumque in eam intenderet exhorruit uehementer, facinus se deliberasse omnino illicitum, atque abstractum se a disposito opere sagaci consilio prudentis fęminæ miratus est, quę abiecit scandalum pulchritudinis suæ a se, ne per oculos caperetur cor poris præparatus minister Deo, & sanctificatum templum Spiritui sancto. Vincent. libro 13. cap. 18.

EXEM-

EXEMPLVM CLIX.

Humiles, & misericordes duo sancti viri Christum Dominum in leprosi forma reperiuntur ab eoque mirabili consolatione recreantur.

LEgitur in vita sancti Ethbini, quod ipse quadam die cum Abbate suo inuenit leprosum iacentem in messe totum vulneribus plenum flebili voce ab eis auxiliū postulantem. Qui requisitus de infirmitate, suspirans ait: Graues dolores quatiūtur in corpore meo, sed mi super vnus inest dolor tam nocuis, quod si hūc diem sine eius auxilio transiero mortem proximam esse puto. Nares enim meę plenæ stercoris concremantur ab ardore infirmitatis. Ter Ethbinus eum per latera accipiens a terra sursum erexit, & Vvingualocus ad nares eius manum porrexit. Sed & pauper flebili voce clamare cœpit. Noli senior nares manibus capere, quia dolor non permittit. Sed si dolorem meum leuiare volueris, necesse est, vt in ore tuo nares meas mittas, & ita trahas. Tunc ille meritis exaltatus humiliauit se, & quando putauit dolorem leuiare, pauper in ore suo carnē accepit filij Dei. Mox ergo vt ad se traxit, gemma mirabilis in os eius cecidit. Beatus autem Ethbinus per latera Dominum tenens sursum aspexit, cœlum apertum vidit, & in capite Domini quem tenebat sancta crux apparuit, Angelosque in obuiam Domini venire vidit. Tunc sacerdoti ait: Pater sancte ipsum quem teneo manibus & tu ore Dominum nostrum qui pro nobis seipsum dedit esse crede. Cumque Dominum vellet tenere manibus eleuauit se in nubibus, dicens. Non me erubuistis serui mei in angustijs meis, nec ego vos erubescam in regno patris mei Hęreditas vestra mecum est, & his qui vestri memores fuerint in orationibus suis salus in regno meo. His dictis euanuit ex oculis eorum, & cum magna voce receptus est in cœlum. Vocem quidem audiebant, sed neminem videbant. Cumque stupefacti laudassent Dominus. Vvingualocus Ethbino dixit: hoc tuis meritis nobis accidit frater, quia tantæ humiliatis es & obediētiæ, vt quicquid humana lingua præcipere posset, tu in corde deuotissimo impleas. At contra Ethbinus ait. Non ita pater, sed tu qui quotidie carnem, & sanguinem immolas Domini, ipsum metuisti videre in corpore suo, quem assidue tenes in animo tuo. Vincen. lib. 21. c. 114.

EXEMPLVM CLX.

Inuidiose persequens sanctum Deicolam terribili plaga percutimur.

LEgitur in vita sancti Deicolæ discipulis Sancti Columbani, quod ipse post longam monasterij obedientiam cum ad desertum pergeret, & quasi erraticus viator conuenientia manendi loca disquireret quippe cui pater suus sub obedientiæ titulo denonciauit ne Luxouiense monasteriū vlterius intraret, insperato contingit vt suillum gregem offenderet. Subulcus ab eo interrogatus an in vicinia esset aliquis locus habitabilis? Respondit esse non longè locū palustrem, & fontibus satis irriguum, in prædio cuiusdam præpotentis Vasalli nomine VVerfarij. Cui vir Sanctus. Potes ne frater, inquit, mihi ducatum præbere, quo possim locum ipsum videre. At ille. Possum, inquit, aliquo modo, sed gregem meum absque prouisore dimittere non præsumo. Cui beatus Deicolus. Noli, inquit, fili mi tantillum spatij, mihi tenaciter negare. Veraciter scias, quia si mecum pergere disponis, nec minimum porculum interim perdes, & si aliquid discredis, ego tibi fustem meum constituo custodem vicarium, vt in redeundo cognoscas quantum fides mea valeat cum charitate tua. Hoc dicto fustem, quem manugerebat solo radicitus fixit, & præcedente ductore ad locum tetendit nominatum. Cumque post longum horæ spatium porcarius eadem repedasset via gregem videre sollicitus, inuenit secūdum viri pollicitationem gregem suum circa fustem giratum, saturumque accubasse, nec vnum quidem ex illo deesse. Vir venerabilis Deicolus ad locum desideratum perueniens diuino semper operi indefessus existens (vtpote qui crucifixus erat mundo, totumque semetipsum obtulit Deo) inuenit ecclesia in cliuo cuiusdam alti montis positam in honore sancti Martini consecratam.

Vir

Digitized by Google

Vir autem Domini ſecretum horæ ſpatiũ expectans, quando ſolus ſoli Deo ſe ſubtiliter nere poſſet, mirum dictu quo Eccleſię eiuſdem ianuas ſolus adijt abſque mora nullo reſerante largum illi præbuere ingreſſum, qua de re viri ſtolidiſſimi vltra modum debacchati, legationem quæſtuoſam Domino ſuo, qui tunc temporis in allodio ſuo manebat in loco, qui dicitur villa Callonis tranſmiſerunt dicentes. Placet tibi, Domine, vt monachus quidam capellulam tuam ſibi vendicet in oratorium, nec vllus eum eijcere poſſit. His igitur auditis VVerfarius furore præcipi arreptus, crudelem nimis ſententiam in virum Dei ſanxit dicens. Ite cum feſtinatione, & ſi quis illum fidelium meorum capere poſſit ſine mora caſtretur. Vix ille mandatum dedit vna eademque hora in laqueum (quem ſeruo Dei inuſtè præparauit) iuſto Dei iudicio miſerabiliter incidit. Nam idem membrum quod famulo præcidi iuſſit, mox illi in tumorem verſum eſt, ita vt omnia viſcera eius in eundem locum violenter incideret, & mortem vicinam parenter. Cumque vehementi dolore vexari videretur, vxor eius Bertildis nomine memor ſententiæ quam viro Dei temere impoſuit, cum luctu graui eum admonuit dicens: Certe credo, quod propter peregrinum quem ſine cauſa caſtrari iuſſiſti dolor ipſe in te retorſus eſt. Mittam ergo velocius, & accerſiam illum ſi forte per orationes eius dolor tantus a te effugari poſſit. Sed quia nihil fit in terra ſine cauſa, antequam nuntij ad virum Dei peruenirent, & idem & VVerfarius mortis ſubactus viuendi finem fecit. Vincent. libro 23. cap. 2 & 3.

EXEMPLVM CLXI.

Iudicantes temerarie ſanctum Goarem, quod mane ex charitate cum pauperibus mãducaret, graui fame & ſiti puniuntur, & Epiſcopus eundem temere iudicans iuſte confuſionis ſuæ verbere corrigitur.

LEgitur in vita ſancti Goaris, quod ipſe habitauit in ſuburbio Treuerico, vbi eccleſiolam fecit, multorum ſanctorum ibidem reliquias collocauit. Illi die noctuque Deo ſeruiebat in ieiunijs, & vigilijs, prædicatione & oratione, multoſque paganos verbo conuertit, & ægrotos multos oratione ſanauit. Quod videns omnis mali artifex diabolus (vt pote qui generi humano inuidens neminem ſaluari cupit) inuidiæ ſtimulos mentibus eorũ quos ab amore ſancti viri auertere cupiebat ingeſſit. Nactaque occaſionem legatos Epiſcopi Treuerorum odio ſancti Goarij, odio capitali inflammauit. Itaque contigit, vt legati Epiſcopi Treuerici nomine Ruſtici, ſcilicet Albornus, & Aluerianus ad cellam viri Dei quaſi ſpeculatores aduenirent, vt ibi aliquam rem nouam vel manem inuenire poſſent. Viderunt ergo quia more ſolito mane poſt pſalmodiam, & miſſam, cum peregrinis & pauperibus in charitate cibum ſumeret. Quod ipſi non charitate, ſed gulositate fieri æſtimantes accuſauerunt eum apud Archiepiſcopum dicentes, ſe eum vidiſſe ſine temperamento mane comedere, vel potum ſumere. Quod audiens Archiepiſcopus ſtatim iuſſit ipſos legatos illuc redire, & ſanctum Dei Goarem ſibi præſentari dicens, quod inquiſitionem de ipſo facere vellet, vt poſſit ſcire quo ingenio, vel arte talia præſumpſiſſet, plebi ſibi commiſſæ exẽpla monſtrare. Qui venientes ad beatum Goarem locuti ſunt ei dolose, putãtes quod accuſationem illam per quam eum infamauerãt poſſent blanditijs verborum obtegere. Archiepiſcopus (inquiunt) noſter Ruſticus ſalutem tibi mandat, iubetq; vt ad colloquium ipſius Treueris feſtinanter accedas. Hæc audiens homo Dei ſanctus Goar cum gaudio dixit, Faciat mihi Deus vt poſſim ei obedire, quia obedientia eſt ſine mora facienda. Nocte illa fecit illis cœnam ſecundum ſuas vires, & ipſe in Dei laudibus (vt ſolebat) fuit perſeuerans. Mane autem facto poſtquam curſum ſuum finiuit, miſſarum ſolemnia celebrauit. Cumque compleſſet diuinum officium die illo dixit miniſtro ſuo. Fili fac hodie nobis lętum diem de abundantia noſtra, vt iſti legati Archiepiſcopi ſimul nobiſcum faciant charitatem, quia in itinere ſunt, & forſitan Deus aliquem peregrinũ vel pauperem adducet, vt pariter epulemur. Quod audientes illi non potuerunt malignitatem cordis abſcondere, nec ei

vo-

Digitized by Google

voluerunt conſentire. At ſanctus introducto quodam peregrino per charitatem comedit cum illo. Quod videntes legati cum lętitia ſtrauerunt equos, dicentes. Nunc manifeſtè vidimus quod Archiepiſcopo. Domino noſtro nunciemus. Acceptoque a viro Dei cibo,& potu in vaſculis ad viaticum itineris, ambulantes cum eo cęperunt fame,& ſiti vehementer vrgeri, miſe runtq; manus ad ciſteri itiam, & ad vtrem, & nihil inuenerunt, cum vtique de domi ſancti Goaris ſufficientem in his deportaſſent alimoniam. Et ait Alboinus ad Aluerianum. Talem ego famem,& ſitim nunquam habui. Et hæc dicens cecidit de equo ſuo quaſi mortuus. Aluerianus verò conuerſus ait ad famulum Dei Goarem. Succurre nobis pie ſacerdos Chriſti, quia fame,& ſiti [illegible]rimur. Sãctus Goar cum hoc audiſſet, cum gaudio dixit. Hodie filij quãdo me indignum vidiſtis charitatem facere non debuiſſetis recuſare. Iſta verò quæ nunc patimini ad corripiendum vos Deus meus permittit fieri. Dum hæc illis diceret quos vehementer cruciabat fames, venerunt tres ceruæ miræ magnitudinis quæ ſi ſanctam Trinitatem præfigurantes, ſteteruntque a longe ipſos qui loquebantur aſpicientes, quam cum videſſet vir Dei, & inuocaſſet ſanctam Trinitatem iuſſit eas ſtare, quæ cum ſtetiſſent apprehendit vaſculum & mulſit eas. Quod cum factum fuiſſet præcepit eas abire, & ex ipſo lacte liniuit membra prædictorum virorum, & ſtatim nullum dolorem laſſitudinis (qui in eis de inedia acciderat) ſenſerunt. Hoc re medio confortati mox vt miſerunt manus ad ſacculos victualium, inuenerunt quæ apta erant ad manducandum, & bibẽdum vſque ad abundantiam, & tunc ipſi cęperunt epulari. Cum admirarentur de his qui viderant,& ſtupentes timerent, cęperunt incitatis equis velociter itinerare donec venerunt Treueris ciuitatem. Seruus autem Dei Goar per oratoria,& eccleſias ſanctorum (ſicut ſolitus erat facere) pergebat, & ſæpè dicti legati feſtinanter venientes ad epiſcopum Metropolitanum inuenerunt eum in ſynodo ſedentem in ſolio ſuo vna cum clero. Narrauerunt ei omnia quæ acciderant eis, vel quæ facta uiderant ab ipſo ſancto Goare. Quod cum audiſſet cum iracundia cępit dicere; In quantum intelligentia cõrdis cõſiderare valeo, conſuetudo iſtius pertinacis viri qui ſic mane comedit, & beſtias mulget ſine dubio potius deputanda eſt guloſitati quam charitati. Inquirendus eſt tamen quamobrem vel quo humanæ laudis deſiderio id faciat, & vtrum ex parte Dei ſit, an ex deceptione aduerſarij. Vix autem verba compleuerat, & ecce vir Dei Goar intrauit domum in qua ipſe Archiepiſcopus reſidebant. Ingreſſus itaque cępit qua quauerſum aſpicere, ſi forte eſſet locus vbi ſtare poſſet diſcipulus eius, & capam ſuam pendere vel abſcondere. Diu ergo circumſpiciens vidit in angulo domus quaſi ſimilitudinem fuſtis, qui certe non erat fuſtis, ſed radius ſolis qui per feneſtrellam penetrabat interiora manſionis. Cumque appropinquaſſet ad radium ſolis demõſtratum, ſpeciem groſſioris particæ prætendentis appendit capam ſuam ſuper ipſum radium, ibique ſtare præcepit miniſtrum ſuum. Quod cũ vidiſſet Ruſticus Archiepiſcopus vna cum clero ſuo dixit. Videtis nunc quid fecit, verè ſi hæc cauſa ex Deo fuiſſet, tam mane non comediſſet, vel bibiſſet, quia anteriores ſancti per eleemoſynas, & ieiunia intrauerunt in regnum Dei. Hoc autem mirabile factum quod video quid ſit omnimodis neſcio. Sed inde non mediocriter ſtupeo, mane comedit bibit, beſtias mulget, capam etiam ſuam in radio ſolis ſuſpendit. Quid plura? Accedat proprius,& reddat rationem circumſidentibus. Tunc venit quidam portans in brachio ſuo infantem tres noctes habentem, qui fuerat proiectus in concham marmoream, vbi pauperculæ mulieres ſolent infantes ſuos lactare. Quem uidens Archiepiſcopus, inquit, ad ſanctum Goarem. Nunc oportet vt oſtendas nobis myſterium tuum, ſi verum ſit, an falſum. Si verum eſt per veram obedientiam præcipio tibi, vt facias illum infantem nobis innoteſcere genitorẽ ſuũ, & genitricem ſuam. Si hoc facere potes credemus tibi, virtutibus tuis. Sin autem nihil tibi credere debemus. Tunc vir Dei ſuſpirauit grauiter, & lachrymas fudit vehementer admirãs, quamobrem Pontifex ſuorum vituperator operum talem ſibi inanem atque ineptam obedientiam facere præcepiſſet. Et fundens orationem, ait. Trinitas ſancta te inuoco, atque te infans

in

in nomine Trinitatis eiusdem coniuro, vt genitorem tuum per nomen denomines, & genitricem tuam similiter Respondens infans dixit: Ille Rusticus Episcopus est pater meus, & mater mea Affligia nuncupatur. Quo audito, Episcopus cecidit velociter ad pedes sancti Goaris, dicens. Nunc scio vere & credo te Dei esse seruum sanctum, cui secreta mea quæ sic absconsa putabam, vt nullus alius præter me, & illam mulierem, & vnum puerum meum vnquã nosse posset, ita sunt tibi patefacta per illius nati mei verba. Hæc audiens beatus Goar stupore miraculi repletus, atq; quasi in excessu mentis factus, dixit ad eum. Heu, heu Domine, quare per me miserum peccata tua hactenus latentia facta sunt manifesta? Melius quidem fuisset spontanea, & secreta coram Deo confessio, quam ista contra votum tuum ignominiosa publicatio. Deinde sollicite ac benigne monuit eum pœnitentiam, dicens: Quantum Saluator noster pius est ad dimittendum, tantum oportet nos paratos esse ad pœnitendum. Ego autem inquantum pietas diuina me exaudire, & vitam dignabitur cõdonare, septem annis pœnitentiam pro te compellente fraterna charitate iam deliberaui facere. Vinc. lib. 22. c. 13. 14. 15.

EXEMPLVM CLXII.

Prælaturam fugiens sanctus Goar, oratione vt infirmaretur impetrauit.

CVm igitur sancti Goaris famam, & noua gesta audiret Sigibertus Rex Francorum, statim transmissis legatis suis iussit sanctum Goarem ad se venire. Miranteautem rege atque dicente omnia quæ facta fuerant a sancto miracula vniuersus populus vnanimiter clamabat, ad regem quatenus ipsum Dei virum constitueret Treuericæ ciuitati Episcopum. Quod rex gratanter audiens petijt beatum Goarem vna cum consensu sacerdotum, & clericorum, vt Episcopus fieret Treuerorum. Statim autem vt vir Dei hæc audiuit, dixit: Melius est mihi magis mori, quam super Episcopum adhuc viuentem ministerium illius accipere, & peccare in cõspectu Domini. Considera nunc, ò rex, si te Deus regem seculi constituit, scito tamen regem sempiternum te habere in cœlis. Ideo dimitte Rusticum pœnitere facinora sua, sicut vis vt Dominus dimittat tibi peccata tua. Hoc audiens rex suspirauit grauiter, & ait: Per salutem principium voluntarie obediam consilijs tuis. Attamen aliud non fiet, nisi quod consiuui cum voluntate totius populi, scilicet, vt Episcopus Treuerorum efficiaris quamuis contra votum tuum. Cumque hæc audisset vir Dei ingemuit, & dixit. Glorioso princeps sine me prius ad cellam meam pergere, vt ad responsum tuæ celsitudinis dandum me præparem, ait ad eum rex. Vade cum pace, & transactis viginti diebus inducias iterum veni Metas ciuitatem, ad colloquium prædestinatum. Cumque peruenisset ad cellam suam cœpit tristari, & valida febre fatigari, & nimium corporali afflictione conteri. Quid multa? Die ac nocte Dominum deprecabatur, vt ei donaret, defensionis suæ auxilium, & eriperet eum de tam graui iugo, quod rex ei imponere cupiebat. Sicque septem annos transigens ad regem redire non potuit, sed tandem in senectute bona obijt in pace, pridie nonas Iulij. Vincen. lib. 22. capit. 16.

Ex

Ex vita cuiusdam sancti Militis.

EXEMPLVM CLXIII.

Mundi vanitatem & pericula, & pauperã, lugentium, & tribulationes patientium beatitudinem cogitans Miles diues, delicatus, & literatus omnibus relictis fatuum se fecit, ad eum filius Imperatoris diuino iussu mittitur, illique sanctitas eius declaratur, ab eoque honorificè sepelitur.

QVidam miles diues delicatus, & literatus incœpit cogitare de vanitate mundi, & quod vix aut nunquam posset in isto statu saluari, & quod beati essent pauperes lugentes, & tribulationem patientes. Qui lætanter recedens à patria sua venit Constantinopolim. In eius introitu inuenit pauperem carbonarium, cui commutauit vestes suas bonas pro suis prauis. Intrãsque fecit se fatuum. De die a pueris fustigabatur, & flageliabatur multipliciter delusus.

De nocte super firmarium iacens inuigilabat fletui & orationi, de die autem redibat ad agonem & ludibrium puerorum. Cum autem duo filij Imperatoris ibi litigarent, minor occidit maiorem. Qui ad vltimum compunctus iuit Romam, eumque Papa misit ad Patriarcham suum, qui misit eum ad quendam eremitam Aegyptium. Ille misit eum ad extremam partem solitudinis Aegyptiacæ ad quendam tanti meriti, quod crebras habebat diuinas consolationes, & reuelationes & singulis dieb. panis cœlestis mittebatur ei. Cui cum reuelatum esset de aduentu eius præcurrit ad eum & tunc panis eis duplicatus mittitur. Post refectionem, post mutua colloquia & post orationes Deo reuelãte mittit eum ad Militem supra dictũ, qui fatuum se fingebat, & docuit eum quid faceret, & quod dictum Militem in tali firmario inueniret. Qui venit Constantinopolim latenter, & iuxta primum somnum venit ad dictum firmarium, & eum quem quærebat vidit surgentem, & euntem ad Ecclesiam sanctæ Sophiæ, & vidit duos choros psallentium eum præcedentes, aperientes Ecclesiam, & sedem ei ad orandum præparantes. Cum autẽ diu perseueraſſet in oratione, & propè matutinas esset, surrexit, cum dictis choris egrediens, qui firmantes ostium ad cœlos ascendunt. Ille autem ad firmarium suum regreditur, quem dictus iuuenis subsequitur ad pedes suos procidens, quem credens primo esse pueros clamabat nondum esse diem. Audiens autem quis esset, & cuiusmodi vitæ, & a quibus missus esset, & quæ viderat, consuluit ei quid ageret, inungens ei, & per iuramentum constringens dum nẽ cuiquam in vita sua factum suum reuelaret, manifestauit hospiti suo quis esset. Postea cum multi patre suo mortuo litigarent pro regno, eo quod non inuenirentur filius eius, & de consilio ipsius imperiũ repetuit & obtinuit. Factus autem Imperator videns hominem Dei conspui & flagellari, &c. Nec audens propter suum iuramentum signa recognitionis exhibere, vberrimè etiam inter epulas flebat, vel etiã quando sibi illatas iniurias fieri audiebat. Quadam autẽ die eum audisset illum bonum fatuum defunctum, prosilijt, & ad funus cucurrit flens, & patrem suum proclamans reuelando factum suum. Inuenta est autem quædam charta in manu eius in qua scriptum erat, quis, & vnde esset, & quare sic se abiecisset Imperator autem ex vna parte funus portans, eum honorifice sepeliri fecit, & ipsum Dominus multorum miraculorum gloria decorauit.

DISTIN-

Digitized by Google

DISTINCTIO NONA

EX DIVERSORVM AVCTORVM SCRIPTIS ET CRONICIS COLLECTA.

Ad Lectorem monitio.

NONA distinctio continet exempla aliqua, quorum nomina authorum nouimus, sed opera eorum ad manus nostras non peruenerunt, ideo non potuimus numerum librorum, vel capitum, vel aliarum sectionum adscribere. Aliorum exemplorum quidem opusculorum, vel tractatuum tituli ponuntur, sed authorum nomina non ponuntur, qualia, sunt ex Speculo exemplorum, ex Mariali, ex Chronicis Imperatorum, Itinerario Dietmari, & quæ ex similibus excepta sunt, in quibus etiam numerum librorum, capitum, vel similium adijcere non potuimus. Nam quamuis ab amicis & varijs bibliothecis illa perquisierimus, hactenus tamen nanciſci ea non licuit. Quamobrē obtestamur omnes boni communis studioſos, ſi qua huiuſmodi apud ipſos lateant, vel edant, vel nobis edenda communicent. Inter ea Collectori huius Speculi fides adhibenda eſt, quem reperimus in alijs fidelem relatorem ſeſe ſemper præbuiſſe.

Hæc diſtinctio Nona ex diuerſis authoribus, & Chronicis ſumpta eſt, quorum nomina ea ſerie ſubiunguntur, qua ab ipſo Collectore in hanc Diſtinctionem adducta ſunt: procedit autem narratio huius Diſtinctionis per locos communes, ordine Alphabetico diſtributos.

BIBLIOTECA NAZIONALE VE ROMA

Liber de Ortu ſiue origine Carthuſienſis ordinis.
Ioanes Aegidius ſiue Ioānes iunior ordinis Prædicatorū in ſuo libro, q dī Scala cęli.
Nicolaus Dincleſpule in lib. de 7. donis.
Ioannes Nider ordinis Prædicatorum.
Robertus de Licio.
Liber qui dicitur Vita Ieſu.
Hiſtoria Anglorum.
Ambroſius.
Gregorius Nazianzenus.
Auguſtinus.
Hieronymus.
Heraclides Anachorita in libro qui dicitur Paradiſus.
Gregorius Turonenſis.
Vincentius Beluacenſis.
Iacobus de Vitriaco.
Itinerarium Dietmari.
Iacob. de Paradiſo Doctor Carthuſianus.
Gregorius Magnus Papa.
Geruaſius Libiſtinus.
Humbertus ordinis Prædicatorum.
Ex vita Serapionis.
Ioannes Aedeus Minorita, in libro qui dicitur Paſciculus morum.
Ex geſtu S. Iordani ordinis prædicatorum.
Liber exemplorum Bonauentura.
Petrus venerabilis Cluniacenſis Abbas.
Liber exemplorum B. Virginis.
Chronica priorum domus maioris Carthuſiæ.
Hermanus Petri Carthuſianus.
Liber exemplorum B. Virginis, qui dicitur Mariale.
Ex actibus S. Thomæ Cantuarienſis.
Ex vita S. Pauli.
Paulus Diaconus.

Chro-

Chronica Imperatorum.
Petrus Cantor Parisiensis.
D. Bernardus.
Exuita S. Elizabeth.
Guilielmus Parisiensis.
Liber qui dicitur Speculis humanæ Salua-tionis.
Tullius in Academicis.
Vitę Patrum
Gesta summorum Pontificum.
Chrysostomus.
Orosius.
Ioannes Salesberiensis Anglus, Carnoten sis Episcopus.
Chronica Episcoporum Lemouicensium.
Legenda S. Hugonis Lincolniensis Episcopi ordinis Carthusiani.
Exactibus S. Francisci.
Historia Romanorum.
Hugo de S. Victore.
Petrus Alphonsus.
Guilielmus Lugdunensis.
Ioannes de Sconhouia Prior de Grunendal, ordinis canonicorum Regularium D. Augustí.
Sigibertus Gemblacensis Ioannes de Abbatisuilla, Episcopus Sabinensis, Cardinalis.

INDICVLVS COMMVNIVM LOCORVM

Huius nonæ Distinctionis, quo monstratur quoto Exemplo eiusdem nonæ Distinctionis singuli incipiant.

A

Abstinentia. 1
Adulterium. 4
Apostata. 6
Auaritia. 8

B

Beneficium ecclesiasticum. 14

C

Castitas. 30
Confessio. 36
Contritio. 48
Conuersio. 54
Chorea. 54
Crucis signi uirtus. 55

D

Detractio. 59
Diuitiæ noxię. 61

E

Excommunicatio. 63

G

Gloria cæli. 66
Gula. 71

H

Humilitas. 72

I

Iesus. 80
Infernus. 90
Infirmitas. 94
Inuidia. 97
Iudicium Dei. 99
Iuramentum. 100
Iustitia & iniustitia. 102

L

Labor inanum. 104
Locutio. 106
Luxuria. 113

M

Maria mater Dei. 124
Misericordia in pauperes & infirmos 133
Missę auditio. 134
Mors. 139
Munera. 140

N

Necromantia. 141

O

Oratio. 149
Ornatus vanus. 153

P

Patientia coniugum. 154
Parentes honorare. 158
Passio Domini. 162
Peccatum. 166
Pœnitentia. 169
Periurium. 170
Prędicator. 173
Prælaturus Episcopus uel presbyter. 182
Proprietarius. 183
Purgatorium. 186

S

Sacramentum. 192
Sanctorum festa. 195
Scriptura sacra. 196
Societas mala.

Superbia. 198

T

Tentatio. 201
Tyrannus. 205
Timor. 209

V

Verbum Dei. 210
Vsura. 212

Y

Ydolum. 217

Exemplo

Abstinentia.

EXEMPLVM I.

Dominis magnis in Carthusia carnes comedere volentibus, gulæ suæ victores Carthusienses carnes in pisces conuerti meruerunt.

LEgitur in libro de Ortu Carthusiensi, quia venerunt non diu post fundationem ordinis magni Domini inuisere Carthusiam, Episcopi, scilicet & seculares alij, & hoc ante quinquagesimam. Visitantes igitur fratres ipsos, & inuenientes aliquos senes & debiles, carentiæ carnium hoc ex pietate sua imponentes, instabant obnixè apud priorem, vt ob reuerentiam ipsorum de canibus quibus totus mundus illo tempore vteretur debiles aliquod haberent refocillamen, allegantes pro conscientia priori facienda multos doctos viros timuisse de nimia in hoc ordine duritia. Quod dum prior tanquam magnum nefas in Israel abhorrens omnino renuisset. Ipsi quasi cœdens sibi in hoc, pro ipsis saltem afferri carnes instabant fortius propter carnis priuium initas eis carere nolentibus. Et hoc tanquam prudentes viri ex industria sperantes priorem præsentib. carnibus emollire. Postea assensit prior, licet inuitus importunitate eorum victus. Igitur conuersi nadunt ad Gratinopolim multas & diuersas pro tantis Dominus, & familia adducentes carnes. Mirantes. Reuersi aperiuntur sarciæ, inueniuntu illę carnes in veros, & optimos commutatæ pisces odore, colore, sapore. Quo viso exhilaratus Spiritu sancto prior in tali, vel similia prorupit verba. Videtis clarè venerandi Domini, quod Dominus non vult nos carnibus vti. Stupent & Domini & occasione nacta sic gauisi sunt de licentia patris ministrant conuentui. Et quorquot illis vescebantur infirmi sanati sunt, & confortati. Dominis tamen illi venerandi adhuc modicæ fidei de re tam mirabili facta volentes certificari, mittunt cum conuersis illis fide dignos de suis. Qui reuersi testificati sunt coram Deo quomodo carnifices iurauerunt carnes se veras vendidisse, & nullatenus pisces. Sicq; Domini illi valedictis fratribus recesserant, benedicentes Deo & miraculo, quod & vndique prædicauerunt de fratribus Carthusiensibus sanctè & Deo deuotè ac placenter viuentibus. Petrus Sutor Cathusianus lib. 1. de Vita Carthusiana tract. 3. cap. 8.

EXEMPLVM II.

Abstinentiæ viribus per ieiunij sputum pestifer draco occiditur.

LEgitur in libro qui dicitur Scala coeli, quod draco pessimus deuorabat homines & iumenta, nec per virtutem armorum, nec per virtutem hominum expelli poterat. Quod attendens quidã sanctus Episcopus dixit: Charissimi virtus draconis non est fortior quam virtus dæmonis, sed virtus dæmonis expellitur per orationem & ieiunium. Et ideò affligamus carnem nostram per ieiunium & orationem, vt Deus misereatur nostri. Quod cum per decem dies fecissent, conuocato vniuerso populo dixit. At cognoscatis quanta sit virtus ieiunij, volo vt omnes exputatis in peluim. Tunc ipse accipiens sputa fecit circulum circa draconem, qui non valens egredi ex tunc mortuus est ibi. Tunc ille Sanctus incœpit clamare & dicere. Sicut virtus ieiunij corporalis interfecit istum draconem, sic virtus ieiunij spiritualis expellit omnem virtutem, & tentationem dæmonis. Nõ ieiunetis vt dæmones qui nunquam comedunt, sed voluntatem malam seruant. Non ieiunetis sicu Iudæi qui de die abstinent, sed de nocte crapulis, & immunditiæ vacan.. Non sicut medici qui salutem

ſutem corporum quærunt, nec ſicut auari quiconãtur burſam replere. Ioãnes Aegidius alias Iunior ordinis Prædicatorum, author huius libri qui dicitur Scala cœli.

EXEMPLVM III.

Abſtinentia curatur prælatus quidam, qui delicijs affluens mente, & corpore ęgro tauit.

LEgitur in Scala cœli, quod quidã prælatus fuit qui delitijs affluẽs erat languidus & miſer, nec medicinis poterat curari. Cum ergò ſemel legiſſet quod abſtinentia erat medicina corporis & animæ & ipſe totus erat corruptus in corpore, & in mente, vt ex vna medicina vtramq; ſanitatem haberet, dimiſit delitias, & pompas mundi, ac ordinem Ciſtercienſem intrauit. Quod audiens quidam Archiepiſcopus ad viſitandum eum acceſſit, & reperiens ipſum totaliter curatum, dixit ſibi; Miror multum quomodo delitiæ & medicinæ nocebant, & fabæ & olera vos curauerunt. Cibaria abhorrebatis delicata, & nunc comeditis ſicut lupus. Tunc ille reſpondit: Domine verum dicitis, ſed ego feci ſicut facit lupus, ſicut facit ſerpens, & aquila & ceruus. Qui dum grauantur corruptis humoribus, & volunt veteſtatem deponere abſtinent & ieiunant, ſic ego feci. Aliter ſicut illa a veneno, ita & ego uetuſtate peccati fuiſſem conſumptus. Idem Ioannes Aegidius.

Adulterium.

EXEMPLVM IIII.

Adulter peccãdo gladio conſpicitur perforari, ſed confeſſionis remedio recuratur.

NArratur de quodam milite habente uxorem bonam & deuotam, cum qua in omni amore, & pace, & affectu matrine diabolica adamauit miles ille uiduam iuxta ſe manentem, unde ipſa ſibi conſentiente clam in proprio horto ſub quadam arbore pulcherrima adulterium commiſit, & ex tunc de propria uxore ſua quaſi non curauit. Citò autẽ poſt factum illud accidit, vt nocte quadã miles iſte cum propria vxore ſua dormiret. Et ecce circa mediam noctem cœpit vxor eius terre facta fortiter clamare. Cum ille ipſam excitaſſet, cauſam tanti clamoris quæſiuit. Cui illa. Territa (inquit) fui in ſomnis. Rurſum obdormiuit Domino ſuo vigilante adhuc. Et ecce cito poſt cœpit altius clamare. Et ille iterũ illam excitãs dixit. Quid eſt tibi? Volo omnino vt dicas mihi ſomnium tuum. Et illa: Videbatur (inquit) mihi quod tu eras i horto ſub tali arbore, & vnus tyrannus veniẽs per medium cordis tui cum gladio acutiſſimo te perforauit. Quod cum vidiſſem de vita tua te periclitari quam ſumme dilexeram, ſummè contriſtabat tam lethale vulnus in Domino meo aſpiciens. Quo audito aduertit ille illud eſſe vulnus peccati animæ ipſius. Et ait illi: Securè iam dormias vſque mane, quia in bono ſtatu ſum. Mane autem facto dixit vxori ſuæ. Non habuiſti requiem bonam iſta nocte, & ideo conſulo vt miſſam audias, & poſtea aliquid comedas, & tunc dormitum vadas, & ego hoſpites expectabo. Quod & factum eſt. Statimque miſit Dominus pro confeſſore ſuo, fratre, ſcilicet. Minore, qui non multum diſtabat ab eo. Qui cum veniſſet, duxit eum miles ſub arbore prædicta, vbi cum lachrymis exceſſiuis vna cum alijs dictum peccatum eſt confeſſus. Et cum paratus eſt grauiſſimam agere pęnitentiam, videns confeſſor eius ſigna in eo nimiæ contritionis, pro omnibus peccatis ſuis iniunxit ſibi dicere quinquies Aue Maria, non voluit ei plura iniungere, cum tamen ipſe cum lachrymis multo grauiora petiuiſſet. Poſtea cum dictus miles, & eius confeſſor eodem die in prandio ſediſſent, domina a ſommo excitata cũ magno impetu aulam ingreſſa eſt, dominũ ſuum frequenter oſculans & amplexans. Cui ille. Quid (inquit) tibi eſt, nunquam in te tantam impudentiam conſideraui? Cui illa reſpondit. Non (inquit) poſſum me continere præ gaudio, quia oblita ſum dolorẽ priſtinum, quẽ habui in viſione nocte præcedente. Cum enim modo dormiui vidi apertiſſime, quia ibi ſub tali arbore venit quidam medicus, & poſuit quinque flores in vulnere, vnde continuo ſanatus es, hæc eſt cauſa lætitiæ meæ.

EXEMPLVM V.

Adulteri grauissima pœna visi sunt apud inferos cruciari.

LEgitur in libro de septem donis, quod quidam valdè bonus homo sanctæ vitæ & bonę conscientiæ, cũ pro vxore sua mortua eleemosynis, & orationib. vacans, multum solicitus esset de statu eius. Illa ei apparens dixit: Sequere me. Et dũ ille sequeretur eam, videbatur ei mulier subitò mutari in serpentem horribilem. Cum autem ipse timens fugeret, ait mulier: Noli timere iam videbis, quid factũ sit circa me. Ipsa autem eo cernente, transiuit per quoddam fortamen arctum valdè. Et deposita pelle rediit ad priorem effigiem, & sic duxit eum in domum teterrimam, in qua vidit perhorrescendos dęmones apportantes sartaginem igneam, in quam proiecerunt animam cuiuldã consinis sui bene sibi noti, & animam vxoris cuiusdam alterius etiam sibi noti, & ibi versabantur, & comburebantur sine intervallo, & sine in bollienti metallo. Et ait mulier: Cum illis quos vides, & bene nouisti dum viuerent ego torquerer modo, nisi a peccato meo me Dei misericordia per pœnitentiam reuocasset. Ipsi enim thoro legitimo relicto amore adulterino sibi inuicem adhæserunt. Sed illius in peccato suo morientibus, Christus pœnitentiam meã suscepit & hæc dicens euanuit. Nicolaus Dinclaspe le author libri de septem donis.

Apostata.

EXEMPLVM VI.

Apostatans sororis amore cum eadem ab inuisa bestia laceratur.

LEgitur in libro de ortu Carthusiensi. Nouicij cuiusdam soror nobilis venit ad portam claustri flens, & eiulãs pro eo quod ipsam desolatam reliquerit seculo. Consulit prior quod ipsa non videat, ne forte ab ea fluxus recedat. Ille e contra stultè præsumens de fortitudine sua eam adijt, & statim miser cum ea recessit. Pergentibus ipsis in simul, & nõ longe a claustro nemusculum quoddam ingredientibus, vident rustici arantes, & pastores bestiam de siluis venire rapturam prius non visum. Quæ mora in nemusculo facta modica, ad locum redijt vnde venit. Mirantes illi quid fecit bestia, currunt ad nemusculũ; Et ecce inuenerunt membra eorum dilaniata, & hinc inde dispersa. Quod cum nũciassent fratribus in claustrum, plangebant miserabilem eorum exitum, mirantes Dei horrendum iudicium. Ex sexto lib. Chronichorum Petri Dorlandi Carthusiani.

EXEMPLVM VII.

Apostasia spiritu tentatus procuratione diaboli decem aureos in cella inuenit.

IN domo prope Treuerim ordinis Carthusiensis quidam nouitius Meynardus nomine, fuit a diabolo tentatus, sed non sic superatus. Nam sic tentatus fuit, quod si ali quantulum pecuniæ habuisset statim exiuisset, vnde ex abũdantia cordis etiam ore ad seipsum dixit. Si haberem decem aureos ego non manerem hic diutius, sed exirem. Et cum in cella sua nescio quid quæreret in quodam loco inuenit decem aureos quasi recenter monetatos, & bonos. Quos eum inuenisset, & fraudem diaboli cognouisset confortatus fuit in Domino, & professionem faciens & compluribus hoc ad ædificationem narrans perseuerauit in ordine, xliij. annis vsque ad mortem.
Idem ibidem.

Auaritia.

EXEMPLVM VIII.

Auarus mendicus argentum comedens suffocatur.

REfert magister Ioannes Nider in Formicario. Fide dignorum relatione, didicit nostro tempore fuisse virum quendã pecunijs antiquis refertũ, & infectum, receptum pro Deo in hospitale ciuitatis Constantiensis. Qui cum dudum sibi occultasset ex auaritia magnam multitudinem denariorum puri argenti, & veteris deuenit ad extrema, & de farina auenę sibi pulmentum impatientissimè clamabat præparandum. Quod cum factum esset,

sedit

sedit ęgrotus solus more solito in lecto, & loco micarum panis minutatim spargere cœpit denarios, quos occultauerat in pulmentum auenæ, & cum cochleari auidissimè ori imponebat. Sicque miser suffocatus est illico. lib. 3. Formic. c. 5.

EXEMPLVM IX.

Auarus moriturus anxiè plorabat quod diuitias suas alijs esset relicturus.

REfert magister Robertus de Licio in suo Quadragesimali. Vidi quendam in extremis laborantem, qui ditissimus erat, & diuitias non sine peccato congregauerat. Cumque monerem eum, vt ipse iam animæ salutem quæreret, non libenter audiebat huiusmodi verba. Quinimò in lectulo in quo iacebat se voluens suspirabat, gemebat, imo rugiebat dicens. O quantum laboraui vt thesaurizarem, & alijs gaudebunt de thesauris meis. O diuitię meæ, ò pecuniæ meæ, ò iocalia mea, quis vos possidebit, & quibus vox relinquam? Et in his vel similibus retinens cor, & animum, miserrimus expirauit.

Beneficium Ecclesiasticum.

EXEMPLVM X.

Beneficium ecclesiasticum pro Domino relinquens quantum est a Domino remuneratus.

DVo clerici vno corde intrabãt monasterium, & tam exemplariter viuebant vt omnes eos diligerent. Post vij. annos vnus moritur. Cui minor ait. Te cum pro Deo parentes & patriam reliqui, solare ergò meum exilium tuo reditu, vt sciam quid meruimus omnia relinquẽtes. Faciam, inquit, ò dimidiũ cordis mei Deo propitio. Tu autem dilige mortuum, quia viuus te efficaciter sicut matrem dilexi. Moritur ergò quasi dulciter dormiens. Et ecce die septimo redijt mortuus iocunda, & splendente facies, dicens: Mi frater Henrice, sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate Domini virtutum. Dudum iam centuplum accepi, ecce vitam æternam possideo. Perferebat autem in dextra eius ecclesiam auream miri artificij, & decoris, sinistra verò cordis locum tegebat. Ille verò viuus supra quam dici potest exhilaratus ait. Cur mi dulcis frater Gerarde, in manu tua ita reuerente geris ecclesiam, quare etiam cor tuum cæles solita dilectione edicito? Intrepidus ait, audi quia consolari te reuersus sum. Nosti quia ecclesiam a meis mihi sumptuosè procuratam cũ eius honore, & commodo amore perfectionis euangelicæ & timore periculi quod est in cura animarum reliqui. Quare super omnes reges terræ, & cunctas seculi diuitias cum beatis æternaliter exulto. Tui autem amore cor meum cęlo, quia ipsum pretioso lapide tanti splendoris decoratur, vt visus tuus mox ex illo cœcaretur, quod consecutus sum a Domino meo Iesu Christo, quia eius passionis & Incarnationis beneficium quotidie deuotus ruminare solebã. Si diligis (inquit) me tolle citò manum libenter pro hoc videndo vnum oculum expendam, quod dixit & fecit. Cum autem nimis ardenter pro tanto gaudio etiam altero priuari desiderabat, ait illi beatus. Mea interuentione tricesimo die mihi iungeris, & gaudium nostrum nemo tollet a nobis. Interim dic fratrib. quia magna eos præmia manent, nemo tœpescat. Frater verè sic disponebat domui suæ, ideſt conscientiæ, vt nihil liberet nisi cibus animæ. Flentibus autem præ amore fratribus eius tricesimo die iocundæ, eisdem valedixit atque migrauit.

EXEMPLVM XI.

Beneficijs ecclesiasticis promouens ne potes suos Episcopus in lecto aureo visus est infernale carmen concinere.

LEgitur enim in libro qui dicitur vita Iesu, quod carnales amici in beneficiorum collatione alijs dignoribus, & melioribus præferuntur, quorum promoteribus vę damnationis propheta comminatur. Va (inquiens) qui ædificat Sion in sanguinibus. Nota versus. Cum factor rerum priuauit semine clerum. Ad fathanæ votum successit turba nepotum. Vnde nota visionem de quodam Pontifice ad carnales amicos affecto, quæ statim post morte eius offensa est cuidam legato ecclesiæ in

Digitized by Google

via iam posito. Quodam enim manè cum idem legatus excitatus à somno vellet orare, vt consueuerat, submissus est quidam lectus in superficie aureis tapetibus circumseptus in camera ubi quiescebat, in quo residere videbatur ipse defunctus ad modũ Pontificis ornatus, & in giro eius multi de genere suo per eum promoti & ditati choream ducebat, & cantilenas lugubres cantantes in hunc modum proclamabant. Maledicta promotio, & exaltatio tua. Tu enim es nostræ perditionis causa.

Ille verò circumquaque respiciens maledictionem eis similiter imprecabatur dicens: Maledicti vos a Deo, quia propter vos traditus sum igni perpetuo. Et hoc dicens coopertorium aureum eleuauit, & flamma de lecto cum fumo fœtidissimo ascendit. Et sic visio disparuit. Hæc autem visio prædicto legato auunculo illius ostensa est, vt ipse a similibus abstineret, quia de functi successor erat futurus.

EXEMPLVM XII.

Beneficia ecclesiastica inutiliter cõsumens horrenda pœna damnatur.

LEgitur in historijs Anglorum, quod fuit quidam clericus canonicus in diuersis ecclesijs & Decanus in vna. Cumq; infirmaretur grauiter, visitatur a quoda sancto viro familiari suo. Cumq; incepisset eum monere de via salutis, mox obscurata est camera & vox mirabilis terroris audita est. Surge, surge sacrilege, expoliator Christi & interfector pauperum veni & accipe indumentum. Cumque ille subitò expirasset, & corpus eius nigrũ tanquam carbo fuisset dimissum, sanctus vir cum horrore & timore ad suum monasterium perrexit, & rogabat Deum vt ei dignaretur ostendere iudicium illius clerici. Et vna die eo orante apparuit sub tali forma. Duo equi ignei cũ sellis stabant iuxta eum, vnus ante & alter retro, & firmabant pedes anteriores super humeros, & cum dentibus frangebant ossa, & omnia membra eius, & in qualibet sella equistabat vna maleta. Cumq; Sanctus torqueret præ horrore visionis, ille Decanus cœpit dicere. Quare vocasti me miserum, cum nõ vis mihi loqui? Cumque resumptis viribus interrogasset quis esset? Respondit: Ego sum talis Decanus maledictus & damnatus quondã familiaris tuus. Tunc sanctus; Quæ est ista horribilis pœna tibi data a Deo? Tunc Decanus; Hi sunt duo equi ignei, qui inspirãt ignem per omnia membra mea, & conterunt & comedunt omnia mea ossa sicut equus comedit substãtias pauperum. Vnus portat peccata mea, & alter peccata populorum, a quibus oblationes, decimas anniuersaria, & præbendas recepi. Tunc sanctus: Miror cum fueris mundus homo, discretus & ecclesiasticus, quare sic es damnatus? Tunc Decanus: Non mireris de hoc, sed mirare quomodo clericus habens ecclesiam potest saluari. Cumque ille adiurasset eum, vt diceret causam. dixit. Attende ad stabulum clericorum, & ad ecclesiã. Illud conseruatur a pluuia, & a contrarijs & ecclesia ruit. Attende ad perticas, & ad vestes clericorũ & sacerdotales. Numerus primarum præ multitudine ignoratur, secundæ autem nullæ sunt, vel sic fractę, aut fœtidæ quod vix possunt portari. Attende ad mensam eorum, & ad altare Christi. In mensa eorum vasa aurea & argentea, in altari Dei vix calix stannens reperitur. Scuti feros & meretrices induunt, & pauperes spoliant. ac hospitalitatem fugant, prædicationem abhorrent, sed lasciuiam & mũdum amplexantur, obliuiscuntur diuinum officium & rememorant cantilenas. Et hęc est porta damnationis, & præcipitij clericorum. Tunc flamma fœtidissima Decanũ cum equo eleuans cum mirabili dolore a præsentia sancti viri euanuit.

EXEMPLVM XIII.

Patroni singulorum visi sunt pro suis veneratoribus iudicem exorare, & quidam sanctus beneficiatum suæ ecclesiæ malè viuentem accusare.

VIdebatur cuidam clerico quadam nocte quod Deus sederet in iudicio, & ante eum totus mundus vocabatur, quilibet recepturus secundum merita sua. Vidit quod vnusquisq. adducebat aliquem sanctorum cui plus seruierat, vt esset apud Christum aduocatus suus, ille cogitabat quod rogaret etiam sanctum illum cuius

cano-

canonicus fuerat, cui & seruierat cantando, legendo, & secum iret ad iudicium ante Christum vt intercederet pro eo, monens eum de seruitio suo. Tunc ille sanctus respondit. Libenter ibo tecum. Et assumpsit secum alium quasi pro teste, & deuenerunt simul ad iudicium. Cumque venissent dixit sanctus, Domine, Domine cõqueror de isto vilissimo leccatore, qui viginti annis, & amplius comedit, & bibit præbendã in ecclesia mea & omne tempus suum expendit luxuriosè, & turpiter viuendo, nec vna die seruiuit sicut debuit, vnde peto iudicium fieri de isto leccatore. Huius rei iste est testis. Christus respondit. Accipite eum, & ligatis manibus, & pedibus, proijcite eum in infernum. Ille ergo clericus euigilans quasi de graui somno putabat iam se esse in inferno. Et dixit illi Sancto. Domine habete præbendam vestram, quia nunquam plus comedam de ea. Et conuersus ex hoc religionem intrauit, & saluauit animam suam.

Castitas.

EXEMPLVM XIIII.

Virgo quæ eam nè perderet pudorem, ad altare confugit, illiusq; propinquus quidam ei molestior morte sublatus est.

REfert Ambrosius in libro primo de Virginitate, quia puella quædam nobilis seculo, nunc nobilior Deo, cum vrgeretur ad nuptias a parentibus, & propinquis, ad sacro sanctum altare confugit. Quo enim melius virgo quam vbi sacrificium virginitatis offertur curreret, ne is quidem finis audaciæ. Stabat ad aram Dei pudoris hostia, victima castitatis nunc capiti dexteram sacerdotis imponens, precẽ poscens, nunc iustè impatientis more, ad summum altaris subuecta, verticẽ de palla altaris contexit, melius me (inquiens) quã altare velabitis. Quid agitis vos propinqui? Quid exquirendis adhuc nuptijs sollicitatis animum? Iamdudum prouisas habeo nuptias Sponsum offertis, meliorem reperi. Quaslibet exaggerate ciuitias, iactate nobilitatem, prædicate potentiam. Habeo enim cui nemo se comparet. Diuitem videlicet mundo, potentem imperio, nobilem cælo. Si talem habetis non refuro opinionem, si non reperitis, non prouidetis mihi, sed inuidetis. Silentibus cæteris vnus abruptius, ait. Quid si (inquit) pater tuus viueret innuptam te pateretur? Tunc illa, maiore religione, moderatione pietate, & ideo fortasse defecit, ne quod mihi impedimentum posset afferre. Quod ille responsum de patre, de se oraculum maturo sui probauit exitio, decidit enim, & mortuus est. Ita cæteri eadem sibi quisque metuentes, fauere cęperũt qui impedire quærebant nec dispendium debitarum attulit virginitas facultatum, sed etiam alimentũ integritatis accepit. Habetis puellæ deuotionis præmium parentes cauete offensionis exemplum. D. Ambrosius in supradicto lib. 1. de Virginitate.

EXEMPLVM XV.

Virginitas, & sapientia in specie virginum Gregorio Nazianzeno apparuerunt secum habitare petentes.

GRegorius Nazianzenus scribit in Prologo Apologetici, quod signaculum castitatis integrum custodiens, cum philosophiæ studijs adhuc iunior apud Athenas floreret, vidit per soporem studenti sibi, & legenti duas satis decoras dextra, leuaque fœminas consedisse. Quas ille castitatis instinctu oculo toruiore respiciens, quænã essent, & quid sibi vellent percunctabatur. At illæ familiarius eum complectentes aiunt. Ne moleste capias iuuenis, notæ tibi satis, & familares sumus. Altera ex nobis sapientia, altera castitas dicitur: missæ sumus tecum habitare, quia iucundum satis, & mundus in corde tuo habitaculum præparasti. Petrus de Natal. lib. 2. c. 69. Vincen. Specul. hist. lib. 15. c. 90.

EXEMPLVM XVI.

Virgo captiua precib. domos suos sanans cum honore ad propria remittitur.

REfert Beatus Augustinus in Epistola ad Victorianum. Ante paucos annos Seueri Episcopi neptis sanctimonialis a Barbaris rapta atque in captiuitatem du-

Digitized by Google

cta est, sed per mirabilem Domini misericordiam cum honore magno suis parentibus restituta est. Domus enim illa barbarorum vbi captiua ingressa est, subita cœpit dominorum infirmitate tactari, ita vt omnes illi barbari nisi fallar tres fratres, vel amplius periculosa ægritudine laborarent. Quorum mater aduertit puellam Deo dicatam, & credidit quod eius orationibus filij sui possent ab imminentis iam mortis periculo liberari. Petiuit ergò vt oraret pro eis pollicens, quod si salui facti essent, eam suis parentibus redditura. Ieiunauit illa, & orauit, & continuò exaudita est, ad hoc enim factum erat, quantum exitus docuit. Itaque illi tam repentino Dei beneficio salute percepta mirantes, & honorantes quod illorum mater promiserat, impleuerunt. Hæc ideo facta constat, vt dicamus quoniam, & captiua sancta virginitas etiã inter barbaros non deseritur a Domino. Augustinus epist. 122. ad Victorianum.

EXEMPLVM XVII.

Virginis Eustochij propositum castitatis infringere cupiens quædam Romana matrona per vanum cultum terribiliter plagatur.

Hieronymus in Epistola ad Lætam. Prætaxata nobilissima quondam fœmina iubente viro suo Hemetio (qui pater Eustochij virginis fuit) habitum Eustochij, cultumque mutauit, & neglectum crinem mundano more texuit, vincere cupiens, & virginis propositum, & matris desiderium. Et ecce eadem vidit Angelum venisse terribili facie minitantem pœnas, & hæc verba frangentem. Tu ausa es viri imperium præferre Christo, tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus? Quæ nunciam a relcent, vt sentias excruciata quid feceris, & finito mense quinto ad inferna ducaris. Sin autem perseueraueris in scelere, & maritо oroberis, & filijs. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram miseræ pœnitentiam velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus in violatoribus templi sui.

EXEMPLVM XVIII.

Virginitatem suam ne perderet iuuenis quidam dentibus abscissam linguam in faciem meretricis expuit.

Hieronymus Sub Decio, & Valeriano persecutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt, multus apud Aegyptum, & Thebaidam ecclesias saeua tempestas depopulata est. Votum tunc erat Christianis pronomine Christi gladio percuti. Verum hostis callidus tarda ad mortẽ supplicia conquirens, animas iugulare cupiebat, non corpora, & vt ipse, qui abco passus est, Cyprianus ait, volentib mori non daretur occidi. Cuius crudelitas sequenti exemplo notior fiet. Decius iuuenem quendam iuuenili ætate florentem in amœnissimos hortulos adduci præcepit, ibique inter candentia lilia, & rubentes rosas cum leni iuxta murmure serperet riuus, & molli sibilo arborum folia, ver tus stringeret super stratum plumis lectulũ supinari, & re inde se excutere possit, blandis lactorum nexib. irretitum relinqui. Quo cum recedentibus cunctis meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis stringere colla cõplexibus, & (quod dictu nefas est) maribus attrectare virilia. Quid ageres miles Christi, quo te conuerteret ne sciebat. Et quem tormenta non vicerãt, superabat voluptas. Tandem cœlitus inspiratos præcisam morditus linguam in osculantis le faciem expuit, sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit. Hieron. in vita S. Pauli Eremitæ.

EXEMPLVM XIX.

Castus efficitur Helias monachus, religiosorum curam gerens, Angelorum ministerio.

Legitur in Paradiso Eraclidis, quia sanctus Helias monachus amore virtutis succensus, & fœminei sexus miseratione commotus, deuotarum Deo virginum curam habebat, & in quodam grandi monasterio vsque ad trecentarum fœminarum numerum colligebat, earumque conuersationem ordinabat. Sed cum per biennium iam feciſſet, & adhuc iuuenis xxx.

vel

vel xl. annorum eſſet ſubito grauem carnis tentationem paſſus eſt, relictoq. monaſterio dum per ſolitudines iugi biduo ieiunus erraret, ait. Domine Deus aut occide me, aut a me tentationum iſtam excludes. Veſpere igitur ei ſomnus irrepſit, & tres Angelos ad ſe veniſſe conſpexit dicentes Cur es egreſſus de monaſterio fœminarum? Qui cum timuiſſe ſe diceret, ne aut ſibi, aut illis noceret, illi dixerunt. Si huiuſmodi metus periculo, per nos liberatus fueris rurſus illarum curam ſuſcipis? Cumq; libenter adquieuiſſet, & hoc ipſum exigentib. illis iuramento firmaſſet, vnus illorum manus illius tenuit, & alter pedes, tertius verò nouacula teſticulos eius abſcidit non quod vere hoc faceret, ſed quod facere videretur. Angelis autem interrogantib. an aliquid ſibi profuiſſe ſenſiſſet factum ſuum, vehementer (inquit) intelligo quoddam onus mihi eſſe ſublatum, & latus credo me omni quam formidabam liberatum. Igitur poſt quinque dies egreſſus, & monaſterium ingentium fœminarum ingreſſus, in cella quadam illic habitauit, & alios quadraginta annos vixit paribus aſſeuerans, quod nunquam in cor eius cogitatio talis aſcenderat. Pallad. in vita 35. Vincen. Beluac. in Specul. hiſt. li. 17. c. 81.

EXEMPLVM XX.

Virgines duo, ſcilicet iuuenis, & adoleſcentula matrimonio iuncti, & in virginitate manſerunt ſtabiles, & poſt mortem, licet ſeiuncti eſſent, ſepulti, in vno monumento inueniuntur.

Refert beatus Gregorius Turonenſis, quod quidam nobiliſſimus iuuenis Romæ de nobiliorib. Senatorum cum virgine æquem nobili contraxerit temporibus Archadij, Honorij & beati Martini, non tamen ſponte ſua, ſed parentum, & vi & auctoritate præmebatur, vt in matrimonium conſentiret. Cum itaque ſolemnes nuptiæ celebrarentur lætantib. cunctis, & cantantib. organis, hæc in corde ſuo ſoli Domino decantabat dicens Fiat cor meum & corpus meum Domine immaculatum, vt non confundar. Solemniter itaque cunctis nuptialib. celebratis, cum ſerò pariter in cubiculum ducerentur, ipſa conuerſa ad parietem, virginitatis ſuæ periculum, amariſſima cœpit lamentatione deflere. Miratur iuuenis (vtpote) propoſiti virginalis ignarus, atque tanti cauſam mœroris ſollicita cœpit interrogatione perquirere. Tunc illa profundis gemitib. cordis dolores aperiens. Hæc (inquit) eſt cauſa tanti mœroris, quoniam thelauro virginitatis proceſſiſſimo quem voto fideli ſolo Deo dicaueram, nunc inuita priuabor. Reſpondit iuuenis, quod & placeret Deo coniugium, quippe quod ipſe a principio conſtituiſſet hominib. obſeruandum, ex quo proles adquiritur, quæ eſt parentum gaudium, hæreſque bonorum. Inſtabat illa contrà aſſerens virginalem ſtatum Domino acceptiſſimum, cuius quidem principium in cœlestib. ſpiritib. dedicaſſet, atque poſt hęc in terras veniens virgo manſurus, de ſola virgine naſci voluiſſet. His itaque & pluribus alijs virgine proſequente fit conſenſus amborum, vt videlicet caſtitatem ſub ſolo nomine coniugij ambo ſeruarent. Cũ autem iam diu ſub ſolo nomine coniugij ſic fideles virgines atque (vt ita dixerim) in igne fideles martyres Chriſti manerent inuſti. Placuit tandem Domino vt de fœcib vitæ præſentis puellam educeret. Poſtquam autem circa corpus eius eccleſiaſticum compleſſet officium, ſtans iuuenis ſuper a vxoris (vt putabatur) ſepulchrum manib. extenſis in cœlum. Gratias (inquit) ago tibi Domine Deus, atque hunc theſaurum à te mihi commiſſum immaculatum, & integrum tibi reſtituo. Tunc illa de tumulo quaſi ſubridens. Cur (inquit) ante tempus ea loqueris, quæ non interrogaris (Audiebant poſt cuncti, & mirabantur) Non multo vero poſt tempore, etiam iuuenis ipſe euocatus migrauit ad Dominum. Sepultus eſt etiam ipſe, ſed per multum ſpatium a tumulo vxoris putatiuæ. Cumq; non poſt multum tempus exigentibus cauſis circa locum fodientes iuuenis corpus non inuenirent, in ſepulchro virginis quæſitum eſt, atq; repertum, vt videlicet quorum coniunctas animas non ſeparat cœlum etiam ſepultorum corpora non ſeparat monumentum. Incola autem tantis mirabilibus viſis, cum poſt horum duorum memoria veniſſet in medium, duos amantes eos nuncupabant. Gregorius Turonenſis lib. de gloria Confeſ. c. 32.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM XXI.

Virgo quædam virtute nobilior, quam genere, a Sigiſmundo in ſponſam electa, altare fugit, & regio diademate contempto monaſterium introijt.

REfert Vincentius in Speculo morali. Sigiſmundus rex Lotharingiæ Chriſtianiſſimus iuuenili florens ætate, ne æras illa ad mala ſemper procliuior per luxuriæ inquinamenta defluereț, ſecundum Apoſtoli conſilium nubere magis elegit quam vri Audiens ergò de virgine quadam quam per omnes terres virtutum fama vulgauerat, quod videlicet nobilis eſſet origine, fama procerior, atque ſuper hæc omnia caſtitate atque omni virtute præſtantior accenſus eſt animo, vt hanc habere poſſit vxorem, & regni ſui reginam efficeret. Mittit ſolemnes nuncios cum muneribus regijs in Alemaniam, vbi præfata virgo morabatur, pro parentum & virginis requirendo conſenſu. Parentes igitur audientes regis affectum facile conſentiunt, vt pote qui omnem ſuam profteritatem talibus nuptijs nobilitandam & ſublimandam eſſe ſperarent. Cumque regales nuncij de virginis conſenſu ſollicitarentur, promiſerunt parentes quoniam ipſi eam ad nuptiarum conſenſum inducerent. Timebant enim quoniam ſciebant filiam virginitatis habere propoſitum, ne ſi negaret aſſenſum, tanta gloria de eius parentela periret. Educitur itaque virgo de domo, & de patria omnis fraudis ignara, vtpote quæ neſciebat quo duceretur. Sed cum peruentum eſſet ad locum, atque intelleXiſſet ſe regali matrimonio copulandam, flere cœpit & gemere dicens ſe virginitatem ſuam reginæ & Domino cœlo deuouiſſe. Atque ideo nunquam mortali homini ſe nupturam. Quæ enim cum agno virginum gloria gaudere cupiebat in cœlis, exaltationem etiam regalem cum derrimento caſtitatis non requirebat in terris. Sed parentes atque cognati omni cauebant ſolertia ne hoc ad regis notitiam peruenireț. Verum cum virgini omnis euaſionis deneretur occaſio, tandem die ſtatuto ad eccleſiam ſancti Stephani adducitur in ſponſalibus ornamentis, vt ſ. ibi ſolemniter ſecundum morem eccleſiaſticum regi regaliter iungeretur. Sed vbi ad eccleſiam ventum eſt videns virgo Chriſti nimis imminere periculum, atque maiorem libertatem potita, infula lachrymis gemens ad beatæ virginis altare confugit. Quo per cornu apprehenſo eadem gemens repetebat quæ prius, atque nunquam ſe fatebatur ad altari auellendam, niſi ibi promitteretur vi ginitas permanſura. Erubeſcunt parentes, imò vt verè dicam inſaniunt ſe, ſi eſſe deprehenſos, Mirantur aſſiſtentes, hi quippe cauſam virginis neſciebant. Ad regis aures tandē fama peruenit. Qui vbi ſacrum ſponſę propoſitum intelexit, deuotionem caſtitatis atque conſtantiæ propoſitum miratur & laudat, promittens eidem quatenus ſi ab altari ſe paterentur abduci non violator, ſed protector & cuſtos eius caſtitatis exiſteret. Omnia tamen, inquit, ſolemniter prępareni tur in veſtibus, epulis atque cæteris nuptialibus, tanquam mihi deſponſanda ſit, neque enim dignum eſt cum minori ſolemnitate eam cœlorum regi deſponſari, quam mihi. Fecit itaque eam indui regalibus veſtimentis, atque regalem coronam capiti eius deſuper imponi. Lætantibus igitur omnibus virgine quidem de obtento propoſito caſtitatis, rege verò mitante cum cæteris de deuotione tanta in ætate tam tenera conuiuium celebratum eſt. Quo expleto omnib. regalibus redimitam cum ingenti gaudio fecit in eccleſiam ſancti Petri monialem collocari. Soli verò parentes eius cum grandi confuſione in ſua reuerſi ſunt, dolentes videlicet quòd tam ſperato honore defraudati eſſent. Virgo autem Deo deuota vitam ſuperſtitem in Domini exegit ſeruitio, atque nuptijs huius mundi ſpretis perueniunt ad nuptias æternas. Vincentius Beluacenſis in Speculi Moralis lib. 1. part. 2. diſt. 96.

EXEMPLVM XXII.

Virginitatis pericula metuens quędam femina, naſcum, & labia amputauit, & amputata a beata Maria recepit.

NObilis quædam virgo nomine Euſemia vouerat caſtitatem in annis puerilib. Domino, & votum ſuum (vt vouerat) ſtrenuè adimplebat, ſe coram Deo, & ho-

hominibus conseruans irreprehensibilem. Pater huius secularis videns eam formosã (licet inuitam & omnibus viribus renitentem) cuidam comiti desponsauit. At virgo plena Spiritu sancto capellam intrabat, & proijciens se interram orabat reginam misericordiæ, vt eam in voto castitatis conseruaret. Et aduertens quod ratione suæ pulchritudinis iacturam castitatis patiebatur, accepto cultello. Amplius (inquit) vana pulchritudo occasio peccati non eris. Et hoc dicto nasum sibi præscidit, & labia. Pater tyrannus audiens hoc, vocato quodam crudeli suo rustico filiam illi tradidit in ancillam, mandans vt sub obtentu gratiæ suæ illam seruitijs rusticanis manciparet. At rusticus compati nesciens sanguini nobili, vltra modum eam laboribus & plagis affligebat. Et hęc illa omnia libenter deuincebat Deo regratians, quod in istum statum eam deduxit in quo aliquid pro Deo sustineret. Cum vero in Dei seruitio septẽ annis permansisset, in vigilia Natalis Christi in nocte (vt mos est christianis comedere) familiã ad mensem sedente, ipsa cucurrit in stabulum vt laudes redderet suo Creatori. Sed rusticus non visa virgine arrepto baculo eam quæsiuit. Et directis oculis in stabulũ, fulgor ibidem coruscus apparuit. Et putans ignem propius accessit, & ecce virgo Maria cum multitudine virginum, & Angelorum eam confortabat dicens. Constans esto filia, quia pro hoc seruitio dabitur tibi corona regni cœlestis. Quod rusticus videns totam familiam clamore conuocauit, & viderunt Eufemiam nasum, & labia pulcherrima habentem, & facie rutilantem, & omnes qui eam viderant de immenso dono pulchritudinis Deum laudabant. Cumque pater eius hoc audisset, veniam petens in loco stabuli claustrum virginum construxit. In quo sancta Eufemia Deo seruiens in breui quieuit in Domino.

EXEMPLVM XXIII.

Virgo quædam percipiens, quod rex pulchritudine oculorum suorum vulneratus, eam concupisceret, euulsos pia crudelitate oculos regi destinauit.

REfert Iacobus de Vitriaco sanctimonialem quadam pulchram facie fuisse, quam princeps diues & potens (in cuius potestate fundatum erat monasterium) concupiuit, & cum nec precibus, nec muneribus sibi eam vsurpare posset, mãdauit per nuncios Abbatissæ, vt vnum ex duobus eligeret, aut scilicet monialem illam sibi corrumpendam transmitteret, aut ipse totum monasterium ignibus conflagraret. Terretur vehementer Abbatissa, vtpote quæ sciret, quoniam nisi quæ desiderabat obtineret, faceret peiora quam dixerat. Pauida igitur moniali illi sanctæ regis edictum crudele denunciat. Quę tremens & dolens cępit inquirere, cur eam præ cæteris monialibus sic amaret. Audiuit a nuncijs. Propter pulchritudinem (inquiunt) oculorum tuorum in te tam ardenti amore succensus est. Exhilarata illa atque segregata parum a cæteris, ambos sibi oculos pia crudelitate euulsit, atque componens in disco præsentauit ministris principis dicens: Ite, & principi vestro hæc præsentate ex me, ei dicentes. Ecce sagittæ quę cor tuum tam importuno ardore confoderant. Habes quod desiderasti, nunc eis vtere pro libito, atque oculos cordis mei intactos, atque illæsos relinque.

EXEMPLVM XXIIII.

Virgines plurimæ cum se a Soldano audissent stuprandas omnes nasum proprijs manibus detruncarunt.

LEgitur in Itinerario Ditmari, quia inter Hierusalem & Bethleem est cœnobium vbi erant sanctimoniales quando terra sancta perdita fuit pulchræ valde. De quorum pulchritudine dum intellexit Soldanus, voluit eis commisceri, & præcepit eis vt se pulchris vestibus induerent, & ornarent nequitiæ incestum passuræ. Abbatissa autem earum ne sic ludibrio esset carni & diabolo, & ne castitatis suæ lilium mergeret in luxuriæ cloacam, sui laboris annullans meritum, se suasque maluit mutilare, quam corpore integro facie fidere immundissimum scortum existere. Igitur tanquam diuinis edocta, cum iam præ foribus esset tyrannus, præmissa exhortatione hac confortatione usa est. Sorores venerabiles tempus tribulationis ac persecutionis nostræ est. Soldanus nostrę

ſtræ virginitatis, & pudoris inimicus in promptu eſt, manus eius euadere non poteſtis, vtamini ergo meo conſilio, & quod ego fecero, vos quoque faciatis. Quod duratum ſingulæ concepiſſent, ipſa Abbatiſſa primitus ſe naſo mutilauit, & ſingulæ poſtmodum voluntate ſpontanea ſe mutilauerunt. Quo audito, Soldanus vehementer admirans conſtantiam illarum, & prudentiam obſtupuit, & multum hoc factũ, & ſuæ fidei tenacem conſtantiam approbauit.

EXEMPLVM XXV.

Virgo quædam primò violas, deinde anulum in ſignum deſponſationis accepit.

REfert magiſter Ioannes Nider in Formicario. In quodam rure propinquo Iatis ciuitati Nurẽbergenſi eſt virgo quædam ex pauperculis progenita parentibus. Hæc cum eſſet iunior, modo enim eſt grandęua, venuſta fuit corpore, & recta animo ac ſimpliciſſima. Nam circa primos ſuæ pubertatis annos Chriſto ſuam virginitatem dedicare ſtuduit, leuitates iuueniles & fugere, & æſtus omnes ſui cordis in Chriſtum Dei filium velut in ſponſum ſuum cœpit dirigere. Tentauit tunc ex aduerſo, & multis annis poſtmodum dæmonis nequitia contra hanc pugilem ſe erigere, & nocturno tempore nunc ſtrepitibus horribilibus, nunc verò inopinatis parietum cõcuſſionibus, & tandem domus, quam inhabitabat ruina phantaſtica a ſanctis quas faciebat orationibus ſanctam virginem terrere conatus eſt, & à cępto propoſito deijcere. Sed mentita eſt iniquitas ſibi. Nã virgo verbis ſacræ ſcripturæ, & confeſſorum prudentium conſilijs, proprijſque confortata orationibus meditante diuina gratia non modo hoſtis conatus paruipendit, ſed diuina ex prouidentia in ea cœpit his ventorum tentationibus ignis diuini amoris circa ſuum ſponſum inflammari amplius. Affectus enim eo tempore amoris cuiuſdam ad Chriſti deſponſationem maximus cor angebat virginis, nullo quidem fœdo, aut terreno permixtus amore, ſed geſtiebat quatenus aliqua ſpecificaretur certitudine ſe a Chriſto velut ſponſam diligi, de quo in prædicationibus ad virgines audierat deuotas exclamationes ſæpius fieri, orationiſque eius ad hoc tendebat deſiderium, non abſolute, ſed conditionaliter, videlicet ſi id Dei voluntati foret beneplacitum. Cum autem in tali deſiderio multis perſeueraſſet menſibus, quadam die in horto (de cuius opere victitabat) deſiderium pauperis exaudiuit Dominus. Nam cum a iuuentute rerum careret affluentia, hortum ſibi pro victu proprium coluit, & vaccam tenuit vnicam, cuius lac & horti herbas varias frequenter ciuitati intulit, & his venditis victum adquiſiuit tenuem. Vix vllum ſermonem factum ad populum in eadem ciuitate ſolebat negligere, nec differre infra quindenam, aut circiter, vt reciperet diuiniſſimum Euchariſtię ſacramentum, præmiſſa prius ſacramentali confeſſione. Igitur dum in horto poſt diuturnæ petitæ arræ uota laboraret, more ſolito in hanc verborum prorupit ſententiam. O vtinam fili Dei ſignum aliquod tuæ deſponſationis ego paupercula & indigna mererer accipere in tali huius horti locello, quo nunc oculis corporeis viſum dirigo. Et ecce in eodem momento, & locello vidit tres aut duos circiter violarum amœnos floſculos. Erat autem pro tunc, tempus autumnale, & circa feſtum beati Martini, quando in noſtris partibus nedum omnium florum emarceſcere ſolet amœnitas, verumetiam tunc glacierum, & nimium gelicidia omnium fructuum, & foliorum vires ab arboribus conſueuerunt decerpere, & enecare herbas in quibuslibet hortulis. Gauiſa eſt itaque Chriſti virgo & ex admiratione territa, & tam inſolito ſpectaculo violas manu collegit propria, & conſeruauit ſolicitè, vt exinde amor, & ſpes arctius ad ſuum ſponſum grate ſuccreſcerent. Verum quia poſt modum ex ſimplicitate nimia tentatio quędam, & ambiguitas in eam incidit, an ne hoc ſignum ſufficiens eſſet arræ illius, quam tam ſedule a Chriſto popoſcerat, ideo preces nouas, & ſuſpiria acriora, prioribus ſuo ſponſo cœpit porrigere, vt certificaretur amplius. Cum in ſequenti anno iterum in horto ſuo laboraret quodam die, & ibidem in locum certum intuitum dirigeret, oprando ex imo cordis deſiderio quatenus ibi reperiret in ſignum Chriſti ferè deſponſationis annulum aliquem

quem ſi diuinæ voluntatis id eſſet. Et en altera vice non ſpreuit Deus preces humilis virginis, ſed reperit materialem quendam annulum quem vidi poſtmodum. Erat autem coloris alibi de minera qua neſcio, argento mũdo videbatur ſimilior Et in clauſtra ubi iungebatur in circulum duæ manus artificioſæ inſculptæ exiterunt, cancellatim ſibi mutuo fidem porrigentes, & ſeſe arcte, conſtringentes. Fuitq; locus inuentionis huius muneris tam inopinatus humanæ coniecturationi, vt omnino deſertus ab alijs videretur hominibus. Tunc annulum virgo gratiſſimè ſeruauit in poſterum, & altiſſimo ſuo ſponſo deinceps (vt antea) in labore manuum ſuarum viuere ſtuduit quam antea lætius. Addidit etiam is quem diligebat vice tertia in quadam viſione nocturna ſe virgini puræ in loco quodam, vt videbatur mundo in ea forma oſtẽdere, & ad amplexandum porrigere i qua ſolet pro fidelium libris ſimplicium depingit paruulus virginis, & matris tractatus manibus te poſte pueritiæ. Vides igitur ſimplicem virginem a Chriſto conſolatã in præſenti ſeculo. lib. 1. Formic. c. 2.

EXEMPLVM XXVI.

Beata Virgo Maria impudicum iuuenem ſalutationem Angelicam frequentantem per delicatum cibum in fœdis vaſculis oblatum emendauit.

QVidam turpiſſimæ vitæ Dominam noſtram non deſinebat frequentiſſimè collaudare, & quadam vice cum ipſe multum fameſceret ambulans per terræ vaſtam ſolitudinem, apparuit ei Domina noſtra cum ſpecioſis puellis cibum afferens quam plurimum delicatum in ſcutellis vrpibus, & immundis, & ait ei. Comede. Tunc reſpondit & dixit: Cibus bonus eſt, & pulcher, ſed non poſſum ipſum comedere propter immunditiam ſcutellarum. Tũc ait ei Domina noſtra: Laudes quas mihi dicis bonæ ſunt & pulchræ, ſed cor tuum immundum eſt, & ideo tuis laudibus non delector. Poſtmodum verò per pœnitentiam ſe mandauit.

EXEMPLVM XXVII.

Magiſter quidam diſcipulis ſuis omnia anno lilium dedit, vt illius floris exemplo eos ad honeſtatem prouocaret.

LEgitur in Scala cœli Ioannis Iunioris Dominicani, quod fuit quidam magiſter Pariſijs, qui omnia anno ſcholaribus ſuis qui eum continuè audiebant, dabat florem lilij. Cumque quæreretur ab eo quare hoc faciebat, reſpondit. Quatuor in lilio reperio Eſt enim ibi triplex color, qui denotat triplicem honeſtatem, cordis corporis, & intentionis. Eſt ibi odor qui quamdiu non tangitur redolet, ſed ſi tangatur fœtet. Sunt ibi ſeptem folia, & ſeptem grana. Vt ergo clerici, & diſcipuli mei habeant plenariam honeſtatem, fugiat conſortia mulierum, ornent ſe ſeptem virtutibus, & odiant ſeptem peccata mortalia, ideo do eis hunc florem, ſcilicet, lilium.

EXEMPLVM XXVIII.

Virgo præſumptuoſa, dicens ſe nolle eſſe in ſtatu Magdalenæ, a lenone turpiſſimo conſtupratur.

REfert magiſter Iacobus de quadam religioſa, quæ cum diu ſeruaſſet virginitatem ſuam, præſumptuosè dixit iactando, quod noller ſimilis eſſe Magdalenæ. Quæ ex hac præſumptione infra breue tempus a quodam garrione defloratа incidit in mala peſſima, & inaudita.

EXEMPLVM XXIX.

Virgines qualibus ſunt ſertis coronandæ, & viduis præponendæ.

TRes erant moniales in vno clauſtro ſociæ ſpeciales. & illis erant duæ virgines Hæc autem ſingulæ ſtudebant ſe deuotas beatæ virgini exhibere. Mortua verò vna virgine, & iam vidua in extremis agente, tertia ſoror ſuperſtes rogabat viduam, vt poſt mortem rediret, & de præmio ſociæ certificaret eandem. Quod promittens (ſi tamen foret de beneplacito Dei) expirauit. Die autem triceſima illa ante altare in orationibus procumbente, apparuit,

ruit ſocia vidua inæſtimabili ſplendore fulgens, nimis, & dicens. Veni quia ad reditum obligatti me. Et ecce modicam partẽ præmij mei, ſed benedicta dies in qua nata ſum. Illa verò confortata, & reſumpto ſpiritu quæſiuit de ſtatu prioris defunctę. Cui illa dixit. Si totus mundus eſſet pergamenam, & mare incauſtum, & omnia folia, & gramina, ſcriptores cum omnibus hominibus qui fuerunt, & ſunt, & erunt futuri, primo omnes deficerent quam immenſitatem præmij cęleſtis exprimerent. Sed parumper (ait) ad præſens dicam tibi. Soror noſtra in infinitis claritatibus me præcellit, & merito, quia ipſa heri chŏream cũ agno dixit candidam cum multitudine cãdidarum puellarum cantans canticum ſingulare ſolis virginibus appropriatum, & gerens ſertum de diuinis floribus confectum. Rogaui autem eam vt ſaltem ad horam mihi ſertum concederet, quæ ait, non expedit tibi Tamen ab ipſis floribus dedit mihi quas attuli tibi ſociæ meæ chariſſimæ vt aliqualiter virtutem eorum quantum ſenſus capere poterit humanus perpendas. Facto ergo ab ea circulari tactu in pauimẽto cum floribus, tam miri odoris proceſſit fragrantia, quod illa ſoror præ ſuauitate rapta fuit in extaſim. Et ſic vidua expleto promiſſo ad cęlum redijt. Omnes qui monaſterium intrauerunt per multum tempus ſenſerunt cęleſtem odorem.

Confeſſio.

EXEMPLVM XXX.

Damnatur ſummus Pontifex, qui ad abſolutionis impenſæ fructum, & effectum non erat bene diſpoſitus.

REfert Doctor Iacobus de Paradiſo Carthuſienſis in libro ſuo de peccatis mentalibus mortalibus. Romanus quidam Pontifex fini vitæ appropinquans, capellano ſuo auctoritatem Apoſtolicè contulit, ſe abſoluẽdi ſub plenaria remiſſione, vt fieri ſolet in anno iubileo. Finita confeſſione beneficium abſolutionis obtinuit, obijt. Non multo poſt apparuit eidem capellano vultu mœſtiſſimo, & veſte lugubri. Requiſitus an ipſe eſſet Papa defunctus Reſpondit quod ſic. Requirit capellanus quare tam triſtis appares? Reſpondit. Quoniam æternæ morti adiudicatus ſum. Quare (inquit) capellanus cum tamen beneficium abſolutionis plenariæ tibi confeſſione facta impenſum ſit? Reſpondit defunctus. Quoniam ſupremus iudex abſolutionem illam ratam non habuit. Quibus dictis diſparuit. Vtique Deus creditur hoc voluiſſe reuelari propter nos, vt ſi in viridi ligno hoc factum conſtat, i capite eccleſię, in arido, ideſt minori auctoritate quid fieret penſaremus.

EXEMPLVM XXXI.

Confeſſionem imperfectam faciens ſcienter fęmina ſubito moritur, & draconem equitans in horribili ſpecie poſt mortem videbatur.

LEgitur in Scala cęli. Duo prædicatores ibant per viam, quorum vnus erat pęnitentiarius Domini Papa, & ſanctus homo, & alter multum innocens, & pius. Cum ergo irent per viam, & ad quoddam caſtrum veniſſent, in quo erat mulier, quæ adulterium commiſerat cum quodam de parentela ſua, & propter enormitatem peccati, & erubeſcentiam humanam xi. annis abſque confeſſione tenuerat, illa dum vidiſſet iſtos fratres extraneos in eccleſia celebrantes, dixit intra ſe. Iſti non cognoſcent te, nec vnquã redibunt ad partes illas & ideo iſtis dices peccatum. Celebrata miſſa ad pęnitentiarium acceſſit, & ſtante ſocio ſuo ex oppoſitum eum peccata ſua confiteretur, ad quamlibet expreſſionem vnius peccati unus bufo exibat de ore eius & ſaltando exibat eccleſiam. Tandem confeſſis oĩbus peccatis cum veniſſet ad illud, præ verecundia noluit confiteri. & dum abſolueretur a pęnitentiario, & ipſa uellet recedere, ſocius pęnitentiarij vidit, quod omnes illi bufones cum uno alio maiori & enormiori is formæ turmatim ingreſſi ſunt os mulieris, & ventrem. Receſſit mulier non confeſſo peccato, recedunt & fratres. Et cum per vnam leucam iuiſſent, ſocius pænitentiarij ei reuelauit uiſionem, quam uiderat de muliere confitente. Qui territus, & triſtis dixit. Celauit aliquid in confeſſione. Et cum rediſſent ut eam conuerterent, eam ſuffocatam, & mortuam

in-

Digitized by

inuenerunt. Qui contriſtati modo mirabili cum ieiunio & orationibus cęperunt implorare diuinam clementiam, vt dignaretur oſtendere quid ſignificaretur per viſionem oſtenſam Tertia die apparuit eis mulier equitans ſuper draconem, & duo ſerpentes crudeles accingentes collum eius, ſugentes eius vbera, duo bufones terribiles erant ſuper oculos eius, ac de ore eius ignis ſulphureus expirabat, duo canes deuorabant crudeliter manus eius. Et duæ ſagittæ ignitę immittebantur per aures eius, in capite eius lacertæ ſtabant. Quam cum vidiſſent fratres territi corruerunt. Tunc illa. Nolite timere amici Dei, nam ego ſum illa maledicta mulier, quæ fui uobis alia die confeſſa. Et quia celaui in confeſſione tale peccatum, ſum adiudicata perpetuo huic pœnæ. Tunc pœnitentiarius. Adiuro te per Deum viuum & verum Chriſtum, vt informes me de duobus dubijs. Primũ eſt, quid ſignificat hęc diuerſitas pęnarum? Tunc illa. Lacertæ capitis ſunt in punitionem ornamentorum capitis. Bufones oculorum in punitionem corruptorum aſpectuum. Sagittæ ignitæ in punitionem diffamationum, cantationum, & immũdorum verborum. Serpentes ſugentes vbera in punitionem, quia ſuſtinui immundos tactus. Sed crudelitas canum in punitionem actuũ immundorum, & quia bona dedi, de quibus ſuſtentari pauperes poterent Chriſti, meis amatoribus, equito ſuper draconem, qui inexpreſſibili dolore cruciat, & combuſit omnes tubas, & omnia viſcera mea in punitionem immundarum operationum. Tunc pœnitentiarius. Rogo vt ſoluas ſecũ dnm dubium meum, ſcilicet, quę ſunt peccata ex quibus gentes hodie magis damnãtur. Tunc mulier. Hodie per viam peccati ad infernum deſcendunt, ſed mulieres per quatuor genera peccatorum, per peccatũ luxuriæ, per peccatum vanitatis ornatus, & pictionis, per peccatum ſortilegij, & per erubeſcentiam confeſſionis. Cũ ergo interrogaretur ſi poſſet iuuari, draco cum mirabili cruciatu ſubito eleuans eam ad infernum portauit.

EXEMPLVM XXXII.

Confeſſione neglecta nulla opera pietatis a damnatione poſſunt liberare.

LEgitur in Scala cęli Ioannis Iunioris Dominicani, quod fuit quidam vir iuſtus & honeſtus valde habens vxorem ſterilem. Rogauerunt ergo ambo Dominum vt miſertus eorum eis prolem concederet, & ipſi eam diuino ſeruitio manciparent. Cum adiuti a Deo filium habuiſſent, & tã facta pueritia monachum ſtatuiſſent, ſanctiſſime ſuo Creatori deſeruiuit. Et quia pater alium filium non habebat, vna cum vxore ſua facultates ſuas ſic diſtribuebant pauperibus, vt iam patres pauperem vocarentur. Cum autem quidam iuuenis ſeruitor Domini vxorem adamaſſet, inclinata ad peccatum, ab eo concepit filium, & conceptum occultauit continuando, & augmẽtando largitionem eleemoſynarum. Tandem peperit filium, & extinxit propriis manibus, & ſub lecto proprio ſepeliuit. Tandem moritur maritus eius. Quo mortuo plus & ſine fræno libidini cæpit vacare. Et ideo concepit, filium peperit, & extinxit ſuis manibus ſicut primum. Nec confitebatur hæc peccata alicui, ſed in multitudine eleemoſynarum, confiſa ſine confeſſione ſperabat ſaluari. Tandem mulier infirmatur, monetur ad confeſſionem, ſed illa contemnit. Tandem mortua eſt, & in infernũ portata. Cuius obitum audient monachus inſtanter incepit pro iſta orare, ieiunare, celebrare, diſciplinas accipere. Et dum quadam die deuotiſſime celebraret, vidit matrem ſuam coram ſe, & duos dracones terribiles, mammillas, & totum corpus cruciantes. Cum autem filius interrogaſſet qualiter ei eſſet, reſpondit quod damnata eſſet propter verecundiam confitẽdi, quia nullum bonum proficit, vbi vitius confeſſionis deficit. Tunc filius quid ſignificant iſti dracones? Tunc mater: Pęnas quos lactare debui propriis manibus extinxi, & ideo ſunt mihi dati in pęnam æternam Ioannes Iunior.

EXEM.

EXEMPLVM XXXIII.

Peccatum suum propter verecundiam confiteri nolens æternaliter damnatur.

LEgitur etiam quod in quo dam monasterio monialium Abbatissa habuit, & nutriuit neptem suam, quæ in amore cuiusdam iuuenis exarsit, & consensit in actum carnalem, sed quia congruitatem temporis & loci non habuit ipsum peccatum opere non perpetrauit, ipsa vero post modum infirmata cum ab omnibus casta, & sancta reputaretur, hoc peccatum malæ voluntatis non confitens obijt. Et cum Abbatissa credens eam fore sanctam coram Deo post matutinas eam peteret vt pro ipsa intercederet, per duos terribilimos adducta, dixit se perpetuò damnatam propter malam voluntatem, quam confessa non fuerat.

EXEMPLVM XXXIIII.

Peccare volenti Christus apparet, & confiteri monet, vt diaboli potestatē effugiat.

IVuenis quidam luxuriosus intentione mala intrauit rubetum, vbi erant infames mulieres. Cui occurrit diabolus dicēs: Vade ante te, quia bene tibi soluam tuo tempore. Qui dum intrasset vlterius, occurrit sibi Christus in habitu cuiusdā monachi, & quo tenderet requisiuit, appellans eum filium, & dixit: Vos non estis pater meus? At ille, Ego sum pater tuus. Et aperta cappa ostendit ei manus & latus quæ ambo erant cruentata, sicut apud crucifixum solet depingi, dicens. Credis ergo nondum quod ego sum pater tuus? Tunc ille: Dominus Deus meus. Dixit ei Christus. Vade confiteri, quia ille qui tibi occurrebat ante rubetum est diabolus, & expectat te vt tibi frangat collum. Qui cum exisset de silua cū proposito confitendi, diabolus eum non agnouit. Et ille interrogauit diabolum, dicens. Quem tu expectas? Cui diabolus; Certè tu non es, iste erat totus noster, & mihi data fuit potestas super eum, vt ipsum occiderē, tu vero alter es. Qui intelligent Dei misericordiam circa seipsum intrans claustrū confessus est, & sic in bono vitam finiuit.

EXEMPLVM XXXV.

Confessionis remedio, qui triginta annis dæmoni seruiuit sub homagium misericordiam Dei consequitur.

LEgitur in Scala cęli Ioannis Iunioris Dominicani, quod duo boni fratres oberrabant in montibus Hyberniæ, qui viam inuenire non valentes dum aspicerent ante se, viderunt quendam hominē paruæ staturæ. Quem cum vocassent fugere eos cępit. Qui cum secuti fuissent eum requisita via noluit respondere. Sed cum instarent, & inquirerent quis esset, dixit. Triginta annis dæmonibus seruiui, homagium eis feci, & sigillum eorum in manibus meis porto, visitant me in diuersis figuris, & quicquid præcipiunt facio semper. Cumque vnus illorum sermonem ei faceret allegando acerbitatem pœnarum inferni, vtilitatem peccati, & infinitatem diuinæ misericordię, ille compunctus quærit consilium quomodo posset saluari. Tūc frater. Confitere omnia peccata tua, quia virtus confessionis tanta est, vt frangat omnem potestatem diaboli, mitiget omnem iram Dei, & induat te omni virtute. Cum ergo ille cum perfecta contritione confessus fuisset, statim sigillum dęmonis est abrasum. Tunc fratres. Vt cognoscas magis virtutem confessionis, sta hic in nemore confidenter, & si diabolus cui tu fecisti homagium, dum venerit te cognouerit, Deus indulsit peccata tua. Qui confisus de misericordia diuina dæmonem expectauit. Et postquam cum magnis equitaturis post recessum fratrum veniisset dæmon, interrogauit hominem si seruum eorum vidisset, respondit: Ego sum ille, qui triginta annis seruiui tibi. Tunc dęmoni Mentiris nequam, non vidi te, sed quæro illū qui sigillum meum habet in manibus suis. Ille ergo audiens accedit fratres, & perseueranter Deo seruiuit.

Con-

Contritio.

EXEMPLVM XXXVI.

Post peccatum contritus quidam monasterium intrans, & pœnitentiæ actibus multum insistens de peccati remissione diuinitus certificatur.

REfert Gregorius in homilia de decem drachmis. Nostris partibus Victorinus quidam extitit non inopis substantiæ, iuxta mediocritatem vitæ. Sed quia regnat plerumque in rerum opulentia carnis culpa, in quoddam facinus lapsus est, quod debuisset valdè pertimescere, ac de suæ mortis immanitate cogitare. Reatus igitur sui consideratione compunctus erexit se, mundi huius omnia reliquit, monasterium petijt. In quo tantæ humilitatis, tantæ discretionis extitit, vt cuncti fratres qui illic ad amorem diuinitatis excreuerant, suam cogerentur vitam despicere dū illius pœnitentiam viderent. Studuit namq; toto mentis anisu cruciare carnem, voluntates proprias frangere, furtiuas orationes quærere, quotidianis se lachrymis libare, despectum sui appetere, oblatam a fratribus venerationem timere. Hic igitur nocturnas fratrum vigilias præuenire consueuerat. Et quia mons, in quo monasterium situm est ex vno latere in secretiori parte prominebat illic consuetudinem fecerat ante vigilias egredi, vt se quotidie in fletu pœnitentiæ quanto secretius, tanto libertius macraret. Cōtemplabatur namque districtionem futuri iudicis sui, & tam eidem iudici concordans, puniebat in lachrymis reatū facinoris suis. Quadam verò nocte Abbas monasterij vigilans hunc latenter egredientem intuitus, lento foras pedes secutus est. Quem cum in secreto montis latere cerneret in oratione prostratum, expectare voluit quando surgeret, vt ipsam quoque longanimitatem orationis eius exploraret. Tum subitò cœlitus lux emissa super eum fusa est, qui in oratione stratus iacebat, tantaque se in loco illo claritas respersit, vt tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret. Quem Abbas vt vidit intremuit, & fugit. Cumque post longum horæ spatium idem frater ad monasterium redijsset, Abbas eius vt disceret an super eum tantæ effusionem luminis agnouisset, inquirere cū studuit dicens: Vbi fuisti? At ille latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quo negante Abbas compulsus est dicere, quid uidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod Abbatem latebat aperuit adiungens. Quando super me vidisti lucem de cœlo descendere, vox etiam pariter venit dicens: Dimissum est peccatum tuum. Et quidem omnipotēs Deus peccatum eius potuit tacendo laxare, sed loquendo per vocem, radiando per lumen, exemplo suæ misericordiæ nostra ad pœnitentiam voluit corda conuertere. Greg. homil. 34.

EXEMPLVM XXXVII.

Contritionis remedio tam per dæmones in aera subuectus grauissimorum peccatorum veniam recepit.

QVidam tabernarius propinans vinū omnes tam bonos quam malos in suam domum recepit, & permisit ludere, chorizare, blasphemare, inebriari, lenones & meretrices insimul peccare. Semel vna die Dominica cum vinum de cellario portaret, ante ianuam detulit hospitibus extra domum sedentibus, quia domus plena erat hospitibus, ecce vētus turbinis eum violēter rapuit, & sursum in aera leuauit in conspectu totius populi, & cum sic a dæmonibus leuaretur, clamauit compuncto corde. O Deus, quid fiet de anima mea? Tunc dęmones permiserunt eū cadere in vno campo dicentes, quia oblitus es oia transitoria, & corpus proprium, Deum solum pro anima tua cōpuncto corde rogasti, ideo non possumus te vltra cōducere, quia Omnipotentes non vult permittere nostram in te exercere voluntatē, eo quod compuncto corde inuocasti eum, & si hoc non fecisses cum corpore & anima te ad inferna duxissemus. Et hoc dicto disparuerunt, & inuentus in campo reportatus est ad domum, & postquam conualuit se emendauit, & tabernam amouit, & amplius non permisit aliquem in domo sua ludere, vel blasphemare, vel chorizare siue alia mala in sua domo exercere.

Digitized by Google

EXEMPLVM XLI.

Contritionis remedio miles quidam iam moriturus veniam peccatorum accepit.

REfert Robertus de Licio in ſuo Quadrageſimali, quod quidam nobilis, ſed criminoſus, quodam tempore ab inimicis ſuis captus eſt, & quia valde ei erant inuidioſi & exoſi, viſum eſt eis expedire, vt in inſtanti occideretur. Cernens vir nobilis mortem ſibi imminere, & nullam eſſe remedium vitæ, ſupplici voce dixit ad illos Rogo vos intuitu Dei, vt ad modicum mortem meam differre dignemini, vt alicui ſacerdoti peccata mea poſſim confiteri. Reſponderunt illi. Dilationem illam minus ratam, cum poſſet interim ab amicis eripi de manib. eorum, & ſic fieret error nouiſſimus peior priore. Cui cum præcipiſſent, vt ad decollandum ſe proterneret, dixit hoc verbum, Deus tu ſcis voluntatem meam. Et ſubiunxit, Animam meam virginis filio commendo, ſicque decollatus eſt Erat autem quidam obſeſſus in ciuitate, cui eum diceretur, quod de tanti morte tyranni gaudium magnum complices haberent, cum facinoroſus fuerit miles. Reſpondit dæmon. Nequaquam. Vnum enim verbum dum mori debuit protulit, propter quod ſaluatus eſt.

Conuerſio

EXEMPLVM XLII.

Amore Chriſti ſuccenſus nobilis quidam maxima cum deuotione ſacra terrę ſanctæ loca viſitat, deinde vitam ſolitariam eligit, & alimentis deficientibus, in Dominum cogitatum ſuum iactans, per ceruum herbam quandam ſuauiſſimam incibum aſſumere doceretur.

REfert magiſter Geruaſius Libiſtinus in libro de mirabilibus terrarum, & Imperialibus ſolatijs. Hiſuardus dominus caſtri Calſini, quod eſt in prouincia prope Folcaquarium, ad loca ſacra Dominicę paſſionis viſitanda maxima deuotione feruebat. Diſpoſita itaq; domo & ſingulis mare tranſit, & tandem poſt multos labores, multaque pericula ad locum diu deſideratum peruenit. Circuit loca ſingula prædicationis, paſſionis. cæteraque vniuerſa, in quibus Dominum aut ſingulare aliquid geſſiſſe, aut docuiſſe conſtabat. Tantoque feruoris ignis ſuccenſus eſt, vt profundis gemitibus, pectoris tunſionibus, & lachrymis vberrimis vniuerſa repleret. Veniens tandem ad locum Natiuitatis in Bethlehem, vbi Dominus ipſe cum diues eſſet in omnib. pro nobis pauper effectus, de matre naſci dignatus eſt, & in alieno præſepio reclinatus eſt, & iam igneus atq; totus in lachrymas reſolutus, cum aliud præter ſe quod reprenderet non habere cogitauit, fixumque firmauit in animo illius amore nunquam ſe rediturum in patriam, ſed tanquam mendicum & exulem ibidem cum paupere Chriſto vſque in finem pauperem permanſurum. Progreſſus igitur peruenit ad montem Carmeli, nè forte ſi maneret intra fines, quia peregrinis viſitare conſueuerant, ipſe non omnino maneret incognitus, ſed per frequentes eorum viſitationes ab illa eum quiete (qua ſoli Deo vacare poſuit) impediretur. Deſcendit itaque de monte Carmeli in vicinam ſolitudinem miles Chriſti panes ſecum ferens, qui pauco tempore ſufficerent. Illic ergo ab omnibus terrenis impedimentis abſolutus, totum ſe in Dei amorem incendit, atque præter Deum penitus nil curauit. Sumebatque poſt longa ieiunia de ſiccis illis panibus parum, vt in Domini ſeruitio poſſet diutius perdurare. Quibus iam expenſis, cum de quo in reliquum viueret non haberet, eſſetque in tam vaſta ſolitudine conſtitutus, totam ſpem ſuam in Dominum erigebat. Cumque iam viribus deficeret præcibi inedia, timeretque de herbarum radicibus edere, nè pro cibo venenum ſumeret, proſtratus in terram oculos ad Dominum eleuabat dicens. Tu Domine qui per prophetam dixiſti. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe enutriet. Et per temetipſum. Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis, ſcit enim pater veſter, quoniam his omnibus indigetis. Et Primum quærite regnum Dei, &c. ſubueni in hac neceſſitate militi tuo, & militiæ licet indignæ ſtipendia præbere dignare, fugit enim a me ſpes omnis auxilij, ideoque ad te conuerſus toto corde mihi poſtulo miſereri. Nec de fuit

fideli ſeruo Domini fidele ſubſidium. Nam ecce vidit eorum quendam non longe à ſe in terra conſediſſe, qui vnguibus apprehẽſa radice quadam extractim offert, primò quidem diligenter conſiderandam, deinde edendam militi iam pene præmortuo, tanquam docens quatenus talium foliorum radicibus debeat in poſterum ſuſtentari. Guſtat ille oblatam radicem, & inuenit ſapore quidem dulciſſimam, atq; nutrimenti virute vigoroſam. Tunc confortatus, & Dominum de oblato ſolatio benedicens, totam vitam ſuam deuotiſſimè Domino dedicauit tanto quidem fidentius, quãto copioſius ab eo ſe ſenſiſſet adiutum. Contigit autem poſt tempo a multa, vt quidam peregrini ſeruimilitis (de quo nobis ſermo eſt) venirent ad terram Sanctam. Cumque deuotionis affectu loca ſingula viſitaſſent, inquirebant ab incolis ſi forte Dominum ſuum alicubi poſſent inuenire, nec deſiderio ſuo fraudati ſunt. Cumque ad ipſius domicilium peruenirent, inuitatur, vt de annona ſua ſecum pariter edularentur. Appoſitis itaque radicibus cum acqua frigida, in lętitia ſpirituali pariter guttauerunt. Tandem ab eo dimiſſi, cum rediſſent in patriam, fatebantur nunquam ſe tantam ſaporis ſuauitatem in aliquo etiam quamcumcumque delitioſo ſeculo inueniſſe. Ipſe autem poſt longam & fidelem perſeuerantiam tandem fœliciter in Domino conquieuit.

EXEMPLVM XLIII.

Mundum relinquentes in iuuentute præ alijs gloriosius videntur in cœlum conſcendere.

REtulit frater Humbertus magiſter ordinis Prædicatorum, quod duo ſcholares de eadem natione ſocij & iuuenes religionem intrauerunt, & in eadem religione bene & deuote apud Deum & homines ſe habuerunt. Cum autem alter eorum laboraret in extremis, & alter eorum fleret dicens ſe deſolatum manere in aliena terra. Reſpondit æger, quod ſi hoc Deo placeret, & poſſet, conſolaretur eum poſt mortem, certificans eum de ſtatu ſuo. Cum autem eo mortuo alius eſſet in oratione, apparuit ſocius eius valdè triſtis & afflictus. Et cum iſte quæreret cauſam, reſpondit quod pro nulla alia cauſa pateretur pœnam purgatorij, niſi pro hac, quod cum darentur noui ſocci, retinebat, & occultabat veteres contra regulæ ſtatutum, & adhuc erant abſcondi i ad pedes lecti ſui, & rogauit eũ vt eos ibi acciperet, & Abbati redderet, & rogaret Abbatem vt eum de hoc in capitulo abſolueret, & orari faceret. quod & ille fecit. Poſtea apparuit ei lætiſſimus & ſplẽdidiſſimus, rogans vt eum eo foras egrederetur. Quo facto, vidit ante eum tranſeuntem maximam multitudinem candidatorum hominum & fulgentium, & habentiũ retro ſuper humeros cruces pulcherrimas in cœlo aſcendentium. Et ſtatim ſecutus eſt ſecundus ordo longè pulchrior fulgentium hominum, & aſcendentium in cœlum, quorum ſinguli habebant ſplendentes cruces in manibus. Poſt hos ſequebatur tertius ordo pulcherrimus hominum candidatorum, & quilibet eorum habebat vnum Angelum ſibi præambulum, qui crucem fulgentem, & ſpecioſiſſimam ante eos ferebat, & tranſibant aſcendentes in cœlum. Cumque ille quæreret a ſocio ſuo quid ſibi vellet hoc? reſpondit. Priores erant qui intrauerunt ordinem in ſenectute, ſecundi qui in virili ætate, tertij qui in adoleſcentia ſua, & cum iſtis deputaberis ſi perſeueraueris in incepto, & beatus eris, & ego cum eis per Dei gratiam aſcendo. Et hoc dicto alios ſecutus eſt, Angelo præcedente & crucem eius baiulante.

EXEMPLVM XLIIII.

Exemplo Serapionis meretrix luxurioſa conuertitur.

CVm Abbas Serapion tranſiret per quendam vicum Aegypti, & videret vnam meretricem ante oſtium, domus ſuæ ad capiendas animas præparatam, dixit ei ſenex. Expecta me ſerò, volo ad te de nocte venire. Quem cum expectaſſet, credens quod aliquid ſecum ſenex deportaret, & neceſſaria ad eſum, veniens clauſit oſtium cum illa. Cui dixit ſenex. Suſtine parũ vſquequo legerim quod habeo. Incipiens aũt ſenior pſalterium, finis pſalmis ſingulis rogabat Deum, vt illam conuer-

teret

ceret ad pœnitentiam. Quod cum videret mulier Deum pro ea ſenem orantem, incepit tremere, & orare iuxta ſenem. Finito pſalterio ſenex iacipis legere Apoſtolum orando ſimiliter. Meretrix autem intelligens quod non propter peccatum ad eam venerat, ſed propter eius conuerſionem, compuncta eſt, & orans proſtrata ut duceret eam ad locum vbi faciendo condignam pœnitentiam ſanaret animam ſuã. Tunc ſenior duxit eam ad monaſterium virginum, tradens eam matri virginum dicens, quod non imponeret ei vt aliis, ſed quod ipſa peteret, indulgeret & ei permitteret ire quo vellet. Cum quibus cum fuiſſet per paucos dies, videns conuerſationẽ & vitam aſperam aliarum, ait dictæ matri; Ego peccatrix ſum. Volo veſpere comedere. Poſt magis agnoſcens fe. ait, quoniam volebat per quatuor dies ieiunare.

Poſt modicum dixit dictæ matri, quod eam in modicam cellam includeret, vbi per modicam feneſtrã adminiſtraret opus ſibi condignum, quod ageret propter maxima peccata ſua, quod illa fecit. Dicta autem mulier reliquum tempus in magna ſanctitate vixit.

EXEMPLVM XLV.

Diliges Dominum Deum tuum audiens in ſcholis conuertitur.

LEgitur in Scala cęli quod fuit quidam ſcholaris Pariſijs, qui de terra longinqua veniẽs, ingreſſus eſt ſcholas Theologiæ cuiuſdam magiſtri qui legebat Matthæum. Cumque prima die qua eius ſcholas intrauit legeretur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Ille ſubitò ſurrexit, & dum inciperet recedere cunctis admirantibus, & interrogaretur à magiſtro, quid eſſet ſibi dictum, vel factum, quare dimitteret ſcholas ſuas, ille reſpondit, Nihil: ſed antequam plus audiam iſtud volo opere complere. Et egreſſus religionem intrauit. Ioannes Iunior Dominicanus.

EXEMPLVM XLVI.

Conuertitur latro exemplo pœnitentiæ innocentis fratris prouocatus.

LEgitur in Scala cęli, quod in quadam regione quidam princeps latronum habitabat, qui tantæ malitiæ, & tantæ ferocitatis fuit, vt omnes tam ſeuntes iugularet. Hoc audiens quidam ſanctus Abbas cum bono equo, & cum bonis indumentis ad locum in quo morabatur perrexit. Et captus ſtatim ductus eſt ad principem latronum. Et cum interrogaſſet eũ quid vellet, reſpondit latro: Equum & veſtes veſtras. Tunc Abbas: Iuſtum eſt hoc quod petis, quia iſta Dei ſunt & cõmunia. Et ideo cum multis annis fueris vſus, iuſtum eſt vt, & tu vtaris. Sed volo vt dicatis mihi quid facietis de eis. Reſpondit latro: Vendemus, & ememus nobis victui neceſſaria. Tunc Abbas: Fili, quare cum tanto labore & periculo quæris victum & veſtitũ veſtrum? Venite mecũ & neceſſaria vobis miniſtrabo. Cumque ille renueret ex eo quod non poſſet comedere fabas Dixit Abbas: Dabo tibi carnes, & piſces, vinum electum, & panem, & lectum optimum, & ideo ſequere me. Qui acquieſcens, dum eſſet in monaſterio ſtatuit ei ſeruitorem, qui quotidie miniſtraret omnia præmiſſa. Et poſt dum latro comederet monachus in preſentia illius de mandato Abbatis in terra ſedens comedebat panem & aquam. Et requiſiuit latro cauſam tantæ pœnitentiæ. Si, inquit, homicidium feciſti, aut in fornicatione vixiſti vt tam grauiter pœniteas, Tunc ſtupens & tremens monachus. Abſit, inquit, a me vt hominem occiderim, aut vnquam, carnem meam luxuria fœdauerim, quoniã in hoc monaſterio ab ineunte mea ætate conuerſatus ſum. Sed ideo hanc pœnitentiam facio, ut habeam Deum propitium in morte. Tunc latro compunctus cum contritione dixit. Ego miſer infœlix, qui tot furta, tot homicidia, tot adulteria, tot ſacrilegia feci, nunquam ieiunaui, quomodo ergò Deum propitium habebo: Et prouolutus cum lachrymis ad pedes Abbatis, ſic ſe afflixit in pœnitentijs, ut omnes in abſtinentia ſuperaret.

Ioannes Aegidius alias Iunior.

EXEMPLVM XLVII.

Cęlestem gloriam & amœnitatem cogitãtes tres dissoluti iuuenes ad Dominum conuertuntur, quorum vnus etiam pijs meditationibus tempus impendẽs, semper hilaris & deuotes inuenitur.

MIliter tres sibi mutuò fidelitatẽ promiserunt, vt in quacunque necessitate se non desererent. Erat in bellis, & torneamentis strenui, & ad omnia mundi facta probi. Contigit tandẽ quadam die transisse siluam omnes in silentio. Cum autem essent extra siluam vnus eorum dixit. Miror quare sic obmutuimus in trãsitu siluæ huius. Et dixit vnus causam sui silentij esse hanc, quia videns amęnitatem siluæ memor fui amœnitatis cęlestis, quam causam & cæteri confessi sunt. Quib. senior dixit. Credite non sine causa hoc factum esse sed nuta Dei, vt sicut hactenus mundo, ita nunc Deo seruiamus. Quapropter consulo vt clausttrum ingrediamur, & eandẽ fidelitatem in Domino habeamus Quod factũ est. Et laudabiliter & strenue per aliquod tempus illi vixerunt. Tandem duo iuniores cęperunt tepescere, & hoc inuicẽ cõfessi sunt, & consolationem ab inuicem quæsierunt. Venerunt ergò ad tertium de statu quęrentes suo & inuenerunt eum Deo seruientem, hilarem, & deuotum. Videns autem ille vultus eorum tristes dixit: Ex multo ocio & tædio estis tristes & segnes, mihi autem totum tẽpus breue videtur, quia semper occupor. Illis autem mirantib. quibus studijs, & occupationibus tempus impenderet, cum sicut ipsi illitteratus esset, dixit; Tres literas tantum inueni, quas docuit me magister meus in ingressu meo, quas legens quotidie nullo vnquam tædio afficior, sed præ desiderio legendi deficit mihi tempus. Vna scripta est nigro colore, quæ significat peccata mea, quę denigrauerunt animam meam, & falsitatem & instabilitatem mundi, & pœnas inferni. Hanc lego a mane vsque ad missam. Secunda scripta est colore rubeo, quæ significat passionem Saluatoris nostri, qui multa pro nobis sustinuit. Hanc legò a missa vsque ad nonam, quando emisit spiritum. Tertia scripta est aureis literis, hæc est amœnitas, & multiplicitas gaudij cœlestis. Hanc legò vique ad Completorium, & sic expendo tempus meum sine tædio. Quo audito, cæteri multum accensi profecerunt, de cætero & ipsi.

EXEMPLVM XLVIII.

Propositum bonum frequenter deserens penè fuisses ex libro vitæ deletus.

LEgitur in Scala cęli, quod fuit clericus immundissimæ vitæ, cui in visione senex apparuit in manu librum vitæ tenens, in quo erant scripta nomina saluandorum. Et quia iste contritus religionẽ intrauerat, dum in libro legeret, nomẽ suum ita frequenter rasum inuenit, quod vix poterat sustinere pergamenum. Et petens ab Angelo causam, ait: Proposuisti plures correctionem, & tunc erat scriptum, & resiliẽdo deletum, & nisi modò religionem intrasses damnatus fuisses. Ioannes Iunior Dominicanus.

EXEMPLVM XLIX.

Conuersionem protrahens, & in multis studijs stare proponens repentina morte percutitur.

LEgitur in Scala cœli, quod scholaris quidam Parisijs fuit deliberans intrare religionem Cumque induceret socium suum ad simile opus. Ille respondit: Manebo per triennium Parisijs, vt sim magister in artibus, postea per quatuor annos in monte Pessulano, vt sim magister in medicina, postea per quinquennium in Bononia, vt sim magister in legibus, postea intrabo religionem. Tunc intrante colectum cum istis verbis dum in crastinum pro lectione vocaretur, inuentus est mortuus. Idem Ioannes iunior.

Chorizare.

EXEMPLVM L.

Choreas pro Christo spernens virgo cœlesti aboreæ interesse promeruit.

LEgitur, in Scala cœli, quid quædam virgo militaris & decora valde, choreas

Digitized by Google

reus miro diligebat affectu. Fratri autem prædicatori ad domũ eius venienti, & percunctanti, mos puellæ exponitur, & ei nota veritas non negatur. Frater autem auidus ſalutis eius benignè ſatis requiſiuit vt ſibi reſponderet, dicens. Si daretur tibi optio pro carentia gaudij vnius diei, integro anno ſecundum libitum tuum frui delitijs, vel pro anno chorea vitanda quamdiu vixeris, & tibi complacuerit deſiderabilem choream mox habere præſentem, vel les ne eligere? Qua reſpondente. Vellem. Concluſit, vis ergo amorem huius tranſitorij circuitus deſpicere, vt cum Chriſto, & beata Virgine, & cum omnibus ſanctis cum poſſis perenniter poſſidere. Illa diu tacuit, Tandem ab alto trahens ſpiritum reſpondit. Pro nulla omnino re tranſitoria choreæ delitias abiurarem, ſed ſolummodo ea conditione facerem, vt ipſa æternaliter vti poſſem. Probate ergo, & oſtendite mihi, quod in cœlo chorea ducatur, & faciam quod ſuadetis. Cui frater, ſcriptum eſt in Hieremia. Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium. Item in Pſ. præuenerunt principes coniuncti pſallentib. in medio iuuencularum tympaniſtriarium. Ibi Beniamin adoleſcentulus, &c. Item in hymno. Quocunq; pergis virgines ſequuntur, atque laudibus poſt te canentes curſitant, hymnoſque dulces perſonant. His & ſimilibus ſcripturæ verbis adiecit probabilem rationem dicens. Scis ne quia beatitudo ſanctorum eſt in omniũ deſiderabilium copia, & fruitione. Si igitur delectaret ſanctos in cęlis choreas ducere & ibi non eſſent, non planè eſſent beati. Si carerent aliquo optabili, hoc eſſet contra fidei rationem. His illa auditis, & intellectis porrecta manu ad honorem Dei, & ſanctiſſimæ virginis Mariæ deuouit. Parentes autem fęlici propoſito delectati ad petitionem eius religionis ſibi habitum acquirebant. In domo igitur paterna per tres annos Deo obedienter, hominibus ſocialiter, patri humiliter ſtuduit famulari. In quarto uero anno dicta ſoror febre grauiſſima corripitur, & de uita eius ab omnibus deſperatur. Cumque iam amici ad ſuſcipiendam extremam vnctionem ſæpius hortarentur, reſpondit. Integra fide & ſumma deuotione ſupplico me inungi, cum meus pater ſpiritualis, ſ. confeſſor aduenerit, quia certa ſum, quod non moriar eo abſente. Rogaui enim eum, & impetraui a ſponſo animæ meæ Ieſu Chriſto tamdiu inducias vitæ meæ. Ecce die tertio frater nihil ſciens de ægrota a remotis partibus aduenit, Dei intuitu benigne ſuſcipitur, humanius tractatur. Cui illa: Pater (ait) ſanctè modo debeo vitam commutare, & de licentia ueſtra facite me inungi. Data igitur ſancta communione, & unctione, a cęlo oculos non deflexit. Tandem hilari vultu fratrem alloquitur. Pater ſanctè in conuerſione mea promiſiſti mihi choream in cęlis, cuius promiſſi iam te liberum eſſe dico. Nam Ieſum & ſanctiſſimam matre eius vidi cum virginibus, & choream mihi perpetuam præparatam. Laudate Dominum quod vnquam nata fuit, intolerabilem quidem pœnam ſuſtinui in his locis, in quibus virgines ſe huic ſęculo adaptare ſolent, ſed illa iam dicitur breui temporis ſpatio terminari, & tunc ſine purgatorio euolabo. Cunctis igitur cernentibus amicis, & prægaudio flentibus expirauit. Ioannes Iunior.

EXEMPLVM LI.

Choreis libenter iuncta fœmina a dæmone rapitur, & pro cantilenis titio ardens ori eius impingitur.

PVella quædam in die feſtiuo dum fieret ſermo ad populum, tota die in ludis, & choreis ſe exercuit, de ſero ad domum reuerſa reſedit in limine quieſcens. Sed cum ad dormiendum vix oculos clauſiſſet a duob. dæmonibus ad infernum delata eſt, & ſic combuſta nec capillus in corpore ipſius maneret. Et totum corpus eius magnis veſicis occupatum fœtorem intolerabilem exhalauit. Vnus vero dæmon titionem ardentem in os eius trudens dixit. Hoc habe pro cantilenis quas impudice ſæpius cantaſti. Veſtes eius nullum habuerũt aduſtionis ſignum, qua clamore, & eiulatu euigilans matri, & multis alijs narrauit. Poſt hoc fertur ad hoſpitale, vocatur ſacerdos qui nullum peccatum mortale in ea inuenit, niſi quod libenter interfuit choreis, & ludis.

EXEMPLVM LII.

Quam graue ſit malum chorea, quamque Deo diſpliceat viſione declaratur.

LEgitur in libro de ſeptem donis Iuuenis quidam nobilis Deo dicatus in religione multum proficiens. Hic dum frequentibus orationibus incumberet quadã vice ante crucem orans venit in mentem quid eſſet quod magis ad peccatum alliceret, & honori diuino amplius derogaret, proſtratus itaq; ante crucem dum hoc ſibi reuelari deprecaretur iuuenem quendam ſpecie intrare uidit in eccleſiam, & cum eo chorizantium multitudinem copiolam. Circumeuntes ergo cum in primo circuitu iuuenis ille veniſſet ad crucem, ictum magnum dedit ſuper clauos crucifixi. In ſecundo circuitu percutiebant vulnera manuum crucifixi. In tertio arreptam crucifixi coronam pedibus conculcabant. In quarto planctum eius deridebant. In quinto faciem conſpuebant. In ſexto latus eius perforabant. In ſeptimo ipſum blaſphemabant. Cumque iuuenis in oratione conſtitutus, & ita conſiderans ſurgeret, ut tot Chriſti vituperia vindicaret, ille qui ducebat choream apprehendit eum dicens: Tu rogaſti Deum, vt oſtenderet tibi quid plus iuuentutem ad peccatum alliceret, & ipſum Dominum vituperaret, & exaudiuit te Deus idcirco ergo ego princeps tenebrarum choreas procurans huc veni, ut omnia mala chorizationis tibi exponerem. Nam in chorea primo eſt motus pedum, & oſtẽſio calciamentorum, & hoc fit in vituperium clauationis pedum Chriſti. Secundo eſt ibi extenſio brachiorum, & coniunctio digitorum, & hoc fit in vituperium brachiorum Chriſti. Tertio in modum coronæ circumeunt, vel coronam florum, ſiue herbarum portant in capite, & tunc calcatur corona Chriſti. Quarto ſaltant ibi cantus in vituperium planctus Chriſti. Quinto eſt ibi ornatus, & illuſiones in Chriſtum. Sexta eſt ibi lætitia vana in corde eorum, & iſti aperiunt latus Chriſti. Septimo eſt ibi tactus impudicus, & oſcula, & hi blaſphemant Chriſtum. Propter hoc itaque Deus ſummo in chorea vituperatur, & contemnitur. Ego autem in ea vitor omnibus armis meis ſcilicet viſu, tactu, locutione, cogitatione. Et per has vias homines in vniuerſa mala corruere facio. Nicolaus Dincleſpule.

EXEMPLVM LIII.

Cruce cibum non benedicens fœmina a dæmone poſſidetur.

REfert magiſter Ioannes Nider, quod in Colonia puella xvj. annorum in domo cognatæ ſuæ fregit caſu ollam terream. Ob quod cognata eius grauiter indignabatur. Puella autem ob nimiam iram cognatæ nolens comedere, tandem compulſa a cognata dixit. Si me oportet edere in nomine diaboli fiat. Sic mẽſam accedit, benedictionem menſę quam bene ſciebat, dicere neglexit in primo morſello, vt putabat muſcam ori illatam ſenſit, quam cum nulla arte ejicere ualeret, deglutiuit, & immediatè obſeſſa fuit. Semper tamen vſum rationis bonum habuit, licet ſæpe ſatis vexaretur a dæmone. Cum autem in domum parentum cum magna mœſtitia reduceretur, & diutiſſime nullus reperiretur qui eã liberare poſſet, tandem quidam frater noſtri ordinis nunc magiſter Gotfridus Sluſſel Sacræ Theologiæ Profeſſor, calamitati parentum & puellæ compatiens, ſe de eius exorcizatione intromiſit, pacto tali præuio, vt ſi liberaretur nihil terreni exorciſtæ daretur, ſed puella in caſtita, ſi uellet libere, & non in matrimonio de cætero Deo militaret. Legit igitur Pater præfatus miſſam, & obtulit pro obſeſſa oblationẽ conſuetam, eadem interfuit officio, & in nullo vexari videbatur. Finitoque officio poſt ſatis diutinum exorciſmi actum, membris omnibus virginei corporis penè præcontuſis exijt dæmon, & ita virgo deinceps Domino in caſtitate ſeruiuit lib. 5. Form. c. 11.

EXEMPLVM LIII.

Crucis ſignaculum formante notario dæmonum Aethiopica turba diſparuit, & imago crucifixi notarium eundem reſpicere viſa eſt.

QVanta ſit virtus ſanctæ Crucis patet in illo fideli notario, quem quidam magus decepit, & ad quẽdam locum

in quem dæmons aduocauerat duxit, promittens quod eum multis diuitijs faceret abundare. Et ecce vidit quendam magnum Aethiopem ſuper altum thronum ſedentem & in circuitu eius alios Aethiopes cum lanceis & ſuſtibus ſtantes. Tunc ille magnus Aethiops magnum prædictum vocauit, dicens. Quis eſt iſte puer? Et ille reſpondit, Domine ſeruus veſter eſt. Et tunc conuerſus dæmon ad notarium ait. Si vis me adorare, & ſeruus meus eſſe, & Chriſtum tuum negare, faciam te ſedere in dextera mea, & multis copijs ditabo te. Ille autem mox ſignum crucis edidit, & ſe Chriſti ſeruum libere proclamauit, ſtatimque omnis illa multitudo euanuit. Poſt hoc cum templum ſanctæ Sophiæ prædictus notarius cũ Domino ſuo intraſſet, & ante Saluatoris imaginem ambo ſtarent: vidit Dominus eius quod prædicta imago ſuper notarium ipſum oculos fixos haberet, & ipſum attente reſpiceret. Quod videns Dominus admirans, iuuenem ex parte dextera ſtare fecit, viditque quod imago in illam iterum partem oculos reflexiſſet & ſuper notariũ fixos haberet. Rurſus fecit eum ſtare ad partem ſiniſtram. Et ecce iterum imago oculos voluit, & notarium vt prius dignanter aſpexit. Tunc adiuratus a Domino, vt ſibi diceret quid apud Dominum Deum meruiſſet, propter quod ſic eum imago reſpiceret. Dixit ſe nullius boni conſcium eſſe, niſi quod eum coram diabolo negare noluiſſet.

Detractio.

EXEMPLVM LV.

Detractor in iudicio ſanctos omnes vindictam contra ſe poſtulantes audiuit.

FVerunt duo ſocij clerici, quorum vnus detractor erat peſſimus, ſic quod de nullo poterat bonum dicere. Qui infirmitate detentus cum ad pœnitentiam a ſocio moneretur paruipendens mortem in nullo omnino ſe emendauit. Et cum ad extrema appropinquaret adiuratus a ſocio ſuo promiſit ſibi quod infra xxx. dies appareret ei ſi poſſet, & ſi Deus permitteret. & ſic mortuus eſt, & poſt paucos dies, Deo permittente non pro ſalute ſua, ſed vt cæteri erudirentur exemplo ſuo apparuit ſocio eius ignitus foris incendio infernali. Ad cuius conſpectum ille cum tremore cæpit deficere, & dixit ei. Ego ſum ille infœlix quondam locius tuus, pro quo oras inaniter, quia perpetue ſum damnatus. Et interrogauit quomodo ſibi ſucceſſit in agone. Reſpondit. Cum eſſem in extremis, ductus fui coram iudice, & cum obmuteſcerem præ timore vidi animas multas ſole iucidiores ad iudicem contra me manus extendere & clamantes. Vindica Domine ſanguinem noſtrum de illo mendace detractore, qui nos apud homines mendaciter infamauit. Ad hanc vocem cum me iudex inſpiceret torua facie & irato vultu, & ego in eius conſpectu tenitus & confuſus, & de prolatis contra me malis mihi conſcius, memetipſum & magnam miſericordia Dei ſum oblitus, & ſic deſperans perpetuè ſum damnatus.

EXEMPLVM LVI.

Detrahentem clericum Epiſcopus non corrigens cum eo grauiter in purgatorio torquetur.

LEgitur de quodam Epiſcopo in purgatorio exiſtente, qui vehementer affligebatur in fœtore clerici ſui, ininferno exiſtentis & aſcendentis ad ipſum, qui detractionis ſuas libenter audiebat, & eum non ſatis corripuerat, quamquam eſſet in ſe ſatis bonus Epiſcopus.

EXEMPLVM LVII.

Detractor moriturus linguam ſuam percutiens dixit, Iſta lingua peſſima me damnauit.

IN Anglia quidam religioſus uefte non vita, habitu non actu, detractionibus aſſuetus in extremis exiſtens monitus eſt, & rogatus quod confiteretur, & de ſalute animæ ſuæ ſolliciè cogitaret. Qui reſpondit quod non faceret, interrogatus quare dixit quod non poterat. Cum autem multis verbis, & perſuaſionibus moneretur, quod in hac extrema neceſſitate tota mentis attentione, & cum fiducia ſpei curreret ad diuinam clemẽciam implorandam, extra-

hens

hens linguam, digito percussit eam, & dixit. Ita lingua pessima me damnauit. Quo dicto lingua sic intumuit, quod vlterius eá reponere non potuit in os suum, & sic horribiliter expirans omnibus detractoribus exemplum damnationis ostendit.

EXEMPLVM LVIII.

Detractor post mortem apparens linguam igneam vsque ad terram dependentem dentibus corrosis, & expuit.

LEgitur in libro, qui dicitur Fasciculus morum, quod scelestatus quidam omnes detractionibus suis lacerare consuetus, morte præuentus est non confessus. Neq; enim merebatur, vt ea lingua peccati venenum euomeret, qua tam frequenter aliorum etiam innocentiam laceraſſet. Apparuit autem nó longè post mortem cuidam vitæ suæ præmia condigna ostendens. Habebat autem linguam quasi igneam ab ore vsque ad terram dependentem, quam crebris morsibus idem ipse momordit, corrosit, & expuit. Cumque particulatim eam vsque ad fundamenta abscisam eieciſſet, rursus ad priorem quantitatem reformabatur denuo corrodenda. Quæsiuit viuus a mortuo, quidnam hoc designaret. Qui respondit. Quoniam dum vixi per hoc membrum maledictum omnes persequebar, id circo ab hoc tormento in perpetuum non liberabor. Per quæ enim peccauit, quis per hæc & punietur. Ioannes Aedeus Minorita autor Fasciculi virtutum & vitiorum.

Auaritia.

EXEMPLVM LIX.

Lotamus quidam mediocribus opibus rectè vtitur, ditatus opprimit pauperes, omnia perdens ad pristina pieratus officia redijt.

LEgitur quod quidam Eremita hospitatus apud quendam latronum inuenit, quod vnam partem lucri sui expendebat in necessitates suas, aliam in eleemosynas, tertiam in hospitalitatem. Cum autem egressus est ad cellam, & rogaret ut Deus ei bona sua multiplicaret, quia ea ita bene Expendebat respondum est ei, quod fortè ei non expediret. Illo autem non adquiescente licet pro eo fide iubente concessum est quod petebat. Nam in mane latomus cum causa operandi murum antiquum frangeret inuenit magnum auri thesaurum, quo accepto factus est familiaris Imperatoris & Balliuus & magnus pauperem oppressor. Quo facto Eremita raptus ad iudicium vidit Angelos de latomo conquerentes. Quibus respondetur quod fideiussor respondebit. Stupefactus heremita supplicabat beatam Virginem, vt eum iuuaret. Quæ impetrauit vt Eremita ad eum corrigendum mittatur. Quod cum facere vellet, nec ei loqui posset, sed ingerens se verberatus fuisset reuersus ad cellam, iterum rapitur ad iudicium, & sicut prius accusatus regina eum iuuante liberatus est. Mortuo tandem Imperatore, allius succedens Ballium capere voluit, sed ille fugiens, & omnia sua perdens ad pristina officia, & pietatis opera redijt.

EXEMPLVM XL.

Diues frequenter solicitudinibus laniantur cum pauperes liberis animas dulce melos ad sidera fundunt.

QVidam diues & valde pecuniosus habebat domum suam maximam, coniunctam tugurio pauperis cuiusdam laboratoris. Cum autem diues in loco suo & camera præ saturitate & sollicitudine torqueretur, nec posset dormire, audiebat paupere iuxta igniculum suum cum pueris lætantem, & per residuum noctis in pace dormientem, vsquequo mane dum vxor sua vix excitaret eum a somno ad laborem. Quod audiens diues inuidens eius lætitiæ cogitauit, quod eum faceret participem solicitudinum & miseriarum suarum. Et surgens de nocte aperuit ostium domus pauperis, quod non erat multum seratum, & bursam pecuniæ appendit ad ostij cauillam, quam mane inuenies pauper & vidés, quod erat pecunia noluit ire ad laborem solitum timens, ne sibi furaretur pecunia, sed gemens & sollicitus quid inde faceret vt vicini sui, vel vxor sua nescirent eum inueniſſe illam, & vnde veniſſet. Posuit eam in stramine lecti sui, fingens se infir-

mum,

ſnum, iacens ſupra pecuniam vſquequo de liberaſſet quid inde faceret. Et dum per plures dies ſic affligeretur, nec cantaret, de nocte intrauit domum eius diues quęrens eũ. Et cum vxor ſua aſſereret eum infirmum in renibus. Ego, inquit, ſcio vnde cutem eum. Et accedens ad eum ait ei in ſecreto. Redde mihi pecuniam meam, quam in tali loco accepiſti, alioquin faciam te ſuſpendi. Qui timens reddidit pecuniam, & recuperauit ſolitam lætitiam.

Excommunicatio.

EXEMPLVM LXI.

Excommunicati ſilua, & ſtagnum aruerũt.

LEgitur in Scala cœli, quod in diœceſi Bellouallenſi quædam eſt arida ſilua, & ſterile quoddam ſtagnum iuxta ſiluam. Cuius cauſam aſſerunt incolæ loci talem. Miles quidam abſtulit ſiluam cum ſtagno per violentiam a quibuſdam religioſis. Cũ autem Abbas eiuſdem loci, nec precio, nec placitis recuperare poſſet ablatam ſibi poſſeſſionem, venit ad lucum dicens ſiluæ & ſtagno. Sicut veram & debitam iuriſdictionem in vobis habemus, ita ſub interminatione anathematis, & excommunicationis vobis inhibeo, ne de cętero fructus, vel res aliquas producatis vnde gaudeant, qui vos nobis iniuſtè abſtulerunt, & ex tunc ſilua aruit & ſtagnum ſterile permanſit. Ioannes Iunior, ordinis Prædicatorum.

EXEMPLVM LXII.

Excommunicati domum execrantes ciconiæ ſuos nidos ad alias domos tranſtulerunt.

NArratur, quod cum Papa Greg. ix. ante Papatum legatus ſedis Apoſtolicę in Lombardia inuenit in quadam ciuitate maiores compugnantes, qui proceſſum eius impediebant. Cum altera pars ſteret ad arbitrium eius de pace reformanda, & altera contumax nollet conſentire, atq; excõmunicaſſet Capitaneum illius diſſenſionis qui ſolus pacem impediebat, & ille excommunicationem cõtemneret ciconiæ multæ, quæ ædificauerunt ſuper turres, & caminos domus eius receſſerunt, & nidos ſuos tranſtulerunt ad domum alterius Capitanei dictæ curiæ, qui paratus erat ſtare ſub mandato prædicti Legati. Quod videns ille contumax humiliauit cor ſuum ad abſolutionem procurandam, & ad volũtatem dicti Legati faciendam. Quo abſoluto dictæ ciconiæ nidos ſuos ſuper domum ſuam reportauerunt.

Gloria Cœli.

EXEMPLVM LXIII.

Cœleſtis gloria conſiſtit in viſione faciei diuinæ, quæ omnem decorem creatum excellit.

COntigit aliquando fratrem Iordanũ generalem Prædicatorum loqui cuidam obſeſſo. Quæſiuit a ſpiritu immundo vbi foret libentius? Reſpondit. In cęlo. Et cum ſcrutaretur cautam quare magis deſideraret eſſe in cęlo Reſpondit vt facie creatoris videret. Quæſiuit magiſter. Quam libenter videret, reſpõdit ſpiritus Paulo amplius vidi quam ad ictũ oculi, ſed propter tamdiu denuo videre faciem creatoris in nouiſſimo die, vſque ad diem nouiſſimum ſolus omnium damnatorum ſpirituum pęnas vellem ſuſtinere. Quod audiens magiſter expauit vehementer, ita vt non videretur in eo ſpiritus. Poſtea ad ſe reuerſus dixit ſpiritui. Optime dixiſti mihi, ſed oro te, vt alicuius pulchritudinis comparationem dicas mihi ad pulchritudinem Dei. Et reſpondit ſpiritus nequam. Stulte quęſiuiſti, quia non poteſt enarrari. Sed propter inſtantiã petitionis tuæ vnum tibi narrabo, quod tamen friuolum eſt, & penitus nihil reſpectu veritatis. Conſidera, inquit, quod ſi omnes pulchritudines omnium pulchritudinũ terrarum, ſiue cœlorum, atque gemmarum vitri, auri, argenti, florum, atque omnium metallorum, & eorum omnium quæ pulchritudine ſua viſum delectant redactæ eſſent in vnum, & omnes ſtellæ ad ſolis ſimilitudinem lucerent, & ſol præ omnibus ſtellis lucem haberet iam prædictis, & omnes ille pulchræ ſtellæ, & ſol radios ſuos iactarẽt in pulchritudinem vnam: Scias hoc pro certo, quod omnis illa pulchritudo humanam æſtimationem excelleret, & tamen incom-

patabilis

parabilis esset illa pulchritudo ad pulchritudinem creatoris, sicut nox eum tenebrosior est ad diem tunc lucidior est. Væ ergo illis qui separabuntur ab illa inæstimabili gloria. Ioannes Herold. in suo promptuario exemplorum litera G. Simile exemplum habes in lib. 2. Apum c. 75. nu. 67. & apud Cæsarium lib. 5. c. 10.

EXEMPLVM LXIIII.

Cœlestis gloriæ conuiuium celebrans miles ducentos annos præ immensitate lætitiæ vix horæ spatium arbitratur.

ERant duo milites socij valde familiares, quorum vnus dixit ad socium suũ Amice, tali die curiam tenebo, & volo qđ tu promittas mihi, quod in ea seruias. Et ille respondit: Et ego tali die curiam tenebo, & volo quod tu similiter seruias, & promiserunt sibi mutuo. Antequam vero primus veneret curiam suam socius suus defunctus est. Constituto autem die vnus tenebat curiam suam, & ecce in isto prandio miles ille qui mortuus erat aduenit & ministrauit. Finito autem prãdio dixit socio suo. Socie, ecce compleui quod tibi promisi, quia in curia tua ministraui, volo ergo quod tu facias quod tu mihi promisisti. Ille respondit. Socie nõne mortuus es, & quomodo possum ire ad curiam tuam? Ille vero ait: Dominica die quando redibis de missa, inuenies ante ianuam tuam stantem album equum insellatum, & duos leporarios albos, & ipsi te ducent ad curiam meam, & reducent huc. Prius tamen dic diligenter omnia peccata tua. Dominica autem die post missam inuẽti milet equum & leporarios & confestim ascendit equum. Interrogauerunt aũt quo iret. Ego, inquit, vadam, quo Deus volent, & reuertar. Tũc cœpit sequi leporarios per campos & siluat & deserta, & equus ibat tam velociter quod nec ventus posset eum sequi. In quoddam autem nemus veniẽtes inuenerũt domum cuiusdam Eremitæ vbi substiterunt leporarij. Tunc miles recogitans aliqua peccata, de quibus non fuerat confessus descendit, & illi Eremitæ confessus fuit, & iterum super equum ascendit. Postea venerunt ante magnum palatium, & ibi substiterunt. Miles autem descendit, & ecce socius suus scilicet ille mortuus egressus est ei obuiam, dicens: Ecce multũ tardasti adhuc restat tamẽ vnum ferculum de quo ministrabis. Intrans autem palatiũ inuenit certam multitudinem comedẽtem incomparabilis pulchritudinis. Et ille miles quia finitum erat conuiuium quasi solũmodo de vno ferculo ministrauit. Et accessit ad eũ socius suus ille mortuus, & ait illi: Charissime oportet te reuerti in domũ tuã. Et ille respondit: Dimitte me pro Deo hic aliquantulum morari in ista societate. Cui respondit socius: Oportet, quod tu statim recedas, quia multo plus moratus es, quam credas. Tunc reduxit eum ad equũ, & ille continue ascendit, & leporarij præcedebant eum, & venit ad locum vbi manserat ille Eremita, cui ipse confessus fuerat, & non inuenit, nec domum, nec aliquid nisi monticulum, in quo fuerat domus Eremitæ, & postea venit miles iuxta villam suã, & vidit siluas extirpatas, & villas immutatas, & cœpit supra modum admirari. Tandem peruenit ad domum suam, & inuenit vbi domus sua fuerat Abbatiam quendam ædificatam, & venit ad portam, & vocauit portarium. Portarius vero quæsiuit ab eo quis ipse esset, & quid vellet: Ille vero respondit se esse Dominum illius loci, & totius villæ. Portarius vero nunciauit Abbati verba militis. Tunc Abbas venit ad portã, & inuenit ibi militem, & conuenit conuentus & tota villa. Cumque miles interrogaret vnde tã cito veniisset Abbatia in mansione eius: Respondit Abbas, quam plus quam per ducentos annos ibi fuerat. Miles autem affirmabat quod eadem die de villa illa discesserat, & Abbatia non erat, sed domus sua. Accessit autem quidam senex, qui dixit se audisse ab auo patris sui, quod quidam Dominus istius villæ quondam discessserat cum equo albo, & duobus leporarijs, qui dixit se reuersurum. Et computato tempore inuenerunt, quod miles ille moram fecerat plus quam ducentos annos, qui tamen non credebat se moratum fuisse per vnum diem. Tantum enim gaudium, & tãtam delectationem habuerat in illo conuiuio, quod videbatur sibi quod ipse moram non fecisset, nisi vna hora cum tamen per ducentos annos ibi fuisset. Sic patet quomodo societas Dei est delectabilis.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM LXV.

Cœleſtis harmoniæ dulcedinem per auiculam audiens frater trecentis annis in nemore perdurauit.

LEgitur in libro exemplorum, quod fuit quidam monachus qui legens in matutinis cum alijs fratribus, Mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna, quæ præterijt, miratus eſt nimis quomodo illud eſſet poſſibile. Erat enim ſanctus, & deuotus valde. Poſt matutinas ergo manſit in choro in ſua deuotione, vt conſueuerat, & petiuit ſibi illum verſum reuelari a Deo, & incœpit dicere, & cum ſtaret auis pulcherrima ante oculos eius volauit, & auolauit. Sequebatur eam quia totus fuit intentus ad viſionem eius. Tandem volauit extra Eccleſiam, tamen ſemper propè ipſum vt poſſet videri, & ita propè vt poſſet apprehendi. Tandem deduxit eum extra clauſtrum, & vlterius deduxit eum ad vnum nemus, quod fuit ante clauſtrum magnum, & ſpatioſum valde. Et ibi monachum illum detinebat per dulcem melodiam per trecentos annos nunc auolando, nunc appropinquando quouſque omnes monachi dicti monaſterij eſſent defuncti. Et præ dulcedine cantus dictæ auis non eſuriuit, nec ſitiuit, nec comedit, nec bibit, poſtea auis auolans monachum dimiſit. Statim monachus ad ſe reuerſus monaſterium ſuum petijt, quia prope erat, putans ſe eadem nocte poſt matutinas receſſiſſe. Iam erat hora tertia, vt ſibi videbatur, & ſe petiuit intromitti. Dixit portarius quis eſſet. Qui dixit. Sum Sacriſta illius monaſterij, qui poſt matutinas egreſſus ſum. Portarius putans eum delirum non cognouit eum omnino, tamen requiſiuit ab eo nomina fratrum, ſcilicet Abbatis, Prioris, & Celerarij. Recitauit ergo nomina eorum, qui erant temporibus ſuis, & portario omnino cogniti erant. Et admirans monachus quod non intromitteret eum, & ſimularet ſe neſcire nomina fratrum, petiuit vt duceret eum ad Abbatem. Ductus autem ad Abbatem, nec ipſe cognouit Abbatem, nec Abbas è conuerſo eum. Et inquiſiuit Abbatem de prædeceſſore ſuo, & ſic inuentum fuit quod Abbas ille cum alijs quos nominauit ante trecentos annos eſſet defunctus. Tunc oſtendit Abbati, & omnib. fratrib. quid Deus ſecum operatus eſt per tot annos in eremo per auem, & illum verſiculum. Mille anni &c. & de gaudio paradiſi, & tunc ipſum in fratrem receperunt, qui ſtatim ſumptis ſacramentis eccleſiaſticis dulciter obdormiuit in Domino, & ad gaudia vitæ eternæ peruenit.

Gula.

EXEMPLVM LXVI.

Gulam prudens matrona filias monaſticè nutriens cohibere in puellis ſtuduit, quas extra horam prandij etiam aquam bibere vetuit.

AVguſtinus in lib. Confeſſionum ait, quod erat quadam decrepita mulier, quæ propter ſenectam, & optimos mores honorabatur. Hæc curam gerebat filiarum matris Auguſtini, quæ non permittebat eas præter horas quibus ad menſam parentum moderatiſſime alebantur, etiamſi excandeſcerent ſiti, nec aquam bibere, præcauens conſuetudinem malam, & addens verbum ſanum, & memoria dignum dicés puellis. Modo aquam bibitis, quia in poteſtate vinum non habetis. Cum autem ad maritos veneritis, & factæ eſtis dominæ apothecarum, & cellariorum aqua vobis tunc vileſcet & fordebit, ſed mos potandi permanebit, & ſic frænabat auiditatem teneriorisætatis, & ipſam puellarum ſitim ad honeſtum modum deducebat, vt iam non biberent quod non deceret.
Lib. 9. Confeſſ. c. 8.

EXEMPLVM LXVII.

Gulæ ſuæ impetum ſequens mater beati Auguſtini, a famula meribibula nominatur.

SImiliter narrat Auguſtinus, quod mater ſua aliquando puella ad menſam parentum bibebat vinum modicum, & ita ad illud modicum modica quotidiana addendo in eam conſuetudinem prolapſa eſt, vt plenos mero calices faciliter & hiater hauriret. Vnde cum ancilla quædam cum ea

qua-

quadam die litigaret, obiecit ei hoc crimẽ vocans eam meribibulam. Quo verbo tanta verecundia eſt percuſſa, quod fęditatem ſuæ conſuetudinis reſpexit, & de cætero ſe in hoc correxit. lib. 9. Confeſſ. c. 8.

EXEMPLVM LXVIII.

Commoditatibus corporis infirmus religioſus aſſuetus, cum difficultate ad conuentum ex infirmario redibat.

VIdi enim quendam deuotum religioſum, qui cum fuiſſet in infirmario aliquanto tempore, & appropinquaret ei dies, in quo oportebat eum redire ad conuentum, aduertens quod augebatur in anima ſua dixit in quodam ſolatio, & hilaritate quod ita videbatur ei difficile redire ad conuentum ſicut a principio relicto ſeculo intrare ordinem Valde ergo cauendum eſt viris ſanctis ab huiuſmodi illaqueatione.

EXEMPLVM LXIX.

Diues delitioſus, multumque incraſſatus, cogitans ſe idoneum ignis infernalis pabulum factum, pœnitendam aſſumit.

LEgitur in Scala cęli, quod fuit dives quidam qui de ſuo corpore quantum poterat curabat. Delitias in cibis, & potib. in vnguentis & balneis, in lectis, & indumentis & ornamentis auidiſſimæ requirebat. Quia verò erat ſapiens, quo ad mundum factus eſt ſeneſcalcus regis Franciæ, & tunc incępit in tantum delitijs affluere, quod pinguedo eius per cutem vix poterat reſtringi. Coquus autem ſuus qui ei cum magno ſtudio ſeruiebat ſemel dixit ſibi. O quam magna inflãmatio erit Domine mi, quando iſta pinguedo veſtra erit coniuncta igni inferni. Quod ille conſiderans incępit dicere intra ſe: Verè iſte dicit verum, ſed non ſic erit, & aſſumpta pœnitentia Deum per carnem placauit, qui per eam vituperatus, & offenſus erat. Ioannes Iunior.

EXEMPLVM LXX.

Quomodo honeſtus quidam Epiſcopus gulam mortificauit.

QVidam Archiepiſcopus magnæ honeſtatis cum ſe poſuiſſet in menſa, & apportatæ fuiſſent ei ficus, quas multũ diligebat accepit vnam volens eam comedere ante benedictionem quam tradiderat obliuioni. Cum autem hoc aduertiſſet depoſuit eam, & dixit gulæ ſuæ: Domina gula nimium feſtinabatis, & ideo faciatis hãc pœnitentiam, quia hodie non comedetis ficus, & ſtantibus ficubus coram ſe non comedit ex eis per totam menſam.

Humilitas.

EXEMPLVM LXXI.

Quomodo Rex quidam cum regia dignitate humilitatem coniunxerit, regiæque maieſtatis potentiam paruifecerit.

REx quidam Norvvegiæ, Daciæ, & Angliæ nomine Chnoch cum floreret maximo vigore Imperij ſui ſedile ſuum in litore maris aſcendentis ſtatim poni iuſſit, & alloquens mare ait. Imperio tibi ne aſcendas terram meam, nec veſtes, nec membra dominatoris tui madefacere præſumas. Nihilominus mare aſcendit, & terram ac pedes eius madefecit. Quo facto ille reſiliens ait. Sciant omnes habitatores orbis uanam, & friuolam eſſe regis potentiam, nec regis quempiam nomine dignũ præter eum, cuius nutui cælum, & terra & mare obediunt. Et nunquam poſtea capiti ſuo coronam auream impoſuit, ſed ſuper imaginem Saluatoris in cruce eam poſuit in laudem regis æterni.

Ieſus.

EXEMPLVM LXXII.

Feſto Natiuitatis die, meritis Incarnationis Chriſti, dæmonis malitia coercetur.

REfert Vincentius Beluacenſis, quia mos eſt Cluniacenſis monaſterij præ cæteris ſolemnitatibus Natiuitatem Domini

mini quodam ſingulari affectu agere,& cã tuum melodijs, cæreorum accenſionibus, quodque longe præſtantius eſt ſpirituali deuotione multa cum lachrymarum perfuſione cum Angelis ſolemnizare. Hac igitur inſtante feſtiuitate fratres more ſolito ſe, & ſua omnia præparauerunt. Venerabilis ille pater Hugo, qui adhuc ſenex ſupererat capitulum, vbi fratres conuenerant ingreſſus hęc ad omnes verba protulit. Nouerit is fratres benignum Ieſum diſpoſuiſſe noſtris intereſſe ſolemnijs. At contra hoſtem nequam inuidia laborare vt aliquas tenebrarum ſuarum nebulas tanto ſplendori poſſet immiſcere. Frater enim ait quidam: ſe vtique dans intelligi, hac nocte vidit matrem miſericordiæ, ipſumque filium quem præſenti genuit nocte dulciſſimo gremio continere, eique ſanctorum Angelorum multitudinem cum immenſo lumine aſtare. Et cum in Natiuitate Domini monachi cantabo recognoſcerent beneficium Incarnationis Domini. Hugo Abbas Cluniacenſis vidit ordines Angelorum pſallentium, & omne genus muſicorum dicentium. Gloria in excelſis Deo. Idem Deus puer exultabat & cordis lætitiam geſtu corporis & plauſu manuum demonſtrabat, & conuerſus ad matrem aiebat. Cernis mater noctem. Natiuitatis meæ, quæ imminet gaudijs illuſtrandam, in qua & Prophetarum oracula, & Angelorum præconia reuelabuntur, & de meo exortu omnia ſimul cœleſtia, & terreſtria lætabuntur. Vbi eſt nunc hoſtis mei damnata perfidia? Vbi eſt poteſtas quæ ante hoc ſingulare gaudium dominabatur? Quo illo impudens audito de latibulo ſuo egreſſus a longe ſe præſentabat, & ignominioſe deturpatus cum multo planctu, & eiulatu, vt admitteretur orabat. Et ſi ait in nulla parte Eccleſię admittor, in aliquo ſaltem reliquarum officinarum loco ſuſcipiar At filius virginis. Vade, inquit, Lucifer, & ne te mea ſententia præiudicatum lamenteris tenta quod poteris. At ille ſolum aditum capituli petijt, & intrare non potuit. In tantum enim ſe tumidum, & capituli introitum anguſtum inuenit, vt nullatenus introire valeret. Vere enim inflatus ſuperbiæ veteris apoſtemate per humilem aditum non potuit tranſire. Inde ad dormitorium fratrum greſſum conuertit, & phantaſijs ſolitis ſe eos inquietare poſſe confidens introire tentauit. Sed eadem craſſitudine ſua ab oſtio repulſus eſt. Poſtremo ad refectorium nocendi ſpem contulit ibi propter aliquantulam corporis curam maiorem ſuſpicans mentium incuriam, ibi etiam tot obices ex diuinorum verborum lectione, tot trabes ex deuotione auditorũ, tot repagula reperit ex charitate ſibi inuicem ſeruientium, vt nullo modo vltra valens procedere cogeretur retrocedere. Sic & ab omnibus officinis deiectus a conſpectu piiſſimi Redemptoris & glorioſæ Mariç matris eius cum ea qua dignus eſt confuſione peſtifer ille receſſit. Cauu ergo, ô fratres, eſtote, & immenſas gratias omnipotenti, & miſericordiſſimo Saluatori agite, quia & nequiſſimum hoſtem a nobis expulit, & ipſe nobiſcum feſtum celebraturus intrauit.

Specul. hiſt. lib. 26. c. 7. & Petrus Venerabilis Abbas Clumiacenſis lib. 1. mirac. c. 15.

EXEMPLVM LXXIII.

Feſtiuitatem Natiuitatis Chriſti cum quãta deuotione ſanctus Franciſcus in ſilua Græcij celebrauerit.

REfert Bonauentura in vita ſancti Franciſci, quia contigit anno tertio ante obitum ſancti Franciſci, vt memoriam Natiuitatis pueri Ieſu ad deuotionem excitandam apud caſtrum Grecij Franciſcus diſponeret agere cum quanta maiori ſolemnitate valeret. Ne vero hoc nouitati poſſet alcui ibi a ſummo Pontifice petita, & obtenta licentia fecit præparari præſepium, apportari fœnum, bouem & aſinum ad locum adduci. Aduocantur fratres, adueniunt populi, perſonat ſilua voces, & venerabilis illa nox luminibus copioſis & claris laudibuſque ſonoris, & conſonis reſplendens efficitur atque ſolemnis. Stabat vir Dei coram præſepio pietate repletus reſperſus lachrymis & gaudijs ſuperfuſis celebrãtur miſſarum ſolemnia ſuper præſepe, leuita Chriſti Franciſco euangelium cantante, prædicat deinde populo circumſtanti de Natiuitate pauperis Regis, quem cum nominare vellet puerum de Bethleem præamoris teneritudine nuncupabat. Miles autem quidam virtuoſus, & verax propter

Chriſti

Chriſti amorem ſeculari relicta militia viro Dei magna fuit familiaritate cõiunctus Dominus Ioannes de Grecio. Hic ſe vidiſſe aſſeruit puerulum quendam valde formoſum in illo præſepio dormientem, quẽ beatus Franciſcus ambobus amplexãs brachijs excitare videbatur a ſomno. Hanc quidem deuotam militis viſionem non ſolum videntis ſanctitas credibilem facit, ſed & dignata veritas cõprobat, & miracula ſubſecuta confirmant. Nam exemplum Chriſti conſideratum a mundo excitatiuum eſt cordium in fide Chriſti torpentium, & fœnum præſepij reſeruatum a populo mirabiliter ſanat ſuum brutorum languentium & allarum repulſiuum peſtium diuerſarum, glorificante Deo per omnia ſeruum ſuum ſanctęque orationis efficaciam euidentibus miraculorum prodigijs demonſtrante. Bonauentura c. 10. vitæ S. Franciſci.

EXEMPLVM LXXIIII.

Diligentis Deum fœminę cor ſciſſum eſt, & inuentum eſt in eo ſcriptum, Diligo te &c. quia creaſti, redemiſti, & dotaſti me.

ERat quædam virgo nobilis xiiij. annorum, quæ beatæ virginis valde erat deuota. Hæc gloriosam Virginem rogabat continue ſeptem annis, vt ſibi dignaretur oſtendere filium ſuum. Quæ cum in vigilia Natiuitatis Domini orationis cauſa ſola capellam intraſſet, apparuit ei virgo pulcherrima tenens filium in manibus, & allocuta eſt virginem Dei. Accipe filium meum, & laude cum eo. Quę gaudens fecit. Cui puer: Diligis ne me? Et illa. Omnino. Et ille? Quantum? Tunc illa: Plus quam corpus meum. Cui puer: Si diligis me? Et illa: Plus quam cor meum. Et Ieſus ait: Quantum plus corde tuo diligis me? Et illa: Neſcio dicere, ſed ipſum cor loquatur: Quo dicto ſtatim cor eius præ amore ſciſſum eſt, Tunc beata virgo accepta anima eius in concentu Angelorum deduxit in cęlum. Ad cantum vero Angelorum familia cucurrit, & virginem mortuam inuenientes, odore inenarrabili ſunt repleti. Et fratres prędicatores qui aderant cor eius aperientes ſciſſum inuenerunt, & in eo ſcriptum aureis literis. Diligo te plus quã me, quia tu creaſti, redemiſti, dotaſti me.

EXEMPLVM LXXV.

Dæmon dat alapam fratri non inclinanti ſe cum cantaretur, Et homo factus eſt.

QVidam monachus quadam vice ſtetit in choro cum cantaretur, Incarnatus eſt de Spiritu, &c. Et cum alij fratres inclinarent ipſe ſtetit cum erecto collo, & ſe non inclinauit. Adfuit diabolus dans ei alapam dicens: O monache ingrate, quomodo ſic ſtas erecto collo? Cur non inclinas te cum fratribus? nonne audis quod cantatur, quod Deus propter te factus eſt homo? Si propter me miſerum tantum feciſſet, ego ſibi in perpetuum inclinarem.

EXEMPLVM LXXVI.

Superior quidam Ciſtercienſis frequenter Natiuitatis Chriſti myſteria recolens, & Chriſto ſibi cum beata virgine apparenti panem porrigens, ab eo ad cęleſte conuiuium inuitatur.

QVidam Superior Ciſtercienſis ordinis amans teneriſſime infantiam Saluatoris recolebat frequentius qualiter idem Saluator pro nobis a Beata Virgine conceptus & enixus, & lactatus fuerat, & nutritus, qui per hoc gratia ſimplicitatis, & innocentiæ profecit mirabiliter & amicus effectus beatæ virginis hauſit deuotionis gratiam abundanter. Die ergo quodam cum in refectorio cum conuentu comederet, raptus in extaſi vidit beatam virginem forma pulcherrima, & inter brachia puerum pulcherrimum portantem per refectorium intrantem, & ex ſua ſimplicitate nondum intelligens viſionem, mirabatur quomodo mulier contra inſtitutionem, & conſuetudinem illius ordinis refectorium ingredi pręſumpſiſſet, & credebat, quod omnes uiderent, quod ipſe uidebat. Et cum ipſa coram ſingulis portaret puerum uenit ante ipſum, & ita prope quod puer ſuis pedibus fere tangebat cibum eius nihil dicens: ſed in eum reſpiciens. Tunc Superior porrigens ei panem dixit: Papa

mi

mi puer. Cui respondit puer: Non papabo modo, sed tu post triduum papabis mecum panem vitæ æternæ in regno meo. Quo facto disparuit visio, & statim infirmitas arripuit superiorem. Qui post tres dies iuxta conditum pueri ad Dominum migrauit, papaturus cum ipso panem viuificantem in æternum Dominum nostrum Iesum Christum qui comeditur ab Angelis & Sanctis non gustu corporidentis, sed intuitu mundi cordis.

EXEMPLVM LXXVII.

Corporalia lauans deuota fœmina vidit Deiparam virginem puerum Iesum super ea reponentem.

QVædam monialis custos ecclesiæ de immunditia præparamentorum solicita diligentem curam pallis. & maximè corporalibus adhibebat, quibus primo per presbyteri manus abluris ipsa studiosius abluebat, & ad solem mundissime desiccabat tegens ea panno mundo ne puluere aut volatu volucrum contingeret maculari. Quadam hora ipsa stante iuxta pannos, & Aue Maria deuote ruminante, adfuit Domina nostra in specie pulcherrimæ Dominæ puerum in vlnis gestans supra modum amicabilem, & sedit prope ipsam. Hæc vero monialis silentium tenebat, sed a Domino, & puero faciem non auertebat & admirando stupebat. Tunc Domina filium super pallas ponebat, & illa innuebat manu quod deponeret. Sed Domina nostra dulciter illi arridens super nudum corporale puerum collocauit. Illa autem clamante quomodo hoc facere auderet. Respondit humiliter: Ne mireris, quia filium meum super sua pono linteamina, nam frequenter residet super ea in altari, & sic vna cum filio euanuit, relinquens tantam suauitatem, & dulcorem suæ deuotæ, quod enarrari ab homine non valeret. Hoc exemplo apparet quod gratum sit decorem domus Domini diligere, & mundiriam domui Domini adhibere.

EXEMPLVM LXXVIII.

Puer monachus ex simplicitate imagini Christo cibos deferens, ab eo ad cœleste conuiuium inuitatur cum Abbate.

IN Abbatia quadam fuit quidam paruus monachus, qui imaginem pueri quem tenebat imago Beatæ Virginis Mariæ in quadam capella in manibus diligens tenerrime ex puerili simplicitate, & innocentia panem & alia cibaria quæ habere poterat ei sæpius ministrabat, & rediens postea nihil in scutella inueniebat. Cumque flens rogaret puerum vt sibi loqueretur, & coram se comederet, & ille nihil sibi responderet, & Abbas qui latens in capella frequenter orationi insistebat, hæc cū sæpius percepisset, vocatum ad se puerum cum blanditijs cœpit allicere, & ab eo exegit, vt quicquid sibi puer diceret ei reuelaret, quod per se facturum promisit. Quadam vero die cum prædictus monachus coram imagine esset, vox ad eum facta est dicens: Mandat tibi puer quem tantum diligis, vt venire ab eius nuptias non moreris. Cui puer respondit se non posse ire sine Abbatis licentia. Quapropter hoc Abbati quantocius indicauit, qui cogitans tempus mercedis recipiendi pro laboribus esse idoneū, conuersus ad Dominum in oratione manus expandit, pandens Domino cordis sui desiderium quod habebat eundi ad suum consortium.

Interdixit etiam puero monacho ne ali quo modo consentiret ire ad nuptias dilecti pueri sine ipso. Cumque puer iterū vocatus diceret se sine Abbate non audere venire, responsum est ei, quod in die Pentecostes cum incipereiur hora tertia. Veni creator Spiritus, ipse & Abbas simul ad nuptias eius peruenirent. Cum igitur dicta dies aduenisset Abbas nihil dubitans de diuino oraculo tenuit puerum iuxta se in choro quam cito monachi hymnum incœperunt, ambo spiritum emiserunt. Et quia voluit puerum virginis pane corporis sustentare, modo pascitur ab ipso pane æterno cum Abbate.

EXEMPLVM LXXIX.

Ascensionis Dominicę loca visitans nimiũ crescentis amoris desiderio scisso corde cœlos ascendit.

LEgitur in libro exemplorũ, quod fuit quidã miles qui in partibus vltra marinis omnia loca in quibus Saluator noster fuerat, solicitè cum lachrymis visitauit, & dum omnia loca sancta deuote perquisiuisset, vltimo venit in montem Oliueti, vnde Dominus ascendit, vbi post lõgam orationem cum lachrymis dixit: Ecce Domine vbique quæsiui te diligenter, nunc cũ venerim ad locum vbi cęlos ascendisti, nescio vbi amplius te requiram. Iube ergo spiritum meum suscipi, vt ad dextram patris tui videam te residentem in gloria. Et his dictis spiritum suum sine dolore reddit, & socij eius videntes eum mortuum adduxerũt medicum, vt scirent quomodo hoc cõtigisset. Et ait medicus: Cuius complexionis erat? Responderunt. Iocundus valde, & in amore Dei fuit. Et ait medicus. Propter nimium gaudium scissum est cor eius. Et aperientes illud inuenerunt in eo scriptũ. Amor meus Iesus Christus. Sic & nos Dominum per singula sua opera & virtutum exercitia quęramus, vt tandem ad eum ascẽdere valeamus, & sedere cum eo ad dextram Dei in die iudicij.

Infernus.

EXEMPLVM LXXX.

Eremita quidam vidi animas hominum sicut niues ad inferna decidere, & tantum tres ad cęlestia regna commeare.

LEgitur in libro de Ortu Carthusiensi, quo Innocentius sextus Papa patria Lemouicensis canonista præcipuus, cum adhuc Cardinalis esset sanctum quendam visitare solebat eremitam. Quadam vice venientibus se, & suis illuc & fortiter pulsantibus nõ audiebatur vox neque sensus. Tandem inuentibus clientibus in cella vi & ipsum stimulando, & quasi mortuum excitantibus, clamauit voce magna dicens: Omni, ò mi Vidi mirabilia, vidi horribilia. Sciscitante autem Cardinale diligenter quæ viderat, respondit: Ductus ad infernum vidi incidere animas sicut niues densissimas aerem obnubilantes. Ad purgatorium vero sicut niuem rarissimam. Sed ad paradisum tantum tres introire vidi animas, illius scilicet Episcopi, & illius prioris Carthusiensis, ac illius viduæ Romanæ, singulas nominans personans. Cardinalis igitur vir prudens veritatem scire, volens visionis, missis hinc inde nuntijs comperit animas illas eadem hora corpore solutas. Sicque Cardinalis qui prius timuit aliqualiter de nimio rigore Carthusiensium, maximè propter carentiam carnium, propter euolationem illius Prioris factus est amicus eorum, nouam pro eis procurans fieri domum.

VVernerus Rolénick Carthusianus idem refert in suo Fasciculo temporum ad annum 1343.

EXEMLPVM LXXXI.

Cœlestis gloriæ, & inferni pęnarum intuitui roboratus nouitius in ordine perdurauit.

SEcularis quidam de carnis suæ virtute famæ titulum sibi erexit in Anglia. Hic cum secularem agens vitam Deum in multis sibi redderet offensum, compunctus statuit Hierusalem proficisci, vt de suo robore, Christi sterneret inimicos. Petijt itaque consilij causa Cistercience quoddam monasterium, patefecit votum.

Accepit consilium si Hierusalem placeret inuisere, illam iubeat cuius quicumque non erit cuis, præsentis Hierusalem visio nihil confert ad salutem.

Circumuentus itaque salubriter huiusmodi sermonibus ab Abbate conuersus, ad Dominũ remanere in monasterio adquieuit. Addens ergo bonæ primordijs conuersionis melioris cursum conuersationis, inuidum spiritum in disciplinæ palestra ex bono opere nescius prouocauit ad pugnã. Impatiens luctę cadit a voto, incurrit periculum. Secundo proponit propositum, omnino se non remanere asserit Hierosolymã perrecturus, quoniam vero Abbas deerat differtur interuentu prioris. Nocte quadam cum a necessarijs veniens ad propriam diuerte-

verteret cellulam, eminus in ſimiæ ſpecie ſuper trabem cellę vidit antiquum hoſtem. Sciens in monaſterio non haberi huiuſmodi portenta, cognouit eſſe dæmonem ſibi ſub talis beſtiæ forma apparentem. Conſiderans ſe eſſe deprehenſum, vi tutis inimicus proſilit de inſidiarum ſpecula, irruit, percutit, languis per os & nares eiicitur, & ſic proſtrato Chriſti militiæ auctor ſceleris diſparuit. Fratres tam de facti fragore quā de læſi fratris clamore excitati, & vehementer perterriti ſurrexerunt, & ſupereiecta valde dolentes, ſed quomodo fuerat factum, vel quis fecerat neſcientes, fratrem correptum ad lectum detulerunt. Percuſſus itaque frater ſenſibus amiſſis per triduum iacuit vt plus mortuus quam viuus putaretur. Cui ſi iacenti apparuit ſanctus Benedictus dicens ad eum. Benedicte? Et nouitius reſpondens ſancto Benedicto, ſubiunxit: Qui, es Domine? Cui ſanctus. Ego ſum, inquit, frater Benedictus. Et his dictis ſanctus Benedictus ſuſtulit eum in ſpiritu, & dixit ei: Sequere me. Cum ambo ſimul aera carperent ad quoſdam gradus, venerunt arctos & arduos, in ſingulis vero gradibus dæmones bini, & bini reſidebant, qui omnes ad ſuperiora conſcendere nitentes terribiliter infeſtabant. Quos vt vidit nouitius valde expauit, attamen a beati Benedicti veſtigijs non receſſit. Aſcendentibus itaque ſancto, & nouitio nequam ſpiritus ſancto nocere non appoſuerunt, ſed ſubſequentes diſcipulum per gradus ſingulos grauiter afflixerunt. Alius enim ſuffocabat, alius vehementer impellebat alius pugno eum in dorſo percutiebat, alius illum colaphizabat, & alius illum calumnijs & exprobrationibus deterebat. Fatigatus itaque nouitius, & tam de Aſcenſionis difficultate, quam de hoſtium impugnatione non mediocriter afflictus, cœpit nimium deficere, & lentius poſt beatum Benedictum incedere. Animaduertens autem Sanctus diſcipuli ſequentis defectum, conuertens ſe benigne ad eum reuelationis gratia ſuper afflicti caput propriam poſuit manum. Ad cuius tactum mox vires laſſus recepit, & illi ire poſt Sanctum aſcendere feſtinabat. His itaque gradibus aſcenſis, & illis ſeuriſſimam puris ætheris regionem ingredientibus, apparuit eis e regione locus miræ viriditatis & amænitatis, in quo quædam capella in aera dependens nimiæ paruitatis videbatur, vt nouitius multum miraretur.

Ad quam cum peruenissent, beatus Benedictus, primus intrauit & introductum nouitium poſt oſtium ſtare præcepit. Erat autem in illa capella chorus quaſi virorum candidatorum in ci cuiru conſidentium. Cui beato conuentui gloriosa Dei genitrix præſidebat, & tanquam regina in veſtitu deaurato inter illos velut ſol inter ſidera ſplendebat. Veniens autem beatus Benedictus ante eam reuerenter inclinans, dixit ei: Benedicite? Illa reſpondente, Dominus. Ait ſanctus: Domina ecce nouitium adduxi, quem adduci iuſſiſti. Et illa. Exhibete (inquit) eum mihi. Cui exhibito, regina intulit, dicens. Dicito mihi, vis in domo mea ad ſeruiendum mihi ſicut cepiſti ſemper perſeuerare? Reſpondit: Volo, & nunquam a tuo recedam obſequio. Et beata virgo. Iura (inquit) mihi ſuper altare præſens. Et accedens iurauit & ſtatuit cuſtodire mandata Dei ſui. Cum autem eſſet iuratum, dixit Domina ad ſanctum. Reducite eum. Quem reductum ſtatuit, ſicut ante, poſt oſtium. Tunc beatus Raphael aſſumens nouitium duxit eum in paradiſum. Quo cum appropinquaſſent, eleuans nouitius oculos vidit quaſi ciuitatis deauratos muros valde rutilantes, & ſplendidos, & portam quandam inenarrabili pulchritudine decoram, & artificio mirabili compoſitam, & per totum lapidibus præciosis, & gemmis ornatam. Et introducens illum oſtendit ei amænitatem paradiſi, herbarum varietatem, arborum diuerſitatem, auium concentus, & variorum ſiorum colorem, fructuum abundantiam ſpecierum redolentiam, & reliquorum omnium viuificæ ſuauitatis affluentiam.

Erat autem ibi ſuber vnam arborum limpidiſſimus atque ad intuendū for s hortorum gratiſſimus, puteus aquarum viuentium, cuius fluminis impetus totam illam iam delectabilem lætificat ciuitatem. Et exeuntes inde cœpe unt ad diſſimilem, & longe aliam deſcendere regionem, ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine, terram tenebrarum & miſerię, per viam præcipitem & iter lubricum. Deinde oſtendit ei hominem in ignea cathedra reſi-

dentem, ante quem formosæ mulieres astabant, quę ardentes cereos in eius ora instanter intorquebant, quos introductos per viscera, virilia extrahebant. Et hanc pœnam infœlicem iterare non cessabant. Homo ille (inquit) Angelus quem sic vides cruciari potens in seculo fuit tuæ carnis amicus; sed animæ inimicus, homo luxuriosus, gulę illecebris, & libidinum colusionib. deditus. Quod enim videtur residere in cathedra, vsque ad pręterminum ignatur eius in flagitijs perseuerantia.

Et quia mulierum amator fuit, per mulierum species a malignis spiritib. quasi cereorum lacibus inflammatur, & hic semper iteratis incendijs sine fine cruciatur. Et quid datur sibi in pœnis nisi quod sollicite quæsiuit in terris? Ignem quæsiuit, ignem inuenit. Et vertentes se ad interiora caliginis viderunt hominem quem teri spiritus vinum excoriabant, excoriatum tali fricabant, atq; fallitum super craticm ferream igne suppolito cremabant. Hic (inquit Angelus) quem sic vides damnatum potens fuit in mundo habens sub se homines, & quoniam se illis impium reddidit, & crudelem, ideo & damnationis sententiam sortitus est consimilem, vt qui immisericorditer dominatus est hominibus, æqua lance a durissimis crudeliter spiritibus torqueretur. Viderunt & alium hominem super equum flammeum sedentem, scutumque igneum ad collum gestantem, qui & super equi collum capram vnam portabat, & habitum monachi ad caudam caballi post se religatum trahebat. De isto dixit Angelus quia miles fuit satis pauper in mundo, & vitam suam sustentabat ex rapto, vnde & capram quam ad testimonium rapacitatis gestabat in pœnis, vni pauperi fœminæ violenter abstulit. Qui & multa alia mala gessit, positus in corpore, quæ dum potuit non studuit dignè corrigere. Cum autem venit ad exitum, se fieri petijt monachum, non veræ gratiæ pœnitentiæ compunctus, sed inanis gloriæ amore, & humanæ laudis fauore deceptus. Non enim habitum monachi accepit, vt vitam monachi si conualuisset duceret, sed vt finem suum & si non vita religionis, saltem habitus laudabilem demonstraret. Et quia longè a veste sacra viuendi votum habuit, ideo longè a se scilicet ad caudam equi lacrum habitum religatum se habere ostendit. Vnde nec immerito equum & scutum, equum & habitum omnia gerit ignea, vt tale sentiat damnationis tormentum, qui ex præcedentis vitæ suæ merito non obtinuit finem bonum. Ex mala enim vita, vix aut rarò quis bonum finem sortitus, sed ex bona semper vita, bonum fine dubio finem omnis benè viuens meretur. Qui procedentes inde in alium locum viderunt quasi religiosas personas promiscui generis monachos, & sanctimoniales, sed religionis & sanctimoniæ indicia non habentes.

Quidam namque risui multo & cachinnis, atque verbis ociosis diditi erant, quidam turpiloquijs & fabulis, detractionibus, prauis eloquijs & orationibus insistebant, alij gulæ & ventri subditi lautioribus cibis & peregrinis poculis ingurgitare se satagebant, alij immundicijs & fornicationum flagitijs more brutorum animalium subiacebant, non quia post mortem huiusmodi species voluptatum habeant veritatem, sed ad cumulum confusionis talibus datur in pœnis vitæ præteritæ gerere similitudinem. Vnde ex merito prauæ actionis videbantur irruere in eos, quasi homines teterrimi diuinæ iniuriæ vltores, qui eorum capita nodosis fustibus cædentes, donec excusso cerebro, fractisque cerucibus elide rentur, & præ immanitate vexationis a propijs sedibus oculi eorum eruerentur, vt qui in terris sub disciplinæ iugo noluerunt Deū habere rectorem, dictante iustitia, nequam spiritum cui famulabantur diuum in pœnis sentiant exactorem. Introducto autem post hæc eo in infernum inferioti, ait Angelus. Eleua sursum lumina. Porrò suspicientes eminus terribilem viderunt totam, totam igneam & annexum hominem super eam, quæ cum rotatu agitaretur horribili, dictum est stupenti & expauescenti nouitio.

Terribile est valde quod intueris, sed ecce terribiliora videbis. Et ecce dum hæc dicerentur, cœpit rota a summo quo eminebat vsque in inferno inferiori in tempestatis impetibus, ruinosis anfractibus, infestisq; crepitib. proruere, factusq; est tantus fragor in tartaris, ac si totus mundus cū suis edificijs funditus occumberet, & cœlū de super cum firmamento corrueret. Cūq; rota hæc in puteum barauri se terribiliter

ret immergeret, omnes animæ quæ tenebantur in more captiuæ cum malignis ſpiritibus furibundis vocibus conclamabant & miſerum hominem qui in rota vertebatur, inſultantes cuncti pariter percutiebant deteſtantes & anathematizantes & maledictiones maledictionibus ſubiungentes. Hic eſt (inquit) Angelus, infelicitſſimus omnium hominum, homo Iudas Chriſti Ieſu traditor, qui cum eſſet de numero Apoſtolorum auaritiæ inebriatus veneno, magiſtrum ſuum ac Dominũ agnum Dei benigniſſimum vniuerſitatis auctorem, & gubernatorem, humani generis redemptorem, Saluatorem, Deum & hominẽ Ieſum Chriſtum Dei filium, amicum dulcẽ, conſiliarium fidelem, adiutorem fortem, triginta argenteis vendidit, atque venditum ſub pacis ſigno, quaſi dilectionis oſculo, inimicorum manibus in mortem tradidit, & ob tantum reatum lapſus in barathrum deſperatus laqueo ſe peremit. Vnde miſer talem quam cernis deſperationis ſententiam ſibi in æternis ardoribus acquiſiuit. Quoniam quamdiu Chriſtus erit in gloria, tamdiu Iudas ſempiterna punietur vindicta. Qui ſit ad miſericordiam quam iniquis vendiderat cucurriſſet, & miſericordiam a patre miſericordiam accepiſſet, & nequaquam in æternum periſſet. Poſt hæc reduxit Gabriel nouitium, & dixit ei: Viſionem iſtam nulli niſi ſoli Abbati tuo reuelare præſumas. Statim autem reuixit, qui tribus diebus quaſi omnino mortuus iacuerat, & oblitus mandati præ admiratione clamauit, dicẽs: Vidi Infernum, vidi Paradiſum. Et ecce adfuit beatus Benedictus cum baculo paſtorali percutiens eum. Ipſe vero ictui manũ obijciens in manu graue vulnus accepit. Cui dixit Sanctus: Læſus quidem es, & ſatis grauiter in corpore, ſed propter inobedientiam vulnus multo grauius concepiſti in conſcientia. Et quia loquendo peccaſti, nouem diebus pœnitendo loquela carebis. Statim autem obmutuit, & præ dolore verberum rurſus quaſi agonizare cœpit. Poſt nouem autem dies iterato conualuit, & ſoli Abbati quæ viderat patefecit. Abbas autem qui tacendi præceptum non acceperat ad ædificationem plurimorum poſtea viſionem nouitij reuelauit.

EXEMPLVM LXXXII.

Ex triginta millibus defunctorum eo die, quo beatus Bernardus obijt, quo fine purgatorio, & tres cum purgatorio tantum ſaluantur.

REfert Doctor Iacobus de Paradiſo Carthuſienſis quod illa hora qua beatus Bernardus de hoc ſeculo feliciter migrauit, triginta milia hominum deceſſerunt, inter quos fuit quidam Decanus Eccleſiæ Lingonienſis laudabilis vitæ dum vixit. Hic mundanos honores fugiens vitam ſolitariam elegit in quadam eremo, in qua per xxv. annos conuerſatus eſt. Obijt etiam eodem die quo beatus Bernardus, hic Decanus. Poſt mortem autem apparuit Lingonenſi Epiſcopo cum magna gloria pro ipſius Epiſcopi & omnium hoc audientium admonitione, dicens ei: Age pœnitentiam, emenda vitam, cor ige cõſcientiam, dimitte ſuperbiam ſimul & auaritiam, aliter nunquam habebis cœleſtem gloriam. Nõ enim tam facile eſt ſaluari hominem ſicut credunt, quoniam dum ego præſentaret tremendo Dei iudicio, affuerunt ibi triginta milia animarum, de quorum numero vir beatus Bernardus, & ego ſumus ſaluati, tres deſcenderunt in purgatorium, alij omnes ceciderunt in infernum. His dictis diſparuit. Idem narrat S. Vincentius ordinis Prædicatorum ſer. 6. de Septuageſima. Et Martinus Polonus eiuſdem ord. Prædi. in ſuo Promptuario exemplorum c. 18.

EXEMPLVM LXXXIII.

Luſibus auium deditus graui purgatorio punitur.

QVidam deuotus vir in raptu vidit quendam militem in purgatorio qui fuit caſtus, bonus, hoſpitalis & bonæ vitæ, ſed ludo auium nimium deditus, qui propter huiuſmodi ludum habebat quaſi auem in manu & in facie, & in humeris, & brachijs corrodentem aſſiduatim, & mirabiliter affligentem. Et requiſitus ab illo deuoto, cui hæc patefecit, cum tamen bonæ vitæ fuiſſet? Reſpondit: Præcepta Dei ſeruaui, nec vnquam vnum de-

Digitized by Google

narium contra Deum recepi, ſed quia nimium deditus fui ludo auium, & cum canibus venando, ideo hanc grauiſſimam pœnã hoc in purgatorio ſuſtineo, donec purgatus ero, ſed tantum ora Deum pro me, & annuncia filijs meis, & cognatis meis, vt cum ſuffragijs mihi ſubueniant, quia valde crucior in hac pœna. Qui poſt modũ in breui per ſuffragia & orationes bonorũ liberatus eſt a purgatorio, & ad cœleſtia regna perductus.

EXEMPLVM LXXXIIII.

Facies dæmonum horribiliſſimæ ſunt.

QVidam religioſus deductus vſque ad extremum vitæ ſuæ, horribiliter clamauit. Maledicta hora in qua religioſus factus fui, & ſiluit. Et poſt pauca facie ſerena, dixit: Non, imo benedicta hora qua intraui in ordinem, & benedicta mater Chriſti quam ſemper dilexi. Et iterum tacuit. Fratres, qui in circuitu eius erant audientes hæc cum lachrymis orabant pro eo. Poſt duas horas dixit fratri aſtanti. Voca fratres noſtros quoniã Dominus exaudiuit orationes eorum.

Ingreſſus autem fratribus dixit. Vos ex primo verbo meo quod audiſtis turbati fuiſtis, ſed hæc eſt cauſa clamoris mei, apparuerunt mihi duo dæmones terribiles parati ad recipiendum animam meam, & præ timore extra me raptus maledixi diei meæ. Et dico vobis, ſi hic factus fuiſſet ignis ære mixtus cum ſulphure qui duraret ab hac hora vſque ad finem mundi, & daretur mihi optio vtrum per illum ignem vellem tranſire, aut iterum dæmones in ſimili forma videre, eligerem potius per ignem tranſire. Poſtmodum autem venit illa Regina cœli Mater miſericordiæ, & fugauit dęmones, & ea viſa concepi ſpem, & præ gaudio riſi, & benedixi eam, quod liberauerat me de tam horribili viſione dæmonum. His igitur dictis fœliciter quieuit in Domino.

EXEMPLVM LXXXV.

Diues quidam ſecundum qualitatem delectationum qualitates vitas eſt recepiſſe poenarum.

REfert Petrus Venerabilis Abbas Cluniacenſis, quia monachus quidam cũ in extremis vitæ ſuæ eſſet, anima ſua ducta ſit ante infernalem portam. Quę cum ibi tot diuerſitates pœnarum conſpiceret, vltra quam dici poteſt tremere, & horreſcere cœpit, quod ne faceret Angelus prohibuit. Ibi vero aliquamdiu morante eo, vidit quoſdam dæmones præcurrentes, & nimium cachinnantes de perditione animę cuiuſdam diuitis, quam ſocijs ſui ſecũ in barathrum damnationis attraxerunt. Venientes autem ad principem dæmoniorum, dixerunt ſe animam amici ſui cũ gaudio magno attrahere. Quibus congaudens (ſi gaudium infęlicitas dici poteſt) ait. Accipite & pompose ſicut ſolitus erat in cathedra ſedere facite, induentes eum ſicut ſolitus erat veſte honorifica. Et ſedere eum fecerunt ſuper ſedem ita inextinguibiliter ardentem, quod ſi totum mare ſuperfunderetur, nullatenus extingueretur.

Pallium vero quo eum circumdederunt non minoris fl. grantiæ erat. Illo in ſede miſerabiliter collocato, & infęlicius veſtito princeps ad ſuos ſeruientes ait. Ite & ſicut decens eſt tali amico noſtro poculũ noſtræ delectationis propinate. Tunc tanquã æreum liquorem candentem omni genere fętoris mixtum ori eius appoſuerũt, & appoſitus per omnia membra eius in flãmis diffuſus effundebatur, quo potato ioculatores dęmones qui ei iocularentur admiſit. Qui accipientes duo cornua ignib. plena auribus eius appoſuerunt, & cornicolari incipientes ſcintillas per oculos eius, & per nares, & per omnia foramina eius emittebant. Deinde in cameram miſit, vt contra delectationes carnales quas ſolebat cum puellis dum adhuc viueret exercere infernales pateretur amaritudines, quę omnium ſerpentum generibus erat repleta, & ita nimio calore incenſa, quod candẽris ferri ſatis euinceret ardorem, a quibus exceptus, quam horribiliter amplexatus, quamque dedecorosè oſculatus, quamque miſera-

ferabiliter ſit correctatus, & per omnia membra diſcerptus, a nobis pius pater remoueat, quod nunquam experiamur, & contra quæq; oblectamenta carnalia, quæ prius habuerat viuens, ſingula tormenta infernalia inferebant. Hoc a viſo anima monachi ad corpus redijt, & quicquid viderat ob vtilitatem audientium plurimis enarrauit.

EXEMPLVM LXXXVI.

Inferni pœna quam ſit acerba.

LEgitur in Scala cœli, quod dum quidã prædicator contra delitias prædicaſſet, quidam ioculator cuiuſdam principis in ſermone, in platea, in præſentia militum, & Baronum proponuit talem parabolam. Ego ſicut videris deditus ſum vanitatibus mundi & delitijs, nihilominus in nocte iacens in lecto delicato cogitaui in corde meo hanc cogitationem Si aliqui venirent & ligarent te in iſto lecto, & in eo ligatus maneres per xx. annos, nonne omnem vanitatem, & delitias dimitteres, ut poſſes liberari? Certè ſic. Quid ergo facies de ſupplicio æterno inferni ſi te contingat illuc demergi, vbi eſt fletus maximus, ſtridor dentium, commãducatio linguarum, planctus cum deſiderio mortis, blaſphemia Creatoris, & tanta vehementia doloris, quod impetus cogitationum alibi ferre non poterunt?

Ioannes Iunior ordinis Prædicatorum.

EXEMPLVM LXXXVII.

Apoſtatare volens oſtenſione pœnarum inferni, & cœleſtis gaudij a malo defuncta reuocatur.

LEgitur in libro de ſeptem donis quod cum ordo Ciſtercienſis primo incepiſſet in multa rigoris aſperitate, quidam eundem ordinem intrauit, & cum diu & acriter tentatus fuiſſet non valens diutius ſuſtinere proponebat exire. Cui apparuerunt pater ſuus, & mater qui fuerant mortui ſalubriter ſibi exitum diſuadentes. Cũ iam tertia uice omnino concepiſſet exire, apparuit ei mater multum triſtis quærens quare hoc facere vellet. Qui dum querularetur, ſe nequaquam poſſe aſperitatem ordinis ſuſtinere, quæſtuit mater ſi poſſet aſperitatem inferni ſuſtinere, etiam ad minimum eius tormentum. Cum autem ille diceret quis infernus, aut ordo tantæ auſteritatis, & duritiæ eſſet, cuius quaſi perpetuum ſilentium acerbiſſimum, ſtratum ferreum, rigor aſperrimus, cibus inſipidus? Reſpondit mater. Vis experiri vnum modicum tormentum inferni? Cum autem diceret, volo, audiuit tam horrendum grunnitum porcorum, quod nullum poterat ei tormentum comparari. Videbatur autem ſibi, quod cœlum ſcinderetur, & caderet ſuper caput eius. Et cum præ timore clamaret & deficeret, confortauit eum mater & ceſſauit ille ſonitus.

Item mater ait ad eum. Vis audire vnũ minimum paradiſi gaudium? At ille. Valde libenter. Et audiuit voces tantæ dulcedinis & ſuauitatis quod exercebant omnem dulcedinem muſicæ armoniæ. Tunc mater ait ad eum. Si vis euadere inferni tormenta, & adipiſci gaudia paradiſi, perſeuera in incepto. Ille autem matri fidelem perſeuerantiam firmiter promiſit, & fideliter adimpleuit.

S. Nicolaus Diniſcleſpule.

EXEMPLVM LXXXVIII.

Confiteri nolens timore pœnitentiæ iniungendæ, ad inferna defertur.

PRinceps quidam duxit malam vitam, quem cum hortaretur vxor eius ad cõfeſſionem dicebat. Non poſſum confiteri, quia timeo quod grauis pœnitentia dabitur mihi. Cui vxor; Et quomodo ſuſtinere poteris pœnas inferni quæ graviores ſunt, quam aliquæ pœnæ huius mundi? Cui ipſe. Putas quod infernus ſit, aut pœna aliqua, aut diabolus, aut vita alia poſt vitam hãc? Sacerdotes enim iſta inuenerunt vt timeãtur. Quæ videns, quod nihil proficeret circa eum, dimiſit in pace. Quadam nocte cum iaceret in ſtratu ſuo, dæmones venientes & accipientes ipſum de loco ſuo, ad infernum portauerunt.

Vxor autem ſua videns hoc, quia ſancta mulier erat, orauit Deum ut ſibi reuelaret ſtatum viri ſui. Et ecce mane ſurgens corpus viri inuenit quaſi titionem denigratum.

tum, & in manu litteram in qua scriptum erat. Iam certificatus sum quia infernus est, & timor quem habui ad agendum pœnitentiam, me illuc deportauit.

EXEMPLVM LXXXIX.

Temporis perditionem damnatæ animæ maximè deplorabunt.

LEgitur in lib. de septem donis, quod quidam monachus Clareuallensis homo grandæuus, & multum deuotæ conscientiæ cum quadam vice plus solito esset intentus orationi, & valde delectabili deuotioni, audiuit vocem quandam miserabiliter & horribiliter eiulantem Et cum ipse flendo rogaret Dominum vt intimaret ei quid hoc esset, respondit ei vox. Ego sum anima talis peccatoris, nominans se, & deploro ac plango damnationem meã. Sed inter omnia tormenta quæ patior unũ est quod me, & alios damnatos maximè mouet ad planctum, quando scilicet recordamur gratiæ, Saluatoris nobis exhibitæ, & contemptæ. Et maximè quod tempus indultum nobis ad pœnitẽdum amisimus, in cuius tam breui horula tantam misericordiam potuissemus consecuti fuisse. S. Nicolaus Dinclespule.

Infirmitas.

EXEMPLVM XC.

Infirmitatem lepræ grauiter ferens miles, in desperationem, & impatientiam ductus, formosam animam turpiori lepra fœdauit.

FVit quidam miles quem vidi in VVestfalia, & dicebatur dominus Hermannus de Ludinchusen. Hic erat alto sanguine natus, & corporaliter formosus, fortis & optime dispositus, sed occulto Dei iudicio lepra incurabili percussus fuit. Et cum incurabilem se sentiret, datus fuit in reprobum sensum, & desperans de salute animæ, dixit quasi indignato animo de Deo, Deus abstulit mihi formosum corpus, ego sibi auferam formosam animam. Et gloriabatur miser quasi vltionem faceret de infirmitate corporis, quod animam suam per peccata sua diabolo traderet. Et sic postmodum timore Dei postposito publicè se peccatis inuoluit, in tantum, & etiã publicus fieret vsurarius. Sed tandem accrescentibus doloribus, & cum extrema compellentibus impœnitens obijt, & extra cimiterium sepultus est. Hermanus Petri Carthusianus ser. 7. in orationem Dominicam verbis ijsdem refert exemplum proximè adductum quibus hic exprimitur.

EXEMPLVM XCI.

Infirmitate lepræ percussus Præpositus pulcherrimus, animæ peccatricis vulnera infirmitatis occasione curauit.

REfert magister Ioannes Nider in Formicario, quod nuper viuebat in eccle sia Maguntina in summa canonico ũ. Præpositus clericus solo nomine, & nobilis, sed in armis miles, in vestitu stipendiarius, moribus per omnia dissolutus, qui licet de altaris latissimis viueret beneficijs, horas tamen canonicas velut toxicum fugit. Corpore autem decorus extitit, vt imperatrix, quæ hodie viuit referatur dixisse se pulchriorem non vidisse virum.

In præfata igitur vita aliquamdiu viuẽs in multorum scandalum, nullius hominis hortamenta, nec correctiones curauit.

Hunc igitur Dei manus inopinatè lepra tetigit, quæ dictum nolenti hominum consolationem abscidit, & in domum quandam sibi propriam Maguntiæ fecit, vbi manens multo tempore impatientia plenus, & Dei timore vacuus factus est. Tandem tam deformis corpore vt secundũ in leprosorio parem non haberet. Deinde digitum Dei adesse sentiens, corde contritus, & ore primo suæ vitæ facinora confitebatur, cum tantis lachrymis vt omnium mentes stuperent qui virum præagnouerunt, patientia denique tanta vsq; ad mortem dotatus est, vt quandocunque confessor suus frater Henricus de Confluentia Sacræ Theologiæ professor nostri ordinis eum visitaret, non ab eo peteret mortis acceleratione, uel dolorum quos multipliciter patiebatur imminutionem, sed ora (inquit) Deum pro me mi pater, quatenus diuina misericordia mihi mea peccata indulgeat, & in hoc seculo faceat, & vrat

quæ-

quamdiu ſibi placeat. Vt in hac patientia tandem in pace requieuit Quæſiui autem de ci. cunſtantijs viri, vnde tantum domum in ſami ili cle. ico proueneri . Et reſpõſum accepi quod m.trem nobilem multum Deo deuot. ni habuit: quæ vita & audita filij diſſolutiſſima vita, vota, preces, & eleemoſynas velut p.o mortuo ſerè ſine fine Deo offerre conſueuit, & pro eo tanquam pro filiõ perdito ab iſto fieri prouocauit, quouſq; velut alter paralyticus in lecto iacens carnalium voluptatum inſenſibilis, alienus fide & meritis ſanatus fuit.

EXEMPLVM XCII.

Infirmitate lepræ percuſſa deuotiſſima atq; pulcherrima fœmina, omnib. plangentibus ipſa lætabatur.

DOmina quædam pulchra facie, ſed pulch ior fide, deuota Deo, pia pauperibus, & eleemoſynis aſſueta, cum a piiſſimo Patre Deo tanquam filia chariſſima percuſſa fuiſſet, ſubito plaga lepræ, & tota facie deformata, plangentib. omnibus qui videbant eam, ipſa ſola gaudebat, gratias agens Deo. Viſitans autem eam quidam Epiſcopus, & videns eam ſic horribiliter deturpatam, quæ tam ſpecioſa fuerat, & tam ſancta dicebatur ab omnibus fiere cępit & Dei iudicium admirari. Illa verò ridens interrogauit eum quare fleret? Reſpõdit quod ex compaſſione non poterat a lachrymis abſtinere. Inquirenti vero Epiſcopo quare ipſa riſiſſet. Reſpondit, Domine, ſi quis detineretur in carcere tali pacto, quod nunquam exiret donec muri funditus corruiſſent, ſi videret mu os paulatim corruere pro ſua liberatione, gauderet. Vnde cum anima teneatur in corporis carcere, gaudere debet quando videt corpus ſuum deficere, & ad finem ſuum tendere, proculdubio ſciens exitus ſui tempus propin quare, vt ad ſui redem ptoris aſpectum libera reuer tatur.

Inuidia.

EXEMPLVM XCIII.

Diſcordias ſeminans inter virum & fœminam a dæmonibus rapta ad infernum deportatur.

LEgitur in Scala cœli, quod cum quædam vetula iret per viam, iuuenis triſtis cum burſa plena denarijs ſedebat iuxta arborem. Qui interrogatus a vetula quid haberet? Reſpondit, Dæmon quidam ſum, & affecto ſummè diſcordiam ponere inter talem virum, & vxorem ſuã. Et quia locutio humana mihi deficit, quæ eſt inſtrumentum omnis mali, ideò non poſſum aſſequi quod opto. Sed quia locutio tua mirabilis eſt hoc pacto tibi do hanc pecuniam, vt deducas rem ad effectum. Quę accedens ad domum mulieris affirmabat ſecretè, qđ cum quadam adulterabatur vir ſuus, & ait diſſet quod tunc ad hoc veniret iuuencula, vt reciperet tunicam pro nefario facto. Tũc accedens ad virum ſecretè indicauit, quod vxor ſua amorem illicitum habebat cũ quodam clerico eccleſię cathedralis. Et dum loqueretur retro vnam columnam me exiſtẽte ibi in oratione audiui eos conuenientes, quod in craſtinum redirent & ordinarent de facto, En vetulę peſſimæ fraudulentia, quod enim magiſter omnis iniquitatis diabolus in pluribus perficere non potuit, illa in breui duxit ad effectum. Tunc miſit iuuẽculam ad ſuſcipiendum pannum quem vetula emerat, quando viro retulerat illa verba. Quod aſpiciens vxor ſuſpicata eſt omne malum. Et dum in cęna nollet comedere, vir concepit quod de clerico vellet cogitare, & tandem ad prouocationem vetulæ clericus loquitur cum domina, quæ locutio uiro fuit ſuſpicio mali. Reuertitur vetula ad dominam, conſilium dat ut de pilis barbæ eum raſorio ſumat, & poſtquã eos vir in cibo comederit omnem aliam mulierem odibit. Iterum recedit ad virum vetula, & dixit quod de conſilio clerici per vxorem illa nocte erat interficiendus. & ideo caueret ne ſomnus opprimeret eum. Cumque vxor cum raſorio uellet accipere de pilis barbæ eius, uir accipiens manum

die illa qua defunctus eſt more Pariſienſi in aula funere in feretro decumbente fuiſſent cantata officia defunctorum, in craſtino mane congregata ibidem vniuerſitate Pariſienſi tam ſcholarium, quam Doctorum, vt tam honorabili viro ſolemnis, & venerabilis præberetur funeralis officij ſepultura.

Cum igitur reuerendi viri feretrum in quo funus iacebat eleuare vellent ad eccleſiam deferendum, ſubito cunctis ſtupentibus qui mortuus videbatur & erat, eleuato capite reſedit in feretro, ac omnibus audientibus alta & terribili voce clamauit. Iuſto Dei iudicio accuſatus ſum. Et hoc dicto caput depoſuit, & decubuit mortuus ſicut prius. Qua voce cuncti attoniti & territi deliberauerũt ipſum illo die nullo modo foræ ſepeliendum, ſed vſque ad craſtinum reſeruandum. Mane ergo ſequenti cũ multitudo magna conueniſſet, dictumque funus ſicut prius vellent ad eccleſiam defunctus ſicut prius eleuato capite dolorosa & terribili voce intonuit. Iuſto Dei iudicio iudicatus ſum. Quam vocem multitudo audiens & intelligens ſtupuit plus quã prius. Et alterutrum interrogantes quid vellent etiam ſibi innuere tam inſoliti, & inexperti defuncti clamoris, adhuc determinauerunt ipſum vſque ad aliud craſtinũ nullatenus tumulandum.

Tertio verò die cum propter iſta prodigia fere tota ciuitas conueniſſet, & funus cunctis præparatis vellent ad tumulum deportare, defunctus ſicut prius, iam tertiò altiſſima & mœſtiſſima voce perſonuit iuſto Dei iudicio cõdemnatus ſum. Qua horribili ſcientia audita quaſi omnes immenſo fuerunt timore & tremore perculſi, certi facti de condemnatione tanti viri, qui inter alios & ſuper alios videbatur honeſtate vitæ, claritate famæ, dignitatis excellentia, & multiplici ſcientia, & ſapientia præfulgere. Ea tempeſtate vbi erat magiſter Bruno Doctor famoſus, natione Theutonicus, de ciuitate Colonia, non obſcuris parentibus natus, eccleſiæ etiam Remenſis canonicus, & ibidem ſcholarium magiſter qui ſupra dictis vocibus ſalubriter territus atque compunctus allocutus eſt quoſdam ſocios ſuos ibi præſentes infra ſcriptis, vel ſimilibus verbis dicens: Eia chariſſimi quid faciemus, omnes ſimul peribimus, non ſalua-

bitur, niſi qui fugerit. Si in viridi hoc fit, in arido quid fiet? Si homo tantæ dignitatis, tantæ literaturæ, tantæ ſcientiæ, qui videbatur tam honeſtæ vitæ, qui erat tam celebris famę ſic indubitanter eſt damnatus, quid nos miſeri homunculi faciemus? Si lugubri voce vnius homuncionis tam horribili ac ſtupendo timore ac tremore concuſſi, ac ſtupefacti ſumus quid faciemus cũ rugitus Leonis cum extremi iudicij tuba in aures noſtras percrebuerit, cum omnes audiemus.

Sugite mortui venite ad iudicium? Quo modo in tam horribili iudicio vbi columnę cęli contremiſcent, & Angeli terrebuntur & territi purgabuntur apparere poterimus, vbi tunc latebimus? Impoſſibile erit latere, intolerabile apparere. Fugiamus igitur a facie gladij, præoccupemus faciẽ Domini in confeſſione. Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos. Poſtquam igitur vocem eius audiuimus non obduremus corda noſtra, ſed exeamus de medio Babylonis, egrediamur Pẽtapolim igne & ſulphure iam ſuccenſam, & exemplo beati Pauli Eremitæ & beati Antonij, Arſenij, & Euagrij, & aliorum ſanctorũ, cum beato Ioanne Baptiſta antra deſerti quæramus, in mõtibus nos famulos faciamus, vt ęterni iudicis iram & ſententiam damnationis æternæ euadamus, & peruenire poſſimus ad portum & tranquillitatem ſalutis æternæ. His & ſimilibus verbis, & ſententijs ſeipſum & quoſdam ſocios ſuos alloquens, & exhortans, deliberauerunt ipſe & ſex alij probi viri ſecum abrenunciare mundo, & omnibus pompis eius, & ad perfectam pœnitentiam peragẽdam Eremi deſerta competentia quærere & ibidem relictis omnibus diuitijs, deliciis & honoribus huius mũdi accipere ſinguli cruces ſuas, & nudum Chriſtum nudi per arctam viam ſequi, quę ducit ad vitã, & latam ac ſpeciosam deſerere, quæ amatores & ſectatores mundi perducit ad ſupplicia damnatorũ. Et quia audierant famam ſanctitatis ſancti Hugonis Epiſcopi Grandinopolitani, qui pro aliquo tempore eiuſdẽ magiſtri Brunonis in ſcholis ſocius creditur extitiſſe, Spiritus ſancto inſpirante, ad memoratum ſanctũ Epiſcopũ ſimul accedere decreuerunt, & eiuſdem auxilium & conſilium requirere, vt

in

in eius diœcesi (quam audiuerant multis desertis montibus abundare) locum congruum obtinerent, in quo suum sanctum, & salubere propositum possent effectui mancipare. Septem igitur sancti viri infra scripti præfata de causa ad prædictum sanctum Episcopum duce sancto Spiritu perenerunt, Et vt viam omnino verbis scripsis in legenda vitæ sancti Hugonis Episcopi memorati, per summum Pontificem Innocentium qui eum canonizauit approbata, & confirmata. Adest magister Bruno vir religiosus scientiaque famosissimus, honestatis, & grauitatis ac totius maturitatis quasi quoddam simulachrum. Habebat autem socios magistrum Lăduinum, qui post eum extitit prior Chartusiæ, & duos Stephanos, hi sancti Rufi canonici fuerũt, sed desiderio vitæ solitariæ eis sese coniunxerunt. Hugonem quoque quem cognominabant capellanum, eo quod solus ex ipsis sacerdotis officio fungeretur, duos quoque laicos quos appellamus conuersos Andreã & Garrinum. Quærebant autem locum Eremiticæ vitæ, congruum necdum reperierant. Hac igitur spe simul & suaui sanctæ conuersationis odore trahente venerunt, quos Episcopus non solum gratanter, sed & reuerenter suscepit, & tractauit, & voti compotes fecit. Ipso namque consulente iuuante & comitantes Carthusiæ solitudinem intrauerunt atque construxerunt Anno 1084. Episcopi verò dicti sancti Hugonis Quarto. Viderat autem præfatus Sanctus Episcopus circa idem tempus per somnium in eadem solitudine Deum sue dignationi habitaculum construentem, stellas etiam septem itineris sibi ducatum præstantes. Erant verò hi septem, quapropter non istorum tantum, sed & eorum qui successerunt eis, consilia libenter amplexus est, & vsque ad mortem Chartusiæ habitatores consilijs semper & beneficijs fouit. Licet vero & primitus diuini amoris totus arderet incendijs, non aliter tamen ad disciplinæ cœlestis exercitia eorum exemplis ac familiaritate inferbuit, quam si flãmatæ quis faci plures alias circumponat. Erat autem & cum eis non vt Dominus, aut Episcopus, sed vt seruus & frater Humillimus, & ad cunctorum (quantum in ipso erat) obsequia paratissimus, adeò vt vir venerabilis VVilhelmus tunc prior sancti Laurentij postea sancti Theofrigi Abbas magistro Brunoni etiam ipse religiosa deuotione non mediocriter alligatus, beati Hugonis contubernalis, bini quippe tunc per singulas habitabat cellas. Apud magistrum Brunonem non leuiter cum conquereretur, quod pene omnia ad humilitatem spectantia inter cellam sibi præriperet officia, & Episcopus non saltem secum, vt socius, sed potius conuersaretur vt famulus. Intantum autem eremum deuotus incolebat & sedulus vt eum magister Bruno non nunquam exire compelleret, ita dicens. Ite ad oues vestras, eisque quod debetis exoluite, Petrus Sutor Carthusianus lib. 5. de vita Carthusiana tract. 2. c. 2. Fuisse Theologiæ Doctorem, hunc miserum & damnatũ hypocritam asserunt Carthusiani Hermannus Petri ser. 12. in orationem Dominicã, & Iacobus Guytrode c. 6. Speculi Sacerdotum siue lauacri conscientiæ, verba eius sunt sicut narrauerunt patres nostri, fuit magnus Doctor & presbyter, regens actu Parisij in Theologia, magni nominis, & famæ, sed lubricus atque peccator 20. Alij vocant Iusperitum, vtrique verum dicere possunt. Fieri enim potest vt in Theologia & Iuræ simul Doctor extiterit, quemadmodum nostro sæculo tales reperiuntur.

EXEMPLVM XCVIII.

Iudicatus quidam religiosus fratri suo post mortem apparens dixit, Nemo credit, nemo credit, nemo credit, quam districte indicat Deus, & quam seuere ipse punit.

REfert Doctor Iacob. de Paradiso Carthusiensis in lib. de peccatis mentalibus criminalibus. Duo fratres religiosi honestæ conuersationis se mutuo cordialiter dilexerunt, inter quos vnus mortuus alteri apparuit in oratione procumbenti, quẽ viuus videns in vili habito, & vultu mœsto inquisiuit, cur sic appareret? Respondit defunctus tribus vicibus dicens: Nemo credit, nemo credit, nemo credit. Quæ fuit viuus, quid esset quod nemo credit? Respondit defunctus. Quã districtè iudicat Deus, & quam seuere punit. His dictis disparuit, & viuentem fratrem magno timore concussum dereliquit.

Iura-

Iuramentum.

EXEMPLVM XCIX.

Iuramentum falſum exigens ab altero tractus ad iudicium grauiter flagellatur.

REfert Beatus Auguſtinus in ſerm. 2. Decoll. B. Io. Bapt. quoniam quidam bonus homo citauerat quendam ad iudicium propter quandam ſummam pecunię, & ille inſtanter negauit & ſe ad iuramentum exhibuit, quod alius ab eo recepit, licet ſciret eum ſcienter fallum iurare. Mox conſequenti nocte raptus ad iudicium vidit Chriſtum ſedentem in ſede maieſtatis ſuæ, exigentem ab eo rationem de anima illius quę iurauit ei, & de anima ſua propria, qui cognouit ambas eſſe damnandas. Tunc quæſiuit eum iuramentum ab eo recepiſſet? Et ait: Quia ipſe mihi meum negauit. Et iudex. Nonne potius debuiſti perdere tuam ſubſtantiam, quam ipſius, & tuã animam? Nonne anima melior eſt quam omnis ſubſtantia temporalis? Tunc iudex fecit eum flagellari. Qui euigilans omnia quę ſibi acciderant enarrauit, & in ſignum huius plagas in corpore, & in dorſo ſuo oſtẽdit, qui nullo modo potuit curari donec pœnituit, & Deus ſibi illud indulſit.

Iuſtitia iniuſtitia.

EXEMPLVM C.

Reſtituere inuenta bona vir quidam iuſtus & pauper quanta ſollicitudine conatus ſit.

REfert Auguſtinus in ſermone de verbis Apoſtoli, ſuper illud. Quod tibi nolueris fieri, alteri nẽ feceris Dicam quid homo pauperrimus nobis apud Mediolanum conſtitutus egerit. Inuenit ſaccum (niſi me forte numerus fallit) cum ſolidis fermè decentis. Memor legis potuit piracium publicè. Reddendi enim ſciebat, ſed cui reddere neſciebat. Propoſuit piracium publicè, qui ſolidos perdidit ad locum illum veniat. & quærat hominem illum. Ille qui plangens circumquaque vagabatur, inuento & lecto piracio venit ad hominem, & nẽ forte quæreret alienum, quæſiuit ſigna, Interrogauit qualitatem, & ſigillum ſolidorum, & numerum. Et cum ad omnia ille fideliter reſpondiſſet, reddidit quod inuenerat. Ille autem repletus gaudio, & quærens vicem reddere tanquã decimas obtulit ei ſolidos viginti, qui noluit accipere. Obtulit & decem, noluit accipere. Saltem rogauit, vt vel quinque accipere. Noluit. Ille ſtomachabundus homo proiecit ſaculum, nihil perdidi ait.

Si non vis aliquid accipere a me, nec ego aliquid perdidi. Quale certamen fratres mei? qualis pugna? qualis conflictus? Theatrum mundus, ſpectator Deus. Victus tandem ille quod offerebatur accepit. Continuo totum pauperib. erogauit, vnũ ſolidum in domo ſua non dimiſit. Serm. de verbis Apoſtoli c. 7. Tomo 10.

EXEMPLVM CI.

Reſtituere conceſſa oblitus puer graui purgatorio laceratur.

ERat quidam puer nouem annorum, facetus ſatis in verbis, qui cecidit in grauem infirmitatem, & ſic obijt, & poſt mortem apparuit matri multum lamentabiliter. Et mater quæſiuit quomodo ſe haberet? Reſpondit. In maximis pœnis ſum. Et mater: Quantæ ſunt pœnæ tuæ? Et puer reſpondit horribile verbum dicens. Si omnes carbones quos carbonarij in vniuerſo mundo a tempore Natiuitatis vſque hodie aſſeruntur in vno cumulo iacerent, & arderent, & tu dilecta mater mea in medio cumulo ſtares, & arderes, non tantas pœnas ſuſtineres ſicut ego iam in purgatorio ſuſtineo. Mater quæſiuit a puero. Vnde meruiſti tam acerbam pœnam, cum ſatis obediens fuiſti, & libenter oraſti, nec iuraſti, nec maledixiſti? Puer reſpondit. Ego conſueui accommodare denarios a familia, & inde emere pira, & poma, & nuces, & quando hoſpites honeſtos habuimus deerãt mihi denarios, & hallenſes cum quibus ſolui e conuerſo. Modo autem ſic obijt quod non omnes exolui, idcirco pœnam talem ſuſtineo. Et mater. Poſſum nẽ ego tibi in aliquo ſuffragari? Reſpondit puer. Si exolueris p me ſtatim liberaret. Et ſic puer diſparuit? Mater aũt vocauit familiam

Digitized by Google

liam ad ſe dicens. Volo per obedientiam, vt computetis debita pueri mei. Omnibus computatis puer nouem ballenſes poſt ſe in debitis reliquit. Et mater ſtatim perſoluit. Et eodem die puer ſecundario matri apparuit dicens. O mater dilecta gratias tibi ago ex quo debita mea perſoluiſti, me a purgatorio liberaſti. Ideo cęlos intrabo, & Deum ſi feliciter pro te, & patre meo orabo, & pro fratribus, & ſororibus, & amicis meis ſupplicabo.

Labor manuum.

EXEMPLVM CII.

Beata Maria laſſum de communi labore fratrem quieſcere, & ſomnum capere præcepit.

LEgitur quod vnus deuotus frater laicus, qui erat coquinarius fratrum, ſtabat ante conuentum fratrum multorum, & in continuo labore fuit. Et quoniam frequenter hoſpites ſuperueniebant extra horam communis prandij, vel cœnæ vix tantum temporis habere potuit, vt orationes debitas perſoluere. Contigit quoque vna die vt multis ſuperuenientib. fratrib. tota die occuparetur in labore coquinæ. Tandem poſt completorium ſatis tardè acceſſit ad orationes perſoluendas, & quaſdam peculiares orationculas beatæ Virgini offerebat. Et quia fatigatus fuit multum ex labore, ſomnus ipſum arripuit, qui excutere a ſe ſomnum conatus magnam luctã habuit in ſomno laſſum corpuſculum deprimente, & feruore deuotionis renitente. Cumque ſic luctaretur apparuit ei Domina pulcherrima dicens. Fili bone mihi ſeruiſti, Vade ad dormiendum. De cuius aſpectu gratioſo multa conſolatione repletus eſt.

EXEMPLVM CIII.

Beata Maria laborantium fratrum ſudorem collegit.

ANte aliquot annos comperi rem non incertis teſtimonijs approbatam, quæ regulariter operantibus afferat non parum ſolatij & opus alleuiet intuitu mercedis & præmij. In vna domo ordinis Ciſtercienſis res geſta eſt celebris apud Frãciam, & ab omnibus credita, quia vir magni teſtimonij teſtis eius eſt, a quo & viſa eſt. Meſis erat, monachi meſſuerunt & ſub pondere diei & æſtus fortiter ſudauerunt. Venit veſperus, iam eſt ad domum, cœnatum, dormitum, & dormitorium clauſum. Cellarius vir ſanctus, ſapiens, & maturus, talis denique cui ſoli hoc liceret, mercenarijs reſponſurus. Expeditus his venit, & ipſe ad dormitorium, ſed clauſa eſt ianua, quid faceret, pulſaret, ſed turbare noluit requiem monachorum, deſiſteret, ſed requiem non haberet. Malens tamen inquietare ſe quam illos, capitulum intrat, in ſcanno ſe ponit & de iunco capitale inſtruit ſibi. Necdum obdormierat, & ecce virgo omni ſpecie pulchrior obſequentibus, & lumina præferentibus aliis duabus ingreditur. Aggreditur monachum, an dormiat ſciſcitatur, vigilare ſe dicit. Qui & ipſe quid ibi facere velit, cur contra morem & maximè nocte intrauerunt ſecurus inquirit.

At illa? Ego ſum inquit Maria cuius es & tu & domus iſta, & omnes & omnia quæ ſunt in domo iſta & in ordine iſto. Portabat autem vas vitreum ad nares ſuas tanquam odorem captans ex eo, dixitque. Viſitaui hodie monachos meos in agro, ſudoremque eorum collegi mihi in vaſe iſto. Et hic odor optimus coram me, & filio meo, dignè vtique remunerandus præmio oportuno. Tum ille: O pia Domina quid tibi tanti eſt labor noſter, qui fit non tam deuotione humilitatis, quam neceſſitate inopiæ. At illa inquit. Tu (ait) non audiſti quia voluntas habet pœnam, & neceſſitas pariat coronam? Et ſi neceſſitas parit coronam, ſed tam partem accipit voluntas. Siue ergò neceſſitate, ſiue voluntate quod agitis meum eſt. Omnia veſtra mihi vendico, ego ſuſcipio, ego remunero. His dictis diſparuerunt illæ.

Et ille obdormiuit ſuauiter, vtique ſic animatus in ſpe, ſic confortatus in fide, voluntaris in labore. Mane facto refert lætus & compunctus Abbati. Abbas conuentui. Lætati ſunt omnes, crediderunt oēs, & præ grauitate perſonæ nemo dubitat. Accenduntur animi omnium, ſinguli feruent ad opus, laborantes & ſuadentes inuicem, vt ſi Maria adeſſet, demum poſſet implere

vas

vas suum. Sic ludere solet dulcis Mariæ cum pueris suis, sic in visu ostendens se illis donum pacis & gratiæ afferens illis. Audiant hæc mansueti & lætentur, pusillanimes, & confortentur, pigri, & excitentur alacres currant non lassentur. Omnes Christo & beatæ Mariæ dent gloriam, & ab ipsis vicissim hauriant gratiam.

Locutio.

EXEMPLVM CIIII.

Ecclesiæ locum fabulationibus profanantium a dæmone sacerdos peccata scribit vidit.

LEgitur in Scala cęli, quod fuit quidã sacerdos deuotus qui celebrata missa retro altare vidit diabolum scribentem in pergameno longhissimo. Cumque pergamenum ei deficeret cœpit cum dentibus amplius modo sutorum, vt maiorẽ posset recipere scriptu am. Ad quem accedens sacerdos in virtute Iesu Christi, diabolo præcepit, vt in pœnitentia populi diceret quid ibi scripsisset. Respondit dæmon: Hic scripsi omnia peccata, mendacia, detractiones, aspectus impudicos, cogitationes, immundas, vanitates, & omnia peccata populi tui, quæ hodie in ecclesia commiserunt, quia hæc facta in ecclesijs multum Deum offendunt & lætificãt nos inimicos Dei. Tunc sacerdos assumpto pergameno, & peccatis lectis populo nunciauit. Cumque ad monitionem sacerdotis perfectè fuissent confessi, illa tota scriptura fuit de pergameno deleta. Et sic dæmon confusus recessit.
Ioannes Iunior odinis Prædicatorum.

EXEMPLVM CV.

Loqui prudenter cupiens filius Regis Angliæ collum gruis petijt, & ob id regni accepit.

REx quidam Anglię habens tres filios iuniori regnum tribuit, eo quod interrogatus quid data optione præ omnibus a Deo postularet, responderit collum gruis, vt non nisi bene discussa verba depromeret. Alij autem maiores natu, sed minores prudentia perierunt, primus fortitudinem, secundus vero pulchritudinem, alter vero vt omnes sibi potentia subiugaret, alter vt in sui amorem omnes alliceret, neuter tamen iuniorem prudenti petitione superauit.

Luxuria.

EXEMPLVM CVI.

Luxuriosus vir etiam sub periculo perdendi visus libidinem expleuit, dicens. Vale amicum lumen.

REfert Ambrosius super Lucam, cap. 4. circa finem, quia sæpe faciente mala consuetudine etiam ea concupiscimus, quæ sunt corpori atque sanitati, etiam ipsi vitæ omnino nocitura. Quidam (inquiens) Theotimus cum graui oculorũ incommodo laboraret, & amaret vxorem interdicta sibi à medico facultate coeundi cupiditatis impatiens, atq; impetu libidinis raptus moderari nequiuerat. Sciens enim & prudens quod oculos esset amissurus postquam conueniret cum vxore in ipso æstu feruentis cupiditatis & consuetudinis apparatu. Vale (inquit) amicum lumen statimque expleta libidine interdicta sibi, luminibus suis orbatus est.

EXEMPLVM CVII.

Choreis fessa fęmina ad inferna raperetur nisi Marię virginis auxiliũ inclamasset.

REfert Doctor Iacob. de Paradiso Carthusiensis quod quędã matrona beatæ Virgini deuota extitit, proprias proles informando ad similia, vt ipsam in suis necessitatibus inuocarent, dicendo Aue Maria, quæ filiam dissolutam & vagabundam & saltatricem habuit, quã ipsa mater pluries correxit, sed parum in ea profecit, quia pater dilexit eam præ cæteris filijs, eo qđ pulchra & mundana esset, & emit ei pulchras & põposas vestes, quæ in vna die Dominica fabricata fuit ad quoddam pomerium sedens sub vna arbore volens refocillari. Cui diabolus immediate adfuit, dicens? Surge, veni mecum. Cui illa. Quisnam es tu? Et ille: Ego sum diabolus, cuius propositum conatis implere, arma & rete-

no-

nostrum ad animas capiendas, vnde modo recipiens pœnam non solum pro peccatis tuis, sed etiam pro peccatis omnium quos per ornamentum corporis tui ad malas cõcupiscentias induxisti. Et diabolus statim violenter nitebatur eam rapere.

Et illa clamauit dicens: Virgo Maria adiuua me, sicut mater eam in pueritia docuit, & statim dixit clara voce: Aue Maria gratia plena, &c. Respondit diabolus, Maledicta sit quæ hanc orationem te docuit. Quam si non dixisses, iusto iudicio Dei ad inferni incendium te traxissem, vbi cum tuis æqualibus pœnam condignam pro omnibus quos ad peccandum traxisti inuenisses. Quæ postmodum nunquam amplius chorizauit, & vestes pomposa deposuit, & vitam & mores humiliter emendauit, & beatæ Virgini amplius vsque ad mortem seruiuit.

EXEMPLVM CVIII.

Maria virgo monialem nè in fornicationem laberetur terribili visione prohibuit.

IN libro exemplorum beatæ virginis legitur, quod sanctimonalia quidam erat cui amor, & assidua memoria beatę Mariæ Dei genitricis cùm ipsa ętate accreuit, sed fœlicibus eius actibus diabolus inuidens, potentis cuiusdam prædiuitis oculis pulchritudinem eius injiciens, totum eius animum in amorem virginis peruertit. Qui dum crebrius blãdi arum, & promissionum illecebris animum eius attentaret si vxorem eam habere mereretur, diuitias, gloriam, & præter Deum omnia promitens. Illa consentiens renuntiauit vitæ, & morti fidem dedit. Condixerunt diem qua raptam virginem de monasterio nouus ille adulter suo sociaret coniugo. Postea autem cum in domo parentum illa quiesceret vidit in nocte illa in somnis raptam se super os putei, qui valdè enormi amplitudine & profunditate oris sui aperiens barathrum, tam immanes ex hala bat fœtores, vt vniuersum mundi huius aerem videretur inficere, tam densas fumi nebulas, vt seculi huius claritatem de cęlo videretur effugasse. Cumque totum serpentibus & vermibus scaturire, & a clamore eorum, qui intus torquebantur horribili quodam sonitu miraretur immuginę, vidit repentè Aethiopes quosdam ignitos de medio exilientes, & animas damnatas tormentis absque differentia crudeliter immergentes, a quibus & ipsa correpta cum intro traheretur, inter ipsas ã desperationis angustias respiciens, & circumspiciens si esset auxiliator, vidi antiquam patronam & Dominam suam matrẽ Domini sanctam Mariã, sed nimis a longe, & sic a se auersam, vt ex eius visione vix aliquam spem posset colligere, tamen toto conatu conuersa ad illam nomenque tuum ei inclamans, Domina, inquit, Domina, subueni ancillæ tuæ in tam amara necessitate constitutæ. Post multa verba accessit pietatis mater ad eam, manumque eius tenuit, procul illicò inimici sancti sunt. Tunc dixit beata virgo. Hi sunt fructus libidinis, hoc præmium voluptatis. Postea beata virgo abijt. Vix euigilauerat, & aderant nuntij diuitis illius quęrentes quid fieri iuberet de necessarijs nuptiarum. At illa procul, inquit, procul ministri mortis, & incentores æterni iudicij abite. Illisque a facie sua cum summa indignatione perturbatis, parentibus, & omnibus totam rem aperuit, & monasterio reddita totis se viribus pœnitentiæ luctibus, & anti quo proposito reddens initabat quantum poterat recuperare gratiam Dominæ suæ Dei genitricis Mariæ. Liber hic miracul. B. Virginis citatur a R. P. M. Seraphino Razio Theologo Dominicano, in libro suo exemplorum qui hortulus exemplorum inscribitur, & dicit se, manuscriptum eum inuenisse & legisse in Italia.

EXEMPLVM CIX.

Luxuriosus miles quam horribili specie se videndum exhibuit.

MIles quidam quandam virginem deflorauit, eo mortuo cum illa pro ea orare & fleret, mortuus miles visibiliter apparuit voce rauca eam alloquens. Quę cum quęreret causam raucitatis eius, ait, quia in vocis dulcedine gloriabar, cantilenas luxuriosas, & seculares decantando. Cuius cum crura nigerrima, & scabiosa, & vlceribus plena apparerent, quærenti causam respondit, quia multum glo-

riabar

habat in cruribus meis de pulchritudine more militari illa extendens, & ornans ſuperbe, nunc inter ſpinas gradior, crucior, vulnerorq; in illis. Iſta iterum dixit. Quis eſt tibi aliquus ſtatus tui corporis? At ille. Aperi oculos tuos, & vide, & proiecit pallium a pectore quo amictus videbatur, & vidit maximum bufonem & terribilimum pectori eius inhærentem, ita vt brachijs eius collum ſuum ſtringeret, & os ſuum ori eius iungeret, cuius etiam venter per ventrem eius dependebat, pedibus eius genitalia quaſi quibuſdam loris ſtringere & ligare videbatur. Requiſitus quare hoc pateretur? reſpondit: Pro oſculis lubricis, quibus te & alias mulieres oſculatus ſum hęc patior, & pro opere libidinis in genitalibus crucior. Cum mulier quæreret verum ne ab illis pœnis eſſet liberandus? Reſpondit. Non ores pro me, quia nihil mihi prodeſt, quia ęternaliter ſum dānatus, & hoc ideo, quia medicinam pœnitentię neglexi. Hoc dicto diſparuit: Fœmina autem recluſorium intrans pœnituit.

EXEMPLVM CX.

Luxuria pollutus, & euangelium legere præſumens ab aranea interficitur.

CArolus Magnus religioſus Auguſtus, cum quadam ſolemni die miſſam ſolita deuotione audiret diaconus eiuſdem miſſæ lecturus euangelium præcedenti nocte mulierculæ impudicis amplexibus ſe fœdere non timuit. Hoc itaque grauiſſimo piaculo cauteriatam habens conſcientiam, ſanctum Euangelium legere præſumpſit, poſtmodum etiam ſacris myſterijs ſecundum officij ſui exigentiam eadem impudentia miniſterium manibus impuris exhibiturus, ſi non vltio diuina obſtitiſſet. Ecce namque dum verba ſacra labijs pollutis depromeret, aranea deſuper a laquearibus oratorij ſe per filium ſuum ſemel, ſecundo, & tertio ſuper caput contaminati lectoris demittens, tertia nihilominus vice ipſo Imperatore aſpiciente caput obſcœnum pupugnit, ac ſine mora miſerum extinxit.

EXEMPLVM CXI.

Cantus chorizantium cum auiditate audiens ſoror ſancti Damiani, quindecim dierum purgatorio affligitur.

LEgitur quod ſoror ſancti Damiani apparuit poſt obitum ſibi, & dixit ſe eſſe in maximis pœnis. Et ipſe ſanctus Damianus quærunt ob quam cauſam eſſet in tantis pœnis, cum tamen ſanctæ vitæ fuiſſet? Reſpondit: Hanc eſſe cauſam, quod ſemel ſteriſſet in camera ſua, & audiuit in platea cantus chorizantium cum aliquali dulcedine. Et quia de hoc in præſenti vita non egiſſet pœnitentiam, per quindecim dies deberet puniri in purgatorio.
Florentius Harlemus Carthuſianus inſtitutionis Chriſtianæ lib. 2. c. 25.

EXEMPLVM CXII.

Veſtium ornatu nimium delectata puella, moritura optimis veſtibus ſe induit, dicens. Veni, ò diabole, ſuſcipe tu animam meam.

REfert Robertus de litio in ſuo. Quadrageſimali, quia in ciuitate Spoletana puella quædam formoſa fuit, quæ vanitatibus ſemper intenta nil de futura vita cogitabat. Hęc infirmitate percuſſa monitiones & hortamenta ſalutis abhorrebat, ſicut mihi retulerunt qui audiuerunt illam. Tandem inualeſcēte morbo cum cerneret infœlix iuuencula de proximo ſibi imminere mortem, rogauit inſtanter matrem vt eam veſtiret præciosis indumentis quæ ferre conſueuerat, ornaret, poliretque illam tanquam ſi ad nuptias eſſet acceſſura, Annuit ei mater, feciſque quod filia volebat. O terribile iudicium, o ſtupēdum & admirabile dictu, ſic ornata clamare ſuſpirando cępit iuuencula. Heu moriar ego ſic pulchra, moriar ego ſic decora moriar ego in ætate tam tenera? Dicebant illi circunſtantes. Committe te Deo filia, quia benignus & clemens eſt. At illa magis lamentabiliter reſpondebat. Et quid mihi cum Deo? Veni, ò diabole, ſuſcipe tu animam meam. Inter quæ verba expirauit damnata & deſperata.

Maria.

EXEMPLVM CXIII.

Beata Maria quendam Carthusiẽsem a dæmonibus liberans, docet vt studeat vilibus escis, &c.

LEgitur in Chronica Priorum domus maioris Carthusiæ circa annum Domini M.lxxxij. tẽpore Guidonis quinti prioris dictæ domus, creditur euenisse quod non incongruè videtur ad memoriã reuocandum. Conuersus quidam ibidem fuit receptus, humilis genere, ac iuuenis ætate, moribus generosus, vitæque sanctitate prouectus. Hic toto studio obedientię, humilitari, mortificationi omnem quã poterat operam adhibens, mundum sibi, seq; mundo non solum crucifixerat, sed etiã sepelierat amori diuino & specialiter memoriæ matris Domini ita se totum deuouerat vt a bonis viris ipsum, vitãque eius cognoscentibus nihil scire iudicaretur nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, sacramque ipsius matrem ac perpetuam virginem humanæ salutis singularem post Deum amatricem Mariam. His studijs conuersionis suæ principijs inceptis magis ac magis insistens, antiqui hostis inuidiam velut nouã ac specialem contra se excitauit, nec iam occultè, sed palam. Iacebat siquidem quadam nocte in cella, sibi (vt talium mos est) ad laboris solamen, & orationis secretum assignata. Tunc ecce multo iã processu noctis ipsi adhuc vigilanti, & cœlestia meditanti dęmonum turba in specie porcorum agrestium apparuit, & per totam cellã discursu insano, ictu horrendo, dentibus longissimis ac velut in necem eius exacutis pauefactum & trementem hominem circunstabant, sudabat ille præ timore, & quasi iã iamque a bestijs discerpendus nil nisi mortem vltimam præstolabatur. Hæc autem eo patiente adauctus est metus. Nam quendã enormis magnitudinis hominem (vt ex corporis sui indicio sibi videbatur) dæmonum principem cellam conspicit intrantẽ. Qui primò in ingressu suo cõuersus ad porcos ait: Quid segnes estis? cur hunc iam nõ rapuistis? cur non discerpistis? Quid dicitis? Inquiunt porci: Magno conatu facere nisi sumus, sed cuncta tentantes nil facere potuimus. Ego (inquit) ille iam faciã quod vos desides minimè facere potuistis. Quo dicto vncum ferreum lõgis ac recuruis vngulis terribilem minaci manu prætendens, atque ad virum Dei rapiendum, imo ad discerpendum adaptans, eum nimio timore pœnæ mente excedere coegit. Sed Deus (cui vir ille bonus fæpè dicebat, ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo) tentationem tam duram non est passus vltra procedere, sed sua infinita misericordia (qua suis semper prouidet) eduxit eum a tẽtatione & liberauit a malo. Mox enim vt nequam ille manum (vt dictum est) ad rapiendum, & vncum, vt videbatur, ferreũ ad eum discerpendum extendit, statim omnipotentis filij Dei mater verę mater misericordiæ in qua ille, sicut dictum est, totam spem suam post Deum posuerat, visibiliter affuit, & virga leui manu prætẽsa, quomodo, inquit, huc detestandi venire ausi fuisti? Non est hic vester, nec iam in aliquo contra cum poteritis præualere. Dixit hoc & dicto velocius totum illud nefandũ collegium vt fumus euanuit. Perstitit illa post dæmonum fugam cum homine adhuc tremente, eumque his consolata est verbis. Placet, inquit, quod facis, tuique animi deuotionem Deo, mihique gratam noueris. Face ergò quod facis, & de his ad meliora perseuerantes proficere stude & vt tibi aliquid singulare in mandatis tradam, stude vilibus escis, operi manuum deuotus insiste, amplectere abiectas vestes. His ergò beata animatum hominem relinquens, cęlum repetijt.

Ille autem vt a beata virgine iussus fuerat mandata eius ad implere totis virib. nitebatur, vilibus cibis magis quam splendidis epulis, vilibus pannis magis quam pręciosis vsque ad mortem contentus. Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis 2. lib. mirac. cap. 29.

EXEMPLVM CXIIII.

Beata Maria Carthusiensem diabolica factione pene desperantem adiuuit.

LEgitur in Chronica priorum domus maioris Carthusiæ, quia fuit quidam magnæ religionis monachus Dñs Petrus

tus Fauerij vocatus. Hic prior domus ſanctę crucis effectus, propter nimiam mo rum ac ſubtilitate ingenij procurator generalis totius ordinis ad causas pertractandas eſt effectus. Cum autem pro iniuncta ſibi obedientia in quadam ciuitate maneret, cõtingit eum graui infirmitate vexari, ordinatione diuina (vt creditur) contigit Dominum Hupertum priorem boni paſſus ad ipſum infirmum venire. Quem mox vt infirmus vidit, gauiſus eſt gaudio magno valde, dixitque ei. Frater mi, tu me trades ſepulturæ, ſcienſque finem ſuum adeſſe confeſſione eidem facta, vnctionem cum viatico petijt & accepit. Dicto vero Domino Huperto alia occaſione ab infirmo ad horam recedente, ecce ſathan humani generis inimicus ante lectum eius ſtatim adfuit magnam volumen portans, in quo omnia peccata quę dictus infirmus commiſerat in tota vita erant conſcripta, qui ante faciem dicti infirmi cum magna proteruia ſe ponens omnia peccata ſua improperabat procaciter cachinando. Cum autem infirmus præ timore, & tremore horribilis viſionis quid reſponderet neſciret, niſi hoc tantum modo, quia in confeſſione facta confideret indulgentiam peccatorum, magis ac magis ſathan nitebatur eum ad horribilem deſperationem inclinare. Cępit autem infirmus tremere, palleſcere, ac ferè in barathrum deſperationis iam cadebat, niſi ſuperna eum gratia clementi oculo reſpexiſſet. Subito namque męſtorum conſolatio, laborã ium fortitudo, deſperatorum reuelatio, affuit beatiſſima virgo Maria vltra humanam rationem luciditſima, in brachijs ſuis puerũ deferens inenarrabiliter ſpecioſum, dictoque infirmo iam ferè deſperato cominus aſtans. Frater mi (inquit) cur times? cur offidis? Per iſtum enim puerum ſpecioſum omnia peccata tua ſunt dimiſſa. Ad hæc verba ſathan qui aduenerat nimium confuſus de loco illo turpiter eſt egreſſus. Statimque ab oculis infirmi cum puero etiam euanuit virgo gratioſa. Tunc infirmus cum tanta lætitia & exultatione cordis remanſit, quanta ſicut referebat ab ipſo exprimi, vel auditore capi non valeat. Cum dictus Dominus Hupertus ad infirmum rediiſſet, eidem omnem viſionem enarrauit. Dumũ poſt maturinas noctis ſequentis ſolus ſeptem pſalmos, cum lætitia prout poterat incępit decantare. Cum autem in dicendo nimium grauaretur, dictum Dominũ Hupertum vt ſe iuuaret, rogauit. Dum vero lætaniam comiter decantarent, veniſſentque ad locum in quo dicitur. Omnes ſancti orate pro nobis, ſubito poſt præductam poſtulationem eleuans infimus digitum dextræ manus cum cordis lætitia maxima ſubiunxit dicens: Omnes ſancti qui modo hic eſtis orate pro nobis. Quam poſtulationem crebrius cum magno feruore ingeminans ſpiritum exhalauit.

EXEMPLVM CXV.

Beata Maria ex ore deuoti Prioris ſertum legentis cernitur collectas roſas in ſertum ſuo capiti impoſuiſſe, qua viſione latrones a præmeditato malo deſiſtentes pœnituerunt.

LEgitur in Libro exemplorum Beatæ Virginis, quod ſcholaris quidam iuuenis Beatæ Virgini multum deuotus, hãc ſibi conſuetudinem fecerat, vt de odoriferis floribus, & alijs redolentibus ſpecieb⁹ (prout melius habere poterat) imagini beatæ Mariæ, quæ in Eccleſia habebatur, ſertum quoddam diebus ſingulis mira cordis ſimplicitate ac deuotione faciebat, quo caput imaginis ornare conſueuerat. Parentes igitur clericuli agnitis deuotione, pariter & deſiderio pueri in monaſterium quoddam eum in monachum cõſecrandum tradiderunt, quia mox clauſtrali arctatus diſciplinam præ dolore cordis cępit plurimum fiere. Cumque Prior quænam eſſet cauſa tanti fletus interrogaſſet, propter ordinis enim rigorem flere eum ſuſpicabatur. Reſpondit ei puer: Solitus ſum dietim de congregatis hinc inde ſpeciebus ac floribus Beatæ Mariæ ſertum componere, ad quod iam exire me videtur loci huius obſeruantia præpedire. Ad quod prior: Fili (inquit) chariſſime diebus ſingulis legas quinquaginta Aue Maria, ſic vt ſemper poſt decem legas vnum Pater noſter ad honorem, & reuerentiam dilectę Dominæ tuæ. Sic nempe ſertum ei facies gratius multo priore. Puer vero iuſſa implens per crementa temporum auxit & incremẽta virtutum. Ade-

ptus anno debitæ ætatis propter vitæ eius probitatem electus eſt in priorem. Contigit ergò eum ex parte officij cum aliquo fratre aliquorum pergere. Quod vt quibuldam latronibus innotuit eos a tergo iunt ſecuti. Recordatus interim Prior ſertum conſuetum Beatæ Virgini illo die nondum lectum ad genua cecidit, & malefic orum inſcius ſertum virginis deuotus implcuit. Stantes autem latrones viderunt Dominam quandam mira gratioſitate formoſam ante eum ſtantem, & per ſingulas ſalutationes rutilantes roſas, & flores ab ore eius excipientem, & ſertum quod iam ex eis pulchrum componentem. Finita autem oratione ſua completũ eſt & ſertum, quod ipſa Domina proprio capiti imponebat, ſicque ab eorum obtutibus eſt ſubtracta. Clamabant igitur latrones ad patrem. Niſi nobis quæ hæc fuerit Domina quæ vobis aſtabat intimaueritis, nequaquam mortem euadetis. Quibus Prior Pueri (inquit) nullius eſt nobis Dominæ cognita, vel viſa præſentia. Ad quod latrones. Non ſolum quæ aſtitit, ſed & qd legebatis cum vobis aſtaret aperire vobis oportebit. Coactus itaque Prior rei geſtæ illis ordinem retulit, quomodo videlicet dierim Beatam Virginem venerari conſue uit Tunc illi audito miraculo pedibus eius prouoluti, veniam poſtulabant, & vt ſibi confiterentur ab eo precibus impetrabant. Sicque emendata deinceps in melius uita fœlici fine, beata quiete in Domino quieuerunt. Prior ergo virgini glorioſæ gratias referens ſolitum ſuæ deuotionis obſequiũ tali fœtus præſidio, deuotius curauit eidem offerre.

EXEMPLVM CXVI.

Beata Maria ſatius accepit paucas ſibi ſalutationes Angelicas cum deuotione, quã fine hac multas exolui.

VIrgo quædam religioſa ſecundum numerum p'almorum centum quinquaginta ſalutationes Angelicas cum totidem venijs Reginæ cœli ſingulis diebus offerebat. Sed quoniam propter ipſam multipliciratem minus digna deuotione quã oporteret id faciebat, admonita eſt ab eadem Domina noſtra quatenus reſciſſis duabus partibus quinquaginta ſibi quotidie ſalutationes cum competentibus venijs intentè & amoroſè perſolueret, patenter inſinuans Deo, & ſibi acceptius fore quantumlibet parum ſeruitij cum deuotione, quam multum negligenter & ſine deuotione exhibitum.

EXEMPLVM CXVII.

Beata Maria duas virgines ſibi in filias datas a paupertate ſimul & infamia liberauit.

LEgitur in Scala cęli, quod fuit quædã mulier nobilis, ſed pauper habẽs duas filias, quas informauit ad amorem virginis benedictæ. Paupertate ergo grauata timens corruptionem mundi, ante altare B. Virginis eas adduxit ſic dicens, O Domina has filias meas virgines mundas tibi offero. Et quia non habeo unde poſſum eas nutrire, quicquid iuris in eis habeo totum tibi do. Et acceptis manibus puellarum in ſignum verè donationis coniunxit manib. virginis. Et dum receſſiſſent iuuenem ſplẽdidum inuenerunt in foribus domus ſuæ, qui obtulit ei centum libras, in quibus ſecretè erat obligatus patri earum. De his mater induit filias, & de neceſſarijs prouidet optimè. Quod attentes gentes murmurare cœperunt, credentes quod de meretricio hoc haberent. Quod mater audiens filiabus aduocatis ſic. Item ad matrem Virginem Mariam, & inſtante cum flectibus, & deuotione, ut tanquam mater ſubueniat huic infamiæ ueſtræ. Quæ ex corde virginem rogantes dum in quodam feſto ſolemni ipſius virginis ad ſermonem in platea ſederent, in præſentia totius populi Angelus deſcendit de cęlo portans duas capſellas de roſis pulcherrimis albis, & clamando in præſentia totius populi, ſic ait illis duabus virginibus. Iſta capſellas mittit vobis Virgo Beata Maria mater ueſtra, in ſignum uerginitatis ueſtræ. Et illis dimiſſis diſparuit. Tunc princeps terræ qui ibi adorat uiſo hoc miraculo, duo monaſteria conſtruxit ad honorem Beatæ Virginis, in quibus iſtas duas conſtitui prioriſſas. Ioannes Iunior ordinis Prædicatorum.

EXEM-

Digitized by Google

EXEMPLVM CXVIII.

Beata Maria deuotissimam sibi filiam pastoris morituram visitauit, & caput serto ornans ad cœlestia regna perduxit.

LEgitur in lib. exemplorum beatæ virginis, quia cuidam pastori commorãti in villa quadam, filia quædam virgo pudica fuerit, quæ pari in pascendis gregibus famulabatur. Fuerat autem in loco pascuali ecclesia quædam deserta, quam frequenter ingrediens virgo prædicta, oratiõnes suas coram imagine gloriosæ virginis Mariæ effundebat.

Fuit namque prædicta ecclesia in honore gloriosæ virginis dedicata, in qua imago quædam formosa beatæ virginis habebatur, quæ puerulum in gremio continebat, quæ quoniam ab hominibus ecclesia derelicta non frequentabatur, in honore quo decuerat, in vestitu & in alijs exhibẽdo minus curabatur, sic quod inculto habitu inornata stabat, vt moris est in huiusmodi ecclesijs desertis. Ex quo autem virgo prædicta orationes suas solitas coram eadem imagine sæpius beatæ virgni offerre consueuerat, mota semel paupertate vestitus gloriosæ virginis, inter verba compassionis sic est exorsa. O regina cœli mater Domini mei Iesu Christi, benedicta valde male apparetis vestita, ergo quoque heu nihil habeo, quo vestitæ paupertati in vestitu, & ornatu possim subuenire, sed quod mihi in vestitu defuerit exteriori, supplebo quod deuotius potero orationum mearum, ac salutationem vestitu interiori, coronaborque vos vestitu tali orationib. meis fulcire quo reginam nobilem decet decorari. Cumque in hac deuotione ad beatam virginem multis annis ferbuisset, & beatæ virgini de sibi exhibito seruitio eam remunerare placuisset, tacta languore lecto decubuit. Eodem quoque tempore cum duo fratres nemus ville, in qua beata virgo prędicta iacuit, illis sic ibi ambulantib. vnus illorum somno nimium prẽter consuetudinem grauabatur, dixitque consocio suo oportere se omni modis paululum dormitare. Cui cum alter diceret. Frater, si moram hic fecerimus, quoniam nemus istud a latronibus plurimis (vt scitis) inhabitatur, mortem a latronibus circumuenti incurremus. Respondit ille. Nisi a somno recreatus fuero, vel ad modicum etiam, recedere non valebo. Quo dicto membra soporidabat. Alter verò ipsi assidens librum aperuit, atque orationi incumbebat. Cumque sic sederet in oratione deuotus, ecce a longe turbam quandã copiosam pulcherrimarum virginum in vestitu stragulato sibi vidit appropinquare, quibus qua decuit reuerentia assurgebat. Illæ ipsi inclinantes tacitè transibant. Post has, ecce turbã quãdã aliam formositate prædicta magis claram sibi vidit in vestitu albo appropinquare, quæ vt prædictæ ipsi inclinantes cum silentio prætereunt. Post hanc, ecce tertia quæ præmissis pulchritudine præminebat appropinquauit vestitu rubeo decorata, quam virgo quędam gloriosa specie vlua quam credi potest delectabilis, cæteris habitu prędarior sequebatur, quæ rosis albis & rubeis ex omni parte fuerat constipata, habebat sertum roseum in capite velut iã recenter de paradisi amęnitate sublatum. Cui assurgens frater prædictus atque inclinans humiliter ab ea petijt sibi indicari quæ nam posset esse ipsa regina tam generosa. Cumque illa feruorem desiderij eius considerasset, humiliter inclinans illi respondit in hæc verba. Ego sum Maria mater Dei, quæ neminem peccatorem respuo me humiliter inuocãtem. Tunc humiliter optanti etiam scire quænam possent esse virgines tam formosæ, quæ ipsam prætereribant. Respõdit Maria, & dixit: Illæ omnes sunt virgines quæ virginitatem suam usq; ad mortem illibatam seruauerunt. Prima turba quam vidisti vestib. stragulatis ornatam, virgines sunt quę sic in mundo stabãt vt quasi in medio virginitatis & matrimonij animo nutarent. Secunda turba quã vidisti vestibus albis rutilãtem, virgines sunt quæ in mundo virginitatem suã filio meo, mihique deuouerunt, & vsque ad mortem nostro adiutorio immaculatam seruauerunt. Quapropter earum gloria in multo prædellit gloriam primarum. Tertia turba quam vidisti vestitu rubeo cõtuscantẽ mihique proxime assistẽtem, virgines sunt quæ non solum meum exemplum sequentes virginitatem nouerunt, verum etiam eandem in martyrio sanguinis ob amorem sponsi sui effusione ornauerũt, & istæ omnibus alijs in gloria prędominere meruerunt.

runt. Cumque dulcissima Domina virgo Maria fratrem prædictum sic gratiose responso suo informasset, instabat adhuc frater ille humiliter postulans ab ea sibi intimari quonam cum turbis virginum tam formosis tenderet Regina tam glorioſa. Respondit Maria: Pergimus in villam proximã virginem quandam iam in extremis agentem visitare, eamque ob mihi impensum ab ea deuotionis seruitium nostro cõsortio aggregare, quoniam ipsa me (vt vides) tam glorioso vestitu suis humilibus precibus decorauit. Nos igitur illuc venire disponimus eandem virginem visitare, sicque Domina nostra ab eo discessit. Cumque ille socium suum a somno excitasset, surgens socius in magno sui cordis gaudio dixit. Salubri somno soporatus sum. Vidi nempe id idem dormiendo, quod tu te gaudes vidisse vigilando. Eamus proinde videre, quo fine sit hæc virgo ad hoc seculo migratura. Euntes igitur in villam sollicitè requirebant: vbinam inibi virgo aliqua infirmitate laboraret. Cumque omnes sede nullus virginis infirmitatę scire respondissent, tristati sunt fratres illinc quasi decepti ire velle cogitantes. Et ecce homo quidam illis obuiabat qui virginem talem pastoris cuiusdam filiam in fine villæ infirmitate graui laborare affirmabat, quo audito lætificati fratres illuc ibant, virginemque in straminibus decumbentem inuenie bant, cui cum neminem adesse vidissent eam deuotè salutabant. Quibus virgo. Discooperite (inquit) fratres capita vestra, & orate Dominum, vt vobis concedat videre pulchram hanc comitiuam hic iuxta me gratioſe congregatam. Ad quam admonitionem fratres ad genua prouoluti discooperti capitibus se orationi dederunt, ac omnes virgines ibi adesse conspexerunt, quæ in nemore illos proterierũt, cum multitudine etiam Angelorum viderũt, & Dominam nostram cæteris omnibus pulchriorem, quæ sertum miræ pulchritudinis virgini p̃parat um gebastat in manibus, sicque pari concentu miræ dulcedinis modulationem in excelsum cantauerunt. Cumque tali dulcedine cantus anima virginis è corpore fuisset reuocata, virgo Maria beata Dei genitrix sertum roseum quod manu tenebat capiti eius imponebat, sicque mira dulcedinis recreatione ac lętitia inenarrabili in cœlum sese recipientes, animam virginis secum in perpetuum regnaturam conduxerunt.

EXEMPLVM CXIX.

Beata Maria grandi miraculo rosas de corpore defuncti cuiusdam fratris fecit ex crescere qui psalmos quosdam in eius honore legebat.

LEgitur in libro exẽplorum beatæ virginis quod in quadã ecclesia in honorem beatę ac glorioſę semper virginis Mariæ dedicata in monasterio quoda erat monachus quidã Ioscio nomine, q Dominam nostram virginem Mariã singulari deuotione ac reuerẽtia venerabatur, sicquod ob amorem magnum nominis Mariæ pro qualibet litera prædicti nominis Maria, psalmum qui ab vna literarum reuerendi nominis Mariæ inchoabatur, legere dietim consueuerat. Primo solebat legere psalmũ Magnificat, &c. Et pro a primo. Ad Dominum cum tribularer. Pro r Retribue seruo tuo. Et pro i In conuertendo. Pro a secundo. Ad te Leuaui. Ad quemlibet psalmum versiculum post partum virgo, & collectã. Concede nos famulos tuos, Anno autem Domini 1173. in nocte sancti Andreæ cũ fratres simul ad cantandas matutinas conueniſſent, atque inchoassent. Superior accepta laterna in manibus, ibat de choro ad chorum considerans vtrum ne aliquis somno deceptus illic non adesset. Cumque omnes adesse cognosceret excepto fratre suo carnali Ioscione assumpta laterna iuit in dormitorium vbi eum præcedenti Vespere vidit ire dormitum. Cumque veniſſet in dormitorium ante fratris sui lectisternium inuenit eum in iecto, sed mortuum, viditque ex ore eius rosam miræ pulchritudinis excreuiſſe, similem quoque rosam vidit ex quolibet oculorum suorum atque auriũm ex orta. Super rosam autem in ore radicatam habebatur inscripta prima litera nominis Maria, atque primus versus huius psalmi Magnificat. Super rosam autem in dextro oculo radicatã, littera a, primus quoque versu psalmi. Ad Dominum cum tribularer habebatur inscriptus. Super rosam sinistri oculi r, & primus versus psalmi Retribue. Super rosam dextræ auris

lit-

littera ſatę primus verſus pſalmi. In conuertendo. Super roſam ſiniſtræ auris litteræ atque primus verſus pſalmi ad te leuaui. Cum autem his mirabilibus viſis ſtupe ret ſuperior cum magno timore ad chorũ cucurrit, viſaque fratribus nunciauit. Cumque fratres ad ſpectaculum conueniſſent, viſo miraculo miro timore conterriti monachum antedictum attingere verebantur ſed mox miſerunt nuncium & intimabant Epiſcopo ſub cuius ſtabant domino. Qui referens gratias Deo ac Beatæ Mariæ matri eius multum ex audito miraculo eſt gauiſus, eo quod ſic Deo ac glorioſæ matri eius deuotæ ſeruientes ſolent remunerari. Epiſcopus quoque indutus Epiſcopalibus ſolemnem proceſſionem cum facibus, cum crucibus atque thuribulis ordinauit, ſicque cum conuentu atque clericorum ſolemni collegio venit ad lectum Ioſcionis monachi iam mortui. Eductam autem roſam de ore iam dicti monachi, quę trahentis manum facile ſubſequebatur, atque in ſuo vigore, & decore incorrupta manebat, fecit in cryſtallo quodam formoſo artificioſe ac reuerenter incluſam ſuper altare reponi, vbi ad miraculi euidentiam ab omnibus poſſet videri. Cæteræ verò roſæ mox eductæ arueruat atque priſtinam pulchritudinem amiſerunt Epiſcopus vero ſumptum corpus ante ſummum altare, quod in honore beatæ Marię fuerat cõſecratum honore debito ſepeliuit, vbi ad declarandam clementiam virginis & deuoti miniſtri eius meritum oſtendendum plura poſt modum miracula contigerunt. Hoc accidit in monaſterio Sancti Bertini in ciuitate S. Audomari, ſita in Arthefia Belgij prouincia, & monumentum huius rei extat in tabella affixa baſi ex aduerſo Sacelli B. Marię virginis, hæc autem Ioſcionis deuotio inſigni iſto miraculo confirmata fuit, tempore Leonis Abbatis ſupradicta cœnobij, & Theodorici Flandrię Comitis.

EXEMPLVM CXX.

Beata Maria cuſtodem factioni diaboli in furto deprehenſum, & incarceratum, a carcere & infamia mirifice liberauit.

LEgitur in libro quodam exemplorum Beatę Virginis, quæ vocatur Mariale, quoniam fuerant alicubi duo monaſteria ordinis ſancti Bernardi non longe a ſe inuicem diſtantia vnum mulierum, aliud virorum, in quibus ſinguli ac ſingulæ iuxta inſtitutionis ſuæ regulam Domino deuote ſeruiebant. Erant autem & in eiſdem monaſterijs duæ perſonæ quarum vtraq; quæ libet in ſuo conuentu cuſtodis officio ſeruiebat. Propter motum autem ac ſanctitatis vitæ paritatem ſe mutua in Domino charitate arctius diligebant, ita vt ibi alter alterius obſequio egeret (prout officij oportunitas ſæpius exigebat) ſibi alternato miniſterio ſeruiebant. Talem autem ſuæ charitati cuſtodiam adhibebant, vt nequaquam ſibi corporali præſentia propinquarent, nec ſibi loquerentur, nec ſuis aſpectibus ſe offerrent. Feruebant autem ambo in ſeruitio Dei ac glorioſæ Mariæ matris eius. Cuſtodes uero conuentus virorum ob ſingularem ad Dominam noſtram deuotionem & reuerentiam, imaginem quãdam pulchriorem quo potuit eiuſdem virginis Marię ſibi fieri impetrauit, ſub cuius pedibus imaginem dæmõnis, econtra quo horribilius ac turpius excogitare potuit ordinari fecit.

Poſtquam vero longo tempore in iam dicta deuotione Beatæ Virgini deuotè ſeruiſſet, ſtimulatus de facto prędicti cuſtodis deuotionis omnis inimicus puritatem intentionis eiuſdem amplius ſufferre non potuit, uenitque in figura qua eum cuſtos formari fecerat obuiam in quadam nocte cum ad pulſandum ad matutinas ſurrexiſſet, cumq. proteruo ac irato vulta intuens, in hæc uerba prorupit. Cur hanc mihi opprobrioſam cõfuſionem exhibuiſti, vt me tam turpi forma faceres depingi pedibus pulchræ illius imaginis Mariæ Dominæ tuæ, ubi contrarijs iuxta ſepoſitis mei figura alia magis eluſceſcente horribilior apparet? Niſi mi citius depoſueris talem tibi prouidebo confuſionis talionem, ut te me ſic offendiſſe pęniteat.

Quo audito cũ viſionem eius cõceptus horror paululum abſceſſiſſet, cuſtos in hæc ſic uerba reſpondit dicens. Recede a me ſathanas tuas minas non curo, cui ego ſeruio poterit mi bene de tuis manibus eripere. Quo dicto inimicus velut in fugam verſus diſparuit. Poſt hæc multo tempore cum cuſtos minarum diaboli minimè me-

moraret, ad doli eius inſcius ſibi minimè prouideret, diabolus humanæ ſalutis ſemper inimicus redijt, & cuſtodi confuſionem quam ſibi promiſerat Deo permittente inferre curauit. Nocte igitur quadam in primo ſomno ante tempus matutinarum in cuſtodis fœminæ indutus forma, ad cellam cuſtodis velut introitum poſtulans pulſauit. Cuſtos vero tali tempore rumoris inſuetus ſurrexit, & aperiens cellæ ianuam quinam ibi eſſet, aut quid ſibi vellet inquiſiuit. Cui diabolus. Ego (inquit) amica tua chariſſima talis monaſterij cuſtos tibi fidelis, quæ quoniam in tui amore vehementer exaſti, & amoris vehementia tibi amplius ab eſſe non potui, magno itaque tractus amore ex monaſterio meo ad te huc perueni, aſſumens præcioſiora cuncta noſtri monaſterij clenodia, quæ nobis longo tempore ſuo valore vitæ neceſſaria poterunt miniſtrare. Nunc igitur ſurge velocius omni mora poſtpoſita, mihique ſociare, quicquid quoque tu præcioſorum clenodiorum ac ornamentorum habere poteris tecum aſſumens in ignoram regionem, vbi cupita poſſimus frui præſentia ſimul pergamus. Sathanas quoque ſicut cuſtodi loquebatur extrinſecus, ſic tentationibus ſuis animam eius amplius excitando mouebat intrinſecus, ita vt quid illi reſponderet non inueniret, ſed verborum ac tentationum eius victus importunitate fidem illi adhibuit cellam egreſſus eſt, & quicquid de ſuæ cuſtodiæ commiſſis clenodijs monaſterij, & ornamentis habere poterat, in ſaccum vnum colligens cum diabolo velut cum cuſtode dilecta a monaſterio fugam petens abſceſſit. Cum autem per aliquantulum ſpacium a monaſterio receſſiſſent, lachrymabili voce diabolus conqueſtus eſt ſe quoddam pręcioſiſſimum monaſterij ſui clenodiũ fuiſſe oblitum, quod omnia habita præcelleret in valore. Dixitque ad cuſtodem. Tu hic ſede amice chariſſime, & tu, editum meum præſtolare, ego citius quo poſſe o quæſito, & allato illo feliciter ad te redibo. Credit cuſtos, & abſcedente Diabolo ſolus cum furto remanſit in campo. Diabolus vero poſtquam receſſit a cuſtode venit in monaſterium, & ingreſſus dormitorium magnum ſtrepitum commouit clamans alta voce. Surgite ſurgite & citius cuſtodem qui cuncta furatus eſt inſequentes comprehendite. Surrexit Abbas & totus conuentus cum eo, & perluſtrantes ſingulas clauſuras apertas & præcioſiora quæque clenodia ac ornamenta monaſterij ſui ablata inuenerunt. Vnanimiter perinde monaſterium egreſſi, & cuſtodem inſecuti nõ longe a monaſterio ſolum inuenerunt, & furtum cum eo. Quem comprehendentes, cum quid diceret furto præſente confuſus non inueniret, ſemperque vehementer tacitus miraretur quomodo in hoc infortunium peruenisſet, cum in monaſterium reducentes incarceratum ambolus pedibus cyppo arctatis, & affixis vſque in diem craſtinum, quando de facto melius deliberarent dimiſerunt. Alteri quoque monacho, vt ad matutinas tempore congruo loco cuſtodis pulſaret committentes, ipſi ſe quieti tradiderunt. Quieſcentibus ſingulis cum cuſtos facti turpitudine confuſus ſolus ſederet in carcere atque cyppo, ſecumque miſerabilem caſum tacita mente cordeque contrito reuolueret, & præ cordis anxietate erumpentibus lachrymis bene contritus amariſſimè fleret, ſolatiumque ſibi ſub ſole nullum ſupereſſe conſpiceret, deuoto corde ſe tranſtulit ad omnium deſolatorum conſolatricem pijſſimam Virginem Mariam, caſum ſuum ei conquærens in hæc verba. O mi Maria omnium peccatorum miſericordiſſima Patrona, quoniam vt noſti corde deuoto tuæ me ſeruitiis mancipaui per tuam infinitam clementiam te deprecor, vt mihi caſu hoc lachrymabili innocenter circumuento, tuam miſericordiam gaudeam affuiſſe. Cumque ſic iacerem in oratione, & totius ſpei ancoram in matrem miſericordiæ innexiſſet, ecce ſubitò in forma qua eum depingi fecerat ſathanam adeſſe conſpexit, ſibi ſuum infortunium improperantem atque dicentem. Ecce (inquiens) quomodo quod tibi ante promiſeram, vt ſcilicet de mihi facta iniuria tibi redderem talionem, iam perſolui. Cuſtos cordis dolore confuſus quid ſuis reſponderet improperijs non inuenit. Tunc ait diabolus. Ecce quod tibi ante prædixeram, iam me cognoſcas impleſſe, ſed tamen Maria Domina tua mota, quam ad te gerit compaſſione, me imperiali potentia, quod inuitè facerem compulit. His dictis dæmon acceſſit

geſſit & excuſſo cyppo liberauit, & vt illine recederet imperauit. Cuſtos autem cellæ ſuæ ſecreta ſecrete petijt, ac diabolus in forma cuſtodis transformatus in cyppo carceris pro eo inuitus, & compulſus reſedit. Cuſtos quoque totus gratulabundus miſericordia gloriosæ virginis (cuius imperio fuerat liberatus) gratias quas potuit retulit, tempuſque matutinum totus lætabundus expectauit. Cumque prope eſſet, quod in pulſu horologij tempus matutinarum ſignaretur, quod etiam in loco officij ſui frater ordinatus expectauit, eccleſiam introiuit, atque vt ſolet de cantandis matutinis, monachis impulſu ſignum dedit. Quod vt frater vice eius ad pulſandum ordinatus audiuit, mirabatur quinam ibi eſſe potuit, qui ipſum pulſando etiam ante tempus præuenſſet, eo quod dum cuſtos incarceraretur aſſuiſſet. Ad eccleſiam igitur feſtinus accurrit, & cuſtodem pulſantem inueniens, cum vehementer miraretur, Abbatem, ac fratres cæteros adijt, & quod cuſtos fracto carcere violenter aufugiſſet, intimauit. Surgentes illi carcerem adeunt, atque vt ſibi videbatur cuſtodem incarceratum, vt eum ante reliquerant inuenerũt. In choro quoque Eccleſiæ veniunt atque cuſtodem (vt ſibi ſolet) pulſantem aſpiciũt. Dixitque Abbas fratribus ſuis. Tota hac nocte fratres mei diabolica fumus deceptione vexati. Et accepta aqua benedicta cum pulſantem cuſtodem aſperſiſſet, ille aſperſionem humiliter (vt vere humilis erat) reuerenter accepit. A choro igitur ad carcerem cum conuentu rediit, vbi vt ſibi videbatur cuſtodem incarceratum ſedentem inuenit. Cumque eum (vt verò cuſtodi ante fecerat) etiam aqua benedicta aſperſiſſet, ille dimiſſo magno fœtore vt fumus euanuit, ſicque diſcordiæ ſeminator maleficus fratres ſingulos cum cuſtode pacificauit inuitus. Cuſtos quoque ſuæ liberationis non ingratus, nec immemor ſtuduit adiutorio gloriosæ Virginis in virtutibus proficiendo, pro ſibi impenſo beneficio gratus exiſtere, & in ſeruitio eius aſpirante gratia vſque in finem vitæ ſuæ amplius feruere. Fratres vero miſſis nuncijs in prænominatum monaſterium virginum, vtrũ de hoc negocio nocte illa aliquid percepiſſent, explorare ſtuduerũt. Sed quoniam rei veritas nulli hominum decepto cuſtode patuit, nullibi aliquid inde auditũ fuit. Cuſtos verò rei euentum vſque ad vitæ ſuæ terminum ſecretum tenuit, nulliquepublicauit. Sed cum cæteris vicinæ mortis ſignis prodentibus ſe ab hoc ſeculo migraturum eſſe cognoſceret, omnem rei geſtæ ordinẽ vocato priori intimauit.

EXEMPLVM CXXI.

Beata Maria in die Purificationis multis comitata virginibus ſe deuoto, & infirmo Epiſcopo amplexandam dedit, cũque perfecte ſanauit.

LEgitur in libro exemplorum Beatę virginis, quod quidam Epiſcopus deuotus Beatæ Virgini infirmabatur grauiter, cum autem inſtaret feſtum Purificationis Mariæ rogauit eam, vt ſibi ſanitatem impetraret, quatenus eius officium deuotus impleret, ſed non fuit exauditus. Item imminẽte hora veſpertina in vigilia huius feſti petiuit pro ſanitate corporis, ſed minime exaudiebatur, quod & tertio fecit ipſo die hora prima, ſed nihil impetrauit. Domus autem Epiſcopi adhærebat Eccleſiæ, ita quod ambitus de eccleſia protendebatur ad domum in qua Epiſcopus infirmus iacebat. Cum autem ipſo die ſolemnis proceſſio fieret a Clero, & illa Antiphona. Adorna thalamum tuum Sion, ſecundũ conſuetudinem eccleſiæ in circuitu cantaretur vidit Epiſcopus ſolemnem proceſſionem virginum pulcherrimarum de eccleſia per ambitum ad ſe venientem, quæ veſtitæ albiſſimis erãt. Inter quas vna erat pulchrior omnibus quæ poſt omnes ibat, & pulcherrimũ puerum geſtabat in vlnis. Et cum ſic appropinquarent, duæ ex illis virginibus iuxta caput Epiſcopi ſe ponẽtes Angelicis vocibus inceperunt prædictam Antiphonam ſcilicet, Adorna thalamum tuum, decantare. Quas Epiſcopus, vt vidit prout poterat erexit ſe, & in lecto reſedit. Venerabiles aũt virgines lectum eius circunſteterũt, & dulciter cantabant, quod tamen nullus niſi Epiſcopus audiebat, & eum ſic cantaſſent vſque ad locum illum, ſuſcipe regem Chriſtum, amplectere Mariam, quæ eſt

cœle-

gradus eſt Iudæo, qui eum minimè recognouit, dicens: Hunc iudicarem me læſiſſe, ſi duos oculos non haberet. Nam huic nihil imputare valeo. Viſo igitur miraculo gaudebant fideles recognoſcentes, & laudantes matrem Domini fidelium adiutricem. Statuerunt ergo fideles, vt in eodem die annis ſingulis Iudæi Iudæum aliquem publice repræſentent, qui ſine cõtradictione alapam tam grauem ſuſtineat, quam Chriſtianus decreuerit ſibi dandam.

Miſericordia in pauperes & infirmos.

EXEMPLVM CXXIIII.

Miſericordiæ operibus deditus Gennadius de exiſtentia æternæ vitæ per Angelum meruit informari.

AVguſtinus in Epiſtola ad Euodium. Frater noſter Gennadius notiſſimus fere omnibus, nobiſque chariſſimus medicus, qui nunc apud Carthaginem degit, & Romæ ſuæ artis exercitatione præpolluit, vt hominem religioſum noſti atque erga pauperum curam impigra miſericordia, facillimoque animo benigniſſimum. Dubitabat tamen aliquando (vt nobis modo retulit) cum adhuc eſſet adoleſcens, & in his eleemoſynis feruentiſſimus, vtrum eſſet vlla vita poſt mortem. Huius igitur mentem, & opera miſericordiæ, quoniam Deus nullo modo deſereret, apparuit illi in ſomnis conſpicuus iuuenis, & dignus intendi, eique dixit: Sequere me.

Quem dum ſequeretur venit ad quandã ciuitatem, vbi audire cępit a dextra parte ſonos ſuauiſſimè cantilenæ vltra ſolitã notamque ſuauitatem. Tunc illi intento quid nam eſſet, ait hymnos eſſe ſanctorum atque beatorum.

Similiter autẽ parte quid ſe audiuiſſe meminit, nõ ſatis meminit. Euigilauit & ſomnium fugit, ãtumque de illo quantum de ſomnio cogitauit. Illa verò nocte ecce idẽ iuuenis eidem iterũ apparuit, atque ab illo vtrum cognoſceretur interrogauit. Reſpondit iſte quod eum bene planeque cognoſceret. Tunc ille quæſiuit vbi ſe noſſet, nec memoria defuit, quod iſte idẽ reſponderet, totumque viſum illum, hymnoſque ſanctorum ad quos audiendos eo duce venerat, quia recentiſſimos recordabatur facile narrauit. Hinc ille percontatus eſt, vtrum id quod narrauerat in ſomnis vidiſſet, an vigilans? Reſpondit: In ſomnis. At ille: Bene (inquit) recolis. Verum eſt, in ſomnis illa vidiſti, ſed etiam nunc in ſomnis te videre ſcias.

Hoc autem cum audiſſet iſte ita eſſe credidit, atque id reſponſione firmauit. Tunc hominem docebat, adiecit & ait. Vbi eſt corpus tuum? Reſpondit. In cubiculo meo. Scis ne (inquit ille) in eodem corpuſculo nunc eſſe alligatos, & clauſos, & otioſos oculos tuos, nihilq; te illis oculis videre? Reſpondit ille, Scio. Tunc ille. Qui ergo nunc ſunt iſti oculi (inquit) quibus me vides? Ad hoc iſte non inueniẽs quid reſponderet, obticuit. Cui hæſitanti illi, quod his interrogationibus docere mollebatur aperuit, & continuò ſicut (inquit) illi oculi carnis tuæ vtique in dormiente, atq; in lectulo iacente nunc vacãt, nec aliquid operantur, & tamen ſunt illi, quibus me intueris, & iſta veris viſione, ita cũ defunctus fueris nihil agentibus oculis carnis tuæ vita tibi inerit qua viuas, ſenſus quoq; quo ſentias. Caue iam deinceps ne vita poſt mortem manere dubites. Ita ſibi homo fidelis ablatam dixit huius rei dubitationem, docente prouidentia ac miſericordia Dei. Auguſtinus epiſt. 100. quæ eſt 2. ad Euodium.

EXEMPLVM CXXV.

Eleemoſynam dans diaconus ſancti Germani duorum denariorum ducentos denarios repente recepit, trecentos recepturus, ſi tres denarios, vt iubebatur, dediſſet.

LEgitur in vita ſancti Germani Antiſiodorẽſis Epiſcopi, quod cum pauperes ſibi occurriſſent eleemoſynam poſtulantes, quæſiuit a diacono quantum haberet in ſumptibus. Qui tantum tres denarios ſe habere reſpõdit, quos ſanctus Germanus pauperibus errogari mãdauit. Diaconus verò quaſi prouidus de futuris duos tantum ſolidos erogauit, & vnum ſeruauit. Cum uerò ambularent equites in uia eis occurrerunt rogantes Germanum, ut Dominum ſuum cum familia ſua tota ægrotantem dignaretur miſericorditer viſitare

bibente, & inueniſſet ante domum ſuam pauperem mirabiliter afflictum (vt videbatur) & vlceroſum, compaſſa duxit eum in domum ſuam, viro tuo abiente. Et cum peteret balneum parauit ei, poſt cum diceret, quod non poſſet quieſcere, niſi in molli lecto, poſuit eum in camera ſua. Cum autem ſubito vir eius veniens dictam cameram intraſſet, in lecto vxoris inuenit dictum infirmum, quem cum crederet adulterum, & vellet eum occidere, ſuper lectũ eius apparuit ei Dominus nudus in ea forma, in qua & ipſe pependit in cruce dicés. Quid me perſequeris, qui pro te hæc paſſus ſum? Cum autem ad terram proſtratus oculos erigeret, nihil inuenit, & conuerſus eſt ad Dominum.

EXEMPLVM CXXX.

Eleemoſynam larghiſſimam quatuor millibus pauperum tribuens Erdicius vocem audiuit cęleſtem.

LEgitur in chronicis quod cum Erdicius Romanorum Senator eſſet in Burgundia agens rempublicam Romanorum tempore Theodoſij Imperatoris, cum fames maxima Burgundiam oppreſſiſſet, congregauit apud Lingos quatuor milia pauperum, vel amplius, qui non poterant habere unde ſibi famis tempore prouiderent, & pauit eos ibi quamdiu malum tempus durauit, quo ceſſante, fecit eos ad loca ſua cum vehiculis deportari, & audiuit vocem de cęlo dicentem ſibi. Erdici tibi & ſemini tuo panis non deficiet in æternum, quia me in famis tempore in pauperibus membris meis refeciſti. Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſt. Franc. c. 24.

EXEMPLVM CXXXI.

Miſericordiæ aditum caſtri ſui præcludens ſenator, niſi per Beatam Mariam fuiſſet adiutus, periſſet.

SEnator quidam magnum caſtrum atq; gloriоſum in via publica ædificauit ſolo vanitatis intuitu. In cuius porta hos verſus ſcribi fecit. Decretum detur ne dormiat aut epuletur. Hic gens villana, ſed Achilles, Plato, Diana. Volens ut nullus deberet ibidem dormire, niſi foret miles ſtrenuus, qui notatur in Achille, philoſophus vel clericus, qui notatur in Platone, virgo nobilis, quæ notatur in Diana. Quadã die tractus eſt in viſione ad iudicium. Cui Dominus dixit. Me, & meos a tuo caſtro niteris excludere, & ideo non immerito debeo te meo caſtro, hoc eſt cęlo priuare. Cum autem tremebundus contra ſe ſententiam ferendam expectaret, nec aliquid ſupereſſet effugij, miſer ille in matrem miſericordiæ oculos reflexit, miſericordiam ab ea, & ſubſidium poſtulans quam non mereba tur. Commota igitur ſolita miſericordia Beata Maria, pro eo interceſſit, & quod petebat obtinuit, dixitque ei ut priorib verſibus deleris, hoſpitalitati ſe daret, & ſequentes uerſus ei commendauit. Muta decretũ, ſanctorum ſuſcipe cetum. Nudum Martinum, Lazarum, Iacobum peregrinum. Ex quibus verſibus innuitur, quod deuoti recipiendi ſunt in hoſpitio, & nudi, & pauperes quod etiam notatur in Martino, infirmi debiles, quod notatur in Lazaro, peregrini & exules, quod notatur in Iacobo. Et ſic per maris ſtellam hic ſenator, qui in mari huius ſeculi errauerat directus eſt, ita quod in Hieruſalem peruenit ciuitatem cœleſtem.

EXEMPLVM CXXXII.

Infirmos ſupra modum abhorrentes frequenter in infirmitates eaſdem conſueuerit incidere.

REfert Petrus Cantor Pariſienſis, quod quidam confeſſor, qui audiebat confeſſiones leproſorum fecerat præ horrore infirmitatis eorum in quodam muro feneſtram per quam eos audiebat, & per eandem feneſtram eis etiam ſacramẽtum porrigebat. De quo Dominus talem accepit vindictam, quod ſacerdos ille ex media parte corporis ſui leproſus effectus eſt, ſcilicet ex illa parte quam auertebat a leproſis, ex illa autem eius parte quam tenebat aduerſus leproſos ſanus remanſit.

Refert idem Petrus de quodam ſeruo qui in tantum abominabatur leproſos, quod olera quæ Dominus ſuus eis mittebat nolebat eis deferre, qui poſtea diuino iudicio leproſus effectus eſt. Hic Petrus

Cantor

ſus propoſitum virginitatis quod integrũ adhuc in me eſt vſque in finem inuiolabiliter conſeruarem. Poſt hoc ignorans tam dulciter obdormiui, vt me ad paradiſi delitias raptum fuiſſe putarem. Expertus autem mox tuum, ò rex, compleui mandatum. Cui rex ait: Quid loqueris de propoſito virginitatis cum non ignorem te iam ex longo inſidiatum eſſe caſtitati reginæ. Licet enim de opere ſolicito nihil mihi certi conſtiterit, ſigna tamen dilectionis experientia ſecreta didici, ſignans ei quod regina triſtante non gauderet cum cæteris ex familia, ſed ei collachrymari ſoleret. Tunc iuuenis cum admiratione ait; Audi me, ò rex: Moriente patre meo, quem deuotum Deo, & fidelem tibi nouiſti militem, hæc tria abeo accepi pro teſtamento, narrans ei prædicta documenta, quæ pro meo modulo complere laborauit.

Tunc rex valde exhilaratus, expoſuit ei per omnia ordinem de inuidia, & conſilio mortis, dilexit eum ex hoc ſuper omnem familiam ſuam. Innocens autem Deũ laudans, in ſeruitute Dei, & beatæ Mariæ deuotus, tandem migrauit ad Dominum. Martinus Polonus in Promptuario exemplorum c. 18. Bernardinus de Buſto 2. parte Roſarij, ſer. 23. par. 3. li. H. Ioan. Herolt, ſeu Diſcipulus ſerm. 48. de ſanctis circa finem Chronicum F. Capucinorum idiomate Luſitanico, & Lud. Grauatenſis 2. parte Catech. c. 27. §. 10.

Mors.

EXEMPLVM CXXXIIII.

Mortui Comitis & patris ſui putentem ſaniem, & horribiles vermes videns filius duram & incognitam hominib. vitam Romę duxit, eoque mortuo omnes campanæ Vrbis vltro ſonuerunt.

LEgitur in libro de ſeptem donis, quod narrauit quidã Cvvalterus magiſter in Theologia, quod cum Eccleſia quædam conſecrari deberet, & quidam nobilis Comes excommunicatus ibidem ſepultus eijciendus eſſet propter conſecrationẽ patefacto ſepulchro apparuit immaniſſimus bufo ſuper faciem eius, eam operiens & corrodens, & alij vermes & ſerpentes ad quorum aſpectum & horrorem omnes qui aderant fugerunt.

Filius autem dicti Comitis iuuenis hæc audiens acceſſit, & viſa ſanie carnis patrę, & vermium diuerſitate & horrore dixit. Iſti ſunt amici noſtri, quos nutriunt delitiæ noſtræ, hos quieſcere facimus in mollibus lectis, & pictis thalamis, & augmentamus diuerſitate ferculorum. Melius eſt ergò vt extinguantur in vita per pœnitentiam, moleſtentur per ieiunium, vt interfecti a nobis non occurrant in morte. Et relicto principatu, & omni gloria mundi fugit cogitans ſe beatum ſi fieret pauper pro Chriſto.

Venit autem Romam vbi in timore Dei corpus ſuum mirabiliter afflixit Carbonarij etiam inibi ſortitus officium, dempto ſolo confeſſore ſuo omnibus hominib. vſque in finem vitæ ſuæ permanſit incognitus. Tandem veniens quadam die Romã, vt carbones venderet, ibidem infirmitate graui percuſſus, & vulneratus patientiſſime & mitiſſimè ſuſtinuit. Deinde vocatus a Chriſto ſœliciter euolauit. Quo migrante, omnes vrbis campanæ vltro, & per ſe diuina virtute ſonuerunt. Quod cum tam Papa Ioannes, quam vniuerſus populus vehementiſſimè mirarentur, confeſſor ipſius quidam homo ſanctæ vitæ totum vitę ſuæ ordinem, & quis eſſet omnibus enarrauit. Quod audientes fui nobiles & milites qui eum ibidem quæſierunt, licet viuum non inueniſſent, corpus tamen defuncti ad terram ſuam, cum gaudio deduxerunt. Nicolaus Dincleſpule.

EXEMPLVM CXXXV.

Moriturus miles doluit multum, quod fidelius temporali Domino, quam æterno Deo in hoc mundo ſeruiuit.

REfert Vincentius in Speculo morali, quoniam miles quidam multo tempore Marchioni fideliſſimè ſeruiuit adeo, vt propter fidelitatem ſuam Domino chariſſimus haberetur. Hic tandem in grauem incidit infirmitatem, de qua, & mortuus eſt. Quod cum Domino ſuo Marchioni nunciatũ eſſet, aduenit confeſtim, conduxit medicos, atque de eius valitudine percunctatur, multis igitur ægrum con-

tinſque quod finis eſſet omnibus communis his & illis, intrauit ibi ordinem. Quod cum patri ſuo fuiſſet nunciatum, ſupramodum animo contristabatur, quia quem ſperabat habere hæredem, audiuit vniuerſæ hæreditati renunciaſſe.

Quod audiens iuit ad monaſterium dicens, quod Abbatiam deſtrueret niſi ſibi filius redderetur. Sed cum diſcretus puer furorem audiuit ait. Nè ita caris pater mi, nam ſi facias quod tibi dicam, reuertar ad vitam mundanam, & hæreditatem tuam acceptabo. Tunc pater hilariter dixit. Omnia pro te facere ſum paratus, dic quicquid volueris & animo volenti fiet. Tunc iuuenis ait patri. Quædam conſuetudo eſt in terra tua quæ tenet totum ſpatium terræ tuæ, quæ niſi adeſſet ibi libentiſſime habitarem. Et pater ait. Quęcumque illa fuerit eam pœnitus amouebo, ſi volueris ad ſeculum redire. Tunc filius ait. Conſuetudo eſt in terra tua, quod ita cito moriuntur iuuenes ſicut ſenes, quæ niſi prius remota fuerit, ad terram tuam vlterius non redibo. Hoc audiens pater impoſſibilitatem cõfeſſus, cum ſpiritum Dei loqui audiſſet per filium ipſum in pace Deo noſtro ſeruire permiſit.

EXEMPLVM CXXXVIII.

Moriturus leproſus audiente milite dulciſſimè Domino decantauit.

QVidam Dominus pergens venari inuenit beſtiam quam ſolus perſequebatur multum auidè, ſeruis eius occupatis circa alias feras. Peruenit tandem ad quoddam nemus paruum, & audiuit voccm humanam ſatis dulcem & iocundam. Mirabatur igitur vnde vna illa ſonuit, cogitauit enim quod non potuit eſſe vox ſeruorum. Intrauit igitur nemus, & inuenit leproſum ſatis horribilem aſpectu, cuius carnes defluebant, quem vt vidit erat multum perplexus. Aſſumpſit tamen vires, & iuit ad eum, & ſalutauit eum dulciter, & quæſiuit vnde prouenieſſet vox illa tã dulcis. Cui leproſus: Ego illam emiſi. Tunc admirans Dominus dixit: Quomodo poteſtis lętari in tantis doloribus cõſtitutus? Reſpondit leproſus. Inter Dominum Deũ & me non mediat niſi paries de luto, hoc eſt corpus meum. Quo confracto atque interſtitio diſſipato ad ipſum perueniam. Videns igitur quotidie diſſolui ac debilitari corpus meum gaudeo, & canto prę lętitia cordis expectans diſſolutionem corporis ipſius, vt ſiue impedimẽto ad Deum fontem viuum valem peruenire.

Munera.

EXEMLPVM CXXXIX.

Munera non facile accipienda ſunt, præſertim iudicibus.

REfert beatus Bernardus lib. 4. de conſideratione ad Eugenium ſic dicens;; Dignum eſt ad medium venire factam dulcis memoriæ Martini noſtri.

Hic enim Cardinalis presbyter functus aliquando legatione in Dacia tam pauper remeauit, vt pœnè expenſis & equis deficientibus vix perueniret Florentiam. Ibi Epiſcopus loci donauit ei equum quo Piſas vſque vbi nos eramus nunc profectus eſt. Poſtridie (credo) ſecutus eſt Epiſcopus. Erat enim ei ibi cauſa cum aduerſario, & agendi aderat dies. Cœpit itaque requirere ſuffragia amicorum. Cumque per ſingulos ſollicitaretur ventum eſt ad Martinum, & fiducia multo maior erat in illo, quippe qui non poſſet immemor eſſe recentis beneficij. Tum Martinus decepiſti me (inquit.) Neſciebam etenim tibi imminere negotiam. Tolle autem equum tuum ecce in ſtabulo eſt. Et hora eadem reſignauit. Quid enim dices mihi Eugeni? Nonne alterius ſeculi res eſt, rediiſſe legatum de terra auri, ſine auro tranſiſſe? Per terram argenti, & argentum neſciiſſe. Donum inſuper quod poterat eſſe ſuſpectum illicitò reiecciſſe? Refert ibidem beatus Bernardus. Rem loquor quã audi. Eram cum Epiſcopo Carnotenſi Ganfrido in partib. Aquitanię vbi idem præſul legationem propriis ſumptibus ſtrenue administrauit. Et ecce a quodam presbytero præſentatus eſt illi piſcis, quem vulgi vocant. Sturgionem. Percontatus Legatus quanti venierit. Non accipio (inquit) niſi receperis pretium, & reſignauit ſolidos quinq. inuito & verecũdo. Item cum eſſemus in quodam oppido Domina illius oppidi obtulit ei pro deuo-

EXEMPLVM CXLII.

Defuncti fratres cauſantur ſe in pœnis eſſe, eo quod viui fratres vigilias, & cæteras orationes deuotè non perſoluerunt.

FVit quidam monachus Ciſtercienſis ordinis bene religioſus ſecundum datam ſibi gratiam in Beatæ Mariæ ſeruitio valde deuotus. Huic vt in calore religioſi propoſiti eo vilius, quo humilius deludaret ſuſcitauit Chriſtus æmulum vnum de conclauſtralibus ſuis, qui in omnibus quæ ageret calumniam ei ſtatuens, verbis & factis eum inſectaretur, nec in hoc ſolum manus Domini ſuper eum extenta, ſed adhuc in flagellis duobus vno corporali, alteri ſpirituali. Quotiens enim tonabat auditum tonitrui ferre non valens ferè vſque ad exitum animæ turbabatur. Sed & gutta quam roſeam vocant certis temporibus ita faciē eius exulcerabat, vt propter aſpectus fœditatem infirmatorium ſæpius, & diutius tenere cogeretur. Cumque hac infirmitate grauatus quadam nocte poſt matutinas ijſſet cubitum, increpabat animam ſuam per dolorem compunctionis in lectulo corporeæ quietis. Paucis autem diebus ante euoluti breui temporis interuallo monaſterij patrem cum monachis ferè quindecim è corpore Chriſtus vocauerat. Dum ergo ille in orationibus vigilaret, in extaſi factus vidit per medium infirmatorium tranſire exercitum monachorum, inter quos Abbatem ſuum, & monachos illos, qui paulo ante obierunt recognouit, quorum vnus ad eum diuertens, & ante lectum eius ſubſiſtens ait; Frater chariſſime nos qui hic tranſimus, in monaſterio dum in hoc corpore viueremus, conuerſati ſumus, omnes quidem gloriamur in ſpe, ſed differimur adhuc a regni introitu propter quorundam fratrum negligentiam, quorum alij tardè, alij præpidè, vel omnes ingratè ſoluunt pſalmos & orationes, quas debēt pro animabus noſtris. Nec ſolummodo rei ſunt apud nos, ſed ipſe Chriſtus multa habet aduerſus eos. Ipſum enim prouocant & excitant ad vomitum dum cœpidè uorum uitę puriorisęmulantur, & ſanctę præcepta regulę ſine ſcrupulo conſcientiæ tranſgrediuntur. Ipſis ſi quidem conuenientibus in vnum tēpore & loco orationi, & pſalmodię iam nō eſt ſpiritualem eſcam manducate dū vnuſquiſque præſumit corde uanitatem ad delectandum, & anima eorum nauſeat ſuper manna cęleſti, quaſi ſuper cibo, & contemptibili. Hoc autem iram Dei maxime prouocat, quod in illa hora in qua fratres ob reuerentiam Trinitatis inclinant, aliqui cachinant, & de otioſis occulte ſignificant. Alij corpore, & corde rigidi uix poſtquam Gloria Patri dictum eſt inclinant, ſed necdum Spiritui ſancto dicto erecti curioſi per parietes uagantur. Alij in modum ſtatuarum ad orandum ſtantes ſic ſomno ſepulti ſunt, vt neſciant quid agant circa ſe, & nihilominus tamen incuruant ſe, & erigunt ſicut cæteri miſera quadam conſuetudine. Vade, & dic Abbati ex parte noſtra, vt corrigere ſatagat has negligentias fratrū, quibus ad hoc ſpeculator a Domino datus eſt, vt annunciet eis peccata ipſorum. Sic diſparente defuncto monachus latenter ſurgens perrexit ad eccleſiam, & ante quoddam altare priuatum toto affectu cordis orare cępit. Statimque fuit in ſpiritu. Et reſpiciens per feneſtram quæ ſuper altare erat, uidit incandeſcere radium ſolis. Et ecce mira pulchritudinis mulier per ipſam feneſtram introiuit. Quæ ſtans iuxta eum dixit ei. Noſti quæ ſum ego quo reſpondente, neſcio. Ego ſum, inquit) Maria mater Ieſu, qua uenit vt conſolet gemitus tuos, & lenire dolores tuos. Vidi enim lachrymas tuas, & orationes tuas. Et factum eſt cum hæc diceret, fratribus in choro ad Gloria Patri, more ſuo ſe incuruantibus, ipſa cancellatis manibus reuerenter, & profunde vſque dum diceretur. Sicut erat in principio incuruauit ſe. Et rurſum erecta dixit ei. Monachus ille mortuus, qui proſequebatur te multipliciter ſecundum multitudinem malignitatis, qua te perſecutus eſt, pœnas recepit. Et vt uerum me dicere credas, eſto ſanus ab hac duplici quam luſtines infirmitatis peſte. Et tergens manica veſtimenti ſui faciem euanuit ab oculis ipſius. In craſtino uero Abbati rem ſecrete referens iudicio faciei mutatæ fidem ipſi, & cęteris fratribus fecit ad honorem Reginæ Angelorum, & Dominę cęlorum.

EXEMPLVM CXLIII.

Oratio Dominica quam efficax sit pro viuis, & defunctis.

QVidam Episcopus deuotus vidit in somnis puerum piscantem de puteo cum hamo aureo & linea argentea, & inde pertrahebat vnam pulchram mulierem. Et Episcopus euigilans vidit eũdem puerum in cœmiterio super vnam tumbam orantem. Et quæsiuit ab eo quid faceret, respondit. Pro anima matris dico Pater noster, & Miserere. Et intellexit vir sanctus, quod anima illius mulieris liberata esset a purgatorio precibus illius pueri, & Pater noster esset hamus aureus, & Miserere esset linea argentea.

EXEMPLVM CXLIIII.

Item aliud de eadem oratione.

LEgitur in libro de septem donis, quod fuit quædam deuota matrona, quæ in Ecclesia quadam cathedrali solebat orare, & in angulo secreto prostrata cum maxima deuotione dicebat Pater noster, & Aue Maria, & Credo in Deum, lachymis tota liquescens, & pauimentum profundens Episcopus autem illius loci homo sanctæ vitæ, vidit columbam de cœlo venientem, & lachymas illas colligentem & deferentem in cœlum Et cum hæc vicibus multis vidisset vocata fœmina illa quæsiuit ab ea, quæ esset oratio eis. Quæ cum respondisset sibi, dixit Episcopus. Quam fœlix esses si psalterium scires. Quod cum didicisset & oraret, Episcopus deinceps non vidit lachrymas nec columbam. Vnde abstulit ei psalterium præcipiens, vt ad orationes consuetas rediret. Quod cum fecisset vidit Episcopus quod deuotio pristina & lachrymæ, & columba protinus redierunt. Nicolaus Dinclespule.

EXEMPLVM CXLV.

Orationi monocoli mõs transfertur, & rex Tartarorũ ad fidem Christi conuertitur.

ANno Domini 125. Caliphus Rex Tartarorum conatus est exurpare Christianos de regno suo, quia Christiani mixti habitabant inter paganos. Vnus autem de consiliarijs suis consuluit regi, vt omnes vinceret ex euangelio. Nam Christus Deus Christianorum locutus est? Si quis Christianus non hæsitauerit, & dixerit mõti huic, tollere & mittere in mare, fiet ei. Qui conuocauit omnes Christianos quæsiuit si verbum Christi & euangelium verum sit? Respondentibus omnibus quod sic, statim comminatus est eis, quod nisi infra decem dies hoc, facto offenderent omnes perirent. Tunc Episcopus & sacerdotes conuocauerant Christianos, & indicto ieiunio per triduum, & orationibus intendentes, rogat erũt Dominum Iesum Christum vt suis fidelibus succurreret. Et reuelatum est cuidam Episcopo deuoto, quod sutor monoculus dignus esset proferre illa verba, & populum Christi de periculo eruere. Qui ex humilitate renuit, & se peccatorem esse asseruit, tamen ex obedientia, præcepto se submisit. Et Christiani ex vna parte steterunt, & crucem Christi secum habuerunt, & Caliphus ex alia parte cum suo populo, qui fuerunt parati ad occidendum Christianos. Orauit autem iuter flexis genibus ne Christus tot Christianos necari permitteret, & præcepit monti vt se tolleret, quod & statim factum est Quo viso Rex baptizatus est, & plures cum eo, & sic fides roborata est & augmentata.

EXEMPLVM CXLVI.

Oratione pauperis operarij nisi quidam diues adiutus fuisset, subitanea morte percussus in æternum periisset.

LEgitur de quodam paupere operario, qui panem pro se, & pueris suis lucrabatur manibus suis. Accidit autem quadam die, vt iret ad locum vbi conducebantur operarij nimis mane. Tunc cogitauit, quod iret ad ecclesia audire missam, & audiuit missam deuotè, rogãs Deum vt daret ei lucrari honesto labore suo, ita quod posset se, vxorem, & pueros nutrire in hac vita sine peccato. Et cum deuotione detẽtus ibi diu remansisset rediit ad locum vbi conducebantur operarij nimis tarde, ita quod omnes erant iam conducti. Tunc fuit desolatus sicut ille in cuius domo non erat fortassis

miſſis panis nec argentum. Et dum triſtis de loco conductionis recederet cogitans quid poſſet facere, obuiauit cuidam diuiti Burgenſi, qui quæſiuit ab eo cur non erat conductus. Qui dixit ei quomodo ſibi contigerat, & quomodo audierat miſſam, & oblitus erat ſeipſum ibi. Tunc cogitauit ille diues, quod orationes eius eſſent bonæ, & dicit ei. Vade iterum ad eccleſiam tota die, & dabo tibi tantum quantum dabo cęteris operarijs meis, & ora bono corde p me. Ille autem gaudens quod inuenerat vbi poſſet lucrari, fuit ibi tota die manibus complosis & genibus flexis pro diuite rogans Deum. Et diues miſit ſibi comedere ſicut cæteris operarijs. Sero redijt, & habuit decem denario ſicut & alij, & adhuc vnum panem vltra. Et cum rediret ad domum ſuam & ad pueros ſuos obuiauit ei Chriſtus in ſimilitudine hominis ſenis honeſti, & bene induti, & dixit ei. Quantum dedit tibi diues illa die pro ſeruitio tuo? reſpondit: Duodecim denarios, & vnum panem. Tunc dixit ei; Vade ad eum, & dic ei quod malè ſoluit, & niſi melius ſoluat, & plus det tibi, male erit ſibi. Tunc illi redijt ad diuitem & dixit ei. Vnus ſenex cui obuiauit remittit me ad vos, dicens, quod vos non dediſtis mihi ſufficientem mercedẽ, & dixit mihi quod dicerem vobis quod niſi melius ſoluatis male erit vobis. Tunc diues dedit ſibi quinque pariſienſes. Et ille receſſit, & iterum obuiauit ſeni. & dixit quod adhuc non ſoluerat ſufficienter, & quod rediret, & diceret ſibi quod adhuc daret ſi plus. Et tunc ille redijt, & diues dedit ſibi centum ſolidos & vnam veſtem. Et eadem nocte apparuit ei Dominus in viſione dicens ei, quia niſi pauper operarius rogaſſet pro eo, mortuus fuiſſet illa nocte & damnatus. Tunc ille diues cõpunctus meliorauit ſtatum & vitam, & cępit dare eleemoſynas largas & eccleſias frequentare, & bona opera facere. ita quod poſtmodum in bono ſtatu mortuus fuit.

EXEMPLVM CXLVII.

Apoſtaſiæ ſpiritu tentatus frater orationibus ſodalis ſui conſtans efficitur.

ERant duo ſcholares renunciantes ſeculo, & clauſtrũ ingrediebantur. Diabolus autem tentauit multum vnum eorum, vt ad ſeculum rediret. Qui tentatio ni reſiſtere non valens, dixit ſocio ſuo: Redire me oportet ad ſeculum. Quem ille retinere non valens ait. Veni prius ad aliam beatæ Mariæ virginis, vt ſalutemus eam. Cumque orationem facerent, ille qui tentabatur attediebatur orare, quia cor eius vt citius exiret cruciabatur. Socius autem eius vberrimè cum lachrymis beatam Virginem inuocauit. Tentatus autem vidit Mariam pallio ſuo lachrymas eius recipiẽtem, & filio ſuo oſtẽdentem & dicentem. O dulciſſime fili mi qui ſemp exaudis ſuppliciter te inuocantes, ſuſcipe nas lachrymas ſerui tui, & effectum petitionis concede. Cui filius. Non eſt fas (ò Mater) vt tibi aliquid denegem, fac cum eo ſicut vis. Tũc ille quaſi de graui ſomno euigilans, ſocium adhuc flentem eleuat, & ad pedes eius procidens ait: Hodie meritis, & lachrymis tuis ab omni tentatione ſum liberatus, & ad clauſtrum redeamus, & beatæ Virgini ſeruiamus.

EXEMPLVM CXLVIII.

Confeſſio ſine propoſito emendæ, ſed ex conſuetudine parum prodeſt, & oratio exiſtentis in peccato mortali defunctos non iuuat.

QVidam filius habuit patrem qui obijt, & filius 32. annis pro anima patris quotidie ſpecialem orationem fecit. Cui pater poſt hoc tempus apparuit dicẽs ſe in magnis pęnis eſſe. Cui filius. Profuit ne tibi oratio mea qua 30. annis & vltra pro te orau? Reſpondit pater: Non. Cui filius; Ergo damnationi (vt audio) ſubiaces, ſi nihil oratio tibi profuit? Reſpondit. Fili non damnatus ſum, ſed purgatorio datus, vbi vehementer crucior donec omnia peccata vſq; ad nouiſſimum quadrantem exoluantur Et ait filius. Cur ergo non proſunt tibi orationes meę? Reſpondit pater. Quia ſemper per illud tempus in peccato mortali fuiſti. Cui filius. Quomodo hoc pater eſſe potuit cum annis ſingulis cõfeſſus ſũ, ſacramentũ Euchariſtiæ ſuſcipie: Reſpõdit pater: Quamuis annis ſingulis cõfeſſus communicaſti, indigè tamen ſem per ſacramentum accepiſti, quia contri ia tua, &

confessio vera non fuit, quia non ex charitate, sed ex consuetudine quadam processit, in signum cuius confessionem distulisti vsque ad vltimam septimanam Quadragesimæ quando præ confusione confessionem tuam differre vltra timuisti, & in nullo post ad emãdationem te dedisti. In quo reluceret in tam longo tempore firmum propositum emendandi te non habuisse. Nullum ergò peccatum tuum Deus tibi in eo tempore indulsit. Qui cõpunctus postmodum verò fuit contritus & confessus, abij ciens omnes mundi vanitates in vestibus & morib. ac gestibus, Deoque deseruiendo. Qui tunc deuotius pro patre orauit, & in breui de purga, liberauit.

Ornatus vanus.

EXEMPLVM CXLIX.

Vestium ornatum Deus maximè in fœminis odit, punit grauiter, damnat æterna liter.

LEgitur in Scala cœli, quod dum quædam Domina rogaret frequenter Dominum Deum vt sibi ostẽderet quid plus in muliere odiret, vt de illis posset secustodiere Rapta semel vidit quandam Comitissam stare in tormentis maximis, & cruciari absq; misericordia à crudelissimis dæmonibus inferni. Cum autem traheretur de pœna in pœnam, & transiret coram ista, eo quod fuisset sibi familiaris dum viueret, clamauit. Heu heu misera Casta fui, abstinens fui, & eleemosynaria, & pro nulla alia re crucior nisi pro ornatu, per quẽ fui peior quam ignis infernali, qui non cõburit nisi peccatores, & sibi cõiunctos, sed ornatus meus sanctos & iustos non cõiunctos & iunctos consumpsit. Tunc illa quæ hæc videbat dixit ei: Ergò ornatus est illud quod plus displicet in muliere. Cui damnata: Vanus ornatus est fax inflammans omnem ignem peccati, & proditor vendens, & tradens castra Dei dæmonibus, & est imago damnationis æternæ. Tunc venerunt duo teterrimi dæmones cum lanceis igneis, & perforantes eam posuerunt in olla maxima plumbo liquefacto plenã. Tunc ista ad se reuersa cognouit quod erat illud quod in mulieribus odiebat Deus.

Ioannes Iunior ordinis Prædicatorum.

EXEMPLVM CL.

Cœlestem ianuam Christi passione apertam luxoriosi, & vani homines rursus claudunt.

LEgitur in Scala cœli, quod fuit quidã sanctus qui dum semel oraret in extasi positus, vidit cœlum apertum, & dũ staret cum mirabili gaudio, eo quod multi per illam aperturam intrarent, vidit venire duos dracones crudelissimos, & illi extendentes rete maximum & ponentes ante illam aperturam prohibebãt omnes volentes intrare nè possent. Cumque iste fleret & oraret ad Dominum vt demonstraret sibi qui erant dracones, & quid erat illud rete, adfuit ei Angelus dicens: Draco vnus est immunditia, draco secũdus est vana gloria, sed rete est lasciuus & vanus ornatus mulierum, & isti eleuantur per inanem gloriam & immunditiam, & tantam iacturam in mundo faciunt, vt aperturam quam Christus suo sanguine fecit in cœlo claudant nè beneficia cœlestia possint adcẽdere, & ne animæ possint intrare gloriam beatorum. Et dico tibi quod plures dãnantur per illicitas mulierum allectiones, & per varios ornatus, quam sit numerus ipse dæmonum infernalium. Idem Ioannes Aegidius siue Iunior Dominicanus.

EXEMPLVM CLI.

Vestium ornatui nimium dedita fœmina quam horribiliter filio apparuerit, quã que iusto damnata sit.

LEgitur in Scala cœli, quod fuit quidam religiosus & sacerdos, qui pro matre sua mortua continuè celebrabat, & se pœnis magnis affligebat. Cum autem quadam die cum lachrymis pro ea Deum exoraret, vidit eam coram se stantem, & equitantem super draconem crudelissimum ignè sulphureum spirantem. Et ab vtraq; parte ipsius stabat dæmon vnus cũ catenis igneis habentibus aculeos intrantes intra eam, & tenebant ligatam. De capite eius exibant lacertæ multæ & maximæ, quæ fugebant cerebrũ eius. In oculis eius stabant scorpiones, & in auribus eius duo crude-

lissimi

ſſimi mures. Simia ſtabat ante eam, & cum crudeliſſimo lapide corrodebat & frangebat labia, os, & dentes. Serpens maximus cingebat collum, & fugebat vbera. In manibus erant anuli ignei, & pedes cingebantur ſubtus ventrem draconis. Cumque iſte hæc videns, territus rueret, & non poſſet, dicere verbum, illa clamauit Noli time re fili mi, quia nec ego, nec illi qui mecum, ſunt poſſunt tibi nocere. Ego ſum (inquit) illa maledicta & infœlix mater tua quæ damnata, & æternaliter ſubijci debeo iſtis pœnis. Tunc filius reſumptis viribus ait matri. Cur eſtis damnata, cum fueritis confeſſa, ſuſcepiſtisque bene Eccleſiaſtica ſacramenta? Reſpondit illa. Ornamentem vanum nihil eſt quã ſaccus vel arda plena ira Dei. Et quia totam iuuentutem meam in laſciuijs & picturis & in ornamentis vanis expendi damnata ſum. Et licet de iſtis confiteret, non tamen cum propoſito dimittendi, quando vero dimiſi, non voluntarie, ſed propter honorem meum, non fui contrita de præcedentibus, nec confeſſa de indigna ſuſceptione ſacramentorum, nec de inordinata confeſſione, & palliatione confeſſionis meæ. Tunc filius. Quid ſignificant iſtæ pœnæ? Reſpondit mater. Draco iſte, quem equito, eſt mihi datus pro conſenſibus corruptionum, quos ego habui, & affectaui, vt alij de me delectationem haberent, & dedi occaſiones multas peccandi. Iſti duo dæmones, qui in vtroque latere me affligũt, vnus eſt pro retributione bonorum, quæ ego feci patri tuo, vt prouideret mihi in vanis ornamentis. Alter eſt pro prouocatione, quam ego faciebam ad alias mulieres, vt ſimilibus ornamentis & picturis ſe componerẽt Catenæ ſunt mihi datæ propter vanitatem cingulorum, & zonarum argẽtearum, quas libenter eundo in tunica oſtendebam. Et quot claues argenteas habebant, tot ferrei de iſta catena intrant me qui cruciant me mirabili modo. Vinculum manuum eſt propter corruptos tactus factos. Anuli ignei propter oſtenſionem manuum. Coluber colli eſt propter oſtenſionem pectoris. Et quia ſuſtinui ibi corruptos tactus, fugit mea vbera cum dolore horribili. Lapis frangens os, & labia, & dentes, & linguam eſt propter corrupta oſcula, propter immunda verba propter laſciuos cantus. Mures autem ſunt propter corruptum & diſolutum auditum. Sed ſcorpiones oculorum ſunt propter corruptos aſpectus. Lacertæ capitis ſunt propter alienos crines & ornatus varios, & lotiones indebitas faciei & capitis mei. Vinculatio pedum ſubtus ventrem draconis eſt propter chorizationes & inordinatos diſcurſus, quos ego feci ad oſtenſionem pulchritudinis meæ. Et ideo maledicta ſum in æternum, nec preces tuæ: nec cuiuſcunque alterius poſſunt imminuere pœnam meam. Et ſubito cum furore ſe erigens draco, qui eam portabat tanquam fulgur cum horribili vlulatu receſſit. Idem Ioannes Iunior.

EXEMPLVM CLII.

Crines vane & inordinatè pectinando fœmina pectine igneo ſe poſt mortem viſa eſt pectinare.

NArrat Dominus VVilhelmus Pariſienſis in tractatu ſuo de vniuerſo, q. aliter quædã mulier talibus ſuperuacuis ornatibus intendens dum viueret, poſt mortem apparuit cuidam pectens crines ſuos lamentabiliter pectine grandi & fereo flammeo, dicens ſe hæc pati debere in perpetuũ pro meretricio ornatu capillorum, cui intendebat immoderatè dum viueret. Ioannes Galenſis hoc etiam narrat in communiloquio parte 3. c. 2.

Patientia coniugum.

EXEMPLVM CLIII.

Patientiſſima Monica mater Auguſtini, licet iracundum virum haberet, nunquam tamen ab eo per diem diſſenſit.

REfert Auguſtinus in libro Confeſſionum, quia mater eius ſancta Monica vbi nubilis eſt facta tradita viro ſeruiuit ei velut Domino, & ſategit eum lucrari, loquẽs illi de moribus virtuoſis, Ita autem tolerauit cubilares iniurias, vt nullam de hac re cum marito haberet ſimultatem. Erat enim ille ſicut beneuolentia præcipuus, ita ira ſeruidus. Sed nouerat hæc non reſiſtere irato viro, non tantum facto

ſed nec verbo quidem. Iam vero refracto & quietato cum opportunum videret, rationem facti ſui reddebat, ſi forte inconſiderantius commotus fuerat. Denique cum matronæ multæ quarum viri manſuetiores erant plagarum veſtigia etiam deformitate facie gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam. Hæc autem earum linguam veluti per iocum grauiter admonebat dicens, quod ex quo illas tabulas (que matrimoniales vocantur) recitari audiſſent tanquam inſtrumenta quibus ancillæ factæ eſſent deputare debuiſſent. Proinde memores conditionis ſuæ bire aduerſus dominos non oportere. Cumque mirarentur illæ ſcientes quam ferocem coniugem ſuſtineret nunquam fuiſſe auditum, aut aliquo indicio claruiſſe, quod ille cæciderit vxorem, aut quod a ſe inuicem vel vnum diem domeſticaliter diſſenſerint, & cauſam familiariter quærerent, docebat illa inſtitutum ſuum quod ſupra memorauit. Quæ obſeruabant, ex parte gratulabantur, quæ non obſeruabant, ſubiecte vexabantur.

Aug lib. 9. Confeſſ. c. 9

Parentes honorare.

EXEMPLVM CLIIII.

Parentes non ita ſe debent ſpoliare bonis propter filios, vt cum Ioanne de Conaxa ipſi penuriam patiantur.

CVm quidam Ioannes Conaxa nomine diuiſſimus eſſet, nec haberet niſi duas filias, nuptui tradidit illas duobus nobilibus ciuitatis. Quas cum tradidiſſet, in tantum generos dilexit, vt aurum & argentum, & bona ſua temporalia ſuccedente tempore eis omnia partiretur. Cumque durantibus denarijs ei grati viderentur, ſed deficientibus eis reddi erentur ingrati, volens cautè ſuæ indigentiæ ſubuenire, tale adinuenit conſilium. Adiit quendam mercatorem ſibi familiarem, & decem millia librarum ab eo ſibi accommodari ad trium dierum ſpatium poſtulauit. Cumque pecuniam mutuò acceptam ad domum propriam deportaſſet, in quodam magno feſto generis atque filiabus parat nobile conuiuium. Poſtquam vero comederunt intrauit cubiculum, & ciſtam, quam nouam fieri fecerat cū tribus firmis clauſuris, aperuit camera clauſa, & illam pecuniam quã mutuo acceperat exuaxit de ſcrinio, & poſuit ſuper pretioſa tapecia, & eam diligenter commouit cum magno ſonitu, ita quod filiæ poſſent audire ſonum. Et illæ filiæ audientes ſonitum pecuniarum, venerunt occultè ad ianuam. & viderunt per rimas magnam ſummam pecuniarum & uiderũt quod pater reaccepit pecuniam, & diligenter poſuit ad ciſtam, & clauſit eam. Ipſe vero rediit ad filias, & lætabantur, & nihil pro tunc caudebant interrogare. Pater verò poſt egreſſum earum accepit pecuniam, & reportauit mercatori. Altera verò die filiæ & generi redeunt, & patrem interrogant quanta eſſet pecunia inſcrinio ſic firmato poſita. Cumque ille fingeret viginti quinque milia librarum eſſe, quas in depoſito poſuerat, vt ſibi teſtamentum faceret, & relinqueret generis & filiabus, ſi tamen modum quem ipſe ordinauit cum eas nuptui traderet obſeruarent. Et quæ ſibi magis, quamdiu eſſet in hac vita, beneuola eſſet, magis acciperet poſt mortem. Quo audito, nimium gauiſi ſunt, & cum magna diligentia ipſi honores vſque ad mortem exhibuerunt, & nullam penuriam ſuſtinere permiſerunt, neque in veſtibus, neque in alijs neceſſarijs corporis, vbi ante ſolebant ei vnum cuſſinum locare, iam duos poſuerunt, & hoc ſpe remunerationis. Appropiãte autem finę vitę ſuę vocatis generis, & filiabus ſic eas alloquitur. Antequam moriar non intendens aliud facere teſtamẽtum, quam in ſcrinio firmato reliqui, vidi enim charitatem veſtram, quam mihi oſtendiſtis ſatis magnam, de qua Deo regratior & vobis, ideo in tantum diligo vos, quod nullis melius faueo totum quicquid habeo quam vobis, & ideo volo quod teſtamentum meum ſoluatis in vita mea antequam moriar, vt poſt mortem nullus aliquid inde acquirat quam uos. Statim ergo coram me dum adhuc viuo fratribus. Prædicatoribus, & Minoribus, & Eremitis vnicuique, 50. libras aſſignare cureti, a quibus cum mortuus fuero claues ſcrinij mei, & depoſiti, quas in ſuo habent depoſito, repetatis, in qualibet claue meum appoſui ſigillum in teſtimonium præmiſſorum. Vnicuiq; autem

eccle-

eccleſiæ, & recluſorio certã pecuniæ quantitatem cum lecto decumberet donari fecit. Quod & libenter fecerunt ſpe teſtamẽti, quod in proximo expectabant. Cumq; diem clauſiſſet extremum, & celebratæ eſſent exequiæ apud prædictos religioſos, depoſitas claues receperunt, quibus acceptis ſcrinium in quo depoſitam ia pecuniam putabant aperientes, nihil in eo aliud inuenerunt niſi clauum enormiter groſsã & magnam, in cuius manubrio ſcriptum erat. Ego Ioannes Conaxa tale condo teſtamentum, vt quilibet mactetur hac clauua, qui ſeipſo neglecto alterius curam gerit. Quo viſo & lecto multum conturbati ſunt, & patrem maledicebant.

EXEMPLVM CLV.

Veſtibus pretioſis indutam pauperculam matrem ſuam quidam Epiſcopus Pariſienſis noluit recognoſcere, ſed in humili veſte cognouit.

LEgitur in lib. de ſeptem donis, quod dum quidam Mauritius factus eſſet Pariẽſis Epiſcopus', mater ſua' pauperc̃ula vetula hæc audiẽs Pariſios venit, & in domo cuiuſdam diuitis hoſpitata eſt, cui ipſa reuelauit quod ipſa eſſet mater Epiſcopi qui eam pretioſis veſtibus adornans nobiliter eam ad Epiſcopum duxit, intimans ei quod eſſet mater ſua. Cui ille. Iſtam matrem meam non recognoſco, quia diues apparet & nobilis, ego autem ſuam filius cuiuſdam pauperculæ ruſticanæ fẽminæ & incultæ, quæ nunquam habuit ornamentorum culturam, hanc ſi talem viderem, eam vtique recognoſcerem. Illa autem confuſa, ornatu illo depoſito, & reſumpta veſte propria veniens ad filium, honorificè eſt ab eo recognita, & ſuſcepta, & vſque in finem ſuum conuenienter tractata. Vnde manifeſto hoc facto tantam gloriam in eo ab omnib. acquiſiuit, quantum nunquam a quantacumque generis nobilitate habuiſſet.

Sanctus Nicolaus Dinclespa

EXEMPLVM CLVI.

Parentes maledicentes filijs ſuis imprecationis ſuæ miſerabilem viderunt effectum.

ANno Domini M. ccl. accidit in dioeceſi Eduenſi apud Virgiacum caſtrum ducis Burgundiæ, quòd quidam propter bona materna, quæ male expendebat intabernis, & alijs (vt conſueuerat) quodam mane offendit matrem ſuam, ira quod ipſa ira mora imprecata eſt ei ſic. Rogo Deũ quod antequam reuertaris, deporteris matri tuę frigidum exitium feretro mortuus, & malo gladio laceratus. Et quidam alius iuuenis de villa circumiacente parentes ſuos ſæpe propter ſuam inſolentiam molestabat, vnde ipſa die cũ ipſum corrigerent parentes ſui, manu dextra percuſſit patrẽ ſuum, & pater iratus imprecatus eſt dicẽs. Manus qua me percuſſiſti rogo Deum vt hodie malo gladio amputetur, & tu infra triduum in tali patibulo ſuſpendaris. Accidit ergo vt illi duo iuuenes poſt dictas imprecationes parentum obuiauerint ſibi mutuo, & vnus inuitauit alium ad tabernam. Quam cum ingreſſi fuiſſent, & biberent, cœperunt litigare, & ſe ad inuicem percutere, Ille, contra quem imprecatus eſt pater, percuſſit alium gladio, & cum eſſent ſoli timens ne clamor excitare contra eum ſi alius viuus remaneret, multis vulnerib. eum lacerans occidit. Cum autem clamore motus contra eum ad filuam fugeret, & illi de caſtro illo eum inſequerentur, cum ſe gladio ſuo defendere vnus de inſequentib manum, qua tenebat gladiũ, & qua patrem percuſſerat, imputauit. Captos eſt & infra triduum ſuſpenſus eſt in patibulo illo, quo pater fuerat imprecatus'. Alius autem deportatus fuit ad domũ matris in feretro multis vulnerib. confoſſus, vt ipſa fuerat imprecata. Hoc autem cum factum eſſet recens, & quidam fratres ordinis Prędicatorum in dicto caſtro prædicaret, mater dicta retulit illi cum lachrymis petens pœnitentiam pro dicta imprecatione

EXEM-

EXEMPLVM CLX.

Simili ferè visione magister Alexander religionem egredi cogitans, a propositi executione retrahitur.

FVit quidam magister nomine Alexander de Ales, qui fuit magnus, & egregius clericus, hic intrauit ordinem fratrum Minorum, sed statim propria fragilitate re murmurante disposuit finito anno probationis exire. Super quo fratres non modicum dolentes vnanimes pro eo preces fuderunt ad Dominum, vt eum in ordine cõfortaret. Accidit ergo quadam nocte vt iste magister iaceret in stratu suo, & videret in somnis vnam scalam erectam a terra vsque ad cęlum, & ecce aduenit quidam sanguinolentus cum magna cruce volens scalam ascendere, sed præ nimio pondere crucis non potuit, & sic multis vicibus incepit, sed nihil profecit. Tãdem iste magister accurrens apprehendit vnum cornu crucis volens ipsum iuuare, sed senex cum indignatione nimia prohibuit dicens, non potes hãc magnam crucem portare mecum, qui non potes hanc leuem capam pro nomine meo portare? Et statim disparuit. Magister expergefactus, & per hanc visionem crucis confortatus, propositum mutauit, & in ordine vitam laudabilem duxit, & laudabiliter finiuit. Senex qui apparuit fuit Sanctus Franciscus teste S. Ant. 3. par. hist. tit. 24. c. 8. §. 1.

EXEMPLVM CLXI.

Passo Christo compatiuntur aues a concentu abstinentes, & velut mortuæ deficientes.

LEgitur in libro exẽplorum, quod quidam Anglicus nobilis ad terram sanctam proficiscens, habuit socium Saracenum, a quo quæsiuit mirabilia. Transierunt per quoddam nemus pulcherrimũ habens arbores pulchras, & proceras. Et respiciens vidit super ramos aues pulcherrimas, nullam tamen audiuit cantantem, & quædam inuenerunt velut mortuæ, quædã habuerũt alas expansas ad modum crucis. Cumq; Anglicus requireret causam istius a Saraceno. Respondit Saracenus. Per totũ annum in isto nemore abundantia auium est magna, & earum cantus suauissimus. Sed in hebdomada passionis qua Christus magnus Deus passus est, omnes mutiuntur. Et addidit Saracenus Dominica in passione hæc patiuntur, & Dominica Resurrectionis reuiuiscunt, quasi cõdolentes morti Christi, & pro sua resurrectione gaudentes. Si hoc faciunt aues animalia irrationalia, multo magis homo cum sit rationalis debet compati suo Saluatori.

Peccatum.

EXEMPLVM CLXII.

Peccatum mortale pulchrè describitur, atque a Varrone depingitur.

TVllius in Achademicis quæstionibus quæstione quarta commendauit Varronem eo, quod ipse tradidit iure Deorũ, vbi in expositione inuenitur, quod Varo depinxit peccatum mortale ad similitudinem Deæ sic. Stabat vna regina continue tremens. In circuitu istius reginæ depingebantur tres imagines, prima fuit imago Dei secunda diaboli, tertia hominis. Vnde imago peccati mortalis tenebat tres chartas, quas porrigebat istis imaginibus vnicuiq; illarum vna. In prima charta ad Dẽũ continebatur sic. Saluatorem meum misera perdidi & omnes Angelos eius. Væ, væ mihi ad quid nata sum? Charta directa diabolo sic erat, Diabolo & Angelis eius homagium feci, quãdo per consensum in peccatum cecidi. Vel sic, ad profundum inferni detracta sum, quia misericordia Dei me abiecit. Charta tertia directa homini talis erat. Verecundia & confusio & finis peccati delectans in peccato finaliter confundetur, vel sic. Omnia mala, omnis horror, omnis tribulatio finis meus, & omnis pęna, vt si quis dilexit me, hęc sibi innotescant, hoc patet in diuite epulone. Moraliter siue spiritualiter ista imago stabat primo tremendo, nam peccator videbit supra se, retro, a dextris, & a sinistris & infra se, & nihil inueniet nisi aduersitatem & dolorem, supra se cęlestem curiam quam offendit, sub se infernum paratum animam deuorare, & terram & vermes ad corpus mortuam deuorandum.

ra,ſubitò ſuffocabat eos. Aqua ſiue pluuia ſic inundauit,vt diſcurrens per omnem terram eorum omnia virentia penitus euertit,dracones peſtifero,in via dimiſit,ſic qđ nullus poterat ingredi,vel egredi ſine periculo. Cum ergo quidam ſanctus oraret, vt Deus placaretur huic populo,vel ſaltem demonſtraret cauſam tanti flagelli, apparuit ei Angelus,& propoſuit talem quæſtionẽ. Si aliquis acciperet filium Imperatoris, & poneret in fœtidiſſimo carcere, & obſcuriſſimo,& hoc proditorie,quid deberet tali facere Imperator? Cui ille: Talis deberet interfici, & mutilari membratim. Iterum dixit Angelus. Propono tibi aliud dubium. Vnus accepit pyxidem, in qua reſeruatur corpus Chriſti,& in fœtidiſſimo luto in præſentia multorum eam proiecit & abſcondit, quid ergo debet fieri tali? Reſpondit ſanctus. Deberet cremari tanquam hæreticus. Tunc Angelus. Tales ſunt ciues iſtius terræ,nam filium Dei poſuerunt in fœtidiſſimo & obſcuriſſimo carcere,& vlterius pyxidam j corda ipſorum, in quibus conſuetum eſt corpus dominicum reponi, proiecerunt in lutum, & infimo fœtidiſſimo vanitatum,chorizationum & immunditiarũ. Et ideo non eſt mirum ſi iſtis vel maioribus puniantur. Quod cum audiſſent a ſancto Pontifice, pœnitentiam agentes liberati ſunt.

EXEMPLVM CLXV.

Auarus ſacerdos peccata morituri propter equum in ſe recipiens per teſtudinem Eccleſiæ a dæmonibus portatur.

QVidam peccator infirmatus. & de ſalute ſua quaſi deſperans, viſitatus fuit a ſacerdote curato. Qui curatus ſepedicti infirmo dixit, quod ſi vellet ſibi dare equum ſuum, ipſe reciperet peccata ſua ſuper ſe. Quod dixit, non propter ſalutem infirmi, ſed vt equum haberet. Quod infirmus acceptauit, & pacto facto defunctus eſt. Cumque ſacerdos ſacris indutus veſtibus officiũ funerale pro ipſo faceret viſibiliter coram populo eductus fuit ſurſum per teſtudinẽ Eccleſiæ, facto in eadem magno foramine in teſtudine, & poſtea idem ſacerdos nuſquam comparuit.

Pœnitentia.

EXEMPLVM CLXVI.

Beneuolentia confratris quidam poſt fornicationem ad pœnitentiam rediit, diuinitusque paulo poſt Epiſcopo cuidã nũtiatur regionibus imbrium penuria laborantibus non aliter pluuias dandas eſſe, quam ipſius precibus impetratas.

REfert Chryſoſtomus ad Amanticum, quoniam quidam frater poſt multos labores, quos in ſolitudine poſitus deſudauerat, habens ſecum vnum vitæ habitationiſque conſortem, Angelicam vitam ab adoleſcentia vſque ad ipſam iam perduxerat ſenectutem,& neſcio quo diabolico inſtinctu quaſi dormiuerit paululum, & ingreſſum in corde ſuo diabolo præbuit,atque in deſiderium mulieris exarſit, qui nec viderat fortaſſis vnquam mulierem, ex quo ad monachorum ſe contulerat viram.

Primo ergo rogare illum, qui ſecum viuebat aggreditur, vt vinum ſibi & carnes ad veſcendum deferret. Quo cunctante, comminari cœpit deſcenſurum ſe ad ciuitatem, non quo veſci carnibus delactaretur, ſed vt occaſionem aliquam deſiderij ſui inueniret explendi. Super his collega ille miratus & ferens, ne ſi forte hæc negaret,maioribus ſe traderet malis,quæ poſcebat exhibuit, & deſide io eius ſatisfecit, ſed ille vbi vidit occaſionem ſibi fraudis exclusam, aperte iam impudenter reuelat deſiderium ſuum,& ad ciuitatem ſe omnimodis deſcenſurum fatetur. Ille verò vbi multa obijciens retinere non potuit,ad vltimũ dimiſit, eminus tamen ſubſequens obſeruauit, quid ageret aut quo ire velit. Vbi autem procul poſitus cernit eum lupanar ingreſſum, & deſiderią contagione meretricis expleſſe, conſiderans vim naturalis in homine legis quę in huiuſmodi delictis ſuſcitatur, egreſsũ illa in reſupinis manibus amplectitur, & continuo deoſculans, nec omnino increpens prolapſu, rogauit vt expleto iam deſiderio ſuo redeat ad eremi ſolitudinem. At ille tantam in eo benignitatem & clementiam videns,erubuit,& quaſi telo verborum, geſtorumque percuſſus eſt, ac ſemetipſum pro his quę cõmiſeras

notans

notans misericordem, & optimum collegam sequitur ad montem. Cumque illuc peruenissent, exorat ut sibi in secretiori cellula concluso, adiuque obstructo, panê tantum interiectis diebus, aquamque præberet. Si quis autem de eo requisisset, defunctum se esse affirmaret. Quibus impetratis semetipsum conclusit, ibique mansit, ieiunijs, & orationibus ac lachrymis peccati sui dilauit sordes. Tempore autem transacto non multo, cum præ penuria imbrium vicinas regiones siccitas vreret, & omnes qui habitabant in terra illa lugerent, quidem Episcopus admonetur in somnis adire virum, qui erat intra cellulam conclusus vt ipse oraret pro eis, nec aliter dandas esse pluuias, nisi illius precibus impetratas. Cumque assumptis secum nonnullis abijsset, & collegam eius solum vidisset, per cõtabatur de illo, quem visio mandauerat perquirendum, vbi vero defunctum esse audiuit, falsum se opinabatur in somnis vidisse. Rursum ad deprecandum Deum reuertebantur omnes, & iterum eodem quo prius apparenti sibi eadem monentur. Tũc exorabant Deum, vt sibi ostenderet virum confirmantes se ad viuentem, non ad mortuum tantæ visionis auctoritate transmissos. At ille vbi peccatum resolutum diuinitus vidit, duxit eos ad hominem Dei. Ad quem cum ingressi fuerunt, procidunt ad pedes eius, atque omnem rei gestæ seriem pandentes, obsecrant vt necessitati eorum oratione subueniret. Qui primo quidem excusabat procul se esse ab huiusmodi meritis asserens. Iacebat enim lugebat peccatum tanquam nuper admissum, & ante oculos positum. Tandem tamen fatigatus astantium precibus intelligens Dei esse voluntatem, ad supplicandum se Deum fixis genibus conuertit, & statim ingens copia subsecuta est pluuiarum, quibus & terra & homines recreati sunt.

EXEMPLVM CLXVII.

Tentatus mirabiliter a dæmonibus pœnitens, sub vna nocte quatuor coronas promeruit.

LEgitur in Scala cœli, quod fuit quidã sanctus pater ad quem plurimi confluebant propter gratiam quam habebat in hortationibus, & confessionibus. Contigit autem quod de quodam castro pergebant ad eum viri, & fœminę, & quæsuit ab eis miles, & Dominus castro quo irent & ad quid. Cui cum fuisset dictum quod ad talem sanctum pergebant, vt illi peccata sua confiterentur, cœpit intra se cogitare. Ego melius deberem qui semper raptor extiti, & vniuersorum transgressor Domini mandatorum, sed ab alia parte dicebat sibi cogitatio sua mala. Nihil tibi prodesset, quia pœnitentiam non posses facere. Cogitationes tamen superans iuit ad sanctum confiteri sua peccata. Confessione facta quæsiuit pater ille ab eo si leprennê pœnitentiam posset facere. Quo respondente, non possum quæsiuit de tribus annis, post de vno, post de septem mensibus. Et dixit, non. Post modum autem quęsiuit si in quadam Ecclesia deserta, quæ ante castrum suum erat posset per totam vnam noctem in remissionem omnium peccatorum suorum vigilare. Quo annuente, ait, Non egrediaris ergo de ea tota nocte quicquid tibi contigat. Rediit igitur assumpta pœnitentia ad castrum suum. Et cum venisset ad Ecclesiam illam desertam cogitauit secum. Melius est, quod modo agas pœnitẽtiam, quam si deficeres agere, nõ enim posses de facili redire. Descendit autem de equo suo & posuit equum in porta, ipse vero stetit coram altari & orauit, & dum excubaret & nox venisset dæmones congregauerint se de tota illa regione. Quibus cõgregatus dixit vnus qui cæteris maior erat audiente quodam sancto viro. Hodie amisimus quendam amicum nostrum qui semper noster fuit, si tamen perseueret in pœnitentia quę sibi fuit iniuncta. Nisi ergo faciamus quod reliliat, & pœnitentiam abijciat nobis pœnitus est amissus. Estne aliquis inter nos qui callide sciat eum ab ecclesia expellere? Respondit vnus. Ego si mihi præcipis eum ejciam.

Dixit. Vade tunc transfigurauit se dæmon ille in specie cuiusdam sororis militis de cuius consilio miles omnia faciebat, quia multum diuersa erat. Venit ergo ad militem, & dixit illi, Quomodo remansisti hic in loco deserto, & sine defensione? An nescitis, quod tales inimicantur vobis. Qui si vos hic inuenirent in frustra diuiderent

Digitized by Google

deret. Quomodo tantã inſipientiam egiſtis? Exeatis cito & eamus ad caſtrum. Cui ille dixit; Iniunctum eſt mihi in pœnitentia ne tota nocte egrediar, & ideo hinc nullatenus exibo. Reſpondit autem ei uxor, niſi exieritis de cætero non dabo vobis conſilium, & perdetis amorem meum, & ero vobis contraria in omnibus factis neſtris. Dixit miles; Quicquid inde debeam perdere, ex quo pro peccatorum remiſſione vigilo, nullatenus hinc exibo. Receſſit ille confuſus, & rediit ad dæmonem qui ipſum miſerat dicens. Sic & ſic egi, non potui præualere, durior eſt lapide, nequit a pœnitentia ſeparari. Quæ fuit ſecundo dæmon maior, virum eſſet aliquis qui eum decipere poſſet, & ab eccleſia expere.

Et dixit vnus. Ego ſi mihi præcipis, reſpondit maior: Vade. Qui iuit & transfigurauit ſe in ſpecie vxoris militis, deferens in duob. brachijs duos filios paruulos, quos miles ille habebat, & venit ſine tunica, & chlamyde, & capillis omnibus laceratis & dixit: Hoſtes veſtri inuaſerunt caſtrum, & ceperunt omnia bona veſtra, & ducant omnes veſtros captiuos, & me de domo propria turpiter eiecerunt. Sed ſi cito eos perſequamini cum hominibus qui eman-ſerunt poteritis eos capere, & omnia liberare, & vxoris iniuriam vindicare. Reſpondit illi ſicut & primæ. Tunc illa: Niſi venia tis ecce filios veſtros proijcio, & nunquam illorum de cætera curam habebo. & proiecit illos cum magno ictu in eccleſiæ pauimentum.

Nec propter hoc miles de loco orationis in quo fuerat eſt remotus. Redijt ergo ille confuſus ad maiorem diabolũ dicens: Durior eſt adamãte. Sic & ſic feci. Et dixit dæmon maior: Sumus ne victi? Iterũ quæſiuit ex tio, an eſſet alius qui poſſet contra militem præualere? Reſpondit quidã: Primus & ſecundus nihil ſciunt tentationis, ſi vero iubes ego decipiam. iuſſus fuit ille & ſimulauit quod ignis eſſet accenſus in omnibus quæ erant circa eccleſiam, terra pariter & arbuſta in tantum quod flamma uidebatur intrare per fores eccleſiæ & per feneſtras. Cœpit ergo diabolus clamare. Venite, uenite adiuuate ad extinguẽdum. Quod miles audiens magebat immotus. Tunc uenit diabolus ad fores eccleſiæ dicens: Cuiuſmodi homo es, nonne omnis homo bonus iuuat ad extinguẽdum ignẽ? Putas te exaudiri a Deo qui tot bona permittis incendi? Cui miles. Pro nullo (inquit) exibo quod poſſit contingi, quia hoc mihi in pœnitentiam eſt iniunctum. Receſſit igitur tertius confuſus, & qualiter fecerat enarrauit. Tunc maior dæmon ait: Poterimus alium inuenire, qui ne confundamur cum ſciat expellere. Iniunctum eſt cuidam qui iuit, & in ſacerdotis ſpeciem ſe transfigurat. Venit ad campanas eccleſiæ & pulſauit, & poſt accendit candelas, & cœpit parare altare. Proſpiciens ante altare uidit militem, & ait illi. Nonne tu es talis miles? Reſpondit: Sum. Et ille: Tu es excommunicatus, quia ignem poſuiſti in tali loco & pro tali facto & tali. Egrediaris cito eccleſiam, quia non dicam matutinas niſi prius exeas. Reſpondit ſibi miles ſicut alijs. Confuſus igitur diabolus receſſit. Miles uero mane facto iuit ad caſtrum ſuum & inuenit uxorem & filios & ſororẽ & totum caſtrum ſuum ſicut prius reliquerat, nihil enim mali acciderat. Et reuelatũ fuit ſanctis patribus quod præfatus miles quatuor coronas lucratus fuiſſet in cœlis paratas tentationes quatuor ſuperando. Hoc eſt contra illos qui nihil reſiſtunt diabolo, ſed ad modicam & paruam tentationem frangunt pœnitentias ſibi iniunctas. Ioannes Iunior ordinis Prædicatorum.

EXEMPLVM CLXVIII.

Pœnitens peccator ab Angelis in cœlum defertur, ſed peruerſus eremita a dæmonibus ad infernum portatur.

LEgitur in libro de ſeptẽ donis, quod quidam latro cum fugaretur ab hoſtibus ſuis & uideret ſe manus eorum euadere, non poſſe, proſtrauit ſe in modum crucis ſuper terram dicẽs, quod bene meritum meruit, quia Deũ multipliciter offendit, & fleus confitebatur ſe peccatorem, rogans eos inſtantiſſimè ut Deum de ipſo uindicarent ſingula membra ſue martyrio exponendo. Quidam autem ſolitarius in uicino ibi morabatur, qui multis annis in abſtinentia magna uixit & pœnitentia. Cui reuelatum eſt quod Angeli cum laudibus animam illius latronis in cœlum deportarent. Qui non egit Deo gratias, ſed indi-

indignatus est dicens apud se: Postquam etiam me omnibus mundi delitijs exposuero & voluptatibus, in fine similiter pœnitebo, & sic fiet mihi vt latroni. Cum autem rediret miser ad seculum seruire diabolo, contigit eum per aquam transire, & cadens de ponte sub mergitur, & a dæmonibus proijcitur ad infernum.
Nicolaus Dinclespule.

Periurium.

EXEMPLVM CLXIX.

Periuri præter alias pœnas, quas incurrere meruerunt, etiam in lapides vique ad quatuor milia sunt congelati.

REfert Orosius quod Romani Legatos ad plurimas gentes miserunt, vt firmarent pacem cum eis. Cum autē cum iuramentō pacem firmassent cum gente quadam, illi homines proditore, & clam irruentes in eos occiderunt, & omnes Romanos, quotquot inuenerunt, interfecerunt. Sed Dei maledictio in detestationem periurij & fractionis fidei super eos fuit. Nám panis qui frangebatur ab eis sanguinem emitebat, animalia domestica & blāda cum balatu, & hiatu miserabili fugiebant ad siluas, & ad montes deserendo eorum consortia. Canes etiam cum lachrymosis latratibus oberrantes ad modum luporum vindictam postulabant de proditione facta. Cum autem auditis rumoribus per Imperatorem Romanum omnes fuissent victi in campo, exceptis quatuor millibus qui ascenderunt ad montes, illi statim congelati, ad modum lapidis facti sunt immobiles ad Dei vindictam.

EXEMPLVM CLXX.

Orans prædicator quia nimis propter asinum distractus fuit, ipsum asinum distraxit.

REfert Humbertus super regulam Augustini, quod quidam zelator animarum discurrebat in asino quem solus retinuerat prædicans assiduè. Et cum semel intrasset ecclesiam quandam causa orandi, relicto asino ad portā antequam orando finiuisset orationem, scilicet, Pater noster semel, cogitauit de asino multotiens, vtrum forte furaretur eum aliquis, & similia. Quod attendens exiens distraxit eum, nolens ab illa hora quod cor suum a Deo retraheret.
S. Humbertus in c. 5. in Regulam Augusti.

EXEMPLVM CLXXI.

Prædicator ornatus vestibus a fatuo irridetur.

REfert magister Humbertus super Regulam beati Austustini, quod Parisijs quidam magister Theologiæ secularis prædicabat in Vniuersitate indutus optima capa noua in principio hyemis. Cum autem tenuiter imprimeret verba sua in cordibus auditorum, quidam fatuus qui erat in medio scholarium surrexit, & dixit. Tace. Illa uestis pretiosa quam habes non permittit te audacter dicere veritatem, & fecit ei mirabilem confusionem.
Idem in eandem Regulam c. 70.

EXEMPLVM CLXXII.

Prædicator post sermonem leuitatibus vacans a vetula deridetur.

HVmbertus super Regulam Augustini. Accidit quod cum quidam prædicator laudabiliter prædicasset in quadam parochia, & facto prandio recedens extra villam incepit se leuitatibus dare cum socio suo, sicut fit in aliquibus cum modo percutiunt socium, modo faciunt cum cadere, modo extrahunt ei caputium, & similia. Sequebatur autem eos quadam uetula quæ erat in sermone, & hoc non aduertebant, quæ incepit dicere multoties: Domine, vos non estis ille, qui hodie prædicauit. Cum autem audirent vocem, & respicientes viderunt vetulam, quęsierunt quid dixisset. At illa dixit ei qui prædicauerat: Domine, ego dixi quod vos nō estis ille qui hodie prędicauerat. At ille, Quare hoc dixisti cum ego sim verè ille qui hodie prædicauit? At illa; Domine, nos habemus quendam sacerdotem iuuenem qui valde bene cantat missam, sed interdum ea die qua celebrauit discurrit per domos,

mos, interdum cum inuenit iuuẽculas ponit manum in ſinum earum & palpat eas, & cum dicitur ei, Domine, quid eſt quod faciis, hodie celebraſtis, reſpondet & dicit. Ego non ſum ille qui celebrauit, ſacerdos enim celebrauit, ſed ego tum quidam iuuenis & ludo modo, ideo Domino dixi, quod vos non eſtis ille, qui prędicauit exemplo ſacerdotis noſtri. Valde enim vos aliter modo habetis in ludo quam in ſermone hodierno. Quanta confuſio fuerit illi religioſo ſuper hoc, & quantum ſcandalum vetulæ, qui legit intelligat, & caueat a ſimilibus, ſaltem exemplo mulieris illius quæ dixit, Tobiæ 4. Nunquam cum ludentibus me miſcui, neque cum his qui in leuitate ambulant.

Idem ibidem capitulo 73.

Cui cum nepos ſe non poſſe ex timore caſus reſponderet, illicc fecit eum deſcendere, & per quandam latam planitiem diutius volutare. Cumque ex multitudine volutationum vtriſque euenire faſtidium. Surge (inquit) & vade quo vis, facitoq; quod tibi ſecurius cernitur. Dedignatus itaque iuuenis abſceſſit, & alteri ſancto ſeni patri deliramentum putans factum retulit. A quo de periculo præeminente doctus electioni renunciat, vt teneat quod tutum eſt. Qui poſt modicum fœlici obitu ex ſeculo exiens hilaris & iocũdus apparuit patruo, & gratias, inquit, tibi pater refero, & de diſſuaſione Epiſcopatus. Nam ſcito, quod nunc eſſem de numero damnatorum, ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum.

Hiero. in Regula Monachorum c. 15. to. 9.

Prælatus, Epiſcopus, vel Presbyter.

EXEMPLVM CLXXIII.

Prælationis ſtatum periculoſum eſſe didicit iuuenis in Epiſcopum electus, quem patruus per eleuatum diſcum voluit præcepit.

Hieronymus dicit in regula ſua ad virgines quia raro per gradus dignitatum aſcendit homo, quin multo grauius non deſcendat. Nolo ergo hoc pertranſire exemplum, quod ſancto quodam mihi referente ſene in eremo, ex veritate ſciui. Cumque iuuenis quidam ſancto propoſito, & via electus eſſet ad Epiſcopale faſtigium (quo grauius aliquid aut periculoſius nequit cogitari) patruum ſuum quendam virum vtique ſanctum, & prophetiæ ſpiritu plenum eremi incolam, vt eum ad hoc conſuleret, adijt non incauto. Audita itaque narratione nepotis, vir ſanctus non verbes, ſed ſignis potius percõtanti reſpondit, ne contra Apoſtolum qui deſiderantem Epiſcopatum in bono opere laudat diſſuaderet. Iuſſit igitur ſenex quadratum diſcum a terra vehementer pedibus eleuatum aſcendere iuuenem, & quater per quatuor diſci latera ſupinum reuoluere ſemet ipſum vſque ad oram caſus, ſicque caſu imminente ſi alia ſuccederet reuolutio, mandauit, vt extra ſummitatem diſci adhuc ſe reuolueret iterato.

EXEMPLVM CLXXIIII.

Sacerdos malus emendationem differens horribili mo. te ad inferna deducitur.

Refert Petrus Cluniacẽſis, quia apud caſtrum Lizimacum, quod in Pictauienſi pago eſt ſituatum, nuper quidam presbyter erat qui ſacerdotalis ordinis ſuper cœleſtem dignitatem miſerrimæ vitæ conuerſatione decurpans, non ad animarum quibus præerat, curam, ſed ad carnis voluptatem explendam ſacro myſterio vtebatur. Territus tamen conſcientiæ malo, ſicut aliquando & mali ad horam compunguntur, familiaritatem quorundã bonorum virorum expetijt, & Abbati Bonæ vallis & fratribus eiuſdem monaſterij ſe in amicitia ſpecietenus copulauit. Qui lõgo tempore eum de vitæ emendatione cõmonentes, & vt ſeculo renunciaret aſſiduè exhortãtes, nihil ab eo impetrare præter inanem ſpem potuerunt. Nã libenter quæ dicebant audire ſe fingens, & ſemper eos de conuerſione ſuſpendens, de ſocietate ſanctorum illorũ gloriabatur, nec admonitione vel exẽplis eorũ a malis retrahebatur. in his itaq; perditæ vitæ ſuæ actib. perdurans, & obſtinatione impia iam ſibi in die theſaurizans, in morbum incidit, quo poſt aliquot dies ingraueſcente ad extrema peruenit. Adierat eũ prior viſitationis gratia iam dicti monaſterij, atque cum eo per aliquãtum diei ſpatium ipſo quoque rogante

Digitized by Google

permanserat, & nocte superueniente cum cunctis discedentibus solus lecto eius assideret, clamaret terribiliter æger ille ad priorem cepit.

Succurre, succurre (ait) succurre: Ecce duo super omnem ferritatem leones expauendi in me impetum faciunt, & hianti ore ac rictu ferreo per frustra me decerpunt, totumque consumere volunt. Deprecare cito Dominum, vt ab his eripiat antequam eorum morsibus consumar. Dicebat hoc, & tremebat & velut deuoraturos fugiens, timore defecto eo pori vires addente retrocedebat. Prior vocis ac gestus illius turbatus terrore, non fine multo & ipse timore erat, ad preces tamē ipsa necessitate impellente, conuersus pro misero illo (vt poterat) Deum exorabat. Quo orante mutata voce æger.

Bene, inquit, bene recesserunt crudeles bestiæ, & per orationes tuas iam nusquam appareat, & quia vsque ad vltimum spiritum semper compos sui extitit, nec (vt quidam morientium solēt) vel in modico sensu imunitus, fuit conuersus ad priorem loqui cum ipso de quibusdam vt saniss[illegible] cepit. Cumque tam de his, quam de alijs multa inter se verba conferrent, horę vero vnius spatio elapso rursus inclamare longe terribilius, quam prius exorsus est. En (inquit) en ignis de cęlo vt torrens inundans descendit, & super hunc lectum veniens, iamiamque me in fauillam vsque cōburit. Festina, adiuua, ora, si fortè ab hac morte eripi valeam. Et hæc dicens, manibus & brachijs opertoria subleuabat, & ea (velut aliquid iuuare possent) inuisibilibus ignibus turbatus opponebat. Sed nequaquam Non enim corporalia tegmina a spiritualibus incendijs tegere poterant, quem cęlesti vindicta impia opera exponebant. Prior adaucto timore denuo ad orationem conuertitur, & quantum in tali casu possibile erat, Domini misericordiam oro eo deprecabatur. Illo (vt supra) orationi instante post paululum patiens gratulationis vocibus preces eius interrupit, dicēs; Iam ab igne ustus sum. Nam dum super me (vt dixi) cum impetu descenderet interpositus est linteus vsque ad quem ignis peruenit, sed eum transire non potuit, iam ab isto periculo ereptus oro, ne a me discedas, quousque quis illorum finis futurus sit agnoscas. Tunc prior qui tam timore quam hospitandi necessitate recedere nolebat substitit, & ab oratione surgens rursum ei assedit. Cumque eum tantis terroribus anxium consolaretur, & vt vterque ad inuicem vt prius colloqueretur, subito ægrotus ad inuisibilia ereptus obmutuit, eum prior raptum ab humanis intelligens rei exitum præstolabatur.

Tum ecce post multum noctis spatium homo ad se rediit, & miserabiliter ingemiscens dixit: Ha, ha, ad iudicium æternum raptus sum, & heu miser æterna morte damnatus sum. Traditus sum horrendis tortoribus igne inextinguibili cum diabolo, & angelis eius perpetuo cruciandus. Ecce, ecce ignita sartago plena bolliēti adipe quam coram me tormentorum ministri detulerunt, eamque ad me figendum vndiq. fuit cenderunt. Et cum sæpe nominatus prior orationi (sicut iam bis fecerat) tertio quoque incubuisset, ille acit: Cessa, cessa, ore pro me orare. ne pro illo vltra fatigeris pro quo nullatenus exaudierit. Priore autē dicente, frater redi ad cor, & misericordiam dum adhuc viuis a Deo require, ille adiecit. Putas, ait, me insanem loqui? Non, ait, insanio, sed sana mente ea quæ dixi confirmo. Et cucullam prioris manu tenēs eum interrogauit, nonne hoc quod manu teneo cuculla tua est? Quo respondente: est, adiunxit.

Sicut hæc vestis cuculla est, & sicut hoc quod substratum est mihi palea est, sic & hoc quod coram cerno ignita sartago est. Et dum hæc loqueretur gutta inuisibilis ignis de illa quam videbat sartagine exiliens in manu eius priore vidente cecidit, & mirabile dictu cutem & carnem vsque ad intima ossis consumpsit. Tunc ille acricum gemitu. En, inquit, indubia rei probatio. Nam sicut ista quam vides de sartagine prolapsa gutta carnis partem consumpsit, sic confestim me ignea vorago consumet. Priore ad ista stupente, iterum dixit. Ecce sartaginem ipsam ministri infernales propius afferunt, & vt me in illam injciant iā iamque manus adaptāt. Et post modicum: Ecce linteum, in quo iaceo vndique cōcurrentes accipiunt, & in igneam sartaginem, æternamque frixuram proijciunt. Hoc uelut vltimum uale, mox vt priori atque his qui ad hoc spectaculum horrendum

conue-

conuenerant, dixit ſubtracta voce, & reflexa ceruice puniendum ſpiritum condemnatus ſpiritibus tradidit. Tantus verò terror omnes inuaſit, vt omnes aufugerent, nec aliqui in domo, vbi mortui cadauer remanſerat, remanere auderent. Facto mane miſerum cadauer ſepulturæ traditum eſt. Poſt aliquot autem dies cum ad vniuerſos circa poſitos hæc tam terribilis fama peruenisſet, rei veritatem probare volentes, tumulum aperuerunt, & foſſam illam quam in manu adhuc viuentis presbyteri gutta prænuncia damnationis fecerat, in mortui cadauere inuenerunt. Quæ omnia (ſicut Beatus Gregorius dicit) nullo modo propter ſe infœlix presbyter vidit cui nihil ipſa viſio contulit, ſed quanta cautela ſacerdotale officium adminiſtrandum, quam reuerenter diuina myſteria ſit tractanda, ſuperna ſuper eum diſpoſitio demonſtrauit. Petrus venerabilis Abbas Cluniacenſis libro 1. mirac. c. 25.

EXEMPLVM CLXXV.

Vdonis Magdeburgẽſis inuſitatum & horrendum mortis genus, & terrifica damnatio.

ANno Domini nongenteſimo octogeſimo quinto Ottone tertio imperante apud Parthenopolim, ideſt, Magdeburgum in Saxonia, contigit prodigium terribile nimis, & a ſeculis inauditum, quod quemadmodum factum ſit, ſtilo veraci referam vt omnibus innoteſcat quam malũ, & quam damnabile ſit in ſtatu prælationis viuere turpiter, & patrimonium Chriſti (res videlicet eccleſiæ) iniuſtè diſtrahere, & ſcandalorum fœtoribus ſubditos corrumpere, & moniales Deo dicatas auſu temerario violare. In prædicta igitur vrbe ſcholaris quidam nomine Vdo liberalibus literis inſudabat. Qui eum eſſet inertis ingenij, nihil omnino proficere poterat, quãtumcumque a magiſtris verberibus torqueretur. Quadam autem vice poſt enormes plagas de ſcholis exiens Eccleſiam maiorem ad honorem ſancti Mauritij ſociorumque eius magnificè fabricatam intrauit, ibi cum ingenti deuotione ſe proſternens Reginæ cœli clementiam & ſancti Mauritij patrocinium pro illuminatione ſui ingenij implorauit. At ipſe in prece poſitus aliquantulum obdormiuit, cui protinus mater miſericordiæ apparens dixit. Audiui orationem tuam, & vidi afflictionem tuam, & ecce non ſolum ſcientiæ munus tribuo, imo etiam poſt mortem Epiſcopi qui nunc præeſt eccleſiam principis mei Mauritij tuæ fidelitati commendo, quam ſi bene rexeris, præmium grande conſequeris, ſi autem male in anima & corpore morieris. Et his dictis Beata Virgo Maria diſparuit, & iuuenis euigilans ſcholas more ſolito repetiuit. Cumque ad loquendum aperuiſſet os, cœpit omnes diſputando concludere, & in omni ſcientia periuſſimus apparere. Stupebant autem omnes qui eum audiebant dicentes, vnde huic tãta & tam inſperata ſcientia. Nonne eſt iſte Vdo qui heri mactabatur, vt pecus, & ecce hodie probatur eſſe philoſophus? Poſt biennium autem Archiepiſcopus moritur Magdeburgenſi, & Vdo a cunctis electus Metropolitanus efficitur.

Confirmatus igitur & pallio, inſulaque decoratus, aliquantulum diu bene vixit. Et quia honores mutant mores, cœpit proceſſu temporis conſilium matris Dei negligere, & propriæ ſalutis immemor eſſe, & voluptatibus ſeruire, & dilapidare Eccleſiæ facultates, & non ſolum ſeculares fœminas, ſed etiam velatas violare, inſuper (quòd deterius eſt) abſque vllo timore ad omnia flagitiorum genera habenas laxare. Sicque facta eſt eius vita omnibus odioſa, omnibus deteſtanda (proh dolor?) Cumque per multa annorum cum curricula memoratus Epiſcopus aerem, mundũque totum ſuis ſceleribus corrupiſſet, & quadam nocte quandam nigrarum monialium Abbatiſſam de regali cœnobio (quod nunc Vallis liliorum dicitur) Ciſtercienſis ordinis ſecum haberet, audiuit vocem in hæc verba terribiliter intonantem. Ceſſa de ludo, quia luſiſti ſatis Vdo. His auditis multum cachinnans, fictitium ſuſpicabatur. Et male factor rurſus delitijs ſe inuoluit, factuſque durus quaſi lapis, ad prodigioſæ vocis commination em minime compungebatur.

Sequenti etiam nocte vocem ſimilem audiuit, ſed paruipendens ſtultus ille in duritia ſua perdurauit. Nocte igitur tertia apud Abbatiſſam prædictam cubans, cum

nefandum opus commixtionis libidinosæ exercuisset, vox sæpe dicta cum ingenti fragore intonuit dicens. Cessa de ludo, quia lusisti satis. Vdo.

Hac igitur voce audita vehementer stupefactus, aliquantulum ingemuit, sed non resipuit, veruntamen damnationi iam proximus miser ille coruinum cras sæpe cecinit, sed n quaquam ad pœnitentiæ lauacrũ properauit. Mira dicturus sum, vera tamẽ, quæ si Saxones (apud quos gesta sunt) tacerent, lapides clamarent, sicut sequentia manifestant. Post menses igitur tres canonicus quidam ecclesiæ Magdeburgensis Fredericus nomine in choro sancti Mauritij existens, & orationi frequentius insistens, Deum pro sancta vniuersali Ecclesia precabatur, maxime intentius pro sua Metropolitana, vt conditor omnium iustus iudex aut citius morbidum caput, scilicet Vdonẽ Episcopum per interitum de medio tolleret, aut certe in melius commutaret. Verba ponderis habuerunt. Ecce secuta est visio nimis horribilis & cunctis mortalibus metuenda maxime tamen ecclesiarum rectoribus qui gregem dominicum sibi commissum præcedentes, & malis exemplis inficientes, præcipitant sæpius in infernum. Vidit ergo, & ecce ventus omnes lampades ecclesiæ pariter extinxit. Quapropter nimio terrore correptus loco adhæsit, steterunt comæ, vox est faucibus intercluſa. Tunc venerunt duo iuuenes duos cereos gestantes, & ad Altare procedentes hinc inde iuxta cornua astiterunt, post quos ingressi sunt alii duo, quorum vnus tapetia ante Altare decenter sternebat, alter vero duas aureas cathedras desuper collocauit. Post illos alter quidam solus intrauit, qui velut pugil strenuus incedebat enaginatũ tenens gladium, & stans in medio ecclesiæ valenter clamabat. Omnes sancti quorum hic habentur reliquiæ surgite, & venite ad iudicium Dei.

His dictis apparuit maxima & præfulgida multitudo vtriusque sexus, alii militari habitu adornati, alii pontificalibus infulis insigniti. Et hi omnes chorum intrauerunt & secundum ordinem & secundum merita sua hinc inde se inuicẽ locauerunt. Tunc etiam duodecim viri introierunt in quorũ medio gradiebatur quidam sole splendidior, regio diademate & sceptro adornatus, Apostoli enim erãt & Dominus Iesus Christus cœli & terræ Rex, quem mox omnes vt vidi unt deuotissime adorauerunt, & supra cathedram sedere fecerunt. Adfuit præterea Regina cœlorum, & Luna, & Stellis clarior quam clarissima turba virginum sequebatur. Sancti vero omnes Dei matrem honorantes, geniculariter susceperunt, Cui Dominus noster Christus mox occurrens, & manum eius apprehendens iuxta se venerabiliter collocauit. Et ecce postremo apparuit sanctus Mauritius dux glorioſus cũ tua legione, sex millibus 666. qui vnanimiter se prosternentes adorauerunt, dicẽtes. Equissime iudex, & conditor seculorum, da iudicium.

His dictis surgentes steterunt reuerẽter præstolantes. Quibus Dominus respondit, Beati mei, quid quæritis? & adiecit. Portate Vdonem Episcopum. Cõtinue quidam ex astantibus abierunt, & miserum Vdonẽ de latere Abbatissæ trahentes, miserabiliter adduxerunt. Quem sanctus Mauritius seuerius intuens dixit. Domine mi iudica. Ecce iste Vdo non Episcopus, sed lupus, nõ pastor, sed raptor, maculator & deuorator gregis tui. Iste est cui Domina mea mater tua scientiam donauit, cui hanc ecclesiam ad honorem nominis mei, sociorumque facta commendauit, prædicens ei si bene eam regeret vitam æternam, si autem male, mortem in corpore, & in anima moreretur. Iste miser est, qui admonitus semel, & iterum, & tertio se corrigere noluit Et non solum hanc ecclesiam, sed etiam se, & omnia sibi commissa prophanando ad nihilũ redegit, immo sponsas tuas semper, & vbique turpiter, & temere violauit. Ergo iudica de eo iudex æquissime.

His auditis Dominus præsidens in iudicio, sanctosque respiciens dixit. Quid vobis videtur de illo? Pugil autem ille supradictus voce magna clamabat, dicens. Reus est mortis. Iudex uero, & omnes sancti, qui aderant in unum conuenerunt, & quale genus mortis ille impius susciperet deberet, inter se tractauerunt. Tunc iudex. Caput amittere meruit, qui fine capite tẽpus consumendo in sordibus computruit. Quod dicto pugil confestim præcepit Vdoni, ut ceruicem tenderet. Quod cum Vdo feciſſet, & pugil gladium ad ictum leuasset, quidam clamauit dicens. Contine

manum

Digitized by Google

manum tuam donec reliquiæ ab eo auferantur. Tunc quidam cum calice coram Vdone ſtabat donec pugil miſerrimi hominis collum cum pugno multis vicibus valide percuſſiſſet. Et ecce poſt quemlibet pulſum hoſtia pollutæ per os Epiſcopi exiens in calicem corruit, quas omnes Regina cœli reuerenter accipiens diligentiſſimè lauit, & ſuper altare in calice ponens cum ſua turba decenter declinauit, & abijt, & receſſit. Poſt hoc miſerabilem Vdonem pugil ſæpe dictus aggrediens decollauit, ſicque tota illa cõgregatio Sanctorum diſparuit. Canonicus autem Fredericus ſupradictus homo iuſtus, qui hæc vidit manifeſte, non in ſomnis, ſed apertis oculis ſtupens & tremens, & lumen in crypta reperiens, omnes Eccleſiæ lampades reaccendit. Cumque de facto adhuc dubius & anxius ſecum miraretur, tãdem reſumpta audacia ad locum iudicij paululum proceſſit, viditque calicem cum hoſtijs in altari, & caput Vdonis a trunco corporis longius proiectum, nec non pauimentum ſanguine madefactum. Poſt hæc omnes Eccleſiæ ianuas obſeruauit & nullum omnino ingredi permittens, donec ſole iam orto omnes clericos & laicos ſimul conuocauit.

Tunc ianuas reſerans ſeueriſſimam Dei vltionem Vdonem ſcilicet Epiſcopum in ſuo ſanguine tabefactum omnibus oſtendit, & cuncta quæ viderat, & audierat per ordinem enarrauit. Eodem die quidam ex capellanis eius nomine Brundol cum legationem commiſſam peregiſſet Parthenopolim, quod eſt Magdeburg, continuo famulis longe antè ſe præcedentibus ſtuduit remeare.

Interim graui oppreſſus ſomno arborẽ quandam vmbroſam vidit, de equo deſcendit, & frænum fortiter ad brachium alligans ibidem paululum requieuit. Et ecce ingens globus ſpirituum immundorum cũ tubis tympanis, cum gladijs & fuſtib. cum lanceis & ſecuribus ad eundem locum gradu concito properabat. Cumque omnes conueniſſent vnum ex eis qui princeps videbatur, quia erat ſtatura ꝓcerior, & vultu terribilior, ſolium cõſtruentes deſuper ſedere fecerũt, Nec mora alter cuneus grãdis clamans, cachinans & trepudians eminus apparuit, de quo quidam velociores aquilis præceſſerunt, & fortiter clamauerunt. Date locum, date locum, ecce princeps Vdo noſter chariſſimus appropinquat. His dictis ſatellites ſathanæ miseram Vdonis animam in effigie corporali catena ignea ad collum eius conſtricta, ad ſuũ principem perduxerunt. Cui ſathan protinus aſſurrexit ſalutans eum verbis pacificis in dolo. Bene (inquit) veniſti, ò princeps fauor & dilatator regni noſtri. Ecce paratiſſimus ſum tibi, & omnibus amicis noſtris fidelibus reddere talionem. Cumque Vdo obmuteſceret, ſathan aſſiſtentibus ait: Fatigatus eſt iſte dilectus noſter huc veniendo, & ideo placet nobis vt conſoletur. Date ergo ei manducare.

Illo autem tremente, renuente, & caput reuertente crudeles miniſtri ori eius bufones & ſerpentes violenter impreſſerunt, & liquorem ſulphureum poſtmodum infuderunt. Adhuc illo non loquente ſathan præcipit dicens: Ad balneum principum deducatur. Ecce non procul erat puteus cooperculum habens, quo ablato flãma vorax vſque ad cœlum erumpebat, quæ non ſolum arbores, montes, ſed lapides, imo etiam aquam iuxta manantem velut ſtipulam conſumebat, in quem illam infœlicem Vdonis animam præcipitauerunt. Et poſtmodum extrahentes in modum ferri candentem, & totam ignem ſuo principi detulerunt. Qui ſubridens dixit Nonne balneum ſuaue habuiſti, ò princeps? Tunc Vdo damnatum omnino ſe videns, cœpit blaſphemare & dicere: Maledictus ſathan tu & omnis familia tua, omniſque ſuggeſtio tua, & omne imperium tuum. Maledictus Deus, qui me creauit. Maledicta terra quæ me portauit. Maledicti parentes, qui me genuerunt, & maledicta omnis creatura in cœlo & in terra. Tunc dæmones vna cum principe ſuo cœperunt manibus plaudere, & dicere. Vere dignus eſt iſte manere nobiſcum, quia optimè ſcit officium noſtrum. Mittatur ergo nunc ad principalem ſcholam damnatorum, vt uideat, audiat, & ſentiat, & addiſcat amplius in ſecula ſeculorum. Vix uerba finierant, & ecce vnanimiter in odioſam illam creaturam irruerunt, eamq; tam impetuosè in tartareum illud barathrum iactando immiſerunt, ac ſi cœlum & terra, & omnes montes huius mundi inuicem quaterentur. Capellanus autẽ ille ſupradictus hæc omnia in ſomnis

videns, & audiens tremuit vehementer. Tunc princeps teneb arum digito eum o-ſtendens, dixit. Videte ne effugiat clericus ille, qui nos aſpicit, quia ſemper extitit malitiarum ſuarum coope-ator conſcius, & defenſor. Ergo ſicut fuit fautor culpæ, ſic ſit particeps, & vindictæ, ideoque & in illum puteum ad ſuum Dominum demer-gatur. Quo dicto cum dæmones eum cape-re vellent, & ipſe fuge-re conaretur, repen-te a ſomno exiliens cuig lauit, ſicq; equus territus tamdiu hinc & inde ſaltabat miſe-rum trahés hominem, donec a ſua iunctu-ra eius brachium penitus ſoluebatur. Dif-ficulter tandem equum aſcendens Parthe nopolim venit, & mox vt Dominum ſuum mortuum eſſe cognouit, viſionem viſioni, terrorem terrori, iudicium iudicio, prodi-gium prodigio cumulauit, & omnia quæ ſibi acciderunt, & quæ viderat, & audierat patefecit, oſtendens etiam a ſua compage brachium auulſum, & repentinam canicié in argumentum veritatis.

Ciues autem videntes & audiẽtes hoc horribiles & inſolitum Domini Dei noſtri iudicium vehementer timuerunt, & cada uer ignobile procul ab vrbe in plaude ia-ctauerunt. Quo beſtiæ ferales cum plauſi-bus & luſibus protinus exceperunt, & huc illucque trahendo morſibus diſcerpſerũt, & ruricolæ iuxta habitantes verijs iniu-rijs multotiens affecerunt. Tandem inito conſilio glebam illè maledictam de plau-de trahentes combuſſerunt, & puluerem in Albam fluuium proiecerunt. Mirares, omnes piſces ſuum gurgitem relinquẽtes oceanum adierunt, donec letanijs, pſalmo dijs, ora-tionibus & pœnitentijs placatus iam Dominus poſt decennium vix tãdem redierunt. Huius horrendi prodigij me-moriam ingerit oculis cruor Vdonis, ex ipſius decollatione effuſus ſuper pauimen tum marmoreum candidum poſitus, qui tam viſibiliter adhæret pauimento, vt de eſſentia marmoris eſſe quodammodo vi-deatur. Super locum autem illum vbi de-collatio eſt facta, ſemper proſtemuntur ta-petia. Et quando ſuper electos Epiſcopos, Te Deum laudamus, iuxta morem cani-tur, tolluntur, & ibi ad orationem proſter-nuntur, vt videntes ſibi caueant ne fortè pereant ſicut ille. A Domino verè factum eſt iſtud ad terrorem vtique Epiſcoporum illius eccleſiæ & omnium inutilium præla-torum, vt audientes contremiſcant diuinè maieſtatis terribile iudicium, & ſeueriſſi-mam vltionem. Trithomius in chronico Hiſaugienſis Monaſterij, & Nauclerus ge-neratione 34. fol. 111. Baptiſta fulgoſus li. 9. cap. 12. Gotſcalcus Holen præcepto 6. Decalogi. Hartmanus Scedel in ſuo chro-nico de temporibus.

EXEMPLVM CLXXVI.

Prælatus malus ad iudicium Dei citatur, accuſatur, moritur, & condemnatur.

LEgitur in Scala, cęli, quod fuit quidã Epiſcopus qui plus diuitijs, delitijs & vanis honoribus vacans quam vtilita ti & bono exemplo ſubditorum ſuorum, dum ſemel ægrotaret intrauit curſor cum lancea dicẽs: Citat te ſummus Papa vt ve-nias coram eo ad reddendum rationem de ouibus tibi commiſſis, & de hæreditate quam adquiſiuit ſanguine ſuo. Et facta ci-tatione viſum fuit Epiſcopo quod tra-heretur ad iudicium, & cum eſſet corã Chri-ſto videbatur ſibi, quod dæmones infini-tas rationes adducebant ſuę damnationis & præcipue quinque.

Prima fuit quod ſpoliabat pauperes, & inducbat diuites & meretices. Secunda fuit, quod veſtes ſacerdotales, & omnia or-namenta domus, & vtenſilia erant aurea, & argentea. Tertia erat quod de ſimo rei temporalis optimè curauit, ſed de anima-rum informatione nihil, imo infinitas ani-mas ſuo malo exemplo corrupit. Et oſten-derunt ſibi plus quam duo milia animarũ quæ damnatæ fuerant ſub regimine ſuo. Quarta fuit quod ſtudium vanitatum ſum mum erat ſtudium, literarũ nullum. Quin-ta erat quod nolebat, nec permittebat quod alij ſaluarentur. Tunc ſummus Papa dixit ſibi. O maledicte quæ ego adquiſiui proprio ſanguine, tu conſumpſiſti vt ful-geres in apparatu regio Ego adquiſiui ma-nibus crucifixis, & tu expendiſti, cum ma-nus ludo, & aleis dediſti. Ego adquiſiui coronam ſpineam portando, ſed tu expen-diſti molle puluinar capiti tuo ſupponen-do Ego adquiſiuit cum opprobrijs & fla gellis, tu conſumis in vaſis argenteis, & ſcutellis. Ego adquiſiui nudatis proprijs

indu-

Digitized by Google

indumentis, & tu expendisti in sericis vestibus variatis, & in vestibus animæ vanitatis. Ego adquisiui fel & acetum potando, sed tu expendisti in delicatissimis cibarijs vinum & nectar potando. Ego flendo clamaui vt oues ad ouile reducerem, sed tu clamasti ad eas vt tanquam lupus mactares. Et ideo assigno talem diem ad audiendam sententiam diffinitiuam. Cum autem de his solicitus & anxius euigilasset, narrauit familiæ quidnam vidisset. Qui volentes ei placere & plus curantes de reb. quam de anima, reprehenderunt eum eo quod curaret de somnij. Et tandem tempus labitur sine pœnitentia vsque ad diem statutum. Et illo die in illa hora sibi assignata venerunt dęmones horribiles ad cameram suam, dicentes. Surge maledicte & audies sententiam diffinitiuam a summo Pontifice de vita tua. Tunc ipse clamabat ad scutiferos & ad familiam. Expellite illos, expellite illos. Cum autem neminem viderent licet vocem audissent, Episcopus hoc videns volens in dæmones irruere, & eos de camera expellere, cum tanto impetu uenit ad columnam quæ erat in medio camerę quod fracto capite expirauit.
Ioannes Aegidius siue Iunior.

EXEMPLVM CLXXVII.

Prælati mali cathedra per iudicem Christum euertitur.

HOmo quidam fuit Thuronis qui cõsueuerat venire ad matutinas maioris ecclesiæ. Quadam vero die cum venisset ante horam inuenit portam apertam, & ponens se retro columnam quandam vidit lucem magnam per ecclesiam iudicem sedentem in throno, & Angelos eius astantes. Venit autem Beatus Martinus cum multitudine sanctorum, & cœpit accusare grauiter Archiepiscopum qui tunc locum suum tenebat. Citatus autem Archiepiscopus, venit & sedit in cathedra pontificalib. indutus. Iterum autem accusatus a Beato Martino cum nesciret quod responderet, ille qui cathedras superborum euertit indignatus, pede percussit cathedram eius, & eum cum pede euertit, & sic visio disparuit. Tunc ille bonus homo accedens ad domum Archiepiscopi excitauit familiam, & fecit videri quomodo esset ei. & intrans ad eum inuenerunt eum subita nece defunctum.

EXEMPLVM CLXXVIII.

Prælationis gradum ambiens, & procurata morte Episcopi suscipiens, repentina morte percussus interijt.

ARchidiaconus quidam ambiens Episcopatum insidiabatur Episcopo suo bono viro quomodo eum occideret. Et quia consueuisset Episcopus mane venire ad matutinas, & præuenire alios ad salutandum beatam Virginem, & intrare per quandam paruam portam, Archidiaconus collocauit ibi super portam lapidẽ. Et veniens Episcopus (vt consueuerat) & aperiens portam, per lapidem cadentem excerebratur & moritur. Archidiaconus autem cum multo labore Episcopatum obtinuit. Cumque confirmatus esset, & gaudium & conuiuium faceret, quidam princeps seruiens ad mensam coram se flexis genibus subito rapitur ante tribunal summi iudicis, & vidit ibi beatam Virginem cum immẽsa sanctorum multitudine Angelorum adducentem dictum Episcopum portantem cerebrũ suum in manibus suis, & dixit beata Virgo: Fili mi charissime, ecce ostendo tibi recentem sanguinem & cerebram huius dilecti militis mei, quẽ crudelis proditor & volens tenere dignitatem Pontificalem effudit. Respõdit Dominus. Quem mittam & quis ibi? Tunc beata Virgo ait. Ecce hic seruitor suus. Cui Dominus. Præcipio tibi sub pęna mortis vt cites Dominum tuum peremptoriè, vt scilicet cito veniat coram Deo ad tam nefandum crimen responsurus. Qui statim rediens turbatus infermuit, & cultellum quem tenebat ad seruiendum de manu proiecit, & amarissime fleuit. Rogatus ab omnibus, & etiam ab Episcopo causam pandit. Quo audito, statim Episcopus subitanea morte percussus est, & coram omnibus miserabiliter defunctus est.

Digitized by Google

EXEMPLVM CLXXIX.

Prælatum multa ſumma emens iuſte illuditur.

IN Policrato libro 7. capitu. 17. legitur de quodam monacho ambitioſo, quod cũ ad Abbatiam, quam pecunia præemerat vocaretur, ille modeſtiam ſimulauit, vt auidius peteretur, quaſi onus refugiens, & honorem recuſans. Et ſe palam coram omnibus tantæ curæ profitebatur indignum. Quod audiens princeps, uerè (inquit) indignus es, quia data mihi tanta pecunia hanc emiſti a me dignitatem, & ſummũ expreſſu, ſed per me non ſtat, ſed per te, qui te indignum profitebaris, quo minus pactum impleatur. Iuſtum ergo eſt te liberum abire, & te domum a propoſito uacuum redire, & alius, qui dignus eſt deſtitutæ præficiatur Eccleſia, quæ, & omnia ſic facta ſunt.

Ioannes Salesberienſis lib. 7. Policrati c. 17

EXEMLPVM CLXXX.

Prælatum ſuum Aquilani ciues de honeſtantes horribili plaga percuſſi ſunt.

EX chronica Pontificum Leodienſium. Nouerint Chriſti fideles unum ſtupẽdum miraculum cunctis gentibus prædicandum ad confirmationem, & augmentum fidei chriſtianæ, quod his diebus factum eſt, ſcilicet anno Domini 1380. decima die Iunij in ciuitate Aquilana quo die celebrabatur ibidem feſtum ſancti Maximi Epiſcopi confeſſoris, dum infidelis Epiſcopus Aquilanus cum clero, & populo voluit facere magnum feſtum, & ſolemnem proceſſionem ad honorem, & fidem Roberti Antipapæ (cui adhærebant) cum canoribus, & ſaltatoribus ſonis, & tubis fecerunt fieri magnum, & honorabile vexillũ, ad honorem dicti Antipapæ. In quo pontificaliter depingi fecerunt ad modum veri Papæ dictum Rubertum Gippenenſem Antipapam, quem Clemẽtem ſeptimum nominat. Et Dominum Vrbanum Papam ſeptimum verum Chriſti vicarium ad eius ignominiam fecerunt de ligno. Et poſuerunt eum ligatum cum fune in collo ſuper vnum aſellum, & ſic volebant eum ducere in proceſſione. Verum cum hęc eſſent omnia parata ante eccleſiam epiſcopalẽ ſancti Maximi, & vellent incedere per ciuitatem proceſſionaliter, vt dictum eſt, Dominus Ieſus abominans, & abhorrens tãtam iniuriam, & opprobrium quæ fiebant ſuo famulo, & eius vero vicario, ſcilicet domino Vrbano Papæ (licet eſſet clara ſerenitas temporibus vbique) per aerem immiſit vnam nubem obcuram plenam dæmonibus ſuper locum proceſſionis, & hominum. Quæ nubes fecit tunc in inſtanti tantam tempeſtatem aquarum, grandinum, tonitruorum & ventorum, quod multas domos proſtrauit, homines multos ſubmerſit, & interfecit animalia, magnum fontẽ Aquilanum abſorbuit, & cooperuit, ita quod non reperitur vlterius, & maximam partem dictæ ciuitatis duxit ad ruinam. Et vltra hoc, dæmones viſibiliter abſtulerunt vexillum Antipapæ, & aſportauerunt per aerem ſecum. imago autem lignea domini Vrbani poſita ſuper aſellum manſit ibidem illæſu miraculoſe non infuſa, nec in aliquo deturpata. Propter quod ſtupendum ſenidens, & clarum miraculum omnes Aquilani cœperunt clamare O beate Vrbane Papa ſeptimę, adiuua ne pereamus in hoc tremendo Dei iudicio, & miraculo Et ad iſtos clamores receſſit nubes, & ceſſauit tempeſtas. Homines tamẽ multi perierunt, & animalia, & domus. Et ille fons abſorptus eſt ibidem, & hoc eſt verũ ad litteram, nam votum eſt Aquilæ, & totũ prouinciæ.

EXEMPLVM CLXXXI.

Prælatus ſuis commodis magis, quam ſubditorum inuigilans, in furiam verſus defunctus eſt.

LEgitur in chronica Pontificum Leodienſium, quod anno Domini 1380. fuit in villario monaſterio Brabantiæ Ciſterciẽſis ordinis quidam Abbas, dictus dominus Martinus, qui fuerat miſſus Pariſios, & tantum profecerat, quod erat Baccalaureus in ſacra Theologia. Cum ergo conuentus elegiſſet eum in Abbatem, adhærebat Duci, & Duciſſę Barbantiæ, aliiſque Dominis, nec curabat de paupere cõuentu, imo auferebat fratribus ſuis neceſſaria,

Digitized by Google

ſaria, & quæ anteceſſores ſui dederam ſub trahebat. Vnde conuentus pluries fuerat conqueſtus patribus Abbatibus in viſitatio nibus ſuis, ſed nihil ipſis proderat, quia excu ſabat ſe, & vnus dominus ſupportat alium, ita quod parum valent viſitationes, imò ge neraut aliquando odia & rancores. Quadã vice erat vnus infirmus qui manducauit extra butyrum, quia forte non poterat comedere haleca, quod videns Abbas fecit porta ri in domum ſuam de quo frater ille triſtis conqueſtus eſt conuentui, Irati ergo fratres venerunt ad Abbatem impromerantes ei di uitias, & defunctus quos eis faciebat. Et tan dem iuuenes verbera verunt eum, truſeunt que in carcerem violenter, & tenuerunt eũ ibi donec petijt veniam ab eis, & promiſit eis ſe omnia redditurum. Cum autem Ab bas fuiſſet extra carcerem, venit Leodium ad Epiſcopum, & tantum fecit quod ipſe Epiſcopus & Abbas Ciſtercienſis iuerunt ad villarium, facta ibi viſitatione, octo iuue nes qui eum incarceraueranr, poſuerunt in carcerem. Cumque eſſet magna diſcordia inter ipſum Abbatem & conuentum, tandẽ magnus Baliuus Brabantiæ venit villarium cum magno concilio ad cõcordandum eos, & cum ibi pariter omnes eſſent congregati. Abbas prædictus dixit palam coram omnibus. Ego (inquit) precor Dominum noſtrum de villario, & ſanctum Nicolaum vt demonſtrent aliquod ſignum in eo qui habet iniuriam. Vix verba finierat, & ecce manus Domini ſuper eum, immediate enim os eius verſum eſt retrorſum, & cœpit rugi re ſicut brutum animal, verſuſque fuit in fu riam, & ſic obijt peſſima morte.

a domeſtico fratre occiditur. Eſau fratrem Iacob fugientem perſequitur. Ioſeph a fra tribꝰ venditur, & a diſcipulo Saluator tradi tur. Hæc omnia mala facta ſunt, quia obe dire neglexerunt. Similiter hoc accidit Ia nuario noſtro, qui columna paupertatis & obedientiæ inter nos eſſe videbatur. Eius perditionem frequenter flere, & vlulare de bemus. Nam ad nos cum lachrymis venit, & paupertatem quandiu viueret ſeruare promiſit, & tamen vineam & agrum nobis ignorantibꝰ poſſidebat in ſeculo. O profeſ ſio mortifera, ò proditoris promiſſio. Ore dicebat & corde odiebat; ſanctum credeba mus qui omnibus peior erat, & ſic annis vn decim Ianuarius noſter, & amplius (vt au diſtis & uidiſtis) malè vixit, & male mo ritur. Quomodo malè uixit, niſi quod ſuũ non erat ſecretè tenuit? Quomodo etiam malè moritur, niſi quia in fine ſe non reco gnouit, & obſtinatus in ſuo nobis ignoran tibꝰ teſtamentum fecit, & filium quem ſecu lo habebat ditauit? O vtinam vel ſaltem in fine nobis dixiſſet, & ab omnibus nobis ve niam impetraſſet, ſed nec confuſus fuit, nec eum feciſſet pœnituit, propterea de noſtris non eſt, nec dum viueret erat. Ligate igitur manus cadaueris eius, ponentes in panno ligatos, centum & vndecim ſicios quos in pariete cellulę retinebat flentes & dicentes. Pecunia tua tecum in perditione. Non enim licet nobis ſeruis Dei, eos collocare vel po nere in victu uel veſtitu, uel in opere mona ſterij, quia precium maledictionis eſt. Aug. ſer. 5. ad Fratres in eremo.

Proprietarius.

EXEMPLVM CLXXXII.

Proprietarius Ianuarius quidam ſicut malè vixit, ſic & malè obijt.

AVguſtinus ad fratres de eremo. Non ſolum de malignis ſpiritibus ſæpe ma la patimur, ſed etiam a domeſticis di lania mur, & frequenter peiora ſunt in teſtina bel la à quibus homo non cauet, quam forinſe ca quæ præuidentur. Ecce enim Abel iuſtus

Purgatorium.

EXEMPLVM CLXXXIII.

Purgatorium vſque ad ſepulturam pro pœ nitentia recipiens frater, clamauit. O ſine miſericordia pœnitentia.

QVidam monachus decedendis petijt inſtanter Abbatem vt ſolitam dece dentium ſibi impertiretur abſolutionem, cum Abbas abſens in loco vicino non poſ ſet haberi, in promptu ante aduentum mi grauit. Cum autem ueniſſet, & dictum ei fuiſſet quam inſtanter monachus ille petiuiſſet eum pro abſolutione habenda, funere non-

dum sepulto ante quoddam altare decumbens & cogitans de prædictis, vidit subitò ante se defunctum (vt sibi videbatur) dicentem. Benedicite, expectandum debitũ absolutionis. Cum autem Abbas stupens resumpsisset spiritum, dixit. Miserearis, &c. Quo facto periit monachus pœnitentiam. Abbas autem nesciens cuiusmodi pœnitentia inuigèdã esset defuncto, dixit quod pro pœnitentia staret in purgatorio quousque corpus eius sit sepultum. Quo audito defunctus exclamauit ita horribiliter, quod vox eius audita est per totam Abbatiam, dicens. O sine misericordia præcipisti me tantum morari in purgatorio?

EXEMPLVM CLXXXIIII.

Defunctorum animabus Dux Eusebius missis & eleemosynis subueniens earum adiutorio & ab inimico eripitur, & ad perseuerantiam excitatur.

REm vobis refero fratres quam fideli ac probabili relatione audiui modernis accidisse temporibus, quæ nos eleemosynarum virtutem doceat, & ad eas vigilanter exercendas accendat, quæ scilicet eleemosynæ non solum positis in carne prosunt ad indulgentiam peccatorum, sed & defunctis quibus locus pœnitentiæ non est in salutẽ, & redemptionem animarum. Duo Ducens varia pugna inter se confligebant, quorum alter Sardinensis, alter Siciliensis erat, Dux Sardiniæ Eusebius, Dux Siciliæ Ostorgius vocabatur. Erat autem Eusebio summum studium circa defunctos in celebratione missarum, in largitionibus eleemosynarum, in decimis omnium rerum suarum resoluendi. Præterea vnam ciuitatum suarũ quam abundantiorem habebat Deo, & liberandis fidelium animabus constituit, neque inde aliquid ad suum vsum accipiebat, imò verò decimas totius regni atque possessorem eo conduci faciebat. Ibi pauperum maximam turbam congregatam iugiter reficiebat atque vestiebat, missarum verò celebritas passim per ecclesias fiebat. Alter verò Ostorgius qui in regno & exercitu ditior, & potentior illo erat, sed in hac parte virtutis longè inferior Eusebio, neque eri in omni thesauro mundi comparandus, qui sibi de redemptis captiuis quamuis nefarius maiorem copiam parabat sicut in consequentibus res manifestabat. Igitur Ostergius in vrbem hanc quam dixi Deo ac curis animarum dispositam animũ incendit, eamque insidijs aggressus cœpit. Quod vbi Eusebius tunc absens per nunciũ audiuit, grauiter ægreque ferebat, ita vt diceret se malle dimidium regnum amisisse, quam hanc ciuitatem (vt fatebatur) Dei. Cohortatus ergo se & suos, quid faciemus (inquit) ò boni milites, inultam nè dimittemus in uriam Dei & nostram? Congrediamur cum illis viriliter in nomine Domini, vincat quem ipse iustus & omnipotens cœli Rex vincere disposuit. Nam etsi hosti victoria cesserit, nobis pro diuina protectione occũbere erit pulcherrimum. Ad ea verba conspirante ac fauente suorum frequentia, Dux exercitu vndique aduocato, hostem insequitur, eumque loco munitissimo donec ille se ostenderet, operitur. Interea deputati custodes castrorum in eminentiori loco siti, longè lateque prospectum terræ petebant, ac curiosis circumquaque oculis perlustrabant. Tum ecce albatorum facies militum a longè apparuit. Custodes hac visione de hoste suspecti sollicita præstolatione stabant intenti. Cumque quos viderunt paululum appropinquarent, tandem plurimam niuei exercitus aciem in niueis equis cum niueis vexillorum signis, & candida armatura aduentantem aduertunt, statimque a tam inopinata re attoniti principi anxio nunciare contendunt.

At ille in ere spem, metumq; positus, quod albas audierat ipse nihil similiter eos portendere præsumebat, & idcirco animum erigebat, quia verò audierat aciem bello instructam, ne quid hostile sibi minarentur, metuebat. Itaque consultis primatib. suis quatuor Idoneos viros eo premittit, qui percontarentur eos, vnde & qui sint, quotendant, pacifici, ne an hostes aduenianti? Appropinquantibus eis similiter de agmine illo candido quatuor equites obuiam mittuntur, qui ad eorum inquisitionem idoneam referant responsionem.

Occurrentes igitur sibi nuncij Ducijs salutant & resalutant illi officiosè. Legatis itaque Ducis Eusebij causam aduentus sui talis, tantique apparatus scisciantibus,

nuncij

nuncij illi partis alterius audientes primò eos noua viſione perterritos hac antica cõfirmant reſponſione. Conſtanter agite, nihil timeatis, nihil cunctemini, erga vos pacifici in hoſtes veſtros venimus armaturi. Nos enim de familia ſummi regis ſumus, & nunc Romano veſtro de bellandum hoſtem venimus adiutores fideliſſimi.

Nũciate itaque principi veſtro nè ad noſtrum colloquium venire cunctetur, ac de cætero nihil uereatur. Regreſſi cum multo gaudio nuncij, referunt principi ordinem rei. Continuo quaſi de ſepulchro timoris atque doloris in ipſum reuiuiſcens exultat, triumphat, iamque quaſi victoria parata illi occurrere non deſpidat.

Qui vt appropinquauit, quatuor & ipſe exercitus illius equites obuiam habuit, eoſque interrogans idem quod priores legati retulerunt, audiuit. A quibus interrogatus, an pro iniuria ciuitatis ab Oſtorgio ablatæ doleret? Reſpondit nimium ſe dolere, ideo maxime quia Deo, & ſaluti animarum hanc contulitſet. Iam (inquiunt) illi vltra non doleas, quia quod Deo omnium bonorum largitori dederis, vel dare diſpoſueris, quicunque caſus ſurripuerit tibi nõ peribit ſed centuplicatum in cœlo ſemper manebit.

Sed ne ſolicitum te longius trahamus, iam nos omne ius tuum ab hoſte dupliciter exigemus. Inſuper aut ſubijcietur tibi, aut vinctus tradetur tuæ poteſtati, tantum nos audi, & ordinato exercitu feſtina nos ſubſequi. Tunc princeps diuinæ ſe eorum voluntati, & fidei, reuerſus ex his militibus quos habere poterat vnam tantum legionem inſtruxit, & contra ſeptuaginta millia ſecutus de diuino auxilio ad bellum procedit. Quem exercitus albatorum præcedens, quadraginta, vt videbatur, millia retendit aciem cõtra Oſtorgium. Oſtorgius verò vbi tali apparatu ſibi immineres agnouit, tanta rei nouitate perculſus, qui ſint, quidve petant, & ipſe per legatos inquirit. Reſpondit his, quod & prioribus ſe de familia Dei eſſe, & vt ipſum Ducem illorum Oſtorgium capiant in vltionem diuinæ iniuriæ ſe venire, niſi ſibi occurrat, & Deo conſorti ſuo Euſebio ſuper inuaſa ciuitate ſatis faciat. Poſtquam ea nuncij vti agnouerant Domino ſuo retulerunt. Ille pauefactus nimis conſilium ſuorum petit, atque vt eos audiuit quo iuſtus erat cum omnibus ſuis copiis acceſſit, percontatuſque viros de nueo exercitu, ſibi occurrentes, quod alii, atque alii de familia Dei audierunt, & ipſe audiuit. Addiderunt & graues in illum minas dicentes, diuinam iram imminere illi, ni ciuitatem ſibi donatam auſus ſit fraudulenter, & inſidioſe ſubripere. At ille hoc terore compulſus rogat pacem, promittens temeritatis ſuæ quantamcunque vellent ſatisfactionem, ventum eſt igitur ad exercitum, & ecce inter colloquendum Euſebius eum ſua copia ſuperuenit, ſtatimque Oſtorgius quicquid vi piam tulerat dupliciter reſtituit, atque inſuper ſeſe cum ſuis omnibus Euſebio ſubdidit. His itaque pacificatis ille candidus exercitus ſatis familiariter allocutus Euſebiũ, interrogat vtrum ne voluntati eius ſit ſatis factum.

At ille, vbi multa cum gratiarum actione ſufficere ſibi reſpondit, ipſe quoque qui eſſent ſubtilius ſuſcitari acceſſit. Nec mora illi reſpondent: Nos, inquiunt, ſumus defunctorum animæ, quas tuis beneficiis, & eleemoſynis larga Domini donauit indulgẽtia, quibus iam liberatis a peccati, & diaboli captiuitate, lucidas manſiones tribuit in æterna requie.

Vnde hoc non pigeat pro nobis feciſſe, quia gratiam Dei omnium fidelium defunctorum pro tanto habes beneficio, & nũc ſcito, quia nos omnes quos vides eripueris, & adhuc multos per benignam Domini prouidentiam eripies, ſi ab hac tua intẽtione non deſitias. Age ergo, & quod prius bene faciebas ex bona voluntate, iam noſtra admonitus oratione ſimul, & fidelitate melius iam de reliquo ſatage, vt captiuos quos apud iuſtum iudicem liberas, apud eum interceſſores eos habeas, qui enim per te liberantur, longam tibi vitam, & ſalutem propter ea orant, vt & alij multi per te redimendi adhuc in pace requieſcant, qui tibi una cum liberatis indulgentiam, & gratiam ipſius iudicis æterni expoſcant. His dictis poſtulata Ducis remiſſione inuiere quo venerunt, niſi ſunt redire. Tunc vero ille primus auri inexpertus lucri deinceps quantus circa defunctos eleemoſynator accreuerit conijcere potius poterit quam exponi. Hec ex relatione Domini Abbatis maioris ſãctæ, & ſummæ auctori-

ctoritatis viri agnita habemur, qui in contentione horum duorum principium captiuus fuit abductus, dum circa Abbatias quas in illis finibus deponebat esset occupatus.

EXEMPLVM CLXXXV.

Defunctorum officium sæpe legentem suspendens Episcopus, iturus per cimiterium acri commonitione a defunctis terretur.

PEtrus Cluniacensis Abbas dixit, quod quidam sacerdos consueuerat singulis diebus anni missam pro defunctis celebrare, scilicet Requiem æternam. Qui cum de hoc accusatus esset apud suum Episcopum suspendit eum ab officio. Cum autem Episcopus in quadam festiuitate magna iret ad matutinas, transiens per cimiterium visum est ei, quod omnes mortui qui erant in cimiterio surgerent contra illum sub illo scemate, cuius officij quisque fuerat in mundo dicentes: Iste Episcopus nullas missas nobis data insuper sacerdotem nostrũ nobis abstulit, sed certè nisi emendauerit morietur. Qui non solum sacerdotem absoluit, immo pro mortuis libenter celebrauit.

Sacramentum.

EXEMPLVM CLXXXVI.

Eucharistiam quidam deuotus miraculose suscepit, sed tactu experimentum capere nisus, id quod sensit amodo non sensit.

REfert magister Ioannes Nider ordinis Prædicatorum in Formicario, quod fuit quidam vir plebeius laborator simplex mundo, sed Deo reuera prudentior in ciuitate Nurenbergensi, Bambergensis diœcesis meo tempore ciuis, modo non nomen proprium, sed vitæ bona fama occurrit. Filius confessionis hic extit prædecessoris mei in prioratu Nutembergensi fratris Euerardi. Hic igitur simplicianus temporali quidem substantia non mendicus fuit; sed rebus viuebat secundum seculum mediocriter. Ad diuina fuit deuotus plurimum. Nam operibus misericordiæ de labore, & rebus proprijs pauperibus erogabat largiter, peregrinationibus longis aliquotiens corpus macerabat acriter, & in meditatione Dominicæ passionis se exercere solebat multipliciter. Et quia ex his pijs operationibus ad Deum dietim eius animus cœpit inardescere, idcirco desiderium aliquotiens in anno sumendi diuinissimum eucharistiæ sacramentum in eo nõ destitit crescere. Verum in præfata ciuitate masculinus sexus rarius, quam fœmineus ad eucharistiæ sacramentum solet accedere, formidabat propterea Dei famulus sacramentum, quod cordis æstu affectabat contra morem creb. ius petere ne singularis videretur, iuxta illud memorandũ beati Bernardi, Qui facit quod nemo, miratur omnes. Excogitabat tamẽ diuino nutu modum aliquem quo mediãte acquireret per equipollẽtiam, quod sumere nequibat per sacramenti præsentiam. Sciebat enim quod semper Dei misericordia voluntatem bonam pro facto acceptat, quando propria negligentia opus extrinsecum non vetat. Fecit igitur quantũ in se fuit quicquid potuit se ad sacramentum eucharistiæ præparando die præsertim & hora quasi eucharistiam habere verisimiliter a sacerdote proprio non valuit. Nam primum si oportunitas arriserat sacramentaliter præconfessus est. Cibum præcedẽti die sumpsit moderatius uice ieiunii, deinde deuotione uera per meditationes sanctas in ara cordis coram Dei uiuentis oculis mactare se, & aptare volebat sollicitius quo potuit. Et tandem infra missæ officium, & potissime cõmunionis hora omni desiderio quo poterat a diuina petiit clementia, vt se tanti sacramenti participem efficeret, & bonam uolũtatem pro facto acceptaret. In cuius euidẽtiam vt corpus subiiceret spiritui, & ut diuina bonitas bonæ voluntatis munus acceptaret pro facto, idcirco cum sacerdos ore proprio sacramentum sub specie panis solebat accipere, iste Dei famulus tunso pectore tunc etiam sua labia aperuit. Et ecce miramus. Nam diuino (vt pie credi potest) miraculo accidit, vt quãta se disposuit illico linguæ eius hostiæ consecratæ quędam particula adhærere cæpit deuote, dulciter, est sensibiliter, adeo ut necessarium uideretur ei aut illã quam sensit particulã de ore

(quod

(quod verebatur) ponere, aut quod faciebat perceptam deglutire. De quo cum miraretur sæpius, & tandem dubitaret an illud adueniret diuinitus, quadam die cum diuina audisset & percepisset (vt prætactum est) finito missæ officio certiorari volens digitum ori impositum, linguam tangere voluit, sed digito albæ quædam particula vt visus ostendit inhæsit sensibiliter, quam ori re impositâ sumpsit, vt antea, sed deinceps per decursum suæ vitæ nunquam simile meruit percipere, licet a bonis operibus non minus quam prius desistere.

Lib. 1. Formic. c. 1.

EXEMPLVM CLXXXVII.

Eucharistiam frangens in missa presbyter, visus est a puero quodam infantem in frustra concidere.

LEgitur in Scala cœli, quod frater quidam familiaris cuidam nobili viro, domum eius frequentabat & filium eius vnicum plurimum diligebat, & quia & iocalia puerilia afferebat, puer sequebatur eũ vbique. Et cum ad ecclesiam fuisset eum secutus vbi frater continue celebrabat, stãs puer iuxta fratrem vidi manifestè in eleuatione corporis puerum in manibus dicti fratris, vidit postea fractionem & sumptionem, & ideo fugit & abscondit se in terra. Quæsitus autem & inuentus nullatenus uenire volebat. Cumque frater iste iuisset, & eum ad luceret, puer clamauit. Saluate me, saluate me, quia iste vult me comedere sicut hodie comedit vnum pulcherrimum puerum. Inquirentes vero causam dicti, inuenerunt quod de sacramento altaris hoc vidisset Ioannes Iunior.

EXEMPLVM CLXXXVIII.

Angelus visus est oblationem altaris diuino conspectui reuerenter afferre.

LEgitur quia in monasterio Sauiensi sub venerabili Patre eiusdem monasterij Serione contigit, quod relatu dignum credimus. Nam die quodam cum frater quidam diuino fungeretur officio, veniens ad illa verba. Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hoc proferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, inclinans se iuxta morem, & supplicans, vidit Angelicos ciues in circuitu altaris astantes hilares & iucundos, & stolis miræ pulchritudinis indutos. Inter quos vnus supereminens apparebat forma sublimior, & vultu venustior, qui & præ cæteris solus de altari sacram hostiam accipiebat, solus sursum deferebat, & solus diuinis conspectib. præsentabat. Cæteri verò qui astabant in tantum illi Angelo congratulabantur, ac si quisque hostiam acciperet, si deferret, si præsentaret. Reflexis oculis sacerdos ad altare reposita reperit, missa sumpsit sanctificantia se & sanctificata, & sic plenus gaudio agenda impleuit.

EXEMPLVM CLXXXIX.

Eucharistiæ sacramentum ob peruersi sacerdotis perfidiam in carnem commutatur.

LEgitur in legenda sancti Hugonis Lincolniensis Episcopi ordinis Carthusiẽsis, quod in Francia quidam sacerdos secularis in quadam villa celebrauit, qui malè & turpiter vixit. Cum autem veniisset ad hoc, vt sacramentum Dominicum eleuatum super calicem diuidere deberet, dubitare cœpit, an hoc esset verum corpus Christi, & hoc specialiter propter reprobam vitam suã hæsitans, s. vtrum talis peccator, qualem se cognouit consecrare posset. Et ecce statim ipsum sacramentum in manu sua pro medietate vertebatur in crudam carnem, reliqua parte eius tenente formam panis pristinam, & tamen manifestè quasi continuum quoddam & indiuisum. Quo viso sacerdos perterritus totum dimisit in calicem, & subitò sacramentum sanguinis fuit mutatum in cruorem, ac si de aliquo corpore profluxisset, & tunc sacerdos ille confirmatus in fide per totam vitam pœnitentiam egit.

EXEMPLVM CXC.

Missam in peccato celebrante sacerdote visus est in altari puer vehementer renitens ne insumeretur.

SAcerdos quidam secularis dum quadam die missam celebraret, alius ei assistens

lens vidit in patena tempore ſumptionis non ſpeciem panis, ſed infantis. Quum cum ſacerdos leuaret ſumeret, cœpit infantulus ille faciem auertere, & ne ſumi poſſet, manibus & pedibus reluctari, & non semel iſte homo deuotus hoc vidit, ſed ſæpius. Cui idem ſacerdos quadam vice dixit inter cætera. Quotiens ſumo corpus Chriſti cũ tanta difficultate ſumo, quod mirari nõ ſufficio. Cui ille. Conſulto vt corrigas te, nam hoc & hoc vidi de te. Quod audiens ſacerdos vitam mutauit, emendamq; propoſuit. Et cum poſtea celebrauit viſus eſt ille infans ab illo deuoto homine iunctis manibus & pedibus cum ſumma velocitate illabi in os ſacerdotis.

EXEMPLVM CXCI.

Sacerdotes quantumlibet mali ſint efficaciam ſacramenti minuere non poſſunt, & eis ob res grandes quas tractant reuerentiam exhibendam docuit beatus Franciſcus.

CVm beatus Franciſcus quadam vice intraſſet eccleſiam ad orãdum cuius parochialis ſacerdos infamis erat, quia concubinam tenebat, quidam hæreticus qui famam ſancti Franciſci audiebat acceſſit ad eum, & volens per eum ſibi populum allicere, fidem ſubuertere, & officium ſacerdotale contemptibile reddere, dixit ei. Ecce nunquit credendum eſt verbis huius, vel factis eius aliqua reuerẽtia eſt exhibenda qui concubinam tenet, & manus habet pollutas carnem tractando meretricis? Attendẽs igitur vir Sanctus hæretici malitiam coram parochianis venit ad ſacerdotem illum, & flectens genua ante eum ait. Si tales ſunt manus illius qualis iſte dicit, neſcio, etſi etiã tales eſſent, ſcio quod non poſſent inquinare virtutem, & efficaciam diuinorum ſacramentorum. Sed quia per iſtas multa beneficia Dei & charismata populo Dei fluunt iſtas oſculor ad reuerentiam eorum quę miniſtrant, & cuius authoritate miniſtrant ea. Et hæc dicens & genua flectens coram ſacerdote illo manus eius oſculabatur, confundens hæreticos & eis credentes quotquot aderant. ſacerdotem verò illum humilitate ſua ad emendationem vitam prouocauit.

Sanctorum feſta.

EXEMPLVM CXCII.

Tres Reges deuotum ſibi Regem Daciæ magnificè mirificis munoribus ditauerunt.

LEgitur in hiſtoria Romanorum, quia Rex quidam Danorum ad tres Reges qui ſtella duce ab Oriente Hieroſolymam venerunt, & Chriſto nato munera obtulerunt, deuotionem magnam habebat, eoſq; in ſui adiutoriũ inuocabat. Profectus ergo prædictus Rex Coloniam cum comitatu ſolemni, vbi ſacroſancta corpora eorum honore debito conſeruantur, tres coronas aureas mirabiliter & regaliter fabrefactas eis obtulit. Inſuper pluſquam ſex marcharum milia cum ingenti deuotione eccleſijs & pauperibus diſtribuit magnum ſuæ fidei exemplũ ibidem fidei populo derelinquẽs. Quadam autem nocte cum ad propria remearet & membra lopori dediſſet, ecce vidit in ſomni tres Reges coronas quas portauerat in capitibus præferentes cum ingenti lumine ad ſe proprius accedere, & audiuit ſingulos ſingulariter dicere talia. Primus igitur qui & ſenior eſſe videbatur, ſic ait. Frater mi fœliciter veniſti, ſed fœlicius ad propria remeabis, Alter dixit. Frater mi multa tribuiſti, ſed tecum plura reportabis. Tertius ſimiliter ait, Frater mi fidem oſtendiſti ſed expletis viginti trib. annis iugiter in cęleſtib. nobiſcum regnabis.

Primus igitur offerens ei pyxidem plenã auro, dixit. Accipe (inquiens) theſaurum ſapientiæ per quam ſubiectem populum iſte iudicabis, quia honor regis iudicium diligit.

Secundus pyxidem cum myrrha obtulit ei, dicens. Accipe myrrham pœnitentiæ, per quam carnis motus illicitos refrænabis, quia optimè regnat qui ſeipſum bene regit. Non enim alios bene regere, aut coercere poteſt, qui ſeipſum non coercet. Tertius præbuit ei pyxidem plenam thure dicens. Accipe thus deuotionis deuotæ clementiæ, per quam miſeros reuelabis, quia ſicut ros herbam irrigat vt creſcat, ſic dulcis clementia regis vſque ad ſidera prouehit & exaltat. Cumque Rex de magnitudine viſionis miraretur,

faretur, ſubitò excitatus eſt, & pyxides quas ei illi tres reges obtulerunt, iuxta ſe collocatas reperit. Qui domum Dei lætus accepit, & ad propria rediens omnia quæ in ſomnis audierat quoad vixit deuotiſſimè adimpleuit, & expleto termino ſupradicto regna cęleſtia meruit poſſidere.

EXEMPLVM CXCIII.

Aeſtiuis diebus farinam conſpergens, & fermentans, cruentatos panes inuenit.

LEgitur in vita ſancti Hugonis Lincolnienſis quomodo piſtor quidam ſemper die Dominica farinam conſperſerit, atque fermentauerit, de qua nocte ſequenti panes decoqueret, quos die ſequenti venderat recentes. Quos dum ſemel mane ſecundæ feriæ extradere de clibano, vnus panis calidus frangitur, vnde mox riuus ſanguinis, qui panem circumquaque infecerat, effluxit. Expauit ille, & panem iſtum cruentatum fruſtatim comminuit, & per ſingulas fracturas cruorem ſtillare vidit. Atios etiam omnes panes ſimiliter cruentatos inuenit, quos panes per octo dies apud ſe occultauit, ſed mercenarij hoc ad publicam notitiam perduxerunt Epiſcopi, & ad eius præſentiam vnus panis fuit allatus, qui ſic eſſe conſpexit: Erant etiam alij panes in clibano poſiti, qui poſt crepuſculum die i Dominicæ erant fermentati & impoſiti. Qui cum extraherentur, & frangarentur nil prodigioſum habentes in ſua naturali qualiter ad vſum hominum vendebantur. Primi autem per monaſteria & eccleſias in monumentum facinoris de tranſgreſſione ſabbati ad terrorem hominum diligenter conſeruabantur.

EXEMPLVM CXCIIII.

Aeſtiuis diebus ſub ſumma miſſa carnes vendens prodigioſo modo a Domino plagatus eſt.

CVm quidam deuotus paſtor in partibus VVeſtualiæ nonnullos carnifices videret ſpe vendendarum carnium temporalibus mercantijs ſub ſumma miſſa occupatus, nonnullos etiam otioſitat is cauſa, vt fabulationibus & leuitatibus ante carnificum domus tempus expendẽtes, & diem ſabbati violantes, zelo Domini tactus in feruore ſpiritus vt verus paſtor, errantes oues ad viã veritatis reducere prædicationibus & admonitionibus laborauit, minitans vindictam Dei ipſis affuturã, niſi a tam enormi mandatorum ipſius trãſgreſſione reſipiſcerent. Et quoniam populum duræ ceruicis ſubitò a tam praua conſuetudine omnino reuocare non potuit, laborauit ad hoc quatenus & ſi omni ſabbato deberent merito, maximè tamẽ in quatuor principalioribus feſtis ammi circa viſitationes eccleſiarum occupati ab hac peſſima conſuetudine animum reuocarent. Aderat ergò non longa poſt tempora feſtum Pentecoſtes, & quidam ſacerdotis ſui præceptis atque imprecatione conterriti, timore vindictæ ipſius mandatis, immò non ipſius, ſed Domini obediebant. Vnus verò filius belial animo pertinaci macellum ipſum carnes ſuas venditurus ingreditur, quoſdam de ſua ſorte contra ſacerdotis imperium animando. Et ecce virga Domini ſuper eum.

Nam ſecunda aut tertia die Pentecoſtes tantam aeris inclementiam Dominus excitauit, coruſcationes atque tonitrua, vt porta ciuitatis ipſius ictu fulmineo ſcinderetur, deſcendenſque fulmen, & vaccas ſuas inter quam plures alias vaccas ſub eadem portaquieſcentes inueniens, extinxit continuò, vt ſcilicet palam daretur intelligi quoniam hæc vindicta eſſet inobedientiæ contemptoris illius.

Domus quoq; iſtius carnificis eodẽ fulgure ita quaſſata eſt, vt ſcutellis, ollis atq; cacabis tinnitum dantibus, ipſa caſum ſubitum minaretur. Factus eſt poſt hoc vir ille infamis in tota illa ciuitate, omnibus clamantibus contra eum quoniam digna eum plaga propter ſabbati irreuerentiam Dominus tetigiſſet.

Scriptura.

EXEMPLVM CXCV.

Sciẽtiæ subtilium scripturarum curiosius insistens, & ob id ipsum seducens admonetur vt vitas sanctorum patrum, & martyrum triumphos frequentaret.

REfert Hugo de sancto Victore in Didascolicon de quodam probabilis vitæ, qui multum flagrabat amore scripturarum, & desiderio sapientiæ feruebat imprudenter. Spretis namque simplicioribus scripturis cœpit profunda rimari & obscura, & a nigmatibus scripturarum enodandis, & mysticis sacramentorum intellectibus insistere. Sed mens humana nõ sustinens tantum põdus non solum ab vtilibus, sed a necessarijs actibus cœpit cessare, versoque vento in contrarium ex scripturis occasionẽ erroris accepit, quibus noluit vti cum moderamine discretionis. Sed miseratione diuina ille tandem per reuelationem est admonitus, ne amplius earum scripturarum studio incumberet, sed sanctorum patrum vitam, & martyrum triumphos frequentaret, sicque in breui ad statũ pristinum est reductus.

Societas mala.

EXEMPLVM CXCVI.

Benevolentia seniorum quidam, qui persuasu amicorum carnalium eremum deseruerat, post multa peccata ad pœnitentiam reuocatur.

CHryſostomus in epistola ad Amantium. Adolescens (inquit) quidam Vrbani filius Fenicis Prouinciæ a parentibus quidem pusillus derelictus est, sed diuitijs, familia argento, & auro ac possessionibus locupletissimus. Hic quidem contempta omni pompa elationis & iactantiæ, quam adolescentia præsumere solet, & abundantia ministrare, ipsis etiam literis liberalibus derelictis ad humilem vitam, & indumenta vilia conuersus, ad montes, & deserta secessit, atque ibi per continentiæ philosophiam exercitatus etiam super ætatem suam vitæ magnorum & admirabilium virorum virtutibus se conformabat. Post hæc etiam sacri baptismi mysterium consecutus, multo magis ascendebat ad incrementa virtutum.

Lætabantur omnes & laudabant Deum quod in tantis diuitijs natus, tantique generis, & primæ ætatis adolescens subito omnis vitæ temporalis vanitate calcata, ascendere desiderauit æternæ vitæ fastigia. Cum ergo in his exercitijs versaretur, & in admiratione esset omnibus, quidam corruptæ mentis homines iure consanguinitatis proximi accedere ad eum primo visen di gratia cœpere. Post hæc assiduitate colloqui multum rursus eum ad ea, quæ spreuerat reuocarunt, & abiecta omni sanctitate (quam assumpserat) de monte ascendit ad forum. Tunc per medium ciuitatis equo vectus, & cursoribus stipatus, cœpit incedere, totamque vrbem quasi volitans, & exultans ambire. Abiecta sunt pariter frena castitatis ab eo, cui cum delitijs & luxuria nullum poterat esse consortium. Inde iam obscœnis amoribus cœpit irretiri, & in omnem turpitudinem captinari, ita ut nullus hominum fuit non salutem eius penitus desperaret. Circumuallabant namq; eum examina parasitorum, circundabant adulatorum greges pusillum adolescẽtem diuitem. Illi autem qui ad reprehendendum omnia prompti sunt illud etiam culpabant, cur omnino vel præsumpsisset quidem quod obtinere non poterat. Cum ergo hæc apud quosque dicerentur, essentque facti huius ingens pudor deuotis, sancti quidam viri huius venationis periti scientes nihil esse desperandum, armati cœperunt eum obseruare sollicitius, & si quando in plateis occurrisset, accedere cum mãsuetudine & salutare. Et ille primò quidem equo sedens de alto uix resalutare, aut respondere eis ex latere incedentibus dignabatur, tantum improbitatis, & elationis assumpserat. Sed viri illi sancti nihil horum iniuriæ arbitrantes, illud solum interitum prospiciebant, quatenus agnum possent de dentibus luporum euellere. Cum igitur frequenter hoc facerent aliquando velut ex amentia quadam in se regressus, adolescens benignitatis eorum erubuit perseuerantiam, & cœpit primò cum eos eminus occurrere sibi uidisset, equo desilire, & inclinato capitæ, quæ ab eis dicerentur audire,

audire, ac proceſſu temporis maiori erga eos vti reuerentia. Et ita per Dei gratiam, & eorum admonitiones a cunctis mortis nexibus (quibus conſtrictus fuerat) euolutus rurſus ad ſolitudinem, rurſus ad montes, & exercitia prioris philoſophiæ repedauit. Et in tantum nunc effulſit, vt poſterioribus exercitijs longè illa priora ſuperpreſſus ſit. Didicit autem nunc quæ fuerat lapſus ſui occaſio, illa videlicet quia non ſecundum præceptum euangelicum quæ habuit vendidit & pauperibus erogauit, vt theſaurum ſuum ad cœlos transferret, ſed quia habuit egreſſus eſt. Nunc verò omnia reſpuit quæ habuit, atque pauperibus erogauit, & ideo nunc omni ſolicitudine præciſa, cœleſtem uitam incedens ad omnem uirtutum perfectionem cautior ex caſu & emendatione peruenit.

EXEMPLVM CXCVII.

Socius malorum cum malis, licet innocens eſſet, morti adiudicatur.

REfert Petrus Alfonſus, quod duo clerici euntes per quandam ciuitatem, in quadam taberna audierunt dulciſſimos cantus, & accedentes inuitati per reſidentes ita dixit unus alteri: Dixit ſapiens quod non eſt tranſeundum per ſedes gentis iniquæ, ſed fugiendę ſunt, & ideo nullo modo intrabo. Alter uerò lętus ex dulcedine cantus, & auiditate potus intrauit ad eos altero recedęte. Dum ergo ibi fruerentur lætitia ſubito uenit rector cuitatis, & cœpit eos omnes eo quod alibi feciſſent homicidium. Et cum omnes fuiſſent adiudicati ſuſpendio, & clericus una cum eis dum eſſet in morte, cœpit dicere intra ſe: Nunc cognoſco & experimento percipio quod malum eſt cum malis ſe aſſociare, uestem ſuam quando poteſt non lauare, pannum precioſiſſimum in manibus mali ſutoris ponere, uas balſami plenum in latrinam proijcere. Sed quia tarde dolui, iuſtum eſt ut ſim damnatus.

Superbia.

EXEMPLVM CXCVIII.

Propter ſuperbiam, & carnis voluptates damnatus Cancellarius Pariſienſis, cum triginta diebus inferni pœnas expertus eſſet, diem iudicij propter tædium temporis, & multitudinem ad inferna ruentium ſuſpicabatur adeſſe.

QVidam Cancellarius Pariſijs exiſtēs omnibus acceptiſſimus fuit, qui ita facundus fuit, & litteratus quando prædicauit, quod Prædicatore, & fratres Minores omnibus negotijs poſtpoſiti ſermonibus ipſius aſſiduè intereſſe cupiebant. Quem poſtmodum (cum laboraret in extremis) Epiſcopus ciuitatis diligenter viſitauit, dicens: Præcipio tibi in uirtute obedientiæ, ſi autoritas mea vim debeat habere, licet acceptior me in ſeculo fuiſti, quatenus mihi infra triceſimū dicem appareas de ſtatu tuo me certificans. Obijt ille. Triceſimo autem die cum Epiſcopus ille ſolus in camera ſederet, ipſe magna cappa indutus, & fœtens magis quam cadauer, putridum ſibi apparuit dicens: Hic ſum ſicut mihi tua præcepit autoritas. Tunc Epiſcopus perterritus, quomodo ſibi eſſet quæſiuit. Reſpondit. Miſer ſum ego, & perpetualiter damnatus, quia honorem quem per ſcientiam in hoc ſeculo habui nō Deo & beatæ virgini attribui, ſed potius de me ipſo habere præſumpſi, & in voluptatibus carnis gaudere volui, propter quod ſum perpetualiter damnatus, ita quod nullę eleemoſynæ vel orationes mihi proſunt. Et ab Epiſcopo quæſiuit qualis hora in mundo eſſet. Reſpondit Epiſcopus & dixit. Hodie eſt triceſima dies, quod ab hoc ſeculo tranſiſti. Tunc dixit Cancellarius, væ, væ. Nos credebamus in inferno, quod dies iudicij eſſet conſummata, quia ſicut nix cadit de cœlo, ita intrant animæ ad infernum. Valefecit ergò Epiſcopo, & receſſit cum magno eiulatu.

EXEMPLVM CXCIX.

Superbus Eremita damnatur, & humilis contritusque latro ad regna cęlestia prouehitur.

REfert frater VVilhelmus Lugdunensis episcopus quoniam fuit quidam frater in monasterio quodam multũ verbosus, & semel accidit, quod loquebatur de non sibi commissis, tunc Abbas dixit sibi seriosè, vade & tace. Qui recedens ab Abbate & cordi suo imprimens illa verba Abbatis, amplius in monasterio silentium tenuit. Et cum sic tacuit, tũc ab intra in spiritu in tãtum profecit, quod Deus sibi multa secreta reuelauit, ita quod alii fratres mirabantur de taciturnitate sua. Accidit autẽ quod quidam eremita in silua non longe a monasterio infirmabatur, qui misit ad Abbatem, vt ad eum veniret, & sibi ecclesiastica sacramenta porrigeret. Tunc Abbas duxit illum taciturnum secum, & iuit cũ sacramentis ad communicandum illum eremitarum. Tunc in via quidam latro audiẽs campanam paruam secutus est eos vsque ad cellam eremitæ, & mansit foris reputãs se indignum, quod deberet intrare cellam tam sancti viri. Sed postquam eremita cõfessus est, & communicauit tunc latro stãs prope ianuam cum humilitate cordis sui dixit: O si essem talis qualis es. Et eremita in elatione mentis, & complacentia suiipsius dixit. Hoc libenter deberes velle, quod esses talis qualis ego sum.

Tunc frater ille taciturnus cœpit flere amare, & postquam Abbas & frater ille recesserunt, tunc latro ille cucurrit a remotis post eos, & inuocauit Deum vt daret sibi contritionem veram, & vitæ emendationem, quia iam proposuit illi Abbati confiteri, & amplius nũquam peccare velle, sed pœnitentiam pro peccatis assumere, & sic in veloci cursu ille cecidit, & mortuus est immediate. Quod videns frater ille cœpit lætanter ridere. Sed postquam Abbas cum illo fratre ad conuentum redijt, quæsiuit ab illo fratre quare sic taceret. Et respondit, Pater, semel dixistis ad me, vade & tace, & ab illo die semper tacui, nisi interrogatus fuissem. Tunc Abbas dixit, quare tu flebilis, cum illum sanctum eremitam cõmunicaui, & tu risisti cum ille malus latro post nos cucurrit, volens nos spoliare, vel occidere, & sic peccando in peccatis suis obijt? Tunc frater respondit: Pater causa fletus mei fuit ista, quia cum communicasti illum eremitam infirmum, tunc latro stetit foris ianuam ex humilitate cordis, dicens: O si essem talis, qualis tu es? Eremita respõdit in elatione mentis; hoc posses libenter velle, & sic mortuus est, & damnatus ideo fleui. Sed latro q̃ post nos cucurrit habuit firmum propositum confitendi, & non spoliandi nec occidendi, & sic currens cecidit, & obiit, & Angeli eius animam rapuerunt & ad cęlum cum gaudio deduxerunt, quia sua contritio fuit tanta, quod deleuit pœnam, & culpam, ideo risi.

EXEMPLVM CC.

Gloriam hominum de suis virtuosis operibus quærens fœmina damnatur.

REfert Doctor Iacob. de Paradiso Carthusiensis, quod quædam virgo deuota ita vitam suam duxit ieiunando, vigilando, orando, castigando se, quod ab omnibus sancta reputabatur. Contigit autem eã infirmari vsque ad mortem cuius confessionem deuotus sacerdos audiuit, & suam spiritualem superbiam ignorauit. Cui post obitum ipsa apparuit nigra, & valde horribilis. Sacerdos autem expauescens, quæsiuit quid esset. Et fatebatur se esse illam virginem, quæ quasi sancta reputabatur, & subiunxit dicens: Ego infœlix tradita sum infernalibus incendijs cum inferioribus dæmonibus, & cum infimis damnatis æternaliter cruciandа, propter meam propriã cõplacentiam, & spiritualem superbiam quã habui, quod bullam æqualem mihi reputaui, sed super omnes me exaltaui, & alios homines iudicaui & spreui, propterea ad profundum inferni descendit, de quo nunquã liberabor. Nã si siccatæ essent aquæ maris, & fundus repletus arena, & vna auicula cẽtesimo anno vnum granum ederet, & tunc possem saluari, omnes pœnas inferni eligerem vsque ad illud tempus sustinere, sed non sic, quia in inferno nulla est redemptio. Vnde pater sancte nec tu nec ali-

quis

quis ſanctus alius pro me oret, quia nunquam liberabor.

Tentatio.

EXEMPLVM CCI.

Tentatus fortiter monachus quandam nocte reſiſtendo coronam gloriæ meruit.

ERat quidam monacus Ciſtercienſis qui quadam nocte grauiter tentatus carnaliter ferè ad cõſenſum peccati reſtitit viriliter & vicit ſalubriter. In eadem hebdomada venit quidam conuerſus de Grangia ad priorem domus dicens ei ſecrete. Domine in hac hebdomada viſum eſt mihi in ſomnis quod fortis columna ſtaret coram me, ferrum quoddam fuit infixum in quo pendebat pulcherrima corona quaſi corona Imperatoris. Et adfuit quidam pulcherrimus Dominus, qui ambabus manibus tulit coronam de columna, deditque illam in manibus meis dicens. Accipe coronam iſtam & defer eam illi monacho, deſignans eum ex nomine, quia hac nocte meruit illam. Quæſitum eſt autem, & ſic inuentum quod illa nocte ſic tentatus fuerat, & reſiſtendo vicerat & ob hoc coronam meruerat, coronam ſcilicet non illam in viſione oſtenſam, ſed in regno cęlorum percipiendam.

EXEMPLVM CCII.

Tribulationibus & tentationibus fęmina in vita ſpirituali perfecta laceſſitur, aliis minus perfectis de ſua quiete gaudentibus.

LEgitur in libro prioris de Grunnendael fratris Ioannis de Schoenhouia, quod fuit quod tempore quędam matrona deuota, quæ cũ miſſam audiret poſt eleuationem miſſæ vidit quendã pulcherrimum puerulum ſuper altare currentem (vt ſibi apparebat) & iuxta idem altare ſedebat tres virgines miſſam audientes. Et cucurrit puerulus de altari, & accepit vnã illarum virginum nimis amicabiliter in brachijs ſuis, & oſculabatur eam nimis amorosè. Alteram accepit, & pallium ipſius diſcooperuit ab eius oculis, & inſpexit in eius faciem valdè amicabiliter. Sed tertiam accepit per manum, & percuſſit eã cum pugno in faciẽm, & truſit eum pedibus, & oſtendit ei magnam indignationẽ, & cucurrit puerulus ad altare, & ibi perdidit eum matrona hæc. Videns autem iſta admirabatur multum, quid iſtud prætenderet, & deſiderauit multum ſcire quid nam iſtud eſſet, ſed & Dominus noluit ho luit ſibi hoc fruſtra oſtendiſſe, & alloquebatur eam, & dixit. Prima matrona, cui me tam amicabilem exhibeo, multum eſt nutabunda & imbecillis ad me, & de facili decideret, & verteret ſe ad ſeculum, niſi eſſem ei amicabilis & benignus. Altera melius eſt contenta, dummodo aliquid ſaporis habere poſſit & dulce finis. Sed tertia virgo eſt dilecta ſpõſa mea, & qualemcumque amaritudinem illi dedero, ipſa permanet mihi ſemper conſtans & fidelis. Sit igitur nota, quod maior ſalus & ſanctitas non conſiſtunt in maiori dulcedine, ſed quando æquanimiter ſcimus tribulationes ſuſtinere, & Deum inde laudare & in illis gaudere, & diligere facientes nobis mala. Iſte eſt in dilectione ſupremus gradus.

EXEMPLVM CCIII.

Dæmones multi cellam vnius eremitæ inquietant, ſed integram ciuitatem vnus regere conſpitur.

LEgitur in Vitiſpatrum quod quidam Eremita ductus eſt ab Angelo ad quẽdam locum vbi erat congregatio monachorum, & vidit maximum multitudinem dæmonum volantium ad modum muſcarum in omnibus officinis eorum. Veniens autem ad quendam locum ciuitatis vidit in ciuitate vnum ſolum dæmonem ſatis otiolum ſupra portã ciuitatis. Quærenti autem vnde hæc ceſſet? Ait Angelus qui eum ducebat, quod omnes in ciuitate voluntatem diaboli facerent, & ideo vnus diabolus ad eorum cuſtodiam ſufficiebat. In Abbatia autem omnes diabolo reſiſtebant, & ideo ipſos monachos tam multi dæmones impugnabant. Facit enim Lucifer id quod prudens Imperator facere ſolet, qui ſi habet multos hoſtes ſibi aduerſantes, quos vincere cupit, & debella-

verumetiam ſuper omnia in eccleſia Dei, & ſeruitoribus eius. Vnde ipſo mortuo quidam clericus in curia ſua nutritus, & per eum promotus vehementer ſolliciabatur de eo qui ſic crudeliter vixerat vtrum damnatus aut ſaluatus eſſet.

Accidit autem quadam vice dum ipſe cum alijs per nemus quoddam tranſiuit, in quo dictus princeps conſueuerat venari dum ſic ſolicitè cogitabat de illo, ecce nubes denſa ſuper eos venit, in qua denſitate ipſe à ſocijs diuiſus eſt. Cum ergo vagabundus deuiaret, habuit obuiam quendam ſeſſorem in equo magno nigro, qui dixit ei. Si vis ſcirè quæ deſideras cito de equo tuo deſcende, & mecum aſcende, quia ad oſtiũ aulæ ſecure ſatis portabit te, vbi cum veneris deſcende, & ad talem cameram intra, & ibi videbis quod optas. Sed ſi vis cum vita euadere, ſtatim cum audieris iſtius equi hinnitum, & cohordæ eius ſonitum equũ aſcende, & fuge periculum, & ille fecit omnia quæ præceperat. Cum ergo dictam cameram intraſſet, vidit cathedram ignitam poſitam, in quam duo dęmones impoſuerunt hominem omnibus doloribus aggrauatum. In cuius capite impoſuerunt coronam ignitam. Quo facto intrauit magnus ceruus cum cornibus acutiſſimis, & a cathedra ipſum impetuosè proijciens cum cornibus totum corpus eius dilacerabat, & receſſit, ſed ille per ipſos in cathedra reſtitutus eſt. Et ecce leporarij duo terribiles, & nigri venerunt, & iterum illum à cathedra retraxerunt, & miſerabiliter lacerauerunt. Quibus egreſſis iterum in cathedra reſtituitur. Intrauit igitur quidam iuuenis cum gladio euaginato, & illum per coronam capitis de cathedra proſtrauit ad terram, & gladium in coronam vſque ad cerebrum infixit, & poſt modum radendo ipſam totaliter amputauit. Et cum ad pedes ſuos illã proiecisſet, ſtatim feſtinus exiuit. Cum igitur iterum in cathedra eſſet miſer reſtitutus illum clericum reſpiciens. Ego ſum inquit, ille quem quæris. Sciſcitanter ergo clerico, qui eſſent quos vidit ſic ipſum cruciantes; Corona (inquit) ignita, quam ſic in capite gero plus ponderat de pœna, quam tota terra mundana. Et quia ſemper Eccleſia Dei, & clerum in odio habui, & ipſum toto conamine ſeruum feci & deſtruxi, & coronam cuiuſdam cleri, quaſi radendo contemptibiliter amputaui, ideo coronatus ſic in capite tantam ſuſtineo pœnam. Similiter quia aliquando in illo nemore in venatione fui, & duos homines ſuſpendi feci, quia vltra voluntatem meam duos detinuerunt leporarios, ideo ab illis bis in die torqueor. Quia etiam per delectationem venationis, miſſam & officium diuinum contempſi & omiſi, ideo ceruus ille in toto corpore me lacerat, & affligit ineffabili pœna, in quib. ego habui delectationem maiorem, merito in his afflictus ſic crucior. Et his dictis audiuit ipſe equum hinnire, & chordæ ſonitum, & ſtatim equum aſcendit, & vix euaſit. Filia autem dicti principis iſta narrauit cuidam religioſo homini Ioannes AEdus Franciſcani ordinis author libri qui dicitur hic Faſciculus morum.

EXEMPLVM CCVII.

Oppreſſor pauperum mala morte defungitur & damnatur.

QVidam nobilis erat oppreſſor pauperum & amator mundi, hic cum quieſceret in lecto ſuo, camerarius eius iacens ante cameram rapitur in viſione ante thronum Dei, & vidit quod Dominus ſuus accuſabatur de omnibus quæ geſſerũt, pro quibus accepit ſententiam æterna damnationis, & cum magno triumpho ductus eſt ad Luciferum. Cui Lucifer. Adducite eum ad me, vt dem oſculũ fideli ſeruitori meo. Et cum adductus fuiſſet dixit. Non ſit tibi pax in ſecula ſeculorum. Et ait Lucifer, ipſe conſueuit balneare, ducite eum ad balneũ. Cumque ductus fuiſſet ad balneum, laniatur ab vnguibus dæmorum, aliqui etiam ignem ſuper eum fundebant. Eductus igitur a balneo ad præceptum principis inferni, poſitus eſt in lecto inferni, de quo Iſaias dicit. Subtus te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Et dixit Lucifer miniſtris, Date ei potum de caliceire Dei, & propinatus eſt ei ignis, & ſulphur quæ eſt pars calicis eorum. Qui cũ clamaret. Sufficit, dixit Lucifer: Audire ſolet dulces ſymphonias, ſuggãt ſymphoniaci. Et ecce duo dæmones cum tubis igneis ignẽ de in eius aures ſufflauerũt, vnde oculis & de-

gnosco peccata mea, quæ contra Deum commisi, & sic tempus meum inutiliter expendi Si respicio ante me, cognosco mortem meam ad quam singulis diebus unam dietam facio, & nescio tempus, nec locum mortis meæ. Si uideo a sinistris, considero dæmones, qui die noctuque quærunt animam meam, & impedire salutem. Si respicio a dextris, tunc cognosco Angelos Dei, qui mihi semper bona inspirauerunt, & a malis retraxerunt, quibus, heu, non satisfeci, nec eorum bonas inspirationes secutus sum. Et cum ista semper in me & circa me perpendo, & considero, quomodo gaudere possum in hoc seculo.

Verbum Dei.

EXEMPLVM CCX.

Verbum Dei libenter audiens uirgo quædam, militem se stuprare uolentem precibus submersit, & precibus iterum ei uitam impetrauit.

LEgitur in Scala cęli, quod dum quædam uirgo iuuencula magnam haberet deuotionem ad uerbum Dei, & discurreret de loco ad locum, ut audiret sermones, quidam nobilis attendens eius pulchritudinem sollicitabat eam ad actum immundum, quæ nullo modo adquiescens, dum semel per uiam iret ad sermonem, iste nobilis cum equo cucurrit post eam ut eam raperet. Quod illa attendens cum lachrymis rogauit Deum ut per uirtutem sui uerbi conseruaret uirginitatem suam. Statim Deus misit sibi subsidium suum, & uertigio adhæsit capiti equi militis, & præcipitando eum in aquam submersit. Cum autem ista audito sermone, Deum rogasset, ut per uirtutem sui uerbi resuscitaret, eum, post paruulam horam ille surrexit, & mirabilia de inferno, & de utilitate audiendi uerbum Dei narrauit. Vude conuersus licet esset ignorans, continuè prædicabat & loquebatur de Deo. Ioannes Iunior.

EXEMPLVM CCXI.

Verbum Dei audire renuens peruersus homo, vt crucifixi imago auræs clauderet ad voces pro eo orantium post mortem promeruit.

NArrat Iacobus de Vitriaco, quod erat quidam rusticus, qui nunquam volebat audire verbum Dei. Qui cum esset mortuus & ad ecclesiam delatus, & sacerdos & alij clerici officium funerale legendo, & cantando facerent, imago crucifixi cępit obturare aures suas manibus a cruce retractis. Quod cum omnes circunstantes aspicerent, & mirarentur, ait sacerdos ad populum. Vos scitis quod iste nunquã voluit audire verbum Dei, & ideo est nunc in manu diaboli, propter quod Deus obturauit aures suas, ne audiat preces quas pro eo fundimus. Sicque intermittentes orationes pro eo, tanquam damnato, corpus eius in agro cum bestiis sepeliebant. Iacobus de Vitriaco serm. 290. & Raulinus ex eo.

Vsura.

EXEMPLVM CCXII.

Vsurarius visus est in inferno, de cuius ventre rami excreuerunt, ad quos omnes hæredes cernuntur esse suspensi.

LEgitur in libro de septem donis, quod frater VVilhelmus Pictauiensis minister ordinis fratrum Minorum prædicauit in quadam ciuitate, quod quidam frater ordinis sui, homo valde religiosus, vidit quadam visione hominem vnum in medio flammarum prostratum, de cuius ventre procedebat arbor alta, in cuius ramis homines diuersi masculini & fęminini sexus sursum pedibus, & capite deorsum suspensi erant, qui omnes flamma ab immo procedente diuersimode, & acerrimè torquebantur. Sed ille qui in fundo iacebat super omnes alios maximè cruciabatur. Et cum ille frater qui hæc uidebat quæreret a ductore suo quid hoc esset. Ille respondit ei. Ille qui iacet in imo pater fuit, & principium generationis istorum omnium, & fuit pauper & per usuras ascendit.

dit. Alij omnes sunt filij sui & nepotes, qui processerunt ab eo, in quibus ipse delectaba tur, & torquentur, quia fuerunt imitatores sceleris paterni, & quia per vsuras adquisita possederunt nec restituerunt. Pater autem super omnes torquetur videndo eos qui per eum in hoc tormentum venerunt, & pro omnibus his pœna ei cumulatur. Nicolaus Dinckelspule.

EXEMPLVM CCXIII.

Vsurarius & filius eius visi sunt in inferno mutuis se maledictis lacessentes.

LEgitur in Vitaspatrum quoniam quidã vsurarius habuit duos filios, quorum vnus compunctus in sermone verbi. Dei dixit patri suo. Pater, si moreremur in hac vita, tunc moreremur in corpore & anima, ergò reuertere, & redde vnicuiq, quod suum est Cui pater & alius frater indignanter responderunt. Debes tu esse nolter confessor, vade si sic mori nolueris, & nos permanebimus in bonis nostris. Qui tacuit & iuit ad eremum, & pauperem vitã ducens, seruiuit Domino Iesu. Tandem moriuntur pater & frater in vsura, & in iniustis bonis. Cumque Eremita vir religiosus audisset patrem suum defunctum & fratrem, misericordia motus rogabat statum eorum notificari sibi. Deus igitur misericors, & non frustratur eum a desiderio cordis sui. Vna igitur dierum cum esset in oratione sua venit Angelus Domini ad eum dicens. Fiat tibi quod petiuisti. Et manu eum ducens peruenit ad locum quem nesciebat. Cumque sic ductus fuisse per Angelum, vidit magnum montẽ, & dixit Angelus ad eum. Vis modo videre & audire patrem tuum & fratrem? Qui cũ respõderet, volo, vidit vallem montis fumigantem, & audiuit mirabilem vocem. Et primo vidit patrem suum bullientẽ in igne, sicut vnum pisum in vna magna olla. Qui dixit. Væ, væ, væ, maledicta hora in qua conceptus sum, & venter qui me portauit. Quem cum audisset Eremita tremuit, & dixit O pater mi es tu hic? Qui respõdit. Sum dilecte fili, benedictus sis, qa tumuisti Deũ & cauisti speluncam & pœnam istam horribilem. Sed caue tibi & seruias Deo. Et cũ sic loquerentur, ecce venit frater suus, sicut pater in igne natando infra & supra, sicut ipsum in olla. Et cœpit filius maledicere patri in pœnis dicens. Maledictus es tu pater in æternum, quia iniusta bona tua super me hæreditasti, & sic me damnasti. Et e conuerso pater ad filium dixit. Maledictus sis tu fili, quia propter te talia iniusta bona adquisiui & retinui, & propterea in hanc pœnã descendi. Quibus ait filius eremita. Possuntne nos aliqua suffragia iuuare & prodesse? Qui responderunt. Non, quia in inferno nulla est redemptio, & sic cum magno eiulatu recesserunt ad pœnam infernalem. Eremita vero rediens ad se pœnitentiam maiorem egit in conspectu Domini quam prius. Et sic liberatus est a pœna Guliel. de Lug. in Summa viciorum capit. de auaritia rubrica 2.

EXEMPLVM CCXIIII.

Aliud simile præcedenti, & præterea quomodo filius bene instructus in cœlis patrem benedicit.

FVit quidam sanctus vir qui desiderauit videre pœnas damnatorum & gloriam beatorum, hic ductus ad infernum ab Angelo, inter alias multas pœnas vidit patrem cum filio, & dicebat pater filio. Fili maledicta sit hora in qua te genui quicquid pro te feci sit maledictum, quia propter te factus sum vsurarius, vt tu in seculo in abundantia remanere, & multa alia dicebat filio maledicendo, Filius vero conuerso dixit patri. Maledicta sit hora in qua genuisti me, quia me non docuisti Dei præcepta, nec facere pœnitentiam, nec audire Verbum Dei, nec alia bona, sed docebas me superbire in vestibus, in moribus, & falsas venditiones & operationes, & sic de alijs, & non me corripuisti de multis malis meis, & ideo dãnatus sum in inferno. Tunc ait ille sanctus Angelo qui eum duxit. Malum est videre ista & audire. Tunc accepit eum Angelus, & adduxit eum in paradisum, vbi vidit patrem & filium congaudentes. Et dicebat filius patri. Pater benedicaris a Deo, quia tu me fecisti litteras addiscere, tu me ad prædicationem & ecclesiam sæpe inuitasti, & me corripuisti cum excessi in aliquo, & insuper mul-

multa bona & ſalubria me docuiſti, ſcilicet præcepta Deij, Deum timere, & differentiam inter virtutem & vitia, & præmiũ virtutum, & præmium vitiorum, propter quæ ſaluaui animam meam. Et his ſimilia dicebat pater ẽ conuerſo filio, & multis benedictionibus benedixit filium.

EXEMPLVM CCXV.

Vſurarius pœnitentiam cum poſſet agere protrahens, tandem deſperatus, ad inferna deuenit.

MAgiſter Ioannes de Villa Abbatis Sabinenſis Epiſcopus Cardinalis dicit, quod fuit quidam fœnerator, quem cum moneret ſacerdos eius ad pœnitentiam, ſemper dicebat. Bene adhuc faciam, quia ſatis eſt adhuc de tempore, ſimiliter in infirmitate, bene adhuc faciam, dicebat. Et cum improbe inſtaret ſacerdos videns periculum, ille ſubitò rapitur quaſi mortuus, & cum rediret ſtatim & adhuc inſtaret ſacerdos clamauit æger: O pœnitentia vbi es? de cætero pœnitere non ualeo, hoc iudicante iuſto iudice, quia dum facere pœnitentiam potui, non voluit. Et hoc dicens mortuus eſt.

EXEMPLVM CCXVI.

Eleemoſynam facere nolens vſurarius, potatus liquefacta pecunia audit dæmones dicentes, aurum ſitiſti, aurum bibe.

IAcobus de vitriaco refert quod cum quidam fœnerator non poſſet induci a ſacerdote ſuo, quod reſtitueret totum, vocauit vxorem & filios & amicos, & ait eis: Sacerdos dici quod non poſſim ſaluari, niſi reſtituam totum ſecundum voluntatem eorum a quibus accepi, ſed quicquid dicat, ego cum Deo faciam pacem. Fecit ergo tale teſtamentum. Diuiſit pecunias in tres patres, vnam dimiſit vxori, aliã pueris ſuis, tertiam reponi fecit in ſacco, faciens ſuos iurare, quod ſecum eas in ſepulchro ſuo reponerent, vt cum cerneret iudicem ſi impeteret eum de aliquo, haberet vnde poſſet ei placari offerendo ei. Eo autem mortuo & facto vt præceperat, pediſſe qua domus facti conſcia dixit cuidã, quem amabat, quod ſi eam in coniugio duceret, doceret eum quomodo dives fieret, & cum illo pacto firmato ſecretum ei reuelauit. Cum autem ille veniſſet de nocte ac peruiſſet ſepulchrum, inuenit bufones dictæ pecuniæ denarios ardentes per os eius proijcientes, & de ventre iterum extrahentes, & iterum reponentes, qui eo viſo timuit, & clauſo ſepulchro fugit factum denuncians. In quo perpenditur qualiter dæmones eius animam in inferno torquebant cum pecunia ſua, ſi ſic torquebant corpus eius in ſepulchro. Alibi legitur quod dæmones pecuniam in ſartaginibus niſi ſunt liquefacere, & in os defuncti illius refundere, dicentes cum horribili clamore. Aurum ſitiſti, aurum bibe. Illud bene attendant auari vſurarij, qui ſpem ſuam ponunt in pecunia ſua.

Ydolum.

EXEMPLVM CCXVII.

Idolorum ſacerdos miris fraudibus libidini ſuæ ſatis faciens tandem deprehenditur & punitur.

SAcerdos erat apud Alexandriam Saturni Tyrannus nomine, hic quaſi ex reſponſo numinis adorantibus in templo nobilibus quibuſque, & primarijs viris, quorum ſibi matronæ ad libidinem placuiſſent, dicebat Saturnum ſibi præcepiſſe vt vxor ſua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat gaudens quod vxor ſua dignatione numinis vocaretur, exornatam, comptam inſuper & donarijs onuſtam, ne vacua ſcilicet repudiaretur, coniugem mittebat ad templum. In conſpectu omnium concluſa intrinſecus matrona, Tyrannus clauſis ianuis & traditis clauibus diſcedebat. Deinde facto ſilentio per occultos & ſubterraneos aditus intra ipſum Saturni ſimulachrũ patulis credebat cauernis. Erat autem ſimulachrum illud a tergo exeſum, & pariet diligenter annexum ardentibuſque intra ædẽ luminibus nitens ſupplicantiq; mulieri, vocem ſubito per ſimulachrũ æris concaui proferebat, ita vt pauore & gaudio mulier trepidaret, quod lignum ſe tanti numinis putaret alloquio. Poſtea verò quã libatum fuerat, vel adconſternatio

nem

nem maiorem, vel ad libidinis incitamentum deſeruiſſet numen impurum, arte quadam liniolis obductis, repente lumina extinguebantur vniuerſa. Tunc deſcendēs obſtupefactæ & conſternatæ mulierculæ adulterij fucum prophanis commentationibus inferebat. Hæc cum per omnes miſerorum matronas multo iam tempore gererentur, accidit quandam pudicæ mentis fœminam horruiſſe facinus & attentius deſignantem cognouiſſe vocem Tyranni, ac domum regreſſa viro de fraude ſceleris indicaſſe. Ille de iniuria coniugis, imo potius ſua ardentius inflammatus ſcriptum Tyrannorum ad tormenta deducit. Quo conuicto atque confeſſo, cæciſque fraudibus reuelatis, pudor omnes & dedecus paganorum perſuaſerat domus adulteris matribus incertis patribus liberis ſpurijs deprehenſis. Quibus diuulgatis & proditis raptim cum ſimulachris & ædibus excidebantur & crimina.

Ydolum.

EXEMPLVM CCXVIII.

Idolorum ſuperſtitio quanta inter gentiles fuerit.

IAm verò Canopi quis enumere ſuperſtitioſa flagitia, vbi prætextu ſacerdotalium litterarum (ita etenim appellant antiquas Aegyptiorum literas magicæ artis) erat pęne publica ſchola, quam cum velut fontem quēdam atq. originem dæmonum in tantum venerabantur Pagani, vt multum maior celebritas ibi quam apud Alexandriam haberetur. Sed de huius quoque monſtri errore cuiuſmodi originem trahant, abſurdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chaldæos ignem Deum ſuum circumferentes cū omnium prouinciarum dijs habuiſſe conflictū, quo ſcilicet qui viciſſet, hic eſſe Deus ab omnib credereturr, reliquarum prouinciarum dij æris, auri, argenti ve, aut ligni aut lapidis, aut ex quacunque materia conſtabant, qua per ignem proculdubio corrumperentur ex quo ignis locis omnibus obtineret. Hæc cum audiſſet Canopi ſacerdos, callidum quiddam excogitauit. Hydriæ fieri ſolent in Aegypti partibus fictiles vndique crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua deſudans defecatior ac purior redditur. Harum ille unam cera foraminibus obturatis, deſuper etiam uarijs coloribus pictam aqua repletam ſtatuit ut Deum & excifum ueteris ſimulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur caput deſuper poſitum diligenter aptauit. Adſunt poſthæc Chaldæi, initur in conflictum, circa Hydriam ignis accenditur, cera qua foramina indurata fuerant reſolitur, ſudante Hydria ignis extinguitur, ſacerdotis fraude Canapus Chaldæorum uictor oſtenditur, unde ipſam Canopi ſimulachrum pedib. per exiguis, attracto collo, & quaſi ſugillato ventre, tumido in modum hydriæ cum dorſo tereti formatur, & ex hac perſuaſione uelut Deus uictor omnium colebatur.

DI-

DISTINCTIO DECIMA.

EX NARATIS LECTIS ET NOTIS COLLECTORI.

Præfatio Collectoris in 10. *Distinctionem.*

Incipit decima & ultima distinctio Speculi exemplorum, in qua habetur exempla quæ aut uerissima relatione didici, aut libris Theutonicis scripta inueni, uel ipse facta cognoui. Verum ut pulchro atque hierarchico ordine a summis ad inferiora descendamus. Primo loco ea exempla ponenda sunt, quæ speciali quodam intuitu ipsam diuinam naturam conspiciunt. Secundo quæ Beatam Virginem Mariam concernunt. Tertiò ea narrabimus, quæ Angelicam naturam consequuntur. Quartò quæ ad probos uirtuosoque homines pertinent differemus. Quintò uerò & infimo loco non abs re ea locabimus, quæ improbi atque peruersi homines aut passi sunt, aut fecerũt. Qui ordo facile patere poterit curiosius singula intuenti.

EXEMPLVM I.

Quomodo Spiritus sanctus desperatum iuuenem ad spem veniæ sua benignitate erexit.

ERant duo fratres uterini honestis satis orti parentibus, qui causam descenderam litterarum, missi ad studium Parisiense, & si pari uoto ciuitatem intrauerant, dispari tamen, & nimis contraria vita incedebant. Nam iunior, ut pote timen Deum, negotium ob quod ad studiũ uenit diligentius prosequens literis operam dabat, instabat lectioni, deuotioni animum inclinabat, & (ne sese aliena malitia ab ingenita probitate subuerteret) prauorum sodalitia, ut pernitiosissimam salutis suæ pestem studuit euitare. ornabat moribus pueriles annos, ætatem virtute uincebat. Senior uerò per alios tramites, non tam incedens, quam deuians, uelut erratica ouis, per uitiorum anfractus ferebatur, & dimisso studio oblitaque causa, ob quã & uenerat, insolentibus quibusdam sociis iunctus nobile tempus lusibus deducebat, uacabat potibus, taxillis paternam substantiam distrahebat, & (quod his omnibus infœlicius erat) usque adeo femora sua meretricibus inclinabat, ut uelut ingentem quandam iacturam passus ingemeret si quauis occasione, uel unum diem absque fornicationis crimine transegisset. Cumque sic continuata malitia miser plurimos dies perageret, creseeretque uehementius semel inchoata peruersitas, cœpit improba iuuenis fama aerem ipsum inficere puriorem, & ad omnium nares tam horrendum quendam scelerum fœtorẽ ingerere, ut non solum studentes, sed etiam plebeia multitudo reprobam eius uitam inciperet abhorrere.

Quod cum iunior frater didicisset, semel bis, ter, iterum atque iterum fratrem postulabat, ut intuitu tremendi iudicii a tantis sceleribus animum reuocaret. Sed cum ille ferreo quodam seu æneo pectore saluberrima monita in dies refutaret, nolletq; finem dare tantæ miserię, iuuenis zelo fraternæ salutis accensus lachrymatus est dicens; Spernis germane dulcissime spiritum Dei, te nunc per me admonentem, & quasi ludum paruulorum quicquid minatur irrides, ueniet, ueniet dies illa, & citò ueniet, qua te Spiritui sancto tam obstinatamente restitisse pœnitebit. Et his dictis tristis abscessit. Interim tamen anxiè satis petens Dominum, ut ipse durissimum fratris animum ad pœnitentiam emolliret. Dominus autem qui non spernit uota piorum nolens piissimum iuuenis animũ tam acerbis tristitiarum procellis diutius agitari, repentina, & grauissima infirmitate fra-

fratrem percuſſum ad lectum proſtrauit, in quo cum iaceret, & pauida mente, quæ feciſſet recoleret, incœpit miſer multitudine ſcelerum preſſus ad barathrum deſperationis prorue̅re. Quadam igitur nocte vidit virum quendam veneranda tectum canicie, vultu decorum, & fulgida ſtola veſtitum ſibi aſſittere, ſeſeque ſeuerius intueri. Vnde quia ſemper præſumit ſæua perturbata cõſcientia, animo & mente conſternatus, cœpit toto corpore tremere, & tertiis luminibus in ſeniorem verſus, quiſnam eſſet qui intempeſtę noctis caligine ad ſe terrẽdum veniſſet inquirere.

Et ſenior: Ego ſum (inquit) pater cœleſtis, qui te cum non eſſes creaui, qui tabidis tuis membris vitam infudi, qui animam potentiis, & corpus ſenſibus illuſtraui, qui ſolem, lunam, & ſidera ad tuum obſequium cęlis infixi, qui te nimia charitate diligens, vt deſerta malitia virtutibus animum dares, vt ageres pœnitentiam, vt corrigeres vitam frequenter admonui.

Sed nunc eo, quod obſtinata mente monita ſalutis hactenus ſemper abieceris, veni ad te vt dicerem tibi, quod ſis filius mortis perpetuæ. Hac igitur reſponſione cõfuſum, & graui ſudore madentem reliquit. Cumque enim miſer per totum reliquum noctis & poſteram diem timens, ac tremẽs illam horrendam horam expectaret, qua ſecundum cęleſtis patris oraculum ad æterna fuerat ſupplicia meaturus, proxima nocte venit ad eum iuuenis quidam viro priori vultu haud multum diſſimulis, nudus corpore, coronatus ſentibus, crucis grauiſſimam trabem ferẽs in humeris, qui per lacerum vulneribus pectus abunde ſatis ſanguinem vi debatur effundere.

Hic cum propius acceſſiſſet, & iuuenem vtrumne ſe agnoſceret interrogaſſet, reſpõdit ille: Non agnoſco, ſed meo iudicio illi, qui heſterno veſpere mala denunciatione deterriuit, videris eſſe ſimilimus. Et ille; nõ mireris, inquit, me ſimilem illi, cum quo mihi eſt vna diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas.

Sum enim Chriſtus Ieſus filius Dei, qui humani generis miſeratus errores, de cęli ſedibus in intemeratum Virginis vterum deſcendi, vnde tanquam ſponſus egreſſus de thalamo, te vt redimerem, miſero apparui mundo, vbi poſt famem, ſitim, algorem, tãdem captus ſum, indicatus ſum morte turpiſſima condemnatus ſum. Verũ quia tu infœlix tantis beneficiis te præbuiſti immemorem, nunc veni ad te, vt filium mortis æternæ pronunciarem. Et his dictis profluentem a latere cruorem manu comprehenſum in iuuenis vltum proiecit. Sume, inquit, in confuſionem pretioſum ſanguinem, qui cæſus is in redemptionem effuſus eſt, & hæc agens diſparuit. Tũc inuenis omni vigore corporis amiſſo, perdita ſpe obriguit, tremuit, expalluit, & quo ſe de cætero verteret ignorauit.

Miſit tamen nuncium ad fratrem ſuum, qui cum veniſſet, vidiſſetque debilem ſatis fratris effigiem, concuſſis uehementer uiſceribus cum eiulatu plorauit. Quomodo, inquiens, tam velociter expalluit quondam illa facies decora, & ſolitum robur fortiſſimi amiſere lacerti? Quid tibi factum eſt frater mi, quod me iam nunc illa miſerabili fronte deterres, quam paulo ante deſiderauerunt oculi inuiſere puellarum? Quo abiit purpureus ille robur generum tuarum, quem me reclamante velut acerbum laqueum fœminei pudoris ante oculos ferebas concinentium in choro fœminarum?

Vbi ſunt nunc illi inſolentiſſimi ſodales tui magiſtri, qui te totiens a meo latere rapuerunt, & nunc in barathro tam uaſtę deſperationis reliquerunt? Oportuerat certe frater mi ſalubertima illa monita mea, quibus a te paulo ante a nefandis operibus nitebar cohibere, non refelli, ne in hanc miſeram ruinam florentis iuuentutis ceuerires. Vide ergo nunc an me falſum vatem acceperis, cum te Spiritui ſancto reſtitiſſe dolituru̅ non tam dixi, quam propheraui. Dic tamen mihi quid eſt, quod conſternata facie, & tremulis membris tanto ſudore madeſcis? Si aduerſa ualetudo in cauſa eſt, forti animo eſto, plures e grauioribus etiam infirmitatibus conualuerunt. Si te peccata terrent, propone emendam, veniam per te, dole, non deſpera, quippe eſt clementiſsimus Dominus omnipotens Deus, qui in puncto temporis pœnitenti latroni non modo uenam tribuit, quin etiam paradiſum ſpopondit. Ad quæ verba paululum erigens moribundum caput, & omnem rei geſtæ narrans hiſtoriã. Damnauit (inquit) me ſceleſtum filium cęleſtis pater, Chriſtus Ieſus filius Dei cru-

re in meum vultum proiecto, ſanguinem pro me effuſum omnino ac penitus perditum deſignauit. Quo circa dulcis germane non valeo ſub tantis teſtibus damnationibus meæ, etiamſi ſanguinem fleuero de ſalute præſumere, ſtat namque firma ſuper meæ æternæ iudicis centura, remedia pœnitentię vacillabunt Tunc frater cum ingenti fiducia. Et ſi te (inquit) pater, cui aſcribitur veritas, impœnitentem adhuc damnare viſus ſit, & filius Dei, cui aſſignatur iudicij æquitas, te in peruerſa voluntate iacentem ſanguinis tui participatione indignum ratus ſit, nec vel ſic deſperãdum eſt illi cui tempus datum eſt pœnitendi. Adquieſce igitur, vel ſerò monitis meis, & proponens emendam, ſcelerum maculas profluentium imbre deterge, lugubriore, profundis ſuſpiriis presbytero vẽturo vulnera detege, quis ſecit ſi Spiritus ſanctus, qui, teſte Bernardo, eſt benignitas Dei, & idem ipſe Deus ita pœnitentem abſoluat.

His verbis fratris paululum conſolatus, iuſſit adeſſe presbyterum Qui dum veniſſet totus in lachrymas reſolutus, cum tanto dolore animi ſua peccata quibus Deum offenderat confeſſus eſt, vt inter lachrymabundos pœnitentibus ſermonem gemitibus, vix mentis conceptum valeret exprimere, vix lacerata & ſemirupta verba proferre. Qua confeſſione ritè celebrata, & ſacra vnctione, & participatione Dominici corporis munitus, tempus quo ex hac vita eſſet migraturus expectabat. Sequenti igitur nocte venit ad eum alius quidam vir prioribus non diſparem habens vultum, fulgenti alba veſtitu, habens in dextra ſcapula niueam quãdam columbam. Is cum proprius acceſſiſſet, dulci quadam beneuolentia vultum ſerenans, clemente oculos in infirmum contorſit. Quod cum iuuenis aduertiſſet, tum ob veram pœnitentiam, tum etiam ob beneuolentiſſimos vultus perſonæ apparentis, animæquior factus eſt, Quis es tu Domine, inquiens, qui ad me venire dignatus es, quique me tam pijs conſpectibus conſolare videris priorib. uiſionibus perterritum. Et ille. Ego, inquit. Spiritus ſãctus, qui a Patre filioque procedens unius ſum cum ipſis potentiæ. Et idcirco nunc ueni ad te, ut nunciarem tibi dimiſſa eſſe peccata tua, & peruiũ iter patere ad regna cęleſtia tranſituro. Ad quæ uerba, quaſi ex barathro deſperationis reſurgens ait. O pater pauperum, o conſolator mœrentium animorũ, & omnium miſerorum dulce refugiũ, quid eſt, quod audio? nũ patebunt cęleſtes valuæ mihi, quem Pater & Filius reum mortis eſſe conteſtati ſunt, cui perennes flammas minati ſunt, a quo tam crebrò tam impudenter offenſi ſunt? Num hac mea exili pœnitentia hoc terribile decretum incommutabilis veritatis poterit immutari? Ad quæ Spiritus ſanctus reſpondit. Forti animo eſto, nec de ſalute vacille, validos habet pœnitentia vera lacertos. Ipſe certhicę maieſtati violentiam infert, vincit inuincibilem, mutat incommutabilem, placat iraſcentem. Sed ne te diutius protraham, perſeuerans in pœnitentia quam cœpiſti diſpone domui tuæ & virtutib. quibus potes interim thalamum orna, poſt triduum veniemus ad te vt animam tuam ſupra aſtra ferentes gaudijs cęleſtibus inuehamus, & cum hic Spiritus ſanctus diſparuit, inuenis poſt triduum obijt & ad regna cęleſtia, ob veram quam habuit pœnitentiam ſęlia migrauit.

EXEMPLVM II.

Quomodo Iudæi corpus Chriſti in partes ſciderunt & miraculoſum ſanguinem de eorum corpore effuderunt.

QVanquam iam non loquatur prophęta, & pęnę ceſſaſſe videntur omnia miracula Deo, mundusque ipſe chriſmatibus diuinæ clementię videatur orbatus ne tamen piarum atque ſimplicium mentium fides circa terrificum ſacramentum corporis Ieſu Chriſti vacillet, pariatque errores, etiam vſque in noſtram ætatem memoria fecit Deus mirabilium ſuorum circa eſcam quam dedit timentibus ſe, & vſque nunc tam ſtupenda mirandaque circa ſacroſanctam Euchariſtiam prodigia fulgent, vt etiam perfidas animas Iudaicæ plebis ſui fulgoris claritate reuerberet, innatamque Hebręis caliginem magis, magiſque diſcutiat. Sed quia adhuc iacent in tenebris prodigia luces, me ſcribente, & ſi non vniuerſa, plura tamen proiecto longius modio ſupra candelabrum omnib. lucem ſuſtura ocanda ſunt. Et in primis de his quæ circa veuerabilẽ hoſtiam facta ſunt in Vratiſlauia, quæ Theutonicæ Breslou nuncupata

dum præbuerunt. Statius enim fuiſſet te ſub tegumento ſacramentalium ſpecierũ, lumina fidei, quam corporalibus oculis in ueri. Cumque hæchiſque ſimilia ſaucij dolore dixiſſent, ſurgentes a terra menſam ipſam cum corpore in ſanguine profluente, mixtis cantu fletibus ad eccleſiam detulerunt. Vbi cum debita veneratione collectis corporis partibus, & congeſto in vaſculum ſanguine, menſam ipſam in publico loco omnibus viſcendam ſuſpenderunt. Verum ne fruſtra claruiſſet tam inſigne prodigium, Iudæorum qui hæc viderant, quidam quidem ad finem conuerſi ſunt, & ſacris baptiſmatis vnda renati. Quidam verò in ſua perfidia permanentes vſque ad centum quinquaginta (ſi tamen me numerus non fallat) flammis iniecti ſunt, & tragœdiæ per ſe factæ digna ſupplicia ſuſceperunt.

At verò cuſtos vt in nullo a magiſtri ſui Iudæ ſucceſſibus deuiaret, exterrens populum, horrendis quibuſdam ac deſperatione plenis clamoribus, vna cum vxore ſceleris conſcia laqueo ſuſpenſus interijt.

EXEMPLVM III.

Quomodo diaboli qui ita facti ſunt, vt nullum vererentur, diuina virtute compulſi Sacramento corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti reuerentiam exhibuerunt.

EO tempore quo triumphis clarus dux Burgundiæ Philippus, ſicut & cæteras ſuæ ditioni ſubiectas prouincias, comitatum Hollandiæ non ambigua prouidentia adminiſtrabat circa Alemariam eiuſdem comitatus famoſum oppidum, in monaſterio Regularium, Filo vulgari vocabulo nominarum, firmiſſima relatione didici contigiſſe, quo ſcilicet quodam tempore dum cuſtos præfati monaſterij in hora ſurgentis auroræ fratres ad primas concinendas campanæ compulſu conuocarat, audiuit poſt tergum numeroſæ cuiuſdam multitudinis ſtrepitum reſonare. Et cum ſcire cuperet quinam hi eſſent qui citra aliorũ hominum conſuetudinem moremque ea hora ad ſuam eccleſiam commeaſſent, paululum in obliquum reflexa ceruice (ne forte indiſciplinato intuitu intrantem eccleſiam plebẽ ſcandalizares vidit venire quendam procerum ſtatura virum, nigra pendulaque tunica indutum, & ſcapulis more Picardico tumentibus pileum ſublimem in capite deferentem, habentem quoque in pedibus longiſſimis roſtris calceos præminentes, & familiam ſe ſubſequentem multam nimis.

Quem cum prædictus cuſtos aliquem principem ob ducis negotia exequenda ab Haga comitis miſſum ſuſpicatus eſt, & officium inchoatum impleuit. Sed dum compulſum campanæ diutius protelaret, perteſi dæmones (nam illi erant quos uiderat) odioſam vocem ſubitò per valuas chori cum fragore irrumpunt, raptis ſepes ſcænaque confuſo ordine in proſtratum terre monachum iaciunt. Quo facto, comprehenſo monſtrantiam in qua Chriſti corpus ſumma veneratione dignum reſider, manibus violenter contra inuicem preſſis ceu fluidam glebam infra ſupraque vſque ad corpus Ieſu Chriſti indignius compreſſerunt.

Corpus tamen ipſum in cuius honore omne genu flectendum eſt, quod etiam barathra tremunt, intactum inuiolatumque reliquerunt, & ſic aquilonari chori vitro ita vt nec reliquiæ quidem remanerent ſecum ſumpto cum ingenti tumultu tota illa dæmonum multitudo verſus feruidum tempeſtatibus mare ferebatur. At vt veſani furoris ſui vbique in ſignia remanerent, totum illud vſque ad mare ab eccleſia iter tragœdijs replet. Si quidem hic euulſam radicitus arborem ſtrauit, illic pendulis frondium lacinijs, & vi fractis ramis ſalicẽ reliquit, hic prodiga lactis vacca repẽtina clade percuſſa eſt, illic paſcens equus intercluſo dentibus gramine terræ reliſus occiſus eſt, vbique prauę maieſtatis inſignia relinquebant. Cuſtos verò diuino præſidio ſenſibus redditus vſque hodie (niſi me fallat opinio) mirandum orbi prodigium volentibus audire denũciat. Patet ex hoc crudeli facto quanto odio maligni ſpiritus flagrent aduerſus genus humanum, quorum totus conatus eſt genus humanum ſecum perdere, vt cum ipſi miſeri ſint, miſeriæ ſocios quamplurimos habere poſſint, cum iuxta vulgatum prouerbiũ, Solatiũ ſit miſeris ſociũ habere in pœnis. Quippe qui mali ſunt, & tãta malitia pleni, vt a malis inferen-

EXEMPLVM V.

Quomodo virtute venerabilis Sacramenti ouis a lupo rapta miraculose liberatur.

ERat in monasterio quodam deuotus quidam laicus pastor ouium simples & timens Dominum Deum. Is cum quadam vice post perceptionem corporis Iesu Christi, circa custodiam ouium suarum solicitus custos assisteret, vidit subitò uenientem a silua lupum, qui raptam e grege mordicus ouem deuehens viam qua venit recurrit. Quod cum laicus frater grauiter ferret, cum summa compassione oculos in cœlum iaciens. O Christe, inquit, pastor bone, ò tollens peccata mundi Agne Dei, quem hodie in cibum sumpsi, hanc captiuam ouiculam tibi commendo, tu seruа commissam: nam ego eam raptam uidere possum, iuuare non possum. Mira res, hoc oratione fusa, edacissimum animal nec auditate cibi, nec ingluuie sui ad hoc induci potuit vt ouem tali tutori commissam, aut læderet, aut voraret. Illæsam igitur inuiolatamque reiecit. Quam pastor ingenti gratiarum actione Deo refusa gregi restituit, & recens gestum miraculum patribus enarrauit.

EXEMPLVM VI.

Quomodo beata virgo tentatum spiritu fornicationis fratrem a tentatione liberauit.

ERat quidam presbyter Deo multum deuotus, & naturali quodam castitatis dono refulgens ordinis cruciferorum, cuius & si mihi nomen non incognitum est, nec incerta habitati, subticere tamen vtrumque volui, ne aut ipsi pudorem (nam verecundus est) aut mihi adulationis notam infigerem. Is cum a primordijs florentis iuuētæ fere vsque ad triceſimum annum, vel nullos omnino ob ingenitam castitatem, aut admodum paucos carnalium tentationum æstus persensisset, nescio qua dæmonis inuida actum sit, vt in prouectiori ætate, tam grauibus tentationum carnalium fluctibus inciperet agitari, vt de periculo castitatis hæsitans, grauiter trepidaret. Cumque dæmon immundas cogitationes die noctuque ingereret, & prædictus frater profundis suspirijs, prodigis lachrymis, & sanctissimis precibus, ambigua tanti uictoria recerraret. Tandem ad Reginem uirginem Mariam spem fuam anchoram fixit, ipsamque adiutricem sub á acerba certaminis mole sibi fieri postulauit. Verum dum illa non acceleraret præsidium, sed texerat moras anxie repugnanti, uidit quadam uice in altari coram quo se in orationem prostrauit uirginis Mariæ, & beatæ Gertrudis imagines uel sculptas nescio uel pictas.

Sed cum Reginam cœli aureo diademate renitentem, beatam Gertrudem humiliori uelo tectam conspiceret, ut uidelicet imparile meritum dispar habitus designaret, colūbina simplicitate plenus in hunc modum cœpit perorare. Nō debueras uirgo Maria benedicta me crebrius te inuocantem hactenus protraxisse, & hucusque in tuis castris militanti diu sæpeque optata negasse præsidia, cum te & uulgarum nomen miserorum adiutricem, & regium diadema uirginum principem signent. Verum nunc quia grauius sæuiente hoste in me video periclitari castra pudoris, & bellum impar uiribus meis impositum cerno, atque ex hoc conijcio hosti in proximo cessura trophæa, eousque noueris rem processisse ut hodie fœlix uirgo regium diadema aut retineas, aut amittas. Si inueris fessum manebit tibi. Si uero uel adhuc precātem spreueris, detracta sublimi de uertice corona Gertrudis uirginis caput ornabo. At ipsa cum se uiderit per me hoc honore præuentam, tantis beneficijs non ingrata, a turpibus cogitationum procellis me liberum atque securum efficiet. O Deus, quid non facit innocentis hominis sancta simplicitas? Mox enim ut his uerbis genitricē Dei & Reginā cœli conueniisset, ipsa quasi tanti honoris fastigio nolens priuari, meditantem sibi fratrem ab huiusmodi tentatione tam potenter eripuit, ut post illam horam usque in præsens tempus dicatur carnalium tentationum fluctibus nō quassari, sed de tunc accepta puritate, tuncque lætatur.

EXEMPLVM VIII.

Quomodo idem frater Thomas a Kempis per benedicta nomina Iesus Christus, & & Angelicam salutationem, se terrentem dæmonem perfugauit.

CVm quadam vice prædictum fratrem Thomam dæmon vellet deterrere, nocte in teterrima horrendaque forma eidem apparuit, quem cum frater Thomas lecto appropinquare vidisset, intremuit primum ad larualem intuitum, & quid contra tam horrēdi hostis insidias auxilij sumeret ignorauit. Tandem diuino spiritu instigatus, Angelicam cœpit salutationem tremula voce (nam vehementer extimuit) quam melius potuit personare. Sed diabolus, quasi nihil ad hanc salutationem motus, magis magisque trepido cœpit proximare, quousq; monachus in salutatione prædicta eousque peruenisset, vt Dominus noster Iesus Christus amen acclamaret. Quod terrificum nomen vbi dæmon audiuit, quasi horrēdo quodam tonitruo panefactus, vultum vertit, & quā citissimè potuit clamantis vocem aufugit. Videns igitur frater Thomas ad tanti nominis virtutem dæmonem stare non posse, audacius caput pauidum erexit, & repetitis vicibus benedictum nomen Iesus Christus post fugientem hostem inclamauit, & quo ipse clamabat fortius, eo vehementius teter spiritus fugiebat. Quod vbi cognouit religiosus vir, gratias agens Domino Deo, dixit apud se. Si hoc sanctissimo nomine tam facile possum aduersę potestatis vires infringere, de cætero nolo vt hactenus feci, vel dę monum machinamenta timere, vel sub eorum (quamuis horrendis) minis fide vacillante trepidare. Thomas a kempis hoc refert par. 3. sermonem ad Nouitios post ser. 2. exemplo 4 & ex humilitate loquitur, quasi alij acciderit vt notauit Iodocus Badius in eius vita.

EXEMPLVM IX.

Quomodo Angelus Domini iuuenem quē dam eo quod prauis socijs se iunxisset data alapa correxit.

ZVVolis oppidum insigne Traiectensis diœcesis est, vbi quod dicturus sum firma didicirelatione contigisse. Erat ibi sicut & in cęteris scholis non arguenda consuetudo, vt scholaribus ibidem frequentantibus vno, vel duobus diebus in septimana concederetur decentibus ludis tenlum studendi rigorem paululum relaxare, nè si nimium iuueniles animos inde fessa studiositate lassescerent, aut scholæ fastidium, aut sensuum perturbata ratione incurrerent detrimentum, nam sicut duratas trabes si nimium flexeris franges, sic tenera addolescentum ingenia si immoderato rigore grauaueris prames. Pressa enim in sublime ferri non possent. Modus tamen secundum Quintilianū in huiusmodi remissionibus ille seruandus est, ne aut odium studiorum faciant negatæ, aut otij consuetudinem nimiæ. Quidam igitur eiusdem oppidi scholares hac sua congestione vti volentes, eo pacto lusuri campos inrauerunt, ut hi qui ludentes amitteret bibendam illo uespere ceruisiam soli soluerent, suosque uictores ab expositione tutarent. Cumque huiusmodi lusib. diem duxissent in uesperum, ac sufficiente symbolo facto remeandum uiderent, unus ex illis qui eorum signifer atq; dux ad insolentiam uidebatur, quoniam, inquit, sufficiens symbolum lusuum indicio factū est, abundatq; pecunia hoc uespere in potibus consumenda, nunc quia urgentibus tenebris est oppidum repetendum, uel semel adhuc ea lege ludamus, ut quisquis nostrorum uictor extiterit, quodcunq; liberuit eo pacto alijs imperet, ut qui imperantis iusta implere contempserit, unus & solus futuræ cœnæ soluat impendit, atq; sic lucrata hactenus pecunia in aliud tempus reseruetur. Placet omnib. concepta propositaq; inuētio, & reparato ludo, quiq; ut sic præcipere cæteris liceat arte atque industria qua potest elaborat. Verum quia frequenter fæliciora fata prauis arridēt, soleatque improbos comitari fortuna secun-

dior, is qui omnibus nequior erat iuuante victoria præceptor effectus est. Vnde solemni celebriq; cœna completa cunctis imperat se sequantur. Quo impetrato surgit nequam a cœna, exit, idem præcedit cæteri ignari & nescij quo iturum sceleris ducem subsequuntur. Heu res nefanda. Ingreditur lupanar infaustus lupus, & postquam completa libidine exisset vt similiter vicissim omnes facerent sub cœnalis pacti euasione turpis belua impetrauit. Parent omnes nefando præcepto libenti animo, nam libidine æstuabant, quod agere iussi sunt adimpleruntur. Vnus tamen ex eis quem nedum forma corporea, quæ in eo elegantissima erat decorum effecit, verumetiam probitas, & honestas, nec non & uirgineus quidam rubor pulchris reddiderat pulchriorem, ad exitiale præceptum exhorrens pallentibus genis intremuit, petijt sodales ut liberi sibi præberetur egressus, maxime quia hactenus seruasset inuiolata castra pudoris, firmasseque animo se vitam potius quam uirginitatem perditurum. His adolescentis verbis non compuncti, sed prouocati sodales, ui abstractum a collo palliolum tenent, nec se illud reddituros affirmant, nisi expectantis se fœminæ amplexibus iungeretur. Num tu, inquiunt, seruata castimonia vnus & solus nostram omnium luxuriâ irridebis? Tum iuuenis ut obstinatam sodalium malitiam vidit, non ignarus consilij lætos atque festiuos reinduit vultus, & lacerum doloribus animum serena fronte dissimulans. Si omnino, inquit, libet me vestris amplexibus habere consortem, valeat nunc felix uirginitas, & cum id tempus exegerit, memorem se faciat quod hactenus cum summa uenerationc in meis sit laribus hospitata. Et cum hæc dixisset, rapido cursu se ad cubile meretricis, quasi concubiturus ingessit. In cuius limine cum introiturus consisteret, uersa intergum fronte ut minus notaretur sodalibus inclamauit. Num solis uirginibus cœli patebunt, & non etiam post adulteria Dauid & plures alij regna meruere mansura? Ad hæc sodales in risum cõcitati plausum fecerunt. Ipse tamen anxiè satis in intimis cordis sui penetralibus Dominum nostrum Iesum Christum præcabatur, nè caueam scorti, naufragum uidelicet pelagus uirginei pudoris ingressus castitatis stipendia pateretur. Atque sic introiens, firmatis solicitus foribus seris, ne quid cum fœmina loqueretur expectantes præ ianuis sodales reseirent, & gestientem in suos amplexus fœminam paululum declinans, huiusce modi uerbis affatur. Quoniam non ignoro infœlix soror, quod te in hanc miseram in famemque vitam non tam pudicitiæ odium quam capienda pecuniæ amor transmiserit, ausus sum introire ad te, & nunc amoris arbitris colloqui tibi, cum tamen longè sit anima mea mihi ut tecum (in pudicitiæ uastum periculum) uelim quicquam peruerse agere, uel uirginitatem meam quam gratia Dei vtique ad mortem inuiolatam uelim, tuis aliarumue faminarum amplexibus constuprare. Quia igitur me ad te non tam lasciuia inuexit quam compulit temerata malis praua societas, redimere malo quam uiolare pudorem. Interim aperuis marsupijs non contemnendi ualoris argenteum nummum protulit quem fœminæ tribuens ait. Sume hunc nummum & secretum habe, nullique pandas quod saluis uirginitatis sigillis abstine hac hora feceſſe. Ille, alioquin si sodalibus res hæc innotesceret, se in mea damna armarent. Accepit nummum prostituta fœmina, & uidens pudicam iuuenis uerecundamque effigiem admirata est uehementer adolescentem tenerum annis, tanta morum honestate & uerborum grauitate stare conspicuum, ut nec in eam, nec in quamlibet polluti cubilis partem pudicum lumen dissecit. Vnde adhortata est eum ne à propositi sui puritate decideret se rem secretam retenturam spopondit, & in pace abire præcepit. At iuuenis cum ad socios expectantes redijsset, & post insolentes discursus & uarios platearum circuitus tempus profundæ noctis quiescendum præciperet, ab eis diuisus ad propria commeauit. Verum quia indecedens fuerat tantæ probitati tam improbis sodalibus sui præbere consortium, non est passus pijssimus Deus, qui semper quos diligit arguit & castigat, hanc offensam impune prætergredi, sed tanquam benignissimus pastor balantis ouiculæ suæ hoc modo emendauit errorem. Gradiebatur solus per viam vt iret domum, haud parum in semetipso admirans quod potuisset illum metuandę leenæ cauea illæsus intactusque euadere. Cumque talia me-

mem orans girato in obliquum gradu in alium vicum diuertiſſet, qui recto itinere ad ſuum hoſpitium dirigebat, ſubito vidit ante ſe per horrendæ noctis caliginem perſonam quandam, cuius virilis facies (nam vir videbatur) micantium aſtrorum lumen reuincens inuiſa plateam luce perfudit. Qui appropians dextera manus, tanto ictus impetu in maxillam iuuenis palmam fixit, vt vi verberis in terram relisus palpitaret dicens: Vel hoc verbere doctus prauæ ſodalitatis virulenta contagia vereare. At iuuenis cum poſt breuiſſimam horam caſus ſui reſurgeret, viſurus quiſnam ipſum tam violēta alapa conſternaſſet, nullum præter ſe circa ſe vidit. Qua ex re Angelū ſuum fuiſſe, qui diuino imperio ipſum de errore cōmiſſo corrigeret, non ambigua æſtimatione arbitratus ad hoſpitium alacer repedauit, nō minus de prodigioſa, & profutura ſibi correctione gauiſus, quam de verberis acerbitate ſollicitus. Cæterum nè phantaſticum aliquid circa ſe contigiſſe iuuenis crederet, & ſomnio ſe magis deceptum eſſe, quam re geſta inſtructum eſſe putaret, diuina diſpenſatione factum eſt, quod per plures dies cęſa maxilla in tantum diſtenſa pelle tumuerit, vt ad aliquot dies in publicum procedere tanta genarum diſparilitate verereturO fęlix iuſta rigoris, & e celſiſſimis cęlis miſſa cē ſura? quæ dum vnius errorem digno verbere recidiſti, cuidens dediſti documentū poſteris quantum Deo Angelilque diſpliceat inſontem adoleſcentum ætatem inſolentibus ſodalibus commiſceri. Sed nunc in fine exempli quibus te verbis dignè lacerem neſcio ſceleſte præceptor, qui dum præuia cōuentione, & pœnali pacto noueras omnes ſodales præceptis tuis paſturos, & non auſuros tua violare imperia, quare non iubendo docuiſti florentis iuuentutis digniſſimā indolem virtutibus animum dare, inuiolata ſeruare caſtra pudoris, & diuinis magis quam tuis iuſſis corda inflectere, niſi quod à magiſtro diabolo idcirco iubereris tam inauditum ludum effingere, vt te ſodaleſq; tuos ſæuus parricida ſtuprata virginitate perimeres. Sed expecta pauliſper, & videbis tu tuique ſequaces, quam metuendus iudex æg è pertulerit, animas roſea ſanguinis ſui effuſione redemptas tuis iuſſibus, exemplis & conſiliis periiſſe.

EXEMPLVM X.

Quomodo quidā magiſter Pariſien ſis ſcientiæ ſuæ nullos negligens, admunitiſſima ſe officia inclinauit.

POſtea quam magiſtri Gerardi nomine & re magna induſtria atque cōſilio monaſterium regularium canonicorum in diœceſi Traiectenſi nomine. VVindeſim, in toto orbe famoſum fundationis ſuæ rudimenta iecerat, atque in eo viri diuino ſpiritu feruentes, ſub optima diſciplina lateſcerēt, baiula fama eos glorificante, nonnulli partarum rerum diuitiis abundantes in ſeculo eductis, imo violentis precibus raptis ex præfato monaſterio priorib s, in diuerſis locis eiuſdem ordinis clauſtra ea lege fundarunt, vt tam ſancta atque iam recens plantata vinea diffuſis quaqua verſum palmitibus arentem ſenio orbem fœlici ebrietate infunderent. Inter quæ, & illud monaſteriū non baſſam regularis obſeruantiæ ſedem accepit, quod non longe ab oppido Noerthorenſi fęlicia ſua ſepta locauit, & nunc diues virtutibus, religione, & ſanctitate conſpicuum, fęlix germen fęcundæ deuotionis longe lateque diſpergit. In quo id quod dictaius tum firmiſſima didici relatione contigiſſe. Si quidem idem monaſterium quidam non infimæ tamæ magiſter nomine Henricus de Louanio, qui quondam regimen ſcholarium Louanij non ſegniter adminiſtrabat (nam vniuerſale ſtudium tunc ibi non vigebat) ſ hoſtio militaturus ingreſſus, inſtantia qua debuit locum poſtulauit. At fratres qui columnæ videbantur, & quorum in acceptandis ſpiritualis militiæ tyronibus fuerant vota requirenda, poſtea quā perſonæ dignitatē, genus officium, patriā, & robur inuidum reſciuiſſent, communicato inuicem conſilio, talia ſimiliaq; poſtulanti reſponſa tribuerunt. Tam etſi nū feruidum pectus, & ſanctiſſimam volūtatem non ſufficiamus debita admiratione proſequi uenerande magiſter, quibus non expauiſti poſt tantam uitæ libertatem, & præclarum officium extra fines natiuæ patriæ hos inualidos lacertos, & imbecillem corporis molem huic noſtræ paupertati committere, & laboribus tuis uiribus incompetentibus commendare, tibi tamen

miles, niſi vt priſtini & ſequentis ſtatutum comparatione præ oculis habita, iugi controuerſia feruentem in bellum animũ concitaret, vtque ſic aucta victorijs pugna, victrici animæ illuſtriora prouide et trophæa. Cæterum ſicut nec tenebroſa nox micantium aſtrorum lumen, nec auri fulgorem tetrior terra fœdare poteſt, ſic nec indignioris officij licet obſtruſę cauernę huius venerandi magiſtri dignitatem valuerunt contegere. Si quidem non fratres modo, quibus in dies virtutum eius inſignia clarius, clariusque claruerunt, eum veneranti ſunt, verumetiam ſeculares viri celebri eius fama ſuccenſi, in dubijs conſcientiarũ ſuarum cauſis eius conſilia poſtulabant, petierunt informationes, preces flagitabant. Inter quos cum quidam honeſtus vir de certis dubijs interrogaturus eum, ignoraret, quondam modo ad tam venerabilis ſubulci colloquium decentius perueniret, quippe quem pro reuerentia irreuerentius accedere nullus auderet, conſilium a nonnullis accepit, vt facto prandio extra ſepta monaſterij cum ad poſtum porcos minaret, ſe illi adiungeret, quæreretque ex eo lucidiſſima reſponſa capturus. Fecit vir vt erat edoctus, & cum omni reuerentia ſubſequentem porcellos literarum virum expectabat. Venit ille, ſed cum iſte præ verecundia longius ſtaret timeretque accedere, vocauit eum ad ſe vir ſanctus priuſquam loqueretur, & ait. Hæc & hæc ſunt in corde tuo, de his, & his me interrogare diſponit, atque ſic omnia quæ in abditiſſimis pectoris ſui latebris obſtruſa ſecretaq; ferebat, ita ſibi ſeriatim diſſeruit quaſi in fronte viri cordis arcana depicta vidiſſet vnde optime informatum atque vehementer conſolatum in pace abire permiſit. Et quid de hominibus loquor cum nunquam ſic contra virtutem coniurabitur, vt mortalium hominum genus viros virtutes ſecundos etiam in abiectiſſimis ſtatibus deſinãt admirari? Dæmones ad huius viri virtutem ſtupuerunt. Porrò cum quadam vice pendula ſordidaque veſte indutus porcorum gregem humillime ante ſe duceret, obuium habuit energumenum hominem, qui dæmonis obſidione vallatus ſtatim vt altiſſimum ſcientia verticem ad tantam obiectionem inclinatum vidiſſet, pallens faciẽ inremit, & more fœuientis apri ſpumam ructans perturbatis uocibus cępit reboare & dicere: O ſcientiæ vaſtæ ſacrarium, quid agis? Hac lacera ſtola progrederis? Non ita fateor eo tempore inceſſiſti quando in Pariſienſi cathedra doctior doctis Henricele giſti Ceſſa igitur. ceſſa fœtidum fœdis deſere gregem, alios non te tam ſpernenda decuere officia. Ad hæc ſimiliaque verba nihil reſpondens, demiſſo præ verecundia in terram capite humilis magiſter pertranſijt, ſed omnes qui audierent non minus de venerandi magiſtri humilitate, quam dæmonis voce mirati ſunt, & Deum in ſuis miraculis laudauerunt. Magiſter igitur Hericus per xx. (ni fallor) annos vſque ad decrepitam ſcilicet ætatem ſubulci officium ſolicitiſſime adminiſtrans fęliciter quieuit in Domino, eo ſublimior in cœlo feſturus quo humiliorem in terra locum accepit, De quo ſit Deus benedictus in ſecula. Amẽ.

EXEMPLVM XI.

Quomodo Deus iuuenem a parentib. deſertum in cæleſte regnum benigniſſimè accepit.

NOn diu poſt aurea illa & fęliciſſima tempora quibus magiſter Gerardus magnus, qui totius Germaniæ deuotionis fundator atque promotor extiterat feruentiſſimo Spiritus ſancti igne inflammatus, ſemina diuini verbi per diœceſim Traiectenſem diſperſerat, atque Domino cooperante, & ſermonem confirmate plurimorum pectora, ad ſpiritualis vitæ amorem inflammaret. Contigit quendam iuuenem Frandrienſium partium non baſſa ſtirpe progenitum. Dauentrienſem ſcholam cauſa diſcendarum litterarum inuiſere. Qui dum non multis diebus in ſeculari fuiſſet hoſpitio demoratus, in tutum arbitrans cohabitare ſerpentibus, quorundam ſpiritualium virorum re immiſe ſubijciens, & frumilem atque deſpectum habitum induens, deſerto priori hoſpitio, cum eiſdem ſpiritualibus viris cœpit habitare, vt ibi nedum ſcientijs ſcholaſticalibus apprime, vt illic ſcholaribus mortis erat imbui poſſet, verũ etiam uirtutibus & bonis moribus ditaretur. Quod dum garrula

fama (quæ nihil diu finit esse secretum) de fratre, pater & mater relicuissent dolent atque indigne ferunt tam generosam videlicet prolem suam humiliori indutum habitu, despecto uim virorum imperijs agitari. Vnde destinato festinantius nuncio, iuueni mandauerũt vt relictis fratribus, quorum egimini sese subiecerat, pristinum nostrium suum reintegraret. Quomodo si pertinaci animo eorum iussa refelleret, minantur futurum esse, vt & ipsi claudant a nutrices manus rebelli filio, siti, fame, & frigore perituro. Verum iuuenis illatis minis constanti animo, & sciens, Deo magis quam hominibus esse parendum, nec vllius imperio salutem animæ negligendum, cum fratribus manere detegit, malens si parentes ita eum in tyrannidem verterent publicæ mendicitatis opprobrio subiacere, quam in seculari hospitio inter seminarum greges cũ periculo manere castitatis. Quod vbi parentes didicerunt, irascuntur filio, cui debuerant aggaudere, & manus claudunt a diutricis. Iuuenis vero consumptis interim nummis quos secum detulerat, cepit rebus necessarijs indigere, & is qui in delicijs atque summa omnium rerum copia fuerat enutritus, & subtus sacra toga frigora sustinet, patitur sitim, fame torquetur. Sed, ô robustissimum noui militis pectus, in omnibus his nec paupertate terretur, nec pusillanimitate dejicitur, nec à sanctissimo proposito suo reuocatur, quin potius repletur summa lætitia, quod ob amorem cœlestis patris sui, a parentibus carnis suæ ceu exosus, egenus derelinqui meruit, & indigentia rerum fatigari. Verum clementissimus Deus qui non patitur nos tentari super id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, non sustinuit dulcem filium suum in competenti sibi inopia diutius prægrauari, sed facili febre correptum ad cœlestes diuitias inuitauit. Decubuit igitur lecto deuotus adolescẽs, & mortis iura lætus expectans, ad agnoniam tandem deuenit. In qua cum paululum laborasset, & iam tempus esset felicem illam animam exolare, resumptis viribus se super se erigens in lecto resedit, & oculis atque manib. in cœlum suspensis Deum qui illio refederat patrem omnium inuocabat, quo facto forti spiritu ac integra voce ad astantes sibi caligantem visum interquens ait. Pater meus, & mater mea dereliquerũt me, Dominus autem assumpsit me. Et his verbis liberum a terrenis contagijs spiritum in sinum cœlestis patris, non tam emisit, quam posuit. De quo sit Deos benedictus in secula. Amen.

EXEMPLVM XII.

Quomodo porci irrationales scilicet bestiæ innocentis & simplicis fratris imperio paruerunt.

ERat in diœcesi Monasteriensi, sed & nunc est insigne quoddam monasterium ordinis Crucigerorum, cuius nomen ob certas causas subticeo, habens in circumiacentibus sibi locis siluas amplissimas ad quas non suos modo verumetiam aliorum porcellos sumpto condigno precio idcirco nutriri solitos sunt, vt autumnali tempore rapidis flatibus deiectas glandes infra tranſeuntes porci colligerent, & sic dulci pabulo incrassati esib. hominum fierent aptiores. Cum igitur quodam tempore diues quercubus silua delapsis glandibus vltra solitum copiosè reperta iaceret, & monasterium prædictum non facilè nummum de alienis saginandis porcellis in precium caperet (quia solet inuidis supplicium esse aliena felicitas) villani circũ commorantes, qui & ipsi in proximis siluis simili spe porcos alebant, monachis de suo lucro diffidentes, communicato inuicem consilio statuerunt diligentius se obseruare velle, nè forte porci monachorum exorbitis metis in suas siluas improuidos, pedes defigerent, quatenus vel sic in monachorum dana sumpta occasione seuirẽt. Percepit illa secretius prior, & rusticã plebem fraterna inuidia laborantẽ ingenuit. Nè tamen infausti desiderij sui male speratos consequerentur effectus, aduocatum ad se laicum fratrem in siluam ire præcepit, atqi sollicitè agere ne porcelli illic demorati, aut proprias transcenderent metas aut alienã glandẽ in sua damna manducarent. Abijt frater læta fronte, & libentissimo animo, quia obediens erat iussa facturus, in siluã processit. Sed cũ multi transissent dies, & tempus post tempus fugaces vices perageret, prædictus frater quippe

qui

qui deuotus eſſet grauiter ferre cœpit, ſe diuinus exemptum myſterijs, nec miſſarum celebrationibus, nec exceſſuum capitulis cum reliquis fratribus poſſe intereſſe. Vnde pro quodam zelo accenſo, omnes porcellos in vnum congeſtos, his ſimilibuſque verbis alloquitur. Ecce, inquit, fratres porci, quoniam his diebus quibus vobis ſollicitus cuſtos interfui, ſatis abunde ſatisque docui, inſtruxi, informaui, vbi & vbi non liceat vobis paſcentia ora porrigere, peto ne has ampliſſimas metas excedentes, vel conuentui lites vel vicinis damna latitantis diſcurſibus excitetis, præſertim quia nec ſparſamenta licita conceſſaque vobis arcta ſunt, nec glandium copiæ quibus paſcendi eſtis parciori iacent hic manu diſpenſæ. Ego enim iam ad conuentum pergo, vbi torpentem iam & languentem animum paululum refocillabo, atque ſic vos reuiſurus redeo tor. His igitur verbis porcellos dimittit custodit commendauit, & abijt. Verum cum iniqui vicini reſciuiſſent porcos cuſtodem non habere, & liberis quo vellent ducendos ire (quippe cum nullus adeſſe qui prohiberet) ceu iam nunc ad ſua vota præuiderent, gauiſi ſunt, clam in inſidijs poſiti ſunt, curioſiſſimo oculo contuiti ſunt, vtrum ne præſcriptas ſibi metas improuidum pecus tranſiuderet. Sed cum diu deſiderauerunt, & ſpei ſuæ fruſtrarentur effectu, porcis imponas leges deuoti cuſtodis ſtrictę ſe tenuibus, vi eos ad præuaricationem impellere ſtatuerunt. Vnde arreptis fuſtibus, ſtigilis, tridentibus verſus prohibitas ſibi inuitas beſtias minauerunt. Sed, ô res nouum ad miranda. Cum procelli vt dictum eſt acti vſque ad punctum præfixi terminum deuenijſſent, putauiſſentque actores iam iamque ſe inſaulti non ſui finem uiſuros, memores facti præcepti quod frater impoſuit, reiectis cum impetu vultibus, terrentibus ſe armis contemptis, pede quoque in tranſuerſum girato trans diuaricata impellentium cura rapidis curſibus agebantur. Stabant attoniti hoc videntes hoſtes fraternæ fœlicitatis, & ad rem nimis in ſolitam indiui obſtupuere ſubulci. Demum tamen non minus ſuam inuidiam, quam bruti animalis obedientiam admirantes, proiectis armis depoſitaque inuidia, concito ad priorem monaſterij greſſu abierunt, cui recenter orta prodigia enarrantes, repara charitate veniam de inuidia petierunt. De quo ſit Deus benedictus in ſeculà. Amen.

EXEMPLVM XIII.

Quomodo charitatiuum hoſpitalarium cõcinnentes Angeli ad cœleſtes ſedes deduxerunt.

ERat in eodem monaſterio, de quo iam diximus, laicus quidam frater ad recipiendos hoſpites deputatus. Et is ne temere ſibi iudicium Domini vſurparet, & alienum ſeruum contra præceptum Apoſtoli, qui ſuo Domino aut ſtat aut cadit videretur iudicare, ſine omni perſonarum acceptione bonos & malos, probos & improbos, diſciplinatos & inſolentes cum tanta humilitate, tantaque charitate recepit, pauit, miniſtrauit, quaſi omnium unica mater eſſet, & ſibi ſoli eorum videretur cura incumbere. Cum igitur in extremis laboraret, & tempus eſſet præmia laborum recipere, contigit quendam laicum fratrem iterum ad infirmariam in qua infirmus decubuit, quandam dulciſſimam melodiam, quaſi concinẽtium in choro puerorum ceu a longè reſonãtem audire, quapropter ſtupens, & uix ſeipſum comprehendens infirmatorium ingreditur, & moriturum utrum ne & ipſe canoras iuuenum voces percepiſſet ſciſcitatur. At ægrotus, paululum, inquit, ante egreſſum tuum ad me introierunt huc quidam formoſi ſatis, ſed mihi incogniti iuuenes, qui cum dulcibus cantilenis aliquamdiu in ualidi atque infirmi corporis mei mitigaſſent dolores, ſuſpicatus ego ſi forte pauperes eſſent, & cantibus eleemoſynas poſtularent, annuo ad eos (dixi.) Dulces filioli mei quãdiu potui cum omni charitate omnibus pauperi quãtum permiſit paupertas noſtra libenter miniſtraui, nunc, quia ut videre poteſtis ad hæc facienda vires non ſuppetunt, ad cocum pergite, & huc, quia pius eſt, larga nobis manu eleemoſynam miniſtrabit. Et in hæc verba dimiſi eos, ſed quonam abierunt, uel qui fuerint omnino non ſcio.

Quod audiens frater cũ huiuſmodi iuuenes infra claustra monaſterij penitus uiſi non eſſent, uel Angelos fuiſſe, uel alios Sanctos ſuſpicatus, dignam laudem Deo de

de exhibita pietate refudit. Hoſpitalarius vero poſt hæc citiſſimæ, ſed & deuotiſſime moriens (vt piè creditur) vna cum concinentibus Angelis ad cœleſtem patriam cõmeauit dignam mercedem pro exhibita charitate capturus, de quo ſit Deus benedictus in ſecula. Amen.

EXEMPLVM XIIII.

Quomodo fœmina de adulterio grauiſſimè tentata abſtinentiæ remedio liberatur.

LEgi aliquando in Teutonicali libro, quod erat in ciuitate Ianuenſi virgo quædam pulcherrima facie, nobilis genere, diues rebus, honeſtis ora parentibus, nomine Marina. Hanc cum quidam ditiſſimus atque honeſtiſſimus vir nomine Aronus, in matrimonium accepiſſet, & aliquamdiu cum ea in ſumma dilectione vixiſſet, ſecretius eam in thalamum ducens. Scis, inquit, dulciſſima Marina, quomodo negotiationis auxilio, res, famam, honores & vniuerſa quæ habemus accepimus, & per eam in hunc fęliciſſimum ſtatum acceſſimus. Vnde quia in Alexandria res, & cauſæ quas cũ cęteris huius officij viris habui inordinatæ relictæ ſunt, niſi tibi acerba eſſet mea abſentia vellem illuc pergere, & ſingula ritu ordinare. Et ſic reuerti ad te, nunquam a te niſi per mortem ſeparandus. Ad hęc Marina ingemiſcens. Et ſi grauis eſt mihi inquit, tua abſentia, & cum te non videro e it omne tempus longiſſimum, quia tamen tibi vtile viſum eſt, placeat quod concepiſti. Age quodlibet, tãtum ne rebus diſpoſitis ad me deſertam ſponſum tuam reuenire cunctẽris. Ad Aronus. Vnum, inquit, eſt ò Marina, quod tui cauſa expaueo. Sicut enim iuuenes & adoleſcentes ciuitatis huius te fœminam decoram eſſe, & pulchris fore pulchriorem, vnde timeo ſi me abſentem audierint, & te legitimi marici carere tutore, parabunt laqueos pudori tuo, & te in ſui amorem fraudibus conabuntur allicere. Quod ſi ageret vt tu pudoris oblita in adulterium labereris, certe & in honore & me vita priuarent. Ad quæ verba Marina in lachrymas reſoluta. Ne timeas, inquit, ò Arone, Ego enim mallem vita defungi, quam rem tam ſceleſtem admittere. Perge igitur ſecurus, non eſt quod in hac parte formides, quia Deo ferente præſidium præ ter te nullum amatorem admittam. Tali reſponſo accepto Aronus, rebus diſpoſitis in Alexandriã nauigauit. Vbi eum eſſe cum proceres ciuitatis Ianuenſis cognouiſſent, ordinatis ante domum Marinæ choreis, iuſti vtis Iudis, reſonantibus cantilenis, cor Marinæ mitebantur euertere. Sed Marina vt ſponſionem marito factam illibatam ſeruaret, clauſit fores, feneſtras omnes obſtruxit, oculos ſimul & aures quantum prævalebat abſtertit. Cum igitur poſt multas inſidias caſtum Marinæ pectus vulnerare non poſſent, fieretque fęmina de accepto tropheo liberior, cuſtodiam ſolitam mitigauit. Quod dum faceret, quendam virum pulcherrimum, procerum forma, nomine Dagmannum ante domũ ſuam frequẽtius pertranſire videbat, vnde interrogat ab ancillis quiſnam, qualiſve eſſet vir ille, qui tam inſigne decus, & corporis & morum præferret. Verum cum audiſſet eum in vtroque iure doctorem, dotatumque ingenti ſcientia, amplius eum cœpit amare, fęlicem ſe iudicans, & nimium beatam ſi talis viri amplexibus quandoque vti contingeret. Vt igitur texeret laqueum Innocenti, ornatam fulgida velle ſe ante fores domus ſuæ quotidiæ Dagmanno vilendam depoſuit, vt ſuo decore tamquam veneno per oculos Dagmanni prætereuntis miſſo, cor ſaucium amore vulneraret. At vero Dagmannus vir prudens cum eſſet & ſapiens, nunquam ad eam vel modice intuendam oculum vertit, ſed ſibi ſuiſque rebus in e tus maturo vultu ſemper prætierijt. Videns ergo Marina occultis donis ſe non poſſe proficere, vi acta amoris & pudore vacillante, ad aperta certamina fugiebat. Porro miſit nuncium Dagmanno, petens vt ad ſe uenire non cunctaretur, Dagmanus uero nihil ſiniſtre ſuſpicatus uenit ad eam, ratus quia ſecum de aliqua cauſa iuris haberet conferre. Quem cum Marina in thalamum meretricio cultu ornatum induxiſſet poſt multas uerborum ambages ſe eius amore captam indicauit, petiitque inſtantius, ut mutuis amplexibus fruerentur. Quod vbi audiuit Dagmannus uir utiq; pudiciſſimus, ingemuit, miſerabile ducens tantum decus tam indebitis

debitis amoris procellis agitari, doluitque vehementer tam vaſti pudoris amarium adulterinis connubijs conſenſiſſe. Verum volens eius vulneri adhibere remedium, amorem reciprocum ſimulauit. O me fælicem, inquiens, o me fauentibus ſatis beatum, quod in eam horam mihi venire conceſſum eſt, vt tanto decore frui liceret. Et conuerſus ad Marinam. Sis felix pulcherrima fœmina, quæ te primam ad huiuſmodi amorem obtuliſti. Noueris tamen huius coniunctionis quam vtrique optamus, leue eſſe repagulum atque celerius remouendum, quod quia mihi amica eſſe cœpiſti, liberius intimabo, vt ſi dies in quo tibi iungar ſeſe protraxerit, cauſam dilationis agnoſcas. Cum Bononiæ in ſtudijs vitam agerem contigit quadam vice ſtudentes ſeditionem ſuſcitare. In qua ſeditione quidam quidem vulnerati ſunt, quidam vero etiam morte proſtrati. Quibus ita fientibus armati præſides in tumultum militibus vallati cucurrerunt, & nonnullos è ſtudentibus captiuantes in carcerem proiecerunt. Inter quos & ego ducebar tanquam vnus ex eis qui tam cruentam ſeditionem in vrbe concitaſſent. Videns ergo me carceris caligine retineri & ſeruari ad pœnam votum voui Domino qui conſcientiarum latebras nouit, quod ſi me huius ſceleris expertem liberum, & incolumen ad patrium tolum reduceret, redderetque vinum parentibus, per integri anni ſpatium caſte illibateque viuerem, ac per idem tempus in pane & aqua ieiunarem. Fauit voto conditor rerum, & me miraculoſè ſatis vinculis quibus iniuſtè ligabar, abſoluit, reddiditque liberum parentibus, quod paulo ante vehementius flagitabam. Quapropter ne tanto liberatori ingratus exiſtere, & ſponſionis meæ infaustus infractor, ſtatim vt carcere liber exiſſem ieiunium promiſſum inchoauit, & conuſque hodie productum eſt, vt lx. tantum ieiunij dies exiſtimem ſupereſſe, quibus tranſactis, vt cito faciẽ in tuos amplexus dulciſſima Marina perueniam. Tu interim fortiter age, & amoris noſtri faces foue-ro. Ad hæc verba alta ferens ſuſpira Marina ait: O tempus nimis longum & dies tædioſos animo diligenti cœpitque anxiari vehementer. Quod videns Dagmānus, dixit fœminę: Si igitur tibi nimis longè videntur hi lx. dies, tu mecum hoc tempus diuide. Sume ubi xxx. dies ieiunij, & ego xxx. dies mihijpſi reſeruabo, quo fiet vt infra xxx. dierum ſpatium cupidis amplexibus perfruamur. Nam ita voti mei qualitatem moderaui, vt per interpoſitam perſonam vrgentibus cauſis ſatisfacere valeam ſponſioni. Dicebat iſta vir caſtus & ſapiens, non eo quod aliquid mali opere adimplere cogitarit, ſed vt tentatam fœminam abſtinentiæ remedio liberaret. Ad huiuſmodi igitur conſilium vultu, & animo exhilarata promptiſſima voluntate pro Dagmanno ieiunium fœmina inchoauit. Et Dagmannus tunc quidem diſceſſit ab ea, ſed poſt tres dies ad eam reuerſus eſt uiſurus quid ageret, & utrum aſſumptum ieiunium prout promiſerat inuiolatum ſeruaret. Quæ ſtatim ut uidit uenientem, aſſurgit intranti, ſedem locat, charitatis intimæ ſigna demonſtrat. Dagmānus uero monuit eam ut conſtanter agat, & inchoata ieiunia compleat, atque ac recedens, poſt ſeptem dies reuertitur. Rediens autem uidit in ea paulo anterubentia ora, ex inedia palluiſſe. Vnde impenſius eam conſolans ſuadente, ne ieiunia ſibi dura exiſtimet, per quæ celerius coniungantur. Et rurſum poſt monitionem abſceſſit. Rediens autem tertio decima quinta die ieiunij, inuenit eam vſque adeo imbecillem factam, ut uix aſſurgere præualeret uenienti, & uſque adeo in ea ſanguinem ſtiguiſſe, ut plurimis licet ueſtibus circumamicta eſſet, nullatenus tamen caleſceret. Quam ut prius confortatam de reliquens Dagmannus xxix. die reuertitur, & inuenit eam in lecto recumbentem & omnibus uiribus uſque adeo deſtitutã, ut uix anhelitum ad loquendum ſufficientem retentaſſet. Quod ubi uidit, quomodo, inquit, nunc tecum agitur Marina dulciſſima? Num inter frigentia membra adhuc ad me feruidum amore pectus obſeruas? Tunc Marina ad ſe reuerſa, intelligenſque prudẽtem uirum huiuſmodi conſilium, ad ſibi medendum inueniſſe. Grates, inquit, ibi ſapientiſſime virorum mille refundam, nec uel ſic poſſum tuæ charitatis inſigniis ſatis eſſe, quibus nõ honori meo, ſed etiam ampliſſime pudori prouidiſti. Tu igitur uale, & me tibi debitricem teneto, quia tuis muneribus, induſtria, conſi-

consilio, non solum ad te irreuerens amor refriguit, sed & omnis illiciti amoris ieiunio salubertimo medente vsque adeo ardor auolauit, vt marito reuertenti castra pudoris inuiolata seruare contendam. Ad quod me iuuabit Dominus, qui sit Deus benedictus in secula.

EXEMPLVM XV.

Quomodo iuuenis quidam insolentissimæ atque scelestissimæ vitæ in vltimo expirationis suæ momento verè contritus ad cœlestia regna meruerit.

IN ciuitate quadam Brabantiæ prout in Teutonica quodam libro scriptum inueni, adolescens quidam erat honestis natus parentibus, sed is, vt plerumque contingit, parentelam suam luxuria, furtis, ebrietatibus, litibus, alijsque vitijs defœdabat, taliterque se in omnibus agebat, vt etiam homines sanguinis sui, imo & ipsi parentes sui, vel rotandum eum, vel confusibilis patibuli trabe in totius generis sui dedecus suspendendum timerent. Quapropter satius arbitrantes, vt nullo sciente, vel admodum paucis improbitatis suæ pœnas exoluere, quam totam progeniem macularet. Captum igitur occultè iudici tradiderunt. Sume, inquiunt, ô iudex hunc filium perditionis, improbitatis auctorem, fornicarium, ignauum, furem, laxillis affuetum, & temulentiæ deditum, & clam aquis iniectum merge. Melius est enim vt clandestinè amicis tantum scientibus pereat, quam vt mundo præsente, sciente atque intuente, aut roteur, aut pendeat. Iudex impietatis eius famæ non ignarus, cum ligatum manibus & pedibus in saccum submergendum mitteret, prostratus in terram, ait: Dimitte mihi pro Domino quod te (iustitia agente) nam sceleribus mortem meruisti, submergam. Compatior enim, & Domino teste ad acerbos tuos euentus contristor. Adolescens vero etsi cerneret se mortis imperia euadere non posse, parentibus suis, cognatis & proprio sanguine cõtra se vehementer appellantibus, obstinato animo ingemuit, & lachrymis infusus iudici dixit: Etiamsi ob id perenniter damnari debeã, nec tibi tamen, nec me accusantibus atque tradentibus veniam dono. Quibus dictis sacco immittitur obstinates ad veniam, aquis moriturus injicitur, mortuus rursum aquis extractis secretius sepelitur. Eadem nocte cum iudex obstinatum animum iuuenis miraretur, & cum damnatum esse pro tot sceleribus pro rato haberet, subito respiciens ad lecturi sui latus, eum quẽ occiderat ante se positum vehementer expauit, & quam primum animo resumpto loqui potuit. Damnatus, inquit, ne eos, o adolescens, iustitia Dei, aut misericordia Domini reseruatus ad gratiam.

Respondit ille? Quamquam actu acerbissimis pœnarum agar procellis, & supra quam lingua effari potest iustis sceleribus meis tormentis fatiger, in gratia tamen mortuus sum, & æternæ quietis sedes expecto. Et iudex? Miror si vera fateris, præsertim cum totus mundus te dignum gehenna decernat, & maxime ego, amicique tui qui te in tanta obstinatione ira, & odio spiritum efflare cõspeximus. Cum, inquit, adolescens submersus in aquam palpitarem, & mortis me inciperent angustiæ cõmouere, diuinæ gratiæ lumine irradiatus plus cœpit dolore me quod obstinatione, ira, luxuria, cæteris que vitijs diuinam clementiam offendissem, quam quod submersus vitæ dispendia sustinerem. Vnde alto clamore cordis mei inter acerbas mortis angustias hanc orationem Domino fudi. O pietatis fons indeficiens, & sceleribus mortalium bonitas inuincibilis pone crucem & mortem tuam inter peccata mea, & iustitiam tuam. Indulge mihi, quæso, offensam, quia nunc pro amore tuo omnibus qui me offenderunt libens offensas dimitto. Expande nunc brachia tua amoris æternæ, & peccatricem animam meam in sinu tuæ vastissimæ pietatis recollige, quæ si in posterum vita daretur non te amodo tantis, vt hactenus feci sceleribus lacerarem. Et inter hæc verba spiritum emittens pietatis diuinę ianuas aliquando mihi aperiendas agnouit. Audiens hæc iudex attonitus stabat, & ad tam ineffabilẽ pietatem stupefactus aiebat: Tibi ne Deus veniam dedit? Tibi ne æternum regnum spopondit? Tibi, inquam, lubrico, tibi improbo, tibi non gratia, sed supplicio digno? At iuuenis: Ita fecit, inquit. Tunc iudex totus infusus lachrymis, nunc ait infœlix de

spera-

ſperatio vale. Si quidem Si Deus tam prius eſt, ad eius miſericordiam penitus pergo. & peccatorum licet me grauiſſimi faces premant, qui huic quondam ſceleſtiſſimo iuueni veniam dedit, mihi, quoque penitenti veniam non negabit. Diſparuit interim adoleſcens ſubmeſſus, & iudex poſt hæc tribunalibus validicens, mundanos omnes faſtus depoſui, ſeculum cum ſuis delitijs dereliquit, & Carthuſienſium ordinem pęniturus intrauit. Vbi cum quadam vice cum alio monacho ſermonem miſceret, & cum multis lachrymis cauſaretur, qu d ſecularis iudex exiſtens nonnullos in fontes homines fauore, prece, vel pretio vitæ victus vita priuauerit in fletus vehementiſſimos commotus aiebat. O me miſerum hominem, quo me vertam in illa die tremenda cum ante iudicem iuſtum iudex ipſe iniuſtus aſtabo? qui inſontium cruorem ſceleſtior ipſe damnaui? At monachus, vt eum altius ſuſpirantem, atq; amarius lachrymantem audiuit. Quid tu, inquit, frater turbaris? Ceſſent nunc tuę que relæ me fundere lachrymas ſine. Portu vt ſecularis iudex corpora aliquando moritura peremiſti, ſed, heu, ego indignus paſtor animarum in ſeculo exiſtęs malo meo exemplo atque improba vita animas per æua victuras ſæuus parricida iugulaui. Quo ſermone animęquior factus ſe diuinæ miſericordiæ commendauit, & Domino in magna compunctione vſque ad mortem ſeruiuit.

EXEMPLVM XVI.

Quomodo fęmina habens liuidos oculos incantationibus nimium credula merito ſuæ perfidię vt facilius deciperetur ſanata ſit.

IN Colonia inclyta ciuitate Germaniæ fęmina quædam liuidos & groſſis humoribus concretos oculos habens, cum pedetentim ſe ad cæcitatem creſcente caligine venturam formidaret, nimium confiſa medicorum conſilio fere totam ſuſtãtiam ſuam in non profutura collyria prodiga quadam & incõſulta prodigalitate diſtraxit. Verum cum poſt diuerſorum magiſtrorum varias curas, nihil niſi vacuo ærę marſupia infęlix fęmina retentaſſet, tarde experta eſt, medicos facilius ſpondere poſſe, quam exhibere medelam. Si quidem id paruum lumen inualidæ lampadis quod ac ceſſura medicos ſecum tulit indebitum, & cum graui iactura vix reportauit. Omni igitur ſpe recuperandi luminis perdita, audiuit quendam ſtudentium eſſe, qui inſignitas membranas quibuſdam diuinis verbis ad collo infirmorum ſuſpenderet, talique remedio viros fęminaſque ab oculorum quibuſuis incommodis liberaret. Credidit fęmina verbis narrantium, & nõ tam verbis exhibendis quam erratica fide ſananda ſtudentem illum conſultura accedit. Et ne fruſtra reliquum ſubſtantiolæ ſuæ in magiſtrum expenderet, inquirit ipſa a ſtudente ſi non aliquando ars ſua fefellerit. At ipſe (quia eloquens erat) innumera nomina à curatorum facili pronunciatione retexuit, nullumque friuola ſenſiſſe ſuæ artis remedia libera fronte fatebatur. Addidit quoque ſe promptiſſima manu capta ſtupendia redditurum, ſi in ea qđ in nullo contigiſſet ſuæ artis remedia vacillarent. Tali igitur ſponſione animata mulier dato homini pretio inſcriptam membranam cum omni reuerentia, fide, ſpe, deuotione ſericis quibuſdam reſtiolis implicatam tanquam diuina oracula continentem ad colla ſuſpendit. Erat autem inſcriptio talis Dæmon euellat oculos tuos, & ſtercoribus impleat loca vacãtia. Mira res. Vix pauciſſimi dies tranſierunt, & vniuerſi praui humores ab oculis fęminæ fugientes, ceu tenebroſę nubeculę a facie venti, impeditam eotenus innatæ lampadis flammam clariſſimam reliquerunt. O quis calamus ſcribet, aut quæ vel facundiſſima lingua effari poſſet cum quanto de hinc membranam illam mulier honore detulerit, quãque ſublimen verba illa ſedem in corde fęminę huius acceperint per quæ inopinatũ luminis ſui fulgorem recepit. Cæterum ne hanc vel quoſcunq; alios tam infauſto prodigio ad exhibendam fidẽ incantationibus dæmones concitarent, ac per hoc plures animas in barathrum damnationis eijcerent, placuit altiſſimo Deo hoc modo nequitiæ huius pudenda deregere. Erat in diebus illis quo hæc circa mulierem hanc agebantur prædicator quidam non minus quã doctrina famoſus. Is cum præſente hac

fęmina

fœmina aſperè ſatis (vt merito debuit) contra incantationes inuectus eſſet, dixiſſetq; eas nil poſſe valere, venit ad eum mulier poſtquam de ambone deſcendit, dicens ei. Admiror vehementer qua fronte nil incantationes poſſe prædicare audeas, cum non multis elapſis diebus earum potentiam in mei luminis reparatione experta ſim, receperimque per eas oculorum meorum celerrimam ſanitatem quam nullæ mihi potuerunt medicaminũ vires reparare. Et cũ his quomodo per appenſam collo membranam ſanata ſit indicauit. Ad quam prædicator. Si habes, inquit, circa te membranam illam per quam te ſanatam reris, peto eam mihi præbe viſendam, vt & ego videam verba illa, quorum te adiutam virtute gloriaris. Tunc fœmina detractam è medijs vberibus chartam legendam præbuit poſtulanti. At cum prædicator legiſſet nequiſſimam illam inſcriptionem, in riſum concitatus ad mulierem ait. O mulier magna eſt fides tua, quæ tam prophanis atque nequiſſimis verbis virtutem infudit, & tibi reddidit ſanitatem, addiditque. Credis ne mulier ſi huiuſmodi verba (& materna lingua verba nefariæ inſcriptionis pronunciat) eſſent ſcripta in ſcedula hac per ea tibi perditi luminis aciem poſſe reformari? At fœmina præ indignatione in rugas fronte fuſcata, nequaquam ait. Quam enim virtutem habere poſſent verba nequiſſima. Tunc ille. Per ſacerdotium meum, inquit, nihil aliud præterquam dixit in hac charta deſcriptum reperio. Tu ergo videris qua te maleuolus ille homo virtute ſanauerit. Suadeo ergo tibi vt confeſſa errorem ad pœnitentiæ remedia feſtines, & illos oculos lachrymis riges, quos non tam fides quam perfidia illuſtrauit. Ad quæ verba fœmina in ſtuporem verſa præ nimia indignatione, & inſcriptionem rupit, & maledicta in auctorem conge minans de cætero ſimilib. rebus fide non exhibituram pœnituit. De quo ſit benedictus, & cęte ra.

EXEMPLVM XVII.

Quomodo quidam iuuenis per prophaniſſimam quandam chartæ inſcriptionem obſeratas clauſuras aperuit.

ERat quidam ſacerdos in eadem ciuitate Colonienſi vir honeſtæ vitæ, famæ celebris. & in his quæ Chriſtiani dogmatis erant non mediocriter inſtitutus. Is adoleſcentem quendam nepotem habuit laicum & ſine literis, quem tenerrimè diligebat. Verum quia ſemper prona eſt ad perfidiam ſtolida & literarum ignara ruſticitas, prædictus iuuenis incantationibus nimis credulus, à quodam ſodali ſuo non facili prece ſcedulam quandam extorſit, quæ vi inſcriptionis nefariæ diſſilientibus obicib. atque repagulis diſſolutis, ſine clauium iuuamento ſeras quaſcunque aperire poſſe atque diſſoluere credebatur, cuius rei ne iuuenis fiiuolam haberet fiduciam ſtatim cum ſcedulam recepiſſet ſeris eam cum firma fide applicuit, atque durius obſeratas quotiens libuit reſerauit. De qua re cum vehementer ſecum ipſe ſtuperet, & efficacem diuinamq; verborum illorum potentiam miraretur, Domino ſuo ſacerdoti rem vt erat innotuit, & eo præſente quaſcunque voluit Applicata charta ſeras diſſoluit. Adhuc ne, inquiens, incãtationes nil poſſe fatebris, & impotentem arbitraberis? horum verborum ſedulam ſacerdoti oſtendat maieſtatem, quibus nec repagula ferrata, nec malleis firmata metalla hactenus valuere reſiſtere, quod vt ſacerdos vidit nullam vim vel firmiſſimam ſerã ſcedulæ illius virtutem poſſe infringere, non tam vi verborum quam famuli ſui perfidiam geri recognouit. Quapropter petita ſcedula atque diſplicata legit, & ita in ea patrijs verbis ſcriptum inuenit. Ioãnes (hoc enim erat nomen eius) eſt malus nequam; nihil plus, nihil minus, nihil aliter. Vnde licet vehementer ſe in riſum ſenſerit concitari, ihorrore tamen perfidię virilem maturitatem in vultu retinuit, & ad iuuenem ait: Iſta ne ſunt ſanctiſſima verba illa, de quorum gloriaris potentia? Sunt, inquit, iuuenis. Et ille: Quid ſi in hac charta hæc verba ſcripta eſſent Ioannes eſt malus nequam. Nam ea arbitraris ſerarum validam clauſurã poſſe diuellere, & ad ſui obedientiam

tiam ferrum arctare. Ad quę verba facie in rugas contracta indignabundus ait. Nequaquam. Tum ille: In veritate, inquit, mihi crede, nihil aliud quam dixi in hac infœlici membrana scriptum reperio. Tu ergo videris quibus viribus, quave potentia ferarum egeris obices dissilire. Pone igitur fili perfidiam, & execrãdam artem his doctus abhorre, ne erroris tui in breuissimo tempore supplicia pendas. Ad hæc iuuenis de verborum viribus incœpit vacillare, hæsitabundus tamen, & ambigua spe iterum membranam seris applicuit, experiri volẽs vtrum ne, vel adhuc sicut hactenus fecerãt repagulorum nodos vellent dissignare. Sed quia fidei imo perfidiæ temeraria vi verba caruerant, obicum iuncturis in sua statione manentibus, nil feræ ad temerariam verborum virtutem mouebantur. Quod vbi iuuenis vidit maledictam scedulam cum indignatione dilacerans, ignibus cremandas partes iniecit.

EXEMPLVM XVIII.

Quomodo iuuenis quidam ob irreuerentiam parentibus exhibitam & illicitum amorem fœminarum in reprobam mortem peruenit.

IN imperiali atque mercibus plena ciuitate Lubicensi quædam venerabilis matrona atque cõsulis vxor erat, quę vno partu tres filios fudit, quorum vnus elephantino morbo percussus est, alter submersus est, tertius vero de quo nobis est sermo propria manu peremptus est.

Sed quo ordine, quove modo, quo item merito hoc factum sit, ego, qui ipsum simiiter & germanos suos, & omnem parentelam optime noui breuius atq; succinctius quo potero intimabo, vt huius exemplo iuuenes florentis iuuentæ ętate conspicui, & facile in quamcumque partem flexibiles discant, & parentibus debitam veneration em impendere, & suę lasciuiæ indomitam concupiscentiam refrenare. Discant iterum, & iterum discant fœminarum deuitare consortia, cum nec rubẽs in sanguine bellicus eusis tot milites strauerit, quot pudibundos iuuenes puellarum consortia prostituere. Hæc sanctissimum Dauid polluit, hæc sapientiæ vastum sacrarium Salomonem infatuauit, hæc robustissimos Samsonis lacertos vicit, vt euidens daretur argumentum posteris nullam sanctitatem, nullam sapientiam, nullum robur siue potentiam inter fœminarum consortia indẽnes remanere. O vtinam nunc mihi concederetur in tam sublimis altitudinis montem conscendere, vt omnem adolescẽtum virgineam multitudinem me audire contingeret, quam altis vocibus proclamarẽ. O vos omnes adolescẽtes, qui transitis per viam, attendite, & timete ne hæc fœminei decoris profundissima vorago vos sorbeat. Quis scit si vel vnum ex illis hoc valido clamore cautum efficerem, ne in tam uastam, quam iste de quo dicturus sum perditionis Charybdim laberetur. Sed ne ante historiam diffluamus, nunc res est inchoanda. Erat iste tertius iuuenis (de quo supra narrationem incepimus) elegans forma, decorus facie, ingenio acer, veste preciosus diues rebus, sed amore fœminarum nimis effusus. Vnde post supra virginum, post multos abusus scortantium meretricum tandem impegit in vnam earum, quæ forma uincere dicebatur omnem pulchritudinem Lubicensium puellarum. Et hæc tam forti amoris uinculo ligatũ miserum in sua duxit castra captiuum, vt nec perditio familiarium rerum, nec refractæ libidinis uires membrorum, nec timor Dei, nec gehennæ terror, nec honestas publica, nec amicorum correptio priuata eum ab infausto meretricis concubitu valuerint separare. Qua ex re factum est vt omnibus consumptis, atque cum meretrice ista distractis, rebus necessarijs inciperet indigere. Quod vbi vidit mater, nam pater defunctus erat, quando ista agebantur, filium videlicet suum indignam natalibus incurrisse pauperiem, commotis super eo visceribus charitatis, quia pia erat, semel, bis, ter iterum atque iterum non modicam pecuniarum summam indigenti donauit, monuitque cum lachrymis, vt memor Dei sui generis item & honoris, verumetiam salutis suæ, meretricem desereret, atque de cætero lasciuiæ suæ impetus uirili animo cohiberet. Sed heu? Fulsere cęlo lumina, surdo cecinit philomena. Non enim potuit calibias illas amoris habenas dirumpere, quibus tenebatur fœminæ alligatus, & dura damnatione captiuus. Tandem cum videret

deret mater quicquid filio tribueret, in vſus cedere meretricis, & nihilominus dulcis pignoris ſui animum, nec ære nec prece poſſet reuocari, cor obdurauit, clauſit manus, nihil tribuit paupertate grauato. Satius enim duxit filium vnum & ſolum egere, quam ipſa ſimul cum filio indigere. Videns igitur adoleſcens cum facie ſimul, & animum matris circa ſe eſſe muratum, nec agi res cum eo veheri & nudiuſtertius, egeſtate, & meretrice malis conſulibus vius non ſemel autbis, ſed pluries & multis vicibus nudato enſe in matrem irruit (horreo dicere) ſub pectoribus ſtrauit.

Minabatur item te colla ſciſſurus, niſi decus data pecunia durißimæ ſuæ neceſſitati ſuccurreret. Mater vero ſub filij velut ſub acerbi hoſtis gladio intremuit, attrita tam inſperato periculo, inuita licet quicquid tamen exigebatur donauit. Nolli tamen parricidæ ſobolis ſuę audaciam atque crudelitatem audebat indicare, verita ne forte ſi primores ciuitatis, quorum in iudicandis crimino ſis rigida æquitas orbi noſtro patet rem vt facta erat perciperent, etiam in ſuum filium grauiſſimæ improbitatis reum ſeueram vellent ſententiam fulminare. Tacuit ergo & ſilentio quam artißimo potuit, quæ circa eam per filium agebantur cęlauit, ſed repente neſcio quo proditore tanti facinoris fama pro omniū aures ferebatur, quocirca conuenerunt amici & communicato inuicem cōſilio iuueni ſub interminatione uitæ ſuæ ne matrem ſuam de cætero enſe terreret præceperunt. At ipſe coercitus atque confuſus rigoroſo mandato, ſtatim exiit domū matris, & in confuſionem totius generis ſui cum ipſa meretrice in publico lupanari deinceps habitare delegit, vbi poſt conſumptas ſericas veſtes, poſt famem, poſt ſitum, poſt indigentias multas, mœſtus & deſolatus grauiſſimas primum febres, dehinc deſperationem acerbam incurrit, quibus per dierum vices creſcentibus cum molem miſeriæ ſuæ diutius ferre non poſſet, morte exoſis rebus terminum imponendum æſtimauit. Verum nequis huiuſmodi tragędiæ exitialem effectum impediret, excogitata cauſa fęminam ſe amplius viuum nō viſuram quopiam deſtinauit, qua egreſſa cum ſolus, & abſque arbitris miſer domi remanſiſſet, è coquina cultro ſumpto proceſſit in hortum, & in omne ſatus vagum lumen circumferens cum nullum videret ſe prohibere potentem, diſſutis veſtibus pallidum morbo pectus nudauit, & tento ad ligneam horti maceriā fine manubrij, ne ſcilicet vi ruinæ cederet, tanto impetu ſe in cultelli exaſperatam atque obuiam aciem egit, vt firmiſſimo pectoris oſſa māſſoſſo, ferrum vniuerſis pertranſitis etiam dorſi ſpinam quæ e regione erat violaret. Taliter igitur vulnere ſaucius corruit in terram, & profluentem ſanguinem cernens, vehementiori cępit furia agitari, quod in tanto cruoris pro fluuio atque inter tam acerbas anguſtias exoſum ſibi ſpiritum nō ualeret exturbare.

Patenda res? Videres eum fixum adhuc in pectore cultrum quantum ex certis figuris in funere patuit violenter in girum agitare, lacerare viſcera, & ſceleſtum animum in malum dæmonum nō tam emittere quam fugare. Redijt his patratis domum infęlix fęmina, & cum in horto videret dulce amaſium ſuum in mortem propriis manibus corruiſſe, intremuit, palluit & in terram decidit. Tādem reſumpto ſpiritu cum ad ſe eſſet reuerſa importunis clamoribus totam viciniam conuocauit, & omnibus per oſtia irruentibus infuſa lachrymis rem, ut erat geſta enarrauit. Et ſic per totam ciuitatem de morte iuuenis flebilis fama ferebatur. O quam vehemens anguſtia cor illud māternum comprehendit, fodit, lacerauit in ea hora qua ſibi a narrantibus dicebatur. Veni mulier, uide filiū tuum, iacet enim in horto proſtribuli, & ſpiritus eius non eſt in eo. Ipſe ſe ferro fodit, ipſe ſuum ſanguinem fudit, ipſe nunc in te exhibitæ crudelitatis ſupplicia pendit. Cerneres proculdubio ad tantæ tragediæ nūcium, matrem quaſi leænam raptis catulis irrugire, palleſcere ora, totum corpus intremere, ad locum facinoris non tā modeſte ire, quam inſolenter currere, quo cum ueniſſet, & uidiſſet inter coruſcos roſatum flores & albeſcentia lilia cruore rubicundum, ſed morte pallidum dulce pignus, tantæ miſeriæ onus non ferēs, repente in terram corruit, & quaſi una cum filio moritura expalluit. Flebant omnes qui iſtis intererant, ſed ipſa præ nimia mentis anguſtia flere non potuit. Tandem tamen paululū reſumpto ſpiritu lachrymari vberrime

rime cepit, & mãdidis oculis in me rem ice reflexis O mulier, inquit, quod feciſti? Maledicta ſit pulchritudo tua, quæ ſi generoſæ proles meæ antea animum nõ fodiſſet, hodie horribile ferrum illud eius pectus non intrauiſſet. Væ igitur tibi, quæ huius miſeriæ cauſam tribuiſti. His igitur ſimilibuſq; verbis aſtantem populum in fletus concitauit. Poſtera igitur die conuenerunt amici, & multa ſumma obtento a iudicibus, vt miſerum funus ſepeliri potuiſſet. (Nam ſecundum leges flammis dari debuerat) in prophanum cimiterium, quod a parte aquilonari cathedralis Eccleſiæ ſitũ eſt ſub Tilia (quæ veniẽtibus per forum equorum videtur) infęlicem glebam illam terræ tribuerunt.

Vbi cum per vnam & ſolam noctem ſepultus iacuiſſet tantum in craſtinum tumuli terra videbatur concidiſſe, vt ex hoc non nulli conijcerent dæmones, qui animam tulerant etiam corpus abſtuliſſe. Sed quia hoc probatum non habeo, temerarie non affirmo, licet ipſe viderim ſepulchri cõgeſtam arenam, quæ tempore humationis reliquæ terræ eminentior relinquebatur, in craſtinum vſque adeo decidiſſe, vt uix ſi quis ibi ſepultus eſſet poſſet agnoſci. Iuuenis igitur iſte talem accepit exceſſum, vt euidens daretur exemplum poſteris, quam ſenero iudicio ſeſe ſubiiciant, qui, & parentes inhonorant, & fęminarum amoribus inconſulti frena relaxant.

EXEMPLVM XIX.

Quomodo Droſſartus quidam nolens confiteri a dæmonibus ad inferna raptatur.

ERat qui dam Droſſartus pauperum oppreſſor, nec Deum nec hominem expauęſcens. Is vltima infirmitate percuſſus medicum mihi non incognitum aduocauit, vt remedia ſalutis corporeæ impenderet infirmanti. At medicus, quia vir prudens erat, & canonum ſtatuta non ignoraret, ſuaſit ægrotanti ut prius quam medicinam corpori exhiberet, medicum animæ (confeſſorem, ſcilicet) requireret, vt ſi peccata morbo cauſam acerbiſſent, ipſis præuia confeſſione depoſitis aduerſa valitudo euolaret. Ad quæ monita Droſſartus frontem in rugas complicuit, & indignabundus ad medicum dixit: Medicum te, non confeſſorem, vel prædicatorem aduenire optaui: Præbe igitur auxilium corpori, animæ auxilium ſuo tempore ipſe repetiam.

Fecit medicus, vt petebatur remedium corpori, quod potuit adhibebat, & abiit. Terrenda res. Intercurrentibus pauciſſimis diebus Droſſartus prædictus ad mortem diſponitur, inualuit languor, ad agoniam peruenitur. Aſſiſtunt amici, ſerui, atque tota familia lectum morituri ſtupidi circumſtabant, quibus ita agentibus, tremulum caſtrum quaquauerſum concutitur, arma cæteraque vaſa in parietibus circumcirca pẽdentia quaſi caſura quatiuntur. Inter hæc paſtores cum per totam diem circa gregẽ ſuum ſollicitas excubias compleuiſſent, & veſperi ea hora qua Droſſartus in agonia non tam certauit, quam victus occubuit, caſtro more ſolito refecturi proximaſsẽt, ſtrepitum quendam, & horribilem armorum audiere fragorem, ita vt totum ipſe caſtrũ hoſtium cateruis plenum æſtimarent. Territi igitur, & animo vehementer conſternati longius ſtabant, nec domum tam terribili fragore plenam introire præſumebant. Cumque in loco per aliquam moram trepidi perſtitiſſent, venerũt qui dicerent. Quid hic ſtatis attoniti, nec conſueta hora caſtrũ aſcenditis? præſertim cum Dominus noſter in hac hora ſpiritum pariter, & vitam amiſerit. Audientes paſtores Droſſartum defunctum eſſe, & infęlicem ſpiritum affluiſſe, ſtatim intellexerunt fragorem illũ quem paulo ante audierant, non tam hominum fuiſſe, quam dæmonum. Vnde vſque in hodiernum diem dicunt maledictam illam animam a dęmonibus ad inferna translatam. Satius igitur fuiſſet pęnituiſſe, accõfeſſionis remedia ſanum quæ fuiſſe, quam a tam horrendis comitibus ad æterna ſupplicíorum loca fuiſſe deductum.

EXEMPLVM XX.

Quomodo ciuitas quędam famoſiſſima eo quod in ea refriguerint officia charitatis cælesti igne conflagrarit.

IN territorio Pameraſenſi inſigne quoddam oppidũ erat, vbi luxuria, ebrietas,

vſuras, falſitas, ac nonnulla alia vitiorum genera virulentis imperiis ciuium pectora ſubdidiſſent, crudelitas tamen, & immiſericordia in pauperes atque peregrinos vſque adeo omnium animos poſſidebat, vt eis præ famis anguſtia, aut ægrotandum ibi eſſet, aut celerius mœnibus decedendum. Nulli vel admodum pauciſſimis dabatur eleemoſyna, raro clementia, aut miſericordia cuique impendebatur, peregrinis hoſpitia clauſa erant, quę tamen nonnunquam lenonibus patuerunt. Quid moror verbis. In tantum execrati ſunt laceram mendicantium togam, vt terribilem dente lupam mallent, quam hanc videre præ foribus. In malum prodiga, ad bonum parca, non minus ad pietatem, quam ad diuinum timorem, neſcio lapidea verius, an Calibea dicam. Verum quia hoc experta habet omnis ætas, Deum nullis minus quam immitibus miſereri, docendum iuſtiſſime reor, nec in iſtis hanc ſeueri iudicis cenſuram fefelliſſe, vt quarumcunque ciuitatum ciues, conſules atque proconſules viri ſimul & hæc legere audireve contigerit, diſcant lasciuiæ minus, & miſericordiæ magis operam dare cum hæc ſola ſit, per quam & robore regna, & ciuitatum mœnia rerum affluentia coaleſcant. Cum igitur præfecti oppidi infelix populus congeſtis crudelitatis augmentis fieret in dies ad pietatem rigidior, ad peccata procliuior & ad diuinum timorem audaci peruerſitate inſenſibilior, compulſus eſt fortiſſimus atque clementiſſimus Deus impietatis malæ firmam arcem graui cenſura ſubuertere. Nec hoc fecit ad clementiam prona diuturnitas, niſi prouidenti exemplo probauiſſet habitantium ciuitatem inclementiam vſque in ipſum perditionis momentum obſtinata malitia duramiſſe. Venit igitur Angelus Domini Veſperi exitiale excidium præcedente in ſpecie pauperis peregrini, qui alba (ni fallor) ſe vili toga circundatus tum exeſam pallidam atque miſerandam præbuit pectoris effigiem, ut etiam ſi ferrata pectora habuiſſent, merito ea conſpecta ad clementiam impendendam molleſcerent. Sed heu, durior ferro eorum crudelitas non potuit emolliri. Vnde ab omnium oſtiis cum ſumma execratione atque indignatione repulſus, ad proconſulis tandem oſtium venit. A quo cum ſecus a cæteris hoſpitium, & modicam cœnam pro Chriſti nomine ſibi tribui poſtulaſſet, benignè atque charitatiue amplexus eſt, & in domum cum debita veneratione receptus. Nam is vir totus clemens erat, & in recipiendis peregrinis promptiſſimus. Cum igitur poſt paruam temporis moram Angelus, & proconſul amica inuicem collocutione pariter reſediſſent, & hoſpes ex verbis peregrini ardore intimæ charitatis cępiſſet magis magiſque flammeſcere, ductum in partem virum Angelus Domini docet peccata lachrymis tergere, ſeruare præcepta, miſeris opem pietatis impendere, Deum timere, atque ſic inſtructo ciuitatem celerius igne perituram inſinuat, ad quam inſinuationem cum vir concuſſis nalido timore membris cępiſſet etiã de ſuæ domus ſalute ambigere. Ne paueas Domini nuncius inquit. Tua domus inter flammeos globos libera ſtabit, hoſpitio charitatis non nocebit incendium. Nam ſceleri debetur non charitati ſupplicium. Et his dictis Angelus Domini ex oculis ſe uidentis uiri diſparuit. Poſtea igitur die fuit rumor iſte per populus, proconſulem uide licet de ciuitatis conflagratione oraculum recepiſſe.

Et cum merito ciues cum Niniuitis debuiſſent ob terribilem denunciationem, ad pœnitentiæ remedia firmiſſima refugiſſe, audaci peruerſitate, & obſtinata malitia prauis conſulibus freti, uenerabilem uiri irridere maluerũt, quod girouago nimium credulus extitiſſet, quam lachrymis iratã iudicis animum mitigare.

Vnde neceſſe erat, & è cœlo demiſſum autem uerum exiſtere, & prodigo perditionis effectu reuerendum uirum calumniã liberum remanere. Tremat mundus ad tantum prodigium. Videres ſubito mugire tonitrua, quaſi terram uentorum impulſibus, & repagula orbis imiſis tempeſtatibus perturbari. Tandem data uis fulgurum in hanc ciuitatem è cœlo diffuſa eſt ut nedum inſtar luminoſæ lampadis igniũ globi terribile præbuerint lumen uidentibus, ſed inſuper etiam edax incendium tanto impetu in quaſcumque cremabiles res uiolentiæ ſuæ arma uibrauerit, ut eccleſiis, turribus, domibus, omnibuſque naſtatis, etiam neſcias flammis cedere petras uiolaret. Vnde nec in ipſis ſub terra petriſ-

triſque ſuis penoribus res tutæ erant, ſed omnia perditioni patebant, ſola proconſulis domus cum quodam monaſterio inibi conſtituto, inter furentis incendij flammas, integra atque inuiolata permanſit. Homines autem qui in ciuitate erant, quidam verò cũ ſuis rebus exuſti ſunt, quidam autem omnibus relictis nudi de incendio egreſſi ſunt, nihil præter animas ſaluare cupientes. O quam fœlicius ſua cum pauperibus diuiſiſſent, quam tanto prodigio res domus & omnia perdidiſſent.

EXEMPLVM XXI.

Quomodo diſpenſator res monaſterij iniuſte poſſidens a fœnonibus horrendo quodam modo ad inferna in equo deuehitur.

VIr quidam in ciuitate Gripeſchvvoldenſi, quæ (ni fallor) in partib Saxoniæ ſita eſt diues erat rebus, ſed ut res probant fidem pauperrimus. Is cum in eadem ciuitate monaſterij cuiuſdam, uirorum neſcio an monialium, conſtitutus eſſet in reb. temporalib. diſpenſatur, monaſterij res quãtum ſine nota potuit in ſuos uſus diſtraxit, & ad ſuæ auaritiæ paſcendas faſces inſatiabiles dirupta fidelitate congeſſit. Quod cũ diutius peregiſſet, lecto moriturus decubuit. Verum quia nonnunquam Calybea pectora imminente morte timore franguntur, & conſcientiarum tenebroſiſſimæ latebræ diu celatas fæditates eructant, uir iſte iniuſtarũ rerum mole perterritus, filium ſuum quem (ni fallor) unicum habuit ſecretius aduocatum, ad ſe ſic affatur. Ecce fili moriturus ſũ, & iudici Domino quem nullum latet ſecretum præſentandus. Vt igitur non meæ modo, ſed etiam tuæ ſaluti prouideam, indico tibi me monaſterij, quod noſti nonnullas res iniuſtè hactenus poſſediſſe, quas niſi reddideris te pariter, & me perdita ſalute damnabis. Redde igitur quod tuum non eſt, ne id quod tuum eſſe poteſt ſi iuuſtus fueris regnum amittas. Nam ego id libenter efficerem, ſed nunc ingraueſcente morbo facere prohibeor. Moritur poſt hæc pater, & in cimiterio præfati monaſterij ſepulturæ locũ accepit. Sed quia durum eſt ſemel iniuſtè parta relinquere retinere potentem, filius patris admonitione contempta, quod pater iniuſte congeſſit, iniuſtius ipſe retinuit. O res nimis horrenda & merito pauenda uniuerſis patribus, qui ut ſuis filijs terrenarum copiam relinquent, uſura, furto, rapina, atque multis ſimilibus æquitatis iura diruumpunt, vendunt animas viliſſimo precio, & ſeruaſque proles quibus uitam æternam prouidere debuerant in perennes flammas ſæui parricidiæ detorquent. Cæterum ut incepta proſequamur. Erat non longè a cimiterio illo in quo prædictus vir ſepultus iacebat molendinum quoddam, per cuius feneſtras cum is qui molendino præerat uagos oculos circumferret, vidit equidem quõdam terribilem vultu, habitu nigrum, nigro equo ſubuectum, ducẽtem quoque ad latus ſuum alium quendam equum non minus ſuo terribilem. Porro uterque per vices igneas quaſdam flammas per nares oraque diffuderat, ut formicem potius quam beſtias æſtimares. Terretur primum inuiſo podagio hæc intuens homo, ſed demum cum equitẽ illum rapido curſu uerſus cimiterium agi conſpiceret, & loco cui inerat proximaſſet. Quiſnam eſſet, & quo pergeret inquiſiuit. Tacuit eques ad primam quæſtionem, ſed cum ille ſecundo, tertio, iterum atq; iterum quonam pergeret coniunctis uocibus clamitaret, in virum terribile lumen eques intorquens. Quid me fatuis, inquit, quæſtionibus laceſſis? Tace ne interrogaſſe quandoque pæniteat. Et poſt hęc vidente viro ad cimiterium prędictum proceſſit, vbi cum ante introitum vnum ſcilicet vacuum ſeſſore equum reliquiſſet, cum reliquo cui inſidebat ad ſepulchrum prędicti, diuitis præcipiti greſſa ferebatur, quo cum veniſſet tanto vocis fragore ſepulto, ut foras prodeat imperauit, ut velut vehementiſſimo quodam tonitruo cœlum terraque pendula ſtatione contremeret. Stupenda res? Statim hac voce completa remouetur ſepulto ſuperpoſitus lapis, humus iniecta foſſæ reijcitur, peruium iter patuit prodituro. At cum egreſſus qui ſepultus fuerat vidiſſet equitem illum, oculis trepida uiſo leone, intremuit & circumplexus palum qui illic conſtituerat ne abduceretur miſeris precibus poſtulauit. Tum immitis eques contempta ſpretaque prece, vi auulſum palo eiulantem atque renitentem ſecum ire cœgit. Verum ut omnibus manifeſtum fieret quam grauibus in-

iuste adquisitarum rerum sarcinis miser ille onustus incederet, quamque ponderosa damnandorum hominum futura sint corpora; factum est vt vbicunque per cinerium iens pedem poneret, fere vsque ad genua per duras arenas dimitteretur in fixa ingloba vestigia. Cum igitur tam tardi et timere ad expectantem praedictum diuum peruenissent, protinus eques hanc miseram praedam, dispensatorem inequum, indignantur in equum, tanto impetu versus tartareas domos bestias egit, vt ibus remotissimis salubre punimentum eram dets, iram si men non fallit memoria, quo indecenter cubitis a sede dist. bat reliquum iter horroreque per aera terribiles bestiae aquilarum more volantium consummarunt. At nec tes illa Iniolam de se audientibus fidem exhiberet, diuina dispensatione factum est, vt palus ambustus viri complexibus, proiecta tumulo eminus petra viri bestiarumque pressa vestigia, nec non & vacua cadauere hians fossa, narratae rei vsque ad praesentem diem infragibiles testes exstant. Caeterum ille qui haec viderat eam horrendi prodigij molem non ferens, post nouem dierum acerbam satis infirmitatem defunctus est, & iudicio quo diuino iudicio huic vitae subtractus. Videant ergo quicunque dispensatores, ne res tuae fidelium commissas minime aut congregent aut iniuste congregatas possideant.

EXEMPLVM XXII.

Quomodo dæmon dæmonem vsus est irridere eo quod perditionem vnius animæ fleuerit, cum magis debuisset de quatuor animarum perditione gaudere.

CVm quodam tempore in ambone quidam solemnis praedicator capta occasione vehementer satis dureque contra vsurarum malum inueheretur, nescio qua miseratione diuina factum sit, vt quidã illius officij collusione fordatus, casu (nam nunquam se mores usitate confuerat) ecclesiam perrasisset, Is cum inter eundũ augisset saluari non posse res usura partas retinere volentem, nil diutius moratus ibi, abijt, & in huiusmodi re mala sibi conscius vehementer ingemuit, & post paucos dies & grauissimam infirmitatem incurrit. Cum igitur lecto decumberet, & mortis imperia viraha fangarent, misso nuncio praefatum praedicatorem aduocauit. Cui postquam cum multis lachrymis vulnera animae suae confitens detexisset, indicasseque post multa fere omnia bona sua quae exuberantissima erant vsurae praesidio adquisita esse, atque ob id se timere nisi sibi citissime detur salubre consilium, ne cum vita gaudia perditurum, praedicator sciens in rebus arduis nil praecipitanter agendum, coepit animo pura reuersare, atque confitenti viro responsum differre. Quod ubi infirmus audit, quid tepidas, inquit, num est praecipere, meum obtemperare. Quapropter libere quicquid pro salute mea faciendi mereris iube. Parebo etiam quantumcunque graue videatur quod iusseris. Tum Praedicator. Non video, inquit, tibi fili ullam salutis, nisi quatuor fidelissimis viris eorum tibi probitas cognita est ad hoc electis, illis quae sua fuerunt & tenore spoliatis res suas restituas, reque infimum atque inualidum, & omnibus rebus spoliatum velut pauperem & mendicum in publicum hospitale ferre praecipias, & ibi usque ad mortem (quia aliud inter adquirendorum sumptuum tibi infirmo non patet) de eleemosynis uiuas. Faueit aegrotus salubri consilio, & protinus aduocatis quatuor, quos fidelissimos putabat ex amicis suis substantiam suam totam eis distribuendam, a quibus vsurarie recepit commendauit, & se ad publicum hospitale recipi cum debita instantia postulauit; firmiter statuens in animo suo quod si sanitas concederetur victuro nunquam se contra equitatem tam tantaque usurarum. Postera namque nocte vidit praedictus Praedicator confessor suus dæmonem quendam in iuuenili forma amarius flentem, & altis vocibus eiulantem, alterum quoque dæmonem vidit in forma senili multis canis respersum habentem caput, & hunc insolentibus cachinnis prioris dæmonis angustias irridentem. De quo cum vehementer secum ipse stuperet, audit seniorem dæmonem iuniori dicentem. Cur fatue ploras? Respondit iunior. Quomodo, inquit, non merito plorem, cum hunc scelestum hominem quem tam multis annis sub mea tenui dominatione captiuum,

nunc

nunc cum in tormenta raperem, me videã amiſiſſe. Quid dicam cum ad eum rediero, qui me ad huius hominis damnationẽ procurandam emiſit.

Nunc video, inquit, ſenior, dæmõ, quod maior in ſenibus quam iuuenibus ſit ſtra ſcientia. Falleris miſer. Non enim prolandum, ſed lætandum eſt tibi. Quippe qui non damna ſed lucra recipies, quapropter ceſſent gemitus, inſultas cohibe ſtulte que relas, & executionibus illis qui ſubſtãtiam viri deſpertiendam receperunt retia texe, & fœlici commutatione pro hoc vno homine hos quatuor in tuam videbis potelam pecuniam quam reddendam ſuis poſſeſſoribus ſuſceperunt, vel in parte, vel in toro, vt frequenter huiuſmodi officij homines facere ſoliti ſunt iniuſtius ſibi ſeruauerint. Et tunc cum gratia ad tuum principem qui te deſtinauit remeabis, cum pro vna anima quatuor animas in abyſſum ſuæ damnationis refuderis. Dæmonibus inter ſe iſta loquentibus, prædicator qui hoc in viſione perceperat ad ſeipſum reuerſus eſt, & nedum illis quatuor viris qui hominis pœnitentis ſubſtantiã diſpertiendam receperant viſa auditaque narrauit, ſed etiam in publicis pariter, & priuatis ſermonibus ad terrorem cautelamque eorum, qui teſtamenta decedentium deſpenſanda ſuſceperunt, repetitis vicibus prędicauit, Aegrotus autem propter veram pœnitentiam cœleſte regnum accepit.

Sed quam iuſtè, vel iniuſtè executores negotia ſibi commiſſa peregerint, quove ex hac vita decedentes deuenerint, Deus nouit, ego non noui. Hoc vnum tamen ſcio Deum dæmones compulliſſe, vt talia inuicem loquerentur, quatenus prædicator deuotus pariter, & facundus haberet vnde teſtamẽtorum executores inſtrueret. Videant igitur quicumque morientium executores, ne per alienam ſubſtantiam propriam velint animam condemnare, & pro viliſſimo precio vitam vendere ſempiter. nam.

EXEMPLVM XXIII.

Quomodo filius amore, & perſuaſione patris apoſtatans vna cum patre repentina morte percuſſus eſt.

ERat quidam adoleſcens qui parentibus, cognatis, patria, domo, rebus relictis congregationem quandam deuotorum fratrum de communi vita ingreſſus cœpit Domino in humilitatis ſpiritu deuotus deſeruire. Verum cum pater cuius (ni fallor) unius erat reſciuiſſet, amabile uidelicet pignus ſuum in aliena patria detineri, pertubatus doluit vehementer, & grauiter tulit exoſam abſentiam amatæ prolis, vnde nec amore uitæ perennis, nec terrore pauendi iudicij, nec æterni ſupplicij timore potuit prohibere, ne filium ſuum ab incepto ſalutis itinere reuocaret. Frendens igitur, & ira flagrans ſecum deferens pectus, quaſi urſa raptis catulis per uiam ſæuiebat. Peruenitur tandem ad filium, exitum ſuadet, non auditur, multa promittit, ſpernitur, minatur, deridetur. Effundit interim lachrymas delitus amor & heu per uiriles patris barbas effeminatis guttis ſtillantibus militis Chriſti cœpere uires molleſcere, infringi robur, propoſitum uacillare. Quod vbi uiderunt deuoti illi fratres commilitones ſcilicet iuuenis, admonito primum patre, ut inde coram ſibi lachrymas cohiberet, detracto paululum à patris latere iuueni perſuaſerunt. Age nunc fortiter, ò ingenue tyro, & noli quæſumus terga præbere telis hoſtilib. Ecce fremit contra te malignus hoſtis, & per pietatis arces mœnia tuæ ſaluti oppugnat. Quapropter ſta, uince, uide neceſſeris. Virilibus nunc age bella lacertis, nam texitur in cœleſtibus pulchrum diadema uictori. At contra ſi ad patris nefariam ſuaſionem Chriſti Ieſu crucem proieceris, atque uerſa uice flagrantem. Sodomam elegeris reuidere, uide ne deſertum per te Chriſtum contra te proueces, uide ne patri redditus, te, patrem que tuum Chriſto ſurripias. Vide ne apoſtatis debitam ſeueri iudicis cenſuram incurras. Solet enim Deus duriori apoſtatas uirga ferire, & poſt ſemel uiolatam amicitiam moleſtior hoſtis exiſtere. Sed, ò inſtabilem exitum rerum mortalium: Iactarunt in uentum

fratres verba salubria, iuuenis patrem ad seculum sequitur moriturus. Vbi cum longos suauesque dies sese habituros in simul putauissent, sequiens Deus in vltionem perfidiæ primo, & proximo mense nondum pertransito repentina morte vtrosque percussos ad iudicium venire citauit. In quo quam seuerum in inuicem parricidæ recepere censorem, quam strenum iudicem, quam acerbum hostem, qui criminis molem intelligit non poterit ignorare. Peto ergo quotcumque patres ne filios suos à militia Christi velint retrahere, ne ipsos cum filijs in similem ruinam contingat deuenire.

EXEMPLVM XXIIII.

Quomodo fœmina pro peccatis lachrymans, nec tamen volens confiteri a dæmone irridetur.

ERat quædam fœmina, quæ postquam omnia peccata sua in confessione detexisset, vnum solum peccatum in corde retinuit, quod præ mala verecundia non audebat reuelare. Conscientia tamen propria lacerata vsque adeo grauabatur, vt iens ad ecclesiam ante quoddam altare, se totam lachrymis infusam prosterneret, Dominum postulans, vt sibi illud peccatum, quod nulli hominum auderet aperire absque confessionis remedio remittere dignaretur. Qua in suspirijs perdurante & fletibus, vidit sacerdos qui tunc in ecclesia aderat dæmonem quendam supra hanc fœminam huc atque illuc volitare, & præ immoderata lętitia non potuisse cohibere cachinnos. Vnde dæmonem per nomen Iesu Christi coniurans, cur, inquit, maligne intantum exultas, & cum tanta insolentia, laxas frena lætitiæ. Dic, quid vides quod te tantum exhilarat? Respondit dæmon: Quomodo non merito riderem videns quod hæc mulier prolans ac eiulãs currit ad infero, existimat fœtus fletibus peccatorum sordes non confessas diluere, ad impossibilia sudat irrisione, non remissione dignissima.

Sacerdos igitur hæc audiens ad fœminam transit, visa pandit, ad confessionem integram pauidam cohortatur valuit. Nam fœmina tantum pudoris sui victrix effecta, peccatum quod eatenus male celauit, humiliter & cum lachrymis est confessa. Quod cernens dæmon cum clamore valido & tetro in ecclesia fœtore dimisso amplius non viscendus disparuit.

EXEMPLVM XXV.

Quomodo nociuæ sint iuuenibus datæ pecuniæ & mala libertas, vt patet in exemplo proximo de patre quodam habente quatuor filios volentes religiosi effici & ordinem intrare.

NOui virum quendam consulare non bassa sede progenitum, neque incognitæ famæ, quem si nominare vellem non vrbes modo, sed & gentes & patriæ mecum nossent. Sed ne alicui, aut ruboris pudorem, aut diffamiam generem, reticitis nominibus & viri & oppidi, id quod de eo veriſſima relatione didici, breuius quo potero, intimabo, vt vel ex eo liquide pateat omnibus audituris, quantum pueris iuuenibusque noceat ad libitum habere pecunias, & intempestiuam eis concedere libertatem. Habuit igitur præfignatus vir, exceptis formosis filiabus, quatuor filios iuuenes certa facie decoros, elegantes forma, probitate insignes, quorum dum maior natu diuino timore pariter, & amore perfusus ordinem regularium canonicorum, qui tunc, prout & nunc est florentissimus erat, intrasset, fatuo dolore saucius genitor cum reliquos filios seniorem secuturos timeret, quendam sibi familiarissimum virum adit, cui angores animi sui profundens. Quid agam? inquit, auelluntur à lateribus meis viscera mea, & filij mei per quos posteritas mea nobilissimè fuerat propaganda claustra petunt.

Vnus iam abijt, & (vt veriſſimus futuri vates euentus) morum probitas signat, reliqui duo ad idem faciendum disponuntur, & eousque peruentum est, vt illos non valeam prohibere. Sed quid de quarto futurum sit ob imbecillæ ætatis dubiam æstimationem, ignoro ad quem ille. Cohibe, inquit, hos fatuos tuos gemitus, & ad alia quę te inuito euenient has serua querelas. Nam quod filij tui Christi ad militiam pergunt, cur iustè causabere, non fatis intueor, cum tu ad id videris eos educare,

Digitized by Google

are. Nempe dum rescindis ab eis efficacē ad lasciuiam magistram libertatem, dum prohibitricia fatui discursus cordis imperia, dum pecuniam eis (per quam ad secularem insolētiam patientissimum iter est) habere non finis, me indice in tuis edibus cogis religiose vitæ rudimentis assuesci. Et cur indignaberis, si id agant in proiectiori ætate, ad quod agendum a te patre duce, magistro sub teneris annis instituta cœperunt. Verum si illorum quibus nunc times ab religionis ingressu, vel vestigia vetis cohibere, audi consilium. Da marsupijs pecuniam, da gressibus libertatem, da adolescentum fęminarumque lasciua consortia, & nisi me experta frequēter opinio fallat, facile petita recipies. Fecit vir prout erat edoctus, & iunioribus filijs diuino præsidio in sua innocentia perdurantibus senior de tribus (qui paulo ante religiosissimus erat) mutat animum, mores, propositum, & breuissimi temporis interuallo incurrente paternam edem, impregnata famula domus, illegitima prole fædauit. Rogo ergo quoscumque patres ne filijs suis intempestiuæ libertatem tribuant, & ne eorum marsupia nociua sibi velint pecunia adimplere.

EXEMPLVM XXVI.

Quomodo pertinax iuuenis, & ad maiorum consilia inflexibilis mala morte deperijt.

NOui iuuenem honestissimi scabini filium, astutum ingenio, sed propriæ prudentiæ plus quam suam ætatem decebat animo pertinacius inhærentem. Is cum in quarto loco Dauentriensis scholæ resideret, nescio quo spiritu inflammatus, prædicatorum ordinem, qui tunc sicut & nunc noua reformatione abunde refloruit & reformationis suæ palmites longè lateque dispersit, intrare disposuit. Audierunt hoc quidam, qui iuuenis naturam melius quam ipse qui fecit perspexerat, qui quia hanc rem in consultam sibi uiderent, sua ferunt, vt studium suum continuaret, & interim de hac re maturius deliberaret. Spernit iuuenis consulta maiorum, & proprio sensui nimis credens, eorum bene visa contemnit. Reliquit studium, parentibus valefecit, ingressus est ordinem, mores pariter, & habitum immutauit, & tam prosperis velis atque secundis ventis primos annos trāsnauigat, vt coetaneos suos nedum promptissima voluntate, sed etiam scientiarum profectu præcelleret. Videntes hæc fratres sui iuueni aggaudebant, & eos, qui sibi contraria consulere ausi sunt quasi nimis errauissent irrident. Quid plura. Ad studium vniuersale Rostockense aliquando in Doctorem creandos destinatur, quo cum veniisset, vt puta subtilis, & acer ingenio, per omnibus sodalibus suis in omni arte profecit. Sed, proh dolor? quia difficile est diu esse bonum, & non potuit eius pertinacia impunita euadere, sicut in eo scientia creuit, sic intolentia pariter, & malitia accreuerunt. Perceperunt fratres cōuentus sui iuuenem videlicet illum ruptis disciplinæ ac probitatis fœderibus per abrupta ferri vitiorum. Scribunt literas, nuncios mittunt, & vt deserto studio ad conuentum reuertatur expostulant. Sed ille sicut pertinax & nullius sciens parere imperijs, contemnit scripta, remittit etiam vacuos nuncios, in conuentum reuenire recusat, & paulo post ad alium conuentum dissolutissimæ vitæ, & vbi omnis regularis obseruantiæ disciplina deperijs, commeauit. Vbi autem cum ad breue tempus, & ad paucissimos dies cum insolentibus fratribus in insolens ipse insolenter satis vitam transegisset, reprobam & subitaneam mortem, atque horrendum omnibus terminum, tanquam pertinaciæ suę debita præmia cœpit. Siquidem cum quodam vespere post ebrietates, & indecentia fratribus dissoluta conuiuia lectum introisset, subtus eum horror inuasit, & præmere cœpit grauis & inopinata infirmitas. Qua propter nescio quo iturus surgit ex lecto, & cum super gradus descensurus peruenisset corruit atque sine confessione, & alijs æternæ uitæ remedijs pertinacem spiritum efflauit. Postera die cum eum inter solitos suos conuentus fratres non uiderent quonam abisset, aut quo declinasset, uehementius cœperunt admirari. Quæsierunt ergo eū cū summa diligentia, & tandē post multos circuitos super gradus mortuum atque defunctum horrenda quadam, & terribili effigie iacere conspexerunt. Porro ocu-

li in capite inuiſo quodam modo ſubuerſi ſunt, & lingua fuligine nigrior, & quaſi gehennali flamma exuſta eſſet per mentum morifera tabe fædatum ad pallidum pectus dependerat, vt vel mortuum funus oſtendere qua pœna apud inferos miſera anima torqueretur. Fratres ergo vehementer ad tam pauendam trapegiam perterriti, corpus exanimæ terræ commendabant. Rogo ergo quoſcũque iuuenes, vt ad quieſcentes Salomonis proueribijs, omnia faciant ſecundum conſilium, ne poſt factum ipſos pœniteat.

EXEMPLVM XXVII.

Quomodo maledicta in ſuos auctores ſoleant frequenter recidere.

ERat in diœceſi Moguntina ſacerdos quidam paſtor Eccleſiæ. Qui dum in quodam feſto die capta occaſione acerbe ſatis contra roſtratos calceos inuectus ſermonem protulerat, vir quidã de parochianis ſuis arte ſutor præſens aſtiterat, & is, felle commoto, in maledicta prorumpens, patria voce ad plebem ſibi aſſiſtentem aiebat. Deus det huic ſacerdoti epileſiam, quod dicitur morbus caducus, in coronam ſuam, neſcit ipſe alia prædicare quam de roſtratis calceis. Et indignabundus rapido greſſu Eccleſiam exijt, & abſceſſit. Verum, quia plerumque in ſuos redeunt maledicta magiſtros, vix infœlix medium iter ad propria meaturus explicarat, & ecce obuium habuit virum quendam ſtatura procerum, viſu terribilem, veſtitu nigerrimum (dæmon hic erat) qui cum furenti adhuc atque turbato animo procedenti proximaſſet, arreptum per capillos maledictũ hominem tanto impetu violentiaque in terram deiecit, vt vi actus glomerato eminus viro dæmon auulſam cum ſua pelle, & capite comam, manu retinuerit, & ſanguinem coronam miſero durus barbitonſor totonderit. Cumque ad horam perditis ſenſibus in terra iacuiſſet noua corona prophanus ſacerdos, veniunt ad cum, qui eum paulo ante in eccleſia maledicentem audierant, & de repentina viri plaga nimis attoniti, ſeminecem toto vertice cruentatum ad propria retulerũt, vbi cum poſt longam inſaniam tandem perdite rationis vſum recepiſſet, omnibus ordinẽ circa ſe geſtæ rei annuncians de cætero duriori verbere doctã linguam a maledictione ſacerdotum cohibuit.

EXEMPLVM XXVIII.

Quomodo ſacerdotem in diuino officio diſtractum dæmon irriſit.

FVIT quidam ſacerdos maiorem carni, quam ſpiritui curam impendens. Is dum vice quadam honeſtos viros fœminaſque ad ſuum conuiuium intaſſet, mancipio cui hoc ex officio incumbebat, non vili precio coemptos piſces igni bulliendos iuſſit apponere, atque huiuſmodi cura diſtractus ad celebranda diuina myſteria, ipſis etiam Angelicis humeris formidanda, mente vagus, corde aridus, cura diſperſus, rapido cœpit curſu properare. Cumque in media actione conſiſteret, & flammea merito debuiſſet affectione ſudaſſe, ſolicita mente cogitare cœpit, & importunis curis turbari, ne forte prædicti piſces aut plus digno, aut minus debito ſalibus iniectis condirentur. Verum cum prædictus ſacerdos ſe ab huiuſmodi & tali hora indecentibus phantaſmatibus non cohiberet. Tum ecce diabolus, ceu terra quadam fuligine tectus, adeſt, ac etiam raptum cacabum è medijs flammis vna cum piſcibus ſecum detulit ad altare. O coce, inquit, non presbyter, cur fatuis curis in diuerſa diſtraheris? Ecce piſces hic ſunt, ecce ſal, (vas enim ſalibus plenum ſimul exhibuit) iniice quantum libuerit, & vel de cætero ſacris altaribus animequior factus aſſiſte, atque ſic irriſa presbyteri ſuperflua cura, onera quæ portauit ſuo loco reſtituit. O ergo nimis inſtabile cor humanum, cur in tam tremenda hora in diuerſa raptaris. Ecce cœlum patet precibus, tuis præceptis tota trinitas perſonarum obedit, & vniuerſa cęleſtis curia te ante aras æterni regis ſtantem expaueſcit, & tu miſera quadam leuitate iactatus de piſcibus ſalliendis curam verſas, ſtanſque ante altare Domini Dei noſtri in fumoſas latebras coquinæ circumuadis, vt cogitationem cordis tui coquinalia tractes, quæ neque te, neque principem ſecularem tractare decet.

EXEM-

EXEMPLVM XXIX.

Quomodo quidam rusticus quendam Episcopum insolentius equitantem decenti facetia redarguit.

ERat quidam potentissimus Episcopus partium Germaniæ, qui nedum spiritualis, sed etiam secularis iurisdictionis negotia administrabat. Is cum quadam vice vestitu ferreo, & militum strepenti exercitu circumuallatus per campos equitaret, vidit rusticum hominem aratri sui stiua relicta in suo aggere stare, & aperto ore atque stupentibus oculis sese cum summa admiratione respicere. De quo admiratus Episcopus deserto paululum cepto itinere, equum quo vehebatur versus rusticum egit, & insolita quadam beneuolentia vultum serenans ad eum dixit. Haberem aliq id interrogare a te vir bone si vel les simplicia, & vera interroganti responsa tribuere. Ad quod rusticus (nescio a quo ductus) vrbane satis respondens, dixit. Quis sum ego, & qui sunt omnes parentes mei, vt illustrissimo principio meo, & gratioso Domino dedignet respondere. Et Episcopus ait ad eum. Dic ergo mihi quid cogitabas cum hianti ore, & dissutis malis stabas, & me stupens inspexeras. Cogitabam, inquit, rusticus, vtrum ne Sanctus Martinus (qui & ipse Episcopus erat,) cum tanto strepitu armorum militumque exercitu solitus sit per viam incedere. Ad quod Episcopus paululum rubore suffusus. Ego, inquit, non tantum Episcopus sum, & spiritualis Dominus, sed sum etiam temporalis Dominus, & Dux & Princeps. Vnde nunc me ducem exhibeo, sed si Episcopum libet videre ea die (& diem statuit) ad Ecclesiam veni, & Episcopum exhibebo. Ad quam responsionem modice in risum concitatus homo ruralis, Episcopo ait. Si non velles egre suscipere, nec dedignari respon sum præbere seruo tuo, haberem & ego, quod interrogarem a te. Quære ex me, ait Episcopus, quodcunque libuerit, non offendes. Dicit ergo rusticus. Si, inquit, qđ Deus prohibeat, exigentibus meritis dux ad inferna migraret, Episcopus noster quæso quo pergeret. Qua interrogatio ne confusus Episcopus cum rubore abscessit, & nil ad hæc respondens ruralem hominem deseruit, haud parum instructus rustici hominis decenti facetia, vt magnopere caueret, ne si ducis magis quã Episcopi negotia sollicitare vellet, ducis magis quam Episcopi mercedes reciperet. O quot Episcopi pereunt, & iam nunc apud inferos tremunt, quia vtramque iurisdictionem secularem, s. & spiritualem administraue int, qui si tãtum spiritualium causarum negotia tracta uissent, iam felicibus feliciores, in cœlesti regno regnarent, &c.

EXEMPLVM XXX.

Quomodo quidam iuuenis vsque adeo in peccatum sodomiæ prolapsus sit, vt nec terrore æterni supplicij potuerit reuocari.

IN ciuitate Dusborchensi partium Gelrensium erat quidam iuuenis, qui vsque adeo ad sodomitici peccati profundissimum pelagus immersus est, vt nec terrore æterni supplicij potuerit reuocari. Is cum pluries confessus semper relaberetur ad pristina, huiusmodi & similibus verbis est a confessore circumuentus semel, bis, ter, iterum atque iterum te fili ista confessum, & emẽdam promittentem absolui. Verum quia animos tuos video a crimine nolle di rumpere, fateor imbecillitatem meam du cętero te non possum absoluere, nisi forte vel adhuc velis pedem ab hac misera insania reuocare. Quod si spoponderis, adhuc tui miserius veniam dabo iuuentuti. Ad quæ iuuenis totus in lachrymas resolutus, quid, inquit, volo te diutius pater verbis decipere, & fallacibus remissionibus fallere, si infernum ipsum ex uno latere meo flammantem cernerem, videremque iuxta eum infinita dæmonia, atque ab alio latere intuere adolescentem aliquem cum quo crimen possim committere, tam rapidis interdam tẽtationum agor procellis, quod non a scelere abstinerem, etiamsi certus essem ambos nos statim crimine perpetrato ab ipsis dæmonibus ad inferna trahendos & perennis temporibus condemnandos. Nolo igitur promittere, quod uires excedit. Despero, nam ad istud malum euitandum nullum mihi patens iter intueor. Vnde si pro hoc scelere flammæ debentur,

cibus

APPENDIX
EXEMPLORVM
HVIC VOLVMINI
RECENTER ADIECTA.

EXEMPLVM I.

Adulterium occultè committentes detegũtur & puniuntur, & falsò huius criminis accusati innocentia post mortem iniustè inflictam, signo miraculoso declaratur.

IMPERATOR Otho III. vxorem habuit Mariam de Aragonia fœminam sterilem & impudicam. Illa iuuenem muliebri habito secũ circunducebat, quo abutebatur, dum cubiculariæ Domicellæ officiũ gereret. Hoc cum pio Imperatori innotuisset, multis Principibus astantibus, vectibus iuuenis spoliatur, atque pro fœmina masculus deprehenditur, vnde iudicio damnatus, viuus exuritur, cum autem Imperatrix amicorum intercessione veniam impetrasset, in Italia circa Mutinam Comitem quendam elegantissimę formæ, sed virum optimum, in sui amorem pellicere conata est. Qui tale nefas recusauit, dicens se omnino nõ velle thorum Domini sui Imperatoris maculare. Quapropter indignata fuit contra eum Regina, & accusabat eum coram Imperatore (vt Iosephum olim vxor Phutiphatis) quomodo ipsam violenter voluit oppressisse, & hanc accusationem falsis probauit testib. Commotus verò Imperator ipsum iussit decollari, non obstante quacunque contradictione. Tempore verò decollationis, vocauit ad se Comes vxorem suam legitimam, dicens: Ecce vxor mea prædilecta, innocens sum huius criminis. Sed modò tole caput meum, & diligenter serua, quia coram Rege debet facere meã expurgationem in igne, & sic meam coram omnibus declarare innocentiam, quia nunquam contraxi cum aliqua adulterij maculam. Sic ipsa cum eiulatu caput sustulit & diligenter custodiuit. Facto verò aliquo interuallo temporis Imperator Otho constituit diem iudiciariam, in qua celler reddere vnicuique iustitiam. Occurrebat & uxor Comitis implorando iustitiam Imperatoris, dicens; Serenissime Princeps, quid illi est faciendum, qui iniustè condemnat, & occidit proximum suum? Cui Imperator respondit: Talis reus est mortis. Cui vidua: Tu es ille, qui iniustè meum occidisti maritum. Ecce caput innocẽter occisum, quod probabo si in igne maneat illæsum, & ego similiter maneo illæsa. Ad quod Imperator stupefactus ex purgationẽ viduę admisit, copiosum ignẽ parari fecit, in quo igne ipsa uidua una cũ capite sui uiri illęsa permansit. Tunc multum importunis precibus instabat, & mortem Imperatricis postulabat. Videns vero Imperator, quod uia iuris mortem declinare uxor sua non posset, inducias xviij. dierum petijt. Interim Imperator causam Comitis occisi diligenter perscrutabatur, & Comitem innocentem, & Imperatricem ream mortis inuenit. Et ipsam publice igni combussit, & uxorem Comitis multis muneribus pitauit, atque territorium eiusdem Comitis quatuor ualidissimis castris ampliauit. Lib. 02. Chronicorum Imperatorum Gotschalcus Holen ser. 23 par. hyomalis, circa finem. Iacobus Strada in Thesauro Imperatorum. Conradus Lycostenes in Theatro mundi, & alij.

ANNOTATIO.

Iacobus Strada, & alij historiographi dicunt, post Comitis mortem, vxorem candenti ferro mariti innocentiam purgasse. Forte potuit non solum unico signo, sed duobus Deus ostendere Imperatori suum graue erratum, cui durum erat atque difficile illud agnoscere, & uxoris propria infamiam prodere eamque morti dedere.

EXEM-

EXEMPLVM V.

Considerata repræsentatione facilis & crebri Iudicum & procuratorum ad infernum descensus, Iuris Doctor ad religiosam vitam conuertitur.

FRater Ioannes Parens, qui fuit primus Minister generalis post S. Franciscum religionem ingressus est viuente eodem Sancto. Hic dum esset in sæculo, Doctor erat Iuris, & Iudex ciuitatis Cassellonizæ prouinciæ Romanæ vide erat oriundus. Cum semel vesperi prospiciens e fenestra domus suæ laborem porcarij in adigendis ad porcile suibus attentius consideraret, audiuit socium porcarij dicentem, si vis vt porci citius intrent, inclama: Porci, porci, intrate vestrum stabulum eodē modo quo Procuratores, & Iudices descendunt in infernum, quibus verbis a sub vlco prolatis, sues absque vllo strepitu confestim porcile ingrediuntur. Quod cum videret Iudex magno iustitiæ diuinæ metu percitus, iudicaturæ suæ munus deseruit, & factus est Frater ordinis Minorum cum Filio, qui vitam admodum exemplarem in orationib. & lachrymis in religione egit, adeoque asper in refrenanda carnis tumultione fuit, vt eo tempore quo Minister generalis munere fungebatur vniuersa Ordinis Loca nudis pedibus circumiuerit, atque ita factū est, vt ex verbo iocoso, & spectaculo iucundo seriasuæ conuersionis cogitationes susceperit.

Ex 2. Volumine Chronicorum FF. Minorum lib. 10. cap. 35.

EXEMPLVM VI.

De damnatione quorundam propter ambitionem.

REm satis notatu dignam hic lubet referre, quia quo loco conuenientius illius fieri queat memoria non noui. Accidit Neapoli in conuentu nostro sancti Dominici (sunt enim ibi præter hunc, sex vel septem conuentus alij etiam nostri ordinis) vt post Completorum refectionis locum ingrederetur, cui erat illius cura commissa qui mox in ingressu videt illum fratribus circumquaque refertum, & illi cappas habebant indutas, & tanquam hora foret collationis faciendę, & illam expectarent, & sedebant. Accurrit ille sine mora vlla ad priorem, & illud illi aperit. Prior fratrem delirum putat, vel somnia narrātem, attamen dum vrgetur, vadit, videt, & credit, & ille quoque turbatur, & rem mox cōfert cum monasterij grauioribus patribus, & prudentioribus, de quorum consilio sacras vestes assumit, & sacrum Christi corpus referendo, toto conuentu comitante se illuc confert, & ad illum sermone directo qui honoratiori loco sedebat, eos adurat, vt aperiat quinam sint, & ad quid venerint, & quid velint, & vt ad hæc respondeant, illis præcipit in nomine illius Domini quem gestabat in manibus. Vt autem quando Prior coram illis comparuit cum venerabili Sacramento, omnes assurexerūt quidem, & capita inclinarunt. Caputia tamen taliter demittentes, vt eum minimè viderent, & hoc facto iterum sede unt, ita iussi a Priore vt responderent ad proposita, inclinarent. Tandem qui inter eos videbatur præcipuus, respondens dixit, quod ipsi omnes fuerant eiusdem ordinis religiosi & pro maiori parte Magistri, Priores, Superiores, Baccalaurei, Lectores, & alijs officijs donati, & quod omnes damnationis sententiam acceperant, quoniam amitio multa, superbia, inuidia, & alia huius generis vitia eos fecerant damnatione dignos. Sed quod diuina permittente clementia iussi fuerant illuc venire, vt eos & vniuersos ordinis cultores commune facerent, vt suæ vocationi facerent satis nam illi qui a minimè id præstiterant, omnes damnati erant, & flammis cremabantur æternis, in cuius signū cuncti in eos aspicerent. Et hoc dicto oēs illi cappas apparuerunt, & singuli eorum flammis circumcincti, & incensi visi fuere, & tūc idem præcipuus manu in mensa signum dedit, & sic illa visio euanit, & totus cōuentus mansit timore cōsternatus. Ittius rei adhuc perseuerat memoria in illo cōuentu nostro qua per traditione recepta abauiquis. Nec dubiū quin maximus eo tpe ibi, & alibi fuerit ex visione illa fructus subsequutus & multa regularis vitæ instauratio. Nec talis visio arbitranda est propter conuentū illum tamū-

modo

modo, ibi accidiſſe, ſed propter vniuerſi ordinis alumnos. Sicuti & quæ Bononiæ audita eſt vox in ſacello D. Dominici Patris noſtri, concinentibus fratribus, &c. Vox illa inſonuit, inquiens nec ego pater, nec vox filij, propter vniuerſos noſtri ordinis Fratres accidiſſe credenda eſt. Quemadmodũ enim in politico regimine aliquot locis ſolennioribus fieri ſolent earum rerum proclamationes quæ populo intimandæ veniunt, ſic & in iſtis, &c. ſingularis etiã quidam amor diuinus erga illos oſtenditur, & protectio apud quos contingunt ſimilia. Et ſicut D. Dominici Patris noſtri curæ, Bononienſis noſtri cõuentus habet, adſcribi debet, quod vox illa ibi inſonuerit. Nec ego pater, nec vos filij, ſic quoq; noſtri Angelici Doctoris Diui Thomæ Aquinatis ſingulari profectioni quam illius conuentus Regij Neapolitani, quòd in illo talis viſio contigerit ad noſtrorum omnium inſtructionem & emendationem. Frater Antonius Senenſis in Chronico Prædicatorum ad annum 1370. pag. 199.

EXEMPLVM VII.

Blaſphemi ſuperbiam vili minutoque animalculo Deus mirabiliter elidit & confundit.

IN Hiſpania quidam homo leuis ludebat taxillis, & ludo procedente cœpit pecuniam ſuam amittere, dolens igitur de pecuniæ amiſſione, corde orabat Deum, vt ſibi daret lucrum, vel ſaltem poſſet recuperare amiſſum, & quanto plus Deum rogabat, tanto plus amittebat, etiam vbi lucri ſpes apparebat. Amiſſis pecunijs veſtibus & pęnè omnibus tunc confuſus, lamentãs de Deo quod ipſum non adiuuerit, inſipiens, non intelligens quòd diuina bonitas non patrocinatur crimini hic domum furibundus acceſſit, & armis ſe induens, quaſi ad pugnam proceſſurus, aſcendens equum proceſſit ad plateam vbi multi valentes erant congregati, & omnibus aſtantibus quaſi amens dixit. Si quis eſt amicus & fidelis Dei, qui dicat Deum eſſe aliquid, vadat & ſe armet, & congrediatur mecum in nomine Dei ſui, & ego ipſum occidam ſine Deo, & intelliget quod nullus Deus ſit. At toniti ſinguli ſuper talia nefanda, nullus tamen illi reſpondere voluit. Sed cui non reſpondit homo, Deus protinus reſpondit, nam qui olim flagellauerat Pharaonem ſe potentiæ ſuæ opponentem nõ virbs, & leonibus, ſed ranis & muſcis immiſit Deus huic veſano vnam muſcam, licet eſſet tempus hyemis, quæ eum in facie ſic inuaſit, & ſic inter galeam & faciem ſe opponens, aculeis ſuis acriter eum læſit, ita quod oportuit ipſum galeam deponere, & ad terram proijcere. At vbi muſca liberum habuit acceſſum, ſic eum in facie feriebat, qđ ſe defendere non valens, de equo ad terram cecidit, & faciem verſus terram firmans, vt poſſet ſe tueri a muſca, quæ etiam ibi fortiter illum inuaſit, nec ceſſauit, quouſque publice blaſphemiam quam ore profano protulerat, omnibus audientibus cum cordis gemitu reuocauit. Qui etiam dixit, quod Deus ſolus habet verum eſſe, ſine cuius eſſe, nullum ens poteſt eſſe, qui nolui infiniam & blaſphemiam nimiam per maiorem ei iniuriam punirĩ, ſed ad meã maiorem confuſionem me deuicit per vnã muſcam, quo dicto, ſtatim muſca eum dereliquit, de quo cuncti qui aderant laudabant Deum qui eſt benedictus in ſæcula. Hugarius ſiue Vngarus Minorita ſerm. 10. in expoſit. Symb. quæ dicitur Gemma Fidei.

EXEMPLVM VIII.

Sanctus Ignatius marty Deum cantu reciproco laudare inſtitum, beatorum exẽplo.

LEgitur in Martyrologio de S. Ignatio martyre, qui fuit tertius poſt B. Petrum in eccleſia Antiochena, qui ſemel ad vitam beatorum raptus fuit, & audiuit ibi Deum laudari cantu reciproco dulciſſimo, qui cum fuerat ad ſe reuerſus, mox inſtituit ſic Deum laudare cantu reciproco. Sic de Græcis venit ad Latines, ſic legitur quod in monaſterio Huldenſi in recentis annis nunquam ibi ſiluerit vox humana cum cantu reciproco. Gotſchalcus Holen. ordinis Eremitarum D. Auguſtini par. æſtiuali ſer. 4. litera G.

EXEM-

EXEMPLVM IX.

Religioſis indeuotè cantantibus diabolus apparet.

MOdernis temporibus in oppido Bardis Laminenſis diœceſis, cum fratres noſtri leues, & indeuoti, quadam nocte cum inſolentia, & truphis matutinum cantarent, apertè viderunt diabolum in forma gigantis terribili aſpectu, cum claua chorum intrare, ac ſi tales fratres leues vellet occidere. Quod videntes fratres nimio terrore perterriti, ſtatim deuotionem reſumentes, ſanctumque Patrem Auguſtinum inuocantes. Tandem hoſtis ille antiquus cum claua ſua ignea ſuper ſedem percuſſit, quæ veſtigium combuſtionis, in aſſere horribile reliquit, quod ſignum adhuc ibi monſtratur, & ſic hoſtis ille euanuit. Horſchalcus Holen ordinis Eremitarum D. Auguſtini parte æſtiuali ſer. 4. litera G.

EXEMPLVM X.

Sacerdos quidam coram populo confunditur, qui in cantu vanam gloriam affectauerat.

CAntor quidã ad inſtar aſini peſſimè cantabat, cum tamen exiſtimaret ſe optimè canere, multumque in voce ſua afiniua delectabatur, qui cum ſemel cantaret præfationem, mulier quædam incœpit dure flere, & lachrymari, quod percipiens Cantor, putabat quod flere prouocata ad fletum, & deuotionem ex cantu ſuo & dulci ſua melodia, & ob hoc magis eleuabat uocem ſuam, & mulier altius flendo clamabat, quare in cantando habuit magnam uanam gloriam, & ſtatim finito cantu vocauit eam coram toto populo, & petijt ab ipſa, quare ita durè fleret? Cui dixit mulier, Domine ego ſum illa infelix mulier, quæ perdidit altera die aſinum ſuum, quem comederunt lupi, & quando audio vocem veſtrã, recordor aſini mei, quia vos habetis vocem cantandi, ad modum aſini mei Ideò quando audio vos, innouantur dolores mei de aſino amiſſo, & ſic coram omnibus fuit confuſus. Gotſchalcus Holenord Eremitarum D. Auguſt. ſer. 4 parte æſtiuali litera H.

EXEMPLVM XI.

Caſta, & innupta puella recuſans oſculum impartire Imperatori, & illud reſeruans futuro marito, ab ipſo Principe amplo territorio donatur.

CVm Otho IIII. Imperator, Floreutiæ eſſet, & inter multas forma, atque ætatis flore inſignes fœminas Gualdratam bertham, ipſe plurimum laudaret puellæ pater, qui aderat, Bellincionus nomine, obtulit facturum ſe, ſi ita eius ferret animus, vt deoſculandæ puellæ copiam haberet, quod cum puella audiſſet, reſpõdiſſetque Nullius vnquam niſi eius qui vir ſuus eſſet, ſuauium accepturam, adeo modeſto principi ea res placuit, vt indignum duceret, ſine proemio puellam dimittere. Itaque eam in matrimonium Guidoni Germano locauit, uiro non ſolum armis, atque virtute, verum generis quoque nobilitate inſigni, & totam eam vallem quæ ſub Caſtini nomine, in Aretino agro cenſetur, cum Comitatus honore vtriſque dedit, A quibus poſtea familia manauit, quæ Comitum Guidorum nuncupata eſt.
Baptiſta Fulgoſ. lib. 6. c. 1.

EXEMPLVM XII.

Charitatis præcepta erga proximum obſeruans mox a ſubmerſione in cœlum ab Angelis deducitur.

LEgitur exemplum quod quidam plebanus ſicut temporalibus diuitijs, ita & vitijs deditus erat; habuit tamen valde deuotam coniugem, ad cuius ſuggeſtionem religioſos habebat in honore. Cõtigit autem vt ad illius domum diuerterẽt quidam fratres. Itaquè tempore prandij dixit Domina fratrib. Rogo vos boni patres vt dicatis aliqua verba ſalutis, quia illa valde ſunt nobis neceſſaria, ſi Dominus non ægre ferret. Et Dominus ait. Ego ſimiliter peto vt ſdicatis, ſed breuia verba, quia etiam prædicationem tædioſum mihi eſt audire propter prolixitatem. Tunc vnus fratrum ait. Ego vobis dicam breuia verba tam fructuoſa, quod ſi ea ſeruaueritis, in iudicio generali animã meã, qua

qua a iuuentute Deo ſeruiui obligo pro anima veſtra. At ille. Dicatis (ait) & ego iureiurando proteſtor ſeruare. Cui ille; Dixit Saluator in Euangelio: Quodcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et rurſus per Thobiam Spiritus ſanctus ait. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Si hæc ſeruaueris proculdubio ſaluus eris. Cui dives. Repete (ait) pater. Quod cũ frater feciſſet, & ille didiciſſet, rogat ipſum fratrem, vt ipſa breuiter declararet. Et ille reſpondit. Hic eſt intellectus verborum iſtorum. Quod tu ex quo es magnus Dominus velis, vt tui tibi eſſent fideles, te honorarent, vbique decenter ſeruirent: ſi, cum Deus ſit Dominus tuus, ſis fidelis, ipſum ſolum adorando, nomen illius honorãdo, ac illi ſaltem diebus feſtiuis ſeruiendo. Itẽ ſi eſſes pater, deſiderare quod filijs tui honorarent te, tu quoque ſimiliter facito ergo Deum.

Item nolles quod quis te occidere, aut adulterium in domo tua committeret, aut bona tua furarentur, vel falſum contra te ferret aliquis teſtimonium, aut concupiſceret bona tua, vel vxorem, ſic tu debes facere, & ſi horum contrarium quandoque quis feciſſet, velles vt de hoc tibi ſatisfaceret. Ait dives. In veritate pauca iſta verba profundam continent ſcientiam. Veruntamen Deo fauente ea adimplere curabo.

Interim vero cœpit hæc verba ſolicite ruminare, & inuenit ſe in multis illis contraria egiſſe, nam quibuſdam domos, quibuſdam molendinos, quibuſdam poſſeſſiones in pignus diu tenuiſſe, pleriſque iniuriam & verbera intuliſſe recogitabat. Proclamare igitur fecit, ſe omnibus quibus debitor erat ſatisfacturum. Denique cum triſtaretur propter magnam temporalium bonorum diminutionem, ait ſuis militibus. Eamus recreationis ergo ad uenandum; vnde orta tempeſtate & pluuiarum abundantia cum vacui redirent, vidit in vna molendinum cuiuſdam pauperis a torrente diſſipari, & euerti, hominemque cuius fuerat inſufficiẽtem eſſe ad eum reparandum, ait ſuis. Hoc eſt quod ego promiſi ſeruaturũ, ſi enim eſſem talis pauper, optarem vt potentior me adiuuaret. Vnde reſilientes milites de ſuis equis trabes & roram in locũ priſtinum iuſſu illius diuitis repoſuerunt. Rurſus progredientes vlterius repererunt quẽdam peregrinum pauperem, quẽdum vidiſſet Dominus ait ſuis militibus. Hoc etiam eſt de illis quod ego facere promiſi, ſi enim eſſem adeo pauper optarem vt aliquis mihi auxiliarentur, & humane reficeret. Dixit itaque pauperi. Sequere me, & bene tibi prouidebo de hoſpitio & victu. Cui pauper: Domine, ait, audiui a prędicatorib. quod Chriſtus tale opus miſericordiæ ſibi deputat exhibitum, & ideo ita remunerat. Venientes pariter ad domum, & accepta manu pauperis Dominus conſorti ſuæ ait. Ecce ego hoſpitam tibi adduxi, curam ergo illius habeto. At illa; In veritate, inquit, vilis eſt talis hoſpes, pro quo Chriſtus ſe obligabit debitorem. Cumque laute pauperem hoſpitio excepiſſet, iuxta prope cubiculum ſuum, illi pauperi lectũ ſum paruolum diſpoſuit, media autem nocte cepit pauper ſitire, & dicere; Ecce ſiti morior. Quod cum ille Dominus audiret, accepto gladio ait; Domina quid eſt hoc? At illa: Auſcultemus Domine attentẽ, & videamus quid ſit, quo facto aduertunt pauperẽ dicentem: Ecce morior ſiti. Tunc ait Dominus. Hoc etiam eſt quod promiſi ſeruare, quod ſi ipſe eſſem pauper & neſciẽ inter tot gradus quo tranſirem, vehementer deſiderarem quod aliquis mihi potum præſtaret, potum igitur porrigam, qui accepta camiſia iuit ad ciſternam pro capienda aqua, & in illam ruit præceps, mane autem facto, & recedente paupere interrogare cepit Domina famulos ſuos de domino & marito ſuo, de quo unanimiter nihil ſcire reſpõderunt. At illa: Ite, inquit, ad omnes eccleſias & monaſteria inquirentes de illo quia poſt beatum fratrum aduentum totaliter in alium virum, vt ſcitis, mutatus eſt. Quibus redeuntibus, nec eum inuenientibus ait Domina. Mittite anchoram in ciſternam, ne forte lapſus ſit in illam, quia potum ferre pauperi iuerat. Quo facto extraxerunt illum mortuum, & plangentibus omnibus, conſpiciunt in collo illius circulum aureum angelicis manibus ſic præparatum, quod nec extrahi poſſet, nec iunctura illius vlla appareret, ſed ſcripturam hanc continebat: Nos Angeli prius animam illius duximus in cœlum, quam corpus fuiſſet infrigidatũ in ciſterna, quia in miſericordiæ operibus vitam finiuit.

Qui-

Quibus auditis & visis, vxor cum familia repleti gaudio magno, vocant Episcopum ciuitatis, & ille manibus circulum contractans mirabatur, & protinus hoc miraculum insinuauit summo Pontifici & diuersis mundi potentibus. Tunc vxor flexi genibus ait. O misericors Domine Deus, gratias tibi ago quod me tali viro sociasti, qui iam certitudinaliter in tua tecum lætatur gloria, adiuua & me Domine Rex æternæ gloriæ, vt consors illius gloriæ effici merear, quæ uenditis omnibus Christo seruiuit deuotè. O igitur diuina lex, quam breuis, & quam vtilis. O lex Dei immaculata. O lex christiana salutifera, tu contineris in lege naturæ, tu es plena charitate, tu es donum Dei grauitum, tu sola rectificas animas & eas ducis ad gloriosam vitam æternam.

Hugarius siue Vngarus Minora in expositione Symboli quæ gemma fidei dicitur serm. 70.

EXEMPLVM XIII.

Charitas operit peccata aliena.

QVid Amon sanctissimus effecit, cum ad eum fratres quidam venissent bili atque ira perciti, dicentes: Eia pater intuere mulierem, quæ in cella huius fratris est: Bone Deus? quæ miserationis viscera ostendit, quantam præ se tulit anima illa sanctissima charitatem. Cum enim non ignorarent, mulierem sub pithario siue dolioso absconditam haberi, latereque ibi, ingressus cellam, sub pitharium sedit, iussitque vt cellam vniuersam fratres perscrutarentur, & quærerent. Sed cum nihil penitus inuenissent, dixit ad eos: Parcat vobis Deus, frater. Quo facto penè illos confusos dimisit, præmonuitque ne facilè quicquam aduersus proximum crederent. Illum verò fratrem correctione sua modestum, ac sobrium reddidit. Nactus enim opportunum tempus, expulsis omnibus, manum illius apprehēdit, & ait illi. Attende tibi frater, & curam tui solius habe. Ille verò compunctus statim resipuit, & fenis humanitate sanatus est.

S. Dorotheus serm. 6. ad monachos.

EXEMPLVM XIIII.

Charitas erga proximos.

LIbet aliquid narrare de exima misericordia clementissimi Patris Florentij erga inopes & vlcerosos atque deformes, solatia amicorum non habentes. Igitur misericordissimus pater pauperum excepris quotidianis eleemosynis pios mendicantium vius, omni anno in festo beati Gregorij Papæ duodecim pauperes scholares, ad honorem sancti Gregorij ad suum prandium inuitare solebat, quia beatum Gregorium duodecim pauperes omni die habuisse legerat. Et ego ex commissione eius aliquos pauperes nominatim mihi expressos ad domum eius hora prandij introduxi. Qui cibo potuque refecti alacri corde ad scholas redierunt, & de acceptis beneficijs Deo laudes & magnas grates largifluo hospiti suo Domino Florentio, & fratribus eius retulerunt. Tunc manifestè impletum est quod per Psalmistam dicitur, & a multis religiosis ante benedictionem mensæ canitur. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum. Ex vita sancti Presbyteri D. Florentij Radewvini patris spiritualis Thomæ a kempis, c. 16.

EXEMPLVM XV.

Aliud charitatis exemplum in pauperes Scholares.

SImiliter in mense Maio quando herbæ agrestes maxime valent pro medicamentis, pius pater non est oblitus pauperum suorum, sciens ergò multos esse debiles, scabiosos, & vlcerosos, fecit eos ad domum suam venire certo die & hora, pro quadam medicina, & corporali balneatione in aquis calidis cum odoriferis herbis suscipienda. Quibus bene balneatis & lotis, lectulum parauit mundissimum pro sudoribus eorum abstergendis, datoque poculo & consolationis verbo, cum ingenti lætitia ibant ad sua hospitia, mutuò inter se cōferentes. Quam bonus & pius homo est ille Dominus Florentius, & quām boni fratres sunt illi cum eo habitantes, qui nobis propter Deū gratis talia p̄stant.

culpam non incurri. Hac presbyter reſponſione credulus redditus, Dominicam ei cõmunionem iam ſecurus tradidit. Qua ore ſuſcepta, glutiendi virtus ægro protinus ablata eſt. Nam cum paulo ante, quibuslibet etiam groſſioribus cibis facilis eſſet ad ima deſcensus, hoc paruiſſimum corporis Chriſti fragmen, non dicam ſtomachum, ſed nec etiam guttur, vel paululum attingere potuit. Hoc ſentiens ille, niti quantum potuit cœpit, vt illud glutire valeret. Quod dum multoties conaretur, & fruſtrari ſemper ſuos conatus cerneret, coactus ipſa glutiendi impotentia, iuxta lectum quo decumbebat, illud exſpuendo proiecit. Cuius rei euentu valde territus, presbyterum, qui diſceſſerat ad ſe reuocari rogauit. Rediit ergò presbyter, & infirmum reuiſens cur ſe reuocaſſet quæſiuit. At ille, Spiritu Dei agẽte, compunctus confeſſus eſt ſe male egiſſe, ſe Deo mentitum fuiſſe, verumque quod ante negauerat eſſe. Quem cum multo gemitu pœnitentem, & ſatisfacientem is qui ad uenerat presbyter intuens, compaſſus confitenti, & mœrore confecto, eum vt moris eſt abſoluit atque rurſus Dominico corpore refecit. Quo ſuſcepto cum tanta libertate glutiuit, ut uere tunc appareret non caſu, ſed uirtute diuina ne ante hoc ſuſcipere poſſet prohibitum fuiſſe. Poſt hanc igitur reatus confeſſionem, & corporis Chriſti perceptionem, paululum ſuperuiuens in pace quieuit. Hoc non a duobus tantum aut tribus teſtibus didici, ſed a Priore iam dicti loci honeſto, & fide digno uiro, & fratribus eiuſdem monaſterij ac multis alijs, quorum quidam ſe hoc vidiſſe, alij a presbytero ſe audiſſe teſtati ſunt. Et quia de confeſſione ſermo incidit, quanta in ea ſit animarum vtilitas, alio adhuc exemplo monſtrare curabo. Petrus Vener Abbas Cluniac. lib. 1 Mirac. c. 3.

EXEMPLVM. XVIII.

De obitu fratris cuiuſdam, & ad vltimum facta confeſſione.

AD monaſterium ſancti Ioannis Angeli accenſis quod in Xantonẽſi pago ſitum, presbyter quidam Gilbertus nomine ad conuerſionem venit, atque ibi per aliquantum temporis, quod vixit, deuotè conuerſatus eſt. Contigit autem non multo tempore elapſo, eum ex infirmitate, quam incurrebat ad extrema uenire, Cumque ſicut mos Chriſtianorum, & maxime monachorum in ſubſtrato cilicio, & cinere a fratribus compoſitus iaceret, atque horam vocationis ſuæ expectaret, fratres monaſterij, vt eius exitum orationibus commendarent venerunt, & eum vndique pſallendo circumſteterunt. Qui cum ut deſpergeretur expectarent ecce ſubitò reſumpto ſpiritu, & apertis oculis acclamare cœpit profeſſionem fidei, quæ quotidiè decantatur, hoc eſt, Quicunque vult ſaluus eſſe, &c. Et cum prius idiota, & imperitus literarum fuiſſe ab omnibus agnoſceretur, ita diſtinctè, & apertè ſingula proferebat vt a neſciẽtibus, ſi fortè adeſſent, peritiſſimus in talib. extitiſſe crederetur. Qua de cauſſa omnes, qui aderant ſtupefacti euentum rei admirabantur. Qui cum diu admirantes hæſiſſent, tandem Prior Gregorius nomine, qui præ cæteris hoc incumbebat, vir bonæ religionis, intelligens eum aliquid in occulto vidiſſe, ad eum ſe inclinauit, & quæ cauſa clamoris eſſet, vel ſi quic quam quod eos lateret, vidiſſent interrogauit. Ad quod ille, Vidi (ait) perſonarum reuerendæ formæ, cãdidi habitus, & venerandæ caniciei, paulò ante vas cum aqua afferre, mihique dicere. Noueris cauſſam aduentus mei ad te hanc eſſe, vt pedes tuos, qui inquinati ſunt abluã, & eis ablutis totum te mundatum reddam. Cumque admirari me ſuper his quæ dicebat cerneret, adiecit. Non noſti (ait) ad purgationem tui hanc aquam eſſe neceſſariam qui tale quod ipſe noſti crimen comiſiſti, quod de induſtria cœlans nulli hactenus te uelare voluiſti? unde ſcias te nullatenus poſſe ſaluari, niſi quod perniciosè cælueras, ſalubriter ſtudeas confitendo manifeſtare. Deus verò multa ſua miſericordia, neque pro tanto etiam reatu, te perire permittens ad ſenſus corporeos te redire permittit, vt de tanto crimine confitendo, pœnitere, & pœnitendo ſalutem conſequi mereatis. Hac igitur de cauſſa, & a vobis abfui, & ad vos redire permiſſus ſum. His ita dictis, alijs remotis, Priorem aduocans peccatum illud ei confeſſus eſt, a quo huius, & omnium peccatorum ſuorum abſolutione ſuſcepta, ſequenti die prima hora diei aſtantibus, & orantibus fratribus, le-

& confiteri in senectute mea, sed ego morte præuenta sum, quia non sum confessa illud peccatum; nunc, Domine, miserere mei, & ora pro me, quia ego confiteor tibi peccata coram omni populo. Et cum hæc dixisset: S. Hilarius posuit manum super caput eius, & absoluit eam dicens; Indulgentiam, & remissionem, &c. Statim serpentes euanuerunt, & cadauer liquefactũ est ad instar niuis præsente sole.

Gotschalcus Holen ordinis Eremitarum D. Augustini sermone 58. partis hiem. littera C.

EXEMPLVM XXI.

Exemplum cuiusdam fœminæ ad inferos condemnatæ, propter quoddam peccatum a se præ pudore in confessione impie occultatum.

IN Italiæ quadam ciuitate quondam fuit nobilis quædam fœmina, quæ prout exteriori sua conuersatione præ se ferebat ab omnibus tanquam sancta reputabatur, in eleemosynis faciendis liberalis erat Ecclesias frequentabat, & familiam suam in timore Domini gubernabat. Cum ergo, sub tali pietatis nomine, apud omnes bene audiret, vbi ad extremum vitæ peruenit, post mortem suam reliquit, inter alias filiam vnam valde piam, & deuotam, quæ pro prædicta sua matre in dies singulos particularem apud Deum fundebat orationem. Post autem aliquot septimanas cum ipsa sola quadam die esset in cubiculo dictæ puellę accidit, vt subito eoque inusitato corriperetur tremore membrorum. Et conuertens oculos ad ostium cubiculi, vnde ipsi videbatur se audiuisse quendam strepitum, percepit monstrum horribile visu, porci ferini speciem præ se ferens igne, & fetore grauissimum vndequaque emittens. Vnde cum graui timore consternata, surrexisset a loco orationis, addicti cubuli fenestras citissimè cucurrit, vt se deorsum præcipitaret, & sic tam cruentæ bestiæ præsentiam euitaret. Verum audiens illa vocẽ quandam in hæc verba post se omissam; Si iste gradum filia, filia sine gradum, ipsa a Deo nostro confortata in mora subsistit, audiendi causa quid prædictum informe, & horrendum monstrum ipsi, proponere vellet. Quod voce humana talibus cum ea sermonibus egit. Nunc intelligas filia, me esse tuam infelicem, & maledictam matrem, quæ non obstante quia irreprehensibili, & inculpata, nec non & pia conuersatione mea, quam semper in præsentia hominum duxi, nihilominus tamen, propter quædam enormia, & detestanda peccata, quæ cum patre tuo fœdissime perpetraui, & præ verecundia nunquam confessa sum æterni inferni ignibus deputata sum, & propterea nullas pro me deinceps ad Deũ fundes preces.

Cumque prædicta eius filia ab ea petijsset, qualia forent inferni tormenta, respondit. Priuationem visionis diuinæ, præ omnibus maximum esse, & postea cogitationem qua apprehendunt damnati se nunquam liberandos a pœnis. Quibus adiunxit damnatorum exercitium blasphemare, & maledictis prosequi diuinam iustitia, quæ eos tam acriter hisce cruciabat, & torquebat supplicijs. Denuò interrogata de tempore interiecto a die mortis eius, vsque ad tempus, quo in eam damnationis suæ definitiua prolata est sententia, in hunc modum respondit. Statim atque separata fuit anima eius a corpore sine, vt dictum est, præuia confessione debita, rapta fuit ante tribunal Iesu Christi per malignos spiritus & cum ipse eam iracundo vultu inspexisset, iudicasset atque maledictionis sententiæ addixisset, fuit in instanti per cacodæmones præcipitata in inferni terrerrimum barathrum, & cum ipsam monuisset, ne quid eam vlterius, interrogaret, aliquos saltus faciendo super arcas, & scamna, quæ lecticam circumstabant, & eisdem sua vestigia imprimens, tanquam quondam ferarum candens foret, ab ijsdem dæmonibus de nouo ad infernum transportata fuit.

Puella autem damnatione miseræ matris suæ admodum afflicta, postquam quibusdam linteis hæc fœtida vestigia cooperuisset, simulq; prædictum cubiculum obseraſſet, confestim ad Ecclesiam se contulit, ac conuocari fecit prædicatorem, qui toto Quadragesimali tempore habuerat conciones ad populum. Patrem videlicet Damianum Bousiole territorij Cremonensis, cui rem totam prout acciderat plene enarrauit. Quo facto, sese transtert

En,inquit,pater denuo furor. Cur,inquam mi frater, num denego tibi aliquid ex his, quæ vis,& petis? Ait nihil certe. Cur igitur inquam,furaris? Reſpondit,ignoſce mi Pater,neſcio n.cur id facio. Reuera, inquam, dic mihi quid agis ex his quæ furaris? Reſpondit,Aſino appono ea,atque ita inuentum eſt. Furabatur enim fabas palmulas,ſicus,cepas,& alia id genus, quæ poterat inuenire. Quæ quidem omnia partim ſub lectulo ſuo, partim quocunque alio in loco poterat, occultabat. Demum cum quid ex eis ageret,prorſus non inueniret,vbi corrupta,& putrida effecta erant, Aſino,ac iumentis ea apponebat. En fratres videte quam miſerum ſit paſſiones habere iam inoleras, atque in habitum prolapſas Conſiderate, obſecro,quæ miſeria,quæ afflictio, qui cruciatus, quę denique ſit axietas, in habitum ſcilicet,alicuius morboſæ ac vitiotæ paſſionis deuenire Sciebat enim infelix ille malum hoc eſſe,non ignorabat,ſe peruerſe,& nequam agere, lugebat cruciabatur, & tamen infœlix ab illa conſuetudine inuitus trahebatur, quam ex præcedenti ſocordia & incuria ſibi comparauerat. Vnde probè dicebat Abbas Neſthoron. Si quis trahi ſe a morboſis affectibus, & paſſionibus patietur, futurum, vt breui fiat ſeruus earumdē paſſionum,& mancipium vitiorum. Liberet nos Deus,pro ſua bonitate, & pietate ab huiuſmodi paſſionum habitibus, & prauis conſuetudinibus.

S.Doroth.ſer.3 1.ad Monachos.

EXEMPLVM XXIIII.

Caroli Imperatoris,terribilis viſio damnatorum multorum magnatum tam eccleſiaſticorum quam ſecularium.

EXemplum ponitur in Spec.hiſt.l.25. de Carolo Imperatore dicente de ſe ipſo. Ego Carolos Imperator dono Dei Rex Germanorum,Romanorum Imperator ſacra nocte diei Dominicæ poſt celebratum nocturnum diuinum officium, dū irem repauſare, & vellem ſomnum capere, venit ad me vox terribilis dicēs Carole exibuit a te modo ſpiritus tuus in hora nō modica, ſtatimque fui raptus in ſpiritu, & qui me ſuſtulit erat candidiſſimus, tenens in manu ſua glomerem lineum, clariſſimū luminis iubar emittentem,ſicut ſolent cometæ facere quando apparent,cępitque illum diſſoluere,& dixit ad me; Accipe glomeris micantis filum, & liga, & noda firmiter in pollice tuæ manus dextræ, quia per illum duceris in labyrinthias inferiorum pęnas. Hoc dicto, præceſſit me velociter diſtorquens filum luciflui glomeris, duxitque me in profundiſſimas valles igneas quæ erant plenæ pueris ardentibus pice,& ſulphure,plumbo cete, & adipe,& ibi inueni Pontifices Patris mei, & auunculorum meorum. Quos cum pauens interrogarem cuitam grauia paterentur tormenta? Reſponderunt, fuimus Epiſcopi Patris tui,& auorum tuorum, & dum debuimus illos,& populum de pace, de concordia admonere,ſeminauimus diſcordias,& fuimus incentores malorum. Ideò nunc incendimur in iſtis tartareis pœnis,& ſupplicijs. Nos, & alij homicidiorum, & rapinarum amatores. Huc,& tui Epiſcopi, & ſatellites venient qui idem faciunt. Deinde traxit me ſuper montes igneos,de quibus oriebantur paludes,& flumina feruentia,& omnia metallorum genera bullientia,vbi reperi innumeras animas hominū etiam Principum patris mei, & fratrum meorum immerſas vſq; ad capillos, alios vſque mentum,alios vſque ad vmbilicum, & clamauerunt ad me eiulando Dum vixi mus amauimus cum patre tuo,& fratribus tuis facere prælia,& homicidia,atque rapinas pro cupiditate terena. Ideo per iſta bullientia flumina,& metallorum diuerſa genera torquemur. Et cum ad hos timidus accederem audiui retro me animas clamare. Potentes potenter tormenta patiuntur. Et vidi ſuper ripas fluminis bullientes fornaces piceas, & ſulphureas plenas magnis draconibus,& ſerpentibus,diuerſi generis. Vbi etiam vidi aliquos Patris mei principes,& fratrum meorum,& auunculorum meorū dicentes mihi Heu nobis Carole? vides quā grauia habemus tormenta propter noſtram malitiā,& ſuperbiam,& mala conſilia quę regibus noſtris,& tibi dedimus propter cupiditatem. Cumqne dolendo ingemiſcerem, occurrunt ad me dracones apertis faucibus plenis igne, ſulphure, & pice volentes me deglutire; ſed ductor meus

miliæ ſuæ, quod quendam inuitaſſet, quem non deberent intromittere, & præcepit vt oſtium clauderetur, ſicut & feneſtræ. Sedente illo in menſa, fores pulſauit inuitatus quem noluit intromittere. Secundo cum tato pulſauit impetu, vt tota domus tremeret, & aperiens oſtium, domum in tam horribili ſpecie intrauit dicens. Inuitaſti me, ecce adſum, ego comedam tecum. Tũc ex timore (excepto eo) omnes fugierunt. Tu, inquit, inuitaſti me ad cænam tuam, & ego inuito te ad cœnam meam, tertia die venis tali hora, & ſic diſparuit. Altera die dolore, & timore tactus, omnium peccatorum ſuorum confeſſionem inſtituit: Aduenientе autem hora indicta, raptus eſt, & deductus cum corpore, & anima ad loca infernalia, vbi vidit omnia genera tormentorum, ſcilicet, portatorum, & guloſorum. Dixit verò mortuus Iudici. Ecce prandium, & cœna mea, comede nunc mecum ſerpentes, lube ſulphur, picem, & ignem. Ille quaſi præ timore, & horrore pœnarũ ſemimortuus, reductus eſt ad locum, vnde aſſumptus fuerat, & apparuit canus, decrepitus, & quaſi mortuus, qui poſtea nunquam riſit, ſed ſemper lachrymatus eſt, & ſtrictiſſimam vitam aſſumpſit, ſeque emendauit. Vtinam ſic contingeret omnibus ebrioſis, qui etiam ſe emẽdarent, & pœnitentiam agerent.

Gotiſchalcus Holen ordinis Eremitarum D. Auguſtini parte æſtiuali ſerm. 10 ad litteram.

EXEMPLVM XXVIII.

Eleemoſynam præbens fœneratur Deo.

CVm in Samo Inſula eſſemus, narrabat nobis venerabilis pauperum cultrix, Maria mater Domini Pauli candidati, dicens. Cum eſſem in Ciuitate Niſibię, erat ibi Chriſtiana mulier virum habens gentilem. Erant autem pauperes, habebant tamẽ quinquaginta numiſmata, die vero quadã ait vir vxori ſuæ. Demus hæc numiſmata fœneratori, vt aliquod ſolatium ex eis capiamus, ea enim figillatim conſumimus, & deficiunt. Reſpondens autem illa bona vxor, ait viro. Si placet ea fœnerari; veni demus illa ſub fœnore Deo Chriſtianorum. Dicit ei vir eius. Et vbi eſt Deus Chriſtianorum, vt demus ei? At illa. Ego tibi ipſum oſtendam, ſi enim huic dederis ea, non ſolum nõ illa perdes; ſed & vſuras ibi perſolueret, & capitale duplum reddet. Quid ait illi. Eamus, oſtende, mihi illum. & abierunt ei. Illa verò aſſumens virum ſuum adduxit in ſanctam Eccleſiam, habet autem illa Eccleſia quinque magnas ianuas. Cum autem induxiſſet illum in Eccleſiæ porticum, oſtendit ei pauperes dicens, iſtis ſi præbueris Deus Chriſtianorum ipſa accipit. Iſti enim omnes ſui ſunt. Qui mox cum gaudio numiſmata cœpit erogare pauperibus Reuerſus; ſunt in domum ſuam. Cum vero poſt menſes tres neceſſitate ſumptuum anguſtiarentur, ait vir vxori ſuæ. Soror, nihil vt video, daturus eſt nobis Deus Chriſtianorum ex debito illo, & nunc anguſtiamur inopia. Reſpondit mulier, & ait illi. Profectò habebit, vade vbi illa dediſti, & exhibebit ea tibi cũ omni alacritate. Quo audito, ille cucurrens abijt in ſanctam Eccleſiam, venientique in locum vbi erogauerat numiſmata pauperibus, & circuiens totam Eccleſiam, neminẽ vidit, qui ſibi debitum redderet, niſi ſolos pauperes denuo ſedentes. Cum ergo cogitaret in ſe ipſo, cui liceret aliquid, vel a quo exigeret, aſpexit ante pedes ſuos in marmore iacere numiſma vnum ex illis, quæ pauperibus ipſe erogauerat, inclinãſq; ſe, & accipiens illud abijt in domum ſuam, & ait coniugi ſuæ. Ecce profectus ſum in in Eccleſiam, & credere mihi, mulier, & & Deum Chriſtianorum non uidi, vt dixiſti, nullusque mihi aliquid dedit. nili quod hoc numiſma ibi poſitũ vidi, vbi ego prius erogaueram. Tunc ait ad eam mulier illa mirabilis. Ipſe eſt, qui tibi hoc inuiſibiliter præſtitit. Ille enim inuiſibili poteſtate manus ſuæ diſpoſuit hunc modum. Sed vade Domine mi, eme nobis aliquid, vt comedamus hodie, iterumque ipſe prouidebit nobis. Abijt ille, & emit ſibi panem & vinum, & piſcem, & veniens domum dedit vxori. Quæ accipiens piſcem, cœpit ipſum purgare. exenterans que illum, inuenit in uiſceribus eius lapidem ualde mirabilem, ita vt miraretur mulier illius pulchritudinem. Non tamen ſciebat, quid eſſet, ſeruatum autem oſtendit reuertenti

EXEMPLVM XXXII.

Vis excommunicationis, & in corpus poteſtas exemplo cuiuſdam mulieris in corpore poſt mortem punitæ, oſtenditur.

VIdi ego tempore, quo eram ſtudens in conuentu Senarum in Italia corpus cuiuſdã mulieris effoſum, quod iacuerat annis ſeptuaginta in terra, & adhuc integrum in membris omnibus & capillis erat, quod fuit erectum ad murum, ad quod videndum confluebat tota ciuitas. In media verò nocte, ſacriſta, volens intrare Eccleſiam, & accendere lampadem, pro matutino cantando. Eo egrediente illud corpus ſequebatur eum, clamando, quia in excommunicatione fuiſſet ſepulta, & idcirco reſolui non poſſet. Vade ergò ad Legatum Papæ, vt mihi beneficium abſolutionis iniungat, tunc reſoluat. Quod factum, mox abſoluta, & corpore aſperſo aque benedicta, mox fuit reſolutum in cineres, ideoque valde timenda eſt excommunicatio. Gotſchalcus Holen ordinis Eremitarum D. Auguſtini part. hiemali ſer. 62 littera C.

MIRACVLA TRIA PRO Confirmatione Fidei Euchariſtiæ.

EXEMPLVM XXXIII.

Chriſtus apparet in Sacramento Altaris in forma ſpecioſi pueri.

1.

ACcidit, vt vir quidam fidelis occulta impugnatione diaboli tentaretur in fide, qui de Sacramento altari cepit quodammodo dubitare de veritate corporis Chriſti. Is ergo cum ſtaret ad audiendam miſſam alicuius deuoti Sacerdotis ſepè ingemuit, dolens de praua immiſſione ſpiritus maligni, orauitque Dominum, vt ſui in hac vacillatione dignaretur miſereri. Sed miſericors Deus, qui animarum ſaluti varijs, ac miris modis occurrere ſolet, præfatum virum noua, & inſolita viſione inſtruxit, atque in fide ſuauiter confortauit, vidit namque inter manus ſacerdotis ſibi apparere non ſpeciem panis, ſed formam ſpecioſi pueri præ filijs hominum & nimium ſtupens, ac tremens gratias egit, & Deum benedixit; Sacerdotes verò de his nihil ſciens, officium miſſæ ſolito more cum benedictione compleuit. Non enim propter eum, qui fide, & gratia plenus erat, hæc oſtenſa ſunt, ſed propter infirmũ in fide roborandum.

In vita venerandi Sacerdotis Henrici Brune ſcripta per Thomam a kempis c. 7.

EXEMPLVM XXXIIII.

Rurſus apparet in forma hominis, ad tollendam dubitationem mulieris, ortam ob defectum ſcientiæ, vel bonæ vitæ conſecrantis Sacerdotis.

1.

ET quia ſermo de venerabili Sacramento incidit, adhuc referam conſimile factum de quadam Sacerdote in partibus Friſiæ, ſed minus laudabilis vitæ. Siquidem bonæ memorię Fratre noſtro Alardo narrante cognoui, quod erat cum eo quidam presbyter paruæ ſcientiæ, & famæ non clarę. Iſte cum Eccleſiam intraret, vt diuina celebraret, honeſta quædam matrona, quæ eius imperitiam cognouit, cœpit intra ſe de eo ſuſpectè cogitare, ac murmurando dicere. Quid tu imperite uis facere, & quomodo tu indigne poteris tam magnum ſacramentum conficere? Hæc ea cogitante, presbyter cepit celebrare, & diuina myſteria tractare, & conſecrare. Factum eſt autem dum venerabile Sacramentum ritu eccleſiaſtico conſecratum eleuaretur, & omnis populus hoc flexis gentibus fideliter adoraret, matrona ſupradicta uidit in eleuatione, apertis oculis figuram, hominis Chriſti, nimium ſtupida, & perplexa. Finita itaque miſſa hanc uiſionem alteri ſacerdoti ſecretè expoſuit, & quid mali de celebrante antea cogitauerit, humiliter confeſſa eſt, qui diligenter geſtæ rei ordinem, & uiſionem examinans matronæ reſpondit. Hoc Deus pro tua ſalute fieri permiſit, ne de cætero malè de ſacerdotibus cogites, nec de vera conſecratione dubites, licet malę famæ ſint, & indi-

dignæ vitæ. Illa hæc audiens firmâ fidem tenuit, & Deo iudicium de sacerdotibus eius commisit. Ibidem in fine operum Thomæ a kempis.

EXEMPLVM XXXV.

Nolens remittere offensam proximo, non potest videre corpus Christi in manibus sacerdotis missam celebrantis, qui mox, vt eam condonauit, clare illud conspexit.

3.

SEd non te pigeat aliud iterum miraculum, de hoc summæ uenerationis sacramento audire, eo namque tempore, quo monasterium montis sanctæ Agnetis illic moraturus intraui, quidam deuotus clericus, mecum diu in eodem loco habitans pro quadam caussa ad vicinum monasterium perrexit. Cumque in itinere esset, iunxit se illi quidam secularis, cum eo socialiter vadens, ac familiariter colloquens. Factum est autem, dum pariter ambularent, & de Deo conferrent, ait ille secularis clerico secum comitanti: Dicam tibi, amice dilecte, quid mihi in vita mea breuiter accidit. Longo fui tempore, quod intrans Ecclesiam nunquam potui Sacramentum altaris in manibus sacerdotis videre, Existimans autem, quia nimis remotè tunc starem, & præ caligine oculorum non possem bene videre, accessi propius quantum ausus fui, & licuit, sed nihil penitus profuit mihi, nihilque inter manus sacerdotis conspexi.

At istud etiam vltra annum mihi euenit & qua de causâ non satis perpendo tandem in me reuersus, & multùm perplexus ad Sacerdotem me contuli, & cuncta ei in confessione denudauit. Ille benignè me audiés & cautè secreta perquirens, inuenit me stare in odio cuiusdam proximi mei, cui pro nullare voluit offensam qua me offenderat, dimittere. Animaduertens bonus, & discretus confessor culpam malitiæ meæ, increpando, & admonendo perdocuit me asserens periculosum valde fore in tali duritia dare, nec posse aliquando veniam pro mereri, nisi ex corde dimitterem offensas omnes, atque ideirco mihi illud accidere, quia non essem dignus diuinum sacramentum, oculis malignis intueri. Auditis his sacris monitis, acquieui consilio sacerdotis, & toto corde compunctus, remisi ex integro iniurias, nolens meipsum de cætero vindicare, quatenus possem Deo reconciliari, & gratiam perditam recuperare. Tunc demum Sacerdos me absolui, & imposita pœnitentia abire permisit. His gestis statim ad Ecclesiam intraui, & missam audiui, Deo mihi propitio facto, sacrum corpus Christi in manibus sacerdotis, oculis meis clarissime vidi, & gratias agens, Deum in mirabilib. operib. suis benidixi. Idem ibidem.

EXEMPVM XXXVI.

Illustre exemplum honorificè deductæ, & adoratæ Eucharistiæ anno 1264. a Rudolpho Comite Hasburgico, Austriacę domus primo Romanorum Imperatore designato anno 1273. Ex Ioanne Alberto Widmandastio, iurisconsulto, Senatore Regio, & Hesperiæ Orientalis, Austriæ Cancellario, in præfatione, in D. Pauli Epistolas, Syriacę editas, & dedicatas Maximiliano Boemię Regi, postea Romæ Imperatori huius nominis secundo, dedicatus anno 1555.

CVm Rudolphus Comes Hasburgicus, antequam Romanorum Imperator designatus esset, vna cum Regulo Kyburgensi propinquo suo, ad annum fatidicam, in sacra Heluetię solitudinis cella abditam, religionis caussa proficisceretur, atque in uita sacerdotem cum Iesu Christi sacrosancto corpore, vt exituro cuipiam ex hac vita, in proxima casa viaticum præberet, iter pedibus ingredientem inuenisset, de equo descendit, Sacerdotemque impositum vna cum propinquo suo (qui pietate ipsius comm otus editur, quique ardentem cereum, & eris campani crotalum, præferenti, equum suum concesserat) vsque ad ęgrotum tanquam a pedibus, fideliusque minister deduxit, indeque ad eadem sacram, cui Sacerdos, præsidebat, deduxit, e quo, cũ Lustri omissis præfatione, ac Rudolphum, eiusque posteritatem omnem pertinentem dimissi, ad sacram cellam contenderunt, vbi, adorato Deo, mox Religio-

gioſam, anum, magnæ propter vitæ ſancti tatem, apud omnes veneraciones, ſalutant. Quæ veluti plena numine ad Rodulphum conuerſa, pro officio, inquit, & cultu Deo eiuſq; ſacerdoti, ais te nunc tribuo, g a tiam tibi, poſteriique tuis cumulatiſſi ne refert omnipotens Deus, & ne te vana ſpe induci à me ſuſpiceris. Nouem rium tempo ris numerum, quo tibi meæ huius præ di ctionis efficax ſignum oſtendetur, diligenter obſeruato. Rodulphus igitur nouenis, & diebus, & menſibus elapſis e ſpe ſua ad bonum in de annum, quo Romanorum Imperator declaratus, fuit, ætate proceſſit, qui bus religionis ſanctæ initijs, Romani imperij amplitudo in Auſtriacam domũ profecta, certis pietatis rationib. conſeruata, hactenus fuit. Idem Ioãnes Albertus VVid mandaſtius. Origenes Suæuicæ Doctor Matthæus Galenus Catecheſi 151.

EXEMPLVM XXXVII.

Nobilis Germanus Oſvvaldus Mulſer, in ſacra communione nolens communi laicorum hoſtia contentus eſſe, ſed maiorem, qua Sacerdote celebrantes vtuntur, requirens, miraculosè repreſſus eſt.

ANno à natiuitate Domini 1384. quidam Germanus dictus Oſvvaldus Mulſer, ex nobili ortus proſapia in Semeld, ſiue Seefelt & ibidem in caſtro vulgariter Scholoſperg nuncupato reſidens, tempore Paſchali, quo Chriſti fideles ex præcepto Eccleſiæ ad communionem Euchariſtiæ accedere ſolent maiori Hoſtia, & non vt cæteri laici communicare nitebatur. Ex timore itaque huic ſacerdos promiſcue aſſentiri volebat. Sed dum venerabile Sacramentum ſupra linguam antedicti Oſvvaldi poneretur, ecce miraculos aute altare terra ſe appetit, ac ſi ipſum Oſvvaldum prorſus deglutire vellet, & in illam vſque ad genua cecidit, ille verò manibus latus altaris apprehendit, ſed altare iſtic toti inſtar ceræ molleſcere cepit, manibuſque ceſſit. Oſvvaldus præſentem Dei vindictam præſentiẽs, mux pœnitentia ducitur, veniam à Deo precatur. Cumque hoſtiam deglutire nõ poſſet, Deo id non permittente, Sacerdos eam in ſacrarium, reponit: quæ etiamnum hodie ſanguineo colore diuinitus tincta, & ex lingua ſaliua nonnihil contracta conſpicitur. Vbi etiam iam inde ad noſtra vſque tempora plurima fiunt miracula. Ego Tilmanus Bredenbachius ex vrbe in Germania reuerſurus, monitus a R. D. Martino Eiſengreinio, vt ad locum iſtum deuerterem, altare ipſum, & in eo manus Oſvvaldi veſtigia vidi, & contrectaui, ac iuxta illud terræ hiatum quo abſorberi cæperat, modo ferreis cancellis obtectum denique ipſam hoſtium, & caſtrum in quo vixit conſpexi. Porrò Oſvvaldus iſte ſic diuinitus coreptus, in moleſtam incidit ægritudinem, pœnitentiamque agens, & confeſſus, aliquanto ſuperuixit tempore, demum mortuus in Domino. Accidit hoc miraculum, ait R. P. Lucas Pinellus in pago Seefelt, tribus miliaribus ab Oeniponto in Germania. Ab aliquot tamen annis tam Hoſtia, quam lapis altaris, metu hæreticorum, qui vt inimici huius Sacramẽti, ſolent ſupplimere eius miracula, ſunt translata Oenipontum. Excerptum ex tabula ænea, quæ ad perpetuam rei memoriam in templo pagi Seuel, non procul ab Oeniponto in finibus comitatus Tirolis erecta conſpicitur. Bredenbachius collat ſacrar. lib. 1. cap. 55. & P. Lucas Pinellus Societatis Ieſu in ſuo libello meditationum de Euchariſtia cap. de Miraculis Euchariſtia exemp. 4.

EXEMPLVM XXXVIII.

Sanctiſſimum Sacramentum cum ipſo ſacro repoſitorio furtiuè ſublatum, faſciſque ſuper mulum impoſitum extra faſcem erumpit, ac in aerra mire ſubleuatur mirifico ſplendore coruſcans.

ANno 1453. quadam feria quinta & ſexto die Iunij circa horã 10. grande, virtute ſacratiſſimæ hoſtiæ, Turiſini viſum eſt miraculum, prout videre eſt in littera quadam autentica, quæ in hunc vſque diem extat impreſſa, & adhuc in prædicta ciuitate imprimitur, in tanti, ac ſtupendi miraculi perpetuam memoriam. Hiſtoria autem talis eſt. Exiſtente diſcordia quadam inter Francos, Sabaudos, & Pedemontanos, ratione quorundam

in Chriſtianos ſe contulerunt. Ipſi autem beneficio accepto corroborati mandarunt ſacerdoti, vt in loco eminentiori ſe cum Corporalibus ita collocaret, vt ea omnes milites intueri poſſent, vt inde uires ſuſciperent. Quo facto in hoctes maximo impetu irruerunt, & tantopere cum ijs pugnarunt, vt omnis humus illic eſſet ſanguine, & mortuorum corporibus contecta. Habita hæc victoria, & eo bello confecto, quæſtio orta eſt, quoniam loco illa precioſa res collocaretur, quiſque cum ea ſe honorare vellè ſuſtinebat.

Dux autem generalis prudentiſſimè dixit quod cum illud opus Dei eſſet, ad eum quoque ſpectare locum, in quo fit collocanda, declarare. Hoc æquũ viſum eſt omnibus, & in eo conſenſerunt, vt Dei voluntas ſorte cognoſceretur. Ter igitur ſortem extraxerunt, & ſemper Darocę obtigit, de quo loco erat ille ſacerdos, qui illas formas ſacrarat. Neque hoc contenti fuerunt, ſed ad aliam uiam confugerunt, hoc eſt ut mitis inquireretur multa, quæ nõ amplius per terras Chriſtianorum deambulare ſolita eſſet, & Corporalibus in arca poſitis, ea benè ligata ſuper illa, mula permitteretur quo uellet, ire. Vbi verò conquieſceret ibi eſſet illi precioſo depoſito locus. Mula præibat, ſacerdotes ſequebantur cum cereis accenſis, poſt illos ordine ſequebantur milites cum ſuis Ducibus. Dum in hoc itinere verſabantur, è vicis egrediebantur ſacerdotes, & gentes Deum laudantes, & coram mula fruges, & trifolium, aut herbam modicam, & alia huiuſmodi ponentes, vt ibi comederet, conquieſceret, & illis ſacratis rebus frueretur, multa tamen nuſquam conquieuit quoad Darocam peruenit, & cuiuſdam xenodochij, quod extra ciuitatem erat, portas ingreſſa eſt, & ibi aliud miraculum contigit, mula enim Eccleſiam ingreſſa, humi genua fixit, & ita mortua eſt? Noluit enim Deus, neque conſentaneum fuit, vt quæ beſtia in tali te ſeruierat, ad alium humanæ vitæ vſum ſeruiret. Hoc igitur modo illa Corporalia Darocæ permanſerunt eò reges, & principes conuenerunt, & alij primarij viri, vt illud miraculum viderent, & adorarent Deum, qui in illis corporalibus eſt. Tunc legati ad Vrbanum Papam quartum, vt de ea re eum certiorem facerent, iuerunt, qui multas conceſſit indulgentias ijs, qui illas reliquias viſitarent, & alij ſummi Põtifices eaſdem confirmarunt, & auxerunt, vt in Eccleſiæ Darocæ archiuo apparret. Viginti autem annis poſt hoc miraculum feſtum corporis Chriſti inſtitutum fuit. Hæc eſt huius miraculi ſumma, cuius ueritas, vt comprobetur nullis, niſi oculorum teſtibus indiget, eorum ſcilicet, qui quotannis ea proprijs cernunt cum ea expromunt Corporalia, vt in illis Deus, qui in illis eſt adoretur. Vbi duo cernuntur miracula. Vnum eſt adhuc illas formas integras ſine vlla corruptione eſſe iam trecentis, & triginta annis elapſis, ex quo illę forma ſa cratæ fuerunt quod naturaliter fieri non poteſt.

Alterum eſt eſſe ſanguine infectas, & aſperſas. De hoc miraculo ſcriptus eſt liber ad inuictiſſimum Carolum huius nominis Imperatorem quintum, & ad glorioſam Imperatricem illius vxorẽ, qui ea viſerunt, & Dominum, qui in illis eſt, adorarũt. Narrauit in ciuitate Antuerpienſi (dicit Reuerendum Pater Guardianis Fratrum Minorum, oppidi Traiectenſis ad Moſam hoc anno 1602. qui vicario domus Cornelij monti apud Leodium hæc miracula propria manu ſcripta tradidit) illuſtris admodum, ac generoſſis vir Lambertus VVyts, qui cum Paranymphi officio fungeretur, duxiſſetq; Imperatoris magni filiam Regi Philippo 2. Hiſpaniæ ſponſam verſus Hiſpaniam, domum reuertens per regnũ Aragoniæ, ciuitatem Darocam intrauit, anno 1572. & proprijs oculis idem Corporale aſpexit, præſẽte Imperatore Rodolpho & eius fratre germano Erneſto Archiduce Scriptum quoque hoc miraculum, eſt a Reuereudo Patre Ludouico Granatenſi S. Thom. Profeſſore Dominicano lib. de religionis Chriſtianæ præſtantia fol. 382. in editione Colonienſi, anni 1588. apud Germium Calenum.

EXEM-

EXEMPLVM XL.

Aliud miraculum.

ANno 1258. cum quidam presbyter ſacratiſſimam miſſam Pariſijs celebraret in tacello quoddam aulæ Regiæ, populoque oſtenderet diuiniſſimam Euchariſtiam ſuſtuliſſet in altum, pro ſpecie panis, plurimi qui aderant formoſiſſimum conſpexere puerum, quocirca nonnulli rogarunt presbyterum, vt tamdiu in altum porrectis manibus ſiſteret, quoad Rex accerſeretur. Certior autem tanti miraculi factus Rex Ludouicus negauit ſe eo profecturum, quod non credentibus hæc ſigna exiſterent, ſibi verò perſuaſiſſimum, verè in Euchariſtia Chriſti corpus eſſe. Vide Thomam Boſium lib. 14. de notis Eccleſiæ fol. 172. ex Villaneo. qui circa eadem tempora dicitur claruiſſe. lib. 6 c 67.

EXEMPLVM XLI.

Aliud miraculum.

ANno reparatæ ſalutis humanæ 1369. in ducatus Barbantiæ regimine exiſtente, Illuſtriſſimo Domino Domino Venceslao, filio regis Bohemiæ, & eius pia coniuge Domina Iohanna, filia Iohannis tertij Ducis Brabantiæ, circa feſtum Diui Bauonis, Achiſynagogus quidam Iudæorum, nomine Ionathas, triginta argenteis vulgo dictis Moutreuen, eſt Viluoert ſche Moutreuen emit thecam, ſiue ciboriuim quoddam, quo continebantur 16. conſecratæ hoſtiæ, inter quas vna hoſtia erat maiuſcula, hanc cum venerandis hoſtiis ſacratam thecam, cum ab improbo quodam cuſtode ſacelli Diuæ Catherinę Virginis, & & martyris ſiti ſub parochia Diui Ioannis Baptiſtæ, extra muros oppidi Bruxellenſis, nactam furto abſtuliſſet, eaſdem ſacras hoſtias ad ſuæ fœcis homines, in alijs locis commorantes, miſit, ut ad Dei contumeliam eaſdem horrendis modis vilipenderent.

Factum eſt autem cum ipſa die ſacra Paraſceues, qua ſe Chriſtiani in memoriam Dominicæ paſſionis in admiranda pietate & ſpiritualis deuotionis cultu exercere ſolent, dum Iudæis in vnum locum Bruxellis conſtitutum vulgoque dictum iter Ackcken ſimul conueniſſent, pugionibus, & cultris eaſdem hoſtias transfixerunt, & cõtumelioſe pertractarunt, adeo vt ſanguis inde vbertim, non ſine ſtupore, & incredibili etiam maxime perfidorum Iudæorum admiratione effluueret, quod cum uidiſſent quidam eorum, nelut cœleſtis numinis uindicante iuſtitia, in terram ueluti mortui corruerunt.

Cęteri hoc tam admirando miraculo, & portento percuſſi, & conſternati ab impiiſſimo ſcelere deſtitere. Cum autem nullam inire ſecum rationem poſſent, ad huiuſmodi occultandum miraculum, nullumque non monerent lapidem, impediendo ne ad Chriſtianorum principum, aliorumque nobilium aures peruueniret, ſtatuerunt aduocare matronam quandam, nomine Ioannam, a Iudaiſmo ad Chriſtianam, & catholicam fidem ante conuerſam, quã compar eate magna pecuniæ ſumma eius animum expugnare conantur, certaque quantitate nummorum ei oblata hoc effecerunt, vt licet non ita libenter, tamen amore pecuniæ ſuperata ſecum auferre ciborium cum transfoſſis hoſtiis, quas pugionibus, & cultris ſuis transfixerant, & indignis modis contumelioſe tractarant; Interim, cum nollet diuina maieſtas, vt tantum facinus, & immaniſſimum ſcelus in Dei ſacratiſſimum corpus perpetratum quępiam lateret, ſtatim Ioanna prædicta, acri conſcientiæ ſtimulo cœpit exagitari, & propterea cum nullam parãdi cordis ſui viam reperire poſſet (non dubium quin ſuadente Deo, & certo ab Angelo prænonita) ſtatuit ſe conferre ad ſuum Parochum. Itaque cum ſub ſigillo confeſſionis omne ſcelus ſuo Paſtori indicaſſet, totiuſque rei geſtę ſeriem aperuiſſet, monet eam Dominus Petrus de Heda, (ſic enim is Paſtor vocabatur) vt etiam data opportunitate ciborium ad ſe vna cum hoſtijs transfixis deferat. Quibus receptis, aduocat ille Dominum Gerardum Spijkermam, Eccleſiæ S. Gudulæ Supplebarum, & alterius portionis Capellæ Diui Nicolai Bruxellenſis Rectorem, quatenus in negotio tam arduo quid facto opus foret, conſilio ſimul inito ſecum ſtatuerent. Interim peruenit ſcelus id inauditũ ad aures Venerabilis viri Domini Ioannis de Iſcha, prædictæ Eccleſiæ

Di-

Diuæ Gudulæ Scholastici, & Canonici, nec non Reuerendissimi Episcopi Camera censis pro tempore Vicarij generalis, qui ad se vocata prædicta Ioanna, vt amplius omnia cognoscat, eam mandat arcta detineri custodia, vt sic totius rei series manifestius cognoscatur. Mandat interea Illustrissimus, & Serenissimus Dux Brabantiæ VVenceslaus, Bohemiæ Regis filius omnes Iudæos in ciuitate Bruxellensi tunc temporis commorantes, & in Suburbijs, & locis circumiacentibus moram trahentes, capi, & in publica facinorosorum hominum custodia poni, quę vulgò dicitur die Steenpoerte, ibique varijs tormentis adacti facinus cõfitentur, & processu super eorum facinore exacto, flammis viui adiudicantur comburendi, in loco dicto den VVolendries, extra antiqua mœnia prædictæ ciuitatis constituto, postquam curribus per totam ciuitatem fuissent vecti, & forcipibus ferreis candentibus eorum carnes lacerate. Facta est autem hæc animaduersio, in Vigilia Ascensionis Dominicæ anno 1370. Borum quoque bona omnia fisco Domini Ducis fuere adiudicata, quemadmodũ liquet ex rationibus redditis id temporis, per Godefridum de Fridum de Teruis, quæstorem generalem dicti Domini Ducis, in districtu Bruxellensi, quarum summa asseruatur in Camera computus.

EXEMPLVM XLII.

Famæ potius, quam diuitijs seruiendum.

QVidam mercator in ciuitate Ianuensi, Obertus nomine, tantæ legalitatis erat vt quidam quingentos apud eum aureos depositisse mendaciter diceret, illeque minimè super hoc chartulam seu scriptum reperiret, nullosque mendosos testes adduceret. Et mercator fidelissimus diceret se depositum, minimè recepisse. Et ille clamans vociferare vellet. Obertus eum statim vocauit, dicens. Tace fili, accipe quingentos aureos, quos te apud me deposuisse affirmas, statimque ipsi pecuniam numerauit: Malens iniuste pecuniam perdere, quam bonæ famæ sui nominis detrahere. Gotschalcus serm. 97. part. æstiual. litera D.

EXEMPLVM XLIII.

Rex quidam, cum subditis suis ab idolorũ seruitute auocatur, miraculo probante Christum verum esse Deum.

TEmpore Othonis primi Imperatoris, quòd Danis qui idola colebant cum Christo, cum Popone clerico in conuiuio altercantibus, super cultura Dei & Deorum; Danis asserentibus Iesum esse, non Deum, sed hominem. Popone verò è contra affirmante Iesum esse verum Deum solum, Rex Araldus præcepit clerico, vt fidem propositam a se, probaret testimonio veritatis, quod annuente clerico ingentis põderis ferrum ignitum manibus illius ferendum imponitur. Quod cum clericus vsque ad palatium portasset absque vlla lesione: Rex penitus abiecta idolatria: se, suosque ad colendum verum Deum conuertit, & clericum ad Episcopatum promouit. Gotschalcus Holen ordinis Eremitarum D. Augustini parte æstiu. ser. 11. littera D.

EXEMPLVM XLIIII.

Fraus mercatoris depositum negantis, sagaci mulieris cuiusdam prudentia detegitur.

LEgimus mercatorẽ quendã in seruandis depositis claræ famæ, sed vbi erat oportunitas fur erat, & latro. Huius famam quidam extraneus audiens, thesaurum non modicum reseruandum illi reliquit. Post annos verò tres homo a mercatore suum repetijt accommodatum sibi depositum. Mercator verò sciens illum, nec testes habere super hoc, nec chirographum aliquod depositum negans, se ipsum minime cognoscere asserebat. Quod ille audiẽs ibat tristis, & mœrens. Cui cum obuiasset uetula quædam, causam tantæ tristitiæ ab eo sciscitabatur. Tunc ille, non potest me iuuare mulier. Ait illa. Obsecro te, vt mihi causam tuæ tristitiæ enarres forte tibi consilio saluberrimũ dare potero. Victus ergo homo infortuniũ suum totum per ordinẽ mulieri dixit. At sagax mulier, & prudens vetula. Habesne, inquit, aliquem in hac ciuitate amicum vbi fidelem? Respondit

mēa Neſtorianis communicarem, tecum permanſiſſem. Cum vero audiſſet ſenex Neſtorij nomen, afflictus de perditione fratris corripiebat eum, & orabat, vt recederet ab hac peſſima & perniciosa hæreſi, accederetque ad ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, dicens, non eſſe aliam ſalutis ſpem, niſi reſtè ſentiamus, & credamus (vt reuera eſt) ſanctam Mariam Dei genitricem eſſe. Dixit autem frater ille ſeni; Profecto domine pater, omnes hęreſes ſic dicunt, niſi nobiſcum cōmunices, ſaluus eſſe non poteris. Quid ergo faciam, infęlix, neſcio. Deprecare igitur dominum, vt reipſa me certum faciat, quæ nam ſit vera fides. Senex autem cum gaudio fratris verba ſuſcepit, dixitque illi, ſede in ſpelunca mecum, & omnino ſpem in Deo habeto, quia reuelabit tibi ipſius benignitas, quæ ſit vera fides. Dimiſſoque fratre in ſpelunca ſua, egreſſus eſt ſenior propè mare mortuū, orans Deum pro fratre. Circa autem horam nonam diei ſequentibus, adſpexit frater quendam adſtantem ſibi adſpectu terribilem, ac dicentem. Veni, & vide veritatē aſſumenſque eum, duxit in locum tenebroſum, ac fœtidum, ignes euaporantem. Atque in ipſis ignibus vidit Neſtorium, Eutychen, Apollinarem, Dioſcorum, Seruetum, Arianum, & alios quoſdam. Dixitque illi is qui apparuerat, locus iſte paratus eſt hæreticis, & blaſphemantibus, & his, qui illorum dogmata ſequuntur. Si ergo placet tibi locus, perſiſte in tuo dogmatę. Si autem ſupplicium illud experiri non vis, accede ad ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, quam te ſenex docet, dico enim tibi, quia ſi omnes virtutes homo operetur, nec rectè credat, in hoc loco cruciabitur. Atque in hoc verbo venit frater in ſe metipſum, & redeunti ſeni narrauit omnia quæ viderat, acceſſitque ad communionem ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ. Romanſit autem cum ſene, impletiſq; quatuor cū illo annis, dormiuit in pace. Ioānes Moſcus Euiratus cap. 16. Prati Spiritualis.

EXEMPLVM XLVIII.

Simile exemplum de pœnis, ac damnatione hæreticorum noſtri temporis.

COnuenit cū præcedenti hiſtoria ſcitum quoddam, quod mihi vir quidam ætate doctrina, & pietate venerandus communicauit, totamque rei ſeriem a perſonis fide dignis in ipſo loco vbi contigit, cognouit. Anno 15 9. Delphis (quæ celebres eſt Hollandiæ ciuitas) in monaſterio ſanctæ Annæ fuit ſanctimonialis quedam vocata Anna, Georgij nota, filia cuiuſdam viri nobilis alterius prouinciæ, inuita-pœne in idem monaſterium intruſa, quæ cum annum ætatis ageret 24. in grauem incidit infirmitatem circa horam 7. veſpertinam, ex qua exanimis facta eſt manè circa horam 3. iacuitque omnium vitalium ſenſuum expers ad quartam horæ partem. Tandemque ſibi reſtituta, grauiter ingemuit, oculoſque in Prioriſſam conijciens, ait. Chariſſima mater, vbi nunc fui; Equidem vidi Scribas, & Phariſæos ardentes in barathro gehennæ. Mater verò placidis ſermonib. eam reprimere conabatur, exiſtimans illam mentis impotentiam incurriſſe. Reſpondit illa, ſe nulla mentis inopia laborare, ſed pleniſſimè ſibi conſtare; Viditque, inquit, Lutheranos ardentes in abyſſo inferni. Cumque obiurgaretur a quandam ſorore adſtante prohibereturq. talia proloqui illa mox luculentiori voce ſubiunxit. Tunc, inquit vis vt fileam? non eloquar ſolum, ſed vociferabor, & eiulabo, quoniam ab omnipotente Deo compellor hæc eloqui, viditq; Lutheranos in profundis abyſſi infernalis, & quendam iam dudum hic Delphis defunctum, quem quidem ipſa nec nouerat vnquam, nec viderat, ſed quædam laica mulier lecto aſſiſtens eundem nouerat. Vidi præterea, inquit, illam perſonam, quæ ut ab hac religione monaſtica deficerem, blandis pernitioſiſque ſuggeſtionibus pellicere conabatur, tartareis ignib. manciparam, ſed gratias ago tibi benigniſſime Ieſu, quod per ſeueraui in hoc ſacro inſtituto, tuum hoc eſt domum, non meritum meum. ſeruiui quidem tibi languidè, ac repide ſed pijſſime Ieſu, ſi dignaberis mihi parcere, propono tua gratia cooperante, me ex toto

corde emendare. Post hæc ad extremum vitæ agonem deueniens, obruebatur quibusdam infirmitatibus, quæ a diuersis sanctis denominari consueuerunt. Quas dum sustineret admodum lamentabiliter dicebat Benignissime Iesu, quid causæ est quod his plagis tã opere discrutior à gratias tamen pro his ago tibi, & profiteor, licet te in sanctis tuis non blasphemauerim, repide tamen & remisse eos colui O grauissima Dei mater Maria, & tu sacratissima Anna nunquam vestris cultorib. precum vestrarum suffragia subtrahatis. Vos verò sancti, & electi Dei, ignoscite mihi, quod nũ ea qua decuisset, veneratione, & cultu uos honorauerim. Et his quidem illa modis culpam suam deprecabatur, gratias autem, inquit, ago tibi clementissime Deus, quòd plenam nunc assequar omnium hostium, & periculorum meorum victoriam, quodque in hoc sacro ordine, & habitu, & religione catholica, nunc vita hac defungar. Quod audiens mater monasterij, cepit uberrim lachrymari. Ad quam infirma, noli, inquit, flere, sed mecum diuinæ bonitati gratias age, quod ætate, & tempore maximè congruo hinc euocor, & timeo enim, si diu vixissem quod in sancta hac religione non satis constanter perseuerassem vsque in finem. Reliquis verò sororibus dicebat, vt essent obedientes, nihil cuiquam darent fine consensu, matris, vitam seriò emendarent, ac pœnitentium agerent. Post hęc dulci voce odas istas Ecclesiasticas decantauit, sit porta Christi pervia Maria mater gratiæ; denique versum vnum pij cuiusdã cantici Germanici, quod incipit: Confido me breui amabilem vultũ Domini Iesu contemplaturam moxq; cessauit loqui, & post horam in Domino obdormiuit. Tilmannus Bredembachius lib. 7. Collat. sacrar. c. 26.

EXEMPLVM. XLIX.

Clandestina mala diu celari non possunt.

PAret quia, cum quidam Christianus se associasset cuidam Iudæo, in quadam via, & Christianus vellet Iudæum propter pecuniam occidere. Ait Iudæus. Noli facere hoc malum, quia finaliter totum scietur. Ait Christianus. Quis hoc diceret cum simus in loco secretissimo? Respondit Iudæus. Perdices quæ coram te uolant, sed ipse parum curauit. Iudæum interfecit, & pecuniam ei abstulit. Quadam uerò die cum igni assarentur, & iam uerum perdices a Domino ipsius capiæ assarentur, ex incoeperunt sonitum quendam edere, eo modo, quo solent plerumque carnes coctæ. Tunc ille perterritus, ac solitò pallidior, memorq; a Iudæo dictorum, hinc inde quoque aspiciens, a Domino (qui aliquid subesse suspicabatur) deprehenditur, & laqueo suspensus est.

Gotschalcus Holen ord. Erem. D. Augustini par. æstiualis serm. 99. lit. D.

EXEMPLVM L.

Honestas & verecundia seruanda in membris tegendis, & cum operibus naturæ seruitur.

MAximilianus primus eius nominis Imperator, cui successit in Imperio Carolus quintus eius nepos, tantæ fuit honestatis & verecundiæ, vt nemo ex cubicularijs vnquam, vel meiere, vel naturæ opera egere viderit, immo etiam vix medicis vrinam suam perspiciendam permiserit. Quin etiam cum instantem mortis horam persentiret, & quid de suo corpore post obitum fieri vellet præordinaret, inter alia præcepit, vt sibi statim subligaculum dum viueret inducerentur, ne quis post mortem eius verenda conspiceret, perpendant multi Christiani, quam longè absint ab illa verecunda honestate, qui non verentur coram alij huiusmodi operibus satisfacere, valentes & sani, qui secessibus, & locis secretioribus uti possent ubi a nemine deprehenderentur, meminerintque illius sententiæ D. Bernardi serm. de vita solitaria ad Fratres de Monte; Honestas, inquit, amica Deo, & Angelis, quemadmodum è diuerso inhonestas, & indecentia immundis dæmonibus, & impuris spiritibus, grata est, & familiaris.

VVolfangus Lazius, Cuspinianus & alij.

EXEM-

EXEMPLVM LI.

Honores mutant mores, & inflant mentes.

FIlius cuiuſdam carbonarij propter diſcordiam eligentium fuerat electus in Regem ciuitatis. Veniens pater, videns filium ſuum in regalibus inſignijs, interrogauit filium an ipſum agnoſceret? Reſpondit filius: Pater non cognoſco meipſum, quomodo deberem te cognoſcere? Gotſchalcus ſer. 17. par. æſtiu. litera C.

EXEMPLVM LII.

Hoſpitalitas ſubulci Regij laudata, & remunerata, & inhoſpitalitas Regis reprehenſa, & punita.

CVm Germanus Epiſcopus Altiſiodorenſis in Britannia prædicaret, die quodam Regis Britanniæ palatium cum ſuis diſcipulis introiuit, & directo ad Regé nuntio pro vehementi frigore, & ſuperueniente nocte hoſpitium poſtulauit. Sed cũ Rex immitis concedere noluiſſet: Germanus, cum diſcipulis ſuis ſub dio perſiſtens niuem, & grandinem patienter ſuſtinuit. Iamque veniente nocte ſubulcus Regis regreſſus a paſcuis accepta in palatio præbenda ſua ad proprium tugurium redibat. Is cum ſanctum Germanum conſpexit vehementi frigore cum diſcipulis tabeſcentem, perſonæ dignitate permotus, oro, inquit, quiſquis es Domine, vt tibi, & ſocijs parcas, & veniens ad hoſpitium meum officium paupertatis meæ ſuſcipias benignè. Cumque Germanus ad eum humiliter declinaſſet, porcarius ille vxorem ſuam monuit, vt vitulum vnicum quem habebat occideret, & hoſpitibus cęnaturis apponeret. Poſt cœnam ergo Germanus mulierem euocat. Iubetque vt oſſa vituli diligenter collecta ſub pellem eius, ante matrem in præſepe collocet. Quo facto vitulus ſine mora ſurrexit, matrique coaſtans comedere fœnum cœpit. Tunc Germanus hoc audiens rogat hoſpites ſuos, vt ſaluo iure hoſpitij, hoc interim beneficium acceptarent. Facto autem mane, Germanus ad palatium regreditur, & Regem egreſſurum de palatio præſtolatur. Exeunti feſtinus occurrit, & cur ei ſerò hoſpitium negaſſet, patenter inquiſiuit. Rex ſtupore defixus, & ſancti auctoritate attonitus reſpondere non potuit. Tunc Germanus, egredere, inquit, & regnũ meliori dimitte. Illo hæſitante, Germanus cunctantem impellens. Egredieris, ait, & ſicut Dominus diffiniuit, nequaquam deinceps poteſtate Regia abuteris. Rex autem poteſtatem cœleſtem in præſule reformidans, cum coniuge & liberis indifferenter exiuit & vlterius ingredi non præſumpſit. Tunc Germanus ſubulcum eum cum coniuge venire fecit, & vniuerſo ſtupente palatio regem conſtituit. Ex tunc Reges ex ſubulci genere prodeuntes genti Britonũ dominantur. Deo eis humanas mirabiliter ordinante, per beatum Germanum. Vincentius Belcacenſis c. 21. c. 11. & Gotſchalcus Holen ſer. 32. patris Hyemalis.

EXEMPLVM LIII.

Fortunam reuerenter habe, quicunque repente
Diues ab exili, progredere loco, Auſon.

VViligiſus natione Saxo, in villa Stroningen, infimæ conditionis parte Harmaxurgo, plauſtrario natus fuit. Ipſe verò ingenio quaſi diuino erat præditus, atque omni genere optimarum virtutum excultus.

Itaque literarum doctrina, & prudentia adeo excreuit, vt Othonis ſecundi Romanorum Imperatoris Archicapellanus fieret. Cum autem ſumma modeſtia, & pietate idem officium optime exequeretur, ab eodem Othene, in Moguntinæ ſedis faſtigium collocatus eſt, anno ſalutis humanæ 976. Poſtea etiam cum electores Imperij ab Othone III. quem ipſe educarat, cõſtituerentur, ipſe primus Moguntinus elector factus eſt. Ipſe verò agnoſcens quam facilè genus humanum ſuperbiret, atque in vitia laberetur, vt ſui generis, & conditionis ſapius, & facilius reminiſceretur, in priuato cõclaui, ad quod ſolus clauem habebat, rotam in pariete depingi fecit, cum hac inſcriptione, VViligile memineris quid ſis, & quid olim fueris. Hæc rota poſtea

insigne Archiepiscopatui Moguntinensi, atque ab Henrico 2. Imperatore confirmatum fuit. Hac ratione factum est, vt Willigisus virum humilitatis exemplar, per triginta sex annos optimè Ecclesiam Moguntinam gubernaret, adeoque Deo, & hominibus gratus esset. Tandem verò annis, & laboribus consumptus, cum multa hinc inde Monasteria, & templa erexisset in Domino obdormiuit, anno 1011. quo tempore Cæsar Bambergensem Episcopatum fundauit. Ioannes Zieglerus de viris illustribus.

EXEMPLVM LIIII.

Ioannes Damascenus vilibus officijs, in Religione se exercet, humilitati, & mortificationi operam nauans.

DAmascenus vir diues, & nobilis, ac magistratib. etiam gestis claros, ad monasticam disciplinam se receperat, in qua cum seni cuidam traditus esset, vilum est, huic primum, ac præcipuum in eo humilitatis fundamentum ita facere, vt eum infirmis quibusque perfungi iuberet, ollas tergere, vertere sordes, scaphia purgare, omnia denique obire ministeria, insuper etiam, quasi nullam rem rectè ageret, crebra eum reprehensione, atque obiurgatione tentare, in qua eum ratione menses aliquot exercuit, tanto eius profectu, quàtum deinde totius vitæ sanctitas declarauit. Sed tamen tantum abest, vt illæ infimæ, ac sordidæ etiam, si per se spectentur functiones aliquam Damasceno inter suos notam pepererint, vt potius id ipsum magis eum illustrarit, admirantibus omnibus & in cœlum ferentibus talem in tanto viro, & mundi, & sui ipsius despicientiam. Accipse quoque senex, qui ista impetrando fuerit eum personam induerat, vbi maturum esse vidit, hilariter eum, iucundeque complexus, & tantum ei profectum gratulatus, cum multis laudibus a sua disciplina tanquam iure donatum dimisit. In vita Ioannis Damasceni, & Hieronymus Platus libro 1. de bono statu Religiosi, cap. 21.

EXEMPLVM LV.

Imagine Beatæ Virginis per Lucam Euangelistam depicta, eademque iussu Gregorij magni Romæ in supplicatione circumgestata miraculosa a peste liberatio subsecuta est.

GRegorius cum sæuissima pestis Romæ sæuiret, ac multæ simul aliæ calamitates accederent, religiosam in die Resurrectionis supplicationem instituit, & Virginis Dei genitricis imaginem in publicum efferri curauit, piamque circumgestationem Deus præsenti miraculo comprobauit. Etenim quacunque ferretur imago pestilentis cœli grauitas depulsa, & optata salubritas in vrbe consueta est. Vbi gratulantibus omnibus Deo, ecce tibi Angelus, qui sanctam Virginem his vocibus è cœlo alloqueretur. Regina cœli lætare, alleluia. Quia quem meruisti portare, alleluia. Reluri exit, sicut dixit, alleluia. Quam orationem simul atque Gregorius coram audiuit, diuino Spiritu statim excitatus, eam in hunc modum expleuit. Ora pro nobis Deum, alleluia. Quod canticum deinde solemne manfit in Ecclesia, & Paschalis lætitiæ, vel argumentum, vel confirmatio quotannis esse consueuit. Eandem historiam a veteribus acceptam, Sigonius quoque confirmat lib. 1. de regno Italiæ. Theodoricus de Apoldia. lib. 2. de vita S. Dominici cap. 5.

EXEMPLVM LVI.

Constantinus Cypri Episcopus in Concilio Micæno 2. actione 4. de quodam Cyprio, quidam imaginem Deiparæ violans, meritas luit suæ impietatis pœnas.

FVit vir Cyprius in vrbe Constantia armentarius, qui orandi causa in virginis Deiparæ sacellum concessit, atque cum inter orandum suspiceret, imaginem Virginis ex coloribus in particibus expressam, animaduertit, ac indignabundus dixit? Quorsum hæc? Statimque stimulo, quo boues agebat sublato eidem imagini Virginis dextrum oculum eruit. Egressus porrò, dum forrè pecus ad maturandum

iter

iter pungit, ecce ſtimulus confringitur, & ea pars, cui ferrum erat infixum, in dextrũ hominis oculum recta inuolat, ac miſerũ oculo priuat. Narrat hoc Conſtantinus ſanctiſſimus Cypri Epiſcopus coram toto cõfeſſu Patrum, verbique diſertis adiungit. Hunc ego Conſtantinus virum vidi, & vnoculum etiam ex hac cauſa eſſe cognoſco. Concilij Nicæni. 2. actione 4.

EXEMPLVM LVII.

De Ioãne Anachoreta, qui ſe Virgini Deiparæ apud imaginem eius commendãs, poſt reditum candelam ſemper ardentem inuenit.

IOannes Anachoreta vir magni nominis, & præcipuæ ſanctitatis, qui ſenex in ſpelunca quadam vixerit circa villam, quæ dicitur Sochus, viginti propemodum miliaribus diſtans ab Hieroſolymis. Habebat idem in ſua ſpelunca Deiparæ, ac Dominæ noſtræ ſemperq; Virginis Marię imaginem, eaq; matrem Chriſti Filij geſtatricem exprimebat. Qui ſenex, ſi quando religionis cauſa vellet alio proficiſci, & loca veneranda petere, quod illi ſerat perquam vſitatum, de more candelam coram eadẽ imagine incendebat, & precatione facta, Deo ſeſe, iterque ſuum commendabat, ſimulq; in ipſam Deiparæ imaginem intuẽs his verbis vtebatur. Sancta Domina noſtra Dei genitrix, quia longum iter facere ſtatui, ac multis direq; abeſſe cogor, tu candelæ huius habe curam; eamq; ne extinguatur iuxta meum deſiderium ſerua. Te quidẽ comite, & adiuuante hoc ingredior iter. Hæc vbi dixiſſet imagini, in viam ſe dedit, & itinere confecto domum poſtea redijt ita, vt aliquando vnum ſæpe duos etiã vel tres, imò quinque, & ſex menſes abeſſet. Semper autem in reditu candelam inuenit integram, & ardentẽ, ſicut illam ante iter ſuum accenſam reliquerat, nec vnquam vidit extingui. Idquod circa certum & euidens miraculum fieri neutiquam poterat, Deo haud dubie Deiparam hoc prodigiũ, operante, ac piam ſancti ſenis fiduciã corroborante. Ioannes Moſcus Euiratus in Prato ſpirituali Sophronij c. 180.

EXEMPLVM LVIII.

De imagine Virginis Deiparæ, quam, nè monachus veneraretur, dæmon diſſuadere ſtudet, promittens deinceps ab eo impugnando deſtitu um.

MOnachus quidam ſolitarius, & inſignis Chriſti pugil, iamque grandæuus in monte Oliuarum habitabat, & ab impuro ſpiritu fornicationis acriter impugnabatur. Qui cum vehementer infeſtare, eiulare demum cœpit, ac dicere infeſtanti dæmoni. Quouſque tandem miſſum me non facies? Recede iam à me, qui mecum quaſi conſenuiſti. Dæmon verò illi ſe viſibilem exgibens, hoc modo reſpondit. Iura mihi, te nemini mea verba, quæ dicam renunciaturum, ac deinceps te oppugnare deſinam. Iurauit ſenex de ſeruanda fide ſilentij, ac dixit. Per illum, qui in altiſſimis habitat, ea quæ dixeris mihi nemini reuelabo. Tum ille, noli inquit, hanc imaginem adorare, & ego a te impugnando deſiſtam, habebat enim ſenex eo in loco imaginem, quæ Domina noſtra ſanctæ Dei genitricis Mariæ, Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum circumgeſtantis figuram exprimeret, quam & ſolitus erat venerari. Hoc audito, ſenex deliberandi tempus poſtulauit, remque omnem die ſequenti expoſuit Abbati Theodoro Aeliotę in laura Pharã tunc habitanti. Is monacho reſpondit. Verè illuſus es, Domine Abba, & peccaſti iurando dæmoni, ſed quod arcanũ apperueris, recte abs te factum eſt. Cęterũ in quodlibet huius vrbis lupanar ingredi te præſtat, qua vt Deum, ac Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vna cum matre ſua deſinas adorare. Atque in hanc ſententiam plura expoſuit, eiuſque monachi deſcedentis animum in hoc adorandi inſtituto bene confirmatum reliquit. Rediit igitur ad monachum dęmon, & cum illo expoſtulãs dixit. Quid hoc rei eſt ſenex nequiſſime? itane ſeruas mihi fidem ẽt iuramento firmatam de arcano reticendo? equidem hoc tibi affirmo fore, vt in die iudicij Deum iuratũ ſentias, & huius periurij pœnam exſoluas. Reſpondit monachus, nec quidam iuraſſe ſcio: ſed nihilominus Dominum, & creatorem adorare pergam, tibi verò non obſequar, quidquid etiam promiſerim:

hanc hiſtoriam, qui velint improbè carpant, & calumnientur, nos eam rectè à grauiſſimis Patribus ſeptimæ ſynodi iam p. idem approbatam habemus.

Idem in Prato Spirituali Sophronij c. 45.

EXEMPLVM LIX.

Thomas Morus lib. 1. Dialog. cap. 16. & refert Laurentius Surius in Chronicis, de puella quadam nobili, cum alijs quibuſdam a dæmonæ obſeſſis apud Imaginē Beatæ Virginis Ipſnunchij liberatis.

AIt Thomas Morus loco citato, ſe pleraque ſuæ ætatis commemorare poſſe miracula, quæ ad imagines; quas ſolent, homines pij etiam peregrè inuiſere, edita ſint, tam ab omni ſuſpicione aliena, tamq; amplis ſulta teſtimonijs, vt qui ea velit reuocare in dubium, is non multum ab infamia abeſſe videri queat. Interim vnum recitat admodum illuſtre, quod ante paucos annos in cuiuſdā viri nobilis Roger: VVentworthi aliquot proles declaratum ſit diuinitus, præcipuè autem in vnam ex filiabus eius, annorum non amplius duodecim, quam malus dæmon inuaſerat, & multis modis diuexarat. Erat illa iā mentis inops, deliransque procaciter, & petulanter in Deum ipſum incurrebat execrabaturque res quaſque precibus ſacratas, & quod mirum eſt, facilè etiam nullo iudicante a non conſecratis illas internoſcebat, fiebant hęc procul dubio illo efficiente, qui puellam occupabat. Interim verò, tum ſua voluntate, tum diuina admonitione permota eſt, vt ad Sanctæ Mariæ Ipiſnuntchij (eſt hoc Anglię oppidum) accederet. In illo autem itinere, quæ id temporis alibi dicerentur, & fierent, citra mendacium edicere potuit, multaque, rapta in extaſim rara, & ſublimia promebat, licet ipſa eorum rudis eſſet, & imperita, vt etiam viri doctiſſimi nō mediocriter admirarentur talia ab illa dici poſſe. Vbi porrò ad locum ventum eſt, erat ibi imago Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Coram ea dum illa puella ſiſtitur, aderant perplures ſplendidi, & nobiles viri, & ecce ab illo retro ſpiritu horrēdum in modum dilaniatur, facies & oculi terribilem in ſpeciē trāſformantur os contorquetur & diſtenditur, oculi in maxillas prominent, vt ſine horrore nemo eam poſſet intueri. Aderāt & alię perſonæ, in quas permittente Deo improbus Sathā mirabiliter ſæuiebat. Atqui mox omnes illæ vna cum puella perfectæ ſunt redditæ ſanitati. Huic tanto ſpectaculo aderant parentes puellæ, homines & ordinis ampliſſimi, nempe equeſtris, & rebus locupletes, aderant & alij per multi, magnæ dignitatis, prudentiæ & experientiæ. Aberat verò omnis fingendi vel ratio, vel ſuſpicio, tum quod puella eſſet tenera ætate, tum quod rei ipſius immanitas, & horrēda ſpecies omnem excluderet ſimulationem. Certum autem puella ſe liberatam, licet pater obluctaretur, mundo huic illico nuncium remiſit, & in cœnobio bene inſtituto ſanctarum virginum religionem profeſſa monaſticam, & piè & ſanctè vixit Idem vbi ſupra.

EXEMPLVM LX.

Quidam grauiter puniuntur, propter iniuriam imagini illatam.

IN Francia eſt quędam Abbatia, quę Delis vocabatur, in qua eſt quædam imago lapidea ad honorem Beatę Marię ſculpta, ad quam, cum quædam pauperecula mulier veniret, orandi gratia aderant ibi duo Brabantini, qui improperantes mulieri imaginem blaſphemabat, vnus etiam lapides in imaginem proijciens, cum vno lapide percuſſit, & fregit brachium pueri Ieſu, & cū manus illa lapidea cecidiſſet; exierunt guttæ ſanguinis a brachio, ac ſi eſſet hominis viuentis ſtatimque in eodem loco, qui lapidem proiecerat expirauit. Alter verò, cum vellet morientem inter brachia ſua colligere, vt ei præberet aliquod adiutoriū, ſtatim arreptus eſt a dæmone, & ſequenti die defunctus eſt, & cum turba multa conueniret, vt imaginem, & ſanguinem de lapide fluxū videret, ipſis videntib. prędicta imago ſcidit veſtimenta ſua, ſ. ornatum lapideum, & collum ſuum, quod firmatum erat monili lapideo, & pectus denudauit vſq; ad mammillas, propter ignominiam, & iniuriā, quę illata fuerat ſibi, & filio ſuo. Hoc contigit anno Domini 1187. tempore quo guerra erat inter Philippum Regem Fran-

Francorum,& Henricum Regem Anglię, & qui ſcripſit Speculum hiſtoriarum,dicit ſe ſanguinem,& imaginem vidiſſe.
Goſchalcus Holen ord.Erem. D.Auguſt. par.hyem.ſer.68.lit.C.circa finem.

EXEMPLVM LXI.

De Gœſiijs ſtatuam D. Antonij inuadentibus & diuina eorundem vindicta.

ANno illo Geſſiaco 1566.cum per Belgiũ paſſim Iconoclaſtæ in venerandas Sanctorum imagines deſæuirent: Buſciducis accidit quoſdam D.Antonij imaginem gladijs, aſcia, & bipennibus in fruſtra concidere,vt incendio via publica aboleret. Verũ quid accidit? non ſane impune tulere impij: e veſtigio namque illa peſte, quam D. Antonij ignem olim appellamus Chriſtiani (quod illi depellendæ ſint eius apud Deum pij experti ſæpe Patronum) corripiuntur, totoque vtriuſque corpore inſtar granorum piperis peſtilẽs ille ignis ebullit, domũ ſeſe recipiunt infelices, quorum plaga ſocij deterriti, rogum deſerunt trepidi. Tam atroci atq; voraci conſumebantur miſeri totum per corpus incendio, vt poſtridiè impiam efflarint animam, & funeſta reliquerint cadauera variorum colorum ſtigmatibus, ceruleis praſinis atris inſignita. Iſtud tam eſt tota vicinia notũ, vt plurimos huius rei non ſolum audierimus concorditer hiſtoriam ad vnum depingentes,additis etiam tam ſacrilegorum quam familiarum nominibus, ſed publici etiam viderimus Notarij fide non indigni, neque obſcuri teſtimonium.
D.VVilhelmus Lindanus li.2. ne fugiẽ lis idolis c.1.Itẽ Apologe.ad Germ.to.2.c.11.

EXEMPLEM LXII.

De tribus militibus Hugonottis, qui ſtatuam D.Antonij inuadentes horrenda morte perierunt, tertius vero precibus circumſtantium adiutus, cum totus terribili febre æſtuaret,tandem peracto ſacrificio,& adhibita aqua benedicta, ſibi reſtitutus errorem ſuum agnouit.

ANno 76. in Gallijs vſu veniſſe ſcribunt, cuius talem hiſtoriam Pariſijs impreſſam videmus, quæ hic ruditer eſt transfata Anno 1576.21.Iulij dum dux Alenſonius frater Regis Franciæ eſſet in vrbe Caſtillon, & excubiæ pedeſtrium copiarum in villa quæ dicitur Soulcy, à dicta ciuitate vno plus minus miliari diſtante, agerentur, tres milites male feriati deprehenderunt præ foribus imaginem Beati Antonij in petra erectam, ac poſt multa ſcandala ludibria, & dicteria in eam congeſta, caput quidem imaginis galea, manus vero armarunt hallebardia, talia cum execrandis blaſphemijs euomentes. Tu, ſi quid vales, ſi qua tibi poteſtas impræſentiarum nunc eam demonſtra contra nos,ac te defende. Quo dicto ſuis armis imaginem impetunt multis ictibus. Quibus non contenti vnus eorum bis, aut terdiſploſa bombarda, imaginem illam oppugnare aggreditur, ac eius faciem inter mentum, & inferius labrum iaculatus globulo tormentario lacerat ſacrilegus, at non impune. Nam eodem momento ille impius magno eiulatu clamans, horridumque eiulans, Totus, inquit, ardeo, totus comburos, ſtatimque prolabitur in terram mortuus. In cuius facie eodem loco vbi imaginem violarat, vice reddita ignis ſcelerum vindex, qui totum inde os replebat, velut via facta erumpens perluxit eum deuorans, etiam cum iam miſeram exhalaſſet animam. Secundus vero non minus ſentiens Dei omnipotentis manum, exclamat quoque ignis vim ſe ferre non poſſe, volenſque inteſtina tormenta per aquam effugere, in torrentem proximum præceps inſilijt, nec Dei tamen præſentiam effugit. Nam ſtatim aquis ſubmerſus, & ſuffocatus interijt. Porrò tertius cernens ſuorum miſerabilem exitum, ſui impos, ac totos exanimis humi affigitur, ac deportatus in proximam domum totus feruentiſſimis febribus æſtuabat, adeoque violentis, vt miſerum de ſe ſpectaculum omnibus exhiberet. Cuius miſeria permoti cognati, amici maximè, & commilitones Catholici, ad templum velut ad aſylum confugere Deo Patri (ſacerdote perquiſito) ſacrificium mediatoris ſolemni cantu coram imagine ſancti Antonij immolare, ac vna nimiter cateruatim proruentes tam milites, quam dicti loci incolæ Deum ſumma

animi

animi deuotione pro miseri fratris salute comprecari, postque sacrificium, & multas preces afflictum inuiscere, præmissisq; multis alijs orationibus, aquam ei benedictam sacerdos adspergebat. E vestigio miser ille sibi redditus crimen agnoscit, Dei misericordiam inclamat, ac manus tendens in cœlum humillimus, ac magnis precibus suum errorem professus accusans, omniū deprecationes supplex ambit, vt pro ipso Deum clementissimam interpellent. Nec defuit diuina misericordia, nam statim pristinæ valetudini, ac menti restituitur eaque etiam nunc hodie fruitur. Hæc veraciter sub oculis plus quam trium millium hominum palam gesta docent, quam reuerentiā venerandis sanctorū imaginib. debeamus. Nam etsi numen in illis nullum sit, tamen eorum nobis refricant subinde memoriam quos repræsentant, ac ad glorioſa Dei in suis sanctis opera collaudanda, eorumq pia patrocinia imploranda, plerosque Christianorum exstimulant. Quin & contumelia illata ipsius in Dei seruos, imò in communem Dominum redundat. Qui hic aliquando, & si silere videatur, non tamen silebit semper.

D. Vvilhelmus Lindanus lib. 2. cap. 1. de fugiendis idolis.

EXEMPLVM LXIII.

Quidam omnino renuit Domino Deo petenti, vt pœnitentiam ageret.

QVidam homo percussus fuit a Domino Deo magna infirmitate, propter enormitatem suorum, scelerum. Crescente autem egritudine, venerunt ad eum amici eius instigantes eum ad pœnitentiam, & confessionem. Quo audito in furorem uersus est dicens, nescitis, quia ego peccator pessimus, quid prodesset mihi pœnitentia? Damnatus sum. postea venit ad ipsum Christus misericors Dominus, dicens ei, Ego sum Iesus Christus, propter te mortuus, & meæ miserationes excedūt omnia peccata tua, fac confessionem tuam, & misereberor tui, & ille renuit. Tandem Dominus leuauit pallium suum, & ostendit ei omnia vulnera sua, dicens ei. Hæc omnia pro te sustinui. Te damnare nolo si vis pœnitentiam agere? Sed ille nequaquam acquieuit. Tunc pijssimus Dominus noster sanguinem copiosum de latere suo, & manu dextera in faciem desperati proijcit, dicens. Illud signum coram omnibus hominib. in extremo iudicio portabis, in signum, quia meā misericordiam habere noluisti.

Gotschalcus Holen ordinis Eremitarum D. Augustini ser. 58. partis hyem. lit. H.

EXEMPLVM LXIIII.

Puerulorum innocentia, & oratio magnifacienda.

REtulerunt viri graues, & fide dignissimi Dominus Ioannem Gerson ante obitus sui diem, in ea vrbe, in qua tum habitabat, multos collegisse puerulos, quorū tanquam præceptor erat, quos quotidie ante summam missam in templum adduxit, clausisque vndique ostijs, ipse in medio eorum stans iubebat, vt verbis gallicis post sese in hunc loquerentur tenorem, Mon Dieu, mon Createur ayez pitie de vostre pauure seruiteur Iean Gerson, hoc est Deus meus, Creator meus, miserere miseri famuli tui Ioannes Gerson. Itaque post tam sanctos, & vtiles labores, post tam feruentem animarum zelum, tam exacta scripta, post tantam deuotionem, nouissimè infantium, & innocentium interpellationem tantus vir quæsiuit. Nemo te dubitet optime Gerson, inter diuos collocare.

Hæc ex 4. parte operum eius in fine.

EXEMPVM LXV.

De Innocentia puerorum religiosorum.

CIrca annum D. 1240. claruit vir vitæ inculpatę, & probatissimæ F. Bernardus, qui in Portugallia in conuentu Sanctarenēsi, agens sacristam puerulos aliquot nostræ religionis habitum gestantes, post missarum peracta mysteria informabat litteris, & moribus. Qui ex domibus materinis ientacula ferentes, postquā missis aliquot inseruierant, consueuerant ad vnam capellam in eadem ecclesia diuertere, & ientaculum ibi sumere. Porro in ea erat in altari posita beatę Virginis imago, & in sinu eius paruulus Iesus, qui semper paruulorum humilitate delectatur, & simplici-

plicitate, qui è ſinu matris deſcendens, cũ illis ientaculum faciebat. Poſtquam id aliquot vicibus fecit, paruuli quæruli rem ad magiſtrum deferunt, narrantes, quod ille paruulus ad eorum ientaculum ſemper deſcendebat, & nihil in ſymbolum apportabat. Prudens, ac religioſus pater, re iſta ab ore innocentium percepta, eos inſtruxit, vt ſi ille iterum more ſolito ad eos deſcenderet, eum ſic alloquerentur; En Domine, tu ſemper nobiſcũ comedis, & nihil ſymboli ferre conſueuiſti ad ientaculum, inuita ergo nos, & magiſtrum noſtrum ſemel in domo patris tui. Et ſic illi inſtructi faciunt, cum paruulus Ieſus more ſolito ad eos deſcendit. Qui eorum petitioni annuẽs, diem certum deſignauit, quo id præſtaret, & erat dies Aſcenſionis Domini iã iam inſtans. Id mox illi referunt magiſtro qui ſe præparans, vt cœleſti intereſſet conuiuio, illa die maturæ ſe ad celebrandum diſpoſuit, paruulis eiſdem illi miniſtrantibus & ſacrificio peracto, omnes tres ibi ſimul viuere deſierũt, & omnes tres ſimul eodem fuere reconditi tumulo, & aliquando tempore poſtmodum elapſo eorũ corpora fuerunt ex humili loco, ad altiore translata, & repoſita in vno ſepulchro, in capella quę Regum dici conſuenit, & miraculoſa hæc hiſtoria fuit ſuper idem ſepulchrum depicta, & per traditionem quãdam ab antiquis acceptã, fama ad hæc noſtra tempora peruenit. Tandem anno Domini 1277. cum in eodem loco, quo talo erat ſepulchrum, portam quandam oporteret aperiri, inuentæ ſunt horum ſacrorũ corporum reliquiæ, & quidem paruulorũ vno ſuper tectæ linteamine prædicti uero patris eorum magiſtri, alio. Quod uero eaſdem omnes illorum trium reliquias ſimul cooperiebat linteamen, adeo candidum, integrum, & incorruptum fuit repertum, quaſi a paucis diebus ante fuiſſet ibi repoſitum. Huius rei fama mox per ciuitatem ſpargitur, accurrit mox ad rem ſtupẽdam vniuerſus populus, & quæ erga hos beatos habebatur deuotio, & memoria, augetur, & inſtrumento publico ad poſterorum memoriam, hæc omnia per teſtes prius ſacramento aſtrictos examinata ſcripto traduntur.

Fr. Antonius Senenſis in Chronico Prædicatorum ad annum 1240. litera L. pag. 74.

EXEMPLVM LXVI.

Innocentia non lædenda.

LEgitur de Henrico quarto Imperatore (ſic dicit Gobelinus in Chronica ſua) quòd ipſe quendam militẽ ſuum inſtigauit ad hoc, vt Imperatricem de adulterio appeteret, ſed Imperatrix renuit, & miles inſtat. Tandem Imperatrix dixit, quod Imperatore abſente ſuam voluntatem eſſet adimpletura. Quod Imperator intelligens a milite, ad recedendum ſe diſponit. Et poſtquam receſſiſſe putabatur, veſtimenta militis induit, & ad cubiculum Imperatricis nocte ſe diuertit. Imperatrix vero quoſdam iuuenes fortes veſtibus fœmineis indutos, penes ſe habuit, & Imperatorem ſub ſpecie militis venientem, per eoſdem fecit fortiter baculari, donec ipſe clamauit quod eſſet Imperator. Et Imperatrix accurrens eum defendit, & poſtea de hoc facto eum acriter impugnauit. Ipſe vero militem iuſſit occidi.

Gotſchalcus Holen ordinis Eremitarum D. Auguſtini ſer. 18. par. hiem. littera I.

EXEMPLVM LXVII.

Innocentia iniuſtè accuſata.

Innocens indignè accuſatus a diuina protegitur iuſtitia, ipſo ad Dei præſidium confugiente, & ad eius tribunal pouocante.

FRanciſcus a Britannia Armoricæ Dux Aegidium fratrem, a Conſiliarijs læſæ maieſtatis falsò accuſatum in carcerem conjecit, vbi cum horrendo famis ſupplicio necaretur, ſiti & inedia conſumeretur, fatalem diem tanti tormenti meram eſſe præuidẽs, aduocato ad conſcientię inſtructionem, pro viatico ſui itineris præparando, monacho Franciſcano fidem ab eo accepit, vt fratri renunciare intra quadrageſimum diẽ ad Dei tribunal ſe ſiſtere oportere. Franciſcanus, cum Ducem in finibus Normanniæ inueniſſet, mortem fratris, eiuſque ad ſummi Dei iudicium appellationem illi renũciauit. Dux eo nuncio perterritus ingenti ſymptoſmate corripitur, & paulatim morbi ſæuitia tabeſcẽs ad diẽ con-

ſpectante populo, tum illa iam profunda, tum comæ capitis planè caneſcunt, vt ætatem inferret hominis nonagenarij Miraculo rei accitus, cum populo, & toto clero accurrit Epiſcopus, omnes in genua proſtratia expectant, dum oſtendit Deus, quid ſibi monſtrum hoc velit. Atque ecce tibi, Epiſcopus editionem capiés tumulum ad omnes ait voluiſſe Deum oſtendere, quantum de vita ijs detrahat, qui de parentum obedientia detraxerunt. Victurum etiam hunc iuuenem fuiſſe ad eam ætatem, quæ iam apparebat in facie, niſi ipſos ſeptuaginta annos parentum inobedientia detraxiſſet.
D. Bernardinus 2. Tom. Dominicæ 2. Quadrag. ſer. 27. art. 3. c. 11.

EXEMPLVM LXXII.

De iudice malo, cuius pellis iudice filio proprio exiſtente cathedræ iudiciali affixa fuit, in aliorum iudicum exẽplum.

LEgitur de Cambyſe Rege Perſarum, qui fecit excoriari quendam iudicẽ, & pellem eius affigi ad ſedem iudicialem, & filium illius poſuit ad locum patris, ſcribens deſuper illa metra.
Sit tibi lucerna pellis ſed ſque paterna,
A manib. reteces munus, ab aure preces
Gotſchalcus Holen ordinis Eremitarum D. Auguſtini ſerm. 2. circumciſionis patris hyemalis.

EXEMPLVM LXXIII.

Iudicium temerarium.

Varia ridicula, & temeraria de eadem re ſunt hominum iudicia, eaq; omnia ineuitabilia.

PAterfamilias quidam aſino inſidẽs totas cum filio ibat, filius vero pedeſter ambulabat. Occurrit eis vna caterua hominum peregrinantium, murmurantium, & dicentium. Quomodo ille inueteratus malorum dierum equitat in aſino, & permittit illum iuuenem fatigari? Quod audiẽs Pater ſicuti vir erat, qui hominum vana dicteria ſemper vitare conabatur) filio ſuo dixit. Fili, hominibus non placet, quod aſino inſideam, eum aſcendere debes. quod iuſſa patri filius fecit. At eis occurrit alia caterua hominum etiam murmurantium, & dicentium. Ecce qualiter iſte iuuenis aſino ſuperſedet, & permittit illum ſenem ire pedeſtrem. Quod etiam filius (patri in eo ſimilis) intelligens patri ſuo dixit. Pater neque eis placet, quod aſino inſideam. Præſtare videtur (inquit pariens) vt vterque conſideat equo facto, vt prius, occurrit multitudo hominum dicẽtium, eos aſinũ obruere, eoſq; pudere merito debere. At vbi hoc rurſum animaduerſiſſent, decernunt, vt vterque ex equo deſcendat, quo facto, occurrens nihilominus turba alia, eos grauiter imprudentiæ, ac ſtultitiæ arguit, quod nimirum aſinum vacuum ire ſineret. cum tamen ipſi itineris laboribus non parũ defatigarentur, à quibus tamen facile per aſinum ſubleuari poſſent. Pater autem tam varias hominum ſententias expertus, vltimum tentare ſatis eſſe duxit vt ſcilicet ligatis pedib. anterioribus, & poſterioribus aſini, & pertica per eos ducta, aſinum iplum portarent, quod & fecerunt quibus etiam obuia facta eſt cachinnantium hominum multitudo inquietum. Quam hi delirant cum namq; ab aſino portari deberent, ipſimet eum portant. Tunc gnato pariens, dixit. Omnibus placere haud poſſumus, faciamus quod placet nobis, & nõ curemus.
Gotſchalcus ordinis Eremitarum D. Auguſtini partis æſtiualis ſerm. 100 littera E. circa finem, & Gabriel Barlete ord. Prædſer. ſer. 6. 1. hebdomadæ Quadrag.

EXEMPLVM LXXIIII.

Ad iudicium Dei iuſtè prouocatus, eadem hora ad quam citatus erat, ſubita morte ſublatus eſt.

REcitat Gobelinus in Chronica ſua; quòd anno Domini 1003 tempore Nemvveri decimi Epiſcopi Paduenſis. Hic Epiſcopus voluit monaſterium Corbienſe cauſſa correctionis viſitare. Sed Vualo Abbas Epiſcopo reſtitit. Quare ad inſtantiam Epiſcopi Abbas, ab Imperatore de Abbatia depoſitus. Poſtea accidit quod quidam monachus eiuſdem mona-

Digitized by Google

monasterij Boso nomine, Episcopum volentem ibi quadam vice celebrare, prohibuit, & præparamento altaris proijcit. Quare Episcopus illum monachum ad tribunal citauit. Vnde postea accidit quod eadem hora qua Episcopus decessit, hic Boso sub manibus radentis sibi barbam subitanea morte defecit.
Gotschalcus serm. 16. lit. I. par. æstiual.

EXEMPLVM LXXV.

Iustitia cuiusdam Papæ miraculo ostenditur Deo approbari.

REcitat Martinus Polonus in Chronica, sua, quod anno Domini 1068. fuit Papa Gregorius sextus, qui latrones in partibus Romanis incidit per se, faciens peregrinis securitatem. Quare clamabant Romani, quod esset homicida non Papa. Cui post infirmo Cardinales dixerũt, quod nõ liceret eum inter Papas in Ecclesia sancti Petri sepeliri. Quibus respondit: quod stulte loquerentur, quoniam Ezechiel 9 Dominus præcepit Sacerdotibus, quod se deberent ponere murum pro domo Israel, sic ipse fecisset, tamen iussit, quod corpus suũ mortuum poneretur extra Ecclesia sancti Petri, si voluntate diuina reseraretur Ecclesia corpus inferrent, si autem non, de corpore facerent, quod velent. Postea turbo diuinitus venit Ecclesiam aperiens, prædictum corpus imponendum monstrauit.
Gotschalcus ser. 24. circa finem par. hiem.

EEXMPLVM LXXVI.

Iustitiæ zelus columnæ niueæ apparitione à Deo approbatur.

CVm quodam tẽpore capti essent tres fabricatores falsæ monetę, qui mox adiudicati sunt tali crimine peruulgati per Anglia, scilicet per manuũ abscisionem, quod dum peruenit ad Archiepiscopum Cantuariensem. Die autem Pentecostes celebraturus missam percunctatus vtrum lex impleta esset? Responsum est ei ob reuerentiam diei festi dilatam esse pœnam vsque in crastinum. Respõdet, nequaquam. Ego hodie de altari non ab scedam donec sustinuerint pœnam, nam negotium ad me respicit. Ipsi enim viri in potestate eius erant. Hoc dixit, & pro eis qui perdituri erant manus, prorans ostendit qua affectione hoc dixerit. Quibus punitis ascendit ad altare læta facie dicens. Nunc confido quod sacrificium de manu mea accipiet omnipotens. In qua missa dum diceret. Ecclesiam tuam pacificare iuuare, & custodire, & regere, & digneris. niuea columba cunctis videntibus super eum descendit, & alis expãsis super caput eius sic mansit in silentio, donec sacrificium impleretur.
Gotschalcus serm. 16. par. æstiualis citat ex Speculo histo. lib. 25.

EXEMPVLM LXXVII.

Quidam societatem cum incubo dæmone habet.

ANno Domini 1380. quidam incubus nominans se Regem Goldemar, coniunxit se familiaritate cuidam viro armorum, mundans actibus per omnia debito, appellato Neuelugh de Hardemberch, in comitatu de Marcke, prope flumen rure habitanti in castro, & loquebatur secum, & cum alijs hominibus lusit dulcissimè in instrumento musicali chordis aptato, lusit ad taxillos. pecunias exposuit, bibit vinum, & sæpe cum eo in lecto vno per noctem requieuit. Multi visitabant eum tam viri religiosi, quam seculares, quibus responsa dedit scilicet crebrè religiosos ad suæ conditionis releuationem anhelantes, scelera eorum occulta recitando confudit. Hospitem prædictum sæptus de inimicorum suorum aduentu præmonuit, & qualiter eorum machinationes enaderet, ipsi consilia dedit, manus duntaxat palpandas præbuit, sed videri negauit, & erant manus graciles, & molles velut, si quis tangeret murem, Christianos in verbis. Iudæos in lapidibus prætiosis & Paganos in herbis ponere assuerit. Hæc omnia Gobelinus habet in Chronica sua, quæ etiam refert Gotschalcus Holen ordinis Eremitarum D. Augustini serm. 38. littera G. qui vltra ibidem refert, se a multis illud idem audiuisse, & post annos 26. ab ipso Neuelugh plenius intellexisse. Vnde hic habuit sororem pulchram,

chram, cuius gratia hunc incubum nonnulli moram secum trahere suspicabãtur, vnde solitus erat eum nominare generum suum, & ipse docuit eum, vt hoc vsu se signaret increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus, & postquã triennio secum morabatur, sine læsione cuiusquam recessit.
Hæc refert vt supra diximus Gotschalcus Holen ordinis Eremitarum D. August. sermo. 38. littera G. partis hiem.

EXEMPLVM LXXVIII.

Malitia capta in propria versutia.

FVit quidam frater ordinis sanctis Benedicti, qui adspirabat ad Abbatiæ dignitatem, sciens autem quòd hanc non poterat adipisci; Abbate viuente ordinauit per quendam puerum, quem Abbas paterne corrigere solebat, quosdam pulueres venenosos, dicens puero, si hos pulueres sparseris super pultes Abbatis in mensa, semper te diliget, & nunquam in posterum ita austerè te corriget. Innocens puer acceptis pulueribus cogitauit intra se. Tu sparges dimidietatẽ super pultes, si in posterum insurget ira Abbatis contra te, facies similiter. Proiectis pulueribus in cibũ Abbatis, gustato cibo Abbas mortuus est. Tunc ille nefarius homicida in eius locum electus est, qui eundem puerum sicut primus correxit. Cogitauit puer, bonum est quòd tibi partem reseruaui pulueris, facies illi Abbati sicut primo, vt eius amicitias mercari valeas. Puer malitiæ ignarus acceptis pulueribus fecit illi sicut primo, qui etiam obijt sicut primus, quia per quę quis peccat, per hæc, & torquetur.
Gotschalcus ser. 24. par. hiem.

EXEMPLVM LXXIX.

Ex historia belli Liuonici, de quodam matrona Lutherana, quæ sacro assumptæ Virginis Matris die volens balneum sibi parari, miraculosa ędium suarum conflagratione diuinitus punita est, lignis ad balneũ cõgestis, penitus incõbustis.

ANno 1556. ipso assumptæ Virginis Matris die, Terpati sacerdotes ex recepto Ecclesiæ more diem illum solemnẽ habebant, & magno, vt solet, cum apparatu, & crebro campanarum pulsu diuinum cultum peragebant. Eam celebritatem, & reuerentiam Virgini Matri ad summi numinis honorem exhibitam, cum matrona quædam impendio inuideret, mandat pedissequæ, vti balneum apparet, caminum instruat, se cum marito lauari decreuisse. Illa solemnis festi Dominam submonere, vtque in alium diem transferat, rogare. Matrona repente excandescens. Quid, inquit, de Maria narras? fuit illa mulier similis mihi, nec vllius potentiæ, aut gratiæ prærogatiuam habet, tu iussa mea exequere. Famula, ne Dominam grauius exacerbaret, imperata perficit. Vbi ad caminũ ventum est, arida ligna quę alioqui haud difficulter flammam excipiunt, nulla ope, nullis nutrimentis accendi potuerunt. Illa vbi se vndique vertit, laboris frustranei pertæsa, tectum omne ardere conspicit, nec vlla vi flammam extinguere valet. Ignis primum ipsum balneum vastat, mox duas contiguas ædes ingenti ciuium omnium terrore populatur. Confluit ex templo vniuersum vulgus, & uix tandem latius serpere incendium prohibent. Postero die lignorum fasciculus camino ingestus omnino incombustus comperitur.
Tilmannus Bredenbachius libro 2. sacrar. collat. cap. 26.

EXEMPLVM LXXX.

VVilhelmus Lindanus lib. 2. c. 2. de fugiendis idolis pag. 249. a puerperis D. Virginem recte inuocari, quomodo puerpera quædam B. Virginis venerationem non sustinens, diuinitus punita sit.

QVando ad solatium puerperatum piè conueniunt matronæ Christianæ, solent de more laudatissimo coram imagine D. Virginis inuiolatæ matris Mariæ Christum gestantis, honoris fimum, & inuocationis gratia candelam in fidei suę, luciſque animorum symbolum accendere, vt suis precibus Deum puerperæ faciant propitium, ne aut abortiant, aut infeliciter pariant. Contigit annis superioribus quandam mihi notissimam (quæ & matris suæ nomina iã pridem non audiebat bene

in

Dei genitricis opem implorabat, eidemq; cum gemitu, & suspirijs conquerebatur, quòd suæ sacræ festinitati iam interesse nó posset. Quòd cum sæpius deuotè faceret, tandem noctu D. Virgo cubiculũ eius ingressa est, habens in comitatu complures virgines sacras, iam in cœlestib. triumphantes, quæ omnes admirabili fulgore & incredibili venustate, cubiculum totum illustrabant, ipsumque infirmum ineffabili gaudio recreabant. Inter quas singulari splendore & pulchritudine immensa præeminebat sacratissima virgo Maria, Quanquam & reliquas virgines omnes (mente ex præsenti lumine diuinitus illustrata) earundemque nomina, & statum luculenter discernebat. Moxque molitor vxorem sibi accusantem compellat, vt e somno excitata, tam iucundæ visionis & admirabilis splendoris particeps fieret.

Illa vero grauiori somno diuinitus detinebatur. Porrò B. Virgo infirmũ alloquẽs, ait: audiuisse se gemitus & suspiria ipsius, & nunc tandem eum voti sui compotem fore, cum primum se in Ecclesiam ad altare B. Virginis deferri curaret. Multa deinde ipsa beata Virgo eidem infirmo prædixit de imprudentibus toti Belgio plagis, ac grauissimis tempestatibus, prohibens nequicquam de illis arcanis cuiquam hominum reuelaret. Posse tamen ac debere eum omnes ad meliorem vitam, ac pœnitenitam hortari, si forte plagæ imminẽtes vel auerterentur, vel Dei misericordia mitigarentur. Molitor ea uisione recreatus, paulo post rogat se deferri ad Ecclesiam. Adquam delatus, ait gestantibus, vt dimittatur. Dimissus, mox quindecim gradus, per quos ad crepidinem altaris sacratissimæ Virginis accessus erat, solus ascendit, & iam inde ab eadem hora integram incolumitatem, omniumq; membrorum suorum officia recepit. Ille vero deinceps religiosissimam, & sanctissimam vitam ducere incepit, assidue in templo versans, orationi & rebus diuinis vsque adeo intẽtus, vt ex oculi totoque vultu omnibus patefaceret, eum assidue cœlestia ac diuina meditari, fatebaturque se alacri animo geniculatim raptum Romam vsque, vt vel modico tempusculo, eadem tam amabili ac iucunda luce, tamque desiderabili tot sacratissimarum Virginum aspectu denuo potiri posset. Porro, venerandus vir Dominus N. qui hæc ex ore ipsius mollico risaudiuit, cum aliquoties in concionibus auditoribus hanc tam amabilem historiam exponeret, vidit multos auditorũ præ gaudio ac desiderio rerum cælestium in lachrymas solui.

Tilmannus Bredenbachius Sacrarum Collationum lib. 2. c. 30.

EXEMPLVM LXXXIII.

De Muliere Laudunensi, per B. Mariam in medijs flammis illæsa conseruata.

VIxit circa annum Domini 1094. non procul ab vrbe Laudunensi quædam mulier, quæ arcanum homicidij crimen a se commissum in exomologesi detexerat Sacerdoti, ac deinde post acceptam mortis sententiam, vt flammis ardentibus traderetur ad supplicij locum ducebatur. Et quoniam per Dei parę templum iter habuit, vbi toto populo peccatum suum confessa est, Virgini matri etiam magna cum fiducia supplicauit, seq; totam patrocinio eius commendauit. Hinc digressa, & iam semel atque iterum in ignem cõiecta, tantum Dei, & Virginis beneficium sensit, nihil vt ab igne, quamuis copioso, & vehementi caperet detrimenti, imo non modo carnem; sed vestem etiam ab omni flammarum iniuria seruauit semper illæsam. Cum hinc admiratio ingens animos populi occuparet, ad dictum Mariæ templum curritarum est, vt vna cum bona muliere Deo, & Virgini gratiæ agerentur, tantumque miraculum ad Virginis inuocationem gestum communi lætitia celebraretur.

Sigebertus in Chronicis, & citat Petrus Canisius Theologus in opere de beata Maria Virgine lib. 5. cap. 20.

EXEMPLVM LXXXIIII.

De Hildephonso, cui apparens Deipara, vestem qua in re diuina vteretur donat.

HIldephonsus, quem & alij Idelphonsum & Alphonsum apellant, vir non modo vitæ sanctimonia excellẽs, sed etiam doctrinæ præstantia per celebris, quietæ

ſuo ſæculo Hæreticos ex Hiſpania profligauit. Fuit is poſt beatum Eugenium Archiepiſcopus Toletanus ante nongentos annos, & in Maria quidem colenda, publiceque prędicanda pe: quã ſtudioſus, quem admodum pia eius monumenta teſtantur. Quare cum aliquando multis comitantibus ad altare progrederetur (mirum dictu) ſacroſanctam ſibi Virginem apparentem habuit, & in Epiſcopali cathedra ſedentem vidit, ſibique blandè loquentem audiuit, ſed & veſtem ſacram, velut diuinæ gratiæ, & fauoris ſingularis pignus, & obſidem, qua in facienda re diuina vteretur, ſibi ab illa donatam. Res per totam notã Hiſpaniam.

D. Petrus Caniſius ibidem, citans huius hiſtoriæ teſtes, Iulianum Pomerium Hiſpaniæ Eccleſiæ Diaconum, Rodericum Archiepiſcopum Toletanum, & Ioãnem Vagæum Brugenſem.

EXEMPLVM LXXXV.

De Ruperto Abbate Tutienſi, qui a B. Maria precibus impetrauit docilę ingeniũ, & diuinorum intelligentiam.

RVpertus Abbas Tuitienſis Germanus qui cum primum ingenio ſe tardum, & ad ſacra diſcenda parum idoneum cerneret opem ſacræ Virginis ſingulari ſtudio implorauit, vt hanc naturæ difficultatem ſuperare, ac fęlices in ſacris litteris progreſſus facere poſſet. Cui virgo Mater nocte apparens promittit, & pręſtat, quod ille tantopere cupiebat, tam excellenti deinde gratia ſcientiaque illuſtratus, vt inter Germanos Theologo eminuerit, ac ſimilem ęuas illa non tulerit, qui, & viuus, & mortuus multis claruit miraculis, ſicut Trithemius apertè teſtatur; nec ingratus ille fuiſſe Virgini videtur quam in ſuis monumentis libenter extollit, præſertim ſi commentarios eius in Cantica, & opus de diuinis officijs conſulamus.

Petrus Caniſius ibidem ex Ioanne Trithemio de monaſterio Hirſanguienſi.

EXEMPLVM LXXXVI.

Angeli ſunt ſacroſancti miſſæ ſacrificij venerabundi ſtipatores, & adminiſtrantium alijs Euchariſtiam ſeduli adiutores.

IOannes Chryſoſtomos ſacerdos admirandus Eccleſiæ Conſtantinopolitanę, immo vero totius orbis ſplendor, vir animi perſpicacis, omni fere tempore, videbeat domum Domini refertam Angelorum cœtu, & tunc in primis, cum diuinũ, & incruentum ſacrificiũ offerebatur, quo quidem tempore ſtupore, & lætitia plenus rem præcipuis amicis ſpiritualibus priuatim enarrauit. Cum cœpiſſet, inquit, ſacerdos ſanctum ſacrificium, ſeu oblationẽ facere, plurimę ſtatim ex beatis illius virtutibus, e cœlo deſcendentes, ſtolis induitæ ſplendidiſſimis nudis pedibus intentis oculis, pronę, altare magno cum ſilentio, & reuerentia, quoad venerandum illud myſterium expletum fuit circumſteterunt. Deinde huc illuc ſingulæ per totam domum diffuſæ, Epiſcopis, & presbyteris, & diaconibus diſtributionẽ corporis, & pretioſi ſanguinis miniſtrantibus adhęſerunt, ſatagẽtes, & ſedulo adiuuantes. Hęc autem ſcribo, vt diuini ſacrificij dignitatẽ cognoſcentes, caueatis ne illud negligenter, diuino timore abiecto, adminiſtretis, nec permittatis, vt aliqui inter ſe contendant, & cum tumultu ad ipſum accedant aut audacter annuant, & e loco ſuo proſiliant, aut huc circumſpiciant, & ignauè, petulanterque ſe gerant. Dicit enim Dominus Moyſi & per illum omnibus ſacerdotibus; Religioſos, ac verecundos facite filios Iſrael. & ne contemnatis.

Sanctus Nilus abbas epiſtola ad Anaſtaſiũ Ediſcopum.

EXEMPLVM LXXXVII.

Nolenti audire miſſam Dominicis, & Feſtis diebus frangitur collum è dæmone.

REcolo me audiſſe a Patribus Peruſinis de quodã homine indurato, qui Dominicus, & dieb. feſtiuis, nunquã voluit intrare Eccleſiam, nec audire miſſam, ſed tempore miſſarũ aſcendit equum ſuum,

dium, & equitauit ad campum, vel de negotio ad negotium, modicum curans de prædicatione, & præcepto Sacerdotum.
Tandem cum quadam vice ad missam pulsaretur in die Dominica, ascendit equum suum, equitans ad campum, cui diabolus occurrit, & eum de equo præcipitauit, dicens, quia noluisti audire missam in Dei templo, cum damnatis audiens lamentationes in inferno, mox fregit ipsi collum cum effusione sanguinis totus corporis, cuius vestigia adhuc in eodem loco videntur, in quodam durissima lapide, de quo non potest deleri, aut abrui
Idem Cotschalcus fer. 5o. lit. C. par. hyem.

EXEMPLVM LXXXVIII.

Mortificationis sui, Adolphi Comitis Holsatis, insignis actus.

ADolphus Comes Holsatiæ, ex opulentissimo, & potentissimo Principe pauperrimus monachus factus est, ordinis Minoritarum circa annum Domini 1244 & per mutationem dexteræ excelsi ex glorioso equite sęculi euasit humilis pedes Christis. Is monasterium sui ordinis, ipse manibus multa molitus in oppido kijl, vbi nunc requiescit, curauit erigere, eleemosynas suorum quondam subditorum humiliter poscens, & accipiens, cumque multum solicitè laboraret in erectione dicti monasterij in oppio kijl, ibat ostiatim lac in Hydriam mendicans, vt haberet operarij, & fratres quo inter laborandum per illum reficerentur. Media iam platea vbi declinare iter non poterat, ibat hydriam baiulans, lacte plenam, & cum obuios habuisset filios sublimes in equis, Comitum more sæcularium, passus est humanitus aliquid, vt rubore cæperit perfundi. Sed ille infremuit, & robus mentis aduocans, cum adhuc in conspectu essent filij, hydriam leuatam super caput euertit, seseq; totum a vertice lacte perfundens dixitq;. Infelix erubuisti Christi pauperiem, baiulara lac in manibus, nunc vel in capite ostẽde quid portaueris. Quis non iure miretur tantam humilitatẽ, patientiã, fortitudinẽ?
Albertus Krantius li. 8. Saxoniæ c. 7. & Robertus Bellarminus Politianus è Societate Iesu li. 1. de trãslatione Imperij Rom. c. 2.

EXEMPLVM LXXXIX.

De miraculo campanę pulsu, cum foret aliquis moriturus.

ESt in conuentu Amorensis campanula, quæ per plura annorum curricula sine alicuius ope pulsari consueuit, & insolitum sonum reddere, cum breui foret quispiam ex illorum fratrum collegio migraturus ad Dominum. Quo audito, mox se cuncti prępparare moris habebant, quasi iam iam rationem reddituri de villicatione. Super quem namque mortis iaculum caderet, dum ignorabar omnes, se ad illud excipiendum cuncti præparabant sedulo. Durasse autem dicitur is campanulæ huius pulsus miraculose fieri solitus cum foret aliquis moriturus in illo conuentu per multa tempora.
Antonius Senensis in Chronica Prædicatorum ad annum 1218. pag. 32.

EXEMPLVM XC.

Abnegata propria voluntate, & relictis propriæ deuotionis exercitiis, maiorem diuinæ gratiæ gradum promptus obediens assurgit.

VIrgo quædam in monasterio degens, & diuino amore flagrans, cũ aliquãdo immensio dilectissimi sponsi sui Iesu Christi desiderio teneretur, sic illum ex toto corde alloquuta est. O vnice fili Dei amabilis, Redemptor animæ meæ, vtinam, vel ad momentum te in hac uita cernere possem. Ad quæ verba mox adstitit illi, ipse Dominus noster Iesus Christus in forma cuiusdam pueruli. Contigit vero, vt vna ex sororibus congregationis, ianuam cellæ illius deuotæ Virginis pulsaret, eamque cum festinatione ad commune aliquod opus ex obedientia faciendum accerseret. Audiens Virgo sancta iussionem obedientiæ puerulo Iesu ait. En dulcissime Domine mi Iesu Christe pro explenda obedientia, ab eo tu interim me hic expecta obsecro, si tibi placet donec ad te redire liceat. His dictis è cella exijt, & quod facere iussa erat animo voluntario hilarique vultu peregit. Deinde magna cum celeritate ad cellam reuersa est, quam cum

aperiret mira quædam, & radiantissima lux oculis eius se ingessit, adeo vt vix eam sustinere posset. Vidit igitur amantissimum Dominum suum in perfecta ætate, aquam elegantissimum iuuenem viginti, & quatuor annorum adstantem. Vnde ista maximo gaudio repleta, ita eum affatur. O dilecte in mi Iesu, quomodo tam grandis tantillo tempore factus es, qui tam pusillus apparebas, cum a te recederem? Dic obsecro, mi vnica spes mea, quidnam factum sit. Cui piissimus, ac dulcis Iesus respondit; O filia charissima profunda velocis, atque impigræ obedientiæ tuæ humilitas, me tam breui tempore, tam grandem effecit. Semper ergo mei amore libenter obedi, & mihi continuè sine medio optas vnire. Post quæ verba Dominus disparuit. Hoc exemplo quosdam in monasteriis, vtique religiosis congregationibus degentes arguit, qui certas orationes legere, aut alia bona opera facere proponunt. Diuersos modos primitus, diuersaque exercitia assumentes, a quibus si ad obedientiam eum excitauit, illam ignorasse scit, quam nullam pœnam in se habeant, atque ipsi multis bonis spiritualibus ingentibus proprietatis inhærent, qui promptè obedire recusant, quæ gloriosas & exultationes quantas possunt communicentur, vt a præclarissima obedientiæ virtute se excutiant, atque proprios modos, & conceptus, propriaque instituta pro suo capite pro æquissimis statuit. Quod quidem ingens medium inter Deum & ipsos constituit.

Thaulerus ser. 1. Dominicæ 3. post Trinita. Ioannes Lanspergius serm. 3. de Ascensione. Blosius in Apologia pro Thaulero.

De paruo Officio B. Mariæ.

EXEMPLVM XCI.

Monasterium quoddam instinctu cuiusdã religiosi, omittens legere Officium Beatæ Mariæ multa exinde incurrit incommoda, postea vero agnoscens errorem, & præfatum officium resumens, vixit ab eo tempore in multa pace.

ANtiquitus quibusdam monasterijs mos, & consuetudo non erat recitandi Officium B. Mariæ, quod pater per ipsas met regulas S. Benedicti, eo quod in eisdem nulla eius fiat mentio. Nihil ominus tamen in quodam monasterio S. Vincentij supra montem Pietra rota sito, vigebat consuetudo, illud recitandi immediate post diuinum. Accidit autem quendam prædicti monasterij religiosum doctũ quidem, & eloquentem, verum parum pium, & deuotum ac vitæ potius secularis, quam regularis, ad dictum supradictum officiũ, quodam die omnibus religiosis in capitulo congregatis eo prorupisse audaciæ, vt ex eius non facta contra eos regulam obmurmurare, dicendo illis fuisse debere si recitarent officium secundum regulam venerandæ ac sanctæ patris Benedicti, & nõ sibi ipsis tale imponerent iugum, quasi ipso facto maiorem alijs monasterijs sanctitatem, & obseruationem præmittentes. Breuiter, ita eos verborum suorum impijs conuitijs in suam præsumptionem tendentibus, vt omnes monachi consentirent omittere prædictum officium B. Mariæ. Sed paulo post Dominus nolens declarare velens quantum ille duplicet matrem suam, honorasse, permisit dictum monasterium talibus ac tantis afflictionum procellis cõcuti, vt non nisi magnis cum difficultatibus, & æruminis, religiosi vitam suam sustentare possent, eo quod quidam Domini in eorum vicina commorantes, fundos & terras ipsorum vsurpare cœperunt, seruos eorum male tractabant, ac variis iniurijs alijs eos afficiebant. Grando insuper, ac tempestatis sæuitia eorundem agros & campos deuastabat, & ex omni parte ita affligebantur, vt tandem illos viuere. Quapropter circa festũ Natiuitatis Domini omnib. congregatis in vnum, simulque super hoc suo negotio inter se consulentibus, determinarunt mittere vnum ex suis ad quendam pium eremitam ipsis vicinũ, vt a luocarent eum, qui cum eo consulerent, & ab eo exquirerent modum, ac remedium hisce malis, & incommodis tam grauibus commode occurendi. Sanctus autem vir eorum monasterium petijt, & eorundem viuendi consuetudinem, actionesque diligenter intuens, & examinans cum inflexisset eos eo deuenisse, vt in suo officio defecerint, omittendo, modo quo dictum est, in ecclesia officium sacra-

sacratissimæ Virginis, exclamare cœpit eos sanctissimam Dei genitricem monasterio suo expulisse, & eam ob causam tanta incommoda eisdem obuenisse. Sed eorum miseriæ, & afflictiones cessarent eatu, quo ad prædictam misericordiæ matrem recurrerent, & in monasterium suum reuocarẽt in proxima, & imminente solemnitate sui sacratissimi puerperij omissum suum officium resumentes, & cessarent eorum tribulationes. Quod & ita plane accidit; accidit, inquam, eos semper pacificã, & tranquillam vitam duxisse, ex quo suppliciter delicti sui veniam a dulcissima, ac suauissima Dei matre suppliciter petierunt, & factum eius officium in communi resumpserunt. Et monachus, qui mali consilij exiterat author, per aliquot menses detrusus est in carcerem in peccati sui iustam pœnitentiam, & punitionem, & sancto eremitæ ingentes gratiæ sunt redditæ, propter sanctam, & salutarem suam monitionem.

Ex vetustiore codice quodam manuscripto de miraculis beatissimæ Matris Dei, illud sumpsit.

R. P. Seraphinus Razius Theologus Dominicanus in Hortulo exemplorum ab ipso Italice scripto post titulum de dilectione inimicorum exemplo 10.

EXEMPLVM XCII.

Quidam iuuenis maternis precibus, & ieiunijs in cœlum deducitur.

ERat quidam iuuenis in villa propè Iouanium dissolutus & leuis, qui languore decubuit. Rogatu igitur matris quidam presbyter zelator animorũ venit ad iuuenem, & eum ad confessionem, & pœnitentiam induxit, qui mox in multa contritione mortuus est. Mater vero eius quinque annis pro ipso ieiunauit, cum multis lachrimis. Eodem die post annos quinque iuuenis apparuit matri dicens: Ecce nunc charissima de grauissimis pœnis transeo ad requiem adiutorio tuo.

Gotschalcus Holen ordinis Eremitarum D. Augustini serm. de dedicatione 15.

littera E.

Ornatus vestium superfluus.

EXEMPLVM XCIII.

Cuidam fœminæ vestes, & ornamenta corporis, a dæmone abstrahuntur.

ERat quædam mulier Parisijs valde curiosa, & solicita in ornando corpore splendidis, & pretiosis, ne dicam inhonestis vestibus, cumque sæpe, & rigidè moneretur a suo Confessorio ordinis Minorum, illa nihilominus nolebat se corrigere. Quod videns idem Confessarius, ex parte Dei, dixit illi, omnes pompas, ornamenta, margaritas, vniones, lapides pretiosos, & alia vestimenta, quibus velabatur, nihil aliud esse, quã diaboli arma, quibus vtebatur ad capiendas, & rapiendas multas animas è manibus filij sui Iesu Christi. Illa Domicella, audiens his sermonibus, correpta fuit tam magno Dei timore, vt cum magno feruore, & spiritu deuotionis erumperit in hæc verba: Deum obsecro vt quidquid corpus meum gestat contra voluntatem ipsius, & quod gratum est diabolo, tanquã suum, visibiliter per eundem malignum spiritum mihi auferatur. Ecce subito in præsentia omnium, qui erant in Ecclesia super illam fœminam procumbentem in genua ad pedes sui Confessarij, apparuit horribilis quædam umbra, quæ manu quadam incognita abstulit illi omnia vestimenta, quibus tegebatur, nihil aliud illi relinquendo, quam interiorem tunicam indusio proximam, & inter ea dum prædicta manus spoliabat illam cultu superfluo, & ementitis crinibus, margaritis, monilibus, torquibus, & lapillis pretiosis, ab assistentibus audita est vox in aere inclamans. Ecce laqueos retia, & vexilla, quibus colligo, & animas hominum intercipio. Omnia illa vestimenta, & opulentius ornatus cum umbra, & manu ita disparuerunt, vt nunquam postea visa fuerint. Quare conspecta Domina illa ad Deum syncero corde conuersa est, & facta generali confessione totius præteritæ vitæ impendit reliquum annorũ suorum in obsequio diuinæ maiestatis, quæ vtinam supradictum exemplum insculpat animis personarum vtriusque sexus, quæ

ui.ismodi vanitatibus obnexiæ sunt.
Ex 4.lib.2.partis Annalium FF. Minorum cap.30.

EXEMPLVM XCIIII.

Mulier defuncta ignominiosa nuditate in altero sæculo punitur, quæ viuens nimio vestium ornatu corpus texerat, & onerarat.

ORante in aliqua Ecclesia quodam religioso ordinis Francisca, permissu diuino vidit ille fœminam quandam prorsus nudam, exceptis pedibus, qui velabantur crepidis ex corio deaurato, conspexit etiam duos lupos eam quocunque iret insequentes, nisi quòd in templum cum ea non intrarent, sed ad portam eius sisterent, & expectarent. Quo conspecto prædictus religiosus fusa ad Deum oratione rogauit illam Dominam, vt diceret quæ esset, & quare ita nuda incederet, quæ respondit, sum, inquit, fœmina quæ quòdam mul um temporis insumpsi in me curiosè & p ecioſe vestienda, sed tandem ad Deũ meipsam conuerti, abiectis omnibus supradictis vanitatibus, quę admodum Deo sunt odiosæ.

Et de his, & omnib. alijs peccatis meis confessionem generalem instituui, dieb. aliquot antequam morerer. Diuina itaq; bonitas pro pœnitentia in loco Purgatorij dedit, vt sic nuda coram omnibus apparea & ipeciatim per omnes Ecclesias, in quib. multarum tentationum occasionem homi nibus præbui, q i me tam belle, & p ecioſe o natam videbant, & diuina iustitia permisit me gestare in pedibus has crepidas deauratas, quas vides, quæ licet a me tanquam nimium veteres essent relictæ, nihilominus eis postea vni pauperi dedi, tantum n ihi p osunt, & profuerunt, vt mitigent, & temperent ardorem ignis Purgatorij. His narratis interrogauit religiosus, qui essent l i duo lupi ipsam sequentes, respondit illa esse duos sacerdotes, qui quondam vic ssi n fuerant sui Pastores, & Curati, quos Deus illa pœna damnauerat, vt ipsam in tali forma sequerentur, sustinentes vehementem calorem, & pœnam, quia indulserant, & tolerauerant in ipsa vanitates huiusmodi, quas vt auferret vrgere debebant, alioquin absolutionis beneficium denegare, cum viderent talibus rebus deditam non abstinere; nam, inquiebat, si ita fecissent, meipsam emendassem, & pariter si dominarum, & domicellarum Confessarij absolutionem, ipsis recusarent, cum eas talibus vanitatibus obnoxias aspiciunt, certè vellẽt nollent, huiusmodi superfluos cultus, & vestium pompas relinquerent, propter quas Deus rã rigidè illas puniet, vt explicare non queant, & etiam propter quas terribilem Dominus sententiam fecit, ad versus Confessarios, & Curatos earum, nisi officio suo debitè fungantur, & eas moneant, & nisi absolutionem denegent, recusantibus ab eiusmodi superfluo ornatu desistere.

Bone Deus (dicebat illa anima) obsecro te humiliter, & instantes, vt ores Deum pro me.
Ex 4.lib.2.partis Chronicorum FF. Minorum cap 30.

EXEMPLVM XCV.

Quantum animę ponderis adferat otium.

QVidam mendicus sanus, & fortis, otio semper vacabat. Hic verò sæpe monitus fuit, vt laboraret, & communitati deseruiret, sed hoc omnino recusauit. Contigit semel vt præ torpore, & otio dormiret accessit vnus sanctus homo, & accepit fruſtum panis de sacco mendici, & posuit super pectus medium dormientis, & statim cœpit se in somno miserabiliter habere, & vlulare. Quicum hoc vidisset, tulit panem de pectore eius, & eum extirauit dicens; Quid obfuit tibi in somnis frater? Qui respondit, videbatur mihi, quòd magnus mons iaceret super corpus meum, & depressisset me vsque profundum inferni. Cui ille homo respondit.

Erras frater, non fuit mons, sed parua eleemosyna de sacco tuo, ergo videas quãtum tibi noceat mendicitas. Gotschalcus ser. 75. partis æstiualis litera E.

EXEM-

EXEMPLVM XCVI.

Patientia habenda exemplo Christi passi.

IOannes Pachanus alias Pachâ Minorita, Angelus dum Bononiæ in capitulo generali falsò accusatus, ante CRVCIFIXI imaginem in patientia genua procumbens, obnixe crucifixum rogasset, ne eum patereturfalsi criminis accusari, prece vix finita, cum sacra crucifixi imago affata est, his verbis, quæ etiam hodie leguntur, ante eam imaginem.

Et ego quid demerui pendens inter latrones?
Orauí, nec obtinui carnis petitionem,
Calicem mortis sorbui Patri placere studui per carnis passiones,
Ergo non murmur exeat, si non fit quod orasti, nec orasse pœniteat, quamuis non impetrasti,
Dum fraudat desiderium, ad maius beneficium datorem obligasti,
Ad me si leuas oculum, vides argento vendi, tradi quoque per osculum, & dure comprehendi ac alligari funibus, confici verberibus, veluti desperatus præsentor Pontificibus quasi latro ligatus,
Sic quos amaui fortius, ab his inquam, citius sum spretus & ligatus,
Ibi clamor, derisio, seueritas minarum,
Omnes impunè faciunt, & quidquid mihi faciunt videtur esse parum,
Saturatus opprobrijs ducor ad Pilatum,
Renouatis iniurijs ruunt in accusatum,
Hinc homicidam liberant ad mortem ad iudicatum.
Ibi nil valet veritas, siue ius allegando,
Sed æmula clamositas prævalet insultando,
Nec præses dat præsidie, nec curam gerit curia de iusto liberando.
Quasi vile mancipium dant in Herodis manus,
mox producor in medium, deludor vt insanus.
Tandem remissus Pontio, diræ mortis supplicio, condemnor vt prophanus.
Extra muros ejcior, & ipse crucem fero.
Matre videnteſpolior vestimentis, quæ gero.
Tandem clauis confodior, & in cruce morior, de vita non despero.
Tu ergo vermis non turberis, si statim non consequeris, quidquid a patre quæris.

Quibus ille auditis obstupuit, & spirituali dulcedine recreatus est.

Reuer. Pater Henricus VVillot in Athenis Orthodoxorum Sodalitij Franciscani, ideſt, in Chronico scriptorum Ordinis Minorita-rum.

frater ille deuotis ſtetit in memoria, fuit ſpiritu raptus & vidit quod ſanctus angelus de cœlo deſcendit, portans vnum ſertum de rubeis roſis factum, & poſuit in capite vnius iuuenculæ. Secundò vidit, quod Angelus portauit vnum ſertum factum de roſis albis, impoſuitque capiti alterius puellæ. Tertiò vidit quod vnus diabolus venit portans vnum pelliceum inueteratum, & percuſſit tertiam puellam ſuper caput eius, & etiam portauit chorum, eum quo luſit ante eam. Frater ille ad ſe reuerſus finiuit miſſam, cogitans intra ſe, quid hoc ſignificaret. Finitæ miſſa interrogauit primam, quid intra miſſam cogitaſſet. Reſpondit: quòd cogitaſſet de corona ſpinea, cum qua caput Domini noſtri fuit coronatum, ſanguiſque ipſius capitis effuſus. Ac frater ei dixit, ego vero tempore miſſæ vidi Angelum de cœlo deſcendentem, & portantem ſertum de roſis rubeis, quòd impoſuit capiti tuo. Secundam interrogauit, quid ipſa cogitaſſet. Reſpondit: Cogitaui de Domini noſtri pueritia, & innocentia, quam affabilis, quam dulcis, quamque diligibilis fuerit Chriſti pueritia. Cui etiam dixit frater: Vidi ego infra miſſam Angelum de cœlo deſcendentem, & portantem vnum ſertum ex roſis albis capitique tuo illud ſuperpoſuit. Tertiam interrogauit, quid illa cogitaſſet. Reſpondit, quod cogitauit quam prolixus, & quam tædioſus eſſet ille frater in miſſa: vtinam miſſa finita eſſet, quia poſſem mihi emere pelliceum, & chorizare, & gaudere. Ei verò ſignificauit frater ſe vidiſſe diabolum vnum, pelliceum fœtidum de inferno portantem, eamq; eodem percutientem, & habentem chorum ante eam, chorizantem, & ſaltantem. Gotſchalcus Holen ordin. Eremita. D. Auguſtini partis æſtiualis ſerm. 100. lit. C.

EXEMPLVM C.

De malis quando in peccato perſeuerant relinquendis, per pulchrum, & ſtupendum miraculum.

ANno 1275. Barchinonæ extinctum eſt lumen illud, & religionis præſtantia & doctrinæ magnitudine ſatis fulgidum, ſcilicet frater Raimundus de Penaforti, natione Cathalanus, patria Barchinonenſis, qui fuerat tertius generalis Magiſter ordinis Prædicatorum. Etiam viuus miraculorum gratia fuit clarus, obijt que ipſo feſto Epiphaniæ Domini, vnde altera eiuſdem Epiphaniæ fit ſolemne officium illius Barchinonæ, & per illa omnia tria regna, ſcilicet Cataloniam, Valentiã, & Aragoniam, iam a tempore Pauli III. ſummi Pont. hic Raimundus vir fuit ſanctiſſimus, & etiam viuens miraculis coruſcus, & quatuor adhuc viuens a morte ad vitam reuocaſſe, & 36. poſt obitum litterarum monumentis traditum lego. Cumq; foret a confeſſionibus regi Aragonię Iacobo, eum ſæpe admonuit, vt concubinam quam tenebat, relinqueret, quod ille ſe iã facturum pollicebatur, ſemper procraſtinando. Demum cum rex ex Barchichinona ad Maioricenſem Inſulam transfretare decerneret, & ſanctum ſecum in comitatu habere cuperet, & ille id facere renueret, niſi prius concubinam abs ſe abdicaret, ſpopondit rex certiſſime id factuũ, cum ad Inſulam illam perueniret, ſed promiſſis minimè ſtetit. Poſtquam ergo in prædictam inſulam peruenerunt, & ſanctus regis vitam in malis inueteratam conſiderauit, & quod ſanctis ſuis monitis nihil proficeret, regem decreuit relinquere, & ſe Barchinonam conferre, nè regis peccato inuolueretur. Id reſciens rex ſub pœna capitis edicto publico proclamari fecit, nè quiſpiam illum ex illa Inſula in terram firmam tranſueheret. Tunc vir Sanctus diuino ad id ſpiritu ductus, & auxilio fretus cappam ſuam ſuper mare extendit, & ſigno Crucis præmiſſo illud ingreditur, & baculo quem gerebat ſcapulare ſuũ in altum eleuat, vt loco veli deſeruiret, & ſic ex Maioricenſi Inſula ſoluit, & mox ſpiritus Domini fluit opportunus, & illa 160. milliaria, quib. Barchinona a Maiorica diſtat, abſoluiſſe proditur ſex aut circiter horarum ſpatio, & Barchinonam appulit incolumis. Nec tamen prætereundum, qđ cum Inſula cępit Sanctus ſoluere, mox ad regem accurrerũt plurimi, illius receſſum illi referentes. Omnia clamoribus implentur, triremes, & varij generis naues a rege mittuntur poſt eum vt illum reducant. Sed & regia ſolicitudo & conatus, nautarum

quo-

quoque omnium naualis peritia, & ſeduli tas in caſſum fuere. Cum vero vir Dei ad littus Barchinonenſe applicuiſſet tanta illius pallij, & cæterarum veſtium ſuarum erat ſiccitas, vt eas aqua minime videretur attigiſſe, & populus qui confluxerat innumerus, tanta rei nouitate ſtupefactus eius veſtigia exoſculari ſatagebat. Cappe huius tactu cum ad infirmos defertur Brachinonæ (fit à id frequentiſſime) & etiam quędã ſubtuſa terra, quæ eius ſepulchro prodit, in potu vel in pulmento infirmis porrecta a varijs in dies infirmitatis ſanantur. Frater Antonius Senenſis in Chronico Prædicatorum ad annum 1275. pag. 133.

EXEMPLVM CI.

Non eſt pertinacia ſuper pertinaciam mulieris.

VIr, & vxor ſemel ambulauerunt mutuò per ſolum herboſum, dixit vir quod ornatè, & debitè iſtud ſolum herboſum eſt falcatum. E contra mulier dixit, nõ eſt falcatum, ſed tonſum Contra quam aſſeruit, quod eſſet falcatũ, mulier verò pertinaciter reſpondit quod eſſet tonſum. Vir iracundia, motus proiecit mulierem ad aquam; Quando autem mulier non potuit amplius loqui, extendit mulier manum, extra aquam faciens ſignum cum digitis in modum forcipis, oſtendens quod eſſet tonſum, vſque ad mortem.
Gotſchalcus ſer. 82. lit. E.

EXEMPLVM CII.

Eadem pertinacia muliebris docetur ſequenti narratione.

QVidam habebat vxorem valde pertinacem, quę cecidit ad flumen, & ſubmerſa eſt, & vir eius quærebat eam contra flumen ſurſum. Et cum interrogaretur quare eam quæreret contra flumen, & non inferius. Reſpondit, Vxor mea ſemper mihi fuit contraria ore, & opere, ſicut ergo fecit in vita, ſic eam arbitror feciſſe in morte, vnde credo quod contra fluuium aſcenderit. Idem ibidem, partis æſtiualis.

EXEMPVLM CIII.

Prælatorum poteſtas magna, oſtenditur excommunicationis exemplo.

FVit quidam Comes in Toloſa, fautor, & receptor hęreticorum, & omnis talis ipſo facto, excommunicatus, vna cum hæreticis. Et quidam S. Abbas fuit ad eundem Comitem miſſus, ad commonendum eum.. Qui dum vino ſancto noluit acquieſcere, nec excommunicationem timeret, ſciens vir ſanctus, quia cor peruerſum verbis non compungitur, dixit Comiti. Vt tu, & tui videant factis, quia infecta ſit anima, quæ vinculo excommunicationis eſt inuoluta, volo mihi apportari album panem, quo allato dixit: O panis licet tu non merearis pœnam excommunicationis, tamen vt in te oſtendatur fidei veritas, excommunico te. Quo dicto, panis inter manus eius albus, mox niger factus eſt, quem in duas partes diuiſit, & interius ſimiliter apparuit niger, & muſcidus, atque corruptis. Tunc ſubiunxit, vt ſciatis uirtutem abſolutionis, accepto pane abſoluit eum, qui in priorem ſpeciem & candorem eſt reuerſus.
Gotſchalcus Holen ordinis Eremitarum D. Auguſtini par. Hyem. ſem. 62. de litera B.

EXEMPLVM CIIII.

Purgatorij pœna.

FVit etiam in Amorenſi conuentu religioſus quidam pius & deuotus, & neceſſitudinis iunctus uincullo cum quodam religioſo Minorita, qui ambo dum aliquando ad inuicem amicabilia miſcerent colloquia, ſibi inuicem polliciti ſunt, quod qui eorum prius uita fungeretur (ſi Dominus id illis permitteret) inde rediret ad eum, qui in uiuis maneret, ut eum ſui ſtatus admonitum redderet. Obijt itaque primo religioſus Minorita, & poſt dies aliquot dum noſtri ordinis religioſus in refectorio foret, ibi comparuit Minorita defunctus, & aliquamdiu fuerunt confabulati, & nonnulla illi retulit miranda de futura uita, ac demum quomodo in pœnis ageret purgatorij, & cruciatibus minis, & in

veritatis comprobationem illius, quod narrabat, manum posuit super vnam refectorij tabulam, mox illic mansit manus ignea impressum vestigium, quod adhuc hodie ibi inuisitur, & hoc facto disparuit praefatus defunctus. Antonius Senensis in Chronico praedicatorum ad annum 1218. pagina 32.

EXEMPLVM CV.

Religio secundum baptisma est.

EST etiam iucundum, & notabile omnino hoc in genere, quod Leontius, Cyprius Episcopus, antiquus author, narrat, in vita Simeonis Abbatis. Hic enim Simeon cum vna cum Ioanne, eiusdem vterque nobilitatis, in ipso adolescentiae flore ad monasterium venissent, ac die postera religioso habitu induendi essent, quidam ex fratribus ita eis dixerunt (iuuat enim ipsa eius verba ponere, vt sunt simplicia, & nuda) Beati estis, quoniam cras regenerabimini, & mundi efficiemini, sicut nati estis ab omni peccato, perinde ac si ipso die effetis baptizati. Quod illi audientes, admirati sunt ambo, & cucurrerunt ad diuinum Niconem Abbatem monasterij, & ad eius pedes procidentes, dicentes. Rogamus te, pater, ne nos baptizes. Sumus enim Christiani, & nati ex parentibus Christianis. Is autem, cum nescire quidnam audissent a patribus coenobij, dixit eis. Quis enim vult vos, ô filij, baptizare? Illi vero dixerunt: Domini nostri, patres monasterij dicunt nobis; cras rebaptizabimini. Tunc intellexit praefectus, eos dixisse de sancto habitu, & ait eis. Recte dixerunt, filij Et enim, si Deo placuerit, volumus vos cras induere sancto, & angelico habitu. Platus lib. 2. c. 13. de bono statu Religiosi.

EXEMPLVM CVI.

Securè moritur bonus Religiosus accedentibus fratrum auxilijs, & precibus assiduis.

TRaditur de Cunone, Malburchensis oppidi Domino, quicum quadraginta annis in saeculo, saecularibus paene moribus, vixissent, religiosam deinde sequutus disciplinam, triênio post pie defunctus est. Quo tempore narrauit daemon, qui Energumenâ obsidebat, se, & alios ex suis quindecim mille (tot enim fuisse falsus est) in morientis cellam conuenisse, sed tamen tantum abfuisse, vt ei nocuerint, vt ne propius quidem accedere potuerint, repulsi, vt aiebat, clamoribus validis, quos tonsurati illi, (sic enim Dei hostis, famulos Dei, eorumque orationes ludibrio appellabat) lectulo assistentes fundebant. Adiecit etiam magnâ querelam, ex qua ipsa querela religionis vis constare nobis possit, de insigni iniuria a Deo sibi facta, quod cum Cuno ille annis quadraginta ipsis daemonibus, Deo autem tantummodo tribus seruisset eum tamê inferni poenis ereptum, in coelum euexisset. Hierony. Platus de bono statu Relig. lib. 1. cap. 31.

EXEMPLVM CVII.

Non reformidans luctam cum daemone in extremo vitae articulo. Fr. Reginaldus, asserit se fuisse iunctum a B. Virgine Maria.

REginaldus vnus ex ipsis B. Dominici discipulis, cum moneretur, vt se extrema vnctione, vt moris est, ad luctam cũ daemone praepararet. Ego, inquit, hanc luctam minimè reformido, quin potius expecto laetus, iam enim dudum mater misericordiae me inunxit, in qua plurimum confido, & ad quam cupidè proficiscor. Quod autem se prius ab ea inunctum dicebat, id ita habuerat. Cum ante annos multos grauissime aegrotaret, vigilanti de nocte apparuit Regina coeli cum aliis duabus virginibus ipsaque ad eum accedens iacentis oculos, aures, os, & manus vnguento, quod attulerat, propriis illis manibus liniuit, denique & pedes in praeparationem Euangelij, vt ipsamet, quasi ex formula forans adiunxit. Hieron Platus eod. lib. & cap.

EXEMPLVM CVIII.

Deus vindictam sumit de his, qui sunt in Religiosos iniurij.

ANno 1476. aliquid euenit admodum memorabile, Praelati, quidam, nescio quo

quo ſpiritu inducti, de Franciſcano ordine abolendo conſilia inter ſe contulerunt, & ad eam rem perficiendam quoddã aliquot Epiſcoporum conuenticulum coegerunt. Erat autem in eadem vrbe Eccleſia præcipua, & in Eccleſiæ feneſtris vitreis duæ imagines pictæ, vna ſancti Pauli, qui eiuſem, altera Santi Franciſci, qui crucem manibus tenebat.

Nocte Aedituus viſus eſt ſibi Paulum audire hæc dicentem. Quid agis Franciſce? cur tuam non defendis familiam? Cui ille. Quid faciam? nihil habeo præter crucem, & hæc ipſa me admonet de patientia ſeruanda. Tum Apoſtolus hortari, ne tantam ferret iniuriam ſuumque ei offerre gladiũ. Territus Aedituus ſimul ac illuxit, accurrit in templum, certoque vidit, vtramque imaginem inſignia inter ſe commutaſſe, atque in Pauli dextera crucem adhuc eſſe Franciſcum verò gladium habere cruore ſtillantem, quod dum ſecum tacitus, miraretur increbuit tumor, Epiſcopum illum, qui eius conſilij author fuerat, repertum eſſe mortuum, præciſis ceruicibus. Ac ipſe quoque nocturnum viſum narrare cœpit, ac pro eius fide ipſas imagines omnibus oſtentare.

Hierony. Platus lib. 1. cap. 33. de bono ſtatus Religioſi.

EXEMPLVM CIX.

Magnum beneficium Dei eſt, vocari ad Religionem, ob quod parentes gaudere potius debeant, quam triſtari, & conqueri,

CONuenit egregium dictum Iordani, qui proxime poſt B. Dominicum Generalis Magiſter fuit ordinis Prædicatorum, magna vir ſanctitate, atq; etiam, vt accepimus auctoritate. Hic enim cum nouitium quendam, ſpectantibus aliquot eius ſocijs, ad religioſum habitum admiſiſſet, & deinde multa verba, de religionis felicitate feciſſet, ad extremum eos vberius lachrymantes aſpiciens, ita ad illos ſermonem conuertit, non debere eos flere ex amici diſceſſu, ſed potius ex inuidia, quod ille quidem multò meliorem partem, quã ipſi, eligeret, religioſos enim Deo ſeruire tanquam cubiculariosprincipis, quia ab ipſo intimè, ac familiariſſimè adhibentur, ſæculares autem, ſi modo famulantur, in famulari, vt qui in coquina, aut alijs eiuſmodi ignobilibus miniſterijs. Itaque vtilius, ac ſalubrius etiam ipſis fore, ſi oculos aperirent, & cogitarent, ſibi quoque ianua patere, ſi ingredi velint, & ad tanti Regis menſam aſſidere. Nec ſurdis auris dictum. Vnus enim eorum ſtatim, nè domo quidẽ reuiſa, alij paulò poſt omnes in eundem ſalutis portum ſe receperunt Hieron y. Platus lib. 1. de bono ſtatus Relig cap. 4.

EXEMPLVM CX.

De Religioſo maiorem paulò rerum monaſterij temporalium curam gerente, id circò in officio diuino remiſſione purgatorij pœnis addicto.

APud Valentiam in monaſterio edito à ſanctiſſimo Papa Adriano (quod vocatur monaſteriũ ſancti Rufi) fuit quidam cellarius, qui propter nimiam ſolicitudinem rerum temporalium monaſterij, vt plurimum dimittebat poſt refectionem pſalmum Miſerere mei Deus, loco cuius dicebat breuitatis cauſa pſalmum Laudate Dominum omnes gentes, qui tamen in alijs erat deuotiſſimus. Cum verò mortuus fuerat, faciebat ſpiritus eius mirabilẽ tempeſtatem in cellario. Et cum quadam die apparuiſſet cuidam viro ſancto, ibidem ei locutus eſt, & inter alia petiuit ſanctus ab eo, quam pœnam pateretur, & quare faceret tantum ſtrepitum in cellario. Reſpondit; quòd ipſe pateretur tantam pœnam, quod quaſi eſſet extra ſpem miſericordiæ, ſi illa pœna deberet eſſe diuturna. Et hoc ideo. Quia in gratiarum actione, loco Miſerere mei Deus, dixi Pſalmum Laudate Dominum omnes gentes, quaſi miſericordiam Dei renuiſſem. Et adiecit ille ſpiritus, quod ille pſalmus Miſerere mei Deus, debet dici de manè poſt prandium, & Laudate dominum de ſero poſt cœnã, quando bis comeditur, ad demonſtrandũ, quòd in præſenti vita miſericordia Dei debet inuocari, & in alia vita ex inuenta miſericordia laudari. Ideo, dixit, quod fui ingratus poſt refectionem, & miſericordiam Dei poſtpoſui, ideo cruciot hic. Et cum peteret vir ille, vtrum aliquis eum iuuare poſſet. Reſpondit, quod ſi monachi

per

per eo orarent, & hostiam offerent, & omni die dicerent Psal. Miserere mei Deus, loco ipsorum quos ipse omiserat, & ita facerent per annum, quod factum est, qui post annum assumptus est in cœlum.
Gotschalcus ser. 65. par. æstiu. lit. F.

EXEMPLVM CXI.

Declaratur in quanto honore corporalia, reliquiæque sanctorum Apostolorum, & Martyrum habenda sunt.

QVidam nobilis, & potens, cum familiaritatem Apostolicæ sedis adeptus esset, ut sit per legatos petens reliquias sanctorum Apostolorum, ac Martyrum sibi transmitti, quos Gregorius honorabiliter suscepit. Cum autem ipsam celebrasset inceptum, præsentia, & anuum super quo celebrauit particulatim diuisu, & crinijs partes imposuit, suoque sigillo muniuit, eisque tradidit. Qui accepta benedictione gaudentes profecti sunt. Sed dum iter caperent primus illorum dixit sodalibus; aperiamus, & videamus quid summus Pontifex misit Domino nostro. Confractis Apostolicis sigillis, inuenerũt panni particulas, mox q; cum indignatione Romam regressi, Archidiaconum adeunt. Vt quid, inquiunt, Dominus Apostolicus, tam vilipendit Dominum nostrum? putabamus nos ossa Apostolorum, aut Martyrum adhuc ferre, datæ sunt nobis portiuncul æ panni, ac si huiusmodi genus apud nos non esset? Quibus per Archidiaconum ad Apostolicum eorum stultitiam patienter tulit, præcipiens quatenus missarum solemnijs interessent. Finita missa accipiens cultellum, vnam pãni portionem per medium secuit, ex qua sanguinis decurrit, & omnem eandem particulam cruentauit. Videntes igitur legati, & populi stupendum miraculum, cecidерunt prouoluti in terram. Et facto silentio Gregorius dixit: Scitote fratres quod in consecratione corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, cum oblatione reliquiarũ, in honore Apostolorũ uel Martyrum eius offertur, semper illorum sanguinis hos pannos intrauit, qui eius est, pro nomine eius; ergo sunt excellenter honorandæ, nam si sepulchrum Christi fuit sanctificatum propter tactũ corporis Christi mortui, & non glorificati, quanto magis corporale sanctificatur, propter tactum corporis viui, & glorificati.
Gotschalcus Holen. ord. Eremitaeum D. Augustin. serm. 4. de dedic. lit. F.

EXEMPLVM CXII.

Quod possidetur iniquè, dimittendum, ne male retentum, pejus dispereat.

RElatat Philosophus 5. Politic. quod cuidam partem regni sui dimisisset, quam iniuste tenebat. & iniusto titulo possidebat. Hoc patus fortiter ab vxore propria quod deberet verecundari, quod regnum minus dimitteret filijs suis, quam ipse a Patre suo accepisset. Respondit Rex, si minus dimittebat in quantitate, maius tamen in temporis diuturnitate.
Gotschalcus ser. 16. lit. M par. æstiu.

EXEMPLVM CXIII.

Per stupendum miraculum de virtute magni Rosarij seu Psalterij B. Virginis.

FIdelissimo famulo Virginis Mariæ S. Dominico, Rosarij magni eiusdem Virginis mysterium (quod centum & quinquaginta salutationibus Angelicis, & quindecim orationibus Dominicis cõstat) publicè Carcassonæ annunciante, innumera populi multitudo, ex totum tam sancto, deuotoque seruitio B. Virginis deuouebat. Quidam verò sectæ Albigensis hæreticus hoc perspiciens, simul & ægre ferens, non modo deuotum hoc exercitium, Diuique in Dominici concionem, sed maxime; verum ne eo temeritatis, & audaciæ prouectus, vt vel ipse non sit tam vili tantum dominare, & alijs calumniam ipsum dicendi ingerere, finem a tanto agendi, concionandi B. Dominici publicè, palamq; fecit. Vnde factum est, vt nonnulli hæreticos, qui & hæc sinu admirare, & sacrosancte B. Virginis seruitio, cultuq; maiora eine habuit ura sancto proposito retraherent. Quare Virgo mater in inimicitiæ cupiens quodammodo ostendere, & signis quam grata sibi esset ista salutatio, quo Deum deuotio in mulierum

dę-

dæmonum vir ille hæreticus venit poteſtatem, vt pote ab ipſis vere obſeſſus, ita vt veſtes ſuas omnes dentibus premeret, ac diſcerperet, aliterve modis inſolitis rabiē ſuam oſtentare vellet. Parentes verò eius eum cohibere cupientes, eundem vi continuerunt, & non ſolum funibus (frangebantur enim illico) verum etiam catenis ferreis conſtrinxerunt. Ligatus itaque eo quo diximus modo vociferebatur blaſphemabat, omni genere idiomatum loquebatur, multorumque peccata publicè detegebat. Quod parentes, & amici eius perſpicientes, eum ad ſeruum Dei B. Dominicū deferre decreuerunt eum deprecantes, vt quemadmodum à plurimis iam eiecerat dæmonia, ſic & eius miſereri dignaretur. Quo peracto, ſtatim atque B. Dominicus Roſarium coram vniuerſo populo (qui ex eodem credebatur duodecim millia hominum) multum deprædicaſſet; ac concionem habuiſſet, dæmoniacus iſte hæreticus vi delatus eſt, & ad pedes ſancti concionatoris ſiſtere coactus. Omnes autem ab ipſo humillimè petebant, vt quamuis antea ipſi fuiſſet aduerſus, & hoſtis infenſus, ſi tamen offenſam remitteret, ac ex eius corpore dæmones eijceret, & depelleret, Rex vere admiratione digna, namque in dæmoniaco iſto corpore audiebantur voces quaſi plurium perſonarum ſimul inter ſe colloquentum, toto circunſtanti populo ipſum plene capiente, clara voce in hæc verba locutus eſt. Gratias tibi ago Domine Deus, beneficio enim huius obſeſſi comprobabitur mea hodie prædicatio, conuerſusque ad dæmoniacum ait. In nomine Virginis Mariæ, cultusque ipſius, de quo iam verba feci, impero vobis, o maligni ſpiritus, dæmonesq; tartarei, vt quæ ſtionibus, quæ a me vobis proponentur di lucidè coram omni populo reſpon leatis. Primum igitur q æro a vobis, cur hunc hominem ingreſſi fueritis. quotque numero diaboli in ipſo reſideatis. Statimque graues emittentes ploratus, & vlulatus, dixerunt. Væ nobis, nullo modo adiu rationi huic rátæ obuiare. nec reluctari poſſumus. Tandemque reſpondentes dixerunt. Prima cauſa propter quam homo iſte a nobis obſideatur, eſt peccatum irreuerentiæ in Virginem Dei matrem ab ipſo cōmiſſum, nam & nos ſimiliter ſummo proſequimur odio. Secunda cauſa eſt ipſius idcirco dulitas; ante enim vnum menſem iam elapſum re de eodem prorſus cultu quo nunc concionante Toloſæ, peſſimus hic hæreticus Toloſanus tibi concionanti fidem habere noluit; ſed monitiones tuas ſpernendo teipſum derſionibus, & cachinnis iniuſte proſequutus eſt, ubiq; auſus in concionibus tuis conuadicere, hęreſisque ſuæ ſectatores contra te commouero. Quamobrem iuſto Dei iudicio coacti vſq; ad quindecim millia (eo quod contra pſalterium Virginis Mariæ loqui præſumpſerit) ingreſſi ſumus, neque id ſponte noſtra actū eſt; ſed nobis plane inuitis, nam quantum ad nos attinet, ipſum ingreſſu noſtro torquere minimè prætendebamus, propter lucrum quod per ipſum reportabamus, vt pote qui tot animas nobis lucrabatur. Tūc iterum B. Dominicus cœpit quærere, cur ad quindecim vſque millia præciſè miſerum illum obſcediſſent? Reſponderunt eā illius rei fuiſſe rationem, quod in ſalutatione Angelica quinque dictiones, in Pſalterio, ſiue Roſario quindecim Pater noſter continerentur. Secundo B. Dominicus eos compellauit, dicens. Per hoc Pſalterium, ſiue Roſarium ego vos iterum adiuro, vt mihi dicatis quare vos ipſos ad me adduci permiſeritis? Reſponderunt maximo cum tumultu, id ad ſuam ipſorum confuſionem factum fuiſſe, vtpote qui ab ipſo iam deuicti, & violenter religati fatererentur ſe ante eius conſpectum adductos maximo cum tartarei ſui gurgitis detrimento. Tertio rogauit num omnia quæ de Roſario B. Virginis publice propoſuerat, vera eſſent? Tunc magis quam antea horridas & terribiles emiſerunt voces, & deinde reſpondentes dixerunt. Maledicta ſit illa hora, qua impudicam hanc ſalutem intrauimus. Væ nobis in æternum. Cur non eum antequam huc adduceremus, ſuffocauimus? Serius nunc eſt, & id iam præſtare nequimus. Nam flammis ardentibus nos deuines adurendos, & duris, diriſque conſtringimur catenis ignitis, quibus veritatē ipſam profiteri, & publicare cōpellimur, quamuis id non ſine grandi noſtro præiudicio futurum non ignoremus. Audite igitur, nos Chriſtiani, Chriſtianæque Dominicus iſte, crudelis, & inſatiabilis noſter hoſtis, & perſecutor, quæcunque de Maria

ciusque Rosario annunciauit, verissima sunt. Sciatisque maximam vobis pro vestræ incredulitatis peccato imminere ruinam, & calamitatem, nisi ipsius verbis, & dictis fidem adhibueritis. Quarto loco rogauit eos quisnam esset iste homo, quem maximè odissent, detestarentur que dæmones; Ad quod subitò respondentes, dixerunt: Tu ipse es, nam tuis precibus, tuo severò viuendi, pœnitendique modo tuis denique concionibus, vnicuique viam paradisi ostendis, & patefacis quibus vijs, & rationibus, nobis nostras eripis prædas.

Noueritque totam tenebrosam nostram congregationem, & cohortem infernalem contra te commotam, & incitatam esse, misisseque fortissimos, & maximè noxios spiritus, qui quàm poterunt subtilissime in te, tuosque, absque vlla misericordia impetū facient, & proculdubio te decipient, & de victum misere supplantabunt. Hisce a B. Dominico auditis, ipse ad populum conuersus, ait. O Christiani, absit a vobis credere omnibus, quæ ab ipsis dicuntur, mendaces enim sunt, & mendaciorum inuentores. Verum tamen est Dominum Deum vt est omnipotens, posse cōferre virtutem etiam miserrimo, & vilissimo peccatori ad debellandos, supprimendosque omnes hostes, vt a me id hodierno die fieri videtis, a me, inquā qui vilis sum inter alios omnium quotquot viuunt in hoc mundo peccatorum maximus. Audientes hæc dæmones in hæc verba prorupere, maledicta sit talis, & tanta humilitas, quæ nos tantopere torquet, & cruciat. Denique denuò Beatus Dominicus, iniiciēdo scapulare suum in collū possessi, quæsiuit quinam sint inter Christianos, qui maxima damnentur. Nouum quid, & singulare tunc prorsus accidit, nam simul ac scapulare sancti viri collum contigit dæmoniaci, protinus è naribus eius defluxit sanguis spissus, & crassus ex auribus autem lutum ad instar ueneni cuiusdam, ore vero despumabat.

Vnde dixit dæmonibus Sanctus Dominicus. Præcipio vobis in nomine Iesu, vt hunc miserum peccatorem torquere desinatis. Sinis ergo (respondent) nos hinc abire. Quibus Sanctus Dominicus dixit: hinc non recedetis, nisi ad quæstionē paulò ante propositam respondeatis. Respondent ergo hunc in modum diaboli; Anti stitum, & principium vtriusque sexus maximum habemus numerum colonorū vero, & rusticorum paruum, licet enim boni, & perfecti non sint, tamen tantis malis, & peccatis obnoxij non sunt atque illi, mercatores, & oppidanos quam plurimos habemus, persæpè enim per auaritiam, fraudes, & sæpissimè per delicias, & voluptates carnales in nostra claustra, barathrumque nostrum descendunt. Deinde subiunxit Sanctus Dominicus dicēs, de sacerdotibus verò, & religiosis nullam mentionem facitis. Respondent innumeros se possidere sacerdotes at vero religiosos nullos. Sed ex dijs, qui non habita ratione statutorum sui ordinis, ea temere violant, singulis diebus innumeri ad nos deuoluuntur. Subinterrogauit, & dixit iterum Sanctus. De meis ergo religiosis, & Franciscanis quid dicitis. Tunc ad hoc renouatis vocibus, & clamoribus respondent, dicentes: heu, heu, ex illis pro tempore nullum habemus; futurū vero est vt infinitos recipiamus, cum nempe seueritas statutorum, ceremoniarum, ipsaque deuotio refrixerint perfumq; ierint. Sextò Diuus Dominicus petiit, quis esset sanctus in cœlo, quem ipsi magis reformidarent, & quem homines maximè glorificare, diligere, & colere deberent? Qua audita petitione omnes simul dæmones tam horribilem emisserunt rugitum, vt populus timore consternatus promiscuè rueret in terram; Diuus verò Dominicus singulis silentium imponens, eos corroborauit, confortauitque. Mirabile dictu, in rei enim veritate dixisses dæmones lamentari, & tristissimè conqueri, dicentes; O Dominice, Dominice, miserere nobis, pollicemurque nos nunquam tibi nocituros, tu misericors es erga miseros peccatores, & non ignoras nos esse omnium maximos ab omnibus maledictos. Cur ergo tantopere cruciatibus, & tormentis nostris oblectaris? tibi sufficiat pœna, quàm ex inferno sustinemus. Quibus respondit; torquere vos non desinam, donec quæstioni meæ satisfeceritis: Respondent dæmones. Saltem te rogamus vt id tibi secretò, clam, & in silentio, non autem palam, & coram tanta hominum, mulierumque multitudo manifestare liceat, id enim non sine magno nostro præiudicio, & irrecuperabili iactura fieret. Quibus iterum Sanctus dixit;

Ope-

Operam. & oleum perditis; Festinate hoc ipsum dilucide, clarissimaque voce humana declarare. Tunc conquerebantur, tantaque lamenta tam tristia emiserunt, vt multi circumstantium stulta compassione commoti ad suspiria, & fletus prouocarentur. Quam ob causam Diuus Dominicus dæmonibus iterum dixit. Nihil festinatione vestra quæstioni meæ satisfacere, actius ego, & soluerius vos cruciabo. Videns autem ipsos prorsus obmutescere, prostratus in terram, hanc orationem clarissima voce fudit. O excellentissima Virgo Maria per virtutem Psalterij, & Rosarij tui compelle hos humani generis hostes quæstioni meæ satisfacere. Hisce dictis, ex auribus, naribus, & ore hominis confestim erupit flamma, nulla tamen vllius alterius hominis interueniente læsione. Vnde totus populus graui timore simul, & correptus cœpit se signo crucis munire. Tuncque dæmones in hunc modum exclamando dixerunt: Per passionem Iesu Christi, & per merita sacratissimæ Virginis, nec non, & per suffragia sanctæ Ecclesiæ rogamus te Dominice, vt nos hinc abire permittas. Angeli enim sancti (cum tibi placuerit) illud ipsum tibi reuelabunt. Quantum ad nos attinet, falsi sumus, & mendaces: proindeque dictis nostris nullam Christiani adhibent fidem. Quapropter desiste nos vlterius molestare, nostrique miserere.

Quibus respondit Sanctus dicens. Indigni estis qui exaudiamini, iterumque flexis genibus talia precatus est. O mater sapientiæ dignissima, & de cuius salutatione, quo modo illa fieri debeat, iam edoctus est populus, pro salute populi circumstantis rogo coge hosce tuos aduersarios, vt eorum quæ ab ipsis peto puram, & sinceram veritatem palam hic profiteantur. Finita oratione subitò apparuerunt plus quàm centum Angeli armis aureis succincti, in eorumque medio Gloriosissima, & Beatissima mater Dei, quæ virga aurea, quam præ manibus habebat, dæmoniacum percutiens, respondere aiebat seruo meo Dominico secundum suam petitionem. Populus quidem ipse ad tam excellentem visionem non est admissus, sed solus sanctus Dominicus. Dæmones autem exclamare cœperunt, dicentes. O inimica nostra, ò nostra damnatrix, ò nostra inimica, ò nostra damnatrix. O cur fecisti nos, quare de cœlo descendisti, vt [illegible] quæ [illegible] & pro peccatoribus [illegible] exoras, ò via cœli certissima, [illegible] ssima, cogimur sine mora, & [illegible] ssione vlla, nobis quamuis inuitis, & [illegible] ntibus, totam rei proferre veritatem. Nunc declarandum nobis est, simulque publicandum ipsum medium, & modus, quo ipsimet confundemur, vnde væ, & maledictio in æternum nostris tenebrarum principibus. Audite igitur vos Christiani, hanc Christi mater potens nimis est in præseruandis suis seruis, quominus precipites ruãt in barathrum nostrum inferni. Ilia est, quæ dissipat, & euacuat, vt sol tenebras, omnium machinamẽtorum, & astutiarum nostrarum. detegit omnes nostras fallacias, & ad nihilum redigit omnes nostras tentationes; Coactique faremur neminẽ nobiscum damnare, qui eius sancto cultui, & pio obsequio deuotus perseuerat. Vnicum ipsius suspirium ab ipsa, & per ipsam Sanctissimæ Trinitati oblatum superat, & excedit omnium sanctorum preces, atque pium, & sanctum eorum votum, & desiderium, magisque eam reformidamus, quam omnes paradisi sanctos, nec cõtra fideles eius famulos quicquam præualere possumus Notum sit etiam vobis plurimos Christianos in hora mortis ipsam inuocantes contra nostra iura saluari. Et nisi Mariota ista obstitisset, nostrosque conatus repressisset, a longo iam tempore totam Ecclesiam exterminassemus, nam sæpissimè vniuersos Ecclesiæ status, & ordines a fide deficere fecissemus. Imò planius, & plenius vi, & necessitate compulsi adhuc vobis dicimus nullum in exercitio Rosarij, siue Psalterij ipsius perseuerãtem, æternos inferni subire cruciatus, ipsa enim deuotis seruis suis veram impetrat contritionem, qua fit, vt & peccata sua confiteantur, & eorundem indulgentiam a Deo consequantur. Tunc Beatus Dominicus hortatus est singulos de populo, vt clara voce, & tractim Rosarium beatæ virginis recitarẽt. Vnde ipse primus ipsum opus exequens (Omes memoratu dignissima) ad singulam salutationem Angelicam, quam & sanctus & populus recitabant, multitudo copiosa dæmonum è corpore miseri hæretici in speciem carbonum ardentium erumpebat.

His

His ita transactis, virgo & Mater sacratissima populo suam impertiuit benedictionem cuius virtute suauissimum ipse, & singularem percepit deuotionis ardorem, & dulcedinem. Atque ita disparuit B. Virgo; homo verò totus sanus, & incolumis mansit in præsentia S. Dominici. Quod videntes hæretici, multi ex ipsis ad fidem conuersi, hæresim adiurarũt studiq; Rosariũ recitantes, totos se seruitio B. Virginis Mariæ manciparunt.

Ex Legenda S Dominici, quæ ex quatuor vitæ ipsius Scriptoribus sumpta est, nempe ex FF. Iordano, Constantino, Vn berto, & Theodorico de Alpodia ordinis Dominicani viris pijs, & doctis: Transtulit au ẽ illam in Gallicam linguam venerabilis Religiosus eiusdem ordinis frater Ioan. Martinus conuentus Valencenensis, qui supradictum miraculum refert 1. parte c. 5. fol. 35. colum. 4.

EXEMPLVM CXIIII.

Virtute Rosarij, S. Ludouici Regis Galliæ matri impetrata est conceptio, & natiuitas.

CVm concionaretur Patriarcha D Dominicus, cum magno feruore in Regno Franciæ, Christianissima Regina, nomine Blanca, rogauit ipsum, vt vellet sibi, orationibus, a Deo impetrare filiolum. S. verò Dominicus respondit: Regina te exhortor, vt recites Rosarium B. Virginis Mariæ, & compares tibi multa Rosaria, desque ijs, qui volent legere, promittens ipsi his verbis: Regina spera in Deo, quod si hoc feceris, & fueris deuota B. Virgini Deus per ipsius preces, & aliorum, qui legent hoc Rosarium dabit tibi filium sibi gratum, virumque Sanctum. Hoc facto deuota Regina tempore statuto peperit filium, qui fuit Christianissimus Rex Ludouicus, inter Sanctos relatus, ob suam virtutem, opera, & miracula.

P. Seraphinus Razius in hortulo exemplorum tit. de B. Maria Virg. exemplo. 26.

EXEMPLVM CXV.

Suæ prolis interfectrix viua defossa, & iuste a Deo damnanda, viua post multas a sepulturæ tempore horas reperitur meritis B. Virginis, cuius Rosarium sæpe legere consueuerat.

FVit Pragæ ciuitate Boemiæ, quædam iuuencula virgo, quę cum ab aliquo fuisset corrupta, & grauida effecta, cum magno timore, & verecundia expectaba tẽpus partus, ne per eundem partum, non manifieret peccatum ipsius, cumque iuisset ad concionem, audiuisseque eos, qui deuotè nomina darent, sodalitati Rosarij, illudq; cum deuotione recitarent ab omni prorsus liberari infamia, nomen dedit sodalitati, Rosariumque maxim o cum feruore, & animi deuotione legebat, vsq; ad tempus partus, quod cum aduenisset, & sola in cubiculo suo remaneret, peperit filium, quẽ suffocauit, & sub lecto sepeliuit. Volens autem Deus virtutem Rosarij, omnibus notam facere, nec solũ Rosarij, sed & Matris suæ sanctissimę, totum puellę crimen manifestauit, quæ capta, & ad iudicẽ perducta, confesso tñ prius delicto, ab ipso fuit condemnata, vt viua sepeliretur, effossaque fouea, in eandem deiecta, & superiniecta magna terræ copia, in eadem tumulata fuit. Multis deinde interiectis horis audita fuit vox è loco illo subterraneo diuersis uicibus dicens: liberate me quia ego sum uiua. Qui hanc uocem audiuerant uocauerunt Sacerdotem, totaque ciuitate accurrente discooperta est, & uiua ab ipsis reperta, sanaque laudando Deum, & Virginem Mariam, cumque interrogaretur quo modo adhuc uiueret, respondit cum iuramento, eo quòd fuisset deuota Virgini sacræ, & legeret suum Rosarium, tum etiam quod cũ non fuisset integre confessa deberet dãnari ad pœnas inferni, sed Beata Virgo, inquit, me seruauit, ut possim integrè, & bene cõfiteri, ubiſque dico mihi a Beata Virgine monstratas esse pœnas horribiles, quas passura eam, si non fuissem, dedita cultui ipsius dicendo Rosarium. Hæc fœmina uixit, postea longo tempore sana, & absque ulla læsione magnificando Deũ, Matremque ipsius sanctissimam, quę sibi deuotos

conſeruat. Reuerendus P. Seraphinus Razius in hortulo exemplorum eodem uti de Maria Virg. exemp. 29.

EXEMPLVM CXVI.

Sacerdos malus etiam honorandus ob miniſterij dignitatem.

FErtur in narrationibus patrum, vidiſſe laicum quendam ſuis oculis ſacerdotem Eccleſiæ, quam frequentabat, in crimine adulterijs deprehenſum, adiſſe eum tam fidenter, & abſque vlla dubitatione, cum poſtero die ſacrificaret, vt ex manibus eius ſanctam Euchariſtiam acciperet. Poſtquam verò accepiſſet, petijſſe ab eo, vt frontem, quam habebat leproſam cruce ſignaret, quod cum feciſſet, lepram quidem tanquam ſquammam excidiſſe, frontem verò ſanam, & nitidã apparuiſſe Res profecto ſtupenda, & diuini iudicij plena. Non fecit crimen vacuam gratiam, nè præberetur locus obtrectationi ſacerdotum, & ne eos quiuis iudicaret, imo habuit gratia efficacitatem propter dignitatem ſacerdotij, vt doceremur cum ad ſacerdotes imus, non ad homines, ſed ad Deum nostre, qui per eos nobis tribuit dona, noſque ſanctificat, & quod is, qui cum fide accedit efficiatur voti compos, quodque neque vitium ſacerdotis alterius fidei noceat, neq; rurſus ſola uita ſacerdotis non credentem iuuet. Sacerdos enim quatenus homo eſt, & infirmitate præditus non poteſt iuuare, ut neque tu rurſus eum cui ſis par in infirmitate, homo enim homini prodeſſe non poteſt. At ſacerdos ſacerdotij dignitate præditus, gratiam ſibi conciliat, ſiquidem donum Dei eſt ſacerdotium, per gratiam uerò efficitur Deo propinquior.

Theoleptus Philadelpiæ Epiſcopus [illegible] ne Schiſmate, & refert Franciſcus Turrianus Societatis Ieſu lib. 2. de Hierarchicis Ordinationibus Miniſtrorum Eccleſiæ Catholicæ cap. ultimo.

EXEMPLVM CXVII.

Corpus cocti pueri ſuſcitatur meritis S. Vincentij, ordinis Prædicatorum.

QVædam mulier prægnans in partib. Britanniæ, vna die venit ad tantum deſiderium humanas carnes comedendi, quod videbatur ſibi debere mori, ſi non comederet, quod cum viro ſuo dixiſſet, & ille negaret implere deſiderium iſtius ſuæ fœminæ, illa quæ amens erat, capta opportunitate accepit filium ſuum paruulum, quem habebat duorum amorum, uel circiter, & occidit eum diuidens in duas partes, partem vnam coxit de paruulis corpore, vt comederet carnes illas, vir autem eius domum reuerſus, & comperiens tam horrendum factum quanto dolore captus fuerit, qui libet poteſt imaginari, parcens autem fatuitati uxoris accepit parte filij diuiſas, & partim coctas, & portans ad ſepulchrum ſancti Vincentij ordinis Prædicatorum, multum orans pro ſuſcitatione eius, vtroque facto ſuſcitatus eſt puer, mirante tota Britannia, & concurrentibus populis ad viuendum tantum prodigium, viderunt omnes diuiſionis ſigna facta in corpore pueri. Hugarius ſiue Vngarus Minorita ſer. 28. Gemmę fidei.

EXEMPLVM CXVIII.

Deuotus quidam B. Barbaræ mori non poteſt, niſi prius ſuſceptis confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramentis.

TEmpore quo in Vniuerſitate Colonienſi noſtræ facultatis ſtudens fui, nobilem iuuenem quendam ſtudentem artes noui, adultum, & in verbis (prædagogo ſuo teſte, & me qui confeſſor eius fui) fide dignum valde, cuius relatione didici, quę ſequuntur. Fuit, inquit, nouiter circa Erckleuz in patrib. inferioribus Alemaniæ quidã ſecularis ſimplicianus, qui per orationes, & ieiunia ſæpe ſolebat beatæ virgini Barbaræ præſtare ſpecialia obſequia, in quib. ipſe exorabat ſimpliciter, humiliter, & perſeueranter, vt ſibi virginis interceſſione donaretur, ſine Sacramentis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ex hac vita non migrare. Premere cœperunt interea ter-

ram præfatam & adiacentem patriam guerræ suorum nobilium se vbi poterant in rebus,& hominib. ad inuicem inuadentium. Captiuauit vna autem die Dominus vnus ex eisdem sui aduersarij plures viros, inter quos etiam B. Barbaræ famulus detentus erat, vnaque cum alijs inturritus fuit, addebantur dietim noui captiui veteribus. Et victus, qui parcissimus fuit,& inhumanus,ex caristia non augebatur, sed minuebatur quotidie, adeo vt præ fame, & inedia multi aliquotiens mortui in carcere reperirentur,& nè fœtore reliquos læderent, per custodes carceris ejiciebantur. Inter deficientes autem præ fame ipse cœpit esse B. Barberæ fidelis, qui prope ad duodecimum diem, vel circiter, vltra humanæ naturæ fortitudinem sine cibo viuebat, quem cum custodes carceris sæpe iudissent, & iudicassent in crastinum morituram, velut alios ejiciendum, protelationem vitæ admirantes, ei tandum dixerunt. Quomodo,quę sumus accidit nobis tecum dicito? vltra humanam valetudinem, iam tot dieb. non gustasti, mortuo similiores, quam vino, nec vlla spes est de tua conualescentia,vnde ergo viuis diutius alijs? Dudum à vobis desideraui vt sacerdotę vocato confiterer, & viaticum sumerem fidelium,sed proditionem verentes,mihi petitum denegastis, Beatæ Barbare diu seruus extiti, quæ me sine dictis sacramentis, scitote,migrare non sinit. Quo audito, Capitaneum castri accesserunt, historiam narrauerunt,& difficulter, vt confessor admitteretur obtinuerunt. Confessione sacramentali igitur peracta, mori non poterat, quem beata virgo sui sponsi viatico præmuniri voleba. Nam exesis fame carnibus, moribundus iacebat,sanari alias nequibat, & mori nemo dabat.

Tunc iterum ad custodes clamabat, viaticum quæso per sacerdotem mihi porrigi curetis, & proculdobio vos fastidio, & ego mortis doloribus carebo. Amissus est igitur sacerdos cum diuinissimo Eucharistiæ Sacramento,quo munitus infirmus,statim requieuit in pace. lib. 4. Formicarij Ioânis Nyder c. 2.

EXEMPLVM CXIX.

Omittens obsequia B. Barbaræ. terribiliter in apostasia moritur.

TEmpore meo in conuentu Eistetensi notæ ordinis quidam frater professus iuit, qui aliquando B. Barbaræ virgini quibusdam sanctis exercitijs crebra præstitit obsequia, per quamà multis præseruabatur malis Torpore autem corporis tandem victus, præfata omittere cæpit exercitia,& segniti ei intendere. Hunc dicta B. virgo sibi apparens in somno excitauit & ei dixit (quemadmodum ipse postea retulit) Tu consuetus obsequijs derelinquisti me, & ego solitis adiutorijs destituam te, hoc flebili audito oraculo territus frater fuit,sed negligentiam non correxit,nam paulo post leuitatibus deditus, ordinis habitum retecit, & diu apostatauit. Tandem iam in anima, & corpore ægrotans venit ad ciuitatis Nurenbergensis hospitale sine habitu ordinis, & ibi ignotus iacens extremis suis appropinquare cœpit missum est ad conuentum nostrum ibidem pro fratre Conrado viro prudenti, vt infimo consuleret, quem in apostatæ vitio quidam esse notauerant, quo perceptо frater Conradus habitum ordinis specialem abscondite attulit, & apostatæ modis quibus valuit, suadebat reinduitionem sui ordinis. Viso autem habitu nescio quo instinctu dæmonis, vel infirmitatis, miser velut equus vmbraticus, vestem sanctæ religionis temerarie abiecit, dicens. Cur, inquit, modo me vultis confunderet recedite,recedite, quia ita fiet nullatenus. Mæsto itaque parte abscedente, miser,& egrotus statim agonizauit,& ita spiritum efflauit. lib. 2. Formicarij Ioannis Nyder cap. 10.

EXEMPLVM CXX.

Scrupulis liberatur virgo ante mortem.

VIrginem quandam multum deuotam fuisse mihi constat in ciuitate Nurembergensi,Bambergensis diœcesis,quę Eunegondis vocabatur. Hæc viuebat more castarum bonarumq. virginum in victu, vestitu, vitatione sæculi, & in his quæ ad

I eſculum pertinebãt, ſine querela ad omnem hominem, ſed adeò timida, & ſcrupulola in conſcientia extitit, vt vix meminerim in hoc parem reperiſſe. Nam poſt primam, & integram à ſe ſæpe factam confeſſionem ſacramentalem, frequenter grauibus ſtimulabatur ſcrupulis, de inſufficienti confeſſione, vt timebat tranſacta. In minimis rebus, vbi nullum, vel modicum peccatum erat mortalis criminis lapsum verebatur adeſſe, & ita nulla pace vllo modo conſcientiæ fruebatur, quicquid enim egit, aut omiſit de genere bonorum, in his ſemper peccatum graue adfuiſſe ſuſpicabatur. Cæpit itaque ex his inordinatis humoribus in ſexu fragili naturalis ſua complexio labi plurimum, & dietim vires deficiebant corporis, quia ſe ſemper plenam peccatis grauibus non diffidenque iudicabat; ſed reuerebatur. Timuit ipſa, timuerunt confeſſores eius, & non minus cohabitantes ſibi virgines, ſi in tali ſtatu ſcrupuloſiſſimæ conſcientiæ deprehenderetur prope mortem, forte ſub deſperationis laqueo ab hoſte maligno caperetur. Intuentes igitur viri prudentes, & animarum medici corporis defectum redundaret in animæ graue periculum interpretabantur virgini, quæ in periculo erat vſum rationis prædendi, quod ad ieiunia Eccleſiæ quædam nullatenus, ſicut ſana, tenebatur. Sciebant enim, quod labor quotidianus, quo grauabatur, quia pauper erat rebus (alijs enim famulabatur virginibus) & præcepta ieiunia, & abſtinentiæ formam libidinis non miniſtrarent, ſed caſtitati ſeruandæ potius ſatis eſſent. Sed ad iſta, triſtitia maior cor eius inuadebat, cum videlicet, intuebatur ſe priuari inſtrumentis virtutum, quibus communiter plebs fidelium vtitur. Obediuit tamen diſcretis confeſſoribus, licet inuitat, & non ſine puſillanimitate maxima. Tandem vero natura deficiente, lecto decubuit, & terminum vitæ appropinquare agnouit. Et ecce diuina arridente gratia ante triduum circiter ſuæ mortis, omnis ſcrupulus, timor, & puſillanimitas plenè animam virginis reliquerunt, ita vt ſumptis Eccleſiæ viaticis, & ſacramentis, ad libertatem, in pace in idipſum dormiret, & requieſceret, q̃ ſingulariter in ſpe Dominus tunc conſtituerat. Nam antea de inſolita hilaritate quædam admirantes ſibi ſociæ dicebatur virgines, quæ eius præteritum timorem nouerant. Nunquid conſcientia te redarguit modo, ſicut antea, quòd Eccleſiæ quædam ieiunia gradiente corpore non ſeruaſti? Quibus illa reſpondit. Animum ſcio paratum habui ad ieiunandum, ſed quia animarum medici Dei vicem habentes, iſta inhiberunt, obediui eis, nec exinde pœniteo, aut turbor, ſperans de Chriſti benignitate, ſuo redempta ſanguine ſaluari, & ita requieui, vt præmiſi in Domino.
Lib. 2. Formicarij Ioannes Nyder c. 12.

EXEMPLVM CXXI.

Deuota Prioriſſa Catharina de VVeſthuſen, circa mortem ſcrupulis omnibus liberatur.

NOui nobilem, diuitem, & potentem Dominam, relictam cuiuſdam militis de ciuitate Argentinenſi, quæ Catharina de VVeſthuſen nuncupata eſt. Hæc dum manebat in ſeculo, & in ciuitate prædicta, vbi multæ deuotæ Deo militant viduæ, earundem omnium ſpecialis mater, & patrona extitit, ſed in animo valde ſcrupuloſa fuit. Cum autem in Columbaria monaſterium ſororum de Subtilia noſtri ordinis reformaretur, relicto ſeculo, ibidẽ ſanctæ conuerſationis habitu induta eſt, & profeſſa. Et quia vna, vt puto de fortibus mulierib. fuit de quib. Prouerbiorum vltimo Salomon ſcribit, idcirco quibuſdam interiectis annis Prioriſſæ & Supprioriſſæ gerebat officium ſucceſſiuè in oi charitate, & dilectione, nec fœminæ aliquid deeſſe videbatur perfectionis, niſi q̃ plena fuit ſcrupulis, adeo vt cum illuc in cauſis ordinis venirem, cum ſola hac ſorore me plurimũ occupare opus fuit, vt puſillanimitatem eius compeſcerem. Hoc enim bonum præter alia in ſe habuit, vt audito ſuperioris ſui, vel alterius ex fama boni, & ſapientis viri iudicio, in aliqua ſibi dubia materia, ſtatim eidem acquieuit. Timuit ipſa, timuerunt etiam ipſi qui eam nouerant confeſſores, quòd ſi infirmata propinquaret morti, aliquando in his ſcrupulis, præſertim de iteratione à ſe bene confeſſarum rerum in periculo puſillanimitatis amplius poneretur, quam antea. Sed diuina miſeri-

cor-

ricordia quæ præterita fœminæ opera inſpexit, actum eſt per omnia contrarium. Nam vna die ſatis inopinatè, licet quinquaginta annos vix vel non accederet, infirmata eſt, & dietim cæpit deficere, & pro tunc omnis ſcrupulus, & inordinatus timor ab ea penitus abiceſſit, dixitque ad fratrem Ioannem Vvolffhardi, quem, vtpotè deuotum virum, in confeſſorem ſpecialem preelegerat. Ecce pater ſcitis quam erronea fui, & timida in conſcientia nimium, ſed Dei gratia nè timeatis, totum abiceſſit, de peccatis a me cõfeſſis, & commiſſis remiſſionis gratiam piè, & fidenter ſpero, & credo. Et ita inuocans beatum Petrum Apoſtolum, ſuũque diſcipulum Apollinarem, quos peculiariſſimè in vita, corde, ore, & opere dilexit, tandem eadem ægritudine, præmunita Eccleſiæ alimentis, vita deuote functa eſt. lib. 2. Formic. Ioan. Nyder c. 12.

EXEMPLVM CXXII.

Pius quidam inopinata morte eripitur, nè haberet ſpacium intendendi ſcrupulis ſuis.

HAbuimus aliquando in conuentu reformato Columbarienſis quendam fratrem, Petrum nomine, qui a primæua conuerſione ſua quam in conuentu Nurenbergenſi primum inierat, omnium virtutum honeſtate conſpicuus, religionis exemplar fuerat, & ſpeculum, nam ad colligendum eleemoſynas, oſtiatim ſemper paratus, in domo obediẽs die ac nocte in choro ſedulus, & cunctis affabilis fuit fratribus ſed conſcientiam, vltra quam credi poteſt timidam ſcrupuloſam, & puſillanimem habuit, omnia tuta timuit, & nimis, vt videbatur. Vnde de his diſcretiores fratres eum ſæpè iocosè vexabant, quem ſciebant æquo animo cuncta tolerare, quæ ſibi contra Deum eſſe non videbantur. Et quamquam eſſet poſtea iam factus ſacerdos, fortis corpore, complexione viuidus, & in annis attingens vix tricesſimum, tamen vt ex multis coniecturis habuimus, timor iſte vitalia læſit nimium. Vnde quadam die ſatis improuiſe in ægritudinem neſcio, quam, incidit, in qua ſtatim neceſſe fuit, vt decumberet. Cumque bona fide in infirmata ſuæ rationis perfectè vtens patientia lenis, & deuotione ſolida feruidus iaceret, & immobilis, ſtatim, & inopinate agonizare cœpit, & religioſis geſtibus diem clauſit extremum, nam paulo ante præcedenti die more ſolito confeſſus eſt, & miſſam celebrauerat, ſalemque vitam in ordine ſemper duxerat, quod de morte improuiſa, & ſubitanea, mala ſalem, & periculoſa ſignum periculi non aſſerat diſcretorum virorum iudicio. Et in Domino confido, quod inopinatus iſte interitus non nocere potuit, ſed ſortaſſis diuina clemẽtia, ne puſillus animo mortem timeret nimium, aut eius circunſtantias, ſtatim finem viuendi in corpore dare diſpoſuit animæ ſibi placituræ lib. 2. Ioannis Nyder Formicarij c. 12.

EXEMPLVM CXXIII.

Supra tumulum ſimplicis pueri Salaun, in vita ſæpe repetentis illa duo verba, Aue Maria, ortum eſt lilium pulcherimum, cuius flores referebant hæc verba, Aue Maria, literis aureis ſcripta.

TEmpore Vrbani Quinti circa annum Domini 1350. Florebat in innocentia, ſimplicitate, & ſanctitate vitæ admodum auſteræ pauper, rudis, & ſimplex mẽdicus, nomine Salaun, qui in annis puerilibus ad ſcholas miſſus, nihil potuit aliud diſcere, quam hæc verba Latina, Aue Maria. Cumque in Britannia Gallica oſtiatim per pagos panem quæritaret, repetebat ſupradicta verba, Aue Maria, ter, quater, quinquies, & ſexies ordinarie. Quamobrem illius prouinciæ habitatores ipſius innoxiam, & ſanctã ſimplicitatem intuentes, porrigebant ei, quod comedere ipſimet ſtatuerant. Tunc Salaun conferebat ſe ad certum, quendam fontem ab vrbe Landeuenec vna ferme leuca Gallica diſſitum, in cuius aquis ſuum panem, & quicquid mendicato acceperat, macerare, & condire ſolebat, nullo vnquam alio potu cibove vtens, quam pane madefacto in ſupradicto fonte. Lectus eius nuda erat humus capitis, cerui cal lapis, idque ſub arbore tortuoſa, & modicum a terra erecta iuxta illum fontem. Hiberno tempore, cum præfrigore rigeſceret, aſcendebat illam arborem, & ramos flexiles apprehendens, librabat,

corpus sursum, deorsumque, & hanc motoria agitatione temperabat algoris sequitiã, pleno ore decantans sexies, ò Maria? ò Maria? ò Maria? ò Maria? ò Maria? ò Maria? Cumque aliquando increscceret hyemis asperitas, in aquas fontium per antiperistasin, & contrarietatem qualitatum fumantes insiliebat, hinc factum est, vt incolæ talia facta conspicientes cum fatuum vocitarent, sed Deus admirabilis in sanctis suis volens Matris suæ famulum excusatum habere ob innocentiam, & nomen Virginis Mariæ, celebratius reddere miraculum quod sequitur edidit, nam cum defunctum hunc innocentem, & simplicem Salaun, vicini sub arbore sepelissent, eodem loco vbi solebat sibi lectum sternere, qui erat nuda humus fonti adiacens, accidit, vt postea pulcherrimum lilium miraculosè super ipsius tumulum crescceret, cuius flores repræsentabant hæc verba, Aue Maria, aureis exarata.

Dominus Ioã. de Longoeznon, Abbas Cœnobij regalis Landeuenec, in Britannia Gallica, Diœcesis Cornouallix, qui testatur se vidisse illud miraculum, quique est author hymni ad B. Virginem pro defunctis, qui incipit, Languentibus in Purgatorio, in quo sexies repetitur. O Maria adimitationem S. Salaun. Scriptum est in volumine legendas Sanctorum Gallicas cõplectente in lucem vulgato, per Doctores Parisienses, ad primum diem Nouembris.

EXEMPLVM CXXIIII.

Vxor quædam maritum suum multis annis defunctum iuuat, & a pœnis Purgatorij liberat solutione debitorum, quæ viuens ipse contraxerat.

NArrauit mihi quidam sacerdos, de quodam militari, qui tolebat a fabro quodam emere omnia equorum suorum ferramenta sed cum hic militaris propter mortem aduenientem fabro prafato satisfacere non potuisset. Post annos 30. apparuit vxori suæ, ferens ferramenta equorum flammantia. & dicens quod non posset redimi, nisi ille faber esset persolutus. At mulier citò fabrum accessit, & debitum soluit, de post apparuit ei, cum claritate gratia ei agens.

Hotschalcus Holen ordinis Eremitarum D. Augustini ser. de dedicatione 15. lit. E.

EXEMPLVM CXXV.

Nunquam sinistrè de proximo suspicari candidi est animi, & Deo placentis.

AVdiui equidem de quodam Fratre, qui cum aliquem ex Fratribus conueniret, & cellam eius videret incorruptam, immundam, incompositam, dicebat secum. O felicem & hunc beatum Fratrem? En ut terrenarum omniũ rerum curam abiecit, & sic totam suam mentem sursum ad contemplationem rerum diuinarũ extulit. Quandoquidem neque propriæ cellæ componendæ, atque mundandæ aliquam curam gerit. Rursus si ad alium aliquem diuertisset, & cellam eius compositam, mundam, ornatam, excultamque uideret, intra se dicebat. En vt defæcata, & mũda est anima eius Fratris, sic enim munda est, & composita cella eius. Nam ad animæ suæ statum, & puritatem cellam purgauit, & composuit. Neque vnquam profecto de quoquam male sensit, aut dixit, hinc incompositus est, & sordidus atque deses. Vel hic procax est, & vanus, & garrulus. Nunquã de ore suo talia processerunt. Sed ex bono, & præclaro mentis suę statu, benè ac piè de omnibus iudicat, atque hoc pacto de rebus omnibus lucrabatur, & proficiebat Deus optimus maximus, det nobis statum mentis nostræ optimum animumque probè, ac piè dispositum, vt possimus, & nos ex qualibet re proficere, vtque lucrari, & nunquam sinistrè, aut perperà de proximo nostro suspicar, aut omnino cogitare. Quod si fortè aliquando ex mala mentis nostræ peruersę dispositione cogitauerimus, aut suspicati fuerimus, actutum mentis nostrę cogitationẽ in melius conuertamus. Siquidẽ proximi nostri malitiam, & vitiositatem nolle agnoscere, miram in nobis parit cum Dei auxilio, bonitatẽ, qua Deus summopere placatur. Illi gloria in sęcula sęculorum. Amen.

S. Dorotheus ser. 16. circa finem.

EX-

Digitized by Google

EXEMPLVM CXXVI.

Diuturnæ ſuſpiciones perſuadent nobis, vt credamus expreſſe ac manifeſtiſſime cernere ea, quæ neque vnquam fuerunt.

REm admirabilem in hoc argumento dicam vobis, quam ego ipſe experimento didici, cum adhuc eſſem in Monaſterio. Fratrem quendam habebamus, qui huiuſmodi paſſionis morbo ſummopere laborabat. Atque ita ſuſpicionibus ſuis perdite addictus erat, vt perſuaderi nullo modo poſſet, rem quamlibet aliter ſe habere, vt eſſe poſſe, quam vt ſua ſuſpicio, vel cogitatio depingebat. Quotidie igitur illo morbo ſuccreſcente, & inualeſcente, vſque adeo ei dæmones impoſuerunt, erroremque huiuſmodi perſuaſerunt vt hortum ſemel ad ſpeculandum ingreſſus (ſemper enim obſeruabat, & ſeducebatur) viſus eſt videre quendam eſt fratribus furantem ficus, & comedentem. Erat autem paraſceue hora nondum ſecunda. Vt igitur ſibijpſi perſuaſit rem illam vere vidiſſe, egreſſus eſt cum ſilentio, ac rurſus obſeruabat ad horam Synaxeos, ideſt, quando monachi ad ſacram Communionem congregabantur, vt videret, quidnam frater ille in ea Communione ageret, qui paulo ante furripuiſſe ficus, & comediſſe viſus erat. Cum autem aſpexiſſet eum lauantem ſuas manus, quo purius ad percipiendam Communionem ingrederetur, occurrit ad Abbatem, rogatque, vt fratrem illum, qui tunc ingredi volebat cum cæteris fratribus a Communione prohiberet. Nam ego, inquit, eum vidi mane furripientem ficus, & comedentem. Interea frater ille ſumma cum deuotione, & compunctione ingreditur ad ſanctiſſimam oblationem, erat enim ex venerandis Religioſis. Vt igitur eum vidit Abbas ingredientem priuſquam ad presbyterum, a quo communicandus erat, propius accederet, vocat illum, & ait: dic mihi frater, quid feciſti hodie? Ille verò expauit, & ait, vbi Domine? Dicit ad eum Abbas, in horto quo manè ingreſſus es, quid tibi feciſti? Ille autem velut attonitus rurſus ait. Domine ne quidem vidi hortum hodie, immo neque hic in cœnobio fui hodie. Nam poſt matutinas vigilias œconomus miſit me foras ad reſponſum quoddam perferendum. Diſtabat autem locus ille, quo miſſus fuerat, multis milibus, & eadem hora ſynaxeos, ideſt, communionis venerat. Tum igitur Abbas, qui œconomum accerſiret mittit. Qui cum aduenisſet, ait; quo fratrem hunc hodie miſiſti? Qui reſpondit, ad eundem locum eum miſiſſe, vt illemet. Frater ille dixerat, proiectuſque in terram veniam poſtulat, dicens, ignoſce mi pater, quoniam quieſcebas a vigilijs, propterea non permiſi eum petere abs te illuc abeundi facultatem. Perſuaſus igitur Abbas, & huiuſmodi verbis plenam adhibens fidem, cum benedictione eos miſit ad ſacram Communionē accerſitum, itaque Frater illum, qui ſuſpicionibus agebatur, acriter increpauit, atq; a ſacra communione prohibuit. Non ſolum hoc fecit, ſed poſt expletam ſacram cōmunionem, conuocat omnes fratres, & quæ euenerant, non ſine lachrymarum effuſione commemorat, ſuſpicioſum fratrem ſuggilat, atque vituperat coram omnibus volens hoc vnico negotio tria peragere. Nempe diabolum confundere, eum qui ſuſpicionibus ſcatebat, eaſque ſeminabat palam traducere, ac vituperare, & peccatum fratri hac ratione confuſo remittere, ac condonare, vt auxilium deinceps a Deo conſequeretur, & fratres ſuos firmos, tutos cautoſque redderet, ne vnquam ſcilicet ſuſpiciones admitterent, neque animo poſt hoc tolerarent. Multaque de re hac locutus, nos omnes admonuit, vt a ſuſpicionibus caueamus. Et fratrem illum iubet animo eſſe quietum, neque vllis ſuſpicionibus poſthac grauaretur. Quandoquidem nihil eſt grauius, nihil moleſtius ſuſpicionibus. Idque exemplo præſenti confirmat, & clarum facit.

S. Dorotheus Sermone 9.

EXEMPLVM CXXVII.

Tempus in magno habendum precio oſtenditur.

SIc legitur de Sancto Nicolao Toleti, quod quando audierit horologium ſemper dixerit. O Domine Deus meus, iam iterum vnam horam temporis con-

ſumpſit, de quâ oportet me tibi reddere rationem, quia de hoc ſingulariter conqueruntur damnati, ſecundum quod narrat Humbertus, quod quidam exiſtens in orationibus audiuit quandam vocem lugubrem, & quæſiuit quid eſſet; Reſpondit, ſuam animam vna damnata. Et ille, cur tam amare fles? Reſponit, ego, & omnes damnati de nulla re tantum dolemus, ſicuti de tempore, quod inutiliter conſumpſimus, ideoque formidandum illud iudicium.
Gotſchalcus Holen ordinis Eremitarum D. Auguſtini ſem. 7. de dedicatione litera G.

EXEMPLVM CXXVIII.

De mercibus fideliter venditis.

REcitat Cæſarius lib. 10. quod in oppido Dusbech vidua quædam cereuiſiam coquere, atque vendere ſolebat. Die quadam, cum ciuitas tota caſu fuiſſet incenſa, ipſumque incendium domui eius appropinquaſſet. Illa iam non habens ſpem in auxilio humano, ad diuinum confugit, nam omnia ſua vaſa quib. cereui ſiam emptoribus menſurare ſolebat ad oſtium domus contra flammas ponens, in multa cordis ſui ſimplicitate ſic orauit dicens, Deus iuſtus, & miſericors, ſi vnquam aliquem hominem his menſuris decepi, volo vt domus hæc comburatur, ſi autem feci quod rectum eſt in oculis tuis, precor iuſtitiam tuam, vt in hac hora reſpicias miſericorditer neceſſitatem meam, & ſuppelectili parcere digneris, mira fides fœminæ, mira Dei humilitas, is qui dixit qua menſura menſi fueritis remetietur vobis, ſic flãmam omnia circum ita deuorantem, a domo eius compeſcuit oratione cunctis ſtupentibus, quòd ignis furens materiam cremabilem lamberet, nec incenderet.
Gotſchalcus ſem. 96. par. eſtiu. lit. C.

EXEMPLVM CXXIX.

De Apothecario aquam pluuialem pro diſtillata vendente.

QVidam Apothecarius in Italia infirmus, vocato Notario, & teſtibus voluit ordinare teſtamẽtum ſuum, dixitq. in præſentia teſtium Notario, Scribe, quod omnia bona relinquo vxori, & filijs, corpus terræ, & vermibus, animam verò trado diabolo cruciandâ perpetuè. Stupefacti omnes circunſtantes dixerunt ipſi vt tale teſtamentum reclamaret. Reſpondit nequaquam, quod ſcripſi, ſcripſi. Interrogauerunt eum, cui ſic daret animam diabolo? Reſpondit toties decepi proximum meum vendens aquâ pluuialem, pro aqua diſtillata, vt omnis abſit ſpes ſalutis, & ſic mortuus eſt, & ſepultus eſt in cęmiterio. Mane fuit reiectus de ſepulchro, tanquam indignus in loco ſacro ſepeliri. Tandem cadauer illius fuit ſepultum in lacu quodã. Ibi diabolus tot, & tanta operatur, vt nemo ſit auſus illic pertranſire.
Idem ibidem litera F.

EXEMPVLM CXXX.

Non eſſe in venditionibus mentiendum.

MOnachus quidam laicus accepit in mandato ab Abbate, quod non deberet mẽtiri in venditione. Habens quadam die aſinos duos inueteratos venales dixit ad forum. Interrogatus ab emptoribus vtrum aſini valerent. Reſpondit, qđ nihil valerent, eo quòd eſſent inueterati, & depilati ex antiquitate. Sicque tandem redux ad Abbatem, quia vendere non poterat. Interrogatus ab Abbate, quare non vendidiſſet, reſpõdit, quia veritatem dixi, ideo vendere non potuit.
Idem ibidem litera F.

EXEMPLVM CXXXI.

Mediantibus muſcis, ſumit Deus vindictã de quibuſdam.

LEgitur contigiſſe in Anglia, quod blada pulcherrima excreuerãt, & appropinquante tempore meſſium, venit quoddã genus muſcarum, in magna multitudine, quod totum illud bladum in tantũ conſumpſerunt quod vix infra quinque milliaria vnum quartale bladi inuenerunt. Homines verò illius prouinciæ quaſdam de illis cęperunt, & diligenter inſpicientes inuenerunt eas literis depictis in alis. In vna ala ſcribebatur ira, in alia Dei, vt

mani-

manifestum esset propter demeritum, & vindictam Dei esse factum.
Gotschalcus Holen ordinis Eremitarum D. Augustini ser. 29. pa. æstiu. lit. D.

EXEMPLVM CXXXII.

Miraculum de homine, qui extrusus e carcere rursusque in eum extrusus inferna se loca adiuisse enarrauit.

IN Pelignis oppidum vetustum est, cuius nomen prætereo lubens, licet obscura origine, haud tamen ignobile. In eo Dominus, qui vrbi præerat superbe auareq; ciuib. imperitabat ac trucibus dictis, factisq; in subditis seruilem in modum animaduertere solebat, eosque licet imperata facerent, neque segniter mandata exequerentur, ob leues plerumque causas pœnis, & damno mulctabat. Fortè autem cũ homo quispiam alioqui bonus, sed tenuire familiari inops atque despectus, ipsius Domini venaticum canem, cuius miro studio tenebatur, ita verbere affecisset, vt ob id perijsse putaretur: quum id Dominus rescisset, vehementer offensus, eum truci, & minaci vultu grauiter increpitum, in pessimum coniecit carcerem, ibique cum vinctus graui custodia teneretur, post aliquot dies hi, quibus diligens cura mandata erat, clauso tam carcere, & tam foribus, quam omni adito perseptο ne elabi posset, cum ad illum accederent, vt solebant, in eodẽ intus carcere nusquam inuenere, qui diu conquisitus, quum non appareret, nullumque effugij vestigium exstaret, rem ad Dominum detolere, quod cum credi vix posset, ipseque mirum in modum obstupefieret, post tres ferme dies, ijdem foribus pessulo firmatis, idem ipse, qui modo carceri addictus fuerat, imprudentibus omnibus, & nemine conscio, rursus in eodem intus carcere intrusus apparuit: custodesque vt cibum afferrent aduocauit: qui cum propere accessissent, omnesque miraculo obstupefierent eum vultu tetro & horribilem facie, luxatis, vtisque membris, aliter longe atque pridem fuerat, conspexere, quem cum interrogassent vnde elapsus & rursus in eodem intrusus carcere foret, quibusque in locis fuisset, & vnde tam fœdo & teuo vultu emersisset: ipse velut elinguis, quum nullum proferret verbum, sed attonito stupentique similis foret, vt ad Dominum quantocyus admitteretur postulauit, habere quod illi propere nunciaret, magnum, nec differendum. Cumque ad eum protinus admissus esset rem mirificam & admirabilem, ac dictu audituque formidolosa, & vix credenda mirabilo dicere orsus fuit. Nam se abiisse (si libet credere) remissum enarrauit, si quidem cum diutius carceris squalorem ferre nequiuerit, seu desperatione deiectus, seu iudicium reformidas, inops consilij, malum dæmonem, vt sibi præsto esset, seque ex tam tetro carcere relaxaret, aduocasse, dixit; nec multo post dæmonem fœdo aspectu, & terribili facie in eodem intus carcere adspexisse, & secum pactum fuisse, ab eodemque & ferreis claustris, non sine graui pressura extrusum in loca deinde inferna, & profundas vallitates, ac in fundum telluris intimæ actum esse præcipitem, singulaque lustrasse, impiorumque supplicia & sedes conscelerατas, æternasque tenebras, & ærumnas uidisse, ac loca fœtida, & formidolosa, regesque & summos duces in abrupto hiatu, & profundo voraginis, densa mersos caligione afflictari, & furiarum ardentibus facibus agitari, gemitosque & eiulatus, ac dies noctesque prioratus mulierum, & virorum audiuisse, pontificesque vidisse insulis, trabeis, purpura & auro distinctis ac gemmis ornatos, aliasque miserabiles facies omni generis hominum, ætatum & ordinum, in cultu vario afflictos, & iacentes inter præaltas voragines, alios immenso limo haustos æternis supplicijs & nocte cruciari, ipsorumque damnata scelera sempiterno dolore puniri, inter quos plures, quos nouerat in vita, adnotauit, & præcipue intimum familiarem, quem, dum in vita ageret, a qualem sodalemque habuerat, alloquutum dixit, ab eo prius cognitus, & mitti satis sermone ab eo requisitus fuit, quid rerum ageret, & quid reliqui spei sibi foret. Ipseque cum præ graui seruitio, & crudeli dominatu, vsque se premi respondisset. Illum mandasse vt Domino enunciaret, caueret ne quid tale ageret in posterum, neue graui tributo, & iniquo vectigali subditos opprimeret, namque illi vacuam sedem, quam

prope

prope cernebat, præſtitutam eſſe prædixit. Et haud dubius promiſſi foret, fidemque, vt dicto haberet meminiſſe (inquit) illum debere ſecreti conſilij, & maturæ pactionis, quam dum vna militarent, & in caſtris agerent, clam iniuiſſent, quorũ nemo particeps, aut conſocius vnquam fuit, quod cõſilium cum memoriter ille enunciaſſet, nõ ſolum dicta conuentaq;, ſed & ſingula verba ſponſioneſque, quibus vterque ad ſtrictus erat, recenſuiſſet, ipſum Dominum ordine hæc audientem, animo ſerio, & attentiore factum, mirum in modum obſtupuiſſe, ingenſque animo formido incuſſa fuit conſideranti quonam modo, quæ ſibi ſoli credita, & nulli vnquam renunciata fuere homo ille hebes, & tardus ingenio, quaſi numine afflatus, explorata haberet, eaque vultu interrito enunciaret. Adijciunt miraculo eundem interrogaſſe illum, cum quo ſermo erat apud inferos, qui nitido cultu, veſtituque apparato videbatur, nunquid aliquo cruciatu afflictarentur, qui inſigni veſte, & auro conſpicui forent? illumque reſpondiſſe perenni incendio, interque maximos cruciatus, & ſempiterno dolore vſque premi & affligi, idque totum quod auro & purpura fulgeret, ignem atque incendiũ eſſe. Et quum ipſe id experiri volens proprius manum purpuræ admouiſſet, admonitum ab eo fuiſſe ne tangeret, & tamen efficere nequiſſe, vt non ex caloris afflatu palmam ſibi manus, quam tunc oſtendebat, incendio & ipſi purpuræ admotam deflagraret. Erat enim puſtulis liuentibus, & teteris vlceribus veluti rabe, & igne ſacro, maloque quod latius ſerpere videbatur, fere conſumpta. Referunt præterea qui illum adiuere, eum poſtquam ab inferis emerſit, quaſi mente conſternata, hebetique aurium oculorumque ſenſu affectus foret, ſemper cogitabundum in rarum prodijſſe ſermonem, vixque ſæpius interrogatũ colloquenti reſpondiſſe. Vultu vero tam tetro, & adſpectu tam deformi reuertiſſe, vt qui dudum a coniuge, & liberis probe aguitus foret, is poſtquam remeauit ab inferis, tam diro vultu totiuſque faciei corporis diſſimilis effectus eſt, vt vix eundem illum eſſe crederent, ſæpiuſque obortis lachrimis, ob faciei diritatem, & ſpeciem hominis fœdiſſimè mutatam notos, affineſque ipſum alloquutos fuiſſe, ægreque vt ante obitum, qui mox conſequutus eſt, res ſuas diſpenſaret, & poſteritati conſuleret, vitæ ſpatium habuiſſe.

Alexander ab Alexandro Genialium dierum lib. 6. c. 21.

EXEMPLVM CXXXIII.

Admirabilis hiſtoria de quodam fabro defuncto, ac vitæ reſtituto.

CIrca annum Domini 1488. in ducatu & ciuitate Iuliacenſi cõtigiſſe, multorum fide digniſſimorum relatione cognouimus, fabrum nempe ferrarium, ex morbo defunctum, loculoque impoſitum. Apud cuius cadauer cum vicini in proximo conclaui, excubias ex more agerent, defunctus diuina diſpenſatione vitæ reſtituitur. Qui exurgens faſcijs, & linteis funebribus obuolutus, ad excubitores iſtos iam poculis, ſomni vigiliarumque moleſtiam diſcutientes progreditur. Quo viſo territi illi, fugam capeſſunt, ſpectrum eſſe arbitrantes. Faber vero rediuiuus, cum alloquio ſuo terrorem illorum paulatim leniuiſſet, quod reliquum vitæ diuinitus accepit, longe diuerſa quam prius, ratione tranſegit. Si quidem nunquam ridere aut vanis ſæculoque vſitatis oblectamentis vacare vſus eſt, Cum ad matutinas preces iuge ſacrificium, aut ad veſperas campanarum ſonus ederetur, ille protinus malleo, & incude relicta, ad Eccleſiam feſtinabat, nulla Eccleſiaſticarum precum tempora prætermittens, vt quæ, & qualia in altero ſæculo vidiſſet, etſi ipſe taceret, vel ſola vitæ conuerſatio loqueretur. Hiſtoriam eſſe, & non fabulam, inter alios retulit ipſius ciuitatis Iuliacenſis quondam ſecretarij filius Guilhelmus, vir doctrina, & vitæ integritate commendatiſſ. Confirmauit eandem matrona quędam honeſtiſſima ex cõfinio ciuitatis eiuſdem oriunda, quæ aiebat auum ſuum hunc fabrum rediuiuum nouiſſe. Certè Origenes in cap. 2. Numer. (Hom. 2.) (vbi de ordine populi Dei Moyſes diſſerit.) Si vnuſquiſque, inquit, noſtrũ de cibo & potu ſollicitus ſit, & omnem curam in rebus ſecularibus gerat, vnam vero aut duas horas ex integro die etiã Deo deputet, & ad orationem veniat in Eccleſiam, vel in tranſitu verbum Dei audiat,

pręt-

Præcipuam vero curam erga sollicitudinem sæculi, & ventris expendat, iste non complet mandarum quod dicit, vt homo secundum ordinem suũ incedat, vel quod dicit, ut omnia secundum ordinem fiant. (1. Cor. 14.) Putauit doctissimus ille schol. Alexandrinæ catechista Origenes, admodum vicinus Apostolico sæculo, (quo Christiani erant perseuerantes in communicatione factionis panis & orationibus, & perdurantes vnanimiter in templo) (Act. 2.) laicos suo non facere officio satis (de his enim istic loquitur) si quotidie vnã vel etiam duas tantum horas precibus, & sacris audiendis darent. Porro de Anna vidua refert Lucas, (Luc. 2.) quod non discedebat de templo, ieiunijs, & obtecrationibus seruiens nocte ac die. De hoc vtique spiritu hausisse, videtur faber iste rediuiuus, quando nec risisse, nec statuta orationum Ecclesiasticarum tempora vnquam prætermittere visus est. Sicut autem Drithelmus ille, de quo in præcedent capite. multis & verbo & cõuersatione saluti fuit & Rex Alfridus vir undequaque doctissimus, vt Beda ait, eundem Drithelmum, & libenter & studiosè audiuit, atque ad eum audiendum sæpissimè accessit, ita profecto optandum esset, & hæc nouissima vltimorum temporum exempla (quæ benignissima Dei dispensatione ad animos nostros præsentium rerum contemptu, & futurorum desiderio inflammandos, nobis exhibentur) quam plurimis esse salutifera, vt veteribus finem imponant vitijs, nouamque dent nonis originem virtutibus. Tilmanus Bredenbachius cap. 9. lib. 8. Sacrar. Collat.

EXEMPVLM CXXXIV.

Historia recens de admiranda cuiusdam defuncti apparitione, excepta ex litteris Ven. D. Ioannis N ex qua elucescit auitæ & Catholicæ religionis veritas, & quantopere defunctis prosint suffragia viuorum.

REsponsum abs te soror, ad postremas meas litteras auidè expectas, præter mittere non potui, quin te stupendi cuiusdam miraculi, quod Siluæ ducis his diebus contigit in ædibus Dominæ Vlierdensis, quã, primum certiorem facere, præsertim cum id negotij mihi ab alijs demandatum sit. Historia nec ficta est, nec somnium, sed reuera contigit iam præterlapso die 23. Nouembris, quo nimirum frater noster maritus tuus eadem forma, & vestibus, quibus cum postremo Siluæ ducis esset, indutus fuit, nigro videlicet pallio, holosericis caligis, aperto capite, iunctis manibus apparuit diuersis & locis & temporibus ancillæ familiæ, cuius supra mentionem fecimus. Tandem pallium remouens horendam flammam ignis, & oculos quasi flammam & lumen emittentes ostendit. Quod ancilla videns, præ timore in defectum animi incidit. Filiæ & earum amita, quæ præsentes erant, cum ex famula patrem suum esse intelligerent, vnicè ab eo contenderunt, vt timore isthoc deposito, eum a Deone an aliunde veniret, & an humana ope iuuari queat, rogaret. Illa autem præ timore non potuit. Consulunt super hac re D. Helrium, & Ecclesiæ Pastores. Vnus, rogandum esse quid peteret, arbitrabatur, alij in contraria erant opinione, quod somnia & nugæ putarentur. Mea sententia rogandum erat, quid veniisset, auxiliumq; promittendum, si legitimis modis præstari posset. Nobis de his rebus deliberantibus, ecce rursus in forma qua primò, scilicet non horrenda apparuit, dicẽs; Quid, non iuuas me? quare times? Nihil tibi fiet. Illa respondit. Non habeo ob summam trepidationem copiam auxilij, hæc feria secunda prima luce contigerunt. Apparuit deinde ad nonam & decimã nihil dicens, verum grauiter suspiria ducens ac demum hora eiusdem diei secunda, dixit. Quid, non iuuas me? Illa dixit, parata sum te iuuare omnibus modis, quibus per Catholicam Ecclesiam licet. Respondit ille, hoc est quod hactenus expectaui. Et deducta è cubiculo in atrium, rogauit, vt sacra quæ pro defunctis fieri consueuerunt, tria celebrari curaret. Atque vt se Orscorum conferens, istic ad altare S. Crucis sacrificium offerret, quo ipse cum infirmus aliquando promisisset se oblaturum, neglexerat. Consolatus, deinde eam periuit, vt omnem timorem abijceret, quoniã ipse comitaretur. Petens præterea, vt filiabus & fratri diceret, vt pro se orare nõ desisterent. Feria tertia, ancilla Orscorum

abijt

abijt ad implendum eius desiderium. Ille vero, vti promiserat, nunquam eam reliquit, imo & præiuit eam in domum vsque ad cubiculum, atque inde in templum ad altare S. Crucis. Ibi vterque flexis poplitibus orauit. Illa nesciens vbi oblationem suam relinqueret, ducta est ab eo ad gazophylacium siue receptaculum oblationum, cui eâdem imposuit Feria sexta illa Syluam ducis redijt, nullum cum eo miscens sermonem, quanquam sæpe manibus iunctis se ostendebat. Die sabbathi mane eam è somno excitauit, præcepitque vt induta vestibus, in æde D. Ioannis ante Ven. Sacramentum aliquid offeret. Ipse enim hoc aliquando, cũ Syluæ ducis pacis inter ciues componendæ causſa esset, vouerat. Quo peracto, redijt circiter medium quartæ eiusdem diei, & excitauit eam dicens, festina, tempus meum hic breue est. Cumque illa se induẽdo occuparetur, rursus dixit, festina, nõ dudum hic ero. Moxque præcessit in atrium, in quo summa fuit claritas. & petiuit, vt ipsa pro missis celebratis exsolueret in plura eleemosyna. Ad hæc mandauit fratri dici, vt in fide Catholica perseueraret constans, qualem eum esse non dubitabat quidem, monere se tamen id in primis aiebat, quod vita mortalium variis & rerum vicissitudinibus & fluctuationibus exposita, sicut ipse per experientiam didicisset, dum aliquãdo de Catholicæ religionis veritate dubitaret, quod ipsi grauissimæ pœnæ causſa, & principium fuerit. Idem & filiabus suis dici petiuit, vtque amitæ suæ vestigijs iugiter insisterent, monens insuper, vt sine intermissione pro defunctis fidelibus oraret. Si enim sentiremus, in quibus essent pœnis, quantumque eisdem preces viuentium fidelium prosint, nec horam, imo nec momentum quidem sine eorum memoria viueremus. Subiunxit quoque pœnarum suarum tempus fuisse quinque annorum, sed quatuor annorum, totidemque dierum pœnas se per amicorum preces euasisse, iamq; in perpetuum esse seruatum, gratias agens sororibus quibusdam Boxtellensibus pro suis precibus. Monebat etiam Dominam Vlierdensem, vt testamentum suum incolumis existens faceret, ne in articulo mortis eo condendo occuparetur, sed soli Deo tunc vacare posset. Petebat insuper a fratre, vxori vt nunciaret, vt cum filijs suis omnem excoleret concordiam, ne & illi aliquando idem contingat, quod sibi. Rogatus de statu quorundam defunctorum, respondit se nihil aperire posse, quia a Deo sibi non esset concessum, hoc tamen addens, vt pro talibus sine intermissione orarent. Demum actis tam ancillæ, quam omnibus, qui pro se oraueram gratijs, suam vicissim operam illis promittens, cum magno splendore iunctis manibus in cœlum perpetuo beatus (vt equidem non ambigo) ferebatur.

Habes breuiter, quæ hic hisce diebus cũ multis alijs circunstantijs, quas referre longum esset, contigerunt, quæ non fabulæ aniles, aut somnia sunt, sed reuera sic se res habet, quod iureiurando, & testimonio totius familiæ, si res expoſcit confirmabitur. Atque hæc ideo tibi scripsi, vt vna nobiscũ gaudeas: mihi enim prodigio simillimum, quod nos de fratris nostri salute certos reddit, & in auita nostra & Catholica religione nos confirmat, quodque non alia sit sectanda religio, nisi illa sola, quam a S. Romana & Apostolica Ecclesia, iam inde ab Apostolorum temporibus ad nos veluti per manus traditã accepimus, quam Christus sacri oris sui oraculo plantauit, Apostoli tradiderunt, Martyres sanguinis sui testimonio consignarunt, vniuersa vno ore docet atque obseruat per totum terrarum orbem Ecclesia Catholica. Spero vos alioſque amicos nostros huius historiæ relatione plurimum in fide stabiliendos, cunctosque horum temporum nouos & perniciosos errores facilè repudiaturos, qui tam multos, (proh dolor,) in æternæ damnationis voraginem præcipitant. Vale.

Curiam Syluęducis, 11. Decemb. anno 1581.

Tilmannus Bredenbachius, cap. 4. libro 8. Collat Sacrar. 8.

EXEMPLVM CXXXV.

Historia recens & memorabilis, de quodã Arnoldo Huberto, qui post triduanam extasin, admiranda se vidisse testatus, venientes ad se erudiebat ad pietatem.

CVm circa annum Dominicæ Incarnationis 1559. in pago Buremalseno comitatus Burani, qui est feudum Ducatus

Gel-

Geldriæ, peſtis graſſaretur, Arnoldus Hubertus, nauta, homo coniugatus, ob vitæ integritatem et iuſtitiæ opinionem omnib. gratiſſimus, nocte quadam diuinitus compellatus, mox vxorem excitat. Surge, inquit, ego vocor. Illa quid caſſa eſſet, interrogante, ipſoque inſtanter reſpondente, ſe vocari, velleque ſuſcipere Sacramenta Eccleſiaſtica, ſurgunt ambo, Eccleſiam adeũt. Quæ cum noctu ex more clauſa eſſet, coram Crucifixo ante valuas Eccleſiæ erecto proſtratus, diutiſſimè orauit idem Arnoldus. Interim excitatus Parochus aduenit, qui confitetur, admittiturque ad participationem diuinorum myſteriorum. Quibus perceptis, domum reuerſus, incidit in extaſin, aut velut quoddam animæ deliquium, ita vt vix eo tempore diſcerni poſſet, viueret ne an eſſet mortuus. Tandẽ poſt triduum ad ſe reuerſus cœpit totus admirabundus clamitare. Vbi inquit, fui, quæ & qualia vidi. Atque ab eo tempore languidus, per ſemeſtre aut circiter lecto decubuit. Interim uiſus eſt adſtantibus frequenter aliquid angelicæ aut diuinæ viſionis videre, ſemperque præſentib. velut indiguãs acclamabat. Nihilne videtis? Et quaſi exigens ſeſe è cubili, videbatur apparentes angelus prefando velle complecti, nec ferebat, vt quiſquam verbum mane aut ioco ſum proferret aut rideret. Nuncne, inquit, tempus nugandi? Perſonas iuxta ſeculum nobiliores, aut ſtatus eminentioris ægrè admittebat, itidem nec moniales plera ;ue vitæ paululum licentioſioris. Plebeios vero & ſimpliciores libenter admittebat, erudiens illos ad pietatem & timorem Dei, & crebriſſime repetens has voces. Quid vidi? quæ & qualia cognoui? vbi ego fui? ſed & crebo in eaſdem extaſes abripiebatur, illud quoque mirum, quod toto illo ſemeſtri, quo languens decubuit, vngues nunquam ſuccreuerint. Exacto de inde ſemeſtri leniſſima morte velut placidè obdormiens in Domino defunctus eſt. Hiſtoriam eſſe, non fabulam, ex poſuit nobis quidam vir integerrimus ac doctiſſimus I. V. Licentiatus, domeſtica conſuetudine mihi notiſſimus, qui eidem Arnoldo proxima fuit affinitate conjunctus, ſæpiſſimeque & valentem & poſtea languentem vidit & audiuit.

Ioannes Dieſtemius Blærus, Prior S. Iacobi Leodienſis, venerabiles Petro Dortando, Diui Carthuſienſis ordinis Profeſſori,

Salutem in Chriſto multam optat.

COLLEGIATA Eccleſia iuſſu B. Martini per Heraclium Leodienſem Præſulem. Leodij in monte publico fabricata eſt. Siquidem idem Præſul morbo lupino laborans, vbi omnem medicinam aduerſari ſibi aduertit, ad ſepulchrum diui Martini Turonenſis ſe contulit. Vbi cum aliquandiu orationi vacaſſet, vidit noctu, cantantibus matutinas clericis, venire ad ſe duos venerandi habitus Epiſcopus, ex quibus vnus Martinus conſorti ſuo Brictio ſic locutus perhibetur.

Dignum mihi videtur frater, vt huic confratri noſtro, qui hic noſtra præſidia deuotus implorat miſerationis affectum impendamus. Quo approbante Martinus propius accedens Heraclio pontifici dixit. Surge frater, ſanus, & pete à Capitulo te hic in Canonicum recipi, & pergens ad propriam cathedram, ædifica Eccleſiam in nomine meo, quam huic Eccleſiæ confraternitatis vinculo ſociabis. Itaque hæ duæ Eccleſiæ vſque hodie ſorores ſeſe appellant; ita vt ſi Canonicus vnius Eccleſiæ ad Eccleſiam ſororem venire voluerit, mox quotidianam præbendę diſtributionem recipere poterit. Igitur vt ad principale propoſitum veniamus, noueris, mi Petre, quòd in hac Eccleſia B. Martini Leodienſis per totam octauam feſti V. Sacramenti ſingularis fit iubilus, per canoras chori voces, & per clangentes turris campanas eo quòd feſtum hoc in ea initium habuiſſe dicatur. Nam inſigne in ea ſepulcrum cuiuſdam ſanctimonialis, quæ quondam ſotariam vitam ibidem duxiſſe dicitur, monſtratur, cuius meritis, & inſtantia feſtum hoc creditur eſſe promotum. Cumque

per

per multos annos ſuper his curioſius veritatem noſſe cupiens, laboraſſem, & nihil certi a quoquam diſcere potuiſſem, aliquátis dicentibus hoc feſtum initium habuiſſe in monaſterio Montis Cornelij aliquantis aſſeuerantibus habuiſſe originem in vrbe veteri, appoſui animum ad inueſtigandum per lectionem plurium voluminum, ex quibus præſentem tractatum compilaui, quem tibi corrigendum tranſmitto, quẽ vbi ad plenum correxeris, correctum ad me remitti precor, quatenus ex tunc liberius in publicum vadat, qui hactenus apud me incarceratus fuit. Vale.

Petrus Dorlandus Charthuſienſis, venerabili Patri, D Ioanni Dieſtemio Blæro, Priori ad Sanctum Iacobum in Leodio. S. P. D.

LIBELLVM de inſtitutione feſti Venerabilis Sacramenti quem ſcitè, & ornatè, ſub Eccleſiaſtico ſtilo ediditti tibi remitto. Dignus eſt profecto, quem plures videant, eſt enim adeo temperatus, vt & illum indocti non faſtidiant; neq; abijciant ſapientes. Nihil in eo mutaui, quia fere nihil mutandum aſpicere in eo potui. Mitto altercationem inter te, & Seruatium vtilem quidem; ſed & iucundam in qua inferiores partes tibi dedi vt tu ipſe poſtulaſti, ſed ita temperanter id egi, vt & tu non mediocriter rideas, & ipſe magnificè glorietur. Præluceat enim in hoc dialogo non minus tua ſapientia eum quæris quam illius circumſpectio dum reſpondet. Quia, vt dicit Origenes, ex vno eodemque fonte ſapientiæ profluit, & prudenter quærere, & grauiter reſpondere. Salutabis mihi Dominum ipſum Seruatium, & dices ei, vt in reliquum bono ſit animo. Nam quoties tu illum ſagittis voles configere, ego pro eo ſcutum obijciam Dominus Ieſus felicem te conſtituat opto mitiſſime parens. Tu mihi quæſo ocyus reſcribito, diu eſt quòd literas tuas non viderim.

TRA-

TRACTATVS SIVE HISTORIA DE REVELATIONE INSTITVTIONIS FESTI VEN. SACRAMENTI X. CONSTANS ARTICVLIS.

Autore Reuerendo P. Joanne Dieſtemio Blgro Priore S. Iacobi Leodienſis, quæ facta eſt S. Iulianæ de monte Cornelij prope Leodium Ordinis Ciſtercienſis, & Eue Sanctimoniali recluſæ Leodij in monte S. Martini anno 1230. ſub Gregorio Nono, & Friderico Secundo Imperatore.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA annum Dñi milleſimum ducenteſimum triceſimũ in epiſcopatu Leodiẽſi, iuxta ciuitatẽ Leodij in hoſpitali leproſorũ, quod uulgariter vſque hodie, locus Cornelij mõtis dicitur, fuit uirgo omnium uirtutum flore renitens, nomine Iuliana. Hæc ab ineunte ætate ibidem nũtrita, gradatim ad uirtutũ ac etiam ſcientiarum culmen per Dei gratiam aſcendit. De cuius uirginis humilitate, obedientia, deuotione atque orationũ inſtantia, multi libri ſcripti ſunt, in quibus inuenitur creb:um cęlum per mentis exceſſum fuiſſe rapta, atque ſpiritu prophetico euidentiſſimè claruiſſe, adeo ut proximorum cogitationes, atque cordium intentiones proderet. Hæc luctabatur cum diabolo, loquebatur cum Apoſtolis fulgebat miraculis. Itaque cum hæc ſancta virgo a primis infantiæ annis ſemper ſeſe orationi manciparet, crebro uidit, & quaſi ſemper ſuo aſpectui inter orandum ingeri mirabile ſignum, ſcilicet lunam quaſi in ſuo ſplendore, cum aliquanta tamen ſui orbicularis corporis fractione. Et uidens mirabatur, & etiam timebat neſciens quid hoc ſignificaret. Vnde nitebatur totis uiribus præfatum ſignum amouere, nec valuit. Tandem cum nulla ſua uel aliorum fidelium preçibus amoueret poſſet, cępit cogitare ne forte myſterium aliquod in præfato ſigno lateret. Tum dicit diuino reſponſo ſignificari in luna præſentem Eccleſiam, & in eius fractione defectum unius ſolemnitatis, quam Deus uoluit in Eccleſia celebrari, ad augmentum ſacræ fidei. Accepit proinde præceptũ cęlitus, ut hanc ſolemnitatem inchoaret, & celebrandam mundo nuntiaret. Illa uero ad hæc obſtupeſcens ſeſe non poſſe reſpondit. Verũ quotieſcunque orationi uacabat admonebatur a Dño, ut præceptum iniunctum perficeret, quã ad hoc præ mortalibus cũctis Deus præelegiſſet. Sed illa paruitatis ſuæ conſcia, quæ in humilitatis fundamento mentis greſſum fixerat, dixit; Domine, dimitte me, & rem hãc arduam clericis committe. Et reſpõdit Dominus, per te omnimodis oportet inchoari, ac deinceps per perſonas humiles promoueri. Inſtabat ergo humilis Iuliana continuit ad Deũ precibus ut aliam perſonã ad hoc opus eligeret, & uice quadam audiuit ſibi cęlitus pro reſponſo dici. Confiteor tibi Pater cęli, & terræ, qui abſcondiſti hæc a ſapiẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. At illa nec ſic acquieſcens reſpondit. Excita Dñe temetipſum, excita, & uitos eruditos, & me minimam in pace dimitte. Et facta eſt rurſum uox ad eam dicens. Immiſit in os meum canticum nouum carmen Deo noſtro. Iuſtitiam tuam non abſcondi, ueri-

veritatem tuam,& salutare tuum. Non abscondisti misericordiã tuam, & veritatem tuam,a consilio multo.

ARTICVLVS II.

IGITVR Iuliana Christi virgo humilis a tempore prædictæ visionis per cursum annorum viginti precibus, & gemitibus inenarrabilibus institit apud Deum, quatenus alteri personæ præfatum negotium cœli conditor committeret. Verum quantum ipsa plus se tanto negotio indignam asserebat, eo magis humilitatis amator hanc digniorem iudicauit. Acquiescens igitur tandem virgo sancta, totum ordinem præfatæ legationis Domino Ioanni de Lansenna Canonico S. Martini Leodiẽsis, quem pro suæ sanctitatis excellentia, plurimum diligebat, patefecit.

Et rogauit, vt de his omnibus sermonẽ haberet cum his qui clauẽ scientiæ in Dei Ecclesia tenerent. Obtemperat ille, & cuncta propouit Domino Iacobo de Trecis tunc Archidiacono Ecclesiæ Leodiensis viro fideli,& docto, qui pro eruditionis, & vitæ præeminentia postmodum supra multa constitui meruit. Siquidem postea factus est Episcopus Verdunensis, dehinc patriarcha Hierosolymitanus, demum vniuersalis Ecclesiæ Pontifex electus dictum est Vrbanus 4. Proposuit etiam præfatus Ioãnes duobus magnis luminaribus, quæ tũ Leodij vita & scientia præfulgebant mortalibus cunctis, scilicet Domino Hugoni Prouinciali ordinis Prædicatorum, postea Cardinali, & Domino Guyardo Cameracensi Præsuli. Proposuit insuper Cancellario Parisiensi, lectoribusque Prædicatorum, & multis alijs personis, scientia & vita clara præfulgidis. Qui omnes auditis intellectis, & diligenter examinatis præfatis reuelationibus, vno spiritu pronunciarunt, efficacem rationem in lege diuina inueniri non posse, quare præfata festiuitas fieri non deberet. Insuper,& dignissimum fore, & ad Dei honorem cedere, & ad profectum, gratiamque electorum asserebant, si memoriam institutionis tanti Sacramenti solemnius, ac specialius singulis annis mater Ecclesia celebrarer. Quorum sententiæ concordiam cum Christi virgo cognouisset, gratias egit Deo, quod voluntatis suæ responsum in tantarum personarum ore posuisset.

ARTICVLVS III.

VERVM cum ancilla Christi multo affectu desideraret, vt quæuis alia persona nomen haberet nouæ solemnitatis instituendæ, personamque habere cuperet, cum qua super his crebro conferret, & ea quæ ei cœlitus pandebantur, & ex quadam abũdantia cœlari non poterant, audiuit per celebrem famam beghinæ cuiusdam Isabellæ nomine, Hoij commorantis, quam ad perfectionis culmen pius Dominus per multas tribulationes, & Pagella prouexit. Quapropter Christi virgo Iuliana hanc in sororem montis Cornelij recipi procurauit. Quam vbi cognouit in multis diuinitus illuminatam, tentare voluit, an quid arcani cœlestis de institutione nouę solemnitatis agnouisset, & didicit quòd ea de re Isabella cognoscere nihil. Mox ergo Isabella perpendit quòd virgo Iuliana propter hoc multum angustiaretur, ideoque toto illo anno deuotis apud Deum precibus institit, vt in hoc intelligentię suæ oculos luminis creator aperiret. Quo temporis spatio euoluto contigit Isabellam adire consecratam Deo virginem, Euam recluſam Ecclesiæ S. Martini in Leodio,& intrans Ecclesiam primum ante crucifixum se prostrauit, vbi mox in spiritu rapta docetur cœlitus, quòd hæc specialis diuinæ Eucharistiæ festiuitas semper fuerat in secreto summæ Trinitatis, quodque iam tempus aduenerat, quo hominibus in quos fines sęculorum deuenerant, palam declarari deberet. Videbat enim in mentis excessu omnium cœlestium ordinum exercitus cernuis Domino precibus supplicantes, vt nunc tandem, ad confirmandam Ecclesię militantis fidem, periclitanti mundo hanc festiuitatẽ patefacere festinaret. Hac beatifica visione Domina Isabella in tantum profecit, vt ex abundãtia spiritualis ebrietatis diceret se laboraturam pro hac solennitate instituenda, etiam si mundus obsisteret vniuersus. Audiuit hoc Iuliana virgo, & exultauit in spiritu, quòd & alia testis diuinæ reuelationis, pro noua solemnitate instituenda, inuenta esset. Et factum est, vt deinceps hæ duæ sanctæ mulieres

audeu-

audentius, & familiarius ſuper hac noua ſolemnitate inſtituenda ad inuicem ſæpe conferrent.

ARTICVLVS IIII.

POST hæc virgo Iuliana cupiens cõponi officium de ipſa ſolemnitate, cuum non haberet ad manum viros multa ſcientia præditos, a quibus id agi depoſceret, elegit humilem ſuæ domus clericum, parũ literatum, & vt hoc opus aggrederetur rogauit. Renititur ille valdè, quod, & ætate iuenis, & in ſacrarum literarum eruditione puſillus eſſet. Tandem tamen poſt multum reniſum victus authoritate virginis, hac conditione aſſenſam præbuit, vt quoties ille ad ſcribendum ſe daret, illa rationi vacans pro eo Dei clementiam inuocaret.

Itaque intra paucos dies totum officiũ completum eſt, & tanta ſuauitate verborum, atque dulcedine cantus reſonabat, vt etiam ex lapideis cordibus deuotionem extorqueret.

Hoc tamen officium à prædicto clerico compoſitum, & à Iuliana correctum ante quam in publicum daretur, præfatis magnis Theologis ad corrigẽdum exhibitum eſt, quorum omnium vox vna reſpondentium fuit; Opus hoc non abs homine, ſed à patre luminum deſcendiſſe.

ARTICVLVS V.

INTEREA diuulgatum eſt verbum de inſtituenda noua ſolemnitate V. Sacramenti per totam Leodienſem diœceſim, Et factum eſt verbum hoc in ruinam, & reſurrectionem multorum, & poſitum in ſignum cui contradiceretur; multi ſiquidem Eccleſiaſtici viri vehementer ex aduerſo inſurrexerunt, & valido conamine eam impedire conati ſunt dicentes. Vt quid perditio hęc? Nonne huius ſacramenti ſolemnitas in miſſarum ſolemnijs quotidie recenſetur? Verùm venerabilis Hugo magnis Theologis non impar, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis digniſſimus vnius Epiſtolæ propugnacolo omnium aduerſantium rationes validè elisit, & tã verbio, quàm ſcripto palam coram omni populo hanc ſolemnitatem Deo, atque Eccleſiæ fore vtilem, luculento ſermone declarauit. Quibus de cauſis Reuerendus Pater Dominus Robertus Leodienſis Antiſtes, in generali ſynodo, ſolemni edicto decreuit, ipſam ſolemnitatẽ per omnes ſuæ diœceſeos Eccleſias, cum proprio officio a clero celebrari, atque in ea ab omni ſeruili opere debere feriari. Sed morte prœuentus obedientiam ſubditorum extorquere non potuit. Nam ſola B. Martini Canonia hanc iuſſionem, cęteris omnibus diſſimulantib. adimplere curauit. In qua ſiquidem ſancti Martini Eccleſia habitauit in tempore illo quędam ſanctimonialis fœmina, nomine Eua, angelicam habens conuerſationem, quam prędicta Iuliana per Euangeliũ Domino genuerat, propter hoc crebro ad eam veniebat, & de ſecretis cœleſtibus cum ea conferebat. Quæ Eua pro ſuæ vitę merito tantam apud Canonicos prędictę ſancti Martini Eccleſię meruerat gratiam, vt ad eius monitionem ſolemnitatem nouam de V. Sacramento primi celebrandam ſuſciperent, Infinitus infinitorum hominum latratibus ritè contemptus.

ARTICVLVS VI.

IN diebus illis miſſus eſt à latere ſummi Pontificis ad Alemaniã Dominus Hugo Cardinalis, qui dum in minoribus eſſet officijs, videlicet Prouincialis Prędicatorum, prędictam ſolemnitate iure poſſe ſolemnizari dogmatizauerat, poſt peragratas Alemaniæ Prouincias, etiam Leodium venit. Quo iubente diuulgatum eſt per totam eam ciuitatem, quòd is qui aduenerat Cardinalis apud S. Martinum celebraturus ſacra, ac ſermonem facturus foret de feſto V. Sacramenti. Quo conuenit multitudo magna, & ipſe Cardinalis intra miſſarum ſolemnia in editiori loco, Apoſtolico eloqueo concionatus ad aſtantem fidelem populum, de multiplici fructu nouę ſolemnitatis, & vt per ſingulos annos celebraretur inſtanter admonuit, diligenter inſtituit, & Apoſtolica authoritate prœcepit. Tum maioris Eccleſię Canonici ad Cardinalis exhortationem, atque prœceptum quamdiu ipſe Cardinalis in his partibus agebat, prefatam ſolemnitatem in ſua eccleſia celebrauerunt. Verum id non ex deuotione, aut obedientia,

Digitized by Google

ſed vel ex ſimulatione, aut timore, vt exitus probauit, fecerunt. Siquidem vbi Cardinalis feſte in Vrbem recepiſſet, prefati Canonici ipſam ſolemnitatem fieri prohibuerunt, ſed non impunè. Hi enim omnes adeo miſerabiliter hac è vita abſcripti ſunt, vt eorum interitus, laicis verteretur in proverbium. His tamen non obſtantib. ſancti Martini Eccleſia, a concepta deuotione non receſſit, quinimo quidam è Canonicis cœlitus inſpiratus notabilem annuum cenſum, ex ſuo patrimonio, pro hac ſolemnitate, ſingulis annis perpetuò celebranda ad inſtar Paſchalis feſti cum proprio officio, & decenti luminari ſuæ Eccleſiæ delegauit. Alius autem Canonicus ad extrema vitæ vrgens, ſuę domus medietatem contulit, ad hoc, vt cum plena octaua prefata ſolemnitas ſingulis annis ageretur. Prędicta autem Eua quamquam miro modo ſuper deuotione ſuæ Eccleſiæ in ſpiritu exultaret, tamen multum angebatur animo, quod aliæ Eccleſiæ ab hac deuotione ſe redderent alienas, auerſas, atque rebelles. Et vehementer timebat ne fluxu temporis concepię ſolēnitatis memoriam obliuio deleret.

Et reſpondit ei Iuliana. Ne timeas, inquit, Domina Eua, profecto enim hæc ſolemnitas per omnes Eccleſias ad profectū omnium electorum exaltabitur. Verum humani generis aduerſarius conabitur ex aduerſo, ſed proficiet nihil.

ARTICVLVS VII.

INGRESSO igitur Domino Roberto Leodienſe Prelule, viam vniuerſæ carnis, beata Iuliana incidit in varias tribulationes, & peregrina obijt in domo Cantoris Foſſenſis anno 1257. in Aprili, & in monaſterio Villarienſi ſepelitur. Vnde factum eſt, vt nulla Eccleſia prēter Canoniam beati Martini prefatam ſolemnitatem celebrare curauerit. Verum quoniam (quemadmodum beata Iuliana dicere ſæpe conſueuerat) hęc ſolemnitas fuerat in abſcondito conſilio ſummæ Trinitatis, placuit Altiſſimo illis diebus manifeſtum ſignum facere, quod ad ſui Vicarij, hoc eſt Apoſtolicę ſedis Prelulis, & omnium aſtantium notitiam perueniret. Igitur Sacerdos veniens Boſſenam (quod eſt oppidum non longè diſtans ab vrbe veteri, in qua Papa Vrbanus quartus tunc cum Curia reſidebat) dum celebraret miſſam, inter verba conſecrationis, dubius in fide, vidit carnes oculis hoſtiam in forma pietatis, & de ea ſanguinem fluere in calicem. Quo territus dum conaretur occultare, & cooperire de corporali apparuit mox forma pietatis in ſingulis partib. Corporalis, & ita coactus eſt populo aſſiſtenti miraculum patefacere, quod vbi populus comperit, ad vrbem veterem properans ſummo Pontifici nunciauit mirabilia, & ſtupenda quæ viderat.

Stupente autem Curia per ſummum Pōtificem (qui nec dum oblationi tradiderat quæ in Leodio approbauerat, dum adhuc apud ſanctam Lambertum reſideret) interueniente conſilio, & aſſenſo Dominorum Cardinalium deliberatum eſt quod feſtum Corporis Chriſti per vniuerſam Eccleſiā, ſemel in anno ſolemniter feria quinta, poſt octauas Pentecoſtes, in toto terrarum orbe celebraretur, & vocato B. Thoma de Aquino, qui tum prēſens aderat prēceptū fuit, vt officium de tali feſtu, ſecundum vſum omnium Eccleſiarum componeret. Thomas autem diuinarum armarium ſcripturarum, cuius mentem obedientiæ, & omnium virtutum decor collultrauerat, prēceptum hoc libenter, breuiter, atque inſigniſſimè compleuit. In cuius rei teſtimonium in foribus Eccleſiæ Boſſenæ depictum eſt miraculum ſacerdotis celebrantis, depictus eſt beatus Thomas ſedens, & ſcribens, tanquam Doctor in cathedra circumſtante Curia, huius Sacramenti officium dictans; depictus eſt etiam crucifixus alloquens S. Thomam coram ſe ſuper genua adorantem, & dicens. Bene de me ſcripſiſti Thoma.

ARTICVLVS VIII.

DOMINVS vero Vrbanus quartus volens prefatam deliberationem ad effectum perducere plures decretales deſuper confecit, & ad Prelules Eccleſiarum totius orbis deſtinauit, & recordans ſanctæ, diuinæ que reuelationis, atque inſtantiarum ſanctarum mulierum, de quibus Leodij multa viderat, & audierat accerſitis clericis, qui tum de Leodio ad Curiam

vene-

venerant, didicit Dominum Euam adhuc apud Sanctum Martinum viuere, & cum magno deſiderio ſuper inſtituenda ſolemnitate Dominum continuis exorare precibus; Iulianam vero diuerſis angustijs, & persecutionib. iniquorum hominum Leodium reliquiſſe, atque in partibus Namurcenſibus peregrinari. Quapropter Dominus Apoſtolicus, Dominæ Euæ præ dulcem epiſtolam tranſmiſit, in qua ſuas preces apud Deum exauditas eſſe declarat. Eſt autem exemplar epiſtolæ Papæ, quod ſequitur.

VRBANVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectæ in Chriſto filiæ Euæ recluſæ ſancti Martini Leodienſis, S. & Apoſtolicam benedictionem. Scimus, ò filia, quòd magno, deſiderio deſiderauit anima tua, vt ſolemne feſtum ſacratiſſimi Corporis D. N. Ieſu Chriſti inſtitueretur in Eccleſia Dei, à Chriſti fidelibus perpetuis temporibus celebrandum, & ideo tibi ſignificamus ad gaudium, quod nos ad corroborationem catholicæ fidei digne duximus, ſtatuimus, vt de tam mirabili ſacramento præter quotidianam commemorationem, quam de ipſa Eccleſia tacit, ſpecialior, & ſolemnior memoria celebretur, certum ad hoc deſignantes diem, videlicet feriam quintam proximam poſt octauas feſti Pentecoſtes proxime ſequentis. Vt in ipſa feria quinta, deuota fidelium turmæ propter hoc ad Eccleſias affectuosè concurrant, ſitque dies illa vniuerſis Chriſticolis noua feſtiuitate iucunda, & ampla iucunditate feſtiua, prout in litteris noſtris Apoſtolicis, quas per vniuerſum orbem ſuper hoc direximus, plenius continetur. Et ſcias, quod nos huiuſmodi feſtum cum omnibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, nec non cum omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopus, cæteriſque Eccleſiarum prælatis tunc apud Apoſtolicam ſedem commorantib. (ad hoc, vt videntibus, & audientibus de tanti feſti celebritate ſalubre præberetur exemplum) duximus celebrandum. Magnificet igitur anima tua Dominum, & exultet ſpiritus tuus in Deo ſalutari tuo, quia viderunt oculi tui ſalutare tuum, quod parauimus ante faciem omnium populorum. Lætare inſuper quia omnipotens Deus tribuit tibi deſiderium cordis tui, & voluntate labiorum tuorum, non fraudauit te cœleſtis gratiæ plenitudo. Et quia quaternum in quo totum habetur ipſius feſti officium, tibi ſub bulla noſtra per præſentium laborem deſtinamus, volumus, & Apoſtolico ſcripto tibi mandamus, quatenus, quaternum ipſum cum deuotione recipias, & eius copiam perſonis illam petentibus libe raliter, & libenter exhibeas. Et ineſt libenter deuotis ſupplicationibus apud illum, qui memoriale tam ſaluti ferum de ſeipſo reliquit in terris, vt nobis tribuas ex alto gratiam, commiſſam noſtro regimini Ecclesiam ſuam regendi vtiliter, ad laudem, & gloriam nominis ſui, & ſalubriter gubernandi. Datum apud vrbem vterem vj. Idus Septembris Pontificatus noſtri anno quarto Chriſti 1264.

ARTICVLVS IX.

VERVM quanquam Apoſtolica mandata omnibus Eccleſijs directa fuiſſent ſuper celebranda noua de Ven. Sacramẽto ſolemnitate, omnes tamen Eccleſiæ obedire diſſimulauerunt præter Eccleſiam Leodienſem, quæ uni Apoſtolicum Nuncium cum bullis, decretalibus, ac officio apportatis honorifice ſuſcepit, tanquam deuota filia mox quam celerrime obediuit, reiecto officio quod virgo Iuliana confici fecerat vtens illo officio, quod beatus Thomas Aquinas confecerat. Itaque ab aduentu præfatarum bullarum tota & ſola Leodienſis diœceſis præfatam ſolemnitatem ſingulis celebrauit annis vſque ad tempora Domini Ioannis Papæ 22. qui floruit anno Domini 1315. qui omnes conſtitutiones Clementis publicauit, & ad uniuerſalia ſtudia tranſmiſit. Et ultra illas ordinationi Vrbani quarti clementinis conſtitutionibus inſertas, nouas indulgentias conceſſit, atque proceſſionem ordinauit.

Ex tunc igitur & deinceps ſolemnitas
hæc per totius orbis Eccleſias
deuotiſſime acceptata eſt
ad honorem Patris
& Filij, & Spiritus ſancti.
Amen.

Digitized by Google

ARTICVLVS X.

POSSET quærere aliquis. Cum dicatur in superioribus quod ante tempus Domini Ioannis Papæ. 22. nullibi celebrabatur de institutione Ven. Sacramenti festum præterquã in diœcesi Leodiensi quomodo non saltem in Romana Ecclesia solemnizabatur, cum id Papa de consensu Cardinalium mandasset. Respondetur q Papa Vrbanus quartus in Põtificatu Apostolico sedit dumtaxat annis tribus mense vno, diebus septem, & epistola missa Dominæ Suæ scripta est anno Pontificatus sui quarto, sexto Idus Septembris, ac per hoc in fine vitæ eius & sic eo mortuo, omnis eius iussio mortua cum eo videbatur, cum executio nulla ante eius obitum facta fuisset. Eodem modo factum fuit in diœcesi Leodiensis, nam quamquam Robertus Leodiensium Præsul in synodo vniuersali, decreto præcepisset, hoc festum debere ab omnibus subditis suis celebrari, quia tamen morte præuentus fuit antè quam festum Pentecostale aduenire nulla Ecclesia præter Canoniam Sancti Martini obedire curauit. An vero D. Hugo Cardinalis huius festi zelator præcipuus ante Vrbanũ uel post obierit, nec ne ignotum nobis esse fatemur. Gaudeat igitur sancti Legia, quę hoc tam gaudiosum, fructiferum atque magnificum festem matri Ecclesiæ inuexit. Gaudeat præcipue Ecclesia Sancti Martini, quæ tam eximium festum primum orbe contradicente acceptare, celebrare atque publicare meruit. Vos quoque venerabiles Patres qui illius Ecclesiæ filii esse meruistis honorificate, magnificate atq. diligite Ecclesiam vestram, quam Beatus Martinus singulariter semper defendit & honorat. Qui sicut ipse intermissarum solemnia cœlesti lumine fulciri meruit ita suæ Ecclesiæ istud insigne de Venerabili Sacramenti gaudium, primum suæ deinde vniuersali Ecclesiæ promeruit. Et uos famulos suos, si tanti Sacramenti mysterium digne celebrando honorare cum uitæ sanctimonia studueritis, syderis apud patrem luminum mansionibus donabit, vt ui deatis in Deum Deorum in Syon per omnis sæcula sæculorum. Amen.

APPENDIX
EXEMPLORVM,
ATQVE MIRACVLORVM
BEATAE VIRGINIS,

Et eius Sanctissimi Rosarij nouiter adiecta.

Deuotus quidam B.V. miram, spiritualemq; coronam faciens stupendo miraculo per Virginem a latronibus liberatur.

REFERT quidam reuerendus Abbas quod tres fuere consocij, inuicem admodũ amore & fide carissimi, qui in certis suis negocijs uno contentu peregrinationem satis longam assumpserunt. Quorum unus erat beatissime Virginis per deuotus, qui quantuncunque occupatione esset itericus, molestia fatigatus, aduersitate pressus eidem omnimodis singulis diebus, auream spiritualemque coronam in hunc modum summa cum deuotione faciebat. Stans brachijs in crucem positis unum Pater noster in primis in honorem Dei patris omnipotentis dicebat, deinde genua plectens & palmas ad sydera tendens, quater Angelicam Salutationem scilicet Aue Maria quo deuotius poterat depromebat, propter quatuor excessiuas prerogatiuas eidem Virgini ab omnipotente Patre diuinitus collata, sanctificationem videlicet in vtero matris Saluationem Angelicam Spiritus sancti obumbrationem. Filij Dei conceptionem. Postmodum erigebat se, & pari modo sic erectus Dominicam orationem in modum crucis ad laudem unigeniti Filij Dei dicens, flexis genibus sicut prius iterum quatuor Aue Maria deuote decãtabat. propter alia quatuor priuilegia singularissima sibi soli ab ipso unigenito Filio Dei & vnico eius Filio condonata, uidelicet, quod fuit virgo sine macula, seu virginitatis primiceria, sine corruptione secunda, sine grauamine grauida, sine dolore puerpera Tertio denuo prædicto more Pater noster ad gloriam Spiritus sancti & totidem Aue Maria, quam magis reuerenter & attente poterat replicabat, ob alias quatuor excellentissimas virtutes & dignitates eã à sacra inunctione Spiritus sancti interius infusas, quæ fuerunt magnanimitas uidelicet fidei in credendo, profunda humilitas in obediendo, maxima discretio uerbi in loquendo, summa perfectio, & perseuerantia operis in agendum. O quantum ista prætendunt, si mistico fuerint corde discussa. O quantum in laudem uirginis tendunt. O quantum illi septus memorata placent. Vnum autem dierum dum iam itinere processissent in longum, alijque duo mane cuncta præparassent ad iter, & uirginis deuotus suam coronam, & solitam deuotionem in abdito & secreto iam facere cepisset, accurrunt hi duo ira permoti inclamantes atque dicentes. Quid tu moras trahis tam diu & quando tam lõgum iter perficere & in patriam regredi poterimus, si ita tardi & pigri erimus ad ambulandum. Hæc dum dicerent, uidentes illum & brachia extendere & genua flectere, magis furia succensi ipsũ illudentes & permanentes ad iter celi nolitve coegerunt. Ipsa autem die media duo isti dum præirent, cupientes iter prolixum, quod proprium est uiatorum breue conficere, uiam aberrantes inciderunt in latrones qui mox eos penitus dispoliauerunt, insuper & multis plagis impositis occiderunt. At dum tertius tanti periculi & mali ignarus cogitabundus sub sequeretur, ecce ad sunt scelesti hi uiri facie profecto & armis crudelissimi, arma subitõ parant, in illum ut occidant insurgunt.

At ille in tam miſerando negocio artoque pe iculo omni humano auxilio deſtitutus: a t ſuam inuiſceratam & ſemper in periculis paratam miſeric rdiſſimam Dei matrem ſubito confugit. Rogat igitur & obſecrat: precatur vehementer & crebro, vt ob diuinum amorem & Dei genitricis Mariæ merita præcioſa permodico interuallo in oculis eorum ſeparatus, p ſingulari quadam & vnica gratia paululum quid temporis ab eis accipiat, quo conſumpto de eo poſtmodum faciant quicquid Deo dãte voluerint. Virgineo iam rore contacti annuunt omnes. conſentiunt mortem gerunt. Separatur quantum eſt, iactus lapidis, ſic ſegregatus & ſi ab iniquis videretur ſuam tamẽ precioſiſſimam & deuotiſſimam coronam ad Virginem glorioſam & ſuam aduocatam in qua ſpem omnem & fidem merito collocaret, ne ſine illa ipſa die moreretur longe ſolito deuotius fidentiuſque facere cepit. Proh Ieſu bonæ quam magnifica, & magnificata ſunt opera tua mira nimis & admiranda. Exemplo enim vt in crucem lachrimis perfuſus brachia dedit, & ſuo ore Pater noſter qui es in cęlis depromere cępit, ecce ipſo nec vidente nec ſciente adeſt coram intemerata mater Dei Maria, pulcherrima vt luna ſplendidiſſima vt ſol, & cum ea deuoti deuoteq; & palmate Virgines dextera leuaque Caterina atque Lucia. Sedebat virgo clariſſima vt eſt cęli terręque regina in aureo trono. Vbi autem deuotus ille mira res prorſus & ſtupenda dicto dominica oratione pro angelica ſalutatione genua flectere cepit. Caterina virginis iuſſu egreſſam ex ore viri redolentem nimis purpuream rubentemque roſam allaciter legitur, eam que Lucię quæ circulum autem leua argenteumq; Filium dextra tenebat aſſignat & tradit, quam & mox ipſo filio Lucia virgo ſanctiſſima circulo Colligauit. Sequitur vir Dei pro ſua conſuetudine deuotionem ſuam, & dum ad virginis prerogatiuas tota cęlo mẽte ſuſpenſus quatuor Aue Maria decantaret, pro ſingula quaque ex ore eius dealbatam candidatam atque flagrantem roſam pernaſcentem circulo cõſuendam Caterina ſanctiſſima Luciæ virgini beatiſſimæ contradebat. Pari ſimilique modo vſque tertio hoc factum eſt. Poſtremo vbi circulus aureus rubicundis his tribus roſis inter virgineas duodenaſque dealbatas hinc inde roſas ad inſtar deifice Trinitatis ornatus perfectus eſt, ſanctiſſima Dei mater deuotum ſuum tanta hac corona ſumma cum leticia ſuis manibus coronauit, & ſic demum virginum comitata choris ad ethera conualuit. Iniqui autem perfidique latrones non longe aſtãtes omnia vident, mirantur vndique, ſtupent mirum in modum, rigore pauoreque perculſi tremunt vehementiſſime Reuertitur vir deuotus ne fidem datam uiolaret ad latrones, qui eminus appropinquanti & anxianti aiunt. Quæ ille ſunt mulieres tam ſpecioſiſſime, quæ modo tecum ſunt locutę? At ille. Quid eſt ait quod audio. Nempe vidi neminem, ſed nec vlla hodie mulierum mecum locuta eſt. Quid nam igitur oranus ibi feciſti. Narrat ille ſimplici voce, & columbina quid fecerit, quid dixerit quid cogitauerit. Tum illi procul dubio tres aiunt mulieres quam primum brachia in aera poſuiſti aſtiterunt coram terquarum vna edepol longe ornatior longe pulchrior longe formoſior longe ſpecioſior ſedit in throno, altera duorum quę ad illius dexteram ſtabat nonnullas roſas tuo ore gradientes ſtanti ad leuam altere in circulo neſcimus quo conſuendas aſſignabat. Perfecto circulo illa quæ ut regina, & tanquam regina ſedebat in throno & uere incredibili & tremenda maieſtate regina uidebatur, tanta te & tali proprijs manibus corona donauit. Hinc oculis in coronam fixis exclamauerunt. O felicem coronam. O rubedo albedoque inuiſa, & admiranda plurimum. O redolentes nimis roſas atque pulcherrimas, quas in preſentiarum habes, & geris in fronte. Non enim de hoc mundo non de terra hac quã pedibus conculcamus, ſed de Paradiſo fine dubio aduenifle creduntur. Hoc ut audiuit Virginis deuotus & carus, admiratione maxima repletus excellentiſſimam hac coronam ſuis omnis reuerentia manib. accipiens, nec ab ea oculos, & os deuellere ualens, in ea cum lacrimis plurimis Virginem adorauit. Agit illi gratias, non quas debet ſed quas utcunque poteſt & ualet. Latrones facit certiores ſocios quos Dei iudicio prius occiderant non permiſiſſe mane ſuam ſolitam laudem perficere. Digniſſimam illam omnium regina-

Virgi-

Virginem Mariam meritissimam Dei matrem, consocias Caterinam atque Luciam, in quibus singularem deuotionem fidemque gerebat fuisse, & esse declarat. Iste ait tres rose purpureæ Trinitatem, quæ sese rota per gratiam in Virginis vterum fudit, hæ duodenæ candidatę priuilegia Virginis gloriosæ designant, quæ domini dilectissimus Ioannes Euangelista in sua Dominica & veritissima reuelatione clare describit. Factum est ait, signum magnum in cęlo, mulier amicta sole, & luna sub pedib. eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Demum hortatur illos quos & iam Dei spiritus repleuerat ad firmam fidem, ad veram pęnitentiam, ad religionem sanctissimam. Assentiunt conuertuntur in viros optimos, & sanctos euadunt. Sed & ipse tanti beneficij minime ingratus, huic seculo nequam terga dedit, & sub monachitha nigraque veste perpetuo sese in omni sanctitate, & sanctimonia virgini dedicauit. O igitur exemplum dignissimum & amplexandum, o stupendum miraculum. O diligenda nimis & admiranda ac vbiq; prędicanda, huius sanctæ Dei genitricis, & semper Virginis tam præclara tamque inestabilia pietatis viscera, quibus se continere nullatenus potest quin deuotis suis in tribulatione positis vbique intime compatiatur, auxilietur subueniat & opituletur.

Modus faciliter perorandi supra dictam Coronam.

SVpradicta igitur aurea Corona stellarum duodecim in honorem gloriosæ Virginis Mariæ modo infrascripto ab eius deuotis peragitur, ob memoriam videlicet, & reuerentiam duodecim priuilegiorum quibus a sanctissima individuaq; Trinitate præ cæteris donata fuit, quorum in Apocalypsi mystice fit mentio capitu. 12. vbi dicitur, & in capite eius, scilicet Virginis Mariæ corona stellarum duodecim.

Primo namq; productis in formam crucis brachijs in honorem patris a quo quatuor habuit singularissima priuilegia, semel dominica dicitur oratio, id est, vnum Pater noster, quo completo flexis genibus quater angelica salutatio, scilicet, quatuor Aue Mariá, ob reuerentiam & deuotionę ipsorum quatuor priuilegiorum, quæ sunt ista videlicet.

In vętre matris copiosissima sanctificatio.
Angelica salutatio.
Spiritus sancti superuentio.
Filij Dei conceptio.

Eodem modo in honorem filij a quo quatuor priuilegijs precipuis extitit coronata, semel Pater noster, postea flexis genibus quater Aue maria in commemorationem, scilicet ipsorum priuilegiorum ab ipso filio præceptorum, quæ sunt ista, scilicet quòd fuit.

Virgo sine macula & virginitatis primicoria.
Sine corruptione fęcunda.
Sine grauamine grauida.
Sine dolore puerpera.

Modo & forma prædictis in honorem sancti Spiritus semel Pater noster & quater Aue maria, ob reuerentiã & cultum quatuor priuilegiorum solemnium, quibus ab ipso Spiritu sancto magnificé decorata fuit, quæ sunt ista videlicet.

Magnanimitas fidei in credendo.
Profunda humilitas in obediendo.
Maxima verbi discretio in loquendo.
Summa perfectio & perseuerantia operis in agendo;

Peractis supradictis completa est laus ipsa coronæ stellarum in honorem gloriosæ Virginis Mariæ, ad cuius nihilominus maiorem laudem addi potest & conuenit reuerenda infrascripta salutatio videlicet.

Aue stella matutina:
Peccatorum medicina,
Mundi princeps & regina,
Sola virgo digna dici,
Contra tela inimici.
Clipeum pone salutis,
Tuę titulum virtutis.
O sponsa Dei electa,
Esto nobis via recta.
Ad æterna gaudia Amen.
Vers. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
Respon. Vt digni efficiamur promiss. Xpi.
Vers. Domine exaudi orationem meam.

Oratio.

BEatæ & gloriosa semperq. Virginis Mariæ quæsumus domine intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducat ętei nam per Christum Dominum nostrum. Amen.

Digitized by Google

Habentur in additionibus Legendarijs Sanctorum Iacobi de Voragine, ſecundum ordinem monaſticum impreſſi Mediolani, per Iacobum de Ripa, die 16. Aprilis 1494. in ſolemnitate Beatæ Mariæ, ad Nines.

Ad Aue Maria genu flectere debemus.

IN Prouincia Hungariæ noſtri temporibus. Quidam Frater ordinis Minorum duxerat in conſuetudinem, vt quandocunque ſignum audiret ſero, & mane ad Aue Maria, ſicut mos eſt illa Prouincia flexis genibus ſalutaret B. Virginem ter dicendo Aue Maria cum tribus genuflexionibus. Cumque quadam die ſignaretur in aurora ad Aue Mariã, ipſe tempore quodam, & ignauia ductus noluit aſſurgere, ad ſalutandum Beatam Virginem cum genuflexionibus. Ecce igitur miraculum grande. Vidit ſtatim in viſione mirabili turrim Eccleſiæ ſe inclinare, adeo vt crux in ſummitate turris exiſtens terram contigeret ſe inclinando, & hoc tribus vicibus ad trinam ſignationem, quaſi per hoc ſibi dictum. Ecce miſer, creatura inſenſibilis ſua quaſi genua flectit, cum ſe inclinat ad terram pro ſigno Aue Maria. Te autem, cum ſis rationis, non vis genua flectere ad Aue Maria. Sicque ille compunctus, & miram Dei manum circa ſe ſentiens ſemper quoad vixit cum deuerẽtia ter genuflectendo ad ſignationem Benedictam Virginem, cum Aue Maria ſalutauit. Propter quod ſpecialem gratiam a Domina, & Benedicta Virgine promeruit.

Pelbartus de Themiſuar ordinis Minorum in Stellario beatę Virginis, lib. primo, par. 4. artic. 2.

Aue Maria fugat Demones.

QVidam ſceleſtus cum ſæpe Beatam Virginem ſalutaſſet, & ſubita morte peruentus dæmones rapere voluerunt animam eius, Cumque vnus Angelus diceret, quod licet peccator fuerit, tamen pro deuotione ſolitus fuerat dicere Aue Maria, ſepius. Statim hoc audito dæmones, relicta anima fugierunt, & ad merita B. Virginis anima ad corpus rediit miraculoſæ, pro agenda pœnitentia.

Lętificat Angelos.

CVm quædam anima in peccato mortali exiſtens, ſic deceſſiſſet, & demones gauderent ſuper præda capta Angeli quoque ſancti viderentur contriſtari ſuper periclitatione animæ. Ecce inuentum eſt quod homo ille in vita frequentius Beatam Mariam ſalutauerit, & officium eius deuotè dixerit, mox Angeli gaudere cœperunt dicentes: Vere perire non poterit, qui hæc fecit, & ſic factum eſt, quia Chriſto iudicante anima ad corpus rediit, & pœnitentiam egit.

Duo hæc Anſelmus libro miraculorum, Cap. 20. & 26. & Pel. in Stellario B. Virginis lib. 1. par. 4. ar. 3.

Quale verbum ſit carius Virgini.

MVlier quædam Beatæ Virgini, multum deuota cum frequenter diceret Aue Maria, ſumma deuotione apud ſe hæc ſepius voluebatur cogitatio. Quę videlicet verba ex omnibus verbis ſalutationis magis commouerint ad gaudium, & nunc commouere habeant cor Benedictæ Virginis. Cui quadam vice, orant apparuit piiſſima Virgo Maria, & dixit Vt tuæ deuotioni ſatisfaciam, in qua mihi ſumme complacet, en tibi reuelare curaui, quod deſiderat. Scito quod ſuper omnia cor meum lęta...am eſt, & gaudio repletatum eſt ad illa verba, cum audiui ſanctum Angelum dicentem: Dominus tecum, quamobrem, O chariſſima famula mando tibi, vt quotieſcumque dicere habes Aue Maria, cum perueneris ad illa verba Dominus tuum. Plane, & moroſe ipſa verba proferas, & ibi cordis, & corporis genua, ac ceruicem flectere ſtudeas. Sciens quod tanti gaudium meo cordi ſic faciens pro tua deuotione accumulas per verba præmiſſa, quod quaſi iterato conciperem Filium meum Dominum Ieſum. In fine denique addas, & dicas, Sancta Maria mater Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ora prome, & pro omnibus peccatoribus, & hoc ſimiliter moroſe, & deuote, quia tantum mihi hæc de-

deprecatio placet, & tantum gaudet cor meum in subueniendo peccatoribus, ac si iterato filium meum parerem. Hæc dicens mira suauitate relicta in corde mulieris euanuit B. Virgo ab eius visione, & hæc mulier quoad vixit, obseruauit.
Pel. in Stell. vbi supra.

Arbor miraculosa ex ore deuote dicentis Aue Maria prodijt.

QVidam quasi tota die Aue Maria, dicebat. Cumque peregrinus iret ipse per locum siluestrem, quidam latrones credentes, quod esset pecunia apud ipsum occiderunt eum instigante diabolo, & sepelierunt eum prope stratam in eodē loco, baculum quoque cubitalem, quem portabat in manu ipse peregrinus fixerunt in terram, supra corpus defuncti, ad memoriam. Postmodum idem baculus meritis Beatæ Virginis ramos protulit, & frondes, radicem quoque misit in os defuncti, & facta est arbor pulchra, & magna. Cumque progressu, temporis quidam magnus clericus inde transitum faciens se quieisceret sub vmbra illius arboris, vidit vna cum concomitantibus eum, quod in quolibet folio patenti litera, ab omnib. legi posset scriptum erat. Aue Maria gratia plena, dominus tecum. Admirati quesierunt ad hominibus, quid hoc esset. Illi dixerunt, quod quidam peregrinus quondā fuisset ibi occisus, & baculus infixus terræ, vbi fuisset supra eius corpus. Igitur accedunt miraculo omnes percussi, & aperiūt terram, & ecce inuenerunt corpus integrum, & sine omni putredine iacere in terra, radicesque arboris in ore habere. Cognouerunt omnes quia homo ille frequentasset in vita dicere, Aue Maria &c. & laudarunt Deum, ac Beatam Virginem. Beatus Anselmus libro miraculorum cap. xvij. In Stellar. lib. 1. parte quinta, articulo 1.

Virginis gaudia recensent ad cœli gaudia ducitur.

QVidam clericus deuotes Mariæ quotidie contra dolorem quinque vulnerum Christi sic Mariam consolabatur, dicens. Gaude Dei genitrix, Virgo immaculata. Gaude, q̄ ab Angelo gaudium suscepisti; Gaude, quæ genuisti æterni luminis claritatem. Gaude Mater. Gaude Sancta Dei genitrix Virgo. Tu sola mater innupta. Te laudat omnis creatura, & factura. Genitrix lucis, sis pro nobis quęsumus perpetua interuentrix ad Dominum Iesum Christum. Et hæc antiphona frequentatur in scholis. Cumque langore conceptus ad extremum venisset, cepit nimio pauore turbari, & anxiari. Cui apparuit S. Maria Virgo dixitque ei. Cur tanto timore trepidas, qui totiens mihi gaudium nuntiasti; Ne paueas quoniam nil mali pateris, sed gaudij mei quod sepius præcinebas particeps eris. Audiens hæc ille putauit se sanitati restituturum, & dum se cum lætitia erigeret vellet, anima eius egressa est, a corpore, & in cęlestia gaudia euolauit.
Beatus Anselmus libro miracul. cap. xxij. In Stell. lib. 2. par. 2. art. 2.

Deuota gaudiorum Virginis corona.

QVidam clericus ob deuotionē B. Virginis, cum adhuc esset secularis solitus erat sertum de floribus vel rosis colligare, & imaginē B. Virgine eum ipso serto decorare, factum est Virgine benedicta fauente, quod religionem intrauit, & seculo renuntiauit, vbi cum per aliquod tempus permāsisset, cepit anxius esse quod suæ deuotioni satisfacere non posset in eo videlicet quod nequiret flores colligere in religione, & imaginem Virginis adornare cum serto, sicut solitus erat facere in seculo, vnde proposuit se de religione ob hanc solam causam exiturum. Quadam ergo die cum nimis anxiaretur cor eius in orationem posito apparuit Beata Virgo, dicens: Fili noli anxius esse, nec de religione exire docebo ego te quomodo deuotioni tuæ melius hoc satisfacere valeas pro serto, vt corona, quam mihi in seculo de floribus faciebas: Nunc fac mihi singulis diebus coronam spiritualem hoc modo.

Primo

Primo ob memoriam gaudij mei, quo habui cum Filium meum concepi, dic vnum Pater noster, Deo gratias agendo de beneficio mihi præstito, & subiungas decem Aue Maria.

Secundo ob memoriam gaudij, quod habui Filium in vtero portando, & in visitatione Helisabet, Cõsimiliter facies. Tertio ob memoriam gaudij tempore natiuitatis Filij mei, Consimiliter facies. Quarto quoque ob memoriam gaudij, qđ habui cũ tres magi Filium meum Deum agnoscẽtes adorauerunt. Consimiliter. Quinto ob memoriam gaudij, quod habui, cum Filiũ meum in templo repperi, & postea descendit, & erat mihi in omnibus subditus, & dulcissime conuersatus, Consimiliter. Sexto ob memoriam gaudij, quod habui quando Filius meus resurrexit, Consimiliter. Septimo ob memoriam gaudij, quod habui, cum in cœlum assumpta sum, dices primo vnum Pater noster, & subiunges tria Aue Maria. Et sic in toto erunt septem Pater noster, & lxiij. Aue Maria. Hoc faciens singulis diebus, acceptiorem mihi facies coronam, & tibi magis meritoriam. Hæc dicens euanuit ille numerus consonat numero annorum vitæ B. Virginis quibus vixit in mundo isto secundum aliquos. Ille igitur remanens in religione sedula deuotione cepit hoc quotidie perficere. Accidit autem quadam vice post factam professionem, vt iter ageret per quandam siluam cum Fratre suo, & sic in itinere dictam coronam oraret. Secus viam latrantes erant latrones, explorantes per viam transeuntes. Qui cũ viderent istos Fratres, videbatur eis quod vna pulcherrima Virgo astaret Fratri oranti dictã coronam, & ad singulam salutationem eius vnam rosam pulchram colligens alligaret cum aureo filo ad circulare lignum, quod manu videbatur tenere, quasi faceret quoddam serturn. Cumque complera oratione irruissent latrones super Fratres, & eos capientes quererent, & dicerent. Vbi est ista puella quæ vobiscum nũc erat, quo fecistis eam? Illi negabant dicentes, quod nunquam vellent mulierem, vel fœminam aliquã in societate habere quia venissent castitatem, & consortia mulierum reprehenderunt ex regula fugere. Illi, e contrario asserebant vidisse cum eis puellam pulcherrimam. Vnde traxerunt eos de via ad partes, vt eos affligerent, & cor fiterentur quid istam puellam tenerent. Suspirant Fratres ad Christum, & B. Virginem, & ecce apparuit B. Virgo in aere, cum multitudine Angelorum ferens in capite suo sertum rosarum, & dicens ad latrones. O vilissimi, & iniqui homines cur auderis meis famulis nocere? Terreriti illi, & stupefacti audierunt Virginem benedictam, quasi gloriando dicere ad Angelos. Ecce quali corona decorauit me iste Frater, & euanuit. Sicque factum est, quod latrones auditum Fratrẽ referentem de prædicta oratione, quam B. Virginis perorauerat ad lumen veritatis redeunt, veniã postulant, & inde renunciantes religionem ingrediuntur. Fratres quoque, & omnes isti quoad vixerunt coronam B. Virginis sedula deuotione orauerunt quotidie. Vbi supra.

Miracula faciendi per prædictam Coronã gratia datur D Bernardino.

SAnctus Bernardinus de Senis ordinis minorum de obseruantia, quotidie coronam prædictam ob deuotionem Virginis perorabat; cui die quadam oranti ipsam coronam, apparuit B. Virgo dicens. O mi deuote famule multum mihi complacuit in tua deuotione, ecce quia me hac corona quotidie eos honoratus, impetraui a Filio meo tibi gratiam miracula faciendi, & prædicandi, & tandem scias te in cælo mecum sine fine letari participem meorum gaudiorum. Et sic ab illo tempore, cepit sanctus miraculis coruscare, & maximis gratijs abundare. Idem vbi sup.

Deuote dicere Magnificat sanitem consulit.

BEatus Anselmus, (ipsomet referente) cum dolorem multum pateretur in pede ex spasmo, & paralisi, ob deuotionem Virginis cepit cenari, vt erectus staret ad officium Virginis, & per consequens etiam ad Magnificat, quod cũ facere cepisset sanitatem consecutus est. Libro miraculorum, in Stellar lib. secundo, par. 3. articulo 3.

Chri-

Christus exosculandus offertur.

QVidam Fratres cum deuotæ dicerent Magnificat, visum est B. Virginem ex altari descendere, & singulis Fratrum suum Iesum, quasi paruulum osculandum offerre, in quo mira suauitate reficiebantur omnes. Ibidem.

Mirum quod contigit deuotè dicenti Magnificat.

QVidam Monachus iuuenis in obsequio B. Virginis seruiens, & deuotus ita erat intentus in eius horis, & per consequens in cantico Mariæ, vt non in singulis uersibus, sed in singulis uerbis memoriam ipsius haberet. Sicque xvij annis stans in ordine tandem infirmatus ad mortem. Ecce B. Maria eum visitauit, & præfixit eidem quod die vij. ad Dominum Iesum foret migraturus. Addiditque dicens. Quia præcunctis mihi seruiuisti intensius tactâ tibi, quod nulli alij feci, & cingens brachijs collum, osculum ei dedit, ac eum benedixit, & euanuit. Hæc ille seruari instanter requirenti enarrauit. Die autem septima cum appropinquaret ad exitum sicut erat ei prædictam, apparuit sibi B. Maria uidente Priore domus cum multitudine Sanctorum, & Angelorum, & sic dulcissima visione & allocutione consolatus feliciter migrauit ad Christum.
Hæc refert Discipulus in promptuario, & in Stell. vbi supra.

Deuote recensens orationem ô Intemerata &c. miraculosè liberatur a multis.

QVidam nobilis qui deuotus, & pius ad B. Virginem quandam orationem ad B. Virginis, nec non Ioannis Euangelistæ honorem editam, quæ incipit o Intemerata &c. qualibet die dicebat cum magna deuotione. Cui inuidens Diabolus in assumpto corpore damnati hominis cuiusdam se præsentauit ad seruiendum attenté, quem nobilis cum pronum ad omnia, & industrium in seruitijs vidisset posuit ipsum in quodam hospitali quod ipse nobilis edificauerat sumptibus proprijs, vtque ibidem seruiret attente infirmis, & pauperibus deputauit prouidendo. Ecce vero diligenter, & mirabili charitate secundum apparentiam exequebatur mandatum domini seruiendo infirmis, & pauperibus, itaque omnes existentes in hospitali mirabiles laudes de eo dicébat. Accidit, vt semel venisset ad dominum suum petendo pisces pro aliquibus infirmis in hospitali, qui vt dicebat, alia comedere non valebant. Et dominus misit ad forum, nec ibi pisces reppererunt, vnde iste dominus cum ipso seruitore, qui scilicet ignorabatur fore diabolus ascendit nauem ad piscandum, & cum esset in profundo fluminis nitebatur diabolus sum mergere ipsum dominum. Sed ecce fune candidissimo nauem cingente, & firmâte de cœlo descendéte moueri non potuit. Tandem reuersi altera quadam die iterum a domino venationes pro infirmis fieri postulat dicens, quod aliter viuere plurimi non valebant eorum. Tunc dominus mane surgens cum eo acceptis laqueis iaculis, canibusque, & aubus nemus maximum intrauerunt. Et cum dominus intenderetur prædam iste diabolus in specie seruitoris existentes nitebatur eum occidere iacula mittendo contra eum quasi mitterentur cõtra venandâ feram, sed statim pánus pulcherrimus inter ponebat se inter iaculatorem, & militem, nec eundé poterat in aliquo nocere, vnde reuersi cum preda quadam die iste nobilis cum inuitasset quendam episcopum rogat eum, vt suum hospitalem visitet, qui vna cum nobili accedendo, & videns illum seruire, ac requirés ab infirmis mirabiles comendationes de ipso audiuit. Et mox reuelante Deo cognouit quòd esset demon. Præcepit ergo eidem coram omnibus in virtute Iesu Christi, at quis esset diceret, & ad quid venisset, & cur illic maneret causam aperiret. Mox ille deprehensus hostis fugiens terribiliter ait. Demon sum principis tenebrarum socius, & cogor dicere veritatem. Veni nempe huc, primo vt infirmates in hoc hospitali priuare quidem confessione, & sacramentorum perceptione. Secundo veni, vt perimerem istum militem qui est cõtrarius nostris operibus & seruit matri Iesu, sed nunc vtroque priuatus sum, Volui quippe eum summergere, & non potui, quia corda serica de cœlo demissa nauem firmauit, iaculare etiam volui, & nequiui quia e cœlo delapsus pannus aurens se interpo-

terponebat, & sagittas suscipiebat, infirmis etiam nocere non potuit, quia virtus matris Dei me reprimebat propter vnam orationem, quam iste miles de facto dicebat quolibet die.

His quoque dictis dæmon cõfusus cum terrore, & fetore elicto disparuit, & omnes in laudem Dei, & B. Virginis prorumpunt. Tunc interrogat Episcopus quæ esset illa oratio, cui miles: O Beata, & intemerata. Habentur in illa scala cœli prædicta. In Stell. lib. 12. par. vltima cap. 8.

B. Virgo deuotum suum per duos annos mirabiliter conseruauit, vt non moreretur sine confessione.

QVibusdam fide dignis viris qui affuerunt, & viderunt referentibus didici quod cum ad partes Transalpinas Imperator Sigismundus bellando accessisset contigit 161 quendam militem cecidisse, post multos autem annos cum iterato idem Imperator partes ad illas cum exercitu accessisset, ecce omnibus audientibus, mox quasi fletus, ac lugubris sibilationis cœpit insonare. Cumque cuncti quidnam foret, mirarentur, de mandato Imperatoris cœperunt inquirere inter vepres, siluasque, & lucos circumadiacentes.

Et ecce repererunt quoddam cadauer iacere in quodam rubo putrefactum adeo, quod increscentes iunci, & spine, veprium ipsum pertransiendo penetrauerant, & ex illo cadauer sonus ille flebilis audiebatur resonare. Vnde clara voce ait astantibus, & quid foret conquirentibus dicens Habeti sine presbyterum, cui confitear, afferte mihi Domini, ego enim iam ante annos plures in bello Sigismundi Imperatoris miles affui, & in hoc loco pugnæ corrui. Sed quoniam B. Mariæ in vita mea semper deuote seruiui, ideo eius meritis fauentibus id mihi a Deo concessum est, & donatum misericorditer ne anima mea, a corpore isto iã pene cõsumpto, & tabefacto dissolueretur vt damnationem æternam euaderem. Vnde tota anima mea in me tenetur nec mori possum, donec plene confitear, quia habeo damnabilia crimina, quæ comiseram. Et pro veritate huius confirmanda mox, vt confessus fuero, a flebili sibilo hoc meum cadauer cessabit, anima dissoluta, quæ vsq; modo miraculose est per Virginem Beatã retenta. Tunc obtulerunt ei sacerdotem, & facta confessione, ac absolutione mox resoluta anima eius tonus cessauit, & tunc tam Imperator, quam omnes qui aderant Deum, & B. Virginem laudauerunt. In Stell. lib. 12. parte 2. ar. 2.

Quidam fune mersus, & damnandus deuotione B. Virginis liberatur.

ITem vidi quendam oculis virum qui fide mediante, asseruit se fuisse vna cum duobus socijs nauigantibus, & aquis subintrantibus in medio flumine Dannubij summersum, aliisque natando euadentibus, ipse solus in profundum descendit eo quod natare ignorauit. Et eidem in profundo facta est vox dicens.

O homo ecce mori deberes & quia peccata habes damnabilia deberes damnari, sed ex quo seruisti B. Mariæ matri Dei tibi donatum est tibi, vt liberetis, & peccata confitearis. Cumque sui socij natantes in villa prope existente appreciatos piscatores adduxissent, qui hunc, quem credebant suffocatum in flumine requirent. Cum tribus illum diebus quæsiuissent nec reperissent, & iam vellet abire, ecce illis videntibus, de profundo fluminis ad ripam homo contendit, & gesta narrauit, atq; mox ad confessionem facie dam ad me deuenit. Ibidem.

Peccato, vidẽs puerum Iesum in sinu Virginis vulneratum, & cruentatum mirabiliter conuertitur.

QVidam miles fuit raptor, & prædatius, nec Deũ timens, sed omni spurcitia vitiorum plenus, habebat tamen vxorem deuotam, quæ eum induxerat vt ad honorem Virginis Mariæ diem Sabbati ieiunaret, & Aue Maria, cum procederet quoque diceret coram imagine B. Virginis. Cumque semel iret ad peccandum ecclesiam quam præteribat casu ingressus vidit imaginem Virginis cum suo puero in sinu. Et cum cepisset Virginem salutare per Aue Maria vidit puerum Christum vulneratum & eius sanguinem fluere in gremium matris. Quo viso obstupefa-

Digitized by Google

pefactus dixit. O Domina qui fecit hoc? & Virgo respondit. Tu, & cæteri peccatores qui amplius crucifigitis filium meum, quã Iudæi. Volebat quoque Virgo sanguinem filij tergere, & restringere, nec poterat. Tunc peccator ille compunctus ad Virginem dixit. O mater misericordiæ intercede pro me, at illa. Vos peccatores vocatis me matrem misericordiæ, qui non cessatis me facere matrem miseriæ, & tristitiæ: at ille. Non domina clementissima loquerȩ sic, sed memento te esse aduocatam peccarum, & intercede pro me. Tunc annuit mater ad filium. O pijssime fili, amore mei misere huic peccatori mihi supplicanti, & filius. Noli mater grauari quod te nõ audio, quia, & ego rogaui patrem, vt si possibile foret, scilicet alio modo redimere genus humanum trãsferret calicem passionis a me, & noluit audire me. Tunc mater ait. O fili memento quòd materno amore te visceribus meis alui, & condona huic peccatori. Et filius ait. Ex iustitia tibi ostendo quòd te exaudire non teneor. Et mater ait. Non secundum misericordiam, quia ego sum mater misericordiæ, ergo propter me miserere huius peccatoris. Et filius. Et ego secundo rogaui patrem transferre calicem, & non audiuit me. Tunc mater iterum dixit.

O fili memento omnium laborum nostrorum, & dolorum, quos sustinui, & dona mihi hunc peccatorem Et filius, O mater noli grauari, sed memento quia & ego tertio rogaui patrem, & non audiuit me. Statim autem mater deposuit filium suum ad altare, volens procidere ad pedes eius genuflexo. Quod videns filius dixit. O mater quid sic vis facere? At illa. Tandiu ante pedes illus genuflexo prouoluta stabo, quousque ei veniam concedis. Et filius ait. Absit hoc a me, quia lege diuina sancitum est, vt filius honoret matrem, & cum sim filius tuus te honorare volo. Tunc ait: Peccatori isti propter te, ò mater indulgeo, & in signum pacis accedat isti peccator, & osculetur vulnera mea. Quod cum ille fecisset, ecce osculando omnia sanabantur vulnera, & sic cognouit misericordiam promeruisse, & maximas gratias agens Deo, & matri eius lætus abscessit, & domum rediens male ablata restituit, & mundum deserens cum sancta vxore religionem intrantes communi consensu ad sua monasteria ibi felici fini quieuerunt. Ioannes Gritsch magister ordinis Minorum, & Pleb. in Stell. lib 12. par. vlt. c. 7.

FINIS.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RESTAURO del LIBRO ANTICO
C.v. G. DI GIACOMO